...io Emanuele III
XXV
H
13

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

I. CARAMUELIS
THEOLOGIA
RATIONALIS,

SIVE

IN AUREAM ANGELICI DOCTORIS
SVMMAM

Meditationes, Notæ & Obſervationes

Liberales, Philoſophicæ, Scholaſticæ.

Tomi Duo.



REUERENDISSIMUS ET EXIMIUS D.D. IOANNES CARAMUEL S. THEOLOGIÆ DOCTOR ET PROFESSOR: MONSSERATENSIUM ET DISSENBERGENSIUM (BENEDICTINORUM CISTERTIENS.um) ANTISTES ET EMINENTISSIMI PRINCIPIS CARDINALIS AB HARRACH ARCHIEPISCOPI PRAGENSIS, VICARIUS GENERALIS: DENOMINATUS MISSIÆ EPISCOPUS. ÆTATIS SUÆ 46 ANNO 1654.

Viram hanc sui Iconographiam, R.do atq. Excellentiss.mo Dño Doctori, in perpetuam sui memoriam d.d.d.

Sebastianus Fürck Civis et Chalcographus Francofurti ad Moenum


I. CARAMUELIS
THEOLOGIA
RATIONALIS
Grammaticam Audacem, Dialecticam voca-
lem Scriptam et Mentalem: Rectam et Obli-
quam: Herculeam, Metalogicamq; exemplis Hu-
manis et Divinis edisserit, totamq; primam
Angelici Doctoris partem eodem cursu et la-
bore dilucidat.
Impensis Ioannis Gottofredi
Schönwetter.

CARAMUELIS

PRÆCURSOR LOGICUS.

COMPLECTENS

GRAMMATICAM AUDACEM,

Cuius partes ſunt tres,

METHODICA, METRICA, CRITICA:

Quarum.

PRIMA

AB OMNIBUS LINGUIS PRÆSCINDENS DISPUTAT PHILOSOPHICE DE ARTIFICIO ET SECUNDIS INTENTIONIbus Artis Grammaticæ: de Partibus Orationis: de earumdem numero: de ſingularum qualitatibus, cauſis & uſu. [Hîc corrigitur & reformatur veteris Scholæ dialectus; & inſtituitur nova, diſputationibus Philoſophicis & Theologicis appoſitiſſima, ſubſiſtens brevibus & clariſſimis regulis.]

SECUNDA

DISSERIT ETIAM PHILOSOPHICE DE SYLLABARUM NATURA ET INgenio: de Principiis & Cauſis intrinſecis & extrinſecis: de Accentu & loco: de Magnitudine, Compoſitione, & Propoſitione, de Quantitate verâ & ſecundum dici, de Motu, & primo Motore, ſeu Deo. [Hic clauditur tota Philoſophia Naturalis, & multæ controverſiæ curioſæ & difficiles ſummâ claritate explicantur & dilucidantur: & præparatur animus, ut ſequentia omnia utiliter legere poßit.]

TERTIA

AUSU GENEROSO ET FELICI IN OMNES SCIENTIAS NOBILIORES SE INSINUAT, ET ideis Grammaticarum aſſertionum præventa, examinat & tradit Logicam, Phyſicam, Metaphyſicam, & Theologiam Scholaſticam Moralemque: & illas pure Grammaticis (adeoque certis, & cuivis puero notis) fundamentis ſubcollat, & merè litterariis exemplis & notitiis dilucidat. [Et hic ingenioſo Lectori facillima & ſecuriſſima clavis porrigitur, ut poſſit intre omnes ſcientias, & in ſingulis intricatiſſimas difficultates ſolvere, & cæcas quæſtiones aperire.]

EST OPUS BREVE, ET OMNINO NECESSARIUM DISCIPULIS, QUI A RHETORICA, AUT forte à Grammatica immediatè ſe conferunt ad Philoſophiam: in quo obſcuras & graves controverſias, tam de creaturis quàm de creatore, clarè & dilucidè evolutas invenies, quæ implicantur interdum, ubi altiùs de rebus ſupremis tractatur.

Cum gratia & Privileg. S. Cæſareæ Maieſtatis,

ET

Regis Hiſpaniarum.

FRANCOFURTI

Sumptibus IOHAN. GODOFREDI SCHÖNWETTERI.

M. DC. LIV.

Oppoſita juxta ſe poſita magis eluceſcunt. *Ariſtoteles lib. 2. Metaph.* & opponuntur terrena cœleſtib us, humana divinis, ima ſummis. *Bernardus ſermone de Aſſumptione Beatiſſimæ Virginis Mariæ.*

Inter terrenas & humanas ſcientias Grammatica & Orthographia ſunt imæ: & inter cæleſtes & divinas Metalogica, Metaphyſica, & Theologica ſunt ſummæ. *D. Thomas 1. part. quæſt. 1. art. 10.*

Debent igitur hæ Facultates nobiliſsimæ cum Grammaticis Fundamentis componi, ut liquidiùs & clariùs eluceſcant.

PARS I.

METHODICA,

AB OMNIBUS LINGUIS, PRÆSCINDENS DISPUTAT. PHILOSOPHICE DE ARTIFICIO ET SECUNDIS INTENTIONIBUS ARTIS GRAMMAmaticæ: de partibus Orationis: de earumdem numero: de ſingularum qualitatibus, cauſis, & uſu.

HIC CORRIGITVR ET REFORMATVR VETERIS Schola dialectus, & inſtituitur nova diſputationibus Philoſophicis & Theologicis appoſitiſſima, ſubſiſtens brevibus & clariſſimis regulis

I. Scotus, Scaliger, & Campanella.

SOLUS, ut puto, Scotus, & poſt eum Scaliger & Campanella (alios enim non vidi) Grammaticam ſpeculativam evulgarunt: vias tamen omninò diverſas ingreſſi. Multa mihi in Scaligero, & plura in Campanellâ diſplicuerunt; & pauciora in Scoto, qui vix alibi ſubtiliùs ſcripſit, quàm cùm de Grammaticis Modis ſignificandi. Eſt igitur Grãmatica Speculativa, Manuductitio quædam ad Logicam, ideoq; Scot' *libr.1. Prior. quæſt. 9. & 19. & Elench. lib.1. quæſt. 11. Univerſ.* & ſæpè alibi multa reſumit ex his, quæ edisſeruit in ſpeculativâ Grammaticâ. & Ioannes Anglicus *quæſt.* 7. in hunc ultimum locum, *Iſtud exemplum Doctoris*, ait *pertinet ad Grammaticam ſpeculativam, quæ eſt multùm ſubtilis, & quaſi ſicut Logica.* Ad eamdem confugit *quæſt.* 16. *ad* 4. ut graves controverſias evolvat atque, *Eſt utique pro illis primo Modis recurrendum ad Grammaticam ſpeculativam, quæ nominatur de modis ſignificandi, quæ non minùs videtur difficilis, quàm Logica.* Clariùſque & meliùs cæteris Lucas Wadingus in cenſura, quam eidem Grammaticæ præfixit; *Tractatus porrò in eo genere ſerius eſt, & utilis, & valor neceſſarius ad intelligenda ſecundum veram vocum Etymologiam plurima, quæ tractantur in Logica & in Metaphyſica, unde non immeritò dixit Mauritius* (Scoti Commentator is fuit) *hac præſupponere diffuſam cognitionem de Modis ſignificandi, quorum ignorantia, inquit, multùm impedit à ſpeculatione perfectâ Logicali & Methaphyſicali, &c.* Hinc fuit, ut multi controverſias Grammaticas, quæ neſciri non poterant, interpoſuerint Logicis; hinc, ut multi illas omiſerint notorio Diſcipulorum damno: hinc, ut ego claritati & brevitati ſtudens, præſcripſerim has Meditationes Grammaticas, & in Ipſis omnia illa expoſuerim, quæ ad Grammaticæ ſcientificam notitiam pertinent, & præſciri debent ab illis, qui Logicam erunt docendi. Laudavi Scotum, quòd Grammaticas ſpeculationes præmiſerit, at ipſaſmet ſpeculationes non laudavi, ſed nec illas vitupero, volo tamen ſequi proprium martem & Genium; & multa omittere, quæ Doctor ſubtilis prolixiùs; & prolixè aliqua, quæ omiſit ille, pertractare. Legant illum, qui merent in ejuſdem Scholâ, nos omnia breviùs, omnia veriùs, & clariùs.

Quid ſit Grammatica ſpeculativa?

An ſit neceſſaria?

An Logica debeat præmitti?

VOCUM ARTICULATIO.

II. Ordo doctrinæ.

DOctrinæ ordo requirit, ut à clarioribus & facilioribus certioribuſque ſumamus exordium: & quia ego (Adoleſcentes Ingenioſi) ab Orthographiâ & Grammaticâ, quas ſcitis, vos per Logicam & Philoſophiam ad Theologiam ſum perducturus, ſumo initium à rebus facilibus & claris, & quæ vobis ſunt notæ: & ſic inquam.

Quid ſit Metagrammatica.

Eſt Grammatica *Speculativa, Grammatica quadam ulterior, citeriori nobilior excellentiorque, quæ non pertinet ad regionem aut gentem aliquam in particulari, ſed habet Meditationes abſtractiſſimas, quæ omni genti & idiomati leges loquendi præſcribunt. Eſt etiam quadam Artifex, quæ Voces format, quibus varias ſignificationes indas, ut poſſit, quæ concipit aliis manifeſtare.* In hoc differt à Voce Dictio, quod omnis Dictio ſit Vox: nõ tamẽ omnis Vox ſit Dictio, ſed ſignificativa ſolũmodò: unde cùm Dictio dicat pro materiali Vocem, & ſignificationem pro formali; neceſſe eſt, ut de ejus materiâ & formâ diſſeramus.

Caramuelis Grammatica Audax.

Quid vox quid dictio?

De Dictionum Materiâ, ceu Pronuntiatione.

Loquendi cum multis.

SUnt aliqui, qui vocibus plurium ſyllabarum delectati, inſumunt multum tempus & li-

teras, ut ea efferant, quæ brevius poſſent. Veterum inexcuſabilis fuit error iſte, & jam tenemur ei ſubſcribere, quoniam loquendum eſt cum multis; non enim ex legem vulgi linguam corrigere poteſt ſchola. Examinemus igitur quid potuerit & debuerit fieri, cùm lingua Latina, verbi gratiâ, eſt inventa, ut ſi quondam contingat aliquam novam inſtitui, eandem correctiorem edamus.

Quo debeat modo novum idioma inſtitui?

Debuit omninò Nomenclator ſibi ob oculos ponere illud Principium Metaphyſicum, *Non ſunt multiplicanda entia abſque neceſſitate*, illudque ad rem Grammaticam reducens, dicere, *Non ſunt multiplicandæ litteræ ſine neceſſitate.*

Fruſtra per plura fiunt, quæ per pauciora poſſunt.

Huic inſiſtens Axiomati Nomenclator Chinenſis omnes dictiones eſſe monoſyllabas voluit; & meritò, tot enim eſſe poſſunt monoſyllabæ, ut diſſylabæ iudicentur ſuperfluæ. quoniam ſtando notis characteribus, hæ voces ſunt vocales ſimplices,

Chinenſe Idioma.

A, E, I, O, V, Y.

hæ duplices, quæ ſuaviter conſonant,

Diphthongi.

Aa, Ae, Ai, Ao, Au, Ay.
Ea, Ee, Ei, Eo, Eu Ey.
Ia Ie, Ii, Io, Iu, Iy.
Oa, Oe, Oi, Oo, Ou, Oy.
Va, Ve, Vi, Vo, Vu, Vy.
Ya, Ye, Yi, Yo, Yu, Yy.

quæ quidem ſatis multæ ſunt: & diphthongi dicuntur: Sed non omnes admiſſæ in omni idiomate. Galli tripthongos habent, quas ſi admitteremus, deberemus monoſyllabarum vocum numerum valdè multiplicare. Litteræ conſonantes ſunt hæ,

Triphthongi.

B, C, D, F, G, H;
J, K, L, M, N, P;
Q, R, S, T, V, W, X, Z.

Conſonantes.

Cùm igitur in ſingulis ſyllabis poſſint reperiri uſque ad ſex conſonantes; [*Stridor* tres præponit vocales & *ſtirps* tres poſtponit.] colligitur eſſe monoſyllabas dictiones poſſibiles: videlicet.

Multiplicat per 20. qui duplo addit unā elpham.

Vocales. 42
ductæ in 20
840. I.
16800. II.
336000. III.
6720000 IV.
134400000 V.
2688000000. VI.

Sunt ergo poſſibiles ſyllabæ conſonantium

Senarum,	2,688;000,000.
Quinarum	134;400,000.
Quaternarum	6;720,000.
Ternarum	336,000.
Binarum	16,800.
Singularum	,840.
Nullarum	42.
Summa.	2,829;473,682.

Eſſet ergo ditiſſimum hoc Idioma: nec eo imbuti deberent ad diſſyllabam dictionem recurrere.

Sed ad quid tanta labii prodigalitas, ubertasve? Conſuleretur facilitati, ſi una aut altera conſonans præcedens vocalem, radices primitivas diſtingueret, & una vel altera quæ adderetur, diſtingueret partes Orationis, & ſingularum accidentia; videlicet, Modos, Tempura, Perſonas, Numeros, & Caſus.

Vocalium & conſonantium uſus.

VOCUM SIGNIFICATIO.

VI. Liber perihermenias.

HUc pertinet liber Peri hermenias Ariſtotelis Stagiritæ, quem Latini dicimus de Interpretatione: in quo Philoſophus agit primò de ſigno, ſecundò de nomine, tertiò de Verbo, quartò de Oratione. Nos autem de ſigno agemus modò, & de cæteris orationis partibus inferiùs.

DE SIGNIS.

Variæ ſententiæ proponuntur, & illa eligitur & dilucidatur, quæ certior & clarior videtur.

Voces ſignificantes & non ſignificantes.

VOcum aliæ carent ſignificatione, ut *Bliktri*, *Syndapſus*, & ſexcentæ aliæ, quæ fingi ab Hominibus poſſunt; aliæ ſunt ſignificatione præditæ, & ipſæ *Dictiones* vocantur; eſt enim Dictio, *Vox ſignificans.* Significatio verò, *quædā transeſſentiatio aut transſubſtantiatio moralis, ut cujus voces in res ſignificatas moraliter convertuntur, manentibus duntaxat accidentibus aut ſpeciebus audibilibus.* Quoniam in hac dictione *Ioannes*, accidentibus, quæ aure percipiuntur, phyſice ſubeſt aër, at moraliter & virtualiter loquendo, aër in Joannem transeſſentiatus ſive transſubſtantiatus eſt; quoniam illa dictio virtualiter conſiderata ita ſe habet, ac ſi aër ipſa non eſſet, ſed ipſa potiùs Joannes eſſet.

Quid ſit dictio? Quid ſignificatio?

De ſignis ſcriptis ſive ſint ſimplicia, ut ☉, ☽, ♄ &c. ſive compoſita, ut *Sol*, *Luna*, *Saturnus*, &c eodem modo debebimus philoſophari: character enim ſimplex ☉, aut compoſitus *Sol*, ab hominum inſtitutione & placito habuit, ut in Solem moraliter ſeu virtualiter converteretur; quâ converſione aut tranſubſtantiatione præmiſſâ ſequitur, ut ſub ſpeciebus & accidentibus viſibilibus illorum characterum ſubſter moraliter Solis ſubſtantia, quam ſignificant. Sed hæc, tametſi dicta breviter, ſunt difficilia & gravia, & ut intelligantur, debebimus ab altioribus & prioribus exordium ſumere. Me ſequimini or, quoniam in hac examinatiſſima materia, omnes vias ab aliis tritas puto invias, novam aperio, & ſic diſcurro.

Si in gymnaſiis hominibus concederetur, quod in Empyreo Angelis, nempè quòd ſine vocum miniſterio ſeſe mutuò intelligerent conceptibus cōmunicatis, nec de ſignificatione no-

V. Cur homines utantur vocibus, angeli non utantur?

ne nobis agendum eſſet, nec legendi libri Perihermenias, quos Ariſtoteles ſubtili Calamo exaravit. Cæterùm cùm utamur ſignis, conceptuum rationalium indicibus, opus eſt hanc quæſtionem præmittere, & doctrinam *de Signo* ſpeculationibus non contemnendis exornare.

Quid ſit ſignum?

VI. Signum definitur, Receptiſſima eſt definitio Doctoris Africani. *Signum eſt*, ait libri de Doctr. Chriſt. ſecundi primo capite, *quod præter ſpeciem quam ingerit ſenſibus facit aliud in noſtram notitiam devenire.* Ideò fumus dicitur eſſe ſignum, quia ſemper ignem indigitat ceu cauſam, & aliquando eſt multarum aliarum rerum index.

dividitur, Signum dividitur in naturale & artificiale: Illud eſt quod independenter ab hominum concordiâ & conſenſu aliquam rem ſignificat: quoniam naturâ duce, viſo veſtigio ſcimus tranſiviſſe animantem, viſo fumo intelligimus ſubeſſe ignem. Et in certum probabileq; diſtingui ſolet; non quidem ut genus in ſpecies, ſed ut ſubjectum in diverſa accidentia: quoniam idem omninò ſignum, quod reſpectu unius eſt certum, reſpectu alius, qui habeat minorem rei notitiam, ſolet eſſe probabile. *Certum* eſt *et ſubdividitur.* idem quod infallibile, *probabile* quod cum alia re quam ſignificat habet veroſimilem connexionem, tantam videlicet, ut prudenter ex una ad aliam procedatur. Viſa Solis eclipſis ſignificat certò Lunæ interpoſitionem & probabiliter morbos & corporum alterationem: utrumque tamen naturaliter. Naturale certum aliàs eſt formale, aliàs inſtrumentale: hoc eſt priùs cognitum & in hoc ab altero diſtinctum, formale enim non cognoſcitur ſed eſt ratio quâ objectum cognoſcatur. Adhuc ſignum inſtrumentale eſt triplex; à priori, à poſteriori, à proportione. Cauſa eſt ſignum à priori, & à poſteriori effectus. Statua à quantitatis proportione, & pictura à colorum diſpoſitione habent, quod ſint Cæſaris. Signum artificiale ab arte & hominum conſenſu pendet. In mari, ut conſtat ex Hiſpanicarum, Hollandicarum, & aliarum expeditionum hiſtoriis, Navium Rectores tormentorum exploſione loquuntur, qui tametſi unus & idem fragor ſit, diverſiſſimas res ſolet ſignificare. Ignis etiam excitatus è ſpeculis, incurſum Maurorum in Hiſpaniâ Africanâ, monſtra marina in Cantabriâ, lætitiam in urbibus ſignificat, quia ſic veteres Hiſpani diſpoſuerunt; & ſi adhuc, cur illi ſic & non aliter diſpoſuerint, interroges, reſpõdebo quod ſtetit pro ratione voluntas. Conſidera categoriam.

Tra icamentum ſigni.

SIGNUM.
- *Naturale; & hoc certũ aut probabile eſt.*
  - *formale.*
  - *inſtrumentale.*
    - *à priori.*
    - *à poſteriori.*
    - *à proportione.*
- *Artificiale. Et hoc eſt, cuius notitiâ penitiori indigemus.*

Solet artificiale ſignum in proprium & improprium ſeu metaphoricum ſubdividi. Signũ proprium rem ex primâ hominum inſtitutione ſignificat: improprium ex ſecundâ ob ſimilitudinem & proportionem. Sic *Agni* nomen propriè ſignificat animantem notiſſimam, & per metaphoram & translationem attribui ſolet homini, qui manſuetudine & clementiâ, ſit agno ſimilis.

Sintne voces ſigna naturalia?

Suppono tanquàm certum eandem rem poſſe ſimul habere ſignificationem ad placitum & naturalem, ut præter exempla poſita & millena quæ poſſent adduci, probat tubarum clangor, qui naturaliter & à poſteriori indigitat inſufflantis anhelitum ceu cauſam, & moraliter milites admonet, ut ſciant quid debeant facere in certamine. *VII.*

Voces igitur ſunt ſigna naturalia, *Primò*, quia ſignificat animal tanquàm pronuntiationis cauſam; & hæc ſignificatio eſt à poſteriori. *Secundò* vox illa ſpecies impreſſas, ſi quas produxit, ſignificavit à priori & ut cauſa. *Tertiò* etiam poteſt habere ſignificationem proportionis. *Voces ſunt ſigna naturalia, ſed non objectorum.* Vox quæ in aëre eſt, non poterit habere aliam figuram quam ſubiectũ quod afficit, quis ergo vetat aëreum illud ſpacium, quod repleretur corpore Cæſaris, affici illa ſonorâ qualitate? An non vox illa linearum & proportionum diſpoſitione correſponderet Cæſari? An non Angelus qui illum aërem intueretur, aſſereret, eſſe ſtatuam & ſignum naturale Cæſaris? *An vox habeat figuram?* Habet igitur ratione aëris ſonus varias figuras, quæ ſunt aliis rebus analogæ, & ut contingit fumo & nubibus, ſæpè aſſimiles diverſis animantibus. Ergò ſicut nubes exhibent nobis frequentiſſimè gygantum ſimulacra, (imò opinãtur multi ideò Gygantes nubium filios vocatos; imò etiam multi nullus alios fuiſſe veterum Poëtarum Gygantes, quàm quos reſpexerunt in nubibus) ſic etiam voces facerent, ſi aliquâ potentiâ intuitivâ aërem affectum qualitate ſonorâ à reliquo diſtingueremus. Undè ille aër naturaliter gygantem, verbi gratiâ, mole ſuâ exprimet, & licet à nobis non videatur, percipitur ab Angelo & dæmone intuitivè, & ab animâ ſeparatâ percipietur: quamobrem ſicut fumus, licet à cœco non conſpiciatur, ignis latentis ſibi & aliis non cœcis ſignum eſt; ita & ille aër ſignum erit Angelo & dæmoni eum diſtinctè intuentibus, licet à nobis non videatur.

Præterea; ſicut tabula eſt imago Cæſaris quòd colores (ſecundariæ qualitates hi ſunt) habeat ſymbolos illis quos etiam habuit Cæſar: ſic etiam ſi unicolor eſſet & haberet qualitates primarias (calorem, frigus; humectatem, & ſiccitatem) Cæſaris temperamentum referentes, poſſet Angelo, qui utrumque cognoſceret, etiam Cæſarem ſignificare. Cumque hoc ipsũ, quod de tabulâ diximus, poſſit voci & aëri ſonoro accidere (habet enim caloris, frigoris, &c. determinatam conſonantiam & armoniam) negandum non eſt, poſſe eam Cæſarem exprimere ratione primarum qualitatum.

Tandem ſicut ex facie, ſic ex voce qualeſcũque diſtinguimus etiam in mediis tenebris. Ergò Ethologus qui benè vocem Cæſaris imitaretur, naturâ duce illum ad memoriam reduceret, debereque dici Ethologi huiuſmodi vox Cæſaris imago naturalis. *Homo ex voce cognoſcitur, ſicut ex facie.*

Habeantne dictiones ſignificationem naturalem?

VIII. *Quò modò voces propria obiecta ſignificent.*

NOn vox quæcumque, ſed illa ſola *dictio* dicitur, quæ in idiomate habet ſignificantiam: idcircò voces quæ ad nullam linguam pertinent dictiones appellari non poſſunt. Διδάσκαλος dictio eſt; non Latina ſed Græca; non enim pertinet ad idioma Latinum. Hæc vox Græcè *Magiſtrum* ſignificat, ſed quæritur undè hujuſmodi ſignificationem habeat, an ab arte, an potiùs ab ipsâmet naturâ?

Voces Græcæ, &c. Chryſippo voces cujuſcumq; dialecti ſigna ſunt naturalia. Hanc Ἐγὼ contemplabundus meditatur, & ex ea probat cerebri & cordis proprietates. Huic Logoſophiæ ſuccenſet Galenus *lib.2 & 3. De placitis,* & omnes veteres & recentiores.

Nonnullis ita ſunt arbitrariæ vocum impoſitiones ut etyma univerſa tollantur.

Mediâ viâ inſiſtendum eſſe arbitror; non enim omnia debemus naturæ ipſi tribuere, nec naturæ negare.

Hebræa. *In linguâ Hebræâ* mirabilem ſyntaxin obſervavi. Utuntur viginti duabus literis, quæ habent ſignificationes differentes, artificiosè impoſitas ſed pronuntiationis inſtrumento analogas. Ex his viginti duabus ſignificationibus omnia themata componi debent: ſed hoc oſtendam alibi libro ſpeciali.

Characteres Sinenſes. *Sinenſes* labium non colunt, ſed orthographiæ ornandæ ſtudent; habent ſatis paucos ſimplices characteres, quibus Politici, qui quaſi quadraginta mille ſunt, componuntur.

Voces & characteres primitivi ſignificant ad placitum; non tamen caret ratione & naturâ derivatio. Dicendum igitur eſt tàm Hebræologiam quàm Sinographiam habere prima elementa ad placitum ſignificantia: cæterùm ex hypotheſi quod illa ſemel ſint admiſſa, omnem dictionum & characterum ſupellectilem naturaliter ſignificare. Pono exemplum in voce *Equiferus*, nam ſi benè examines *Equus* & *Ferus* artificialiter ſignificant, ſed ex hypotheſi quòd hæ voces habeant hanc ſignificationem, naturâ duce ſunt conjunctæ ut Equum ferum & indomitum ſignificarent. Sunt ergò in quâcumque linguâ aliqua prima elementa quæ habent ſignificationem ab arbitrio, ſed derivativæ & ſecundariæ voces à primitivis oriuntur duce aliquâ ratione naturali. Idcircò examinamus vocum derivatarum Etymon, omiſſis primitivis, de quarum ſignificatione non poteſt aſſignari ratio.

An ſignificatio in reali relatione conſiſtat?

IX. OMnes authores aſſerunt eſſe relationem. Sed qualem? Simplicem an compoſitam? ubi fundatam & quem ſcopum reſpicientem?

An ſignificatio imbibat tres relationes? & quales? Hurtadus *diſp. 8. Log. §. 10.* ſignificationem aſſerit ex triplici reſpectu componi: dictio enim ſignificativa reſpicit primò intellectum à quo imponitur, ſecundò perſonam cui ſignificat, tertiò rem cui imponitur. Infert brutorum voces (ſunt aves & quadrupedes quæ vocē humanam imitantur) non eſſe dictiones ſignificativas ad placitum, quia Pſittacus, exempli gratiâ, non utitur illis ut ſignis defectu cognitionis. Infert etiam verba dicta ſurdo non eſſe ſigna defectu ſecundæ relationis; tunc enim illa verba nihil ſignificarent, quia nemini ſignificarent. Addit verba idiomatis peregrini, puta Hebræa dicta à Belgâ alicui Hebræo, vel ab Hebræo alicui Belgæ, vel Belgæ à Germano, modò alter vel uterque ſignificationem non intelligat, non eſſe ſigna artificialia. [Hìc examinet, ſi voluerit Theologus, an doctrinæ conſequentia poſtulet, ut Hurtadus affirmet, Hæreſes, Blaſphemias, Injurias, &c. dictas ſurdo, aut muris (ex Impatientiâ multi loquuntur portis, menſis, lapidibus) carentes ſignificatione voces eſſe; & qui eas profert, non verbo, ſed tantummodò cogitatione, peccare: cogitationi enim delinquenti, ſi verba abſint & opera, nulla cenſura adnexa eſt. Hoc breviter adnotaſſe ſufficiat: ego enim hìc, non Theologica, ſed Grammatica tracto.]

X. *Aliud eſt ſignificare rem, & aliud ſignificare rem alicui.* Sanè ſi dicerem ſignificationem eſſe relationem, non quidem triplicem ſed ſimplicem ponerem ad ſalvandam eſſentiam ſignificationis in actu primo. Quod ut meliùs intelligas adverte ſignum habere binos terminos; nimirùm terminum *quem*, & terminum *cui*. Terminus *qui*, eſt res illa, quam dictio ſignificat; & terminus *cui*, eſt perſona, cui vox illa objectum repræſentat. Si agamus de termino *qui*, dicendum eſt, ſicut materia prima Ariſtotelica eſt pura potentia ad omnem formam, & quando unâ informatur, aliarum quarumcumque eſt capax, ita vocem ſecundum ſe conſideratam eſſe indifferentem ad quamcumque ſignificationem recipiendam; & quando unâ ſignificatione afficitur, etiam tunc poſſe illam perdere, & recipere quamcumque aliam. Cæterùm, ſi agamus de termino *cui*, ſciendum eſt accidere ſignificanti voci, quod alicui ſignificet; & poſſe conſiderari, primò, ut potentem ſignificare alicui; ſecundò, ut ſignificantem alicui; tertiò, ut loquutionem. Signum primo modo dicit relationem ad rem ſignificatam, & hoc ſufficit ut ſignificet aliquid, non tamen ut alicui. Signum modo ſecundo, nempè illud quod ſignificat aliquid alicui, dicit relationem vocis ad rem ſignificatam, non qualitercumque ſed quà cognitam, ab eo cui ſignificat. Hinc eſt quod vox ἄνθρωπος quæ eſt ſignum *hominis*, ſignificabit eum licèt à nemine intelligatur, licèt à nullo audiatur, ſeu dicatur ab homine ſeu à pſittaco: non tamen ſignificabit *hominem* eam non audientibus, imò nec omnibus eam audientibus, ſed illis dumtaxat qui eam intelligunt. *Pſittacorum verba ſignificant.* Pſittacorum voces ſignificativæ ſunt, & cum intelliguntur, etiam eis, qui ipſas intelligunt, ſignificantes; vel dicat mihi Hurtadus; ſi illæ nihil ſignificant, cur Hollandi, qui has volucres ex Indiis in Europam important, tanto ſtudio eas docent ſuas hæreſes? cur non tantâ illas curâ ſordes & blaſphemias dedocemus? Quæ virgo ingenua & nobilis auderet habere pſittacum verba impudica proferentem? ergo dicendum eſt verba, poſitâ ſemel concordiâ, & hominum communi conſenſu, habere in ſe quòd res ſignificent, ſive ab homine ſive à volucre aut alio agente proferantur. *Aliud eſt dicere, & aliud colloqui.* Verba tandem ut ad collocutionem pertineant, debent habere relationem ad res ſignificatas, hancque cognitam

audien-

audienti & proferenti; colloquium enim conceptuum communicatio eſt, & hæc per incognita ſigna fieri non poteſt.

XI. Hæc dicta ſint ex hypotheſi quod ſignificatio ſit relatio: ſed hoc non benè intelligam, quia oppoſitæ ſententiæ authores non exponunt.

Relatio ad Thomiſtarum mentem.

PRIMO enim relatio realis, præcipuè in Thomiſtarum ſententia, entitas aut modus intrinſecus eſt, Inhærens aut exiſtens in fundamento & realiter reſpiciens terminum, ad quam vel datur per ſe motus, vel non datur. Si dicatur hoc ultimum, aſſerendum eſt relationes non produci, ſed comproduci, quia ut paries niger albo fiat ſimilis, non debes nec poteris ſimilitudinem producere, hæc enim improducibilis aſſeritur, ſed debebis eum dealbare, & reſultabit per accidens ſimilitudo. Ergo ſi hic modus philoſophandi placeat, debebis dicere conſenſum hominum aliquid phyſicum (puta ſubſtantiam, quantitatem, aut qualitatem) in voce produxiſſe, quo poſito illa relatio ſignificativa reſultaret. Sed quis crederet conſenſum Græcorum à millenis annis factũ producere etiam nunc aliquid reale in vocibus, quæ à ſcicotibus hoc idioma dicuntur?

Ens morale non poteſt producere ens phyſicum.

Dices illum conſenſum non periiſſe, ſed etiam nunc perſeverare apud illos qui hoc idioma percallent. Benè; ſed conſenſus, aut ſaltem ejus permanentia, moralis eſt, & effectus phyſicos producere non poteſt.

Præterea inexplicabile eſt, quid ſit illa forma, quæ in voce à conſenſu communi producitur: inexplicabilius, cur vox ἄνθρωπος *hominem*, & vox λέων *Leonem* ſignificet. Quia forma illa realis quæ à conſenſu producitur in voce ἄνθρωπος, & altera quæ in voce λέων, vel ſunt eiuſdem ſpeciei, vel diverſæ. Si primum; cur λέων nõ ſignificat *hominem*, & *leonem* ἄνθρωπος? nulla eſt aſſignabilis ratio. Si ſecundum; additur integer ordo specierum realium vocalium ſine cauſa. Sed adhuc hoc ordine numeroſiſſimo admiſſo eſto ἄνθρωπος *hominem* ſignificet, quî homines potuerunt eam afficere tali ſpeciê? quî potuerunt eam exſpoliare? non eſt intelligibile.

XII. *An detur ad Relationem per ſe motus?*

SECUNDO ſi aſſeratur ad relationem dari motum per ſe, dicetur aliquid, quod philoſophicè defendi non poterit; ſed nihilominùs adhuc eo admiſſo corruet opinio, quam impugno. Dico igitur ea relatione realiter ſignificativâ (ſive ad eam detur per ſe motus, ſive non) ſequi omnes voces eſſe ſigna rerum naturalia. Fumus eſt ſignum naturale ignis, & pictura Cæſaris: quia ille habet à priori realem connexionem cum igne, & hæc à proportione. Nihilominùs pictura fit quando placet artifici & fumus excitatur etiam ad placitum, quapropter ille poteſt non fieri, hæc non delineari, ſed ex hypotheſi quod dentur, debet alter ignem, altera Cæſarem ſignificare. Ergo philoſophemur analogicè: Vox ἄνθρωπος habet relationem realem & phyſicam quâ ſignificet hominem? eum igitur naturaliter & phyſicè ſignificat: ergo ſicut pendet ab arbitrio artificis quod Cæſarem pingat aut non pingat, non autem quod pictura ſemel facta illum exprimat; ſic

Significatio naturalis ex hypotheſi.

etiam pendebit à conſenſu humano quod in voce ἄνθρωπος detur aut non detur relatio realis; non verò quòd potiùs *hominem* quàm *leonem* ſignificet. Igitur, qui ſignificationem aſſerit in reali relatione conſiſtere, debet ſubſcribere Chryſippo aſſerenti dictiones non quidem ad placitum, ſed naturaliter ſignificare.

An ſignificatio ſit Ens-rationis?

XIII. *An dentur Entia rationis?*

SI agamus de Ente-rationis ficto, certum eſt ſignificationem non eſſe Ens-rationis. Primò, quia talia Entia fingi non poſſunt, ut in Paralogicâ fuit demonſtratum: ſecundò licet fingerentur, non poſſent dictionem conſtituere, quia hæc non chimæricè ubjectum ſignificat, ſed verè.

Modus probabilis defendendi Relationẽ ſignificativam.

Si agamus de Ente-rationis non ficto, non philoſopharetur omninò improbabiliter, qui diceret ſignificationem eſſe relationem rationis, hoc eſt, relationem realem conceptam inter vocem & rem ſignificatam. Talem conceptum eſſe poſſibilem patet; quia poteſt concipi homo purpureus, canis viridis, & in talibus caſibus color eſſet non quidem realis exiſtens, ſed realis conceptus, & ab his authoribus vocaretur *Ens-rationis non fictum*, quia totum ſuum eſſe, hoc eſt, exiſtere haberet à rationis hypotheſi: in hoc enim Ens-rationis fictum à non ficto diſtinguitur, quòd illud, ſi daretur, eſſet forma realis concepta ubi realiter eſſe non poſſet, hoc verò eſt forma realis concepta ubi quidem non eſt, poteſt tamen. Ideò diſtinctio realis concepta inter naturam & relationes in divinis, & albedo concepta in Angelo, dicunt eſſe ficta Entia-rationis, quia nec divina eſt capax diſtinctionis; nec albedinis natura angelica, ſaltem in communi opinione.

Ens rationis fictum, & non fictum.

Explicatur ampliùs hæc ſententia. Significatio naturalis eſt relatio à naturâ rebus ipſis indita, & reſpiciens rem ſignificatam. Sic fumus ſignificat ignem, ſic dies præſentiam ſolis. Artificialis igitur erit relatio & connexio concepta in ſigno artificiali ad rem ſignificatam terminata. Poſſet Deus relationem Phyſicam & realem, ſi ipſa realiter à fundamento ſeu relativo diſtingueretur, ponere in voce ἄνθρωπος, quâ vox hæc naturaliter *hominem* ſignificaret; homo eandem phyſicè ponere non poteſt, intellectualiter poteſt concipiendo infallibilem & perpetuam connexionem inter vocem ἄνθρωπος & *hominem* ſignificatum.

PROPRIA MENS,

Significationem eſſe transſubſtantiationem moralem.

XIV. SEmper aſſerui ſignificationem ad placitum eſſe moralem transſubſtantiationem rei ſignificantis in ſignificatam manentibus dumtaxat nonnullis accidentibus.

Quid ſit transſubſtantiatio Phyſica? quid moralis?

Transſubſtantiatio Phyſica accidit in Euchariſtiæ ſacramento, cùm ad præſentiam Chriſti Domini deſinit tota panis ſubſtantia, manentibus panis accidentibus. Si analogicè philoſophari volueris, habebis transſubſtantiationem moralem. Vicarius verbi gratiâ moraliter transſubſtantiatur in perſonam Regis delegantis, quia ex vi delegationis jam morali-

ret & virtualiter loquendo eſt Rex; hoc eſt, licèt verè non ſit Rex, ita ſe habet ac ſi verè Rex eſſet. Eodem prorſus modo de Legatis & Subſtitutis omnibus philoſophare.

Vicarius Legatus, ſubſtitutus.

Hinc inferes, quî voces artificialiter & moraliter fiant ſignificativæ. ἄνθρωπος vox eſt, pro materiali dicit ſubſtantiam aëris & pro formali ſonum: *Homo* animal rationale eſt. Conſentiunt Nomenclatores Græci in hoc quod vox ἄνθρωπος ita ſe habeat in communi colloquio ac ſi eſſet verè homo; ergo concedunt illi, quòd virtualiter ſit homo; ergo virtualiter tranſubſtantiarunt illam in hominem. Ergò ſub ſpeciebus ſoni audibilis non intelligitur aër fractus, qui phyſicè ſubeſt: ſed homo qui ſubeſt virtualiter, hoc eſt, ita ſe habet ac ſi realiter ſubeſſet.

Tranſubſtantiatio duplex: efficiens, & formalis.

Tranſubſtantiatio duplex eſt, efficiens & formalis. Efficiens eſt cauſæ tranſubſtantiantis actio: formalis motus totalis converſionis, quò prior ſubſtantia deſinit eſſe & in poſteriorem convertitur. Et tranſeundo ad vocum ſignificationem, voluntas & hominum conſenſus eſt, qui vocem ἄνθρωπος in *hominem* tranſubſtantiavit moraliter: ſed tranſubſtantiatio formalis (hæc eſt ſignificatio) non eſt ipſa voluntas, ut vult Hurtadus *diſp.*8.*Log.*§.16. ſed eſt converſio & motus virtualis compoſitus ex deſitione & productione; nempè ille virtualis motus quo aër, qui ſuberat ſoni ſpeciebus, tranſit virtualiter ex *eſſe* ad *non eſſe*, & homo qui ibi ne moraliter quidem erat, tranſit virtualiter ex *non eſſe* ad *eſſe*.

Significatio in formali conſiſtit.

De accentibus aut ſpeciebus, ſub quibus fit tranſubſtantiatio.

Hæc tranſubſtantiatio ſignificativa fit ſub aliquibus determinatis accidentibus, quia ſicut tranſubſtantiatio Phyſica non poſtulat omnium accidentium perſiſtentiam ſed characteriſticorum, ſic nec tranſubſtantiatio moralis. Conſecrata hoſtia mutat ubicationem, ſitum, tempus, relationes, & qualitatum gradus (modò enim intenditur, modò remittitur) fortè & recipit aliquas qualitates manēte eādem tranſubſtantiatione: quæ non maneret ſi vel mutaretur quantitas, aut qualitates characteriſticæ panis. Sic ſimiliter in ſigno vocali requiritur ſonus articulatus. (ut patet in eadem voce ἄνθρωπος, quam ſæpè reſumpſimus) quo manente poſſunt alia accidentia mutari (verbi gratiâ, ſi vox fieret enarmonica, ſuavis, aſpera; fortis, debilis; remiſſa, intenſa; &c.) ſine tranſubſtantiationis corruptione. Non aliter in ſigno ſcripto; tales linearum ductus ſunt requiſiti: quòd iſti ſint pulchri, aut malè formati, modò legibiles, quòd ſint nigri, aut purpurei, non refert.

XV. *An accidentia poſſint tranſubſtantiari?*

Dices, Benè intelligitur quod vox ἄνθρωπος tranſubſtantietur moraliter in hominem, quia & ipſa erat ſubſtantia & homo etiam; ſed quid dicemus de vocibus quæ accidentia ſignificant, quales ſunt φῶς *lux*, λευκότης *albedo*, tunc enim ſubſtantia tota aëris convertetur moraliter in unum accidens ac propterea non erit tranſubſtantiatio?

Reſpondeo primò, nomine *ſubſtantia* non intelligi impræſentiarum phyſicam, ſed metaphyſicam; hoc eſt, rei quiditatem, ac propterea me in ipſo meæ Reſolutionis principio Tranſubſtantiationem & Transeſſentiationem conjunxiſſe, ne hæc replica moveri poſſet. Addo ſubſtantiæ nomine me non abuti, cum eſſentiæ id approprio; eodem enim illud accipitur ſenſu in his vulgatiſſimis definitionib. *Æquivoca dicuntur, quorum ſolum nomen commune eſt, & ratio ſubſtantia ſecundum illud nomen diverſa. Univoca dicuntur, quorum nomen commune eſt, & ratio ſubſtantia ſecundum illud nomen eſt eadem. Analoga dicūtur, quorum nomen cōmune eſt, & ratio ſubſtantia ſecundum illud nomen, partim eadem & partim diverſa.* Sic loquitur Ariſtoteles, ſic Hurtadus *diſp.*10.*Met.*§.6. ſic Complutenſes *diſp.*12.*Log. queſt.*1. ex quibus infero ſignificationem huius vocis φῶς eſſe tranſubſtantiationem, quâ ſubſtantia aëris ſub illa articulatione latentis moraliter convertitur in ſubſtantiam, hoc eſt, in quiditatem lucis.

Eſſentia à Metaphyſicis appellantur ſubſtantia.

Tranſubſtantiatio ſolum poſtulat, ut terminus à quo ſit ſubſtantia.

Reſpondeo ſecundò, dari etiam tranſubſtantiationem, licèt nomen ſubſtantiæ phyſicè & rigoroſè ſumatur; quia ille motus eſt à ſubſtantia in accidens, ac propterea poterit dici ſubſtantialis nam & ipſa converſio Euchariſtica, cuius terminus *ad quem*, qui in opinione multorum eſt ſubſtantia (nimirùm, Chriſtus, qui ſub ſpeciebus reproducitur) in opinione aliorum eſt modus (nimirùm, præſentia Chriſti poſiti ſub ſpecies, non actione reproductivâ, ſed adductivâ,) ſemper dicitur *Tranſubſtantiatio*; ſufficit enim terminum *à quo* eſſe ſubſtantiam, ut taliter denominetur. Ita habet Bellarminus apud Vazquez 3. *part. diſp.* 181. *num.*18.

Addo tertiò, me non eſſe ſollicitum de voce ipſa, modò de re nulla ſit diſceptatio; ſi non placeat hanc moralem totius ſubſtantiæ vocis φῶς in lucem converſionem *Moralem tranſubſtantiationem* dicere, eam *Transeſſentiationem*, aut fortè *Transquiditationem* novo vocabulo appellemus; ſed cùm non urgeamur nova vocabula invenire, ſuaderem *Tranſubſtantiationem* retineri.

XVI. *Sicut de phyſicis phyſicè, ſic etiam debemus de moralibus moraliter philoſophari.*

Obiicies. Tunc philoſophamur benè quando de moralibus agimus moraliter, ut de phyſicis phyſicè: atqui nunquàm ſubſtantia phyſica convertitur in Phyſicum accidens phyſicè: ergò neque moraliter. Conſequentia eſt legitima; major eſt certa, quia aliàs moralitates omnes eſſent fictiones & chimæræ: Minorem probas. Quia non habemus aliam tranſubſtantionem phyſicam quàm Euchariſticam, in hac autem non ſubſtantia in accidens, ſed ſubſtantia in ſubſtantiam convertitur.

Reſpondeo *primò*, fortè non produci Chriſtum in Euchariſtiæ ſacramento, ſed adduci; & ſi adducitur, in præſentiam potiùs quàm in ſubſtantiam dirigi converſionem. *Secundò*, poſitâ Chriſti Euchariſticâ reproductione, ſubiungo res morales eſſe analogas & ſimiles rebus Phyſicis, non ſolùm exiſtentibus, ſed etiam poſſibilibus. quis autem oſtendet Deum non poſſe totam ſubſtantiam panis convertere phyſicè in albedinem Chriſti, manentibus panis ſpeciebus, ſub quibus fieret hæc mutatio?

Hinc patet, dictionis in actu ſignato ſumptę ſignificationem eſſe tranſubſtantiationem moralem cognitam ab inſtitutoribus: debere-

que

que illi innoteſcere, cui dictio ſignificat aliquid in actu exercito: tandem non poſſe dici locutionem, niſi à colloquentibus intelligatur.

Dictio eſt ſignum.

Dictio igitur ſignum artificiale eſt, quia ſicut color Euchariſticus ſignum eſt, quia præter ſpeciem, quam ingerit oculis, facit nos in Chriſti ſubſtantiæ notitiam devenire; ita etiam ſervatâ analogiâ vox *Φῶς* ſignum erit, quia præter ſpeciem quam auditui ingerit, conducit nos ad cognitionem lucis, moraliter ſub eâ ſubſtantiæ.

Corollarium.

Hinc conſtat in dictione ſeu quolibet ſigno arbitrario, aliud eſſe vocem ſignificare talem rem, aliud ſignificare rem tali perſonæ, aliud ſignificare talem rem tali perſonæ per modum locutionis. Primum pendet à Nomenclatoris inſtituto: Secundum ab audientis notitiâ: Tertium à notitiâ dicentis & audientis ſimul.

An dictiones poſſint ſignificare rem perfectiùs quàm ab imponente intelligitur?

XVII. NEgavit D. Thomas 1. *part. quæſt.* 13. *art.* 1. affirmavit Scotus, cui ſubſcripſit Molina. Hurtadus *diſp.* 8. *Log.* §. 24. vult omnes ad concordiam reducere, ſed videtur ſubſcribere potiùs D. Thomæ.

Plurima nomina de facto plus ſignificant, quàm ipſe nomenclator intelligit.

Pro intelligentia hujus difficultatis demus caſum. Imponit Lelius avem aliquam thecæ: ſupervenis, ex motu cognoſcis in ea captivum animal; non tamen, an ſit quadrupes, aut avis, diſtinguis. Acceſſitur Nomenclator Cicero, & ſolùm percipit ibi eſſe ſingulare aliquod corpus quod denominat *Cluſium*. Hoc nomen ſupponetur pro illo individuo corpore quod in arca clauditur, & ſignificabit Nomenclatori rem quà corpoream, tibi quà viventem, Lelio quà volucrem: ſignificabit igitur rem perfectiùs quàm à Nomenclatore cognoſcitur.

Nomina Deus, Angelus, Anima.

Hinc conſtat nomina *Deus*, *Angelus*, *Anima*, & alia his ſimilia, ſignificare illas ſubſtantias qualeſcumque ipſæ ſint, licet à Nomenclatore non ſint perfectè cognitæ, nec olim mutanda eſſe nomina, licèt illæ perfectiùs cognoſcantur. Invenit brutum ignotæ ſpeciei ruſticus & vocavit *Armillion*, hoc examinatur à Medicis & viris peritioribus, meliùs ab his cognoſcitur, ſed eodem nomine indigitatur, quia inventor id, cujuſcumque naturæ eſſet, *Armillion* nominavit.

N O T A.

Cur nomina Ieſus, Maria, & alia ſimilia colantur?

HInc jam altè cognoſcitur cur voci *Ieſus Maria*, & nominibus Sanctorum exhibeatur cultus religioſus. Dictiones *Deus*, & *Ieſus* latricâ adoratione coluntur, quia quà ſignificativæ aër fractus non ſunt, ſed ſunt virtualiter (alii intentionaliter) Deus. Eodem prorſus modo, Sanctorum nomina, non ſunt ſubſtantiæ non-viventes, ſed intentionaliter & moraliter loquendo ſunt ipſimet Sancti ſignificati, quia vox *Paulus* moraliter transſubſtantiata eſt, & converſa intentionaliter in D. Paulum. Crux ab univerſis adoratur, nec tamen ab univerſis eodem modo. Si dicatur hæc ✠ imago illius, è qua pependit Chriſtus, non dabitur ſufficiens latriæ ratio; quia latriæ cultus ſoli tribuitur Deo, & tamen nec noſtræ cruces, nec illa quæ Chriſtum ſuſtinuit, Deus eſt. Si conſideretur crux, ut Chriſtum ſuſtinens, adorari non poterit; nam tametſi Chriſtus, qui ſuſtinetur à cruce, Deus ſit; Crux, quæ ſuſtinet Chriſtum, Deus non eſt. Cur adorabitur crux? Quia eſt Chriſti character & ſtemma; noſter enim Redemptor hoc ſigno audibili, *Ieſus*, & hoc viſibili ✠ ſignificatur. Crux igitur vi moralis tranſſubſtantiationis Chriſtus eſt; & ſub viſibilibus duarum linearum ſe rectâ ſecantium ſpeciebus continet virtualiter Chriſtum; imò ipſa moraliter & virtualiter eſt Chriſtus, quem adoro. Sed de hoc uberiùs, cùm de imaginum cultu tractabo.

Cur etiam Crux.

An voces ſignificent immediatè res ipſas, an mediatè?

COnceptus *Homo* hominem ſignificat propriè & immediatè. Petitur an vox *Homo* ſignificet immediatè ipſum hominem, & æquivaleat conceptui *Homo*, an verò ſignificet immediatè conceptum & medio conceptu ipſum hominem.

Putavit Ariſtoteles conceptibus ſignificari res, vocibus conceptus, & ſcripturis voces. Ita etiam Peripatetici. Subſcripſit illi D. Thomas 1. p. q. 84. art. 2. ubi ad mentem Ariſtotelis ait; *Philos. dicit in* 1. *Periher. quod voces ſunt notæ earum, quæ ſunt in anima, paſſionum. Sed voces ſignificant res intellectas. Id enim voce ſignificamus quod intelligimus. Ergo ipſæ paſſiones animæ, ſcilicet ſpecies intelligibiles, ſunt ea quæ intelliguntur in actu.* Et part. 1. q. 85. art. 5. *Voces ſignificant conceptiones intellectûs, ut dicit Philos. in* 1. *Perih. Sed in vocibus eſt compoſitio & diviſio: ut patet in propoſitionibus affirmativis & negativis. Ergo intellectus componit & dividit.*

Sunt æquivalentes inter ſe, Conceptus, Voces, & Scriptura.

Sentio nihilominùs tam conceptus, quàm voces & ſcripturas eſſe æquipollentia ſigna, res ipſas immediatè ſignificantia. In vocibus Synonymis non dicemus vocem *Gladius* ſignificare vocem *Enſis*, & hanc ipſum inſtrumentum ferreum, quod eſt *Enſis*; ſed dicemus hoc immediatè à vocibus *Enſis* & *Gladius* ſignificari; has autem eſſe Synonymas, hoc eſt, æquipollentes. Sic ſimiliter; vox *Homo*, conceptus *Homo*, ſcriptura *Homo* Latinè, *ἄνθρωπος* Græcè, אדם *Adam* Hebraicè, ipſammet hominis quiditatem ſignificant propriè & immediatè, & inter ſe non habent ordinem, ſed ſunt æquivalentes: ſicut enim verba Latina non ſignificant verba Græca, ſed æquivalent verbis Græcis; ſic etiam nec vox conceptum, nec ſcriptura vocem ſignificat; ſed æquivalent omnes ſibi ipſis. Et hoc, me judice, tam verum, & tam clarum eſt, ut qui contrarium dicunt, videantur non velle, (vel fortè non poſſe) intelligere difficultatem.

DE

DE MODO SIGNIFICANDI.

XVIII. Duæ ſunt Philoſophicæ hæreſes, quæ perturbant ſcholas; vocalis una, ſintellectualis altera. Sunt qui dicunt, *In Deo nihil eſt prius aut poſterius, nihil majus aut minus: ſed omnes tres perſonæ coæternæ ſunt & coæquales, at noſtro modo concipiendi intelligitur Pater prior Filio, & uterque prior Spiritu Sancto.* Hoc audiui millies, & ſemper, ſi rem fatear, impatiens. Quæro igitur qualis ſit ille modus concipiendi? anne verus, an fallax? anne bonus, an malus? Puto enim Theologicas ſcholas ideò erigi, ut benè concipere divina diſcamus; quia ad errandum, ad malè concipiendum, ad fingendum, Natura lapſa magiſterio non indiget, nam *omnis homo mendax*, & ne remotiora exempla quæram, te ipſum tibi propono. Antequam operam navares Theologicis, Deum cognoſcebas aliter quàm eſt in ſe, & ſi poſt Herculeos labores etiam Deum cognoſcis aliter quàm eſt in ſe, ſine ulla utilitate allaboraſti. Prætereà, ſi licet cognoſcere priorem Patrem, & poſteriorem Filium, cur non licebit majorem Patrem, minorem Filium? Cur non excuſare Arrium poterimus, quòd agat de modo concipiendi, qui in nobis; & non de modo eſſendi, qui in Deo. Sed hîc immorari non volo, quia Grammatica tracto, moneo tamen per annos viginti vel plures, quibus iſtos Modos concipiendi rejicio & naturam rerum, prout eſt, intelligere ſatago, frequentiſſimè propoſuiſſe & ſubjeciſſe examini hoc ratiocinium, quod jam tandem longâ experientiâ doctus inſolubile exiſtimo. Sic arguo, *Si nix de facto careret albedine, de facto non eſſet alba: at à me concipitur carens albedine: ergo à me concipitur non eſſe alba.* Si præmiſſæ ſint veræ, conſequentia negari non poterit. Hinc progredior, & analogiâ ſervatâ ſic diſcurro. *Si reverà Filius eſſet poſterior Patre, Filius non eſſet Deus. At à te Filius concipitur eſſe poſterior. ergo concipitur non eſſe Deus. Ergo repugnat Deum Filium concipi poſteriorem Deo Patre.* Rejicienda igitur eſt à divinis omnis prioritas rationis ratiocinatæ, dicendumque inter perſonas aut nullam eſſe, aut meram rationis ratiocinantis, quæ non ſe teneat ex parte objecti (hoc *rationem ratiocinatam* vocant) ſed ex parte actûs formalis (quem *rationem ratiocinantem* appellant.)

De prioritate rationis ratiocinata.

Cur ſcholæ inſtitutæ.

De maioritate rationis ratiocinata.

De qualitate (albedine) rationis ratiocinata.

Prioritas rationis ratiocinantis.

XIX. Ex hac mala Antagoniſtarum doctrina naſcitur alia æquè mala, vel pejor; quæ concernit ſpeculativam Grammaticam. Quia ſi licet rem aliter concipere quàm eſt in ſe; etiam licebit eam aliter ſignificare: quod neſcio quali fato Viri etiam doctiſſimi admittunt, fortè quia carent fundamentis Grammaticæ ſpeculativæ. Et quidem, ſi antiquos citari audirem, non mirarer; ſcio enim olim omnia fuiſſe ſubdubia, quæ iam clara: at cùm Iuniorum libros lego, miror, vel eorum negligentiam, vel meam inſcitiam; meâ enim ſententiâ illos errare ita perſpicuum, ut ſi evidens dixero, loquutus ſecundum mentem fuero. Unum volo proponere cujus ingenium magni facio. Arriagam, inquam, qui diſp. 4. Metaph. ſect. 13. ſubſ. 5. An actiones ſint ſuppoſitorum, inquirit. num. 123. negativè reſpondet, & num. 124 ſic inquit. *Adverte denominationis operationes tribui ſuppoſito, ſicut operationes materia, item & operationes forma tribuuntur toti compoſito, & ita homo dicitur albus ab albedine in materiâ, & intelligens ab intellectione in animâ. Ratio eſt, quia cùm hæc omnia conſtituant unum per ſe, communicant ſibi ipſis eas denominationes, licèt propriè & in re ab unâ tantùm parte oriātur. Et ſi maiorem huius denominationis rationem quæris, non aliam video, neque eſt, quam acceptio communis, ut quando dicunt*, Homo intelligit, *non volunt ſignificare omnes partes intelligere, ſed contenti ſunt, ſi vel una intelligat: eſt enim figura ſynecdoche, quæ ad voluntatem Auctorum linguarum reducenda eſt.* Sic ille; & ut eum benè intelligas annotato Συνεκδοχὴν eſſe figuram loquutionis, quâ partem pro toto, aut totum pro parte intelligimus, ut annus pro hyeme, Virgilius:

Quàm multæ glomerantur aves, ubi frigidus annus
Trans pontum fugat & terris immittit apricis, &c.

& infer ad Arriagæ mentem omnes has prædicationes, *Deus patitur, Deus moritur, Verbum æternum nos redemit.* item has, *Petrus eſt albus, Petrus intelligit*, eſſe improprias & figuratas, noſque, ſi ſeverè & rigoroſè, (hoc eſt ſine tropo & figurâ) & prout Theologos & Philoſophos decet, loqui velimus, debere omnino dicere, falſas eſſe omnes illas Aſſertiones, quas poſui. Quis id credat? Dicat Arriaga quidquid velit, ego enim præſcindendo ab omni tropo & ab omni figura puto nō fictè & impropriè, ſed ꝓpriè & verè omnia illa aſſeri, quæ impropria ab Arriagā dicuntur. Omittamus igitur, quæ nimiùm falſa credimus, & noſtram mentem aperiamus. Sit

Iuniores veteribus doctiores ſunt.

An actiones ſint ſuppoſitorum.

Quid ſit Synecdoche.

PRIMA CONCLVSIO. *Tunc res benè concipitur, cùm concipitur talis, qualis eſt in ſe: tunc malè, cū concipitur eſſe altera, quàm eſt in ſe.* Hanc ob rem malè concipietur Æthiops, ſi albus; malè ignis, ſi frigidus; & malè Gygas, ſi paruus. Ergo etiam malè concipietur ſubiectum ſi eſſe informans; male actus, ſi eſſe ſubiectum: malè fundamentum, ſi eſſe terminus; malè terminus, ſi eſſe fundamentum intelligatur: Et tandem malè vallis, ſi eſſe mons; & malè etiam mons, ſi eſſe vallis.

Quid ſit rem benè concipi.

SECVNDA. *Tunc res benè dicitur vel ſignificatur, quando dicitur talis, qualis eſt: & tunc malè, quando dicitur eſſe altera quàm eſt in ſe.* Patet à paritate.

Quid ſit rem benè dici.

De

De Suppoſitione & Acceptione.

XXI. SIgnificatio, Suppoſitio, & Acceptio tria ſunt nomina, ſed una res. Scio à multis diſtingui, ſed eorum ſubtilitas minimè placet. Idem omninò eſt ſignificare ad placitum, quod poni pro objecto: idem poni pro illo, quod pro illo accipi. Suppoſitio igitur eſt duplex, Materialis, Formaliſque. Hæc eſt acceptiu vocis pro re ſignificata, ut cùm dicimus, *Homo eſt animal.* Illa eſt acceptio vocis pro ſe ipſa, ut cùm Grammatici dicunt, *Homo eſt diſſyllabum.*

Suppoſitio Materialis & Formalis.

Accipiuntur voces primò & ſecundò intentionaliter; Primò intentionaliter, cum pro ipſo objecto: Secundò intentionaliter cùm pro denominatione aliqua Grammatica, Poëtica, aut Logica. Exempla adjungo. *Animal* ſumitur primo-intentionaliter in hac propoſitione, *Animal eſt vivens ſenſibile:* & ſecundò-intentionaliter in iſtis: *Animal eſt nomen. Animal eſt pes tribrachys. Animal eſt genus.*

Prima & ſecunda intentionis, ſeu impoſitionis.

Quæris primò, an voces ſupponant, an verò ſupponantur pro rebus? Reſpondeo hanc eſſe quæſtionem Grammaticam, nec omninò Inutilem; cur enim Philoſophus caſtè & purè dedignetur eloqui, ubi poteſt ſine detrimento conceptûs. Et quidem veteres Logici *Dictiones pro rebus ſupponere,* dixerunt, corriguntur tamen à Fonſeca, *libr.* 8. *cap.* 2. non enim *Crux* ſupponit pro Chriſto ſed ſupponitur. Defenduntur à Soto 2. *part. introductionis cap.* 1. *lect.* 1. *Notab.* 2. Sed Sotus teſte Hurtado *diſp.* 2. *ſumm.* §. 2. melior Summuliſta, quàm Latinus fuit.

Caſtè loqui debemus, quamdiu poſſumus.

XXII. Quæris ſecundò, an ſit probabilis eorum ſententia, qui ſuppoſitionem ab Acceptione, & utramque à ſignificatione diſtinguunt? Reſpondeo mihi non videri probabilem, ſed mera æquivocatione ſubnixam. Auguſtinus Hunæus in Prodidagmatibus Logicis contrariam opinionem tuetur, & ſic ait [Eſt igitur vocis Acceptio in præſenti tractatu nihil aliud niſi *vocabuli cujoſpiam ad aliquid denotandum, unde enuntiationis veritas aut falſitas æſtimanda eſt, uſurpatio.* Cùm enim ipſis per ſe rebus in medium prolatis (ut habet Ariſtoteles in Elenchis) conſtare diſputatio non poſſit (non enim quomodo ex digeſtis ſimul floribus frondibuſque ſertum texitur, ſic propoſitionem aut ſyllogiſmum ex rebus ipſis, de quibus diſputatio eſt, connectere licet) verbis quaſi notis quibuſdam pro rebus uti cogimur. Ex iis autem rebus æſtimatur veritas aut falſitas orationis, quas ſecundùm probatam & viſitatam loquendi conſuetudinem ipſum vocabulum in tali loco poſitum deſignat. ut in hac enuntiatione, *Omnis homo eſt mortalis,* vox (*homo*) licet ſua ſignificatione aliquo modo comprehendat, non modò homines vivos, verùm etiam mortuos & pictos: tamen in recitatâ jam oratione accipitur duntaxat pro vivis; vocabulũ enim (*homo*) in iſta enuntiatione poſitum, ſecundùm uſitatam loquendi conſuetudinem tantummodò vivos homines denotat. Unde perſpicuum eſt, magnum eſſe diſcrimen inter vocis ſignificationem, & ejus acceptionem.

De ſuppoſitionis, Acceptionis & Significationis diſtinctione.

[illegible] æquivoci ſignificatio à prædicato limitatur.

Licèt enim multa & varia ſæpenumerò vox ſignificet; non tamen pro iis omnibus ſemper accipitur, ſed pro iis tantùm accipi putanda eſt, quæ in tali oratione denotantur, ex quibus ſolis veritas & falſitas eſt metienda.] Sic Hunæus.

At ego ejuſdem verbis meam ſententiam demonſtro. Si in hac propoſitione, *Omnis homo eſt mortalis,* vocabulum *Homo* tantummodò homines vivos denotat, (quod expreſsè aſſerit Hunæus) tantummodò vivos ſignificat: quid enim aliud denotare, quam ſignificare?

Quo res ſenſu ſupponitur, eo accipitur, denotat ſignificatque.

Dicendum igitur eſt omnem omninò vocem eo ſenſu, quo ſignificat, ſupponi, & accipi: Omnis enim vox ſeorſim ſumpta habet multas ſignificationes potentiâ (vox *Homo* eſt æquivoca, & poteſt ſignificare materialiter, formaliter, primò intentionaliter, & ſecundò intentionaliter, &c.) nullam actu: & item pro multis rebus poteſt ſupponi, pro multis accipi. Cùm dico *Homo eſt tetragrammaton,* tunc in hac verificatione vox *Homo* materialiter ſumitur, materialiter ſupponitur, & ſuam materiam denotat & ſignificat; non verò ſignificat hominem; nam poſſumus ejus ſignificationem formalem aut auferre aut mutare; & tamen ſemper erit verum dicere, *Homo eſt tetragrammaton.* Puto enim tam ſignificari hominem (hoc eſt, animal rationale) à voce *Homo* in hac verificatione, *Homo eſt vox quadrilittera,* quàm animal rugibile à voce *Leo* in hac verificatione, *Leo eſt ſignum Zodiaci.* [conſultò de *verificationibus* hoc eſt de propoſitionibus ago: quoniam, ſi propoſitio dicatur falſa, tunc in hac falſificatione *Homo eſt animal*, poterit vox *Homo*, quatuor litteras, aut fractum aërem ſignificare.]

Et quidem multi ſunt, qui de ſuppoſitione ſcripſerunt. P. Philippus du Trieu in ſuæ Dialect. tract. 2. part. 3. integrũ habet de hac materia tractatum, ſed inutiliter omnia repetit, quæ dixerat tractatu de Terminis. Nobis hæc paucula ſufficiant; & ut meliùs materialem ſuppoſitionem intelligamus, pono ob oculos ſequentia carmina.

Ter tria *ſunt ſeptem*, ſeptem *ſex*, ſex *quoque tres ſunt*
Octo *dant quatuor*, quatuor *faciunt* tibi *ſeptem*;
Hæc bene ſi n V Mers. *facient tibi millia quinque.*

Ioſephus Langius in elementali Mathematico pag. 144.

Quæ omnia ſunt vera ſtando ſuppoſitioni materiali; nam *Ter-tria* ſunt ſeptem literæ; &c. Hac arte multa carmina pulchra circumferuntur, quæ quia materialis ſuppoſitio ratio eſt, magis placent. Hæreticum cenſeretur hoc carmen, ni materiali ſuppoſitione ſalvaretur; nimirùm,

Lucifer Infernus ſine te eſt,
non eſt tamen Æther.

Ubi, quia *Infernus* eſt vox, quæ caret litera T. quâ *æther* non caret; nihil Lucifero dicitur, quod verum non ſit. Huic ſimile eſt illud,

Quid fers in curru? Recidat Bo ſyllaba tantùm
Et plenum currum carnibus ipſe feram.

Et etiam illud,

Carbones ſine bo comedit quandoque puellus,
Et metrum ſine te ſæpè puella bibit.

Carbones

Carbones enim ſublato BO fiunt carnes; & Metrum ſublato T, fit metum.

Pronuncio igitur ſuppoſitionem, acceptionem, & ſignificationem ſumi potentiâ & actu, aut etiam actu primo & ſecundo; nec aliter poſſe aut ſolere inveniri diſcrimen, quàm ſi alteram vocem actu primo, alteram ſecundo ſumamus. Sed qui hoc modo procedere voluerit, etiam inter *hominem* & *animal rationale* realem diſtinctionem inveniet: vox enim *homo*, & vox *animal rationale* realiter diſtinguuntur.

De temporum Ampliatione & Præciſione.

XXIV. *Ampliatio.*

AMpliatio *eſt extenſio termini ad majorem ſignificationem*, ut cùm dicimus *eſt*, & intelligimus præteritum, præſens, & futurum. Idem enim eſt dicere, *Expetit immenſas ſemper avarus opes*, ac avarus expetiit, expetit, & expetet. Hûc pertinent omnes Propoſitiones, quæ in materia neceſſaria & propria; ut *Homo eſt animal*, *Homo eſt riſibilis*, nullum enim eſt tempus (præteritum, præſens, futurum) de quo non verificetur illud *eſt*

Præciſio, ſeu Abſtractio.

Præciſio eſt quædam abſtractiva ampliatio; *quâ videlicet tempus verbi præſcinditur à quando, ita ut non jam ſignificet præſens, præteritum, futurumque, ſed aliquid commune præterito, præſenti & futuro.*

Tempus indeterminatum, ſeu ἀόριστον.

Tempus ſic præſciſum erit tempus indeterminatum, quo carent Latini; ne diſputare incipiam, quam vim habeant Aoriſtica ſeu tempora indeterminata apud Græcos.

Verbum igitur Ampliatum illud eſt, quod quocumque tempore ponatur omnia pervadit tempora, ut cùm dicimus, *Deus vivit*: hæc enim poſitio ampliari debet ut ſignificet, *Deus vixit, vivit, vivetque.*

Verbum præciſum à præterito præſenti & futuro abſtrahit, & in ſingulis verificabile eſt; ut cùm dicimus, *Creatura, quæ eſt in aliqua differentia temporis, eſt objectum ſcientiæ viſionis*: ubi illud primum *eſt* (quidquid ſit de ſecundo) ſumitur præciſivè, non pro præterito, præſenti, aut futuro determinatè, ſed pro tempore quodam aoriſtico, quo carent Latini, & habere deberent aut fingere, ne in tortricas & latebras quotidie inciderent.

Hunnæus, & cum ipſo nonnulli, his temporum aut conſiderationum differentiis adiungunt alias duas; nimirùm,

Poſſibile, & obiectivum.

Eſſe poſſibile, ſeu non repugnans.
Eſſe intelligibile, ſeu obiectivum.

quas nullo modo excludere poterit, qui voluerit ſubtiliter philoſophari at illas nos ad eſſentialem conſiderationem reducimus: de quâ inferiùs. PONAMUS aliqua exempla, ut omnes iſtæ temporum & conſiderationum differentiæ meliùs & clariùs innoteſcant.

XXV. *Exponitur Atinia lex.*

Petis primò, Quo ſenſu accipiatur illa pervetuſta lex, cui Atiniæ nomen; ſcilicet, *Quod ſubreptum erit, ejus rei æterna authoritas eſto.* Sic P. Nigidius & Q. Scævola: quorum verba Grammaticus quicumque intelligeret de furtis futuris tantummodò, at A. Gellius ampliatione utitur, & ad omnia tempora extendit; putatque illud *erit*, eſſe præteriti, præſentis & futuri, & ad Legiſlatorum mentem, *In rem, quæ ſubrepta fuit, eſt, & erit æternam authoritatem eſſe.* Quæ lex non eſt præceptiva, ſed definitiva; quia ſtando Iuri naturæ, nulla datur rei alienæ præſcriptio: imò nec rei ſubreptæ datur præſcriptio Iure humano ſaltem Canonico: quoniam poſſeſſor malæ fidei nullo præſcribit tempore ex Reg. 2. in 6. & quidem fur ſemper eſt poſſeſſor malæ fidei. Conſultò illud *ſaltem* poſui; ſunt enim multi Authores, qui ad præſcriptionem civilem nullum omninò titulum, ſed ſolam tanti aut tanti temporis poſſeſſionem requirant: & dari aliquam præſcriptionem Canonicam ſine titulo ſuo loco clariſſimè oſtendam.

Præſcriptiones ſunt Iuris humani.

An ſemper titulum requirant?

XXVI.

Cognoſcis Ampliationis virtutem uſumque, & ideò iam inſtructior latè aliqua teſtimonia intelligis. Illud Chriſti apud Matthæū, *Videte, ne contemnatis unum ex his puſillis. Dico enim vobis, quia Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei, qui in cœlis eſt*, Ampliationem requirit; nam Angeli viderunt, vident, videbuntque faciem Dei, qui fuit, eſt, & erit in cœlis. Hoc ſenſu intelliguntur multa Axiomata, quæ omnia tempora poſſunt & debent percurrere: talia ſunt, *Veritas odium parit. Obſequium amicos conciliat. Omnis homo ſcire deſiderat. Omnia vincit Amor*, &c.

Eſſe intelligibile, ſeu eſſentiale.

Petis ſecundò quo ſenſu intelligatur verbum in definitionibus, ut cùm dicimus, *Homo eſt animal rationale, Equus eſt animal hinnibile*? Reſpondeo illud *eſt* non pertinere ad exiſtentiam, quia etſi annihilaret Deus omnes homines, & nemo exiſteret, adhuc hæc definitio, *Homo eſt animal rationale*, eſſet vera. Aſſero tamen illud *eſt* pertinere ad eſſe eſſentiæ (quod *obiectivum* & *intelligibile* nuncupant) & connexionem prædicatorum eſſentialium concernere: non enim Homo poteſt intelligi, quin animal rationale intelligatur; nec Triangulus, quin concipiatur figura trium angulorum & laterum.

Propoſitiones æternæ veritatis.

Scio eſſe aliquos, qui verbum definitionis amplè intelligunt, voluntque hanc propoſitionem, *Leo eſt animal rugibile*, æquivalere huic, *Leo fuit, eſt, & erit animal rugibile.* Et probant; quia hæc propoſitio eſt æternæ veritatis. At ipſi ideò errant, quia æternam veritatem non capiunt. Dico igitur æternam veritatem ſumi poſſe poſitivè & negativè: Poſitivè, ut ſi diceres, *In omni tempore, ab æterno, & in æternum, fuit, eſt & erit Leo, qui ſit animal rugibile*: quæ propoſitio eſt falſa; non enim ante Mundi creationem fuit Leo, nec erit poſt excidii diem: negativè autem, ut ſi diceres, *In nullo tempore, præterito, præſenti, aut futuro, etſi ab æterno & in æternum procedamus, fuit, eſt, aut erit Leo, qui non ſit animal rugibile; aut Triangulus, quin habuerit tres lineas.* Et reſolvo cum Definitiones rerum creatarum æternæ veritatis dicuntur, agi de æternitate negativa, non de poſitiva. Et notari volo eaſdem eodem ſenſu quo ſunt æternæ, eſſe etiam immenſæ veritatis, *Nullus enim eſt dabilis locus, ubi ſit Leo, qui non ſit rugibilis; aut Triangulus, qui non habeat tres angulos.* Hæc omnia volui intelligi de rerum creatarum Definitionibus, quoniam, ſi ad Divina veniamus, grandiùs loqui debebimus;

Æterna veritas poſitiva.

negativa.

Propoſitiones immenſæ veritatis.

Quomodo accipiatur, eſt, in divinis.

muſ; hæc enim propoſitio, *Deus eſt Ens à ſe*, eſt æternæ & immenſæ veritatis negativè, eſt etiam poſitivè: illud *eſt* pertinet ad eſſe eſſentiæ, & ad eſſe exiſtentiæ, & ampliationem poſtulat infinitam: quia in Deo Eſſentia exiſtẽtiam includit, quidquid enim non concipitur exiſtens, non eſt Deus.

Componuntur ſacræ Paginæ & Eccleſiæ verba.

Petis tertiò, quo ſenſu & tempore capi debeant verba in his propoſitionibus, *Peccatores non exaudit Dominus*, & *Peccatores te rogamus audi nos?* Reſpondeo, priorem ſententiam eſſe ea Joan. 9. 31. poſteriorem ex litaniis Eccleſiæ, quas Lutherus reprehendit, quaſi Evangelicæ litteræ adverſarias. Addo *peccatores* eſſe, qui peccarunt; quorum malitia, ſi per ampliationem ad tempus etiam præſens extendi intelligatur, veri ſunt Ioannis verba; peccatores enim impœnitentes, & qui actu etiam peccant, non exaudit Deus. Sed de his non agit Eccleſia, nos enim, qui nos fatemur fuiſſe peccatores, & ſumus qui peccavimus, non ſumus peccantes, ſed pœnitentes, & exaudiri à Deo confidimus, & veniam culparum ſperamus. Hinc Patet, quo debeant modo intelligi illa verba, *Meretrices precedent vos in regno cœlorum*, Matth. 21. 31. Debent enim poni duo tempora, alterum pro peccato, & alterum pro præcedentia, neutrumque ita debet ampliari, ut permeet alterum. Senſus enim eſt, *Multæ, quæ nunc ſunt meretrices, agent pœnitentiam, & præcurrent vos Scribas & Phariſæos, qui adulteratis Scripturas, & pœnitentiam non agetis.*

Meretrices Scribas & Phariſæos precedent Quomodo intelligendum.

XXVIII. De inceptione & deſitione rerum.

Petis quartò, quæ ſint tempora in his propoſitionibus. *Motus incipit, Motus deſinit: Petrus demolitur domum, Navem Ambroſius fabricatur.* Et reſpondeo eſſe duas ſententias de compoſitione continui. Si illud dicatur componi ex indiviſibilibus, dabitur primum & ultimum mutatum eſſe; & ceſſabit quæſtio: ſi ex partibus ſemper dividuis, Hæc poſitio, *Motus incipit*, æquipollebit huic, *Nunc non eſt motus, ſed immediatè pòſt erit*: & hæc *Motus deſinit*, huic, *Nunc non eſt motus, ſed immediatè antè fuit*: Sed hoc pendet à doctrina de inceptione & deſitione quam trademus in Phyſicis. Hæc autem poſitio, *Petrus demolitur domum*, æquivalebit huic, *Petrus demolitur id, quod nunc eſt, vel antè fuit domus*; & hæc, *Ambroſius fabricatur navim*, huic, *Fabricatur id quod jam eſt, vel erit navis*. Nam domus diruta non eſt domus; & navis incepta non eſt navis. [Nota tamen has eaſdem propoſitiones in ſenſu morali omni difficultate carere: quoniam unitas temporis aut operationis moralis cum longo tempore phyſico componi poterit. Hæc enim propoſitio, *Nunc incipio gubernare*, poſt unum aut alterum menſem regiminis vera eſt. Ergo *nunc* pro qualitate materiæ & vario hominum judicio, ſi mores ſpectemus, laxiùs aut ſtrictiùs ſumi poteſt. Hinc patet, quo debeamus modo in cæteris philoſophari.]

Vnum nunc morale quanto tempori phyſico correſpõdeat?

Tempus converſivum.

Præter Hæc Tempora adhuc datur aliud apud Hebræos, quod *Converſum* vocari poterit, & à ו converſivo regitur, ut יֹאמַר Iomer *dicet* וַיֹּאמֶר Vaiomer *& dixit*. Mutantur futura in præterita; & contrà; & hoc in libris Prophetarum præcipuè; ut innoteſcat tantam ſcientiam illis fuiſſe divinitùs infuſam, ut potuerint æquè certò futura, ac nos præterita, ſiqua exactè ſcimus, ſolemus recenſere.

De Reſtrictione.

XXIX. Quid ſit reſtrictio?

Est *coarctatio termini à maiori ad minorem ſignificationem*, contingit cum termino additur Epitheton cõtrahens in recto aut in obliquo, ut conſpicitur in his propoſitionibus, *Homo iuſtus ſalvabitur*; *Animal rationale intelligit*; *Corpus album diſgregat viſum*; *Equus Petri vocatur Zephyrus*. In quarum primâ vox *Homo* non ſupponitur pro omnibus hominibus, ſed pro juſtis. In ſecundâ *Animal* reſtringitur & ſignificat ſolos homines. In tertiâ *Corpus* contrahitur ad album. In ultimâ *Equus* non quemcumque ſignificat, ſed illum unicè quem habet Petrus.

Quomodo fiat?

Prædicatiuis.

Etiam ſubiectum ab ipſo prædicato reſtringitur, ut cùm dicimus, *Aries eſt conſtellatio*, *Hic leo eſt marmoreus*, *Serpens Moyſis fuit æneus.* Unde ſuboritur Axioma Logicum, *Talia ſunt ſubiecta, qualia permittuntur à ſuis prædicatis.* Et ratio eſt, quia omnes voces multa ſignificant potentiâ, indigentque determinatione aliquâ, ut hoc ſignificent potiùs, quàm aliud.

Quotuplex.

Determinationes ſive cohæreant afficiantque terminum reſtrictum & determinatum, ſive de eo verificentur, in quinque poſſunt claſſes dividi: aliæ enim ſunt Reſtringentes, aliæ Dilatantes, aliæ Explanantes, aliæ Alienantes, & aliæ tandem Diminuentes. Singulas ſic exponunt Doctores.

Restringentes ſunt, quæ revocant & contrahunt vocis ſignificationem ad pauciora quàm vox per ſe poſita complecteretur: ut in ſuperioribus exemplis accidit. Et hæ ſolæ ad præſentem locum pertinent.

Dilatantes, quæ vocem latiùs, quàm per ſe pateret, extendunt: ut nomen *Mundus*, in hac aſſertione, *Vterque Mundus (magnus parvus) propriis, iiſque analogis elementis componitur.* Vox enim *Mundus* propriè Macrocoſmum denotat, & tamen in hac propoſitione etiam Microcoſmum ſignificat. Hunnæus ponit hoc exemplũ, *Adoleſcens laborum magnitudine & diligentia aſſiduitate ad ſummam eruditionem pervenire poteſt*: Et aſſerit dilatari verbum *poteſt*. Sed ego hanc dilatationem non percipio, nam latiùs patet *poſſe* ut ſic, quàm *poſſe* ad eruditionem contractum.

Explanantes, quæ neque contrahunt ſignificationem, neque dilatant, ſed eam explicant atque declarant, oſtendendo rei ſignificatæ proprietatem aliquam: ut *Optat ephippia bos piger*, adiectiuum (*piger*) proprietatem boum ſignificans, indicat bovem animal eſſe tardum & ignavum. Hinc patet explanantes particulas debere cum re, quam explanant converti, aut ſaltem non patere ſtrictiùs, nam ſi detur aliquis bos, qui non ſit piger, illud Epitheton non explanat, ſed reſtringit, & contrahit.

ALIENANTES ſeu diſtrahentes, quæ protſus evertunt propriam vocis ſignificationem, & ad alium rem comprehendendam audientis mentem abducunt; ut (*pictus*) in hac oratione, *Vidi Ciceronem pictum*; ubi accuſativus (*Ciceronem*) pro ſolâ picturâ accipitur, quæ omninò non eſt Cicero. Aliu igitur Translatio vocatur à Græcis Μεταφορὰ, & definitur eſſe *tranſlatio termini à propria ad impropriam ſignificationem*. Et eſt figura Rhetoribus valdè communis.

DIMINUENTES, quæ vocem accipi cogunt pro iis, quibus ſua ſignificatio imperfectè admodum convenit: ut (*ſecundum dentes*) in hac enuntiatione, *Æthiops eſt albus ſecundum dentes*. albedo enim tam imperfectè Æthiopi convenit, ut (*album*) per ſe nequeat de Æthiope verè dici.

Regula memoratu digniſſima. Omnes iſtæ Determinationes uni & eidem Regulæ univerſali poſſunt ſubiici, ſi pronuntiamus hoc Axioma, *Quodcumque vocabulum, cui additur determinatio, pro omnibus & ſolis illis accipitur, quibus cum eâdem determinatione ſumptum, verè poteſt tribui*: ut cum dicimus, *Omnes principes, qui tyrannidem in ſuos ſubditos exercent, Deo & hominibus abominabiles eſſe*; non omnes complectimur principes, ſed eos dumtaxat, qui iniquo & crudeli dominatu ſuos ſubditos opprimentes, rectâ ratione, & ſanctis legibus repudiatis, omnia pro ſua libidine gerunt.

De Reſtrictione mentali.

XXX. *Quando contingant reſtrictiones mentales.* PRæter reſtrictiones, quas voces & circumſtantiæ adiacentes apponunt, etiã ipſa nonnunquam mentali reſtrictione limitantur; quando ſcilicet, qui verbum æquivocum audit, tali eſt præventus præiudicio, ut non maneat indifferens ad alteram interpretationem. Rem exemplo dilucido. Si dicas, *Malum Medicum*; duo intelligere potero; nimirùm, vel malum è Citreorum genere præſtantiſſimum, *Malum medicum. Malus Medicus.* quod ideò dicunt *Medicum*, quòd medicinale & ſaluberrimum exiſtiment: vel medicinæ profeſſorem empiricum iodoctumque. Sed utrum debebo intelligere? Penes circumſtantias & particulas conſignificantes prudens & publica diſcretio eſt; at nonnunquam eſſe poterit penes mentalem reſtrictionem privata. Firmabit hanc Reſolutionem I. Baptiſta Ferrarius S. I. qui libro II. Heſperidum, qui de malorum Aureorum cultura & uſu, Cap. xx. pag. 171. hæc habet. *Hoc demùm præconium Citreo Malo, beneficiis innumeris admoniti, debeamus: Unum Pomum ad omnia ſe generis humani commoda temperare. At tamen inventus eſt, qui medicum malum, ſalutis humanæ medicatiſſimum ſibi vehementer incommodare exiſtimavit. Is erat medicus ſed malus, nempè multa vocis & nullius mentis circulator.* *Studii labor hac hiſtoriâ levetur.* *Factum igitur aliquando ut in officinâ medicamentariâ hoc ægro præſcriptum à Medico legeret. Recipe carnes mali medici, deq; ſuâ Carnificinâ medicinam concinnandam interpretatus, crederet ſe, vel Pilo tundendum in pilulas, vel prælo premendum in potionem, deinde migratione corporũ unius in aliud, quæ nec Pythagoræ in mentem venerit, aut eſculentum aut poculentum ad alvum ducendam devorandùm ac deniq; pro beneficio effuſiſſimo ingratam ſibi vicem reddendam quod infaliciexitu, electiùs non medico ſed medicina dignum ſepulchrum eſſet habiturus: quare in ſummâ trepidatione prudens à pedibus conſilium & auxilium petiit, nempè fugam, tùm ſe malum medicum eſſe ſciret, & quidem eo præſertim nomine malum quod malum medicum eſſe neſciret.*

Hæc Ferrarius; ſed quia eamdem Hiſtoriolam quidam apud eum non ignobilis Poëta carmine fuit complexus, placuit has paucas lineas addere.

Curant anhelum Plenus & Chiron ſenem
Agyrta Plenus, arte Chiron maximus.
Chiron iubet de carne mali medicâ
Seplaſiarium parare pharmacon.
Lectâ ſibi hedâ illicò in pedes ſe conicit
Agyrta, ſe peti ratus medicum malum.
Sic arguit ſua quemque conſcientia: *Conſcientia vis.*
Sic ipſa ſeſe prodit ignorantia.

De Ironiâ.

FIgura communiſſima eſt, quæ orationem in oppoſitam ſententiam transfert. Sed quomodo cognoſcere quis poterit, an ſeriò aliquis, an verò loquatur ironicè? Calepinus. *eiga- via figura eſt in pronuntiatione vim omnium habens, quam nos vel diſſimulationem, vel irriſionem dicere poſſumus; cùm ſcilicet pronuntiatione ip-ã nos diverſum oſtendimus ſignificare ab eo, quod verba ipſa videtur ſonare.* Eiuſmodi eſt illud Iunonis apud Virg. 10. *Æneid. Me duce Dardanius Spartam ſpoliavit adulter.* Si hoc verum, ſequeretur calamo ironiam committi non poſſe, linguâ poſſe; nam pronũtiationis vis & tonus (nam in iſtis conſiſtere dicitur) non ad calamum, ſed ad linguam ſpectat. At nihilominùs etiam ironici calami dantur, & tamen ſi muti, ſciunt ab ironicis ſeria diſtinguere. Et hoc ipſum multifariam multiſque modis. Iuvenalis duas contradictorias poſitiones admittit, & cùm id ſeriò fieri nequeat, alterã ironicè dici, manifeſtum eſt. Sic inquit; XXXI. *Quid ſit & quomodo cognoſci poſſit?* *An vero ad calamum, an ad linguam pertineat?*

Nullum Numen abeſt, ſi ſit prudentia, ſed te
Nos facimus Fortuna Deam cœloque locamus.

Dico igitur illam eſſe poſitionem ironicam, quæ contradicit toti contextui, & tamen dicitur ab homine, qui ſententiam non mutat.

XXXII. *An Deus loqui poſſit ironicè?* Reperiri non ſolùm in Libris profanis, ſed etiam in ſacrâ Paginâ ſenſum ironicum certum eſt: falſum verò reperiri frequenter. Hic locus manifeſtus eſt. *Fecit quoque Dominus Deus Adæ & uxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. Et ait; Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum.* Geneſ. 3. 22. Deus enim ironicè urget verba illa Serpentis, *Nequaquam moriemini: ſcit enim Deus, quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij ſcientes bonum & malum.*

An & Chriſtus? Noſtri ævi Hæretici contendunt eſſe ironica hæc verba. *Et ecce unus accedens, ait illi. Magiſter bonè, quid boni faciam, ut habeam vitam æternam? Qui dixit ei. Quid me interrogas de bono? Unus eſt bonus, Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, ſerva mandata.* Matt. 19. 16. putant enim eſſe impoſſibile ſervare Decalogum. Falluntur tamẽ, quia teſte Chriſto ibid. verſ. 26. *Apud homines hoc impoſſibile eſt: apud Deũ autẽ omnia poſſibilia ſunt.* Unde Cõcilium Tridẽtinũ ca. *Deus impoſſibilia nõ iubet, ſed iubendo* *An ſolus Deus ſit bonus? An poſſit præcipi, id quod eſt impoſſibile?*

bendo monet, & facere quod poſſis, & petere quod non poſſis; & adiuvat ut poſſis.

Apud Authores profanos frequentiùs hæc figura invenitur. Apud Ovidium ſic perfidus accuſatur Demophoon.

Fallere credentem non eſt operoſa puellam
Gloria, ſimplicitas digna favore fuit.
Sum decepta tuis & amans & fœmina verbis;
Dij faciant laudis ſumma ſit iſta tua.

Ubi certum eſt vocem *Gloria* pro fraude, ignominiâ & proditione ſumi; certum vocem *Laus* alienam habere aliquam ſignificationem.

De Contrarietate exceſſivâ.

XXXIII. MEritò de ipsâ diſſero poſt Ironiam; eſt enim acceptio termini in contrariâ ſignificatione, & contingit quando duæ res eiuſdem denominationis nimiùm inter ſe diſtant; tunc enim ad ſummum denotandum exceſſum, alteram contrario vocabulo denominamus. Pono loquendi formulas. *Exemplis res dilucidatur.* *Ita Antonius in Philoſophicis profecit, ut tam indoctus Ariſtoteles ſit, cum eo collatus. Tantus eſt glorioſorum corporum candor, ut qui illa viderit, nives nigerrimas ſit vocaturus: tantus eorumdem ſplendor, ut comparatione inſtitutâ Sol obſcurus & meridies tenebroſus cenſeatur.* Quo quidem eleganti loquendi modo Scriptores nō volumus Ariſtoteli, Nivi, Soli aut Meridiei detrahere, ſed ſummum exceſſum, quo ab aliis rebus ſuperantur, exprimere.

XXXIV. Multa occurrunt, quæ poſſint reſolutionem meam firmare. Aliquid ſcribo. S. Gregorius Papa homil. 17. in Evangelia hæc habet. *Subſidia humana, onera. Vita, mors.* *Si conſideremus Fratres chariſſimi, quæ & quanta ſunt, quæ nobis promittuntur in cælis, vileſcunt Animo omnia quæ habentur in terris. Terrena namque ſubſtantia ſupernæ fœlicitati comparata, pondus eſt, non ſubſidiū. Temporalis vita æternæ vitæ comparata, mors eſt potiùs dicenda, quàm vita. Ipſe enim quotidianus defectus corruptionis, quid eſt aliud, quàm quædam prolixitas mortis? quæ autem lingua dicere, vel quis intellectus capere ſufficit illa ſupernæ civitatis quanta ſint gaudia?* &c. Quod legitur in Breviario Monaſt. in commun. unius Mart. lect. IX.

De Appellatione.

XXXV. MIhi adhuc puero volebant ſuadere Præceptores eſſe magnum diſcrimen inter hanc propoſitionem *Papam vidi*, & hanc *Vidi Papam*; *Papam vidi, Vidi Papam.* dicebant, audiebantu, imò & imperiti audiebant. Omnia enim, aut fere, quæ de appellatione traduntur, ſunt nugæ. Multa de appellatione Veteres, ſed prudentiùs juniores ex his næniis ad ſolidiores quæſtiones appellarūt. Conſule Fonſecam *lib. 8. c. 41. & 42.* Hurtadum *diſp. 2. ſumm. §. 50.*

Appellatio ſumi dignoſcitur ex diſpunctione. Cùm de appellatione agimus ſtandum eſt periodi diſpunctioni, hiſtoriæ veritati, dialecti proprietati; DISPUNCTIONI quidem, quia hæc Lex, *Fiat ſtatua auri, ſceptrum tenens*, non æquivalet huic; *Fiat ſtatua, auri ſceptrum tenēs.* quia priori lege indicitur ut fiat ſtatua aurea, poſteriori verò ut teneat ſceptrum aureum; quod eſt valde diverſum. *Hiſtoriæ veritate.* VERITATI etiam, quia multa ſunt, quæ aliter dicuntur, & aliter debent intelligi (ut patet in metaphoris & ironiis) aut ſaltem, ſi generaliùs dicta, à prioribus & poſterioribus determinantur. Verbi gratiâ. *Alexander Magnus Muſicus, & Ariſtoteles magnus Philoſophus.* ubi è ſenſu & hiſtoriæ veritate colligitur, nec primum illud nomen *Magnus* afficere muſicum, nec ſecundum perſonam; quoniam, Alexander cognomento Magnus, non fuit magnus muſicus; & Ariſtoteles fuit parvus corpore, licèt magnus in phyſicâ. Et PROPRIETATI tandem, quia quæ in uno idiomate ſunt ambigua, in altero ſunt determinata. *Et idiomatis primo rigore.* Pono exemplum. Gen. 2. 15. *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradiſo voluptatis ut operaretur & cuſtodiret illum.* quem illum? Hominem, hortum-ve? Porrò hortum, quia in hebræo iuxta proprietatem idiomatis cognoſcitur evidenter veritas.

N O T A.

TRia exempla poſui, & omnia ſatis nota & certa: ſed ad majorem claritatem hæc pauca addo. XXXIV.

Dico primò, illud, *Fiat Statua auri ſceptrum tenens*, fuiſſe clauſulam teſtamenti, quod Authores diverſimodè exponunt.

Dico ſecundò Alexandrum Magnum non fuiſſe magnum muſicum. *An Alexander magnus fuerit Muſicus.* Eraſmus *lib. 8. Apophthegm.* [Cùm Alexander etiamnum pubeſcens citharæ daret operam, & præceptor artis ſubinde moneret, quam chordam, quomodo pulſare deberet; & puer patum obſequens doctori dixiſſet, Quid Si hanc pulſatē? Citharædus lepidè reſpondit, ſi iſthuc quæris tanquā Rex futurus, nihil refert; ſi ut artiſex futurus, plurimū intereſt.] Addo Ariſtotelem non magnū fuiſſe corpore, ſed ſcientiâ. *An Ariſtoteles fuerit magnus.* Calepinus editus Venetiis ann. 1625. [Fuit parvus, gibboſus & deformis; balbutiens, ſed dives; &c.]

Dico tertiò, Hortum apud Hebræos eſſe generis fœminini, dicitur enim גן *Gan*, vel גנה *Gina* in forma fœmininâ, unde Γάνος, τὸ. *lætitia* & *voluptas* apud Græcos. quam ob rem, ſi diceremus, *Tulit Dominus Deus hominem & poſuit eum in tempe, ut operaretur & cuſtodiret illa*, aut etiam, *poſuit eum in γάνος, ut cuſtodiret illud*, ceſſaret omnis æquivocatio. XXXVII. גן *Gan.* Γάνος. *Tempe* Ergo, ut in ſuis Prodidagmatibus optimè notavit Hunæus, In eiuſmodi Enuntiatis ad receptas Grammaticorum Regulas ſententiam dirigere, & uſitatam loquendi intelligendique conſuetudinem ſequi oportet: quā nulla præceptio in huiuſmodi re melior, nulla Regula certior inveniri poteſt; adq̄ etiam omnia, quæ à nobis hactenus dicta ſunt, tanquam ad Lydium (quod ajunt) lapidē, explorari & emendari cupimus.

Porrò ad uſitatum modum intelligendi omnia meritò reducuntur, etſi tantiſper rigor Grammaticæ contrarium poſtulare videatur, quod ipſum hæc exempla confirmant.

Tempore Natali.

Gloria tibi Domine,
Qui natus eſt de Virgine,
Cum Patre & Sancto Spiritu
In ſempiterna ſæcula.

Tempore Paſchali.

Gloria tibi Domine.
Qui ſurrexiſti à mortuis,
Cum Patre & Sancto Spiritu

In ſempiterna ſæcula.
Gloriam Patri melodis
Perſonemus vocibus:
Gloriam Chriſto canamus:
Gloriam Paraclyto:
Qui trinus & unus Deus
Exſtat ante ſæcula.

In die S. Michaelis.

Ubi rigor Grammaticæ ſignificare videretur Chriſtum cum Patre & Spiritu Sancto fuiſſe natum, aut etiam ſurrexiſſe à mortuis: aut tandem Spiritum Paraclytum eſſe trinum & unum: & tamen hic rigor non curatur, ubi intentum authoris prodit ipſa devotio; primæ enim periodi ſenſus eſt iſte, *Domine qui natus es de virgine, Tibi cum Patre & Sancto Spiritu gloria ſit in ſempiterna ſæcula.* Secundæ iſte, *Domine, qui ſurrexiſti à mortuis, Tibi cum Patre & Sancto Spiritu gloria ſit in ſempiterna ſæcula.* Quia ſenſus pervi° in litera difficili cantabatur quotidiè in Eccleſia, Urbani VIII. curâ (ſtudio etiam) prima periodus fuit ſic correcta:

Ieſu Tibi ſit gloria,
Qui natus es de Virgine:
Cum Patre, & Almo Spiritu,
In ſempiterna ſæcula.

Sed adhuc videtur laborare Tetraſtichum, & fuiſſe correctum quoad metrum, non quoad ſenſum. Hanc ob rem alij ſcripſerunt

Ieſu Tibi ſit gloria,
Qui natus es de Virgine;
Sit & Patri, & Paraclyto
Per ſempiterna ſæcula.

Secunda periodus feliciter fuit correcta ab Urbano; legimus enim in emendatis Hymnis:

Deo Patre ſit gloria;
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit; ac Paraclyto
In ſempiterna ſæcula.

Difficilius erit tertiam ad ſenſum clarum & verum reducere: nam illud *qui* ad quem refertur? Putarem referri ad omnes tres perſonas, & legendum eſſe *exſtant*, & non *exſtat*, hoc eſt, *ſunt* & ſi hoc ſemel dicatur, nullam difficultatem remanere.

In hymno, qui in Transfigurationis ſolemnitate concinitur, omitti poterit æquivocatio: illa enim verba,

Gloria tibi Domine,
Qui apparuiſti hodie,
Cum Patre & Sancto Spiritu
In ſempiterna ſæcula.

XXXVIII. videntur Chriſto, cum Patre & Spiritu Sancto dare gloriam: & videntur ſignificare Chriſtum cum Patre & Spiritu Sancto hodie apparuiſſe. Et hic ſecundus ſenſus omninò rejiciendus non eſſet: quoniam apparuit Chriſtus candidus ut nix, pulcher ut Sol. Apparuit Pater ſub ſpecie nubis obumbrantis dicentisque, *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui.* Spiritus Sanctus non fuit viſus, nempè à diſcipulis, qui ut audierunt Patrem, ceciderunt in faciem ſuam & timuerunt valdè. At Patris æterni vocem non caruiſſe viſibili Spiritûs Sancti præſentitiâ fortè poſſet evincere Chriſti baptiſmus, *nam apertè ſunt cœli, & vidit* (Ioannes Baptiſta) *Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ipſum; Et ecce vox de cœlo dicens, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Et, ſi res bene examinetur, duplex eſt Chriſti Domini transfiguratio: activa videlicet, & paſſiva: paſſiva contigit in Tabor; [nam aperuit Dominus coram electis teſtibus gloriam ſuam, & communem illam cum cæteris corporis formam tanto ſplendore clarificat, ut & facies ejus ſolis fulgori ſimilis, & veſtitus candori nivium eſſet æqualis] ut loquitur S. Leo Papa Serm. de Transfig. conſonans Sancto Evangeliſtæ. Activa contigit in Iordane; ibi enim inſtituit Sacramentum Baptiſmi, in quo aquæ ſupra naturæ vires operativæ, moraliter aut realiter (hoc enim non centro impræſentiarùm) producunt gratiam iuſtificantem. Quod ſi non poſſit probabiliter dici omnes tres perſonas in Tabor, ſicut in Iordane, apparuiſſe; ad Empyreum recurrendum eſt (eò enim nos deducunt ſempiterna illa ſæcula, quæ ultimo verſo concluduntur) ibi enim hominibus lumine gloriæ imbutis omnes tres perſonæ revelantur.

An omnes tres perſonæ apparuerint.

Matth. 17. a.

Matth. 3. d.

Forma corporis status.

Transfiguratio duplex activa & paſſiva.

An & quomodo producat aqua gratiam?

Videtur placuiſſe Urbano VIII. æquivocatio præcedentis Tetraſtichi, quoniam cæteris correctis eam reliquit, cum ſcripſit:

Ieſu Tibi ſit gloria,
Qui te revelas parvulis,
Cum Patre & almo Spiritu
In ſempiterna ſæcula.

Non enim erroris argui poſſet, qui diceret Chriſtum, cum Patre & Spiritu Sancto ſe revelare nobis per fidem, ſpem, charitatem, & gratiam: beatis, per gloriam.

An omnes tres perſonæ ſe nobis revelent?

De Æquipollentiâ, Translatione, Periphraſi, Paraphraſi, Circumloquutione, Commentario, & Epitome.

XXXIX. ÆQuipollentia eſt duarum Propoſitionum æqui valêtia, ut cùm dicimus, *Aliquis homo eſt animal, Nonnullus homo eſt animal.* Et quidem de æquipollentia Simplicium & Modalium in Logicâ ſpeciales Regulas daturi ſumus. Si hæc ipſa æquipollentia in duabus diverſis linguis ſit, dicetur Trâslatio, Verſio, & Interpretatio, ut cùm dicimus, *Aliquis homo eſt animal* & *Algun hombre es animal.* Sunt enim duæ & æquivalentes propoſitiones; at quia altera Latina & altera eſt Hiſpanica, alterius altera interpretatio eſt.

Definitur Æquipollentia.

Translatio.

Periphraſis, Paraphraſis, Circumloquutio, ni ſi nimiùm eſſe velimus Critici, tria ſunt nomina & una res. Hac teſte Quintiliano lib. 8. c. 6. utimur, cùm illa, quæ breviùs dici poterant, uberiùs explicamus. Sed hæc ipſa ubertas non debet eſſe ſuperflua & ieiuna, quia ut benè idê Author lib. 10. c. 5. affirmat, Paraphraſis non eſt interpretatio mera, ſed circa eoſdem ſenſus æmulatio & certamen. Et omninò fugiendæ ſunt intempeſtæ & nimiæ digreſſiones, ſunt enim qui in ſuis Cômentariis nihil non tractant, niſi ſolùm quæ debent. In eos optimè iunior quidam Poëta.

Periphraſis, Paraphraſis, Circumloquutio.

Iſta Paraphraſis eſt quaſi circulus actus in orbem
A centro ad circum linea textus hic eſt.
Tangit enim extremas diametree circulus oras,
At centrum nullâ tangere parte poteſt.

Owenus lib. 3 ad Henric. Epigr. 92.

Para-

Commentarius. *Ephemerides. Breviarium.*

Paraphraſis igitur brevis, quæ nihil neceſſarium omittit, nihil ſuperfluum ediſſerit *Commentarius* vocatur, unde Cicero in Bruto, *Non eſt oratio, ſed quaſi capita rerum Commentarium.* Sic etiam Commentarij Cæſaris dicuntur, quos ἐφημερίδας Plutarchus nominat. Quod ſi Commentarius textum ad Compendium reducat, Epitome & *Breviarium* vocabitur.

XL. *An contemnenda debeant, quæ de æquipollentiâ ſcribuntur.*

[Merè Grammatica ſunt opinione aliquorum, quæ de æquipollentiâ tradi ſolent: An ideò contemnenda aut ignoranda? Imò quia Grammatica ſunt, debent ſciri à Dialectico, ne Grammaticam neſcire dicatur. O quot eſſent logomachiæ in Scholis, ſi æquipollentia ignoraretur! ô quot nominales quæſtiones, ſi non conveniremus in ſignificatione vocabuli! Non igitur parva dicenda ſunt, ſine quibus non poſſunt conſiſtere magna.]

De AEquivocatione, Analogia, & Univocatione.

XLI. ÆQUIVOCA. *Canis latrabilis, marinus, cæleſtis, & architectonicus.*

NOmina ÆQUIVOCA dicuntur *quorum nomen eſt commune, ratio verò ſignificata eſt omninò diverſa*: ut *Canis*, *Aries*, *Equus*. Vox *Canis* communis eſt, latrabili, marino, cæleſti, & architectonico. Canis latrabilis eſt nota animantis ſpecies, à fidelitate commendabilis: marinus in oceano Zelandico frequentiſſimus, facili negocio cicuratur: cæleſtis eſt quædam ſtella à qua & caniculares dies dicuntur: architectonici canes vocantur ſupereminentes illi lapides qui protuberant, in muro ſequenti continuendo. SIC ETIAM *Aries* vox eſt communis gregario, cæleſti, & militari. Gregarius ſic à grege dictus, qui ovium pater & magiſter vocatur; cæleſtis, eſt imago aſtricoma in principio Zodiaci: militaris, eſt machina (quam Carthaginenſes in Gadium oppugnatione invenerunt, teſte Vitruvio *libr.* 10. *cap.* 19.) evertendis muris & portis proſternendis apta. TANDEM vox *Equus* convenit hinnibili & Trojano.

Equus hinnibilis & militaris.

Equus hinnibilis notum animal eſt; Trojanus verò, ſic dictus quod in obſidione Trojanâ inventus, poſteà multos muros everterit ipſe, qui aliàs Epæus. Vide Plinium *lib.* 7. *cap.* 56. Multa de equo Trojano fabulantur Poëtæ, quos omnes de hoc Epæo equo eloquentiſſimus Ericius Puteanus in diſſertatione de fulmine Langreniano intelligit.

An nomen æquivocum aliquid ante expoſitionem ſignificet.

Dicitur ratio ſignificata eſſe omninò diverſa, quia nomen æquivocum nihil omninò ſignificat quouſque ad ſignificationem determinatam contrahatur. Contrahitur tamen bifariam; nempè epitheto, vel prædicato. Epitheto quidem, cum ex parte ſubiecti aliquod adiectivum adiungitur quod auferat æquivocationem, ut cum dicimus *Equus hinnibilis eſt ſubſtantia*: prædicato autem ut cùm dicimus *Equus eſt machina militaris*, illa vox *Equus* determinatur à prædicato, ut in hac propoſitione non jam hinnibilem ſed Epæum ſignificet.

Æquivocum ſubdividitur in æquivocans, & æquivocata. Illud eſt ipſum nomen quod vocatur æquivocum; hæc ſunt illæ res quæ hoc nomine poſſunt ſignificari.

VNIVOCA.

UNIVOCA dicuntur, *quorum nomen eſt commune, ratio verò per nomen ſignificata eſt omninò eadem*, talia ſunt *Homo*, *Vivens*, *Subſtantia*. Non ſolùm nomen *Homo*, Petro, Joanni, & Franciſco commune eſt, ſed etiam ipſa res hoc nomine ſignificata.

ANALOGA.

ANALOGA definiuntur, *quorum nomen eſt commune, ratio verò ſignificata nec eſt omninò eadē nec omninò diverſa*. Hæc Ariſtoteles putavit eſſe etiam æquivoca; aliqui ad Univoca reducunt; alii malunt eſſe ſeriem intermediam. Dividuntur Analoga in Tranſcendentia, Inæqualia intenſivè, & inæqualia extenſivè, & Extrinſeca.

Analogia tranſcendentia.

Prædicatum tranſcendens illud eſt, quod dicitur de ultimis formalitatibus & differentiis, ut *Ens* ſi ſumatur participialiter aut adjectivè quoad omnes formalitates, & alia adjectiva in ſua ſerie.

XLII. *Inæqualitatis intenſiva,* *& extenſiva.*

Illud afficitur analogiâ inæqualitatis intenſivæ, quod totum participatur ab inferioribus ſed non æquè perfectè. Tale eſſet *Animal* ſi perfectiùs participaretur ab homine quàm à brutis. Hæ duæ analogiæ conſiſtunt cum univocatione, quia ſi quæ eſt participationis differentia, ſe tenet ex parte contractionum. Analogia inæqualitatis extenſivæ contingeret, ſi ratio quæ prædicatur, participaretur ab inferioribus ſed non totaliter: ſed vix reperiemus exemplum quo poſſimus hanc analogiam illuſtrare. Sit tamen exempli gratiâ dividendum ſenſibile in Canem, Talpam & Halecem; ſenſibile includit quinque ſenſus, & multorum opinione viſu Talpa, & Halex auditu, & Canis neutro caret. Hæc analogia, ſi datur, univocationi non opponitur.

Analogia extrinſeca.

Tandem cùm prædicatum, quod uni inferiori competit intrinſecè, reliqua extrinſecè denominat, contingit analogia extrinſeca. Tali inficitur *ſanum*, quia de animante dicitur intrinſecè, extrinſecè de pulſu & pharmaco. Cæterùm hoc prædicatum *Sanum intrinſecè* quod de Homine, Leone & reliquis animalibus dici poterit, univocum eſt; non ſecùs ac *Sanum extrinſecè*, quod univocè de cibo, pharmaco, pulſu, cum aliquâ differentiâ prædicatur.

An ſint omnia bruta quinis ſenſibus prædita?

Hinc conſtat diviſiones analogas, eſſe ſemper univocas mediatas. Analogiam inæqualitatis intenſivæ non admitto: Animal enim eodem modo participatur à bruto ac homine, licet perfectiori differentiâ in homine afficiatur, homo enim quà animal non eſt perfectior elephante. Qui dicunt Talpam quidem habere viſum ſed impeditum, & pariformiter loquuntur de piſcibus, analogiam inæqualitatis extenſivæ negabunt: qui autem non omnia animalia quinis ſenſibus ornant ſic deberent categoriam formare.

De animalium ſenſibus & proprietatibus lege P. Euſebij Nierembergij, optimi amici mei cap. 2. libr. 3. Naturalis Hiſtoriæ, ubi diluciditè extendit, quonam animantes ſenſu polleant, quonam verò ſint capta.

Animal ſeu *Vivens ſenſibile*, *quod* TACTU *tardiſſimo omnium ſenſuũ*
- *tantùm eſt præditum.* Hic ſenſus omnibus animalibus fidelis eſt; videtur eſſe aut diſpoſitio aut baſis quæ reliquos ſenſus ſuſtentat,
- GUSTU *maximè neceſſario*
  - *ſolummodo ornatum.* Senſus hic immediatè tactum ſequitur. Non ſunt viſæ animantes, quæ guſtu careant, & vel odoratu vel viſu vel auditu ſint præditæ.
  - OLFACTU *curioſiſſimo*
    - *tantummodo donatum.* Huius generis ſunt illa omnia animalcula, quæ in clauſa io teſtis viſu & auditu carent.
    - AUDITU *utiliſſimo*
      - *ornatum à naturâ; cæcum tamen.* & ad hanc ſeriem pertinent Talpæ terreſtres, & aliqui ſimiles piſces.
      - VISU *diviniſſimo.*
        - *decoratum, non tamen mente.* & hoc ſolùm vocatur *Animal irrationale perfectum*, & dividitur in varias perfectorum ſpecies.
        - & RATIONE *inſignitum.* Et eſt *Homo*, omnium perfectionum epilogus, & faſciculus prærogativarum.

Hac diviſione ſemel poſitâ nulla remanet extenſivæ inæqualitatis analogia; hæc enim nihil aliud erat quàm generis diſtributio in ſpecies mediatas. Non ſecus tolleretur analogia denominationis extrinſecæ ſi *ſanum* (idem de ſimilibus prædicatis dixero) in inferiora immediata dividatur; conſidera prædicamentum;

SANUM
- *Intrinſecè.* Et dicitur in quarto prædicabili de omnibus & ſolis animantibus: animali enim uni & ſoli intrinſecè convenit; licèt non ſemper: quam ob rem Sanitas vocabitur proprietas in tertio modo.
- *Extrinſecè*
  - *Cauſativè.* Et dicitur de aurâ, cibo, potu, pharmaco, & omnibus illis rebus, quæ ſolent cauſare ſanitatem.
  - *Indicativè.* Et dicitur de pulſu præcipuè, tum etiam de colore, vultûs ſpecie, corporis vigore, urinæ qualitatibus, & aliis rebus ex quibus ſalus aut morbus internoſcitur.

Ecce iterùm aliam analogiam reductam ad puriſſimam univocationem. Analogata ergò quæ dicuntur partim eadem & partim diverſa, quà eadem nihil diverſitatis includunt, & quà talia habent prædicatum univocum, & diverſitas ſe tenet ex parte differentiarum contrahentium, ut conſtat ex exemplis poſitis.

Siqua aſſerantur Analoga, quæ non habeant ſimplex obiectum prædicabile, potiùs æquivoca à caſu dicenda ſunt; quia ut ſupponitur in nullo conceptu conveniunt.

XLV. *Penitior Analogia expoſitio.* Hæc dicta ſint de *Analogia* ad mentem Iuniorum: addam aliqua ad veterum mentem, quam ſemper propugno & defendo, aliqua, inquam, ex quibus, quid *Analogia* nomine intelligendum ſit, liquidiùs cognoſcator.

Conſidera Prædicamenta Entis Materialis, & ad Moralia tranſi, & aſſere omnia Moralia eſſe analoga Phyſicis, quia quidquid de Naturalibus Phyſicè dictum fuerit, idem debebit de Ethicis dici moraliter; idem de Spiritualibus immaterialiter; idem de Divinis divinitùs, hoc eſt, ſublatis omnibus imperfectionibus.

Hinc oritur ratio, nu partem. Hæc *Analogia* videretur illi ſimilis quàm nominant *Proportionalitatis*, quæ poſſet diffiniri, *Formalis duarum Entitatum concordia, differentium ratione aliquâ tranſcendentali.* Quo poſito dicendum eſt eſſe Analoga *Intellectum* reſpectu Dei Angeli; *Materiam* reſpectu formarum Naturalium & Sacramentalium; *Creationem* reſpectu productionis quæ ex nihilo fit, & electionis; *Paternitatem* reſpectu adoptivæ & naturalis; *Subſtantiam* reſpectu corporeæ & incorporeæ, &c. Sed de hoc uberiùs cùm de Ente incorporeo tractabo.

De Vocum æquipollentiâ.

POſtquam de Æquivocis & Analogis egi, diſſeram de Synonymis, quæ cum illis ſummam affinitatem & etiam oppoſitionum habent. Eſt ergo Synonimia duorum nominum æquippollentia: & hæc eſt nominum æquivalentia, & à Logicis exponi ſolet, licèt ad Grammaticos ſpeculativos verè & propriè pertineat. Agam uberiùs de illâ *in Logicâ Vocali part. 2. Art. 37.* nunc breviter inquiro, *An omnia nomina Divina ſint ſynonyma?* & univerſaliùs loquendo, *An omnia, quæ idem ſignificent obiectum, ſint ſynonyma?* Reſpondebunt Aſſertiones ſequentes. XLVI. *Quid ſit æquipollentia?*

Prima. *Quæ ſignificant diverſa obiecta, non ſunt ſynonyma.* Eſt omnium, certa & clara, & in dubium revocari non debet. *De diverſis obiectis.*

Secunda. *Quæ ſignificant idem reale obiectum cõparatum ad diverſos terminos, non ſunt ſynonyma.* Nam eadem numero pecunia poteſt dici *Minerval, Naulum, Symbolum, Strena, Honorarium. &c.* & tamen hæc nomina nõ ſunt ſynonyma; quoniam illa pecunia à diverſis connotatis habet diverſas denominationes: ſi enim detur Magiſtro, vocabitur *Minerval*: ſi nautæ *Naulum*; ſi ſolvatur in convivio, erit Symbolum: ſi detur Calendis Ianuarij, aut alio die ſolenni, erit *Strena*: & ſi favoris gratiâ, *Honorarium.* *De diverſis connotatis.* *Pecuniæ nomina.*

Ter-

Digitized by Google

De diverſis formalitatibus.

Tertiò, *Quæ ſignificant diverſas formalitates eiuſdem obiecti, non ſunt ſynonyma.* Sic in Schola Scoti *Anima, Intellectus, voluntas*, non ſunt ſynonyma: nam diſtinguuntur formaliter: Et in Divinis, ſtando communi & bonæ ſententiæ, *Divinitas & Paternitas* non ſunt ſynonyma, licet enim utraque ſignificet eumdem realiter Deũ altera vox ſignificat unam, & altera aliam formalitatem.

An potentiæ diſtinguantur ab Animâ.

XLVIII. *Quo modo genera à ſpeciebus, & ſpecies ab individuis diſtinguantur.*

Quarta. *Quæ ſignificant idem obiectum clariùs obſcuriùsque non ſunt ſynonyma.* Hæc theſis erit utilis in illorum Scholâ, qui gradus ſuperiores generum & ſpecierum ſolùm maiori & minori claritate diſtinguunt: pro quorum doctrinâ liberiùs & liquidiùs tradendâ & intelligendâ adnotatu circa idem indiviſibile obiectum poſſe eſſe plura nomina, non ad ſignificandum res diverſas ſed ad ſignificandum diverſum modum idem obiectum cognoſcendi. Cùm enim circa idem indiviſibile obiectum poſſint eſſe diverſæ cognitiones, nomina autem ſignificent res ut à nobis cognitas, non mirum, ſi circa idem indiviſibile obiectum plura nomina dari queant; v. g. vox *homo*, & vox *animal rationale*, ex parte obiecti idẽ prorſus ſignificant in omniũ, nullo dempto, ſententiâ, & totum quod concipitur per unam, concipitur & per aliam: cum hâc differentiâ, quòd per unam concipitur clarè, per aliam confusè: ita ſimiliter vox *animal* & vox *rationale* reſpectu hominis ſignificant quidem eandem omninò indiviſibilem entitatem & formalitatem, ſed cum hâc differentiâ, quod vox animal ſignificat hominem, ut confusè cognitum ſimul cum aliis animantibus, at verò vox *rationale* ſignificat eumdem, at clarè cognitum, & ut diſtinctum ab irrationali, ſeu à bruto. Ex quo infero, non eſſe bonam conſequentiam, *Ego ſcio illud eſſe animal, & non ſcio eſſe rationale, ergo aliquid cognoſco ex parte obiecti, & aliquid ignoro*; Sicut non eſt bona, *Ruſticus ſcit Petrum eſſe hominem, & non ſcit eum eſſe animal rationale; ergo aliquid ex parte Petri cognovit, & aliquid non*; mala inquam hæc conſequentia, quia ex Antecedenti ſolùm infertur, ruſticum non cognoviſſe clarè Petrum, & ideò non ſciviſſe illum explicare per voces *animal rationale*, quæ ſignificant hominem non utcumque, ſed ut clarè cognitũ, quod contingit ſine ullâ prorsùs præciſione obiectivâ. Ita ſimiliter, quòd quis poſſit dicere, *illud eſt animal*, non verò poſſit, *illud eſt rationale*, non oritur ex eo quod cognoſcat aliquid ex parte obiecti, & aliquid ignoret; ſed quia non habet conceptũ clarum illius obiecti, qui explicatur per vocem *rationale*, etiamſi habeat circa illud idem obiectum conceptum internum minùs clarum, qui explicatur per vocem *animal*; neque repugnat, circa idem omninò obiectum haberi cognitionem confuſam, & non haberi cognitionem omninò claram, & in exemplo de albedine eminùs visâ idem omninò dici debet.

Quo modo definitum & definitio differant?

An poſſit aliquis ſcire Petrum eſſe hominem, & non ſcire eſſe animal rationale?

An animal & rationale diſtinguantur obiectivè.

XLVIII. *Hæc doctrina ad nomina Divina tràſfertur.*

Hinc veniendo ad Divina: *Pater, Filius & Spiritus ſanctus*, non ſunt ſynonyma propter concluſionem primam; ſignificant enim Perſonas realiter diſtinctas.

Miſericordia, Iuſtitia, Omnipotentia: &c. *Scientia ſimplicis intelligentia, Scientia conditionata, Scientia viſionis* &c. *Providentia, Prædeſtinatio, Reprobatio*, &c. non ſunt ſynonyma propter Concluſionem ſecundam: tametſi enim omnia hæc vocabula Deum ſignificent: priora concernunt voluntatem & poſteriora intellectum. Eadem enim ſcientia Divina prout creaturas poſſibiles intelligit, dicitur *Simplex Intelligentia*, prout conditiones liberas comprehendit, *Media*, aut *Conditionata*: prout res exiſtentes (ſuntes) in aliquâ differentia temporis, *Viſio*: Et eadem Voluntas, prout omnia creat, dicitur *Omnipotentia*: prout peccata punit, *Iuſtitia*: prout peccatorum habet curam, *Miſericordia*: Et tandem Intellectus ſimul & Voluntas, prout Mundum dirigunt *Providentia*: prout Angelos Hominesque ad cœlum dirigunt, *Prædeſtinatio*: prout reos impœnitentes condemnant, *Reprobatio*: &c.

Eſſentia & Natura in Deo duo nomina ſunt, quæ poſſunt ut obſcurum & clarum exponi; & ſi hoc modo ſumantur, non ſunt ſynonyma: & hoc ex quartâ Concluſione. Cæterùm, ſi dicantur duas diverſas formalitates ſignificare (quod aſſerunt multi Thomiſtæ) non ſunt ſynonyma: & hoc ex Concluſione tertiâ.

PARTES ORATIONIS.

XLIX. *Partium orationis numerus.*

Decem ſunt; *Nomen, Pronomen, Articulus, Verbum, Participium, Præpoſitio, Adverbium, Interiectio, Coniunctio*, & *Pauſa*. De ſingulis in ſpecie tractabimus.

Apud Hebræos.

Hanc diviſionem tametſi multæ nationes non admittant, omnes debent. Hebræi tres eſſe putant Orationis partes שם Schem *Nomen*, דבר Dabar, *Verbum*, & מלה Milla *Dictionem indeclinabilem*: Sed ut video Pronomina ad Nomen reducunt; & habent affixa nõ pauca quæ fini dictionum inſcribunt. Articulos ad litteras ſerviles redigunt; Participia in Verbis complectuntur: & tandem Præpoſitiones, Adverbia, Interjectiones, & Conjunctiones ad *Millas*. & quia accentu periodos diſtinguunt, notis Pauſarum minùs indigent.

Apud Chaldæos & Syros.

Apud Chaldæos & Syros olim tres tantummodò numerabantur, *SCHMO Nomen, MELTCHO Verbũ*, & *ESORO Coniunctio*; Sed jã juniores novis vocabulis inventis ſe Græcis & Latinis accommodant, conſidera voces ſequentes.

שמא	Schmo.	*Nomen.*
מלתא	Meltho	*Verbum.*
חלף שמא	Hlef Schmo.	*Pronomen.*
מלת שמא	Melach Schmo.	*Participium.*
על מלתא	Hal meltho.	*Adverbium.*
סר ימות	Qdoimuthſiomo.	*Præpoſitio.*
אסרא	Eſoro.	*Conjunctio.*
מיצעיותסימא	Metzhoiuthſiomo.	*Interjectio.*
קלמשידענא	Qolo mſchaudhono.	*Vox nihil ſignificans.*

L. Et apud Latinos. Vulgus Grammaticorum hodie in lingua Latina octo enumerat, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Præpoſitionem, Adverbium, Interjectionem, & Conjunctionem. Huic opinioni contra opinionem adhæret Paulus Conopæus, qui in Grammaticæ ſuæ Prologo ait. *Obſtrigilatores, qui has meas inſtitutiones explodant, nihil moror, quia cum Hippomacho veritati, quàm multitudini adhærere malo, paucis exceptis; dum præter mentem meam colloco partes orationis octo, cùm revera ſint decem: nam Supinum (de quo nimis ſupinè plerique egerunt) & Gerundium, eſſe veras Orationis partes à reliquis diſtinctas, ſuperiori ſæculo Venetiis docuit noſter exactiſſima eruditionis P. M. Ægidius Gravatius de oratione Grammaticâ l. ſ. 41. quo mihi loco Genitivum, Accuſativum & Ablativum Gerundii caſus adſignavit.*

Apud Græcos. Græci præter partes, quas enumerant Latini communes, habent articulum, quo multa dicunt, quæ exprimere Latini non poſſunt. At illos imitantur Hiſpani, Itali, Germani, Galli, &c. qui etiam articulis utuntur, & curioſè diſtinguunt, quæ apud Latinos condiſtingui tam facilè non poſſunt.

Apud Georgianos & Iberos. Georgiani & Iberi addi volunt Poſtpoſitionem: at iſtam cum Præpoſitione aliæ gentes confundunt: Latini enim voculas poſtpoſitivas *verſus, tenus, &c.* præpoſitiones, & non poſtpoſitiones appellant.

NOMEN.

LI. An agendum ſit primo de nomine, & cur? Omnes ſeu Grammatici ſeu Philoſophi à Nomine incipiunt: à Nomine incepit Ariſtoteles lib. 1. Perihermenias. Et ejus Interpres D. Thomas ibid. c. 1. text. 1. ſic inquit, *Ariſtoteles primò determinat de Nomine, quod ſignificat rem ſubſtantiam: Secundò determinat de Verbo, quod ſignificat actionem vel paſſionem procedentem à re.*

Quid illud ſit? A Philoſopho nomen ſic definitur. *Nomen eſt vox ſignificativa ex inſtituto ſine tempore, cujus nulla pars ſignificat ſeparata.* Singulas particulas exponam.

An mentale, aut ſcriptum de ſonatur? Nomen quod ab Ariſtotele hîc definitur, nec eſt mentale, nec ſcriptum, ſed merè vocale: quod in ratione *Vocis* convenit cum ſonis nihil ſignificantibus, à quibus omnibus differt per particulam *ſignificativa.* Sed quia voces ſunt effectus alicujus cauſæ, & effectus cauſam ſuam ſignificat naturaliter, addit illud ex inſtituto, ut exponat voces eſſe nomina, non quà naturaliter, ſed quà ſignificant ad placitum. Ejus nulla pars ſignificat ſeparata, nimirùm id quod Nomen ſignificabat, quoniam cùm dicimus *Do-minus*, partes ſignificant, ſed non quod ſignificat *Dominus*. Nec contra militat No-

An partes nominum ſignificent? men *Reſpublica, Equiferus*, & id genus non nulla, ſunt enim compoſita ex ſubſtantivo & adjectivo, & æquivalent iſtis *Reſpublica, Equus ferus*. Per illa verba, *ſine tempore*, differt Nomen à verbo, quod ſignificat cum tempore: unde voces *Hora,*

An nomina ſignificent tempus? *Dies, Menſis, Annus*, & his ſimiles, nomina ſunt, & tametſi ſignificent tempus, non ſignificant cum tempore; id enim verborum proprium eſt. Sed adhuc deberet diſtingui à reliquis orationis partibus, quæ etiam ſunt voces ſignificativæ ex inſtituto ſine tempore, quarum nulla pars ſignificat ſeparata. Hanc ob cauſam

Corrigitur Ariſtoteles. Fonſeca libr. 1. Inſtit. cap. 12. addit, *quæque adjuncto EST aut NON EST afficit orationem, quæ verum vel falſum ſignificat.* Et quidem quidquid dicant interpretes, niſi addideris hæc Fonſecæ verba, definitio etiam competet Pronomini, Participio, Articulo, Præpoſitioni, &c. [An verbum poſſit ſine tempore ſignificare, dicam inferiùs.]

LII. Nominis definitio Grammatica. Clariùs & melius Grammatici Nomen definiunt: *Nomen eſt vox ſignificationis per ſe ſtantis; habens numerum cum genere & caſu, ſine variatione temporis & perſonæ.* Quibus verbis intra Grammaticæ artis terminos nominis eſſentia benè exponitur. Sed tu aſſentiris, modò vocabulo

Objectio. *Nominis* intelligamus aliquid commune Nomini, Pronomini, Articulo, & Participio; quoniam hæ quatuor Orationis partes ſunt voces, habent numeros genera caſuſque: omnes carent perſonis, & ſi participium excipias, etiam tempore.

Reſponſio. At teneo definitionem eſſe bonam, nec alii, quam Nomini poſſe competere. Quia Verbum & Participium excluduntur illis verbis, *ſine variatione temporis & perſonæ*, illud enim habent Participia, & Verba etiam illud & iſtas. Per illa verba, *habens numerum cum genere & caſu*, diſtinguitur à particulis indeclinabilibus; videlicet, Præpoſitione, Adverbio, Interjectione & Conjunctione. Per ſignificationem differt à Pronomine & Articulo, quæ non ponuntur per ſe, ſed loco aliorū.

De Nomine ſimplici & compoſito.

LIII. Compendia calamus. Sicut calamus unico ductu multas litteras repræſentat [ſcribimus enim ꝑ pro *per*, ꝓ pro *præ*, ꝓ pro *pro*; ℣ pro *verſus*; ℟ pro *Reſponſorium, &c.*] ſic etiam lingua unica interdum voce multas voces.

Compendia vocis. Dantur nomina Abſtracta & Concreta; illa ſimpliciora omninò ſunt, nam ab illis iſta denominantur.

Diſcrimen Concreti & Abſtracti. Concretum eſt quod formam habitam, & ſubjectum habens ſignificat; Abſtractum quod formam à ſubjecto præciſam. *Forma* hîc nomine intelligo omne illud, quod à ſubjecto quomodocumque habetur, & eidem dat aliquam denominationem.

Item nominum ſubſtantivi & Adjectivi. Concreta alia ſunt ſubſtantiva & alia Adjectiva. Diſcrimen non benè poterit deſignare Philoſophus, poteſt cum ſumma proprietate Grammaticus. Nomen enim, quod ſimul (in una terminatione

aut

aut diverſis) tria genera habet (ut *Prudens* in una terminatione: & *Bonus, a, um* in diverſis) eſt adjectivum: at Subſtantivum quod ſimul non habet tria genera. *Vulgus* enim exempli gratiâ eſt maſc. vel neutr. non verò maſc. fœm. & neutr. ſimul. Et *Suber*, tametſi trium generum ſit, ut benè Bremenſes *Grammat. libr. 1. cap.* 8. adnotarunt, eſt trium generum diſiunctivè & non copulativè. Et ſiquidem Bremenſium meminero, quo illi modo Nomina definiant ſubſcribo. *Subſtantivum eſt*, inquiunt, *quod ſine alia voce adiuncta ſubſiſtere poteſt: atque id eſt nomen generis unius aut ſummùm duorum: idque maximè in uno fine, ſæpè etiam duobus*. Et ponunt exempla: *Sacerdos* enim ab una terminatione eſt commune duûm generum; & *Hic Magiſter, Lupus, Simius, & hæc Magiſtra, Lupa, ſimia*, ſub duabus. Et apud ipſos *Adiectivum eſt, quod niſi aliâ adiunctâ voce ſubſiſtere nequit; ideoque nomen trium generum; idque vel in uno, vel in duobus, vel in tribus finibus*. Et exempla eſſe poſſunt, *Hic, hæc, hoc Fœlix: Hic Acer; hic & hæc Acris; & hoc Acre: Hic Bonus; hæc Bona, & hoc Bonum*. Sed quid eſt ſubſiſtere in his definitionibus? Eſſe ſubjectum. Ergo *Subſtantivum eſt quod ſine alio adiuncto nomine eſſe ſubiectum propoſitionis poteſt: & Adiectivum, quod non poteſt*. Et oſtenditur: nam cùm audio *Homo currit*, quieſcit animus, nec aliud neceſſariò requirit: at cùm audio *Album currit*, ſtatim hujus adjectivi ſubſtantivum inquiro, non enim accidentia aliqua juxta communem rerum curſum perſtant ſine ſubiecto.

Grammatica Bremenſis lib. 1. c. 8 Quid ſit Subſtantivum.

Quid Adiectivum.

Quid ſit ſubſiſtere?

Hinc conſtat, quid reſponderi debeat interrogantibus, utrum Adjectiva ſint vera nomina? Affirmat Bañes *libr. 1. Inſtit. tract. 10 cap. 2.* negat Lalemandetius *in Apparatûs Paſtit. §. num. 6.* & ego mediam ingrediens viam, eſſe nomen ſignificativum concedo: vel ſi dictiones Græcæ magis placeant, nego adjectiva eſſe nomina categorematica, eſſe tamen ſyncategorematica affirmo. [Scio aliquos præter *Omnis, Nullus, Aliquis*, & *Hic* nulla alia vocare ſyncategorematica: retineamus igitur vocem Latinam: nam de Græca inferiùs diſputabimus.]

LIV. An Adiectiva ſint vera nomina.

Dixi in omni Concreto compoſitionem ſignificationum reperiri; in Concreto enim ſemper includitur Abſtractum. Et quia varia ſunt Concretorum genera placuit hoc ſyſtema ſubſcribere.

Concretorum genera.

NOMEN.
- Proprium
  - Abſtractum, ut à Petro *Petreitas*, à Ioanne *Ioanneitas*, & à Paulo *Pauleitas*.
  - Concretum
    - Subſtantivum, Prænomen, ut apud veteres *Gneius, Caius*; & apud nos *Petrus, Paulus, Franciſcus*.
    - Adiectivum
      - Nomen, Patronymicum, ut *Auſtriacus Borbonicus*.
      - Agnomen vel cognomen, ut *Craſſus, Audax, Pulcher*.
      - Poſſeſſivum ut *Enſis Evandrius*.
- Appellativum.
  - Abſtractum; ut *Humanitas, Nigredo, Albedo*.
  - Concretum.
    - Subſtantivum, ut *Homo Equus*.
    - Adiectivum.
      - Materiæ, ut *Statua aurea*.
      - Formæ, ut *Corpus vivum*.
      - Unionis, ut *Homo mortalis*.
      - Quantitatis, ut *Res magna & parva*. Huc pertinent Augmentativa & Diminutiva
      - Qualitatis, ut *Albus, Niger*.
      - Relationis ut *Simile, Diſsimile*. & huc pertinent comparationis gradus.
      - Durationis, ut *Præſens, Præt. Futur.*
      - Actionis, ut *Dealbans*.
      - Paſſionis ut *Dealbatus*.
      - Potentiæ, ut *Dealbativum & Dealbabilis*.
      - Loci, ut *Africanus*.
      - Sitûs ut *Sedens, Stans*.
      - Habitûs, ut *Veſtitus, Armatus*.

Singula paulatim explicabo.

Proprium Nomen eſt, quod eſt unius individui. Et hoc clarioris intelligentiæ gratiâ notatur litterâ majuſculâ, ut *Ferdinandus, Franciſcus, Roma, Rhenus*. Notas nomen proprium dici, quod unius individui ſolius ſit. Et inquiris, An nomina propria habeant pluralem? Dicunt vulgò Grammatici non habere: & quidem benè dicerent, ſi darentur nomina, qualia dari dicuntur, nimirùm, quæ uni ſoli individuo competerent. Audi Paulum Conopæum in Grammaticæ ſuæ Prologo. *Cum Grammaticorum vulgo fateor (me) enunciaſſe, Nomen proprium eſſe quod uni propriè convenit, ut Auguſtinus Boëmia, cùm tamen modò ſint plures Auguſtini, quàm olim Auguſti, Catones, Fabii, Scipiones. Ea propter locuplete ſatis authoritate ſuffultus Virorum, Mulierumque nomina donavi pluralis numeri libertate. Improbas? Cum Iacobo Mancino noſtra tempeſtatis celeberrimo Grammaticorum duce id faciam planum: accedat Ciceroniana antiquitas cum ſuis Lentulis, Scipionibus, Antoniis: accedat, inquam, in his minimè ſuperſtitioſa Græcorum ſchola.* Ita ille. Quid ergo? ſi nomen proprium illud eſt quod uni ſoli tantùm convenit; & nomina, quæ hucuſque propria credita, multis conveniunt: ſequitur non dari propriè propria, niſi dicamus bina vel terna reſtricta ad talem æta-

tem

tem locumque ita uni convenire ut nulli alteri cooptari poſſint. Nam licet legamus fuiſſe multos Marcos, multos Tullios, & multos Cicerones, non tamen niſi unicum Marcum Tullium Ciceronem illo ævo floruiſſe legimus: cujus nomen compoſitum è tribus, fuiſſe proprium & ſingulare pronunciamus.

Abſtracta Lentulitas, Platonitas.

An-ne ex propriis diducuntur Abſtracta? maximè, nec hoc ſine Ciceronis exemplo: Quoniam à Lentulo dixit *Lentulitatem*, tametſi non eo ſenſu, quo à nobis Petreitas, Joanneitas, & Hæceitas dicuntur. Hanc ob rem debemus obſervare Abſtracta propria ſumi poſſe politicè & ſcholaſticè; priore modo mores ſignificant, unde qui Lentuli mores aut Platonis doctrinam imitaretur exactè dici poſſet, ebibiſſe Lentulitatē & Platonitatem. [Vide Philippum du Trieu *Dialect. tract. 1. part. 1. cap. 1. art. 5. pag.* 10.]

Significatio duplex: Scholaſtica, & Politica.

LV. An debeat dici Hæcceitas.

Utimur iſtis etiam vocibus *Ecceitas, Haceitas* (non Hæcceitas; unde enim illud ſecundum c?) quæ ſignificāt Individuationem ut ſic: *Ecceitas* enim diducitur ab *Ecce*, & *Haceitas* ab *Hic*.

Nominis proprii diviſio. Prænomen. Nomen. Supernomen.

Nomen Proprium dividitur in Prænomen, Nomen, Cognomen ſeu Agnomen. PRÆNOMEN eſt nomen Proprium Subſtantivum, ut *Caius, Gneius; Petrus, Paulus.* NOMEN eſt familię vocabulum, & jam vocatur *Supernomen*, & quia multorum eſt, tametſi videatur Subſtantivum, Adjectivum poteſtate eſt. Et ſępè eſt ſimplex, ſępe duplex; alii enim à familia paterna, alii à materna; & alii ab utraque denominantur, AGNOMEN quaſi *Ad-nomen* ſupervenit ab aliquo charactere notabili Phyſico vel morali. Hinc inter noſtros Reges reperimus unum *Pulchrum*, alterum *Craſſum*, alterum *Infœlicem*, alium *Crudelem*, alioſque *Invictos, Magnos, Liberales*, &c.

Agnomen.

Sæpe Cognomentum unius in totius familiæ Supernomen tranſit; ut videre eſt in hoc nomine. *Publius Cornelius, Scipio Africanus.* Familiæ maternæ nomen eſt *Cornelius*, fuit enim Cornelia uxor Sempronii Gracchi & Tiberii & Caji Gracchorum mater à Valerio laudata. Fuit eloquentiſſima fœmina, quæ & epiſtolas terſiſſimè ſcriptas reliquit, quarum meminit in Bruto Cicero. Quintilianus: *Magni intereſt, quos quiſque audiat quotidiè, quibus-cum loquatur à puero, quemadmodum Patres, Pædagogi, Matres loquantur.* Et probat ſubdens, *Eloquentia Gracchorum mater Cornelia plurimum contulit.* Ab hac Viragine Corneliorum familia famam authoritatemque diduxit, quæ poſteà viros maximos dedit. Inter quos non eſt infimo loco recenſendus Cornelius Coſſus, qui cùm Tribunum ageret in exercitu, Volumnium Lartem, Vejentum Regem interemit, & Jovem Feretrium iterum iterumque ſpoliis opimis ditavit. In ipſo deſideratur prænomen, quaſi ſub illud tempus ita eſſet præclarus, quod Prænomine non indigeret. Nam & hodie noſtri Hiſtoriographi vocabulo multis communi illum per antonomaſiam intelligunt, qui excellentior. Sic Galli & benè libros inſcribunt *Au Roy*, hoc eſt, *Regi*,

Cornelia.

Educationis vis.

Reſtrictio nominis à circumſtantiis.

nec titulos alios adjungunt; quoniam in ipſos, qui alibi regnant, nullam authoritatem habent.

LVI. Scipionis nomina.

Dictus igitur fuit, *Publius Gracchus Cornelius Scipio Africanus*; Publius nomine perſonali; Gracchus à Progenitore; Cornelius à Progenitrice: Scipio, quod puer parenti luminibus orbo à Scipione ſerviret, utuntur enim ſenes baculo, & bonus filius, ut dicitur in proverbio, *baculus ſenectutis eſt*, & Africanus tandem ab egregiis facinoribus actis in Africa. Ipſi *Scipio* cognomen fuit, at poſteris ſuis Supernomen, nam ab ipſo orta fuit Scipionum familia, quæ illo ævo potentiſſima & nobiliſſima, viros nobiliſſimos habuit.

De patronymicis.

Hinc patet nomina *Gracchus* & *Cornelius* in poſteris eſſe adjectiva, aut etiam patronymica, & idem eſſe dicere *Publium Gracchum Cornelium*, ac *Publium oriundum à Graccho & Cornelia.* Hinc patet vocem *Scipio* aliter Publio, & aliter ejus poſteris appropriari: idem enim eſt dicere *Publium Scipionem*, ac *Publium, quo eius pater ut Scipione fuit uſus*: & idem eſt dicere *Scipiones*, ac *à Scipione oriundos.* Ut deſignent hæc nomina eſſe adjectiva, multi è junioribus malunt illa ponere in genitivo, dixiſſentque *Publium Gracchi Corneliæ Scipionem Africanum*, hodiè enim dicunt, *Ioannem Franciſci, Petrum Pauli, Theodorum Ferdinandi*, & ubique *filium, nepotem*, aut aliquid ſimile ſubintelligunt. Poëtæ ſua finxerunt Patronymica, quæ non facilè apud Oratores reperias; qui eumdem Publium *Gracchidem*, & *Corneliadem* dicerent, ſicut Hectorem Priami filium, *Priamidem*.

Patronymica Poëtica.

LVII. Patronymici & Poſſeſſivi differentia.

Differt Poſſeſſivum à Patronymico, quia tametſi utrumque à nomine proprio diducatur, illud ſignificat poſſeſſorem, iſtud progenitorem: nam *Evandrides iuvenis* Evandri eſt filius nepos-ve; & *Evandrius enſis* ille, quo utebatur Evander.

Appellativa.

Omnia nomina appellativa ſunt univerſalia, ut *Homo, Equus.* Unde bene Bremenſes, *Appellativum*, dicunt, *quod multis communiter convenit.*

Abſtracta, & concreta.

Appellativa abſtracta ſignificant res communes & univerſales, quæ habentur: & concreta ipſamet ſubjecta, quæ illas habent.

Sumitur denominatio à materia, cùm dicimus, *Hæc columna eſt eburnea; ille murus marmoreus: hic homo carneus.*

A forma, ut *Hoc corpus eſt vivens, hæc materia ſenſibilis & animata.*

Materia eſt incorruptibilis

Ab unione, ut *Homo eſt mortalis*; conſtat enim incorruptibili materiâ & incorruptibili formâ, & tamen corruptibilis eſt: nam tametſi materia prima per creationem fiat, & non poſſit aliter quàm per annihilationem deſinere; & tametſi etiā Anima rationalis ſit ingenerabilis, nihilominùs homo eſt corruptibilis ratione unionis. Unde patet malè à pluribus Peripateticis incorruptibilitatem Cœli à formæ incorruptibilitate probari, poſſet enim quis adhuc dicere illud eſſe corruptibile ratione unionis.

Anima rationalis incorruptibilis. Homo corruptibilis. An cœlum ſit incorruptibile?

A magnitudine diducuntur nomina Augmen-

De nominibus augmentativis, & diminutivis.

gmentativa, Diminutiva, & Blanditiva. E quibus vix alia quàm Diminutiva cognoſcunt Latini & Græci; carent enim Augmentativis; & Diminutivis, dum adulari & blandiri volunt, abutuntur. Omnia diſtinguit lingua Hiſpana: dicimus enim *Muchacho* Puerum; *Muchachon*, Puerum magnum; *Muchachonaſſo*, Puerum adhuc majorem; *Muchachillo*, Puerum qualitercumque parvum aliquo dignum deſpectu: & *Muchachito*, Puerum parvum, amore dignum;

A qualitate dicitur *Albus*, *Viridis*; *Calidus*, *Frigidus*; hoc eſt, Habens albedinem, virorem, calorem, frigus:

LVIII. *De gradibus comparationis.*

A relatione omnes gradus comparationis deducuntur. *Doctus* enim dicitur qui habet doctrinam; & qui plus doctrinæ habet, quàm aliquis aut aliqui, dicitur *Doctior*; & qui plus quàm omnes, *Doctiſſimus*. Sicut comparatio fit per gradus denotantes exceſſum, poſſet etiam per gradus contrarios; & poſſet etiam fingi nomen, quod ſignificaret minus doctum: & alterum quod indoctiſſimum. Sed hos gradus idiomata nobis nota non habent, eos tamen exponunt per particulas *minùs* & *minimè*.

An juventus differat ab adoleſcentia.

A Quando, ſeu differentiis temporis dicitur *Præſens*, *Præteritum*, *Futurum*: qui longo vixit tempore dicitur *Senex*, qui mediam agit ætatem *Vir*, qui ætatem nubilem attigit, *Adoleſcens*, aut *Iuvenis* (hæc enim duo vocabula coincidunt, juxta illud, *Lætare juvenis in adoleſcentia tua.*) qui nondum illam attigit, vocatur *Puer*; qui nondum utitur ratione, *Puellus*; & qui nondum loquitur, *Infans*.

LIX.

Dantur etiam nonnulla nomina; quæ ſonant potentiam: dantur, quæ actum; dantur, quæ actionem, quæ paſſionem: ut *Calefactivus*, *Calefactibilis*; *Calefaciens*, & *Calefactus*.

Hiſpani & Hiſpanienſes differentia.

A loco diverſimodè denominamur quoniam vel in illo naſcimur, & dicitur *Patrius*; vel in ipſo habitamus, aut actus illuſtres elicimus & tunc diverſas denominationes ſortitur. Calepinus ſic ait. *Qui in Hiſpania natus eſt*, Hiſpanus Ἴβηρ *dicitur*; Hiſpanienſis, Ἰβηρικὸς, *qui alibi ortus in Hiſpania verſatur; hoc eſt, qui licèt in Hiſpania ſit, non tamen in ea natus eſt. Vnde* Hiſpanienſes *vocamus negotiatores, qui in Hiſpania negotiantur. Sic* Hiſpanienſem exercitum *vocabant Romani, qui in Hiſpania militabat*. Quod videtur firmari poſſe ex Plinio libr. 13. *Cæſar Hiſpanienſi triumpho Chium & Falernum dedit, cùm in Heſpania bellum adverſus Romanos, non Hiſpanos geſſerit*. Si objicias

Æſtus Hiſpanienſes.

ex Cicerone de Nat. Deor. *Æſtus maritimos Hiſpanienſes vel Britannicos*: & *Scipionem Africanum*; reſpondebo æſtus illos non Hiſpanos ſed Hiſpanienſes dici, tanquam peregrinos, & in oceano natos, & in Hiſpaniâ ſyderum influxu invectos.

Africanus & Africanus.

Scipionemque non Africenſem, ſed Africanum dictum, quod fortè non fuerit in uſu primum nomen, debueritque ſecundum neceſſariò uſurpari; aut ſaltem, quod Scipio natus fuerit in Africa; mundo, aut gloriæ. Multi enim Principes leguntur nati in regionibus diſſitis, dum eas Parentes gubernarent; & multi verè nati apud barbaros, apud nos naſci famæ & gloriæ dicuntur, ſi apud nos inceperunt clarere. Sic apud Hiſpanos legitur Gundiſalvum bello clarum multis aliis poſtpoſitum, quod non eſſet è nobilibus natus; repoſuiſſeque adoleſcentem generoſum, ſe habere patrem illum Enſem, & matrem Flandriam, nec ſcire eſſe ſuo enſe apud Hiſpanos alium excellentiorem; nec Flandriâ regionem nobiliorem

Hominem natum ex gladio.

A ſitu dicimus *Iacentes*, *Sedentes*, *Stantes*, *Genuflexi*, *&c.*

Ab habitu *Nudi*, *Veſtiti*, *Palliati*, *Togati*, *Calceati*: *Armati*, *Haſtati*: *Ornati*; &c. unde Virgilius vocavit *Romanos rerum* (hoc eſt, rerumpublicarum, ſive regionum) *dominos, gentemque togatam*.

LX. *Cur nomina adjectiva invenerimus?*

Patet igitur Abſtracta eſſe ſimpliciora nomina; Adjectiva & Concreta omnia inventa, ut compendioſiùs loqueremur, & quæ deberent multis; dicerentur unô ſolo vocabulo. Petrus, exempli gratiâ, quia minùs doctus eſt, dicit, *Illum, qui habet humanitatem*; tu breviùs, & eruditiùs: *Hominem*: Petrus, *columnam factam eſſe ex lapide, qui dicitur Marmor*, tu quia *Marmoream* dicis, omnia hæc dicis: Petrus *cor parvæ eſſe magnitudinis Antonio* dixerat; &. tu reponis *corculum*: Retulerat *nives albedine eſſe præditas*; tu Laconem agis; & *albas* vocas. Addiderat *illas non ſolùm habere albedinem, ſed & ſplendorem nonotabilem*, & tu eaſdem *candidas* dicens, quæ ille multis, una voce complecteris. Quem Petrus, *magis doctum aliquibus*, tu eſſe *doctiorem* aſſeris: & quem ille *magis doctum omnibus*, tu *doctiſſimum*. Putabat ſe eloqui cùm *Neſtorem longo tempore vixiſſe* dixerat, quem ſciebat *ſenem* fuiſſe, & talem decuiſſe nominari. Dicebat olim, *ignem habere potentiam ad calefaciendum*; & jam compendium doctus *calefactivum* eundem vocat, & tandem *eum, qui habet veſtes ferreas, corpori artificiosè accommodatas*, uno nomine *armatum*. Hæc audio, & miror, videoque quanta ſit concretorum nominum energia; & quàm compendioſa ſit in ipſis ſignificationis ubertas:

De Nominum Genere.

MUlta accenſentur Nomini; ſed inter alia accidentia, Genus, Numerus, & caſus notiora judicantur.

LXI. *Quot ſint genera.*

Genus eſt differentia Nominis ſecundum ſexum. Sed quot enumerantur genera? à Conopæo in Grammaticæ ſuæ rudimentis enumerantur ſex: Maſculinū, Fœmininum, Neutrum; Commune duum; Commune trium; Dubium: quibus addere poteſt Epicœnum. Maſculina dicuntur, quæ conveniunt maribus Fœmininum, quæ fœminis: Neutra, quæ illis rebus, quæ neutrum ſunt. Stando igitur rigori philoſophico; omnia virorum nomina deberent eſſe maſculina; omnia Mulierum fœminina; & cætera univerſa neutra. Hinc eſſent retinenda nomina *Numen*, *Pneuma*; rejicienda *Deus* & *Spiritus*; quia exercituū Dominus & Angeli ſexum non habent. At iſtum rigorem philoſophicum Poëtæ & Pictores mitigarunt colorum metro, & verſuum peni-

Genera Philoſophica.

Genera Poetica, Pictoria, & Hiſtorica.

cillo

ciſſo Deos, Angelos, Fluvios, Ventoſque ſub Virorum ſpecie; Regiones, Inſulas, Naves & Atbores ſub Fœminarum, & hinc ortum ut etiam rebus inanimis ſexus attribueretur. Ut ſemel ſexum poëticum pictoriumve diſtinſe-

Vnde regula generum nata?

runt à phyſico, & multa habuerunt vocabula perſonarum ſive fictarum ab Apelle, ſive pictarum ab Homern, aut ab aliis, terminationes contemplati, omnia ſimiliter deſinentia pronunnarunt congenera; & quia diserant hæc

Nomina in a.

nomina eſſe phyſicè fœminina; nimirùm, *Iulia, Claudia, Livia*; & poëticè ſive pictoriè hæc, *Luna, Diana. Trivia, Galatæa, Flora*; omnia deſinen-

Sexus Grammaticus.

tia in A, & pertinentia ad primam declinationem ſexu donaverunt Grammatico, & eſſe iuſſerunt fœminea: excipientes *Adriam* in ter-

Vbi Cometa ſint?

ris, *Cometam* & *Planetam* in cœlis, quia deducebantur à Græcis maſculinis ὁ Ἀδρίας, ὁ Πλανήτης ὁ Κομήτης & formâ virili pingebātur & cantabātur, voluerūt eſſe maſculinos. Progreſſi ulteriùs invenerūt hæc nomina, *Iulius Caius, Pompeius, Cornelius*, eſſe phyſicè maſculins; iſta *Sa-*

Nomina in us.

turnus, Mercurius, Somnus, Rhenus, Danubius eſſe maſculina poëticè; & terminationem conſiderantes, aſſeruerunt hæc, *Sonus, Strepitus, Locus, Focus*, & cætera finiti in US, quæ ad ſecundam declinationem pertinerent eſſe generis maſculini. Exceperunt *Porticum, Tribum, Manum, Alvum, Humum, Vannum, Colum, Carbaſum, Domum*, & pronunciarunt fœmmina, vel quòd à Poëta aliquo ſub ſpecie Nympharum introductæ, vel quòd ita voluerunt ſequi regulas, ut ſe eſſe liberos etiam interdum demonſtrarent. Sic progreſſi per ſingulas declinationes, ſexum phyſicum, poëticum, grammaticumque diligenter notarunt: & quia tandem multa manſerunt nomina, quæ ad neutram claſſem (hoc eſt, nec ad *maſc.* nec ad *fœm.*) reduci poterant, illa in tertiam ſpecialem poſuerunt, & *neutra* no-

Nomina in um.

minarunt. Voce *Mancipium, Iumentum*, à manucapiendo, & à iuvando uſi, neutram eſſe voluerunt, non enim relucebat ulla ſexûs proprietas aut diſtinctio: poſteà ſervos ancillaſque vocitarunt *Mancipia*; equos, mulos & alias animantes *Iumenta*, eo ſenſu quo ſponſus ſponſam, *ſuum cor*, & *ſuum* etiam *amorem*, non *ſuam cor*, nec *ſuam amorem* nominat. Ergo voces *Mancipium* & *Iumentum* etiam pro maribus aut fœminis apellativè uſurpatæ manſerunt generis neutrîus. Hinc animoſiores protulerunt hanc legem, *Vm neutris magis, hominum ſi propria demas*, & permittentes *Dinaium* & *Pagaum*, &c. eſſe maſc. & *Glycerum, Phanium* & *Euſtochium*: & alia id genus propria, eſſe fœm: omnia appellativa in Vm; ſive arborum ut *Laburnum, Liguſtrum, Buxum*; ſive civitatum ut *Dyrrhachium, Madrutum, Toletum, Saguntum*; ſive rerum, ut *aurum, Argentum, Plumbum, Lignum*; neutra ſore juſſerunt.

LXII. An venti maſculini ſint? an arbores?

Sanè in ſexu ſeu genere phyſico omnes nationes convenire debebunt; quoniam natura eſt eadem, nec ad placitum ſcriptorum mutatur. At Poëtæ & Pictores in coloribus non ſemper conveniunt; Ventos Romani non ſolùm finxerunt eſſe Viros, ſed & Deos: at Hebræi contrà eos ut Nymphas pinxerunt, unde illi *Aquilonem* in maſc. genere, & hi צפון Tzafuon *Boream*, in fœminino nominant. *Arbores* Latini ſpecie fœmineâ pinxerunt, virili Hiſpani; dicimus enim *el Arbol*, *el Pino*, *el Mançano*, *el Peral*, cùm tamen Latini malint, *hanc Arborem, hanc Pinum*, & *hanc Pyrum*, &c. dicere, quod carmi-

Nymphæ in arbores verſæ.

num vi legant Nymphas plurimas in arbores fuiſſe transformatas. Producuntur à Latinis fluvii ſub Deorum & Paranymphorum ſpecie; ipſis enim in uſu *Hic Danubius, hic Albis, hic Iſara, hic Elmus, hic Moldavia*, qui tamen Germanis

An fluvii ſint mares?

ſunt, Die Donaw / die Elbe / die Jſer / die Helm / die Moldaw / Regiones Urbeſque

An regiones Nymphæ.

Deas eſſe voluit Gentilium Latinorum Theologia; teſtes mihi ſint *Hiſpania, Francia, Anglia, Bavaria, Brabantia, Nüremberga, Vlma, &c.* At Germani omnia hæc ad neutrum rejecerunt, dicunt enim Das Königreich Hiſpanien / Franckreich / Engelland / das Fürſtenthumb Bayren / das Fürſtenthumb Brabant / das Nürnberg / das Vlm / &c.

De genere ambiguo.

Et quidem in Genere ſeu ſexûs diſtinctione grammaticâ magna eſt inter authores differentia, non ſolùm in diverſis linguis, ſed etiam in eadem. In Latina ne ad alias recurram, aliter Oratores, & aliter Poëtæ; aliter Veteres, & aliter Juniores ſentiunt; unde orta eſt Nominum ambiguorum Tabula, quam pueri in ſcholis docentur. Nam *Pinus, Cypreſſus, Platanus* & quædam alia olim maſculina, & modò fœminina ſunt. *Bubo, Specus, Cortex, Pumex, Pulvis, pedis Calx, Silex, Margo, Palumbes* maſculina apud Oratores: & *Animans, Volucris, ſtirps, Cupido, Sardonyx, Onyx, Grus, Clunis, Ales, Talpa, Linter, Dama, Liax, Peniſque* fœminina. Et tamen Poëtæ ſuo jure utentes, & multi etiam Rhetores abutentes, priora nomina volunt eſſe fœm. & poſteriora maſc. Sunt & alia, in quibus ne quidem Oratores conveniunt, videlicet, *Groſſus, Adeps, Atomus, Limax, Torques, Phaſelus, Scrobs, Serpens, Finis, Corbis, Dies* & *Rubus*.

LXIII. De Epicœno.

Aliquid de genere Epicœno ſubjungo; ſcio enim præter paucos, qui profitentur eruditionem, nullus eſſe, qui illud intelligant & à communi & ambiguo diſtinguāt. Cautè à Linguæ-peritis non Κοινά, *communia*, ſed Ἐπίκοινα, *ſubcommunia*, vocantur: non enim cum commu-

Quo differat modo à communi.

nibus confundi debent. Hæc enim maſculini ſimul & fœminini generis ſunt, & ſub maſculino genere mari, & ſub fœminino fœmellæ competunt: at Epicœna unîus tantùm generis ſunt (maſc. vel fœm.) & ſub illo utrumque ſexum comprehendunt. *Canis, Sacerdos*, & ſimilia ſunt communis generis, & ideò dicimus, *Hic canis maſculus, hæc canis fœmina: Hic ſacerdos vir, hæc ſacerdos mulier.* At *Tigris, corvus, Turdus* imò & *Homo* ſunt epicœni generis, & ideò dicere debem⁹, *Hæc Tigris maſcula, hæc Tigris fœminea; Hic Corvus mas, hic Corvus fœmina; Hic Homo vir, hic Homo mulier*, &c. Differunt epicœna & am-

Quo ab ambiguo.

bigua, quod hæc incerti ſint generis, illa determinati, at ſub uno utrumque ſexum comprehendentia. Notandum verumtamen eſt, *Dama, Talpa, Grus, Lynx*, &c. eſſe ſimul ambigua & epicœna; quia ſi volumus nomine *Dama* uti in genere maſculino, poſſumus dicere. *Hic Dama mas*, *hic Dama fœmina*: ſi in fœminino

Hac

Hæc Dama mas, hæc Dama fœmina : & ſic de aliis.

LXIV. *Unde genus Epicœnum ſit ortum.*

Quidam Junior. [Genus Epicœnum, ait, ex hominum ignoratione ortum eſt : cùm enim multarum animantium mares à fœminis ſecernere & internoſcere neſcirent, vel quia res ſuapte naturâ difficilis erat, vel quia animantes in uſu domeſtico non erant : ſiquidem *Corvum, Turdum* tantùm dicebant, non *Corvam, Turdam*, neſciebant enim marem à fœminâ internoſcere. Gallũ à Gallinâ propriis nominibus diſcernebãt, quia in domeſtico uſu erant. Sic Equum ab Equâ, Arietem ab Ove. Initio etiam marem *Columbam* appellabant, ſed poſtquam fuerant columbaria, cœperunt marem *Columbum* dicere, fœminam verò *Columbam*. &c.]

Hinc patet Genera, eſſe ſeptem; Maſculinũ, Fœmininum ; Neutrum, Commune duûm, Commune trium, Ambiguum, Epicœnumque.

Genera apud Hebræos.

Hebræi multa ex his non admittunt, Bartholomæus Keckermannus *Grammat. lib. 2. c. 1.* [Nonnulli Grammatici in quibuſdam, ſed tamen pauciſſimis nominibus, ſtatuũt genus dubium, ita tamen ut ad commune genus ea exempla referri queant. Genus neutrum in Hebrâ linguâ nuſquam reperies, niſi quod adiectiva fœminina interdũ ſignificatione æquipolleant Latinorum & Græcorum neutris.] Et quidem fœmininum apud Hebræos poni pro neutro, etiam ſciunt, qui Hebraicè neſciunt docti à Pſalmiſta concinente, *Unam petii à Domino, hanc requiram*, &c.

LXV. **SED INQUIRIS.** *An ne tota hæc generum varietas ſit neceſſaria? An omitti potuerit, aut debuerit?*

Rem fateor. Mirabilis eſt omnium gentium conſenſus. Præter Ibericam, quâ utuntur Iberes in Aſiâ, nulla eſt lingua, quam ſciam, in quâ Nomina generibus non diſtinguantur : imò Hebræi & Chaldæi diſtinguunt etiam genus in verbis. dicunt enim,

Verborum ſexus.

פָּקַד *Viſitavit ille:*
פָּקְדָה *Viſitavit illa.*
פָּקַדְתָּ *Viſitaviſti tu vir.*
פָּקַדְתְּ *Viſitaviſti tu fœm.*
פָּקַדְתִּי *Viſitavi ego vir l. fœm.* &c.

Sed quâ id neceſſitate ? quo fructu ? **RESOLVO** igitur **PRIMO**, *Generum varietatem in verbis neceſſariam non eſſe.* Et demonſtro, quia Lingua

Nominum ſexus.

Græca, Latina, Hiſpana, Gallica, Italica, & multæ aliæ eloquentiſſimæ ſunt, & tamen hanc generum diſtinctionem non habent. **ADDO** *eandem generum varietatem in nominibus non eſſe neceſſariam* : & probo, quia ſicut Georgiani & Iberes eloquenter loquuntur, & tamen non utuntur generibus : ſic etiam omnes alii populi facere poſſent.

Nec epicœnum.

RESOLVO SECUNDO, *Genus epicœnum ex ignoratione ſubortum non eſſe neceſſarium.* Et oſtenditur, quia aut poſſet in ſingulis animalium ſpeciebus ſexus diſtingui (ut præſtitum in *Columbâ*, quæ epicœni olim fuit, & iam eſt fœminini generis) vel genera intermitti omninò nec ſexus in ſingulis verbis curari.

Nec ambiguum.

RESOLVO TERTIO. *Genus ambiguum neceſſarium non eſſe.* Patet; quia ſi ſemel Authores inter ſe convenirent, nemo de aliquorum Nominum genere dubitaret.

RESOLVO QUARTO, *Genus neutrum non eſ-*

ſe neceſſarium. Et probatur; quia lingua Hebræa magni fit, & in ipsâ præcipui libri olim ſcripti, & tamen neutro genere caret. *Nec neutrum.*

RESOLVO TANDEM, *Genus maſculinum & fœmininum in Nominibus non eſſe neceſſaria.* Quod oſtendo. Dantur in idiomate Græco & Latino, plurimi Nominum caſus, in quibus ejuſmodi non ſervatur diſtinctio; ergo ſicut ibi generum diſcretio abeſſe potuit, potuiſſet etiam ubique, ſi Linguarum Inventori placuiſſet. Dicit Petrus, *Ego ſum fortis, dives, prudens* : eadem verba repetere poterit Iulia, nec in ipſis erit ulla ſexûs diſtinctio. Ergo eodem modo poſſemus de reliquis philoſophari. **CONFIRMO.** Nomen *Prudens*, ſic vario. **SING.** Non. *Prudens*. Gen. *Prudentis*. Dat. *Prudenti*. Voc. *O Prudens*. Abl. *à Prudente vel. ati.* **PLUR.** Gen. *Prudentum, vel tium.* Dat. & Abl. *Prudentibus*. In his caſibus nulla interlucet generum diſtinctio aut varietas ; ergo in reliquis etiam caſibus, quos omiſi, poterat ſimiliter fieri. Ergo in reliquis etiam Nominibus; nõ enim ulla datur diſparitatis ratio. **CONFIRMO** iterum. Si aliter debet calor denominare Virum, aliter Mulierem, ita ut ille dicatur *Calidus*, & hæc *Calida*; cur non potiùs aliter Ignem, aliter Aërem, aliter Animantes, aliter Mixta; differre enim ſpecie calorem animalem ab elementari, & igneum ab aëreo, & utrumq; à lapideo magni Philoſophi aſſeruerunt; at Maris Fœminæque calorem ſpecie differre nemo dixit; ergo, ſi ibi eadẽ vox retinetur, nec variatur per elementa & grad' vitæ, cur hîc variabitur per ſexus. **CONFIRMO** tertiò. Quia, cùm audio nomen *Sanctus. a. um.* ſpeculari & inquirere incipio, an ſanctitas depẽdeat à ſexu. Rem eſſe video independentem omninò, tamque poſſe variari per ſexus, quàm per colores, quã per nationes, quàm per ætates. **CONFIRMO** quartò. Quia lingua mentis eſt interpres & in mente nomina adiectiva generum differentiam non habent; in hoc enim ſyllogiſmo,

Nec maſc. nec fœm. genus eſt neceſſarium.

An calor animalis & elementaris differant ſpecie?

Nullus homo eſt purpureus,
Amaryllis eſt homo,
Ergo Amaryllis non eſt purpurea.

Nomina mentalia carent genere.

non dantur quattuor termini, quia *purpureus* & *purpurea* lingua differunt, at nec reipsâ nec mẽte differunt. **CONFIRMO** quintò. Quia Iberes in Aſiâ florere dicuntur, & linguam habere elegantem & tamen nullam generum varietatem agnoſcunt : ergo ſicut illorum nomina carent generum varietate, noſtra poſſent. [Vide Franciſci Matiæ Maggij Syntagmata de Linguâ Ibericâ nuper editâ Romæ ; aut etiam quæ in Tomo Liberali Ego dixi agens de linguâ Ibericâ.]

De Nominum Numero.

LXVII. *Numerorum numerus.*

HEbræus, Chaldæus, & Græcus tres admittunt; Singularem, Dualẽ, & Pluralem: primus unum, ſecundus duos, tertius plures ſignificat. ut שַׂר. Κύριος, *unus Princeps vel Dominus.* שָׂרַיִם. Κυρίω. *duo Principes vel Domini.* שָׂרִים. Κύριοι, *tres aut plures Principes vel Domini.*

Dualis non eſt neceſſarius.

Et quidem Dualem numerum non eſſe neceſſarium, Latinũ idioma demonſtrat, & multa, quæ in Europâ excoluntur, confirmant : carent enim Duali, nec ideò aliquâ re neceſſariâ.

Sed inquiris, An-ne ſuperflua ſit ſingularia & Pluralis diſtinctio? Et reſpondeo aſſertivè. quia ſicut dicimus *Nequam* per omnea numeros & genera. [videlicet, *Vir nequam*, *Fœmina nequam*, *Iudices nequam*, *Pellices nequam*.] Dicimus etiam *Amatum iri* per omnia genera & numeros [nimirùm, *Pronuntio Mundum diſſolutum iri*, *extinctum iri nobiliſſimem Olympi Stellam: averſum iri atheroei Globos*, *combuſtumque iri tandem plantas univerſas & arbores*.] Cur non etiam alia nomina eodem modo invariata retineremus? Si numeri ſint diſtinguendi, invabunt eardinalia vocabula, quæ ſubminiſtrabit Arithmetica; poſſumus enim dicere, *Vnum nequam*, *duo nequam*, *tres nequam*. Sed non ſcio cur illi diſtinguendi ſint? nec cur cùm dico *Hominem eſſe animal*, debeam potiùs eaponere, ſit-ne unus vel duo? quàm ſint-ne dno vel trea? tres vel quatuor? decem vel centum? Ergo ſicut ſoleo me iuvare numeria cùm volo centum aut mille exprimere, poſſem etiam cùm unum, duos, tres, vel plures, niſi Idiomatia inventor inutiliter & ſpontè me invexiſſet in has diffitates.

Imò nec pluralis.

De Nominum Caſibus.

LXVIII. Differitia recti & obliqui.

ID, quod eſt, vel operatur, ponitur in recto: cæteta univerſa in obliquo. Ea quo liquidò conſtat recti & obliqui accurata diſtinctio. Omnes obliqui Caſus à prædicamentorum numero (& ordine, ſi velis) dependent. Exiſtentiam, Actionem, & Paſſionem, à Caſibus Nominum eacludo, quia ad Verba pertinent: nempè Exiſtentia ad Subſtantivum, *Sum, es, eſt*. Actio ad vocem activam; Paſſio ad paſſivam. Manent igitur cætera prædicamenta, quæ ſic coordino.

I.	*Subſtantia,*	*V.*	*Quando*
II.	*Quantitas.*	*VI.*	*Vbi.*
III.	*Qualitas.*	*VII.*	*Situs, Modus.*
IV.	*Relatio.*	*VIII.*	*Habitus, Inſtrum.*

Et hinc Nominum Caſus omnes ſubduco. Cõſidera paradigma ſubſequens,

Qui facit?	Nominativus.	*Activus.*
Cuius domini?	Genitivus I.	*Poſſeſſivus.*
Cuius quãtitatis?	Genitivus II.	*Quantitativus.*
Cuius qualitatis?	Genitivus III.	*Qualitativus.*
Cui facit?	Dativus.	*Receptivus.*
Quid remiſſè?	Accuſativus I.	*Actus remiſſè.*
Quid intensè?	Accuſativus II.	*Actus intensè.*
Relationes graves.	Accuſativ⁹ III.	*Præpoſitionalis.*
Relationes leves.	Ablativus I.	*Præpoſitionalis.*
Quando facit?	Ablativus II.	*Temporaneus.*
Vbi facit?	Ablativus III.	*Localis.*
Quo modo facit?	Ablativus IV.	*Modalis.*
Quo inſtrumento?	Ablativus V.	*Inſtrumentalis.*
Quo pretio?	Ablativus IV.	*Pretioſus.*
Cui loquor?	Vocativus.	*Auditivus.*

Omnea Genitivi, item omnes Ablativi ſunt ſimiles. Accuſativus primus, eſt ſimilis Danvo: & tamen ſunt diverſi caſus; quia licèt non differant terminatione, differunt ſignficatione & poteſtate. Ablativus putatur Latinorum proprius: ſed Bremenſes in Grammaticâ ſuâ etiam caſu hoc Græcam linguam ditarunt. Contemplemus igitur caſus ſingulos, & eorum ſignificationem exponamus.

An Græci habeant Ablativum?

Nominativus.

LXIX. Quid ille ſignificet

CAſu hoc ſignificatur id quod intelligitur in recto, tanquam paſſionis aut actionis principium, *Petrus vulnerat Ioannem*, *Ioannes vulneratur à Petro*. Ut hoc meliùs intelligas annotato, Actionem & Paſſionem eſſe duas relationes diverſas, & in caſu præpoſito utramque eſſe inter Petrum & Ioannem, ſed hoc diſcrimine, quod Actio inſit Petro & ſit ad Ioannem, & paſſio inſit Ioanni & ſit ad Petrum. Ubi igitur aliqua res intelligitur eſſe relationis principium purum ponitur in nominativo. Conſultò *purum* dixi; quia in hac propoſitione, *Clodius vidit Paulum loquentem Friderico*, Paulus eſt loquutionis principium, nec tamen in nominativo ponitur, quia non eſt purum principium, eſt enim viſionis terminus. At Clodius Viſionis eſt principiũ, & nullius actionis aut paſſionis aſſeritur eſſe terminus, & ideò in recto, & non in obliquo aut connotato debet poni. Illud participiũ *loquentem* virtute eſt rectũ, æquivalet enim pronomini & verbo, idem enim eſt dicere, *Vidi Petrum loquentem*, ac *Vidi Petrum, qui loquebatur*.

Relatio duplex.

Purum principiũ.

Significatio Participij.

Exiſtentia concipitur à multis ut intranſitiva quædam actio, & ideò Verbum *Eſt*, & ſimilia, poſtulant nominativum. qui activus dicitur, quod in eo id quod agit, ponatur.

Genitivus.

LXX. Ratio nominis.

NOminativum ſequitur, & id nominis habet, quòd caſu alios generet; unde & *Caſus patrius* aut *Pater caſuum* ab aliis nominatur. Petis tibi deſignari Dativum nominis *Pallas*, & ego, ut reſpondeam, poſtulabo mihi aſſignari Genitivum; quia *Pallas, dis*. dabit *Palladi*. & *Pallas, antis*. non dabit *Palladi*, ſed *Pallanti*. Genitivi tres ſunt: Poſſeſſivus, Quantitatiuus, & Qualitativus; nam poſſeſſio, quantitas, & qualitas in hoc caſu ponuntur. Rem dilucido exemplis. *Petrus eſt filius Pauli. Ioannes eſt magni corporis. Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Virgilius eſt ſũmi ingenij vir: magnæ authoritatis apud doctos*. &c.

Genitivi poſſeſſorij ſignificatio nota eſt, & compendioſa: nam ſi dicis, *Hic eſt gladius, qui pertinet ad Petrum*; breviùs & elegantius ego, *Hic eſt gladius Petri*. ita ut totum hoc, *qui pertinet ad Petrum*, exprimatur unicâ hac voce *Petri*. Hinc dignoſcitur cur & quando verbum *Sum* dicatur habere Genitivum. Cicero ad Cæcil. *Iam me Pompeii totum eſſe ſcis*, hoc eſt, *Iam ſcis me eſſe, quem totum poſſidet, obligat & devincit Pompeius*.

Significatio Genitivi.

In aliis verbis non eſt ita facilis ratio; at ſi res bene eaaminetur, ſublucet. Dicebat antiquus, *Tui miſericordiâ agor*, & poſteà breviùs, *Tui miſereor*. Dicebat *ſatis iam curarum eſt*: & poſteà, *Rerum ſatis ago*, & tandem *Rerum ſatago*. Hinc eſt quod hæc Verba *Obliviſcor*, *Recordor*, *Reminiſcor*, & *Memini* gaudeant Genitivo vel Accuſativo: Accuſativo quidem, quia iubentur eſſe activa & tranſitiva; Genitivo autem, quia ſunt contractiones horum; nimirùm, *Oblivione agor*, *Recordatione agor*, *Reminiſcẽtiâ agor*, *Memoriã habeo*: &c.

Cur aliqua Verba regant genitivum

Verba *Intereſt* & *Refert* Genitivum requirunt, & hæc pronomina obliqua, *Mea, Tua, Sua, Noſtra, Veſtra*, quorũ energiâ nullo eſt modo aſſequuti

LXXI. Intereſt. Refert.

luſtus

Iuſtus Lipſius, qui eſſe Ablativos ſingulares exi-
ſtimat, & ubique occurrant circumflectit, hoc
Mea, Tua, ſua, &c. modo, *Meâ, Tuâ, Suâ, Noſtrâ, Veſtrâ.* Hauſit er-
rorem ab Ambroſio Calepino, qui ait *Intereſt componitur ex In & Re & Eſt, ut ſit quaſi In re eſt. Vnde Meâ intereſt, eſt In re meâ eſt. Ideoque conſtruitur cum his ablativis Meâ, Tuâ, Suâ, Noſtrâ, Veſtrâ, Cuiâ.* eundemque errorem authoritate ingenioque in multos etiam doctos & Criticos inſtillavit. Pronuntio tamen *Intereſt* non componi ex *In & Re & eſt* nec eſſe ablativos, quos putant.

Eſſe in re, & eſſe in rem. Ut clariùs procedamus has duas phraſes admitto *In re eſt*, & *In rem eſt*; inter quas, ſi quis talem differentiam inveniat, qualem Iuriſperiti; qui habentem ius in rem, ab habente ius in re toto cœlo diſtinguunt, non me perſentiet adverſarium. Livius. *Quid enim in re eſt aliud, ſi plebeius Patricium duxerit? Quid iuris tandem mutat?*
Ius in re, ſive in rem. & Plautus, *Si tuam eſt quidpiam in rem.* Cæterùm, cur non debeat *Intereſt* componi ex *Inter & eſt*, non percipio. Cur debebimus dicere illud T irrepſiſſe, RE in ER per metatheſin tranſiſſe, ſi poſſimus ſimpliciter dicere, vocem *Panis* ſigni-
Senſus perſpicuus & commodus eſt melior. ficare panem, & *Vinum* vinum. Dico igitur, quod *Inter* eſt *Inter*: & ſubintelligi ſemper *negotia*. Et connaturali ductu ad penitiorem omnium phraſium, huc ſpectantium, intelligentiam venio. Hæc poſitio, *Intereſt Regis*, deducta ad longum erit hæc, *Eſt inter negotia Regis*: & hæc, *Intereſt mea; non tua*, erit hæc, *Eſt inter negotia mea, non inter tua.* Ergo patebit clarè illa pronomina, *Mea, Tua, Sua, Noſtra, Veſtra*, non eſſe in ablativo ſingulari, ſed in pluralis accuſativo.

LXXII. *Verbum, Refert.* *Refert* remiſſiorem ſignificationem habet, & tametſi convertatur cum *Intereſt*, patebit evidenter diſcrimen: *Refert* enim diducitur à *Refero*, quod inter alia *mutari* ſignificat. Plinius lib. epiſt. III. *Amiſit filiam, quæ non minùs mores eius, quam os vultumque referebat.* Et Calepinus, *Conſtruitur autem Refert cum his ablativis* (*accuſativis*, debuit dicere) *Mea, Tua, Sua, Noſtra, Veſtra: in reliquis autem omnibus genitivum habet.* Unde concludo, hanc poſitionem, *Mea refert tacere; at refert Ciceronis loqui* æquivalere huic, *Negotia mea refert tacere, at refert negotia Ciceronis loqui.* Et quidem *Referre mea negotia*, minus eſt, quàm eſſe inter mea negotia; videtur enim eſſe idem quam conducere, aut incumbere. ut ſi quis diceret; *Ad expeditionem meorum negotiorum conducit*, &c.

Verba, Miſeret, Miſereſcit, Piget, Pœnitet, Tædet, &c. Ex dictis inferre poterimus cur accuſativum & genitivum regant, *Miſeret, Miſereſcit, Piget, Pœnitet, Pudet, Tædet*; dicimus enim contracta eſſe vocabula, & ita compendioſè loqui, qui aliàs dicere deberemus, *Miſeria tenet, Miſericordia tenet, Pigritia tenet, Pœnitentia tenet, Pudor tenet, Tædium tenet*: quam ob rem hæc oratio, *Tui tædet me*, æquipollebit huic, *Tui tædium tenet me.*

LXXIII. *Æſtimationis verba.* Verba æſtimandi, & inter alia præcipuè hæc; *Æſtimo, Duco, Facio, Habeo, Pendo, Puto*, præter accuſativum rei æſtimatæ, hos fere genitivos aſſumunt, *Magni*, (Maioris) *Maximi, Pluris, Plurimi, Parvi, Minoris, Minimi. Tanti, Tantidem, Quanti, Quanticumque.* Sed cur? quia ſubintelligitur vox *pretio*. Terentius in And. *Meritò te ſemper* (pretio) *maximi feci Chreme.* Idem Heaut. *Tu illum nunquam oſtendiſti quanti* (pretio) *penderes.* Cicero de Finib. *Magni* (pretio) *æſtimabat pecuniam.* Et eodem titulo *Facio* regit hos genitivos, *Flocci, Pili, Aſſis, Teruntij, Nihili*; Cicero de Finib. *Eum nibili* (pretio) *facit.*

Tandem Genitivus ille, qui reſpondet interroganti, *Vbi eſt?* regi debet ab his ablativis, *In loco, Vrbe, In Caſtello, In Pago*, qui ſubintelliguntur, *Genitivus loci.*
Cicero Attic. *Egnatius* (*in urbe*) *Romæ eſt.* Idem ad Quint. Fratr. *Accepi tuas, datas* (in civitate) *Placentiæ.*

Cur plura adiungerem? Patet igitur *primò*, *Nullum verbum regere genitivum.* genitivum iunctum alteri Nomini ſignificare aliquod genus poſſeſſionis; & *ſecundò*, nullū eſſe Verbum, quod regat genitivum; omniaque Nomina, quæ in genitivo poſita Verbis variis adhærent, ab aliis Nominibus, quæ ſubintelliguntur, & non à Verbis poſtulari. [Vide in Ablativo, quid de Genitivo criminis aut pœnæ dicatur.]

Uſus ſum Latinis exemplis, amo enim claritatem, & notiora me iuvant. Sed ne nihil poſuiſſe dicas, quod aliis poſſit etiam linguis ſervire, aliquid ſpeciale ſubiungam. LXXIV.

Genitivus in linguâ Hebræâ exprimitur Regimine, qui caſus eſt nominis, quo non Poſſeſſor, ſed Res poſſeſſa declinatur. Et hoc eſt ſpecialiſſimum in iſto idiomate & cognatis. *Hebræorum regimen.*
Keckermannus Gramm. libr. 2. cap. 3. *Regimen eſt relatio nominis in genitivo caſu poſiti ad nomen aliud præcedens, propter quam litterarum mutatio accidit* (nimirum, *in ſolo præcedente*) Pono exempla.

תורה מלך *Lex, Rex;*
שרים ארץ *Principes, Terra.*

Ut autem ſit Lex Regis, & ſint Principes terræ, debent poni io regimine, non Rex & Terra, ſed Lex & Principes hoc modo

תורת מלך *Lex Regis,*
שרי ארץ *Principes Terræ.*

Sequuntur Hebræos in hoc Chaldæi; Syri, Aramæi, & alij Populi, qui ab eorum linguâ ſua idiomata aut dialectos diducunt.

Belgæ & Germani Poſſeſſorem à Re poſſeſſâ alio modo, omninò diverſo, diſtinguunt; *Regimen Germanorum & Belgarum;* è duobus enim nominibus unam dictionem conflant; in quibus prius volunt Poſſeſſori & poſterius Rei poſſeſſæ competere.

Dativus.

PErſona aut res ad cuius utilitatem aut in cuius damnum aliquid fit, compendii gratiâ ponitur in Dativo. Pono exemplum. Dixe- LXXV. *Quando ſerviat.*
ram, *Meam vitam non curo propter me ſed propter te; vivo enim ut tibi favere queam, ut te iuvare & promovere poſſim.* Et omnia repeto, cùm dico *Vivo tibi.* *Vivo tibi: quid ſit.*
Hinc patet, cur Nomina, quibus commodum, voluptas, gratia, Favor, Æqualitas, Similitudo, Fidelitas, & his contraria ſignificantur, Dativum poſtulent? Cicero ad Cæcin. *Erat meum conſilium, cùm fidele Pompeio, tum ſalutare utrique.*

Ratione utilitatis & neceſſitatis *Opus* & Participiale in *Dum* Dativum poſtulant. Ideò dicimus *Opus eſt mihi liber*, vel *libro. Amandum eſt mihi virtutes*; vel *Amandæ ſunt mihi virtutes.* Terentius. *Gratiâ opus eſt nobis, & tuâ authoritate.* *Opus, & Participiale.*

Eodem iure Verbum *Sum*, modò unum, mo-

Sum cum dativo.

dò binos Dativos habet. Terentius. *Natura tu illi pater es, conſiliis ego.* Cicero ad Att. *Sed nunciāt, melius eſſe ei.* & iterum, *Erit mihi cordi*; & *Magna mihi moleſtia fuit.*

Dativum cum verbis.

Hinc innoteſcit cauſa, ob quam in Syntaxi hæ tres traduntur Regulæ. *PRIMA, Verba, quæ auxilium, adulationem, communionem, commodum, incommodum, favorem Studium que ſignificant, dandi caſum poſtulant. SECVNDA, Dativo item adhærent composita ex verbo Sum; Et præter hæc etiam, quæ obſequium, obedientiam, ſubmiſſionem & repugnantiam ſignificant. TERTIA, Verba dandi, reddendi, committendi, promittendi, declarandi, antepone ndi, præter Accuſativum Dativum exigunt.* quoniam ille Dativus ubique aut damnum aut utilitatem indigitat.

Accuſativus.

LXXVI. *Verba Activa.*

VErba activa illa dicuntur, quæ vocem paſſivam habent, & regunt Accuſativum; ut cùm dicimus *Caius Cæſarem diligit. Cæſar diligitur à Caio.* Magna ex parte à Nomenclatorum voluntate dependent, & ex paſſivâ voce & ſignificatione cognoſcuntur. Conſultò voci ſignificationem coniunxi, ſcio enim dari verba, quæ vocem paſſivam habeāt, quæ ideò paſſiva non ſunt, quod vox illa paſſiva non habeat paſſivam ſignificationem. Eiuſmodi eſt *Aſſentio* à quo habem⁹ *Aſſentior*, ſed activa ſignificatione.

Deponentia.

Præpoſitiones cum accuſativo.

Accuſativo gaudent iſtæ Præpoſitiones, *Ad, Apud, Ante, Adverſus, Adverſum, Cis, Citra, Circiter, Circa, Circum, Cōtra, Erga, Extra, Intra, Inter, Infra, Iuxta, Ob, Penes, Per, Pone, Poſt, Prope, Propter, Præter, Secundum, Supra, Secus. Trans, Vltra, Verſus, Vſque.* Et quia interdum ſubintelliguntur, multi reperiuntur Accuſativi in oratione, qui aliàs aut à Verbis regi, aut abſolutè poni judicarentur. Columella. *Eſto ager longus* (per) *pedes mille & ducentos, latus pedes centum viginti.* Virgilius. *Quattuor hinc poſuit nigrantes* (circa, ſecundum, ad) *terga iuvencos.*

Præpoſitiones ſubintellecta.

Secundus accuſativus.

A Præpoſitione etiam tacitâ regitur ille ſecundus Accuſativus, quem *Moneo, Doceo* cum compoſitis: item *Flagito, Poſco, Repoſco, Rogo, Interrogo,* & *Celo* poſtulant; qui & in genitivum aliquando tranſire ſolet. Cicero. *Id ipſum* (circa, ſecundum, iuxta) *quod me mones, quatriduò antè ad eum ſcripſeram.* Quintilianus. *Grāmaticos* (circa, ſecundum, iuxta) *obligationem ſui officij cōmonemus.* Hinc patet quo debeant modo hæ & aliæ ſimiles orationes in paſſivam tranſire. Dixit Cicero ad Trebat. *Sylij cauſam te doceo.* Et inquiris, An ne hæc oratio debeat converti in hanc paſſivam, *Sylii cauſam tu doceris à me?* Et in hanc ultimam debere reſpondeo, quoniam Verbi accuſativus eſt perſonæ; & re a ipſa quæ in ſecundo accuſativo ponitur pēdet à præpoſitione *Circa* vel aliâ ſimili, quæ in paſſivâ etiam ſubintelligi debet.

Quo debeat modo in paſſivā tranſire?

LXXVII. *Quamdiu, potius accuſativum.*

Si per *Quamdiu* fiat interrogatio, tempus etiam ponitur in Accuſativo. Nam, ſi roges, *Quādiu regnarit Romulus?* reſponſurus eſt Livius, *Romulus* (per) *ſeptem & triginta regnavit annos.* Subaudies illud *per*, tametſi non dicatur; quoniam Interrogatio & Reſponſio eidem caſui cohærent, & idem eſt dicere *Quamdiu?* ac *Per quantū tempus?* [Alii volunt *Quamdiu?* eſſe *Quanto tēpore?* ſed & ipſi in reſponſione utuntur ablativo.]

Vocativus.

PErſona, cui loquimur, in Vocativo poni debet. Et quia res hæc eſt facilis, & nihil occurrit ſpeciale de hoc Caſu, ne nihil dicam, hanc quæſtionem movebo.

Cantat chorus in Miſsâ, *Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi, miſerere nobis.* & inquiro, An careat ſolœciſmo hæc oratio? *De vocativo nominis Agnus.*

LXXVIII.

Habet nonnullos Eraſmos noſtra ætas, qui illam condemnent: & inter ipſos aliquos ſatis audaces. Vidi Sacerdotem, qui altâ voce in miſsâ diceret, *Agne Dei qui tollis.* &c. vidi qui aſſentirentur. At erant omnes in Academiâ doctiſſimâ viri indocti; ſunt enim ſemper audentiores, & elatiores imperiti. Ego quidem Miſſalis illū indoctum correctorem, dignum cenſurâ cenſui, & ſecundum Eccleſiæ conſuetudinem orādum eſſe pronuntiavi. Nomen *Deus*, dixi, habere in Vocativo ô *Deus*: nomenq; *Agnus* fœtum ovis, & Verbum æternum ſignificare. Illudque ſub primam ſignificationem declinari ut *Dominus*, ſub ſecundam ut *Deus*. Sitaque penes Rēpublicam dare nomina, dare ſignificationes, & dare eorundem caſus & numeros; omnia enim hæc pendent ab uſu, & hic à conſilio & à caſu. Simon Verrepæus & Deſpauterius lib. 2. de Vocativo ſecundæ declinationis hæc habent. *Quatuor vel quinque habent* US *vel* E *in vocativo*, ut Fluvius. us *vel* e. Populus. us. *vel* e. *quibus recentiores* Chorus *&* Agnus *addiderunt: Et nonnulli* Lucus. *Sed vocativi in VS magis ſunt poëtici quàm Oratorii.* Populus *arbor habet tātūmodo* Popule *quinto.* &c.

Vocativus ô Deus. Quo modo declinetur Agnus.

Vocativi in us.

Ablativus.

CAſus neceſſarius non eſt, quo iuxta communem ſententiam Græci carent; quamvis Bremenſis etiam in eorum linguâ Ablativum reperiri contendat. Unde Alvarez in ſyntaxi ait, *Sibi iure latinum Aſſumunt caſum; ut ſummo vir dignus honore.* Et iterū. *Quem Græci ignorant, caſum tribuere Latini.* Et quidem, ſi diſcutiatur res, non ille ab ullo Nomine, non ille ab ullo Verbo, ſed ab his Præpoſitionibus regitur; videlicet, *A, Ab, Abs, Abſque, Cum, Coram, Clam, De, E, Ex, Pro, Præ, Procul, Palam, Sine.*

An ablativus à nomine vel verbo regatur?

Dantur Nomina, quæ dicuntur gaudere iſto caſu, quæ poſſeſſionem aut carentiam ſignificant, & ſubintelligi volunt cognatas aliquas præpoſitiones. Adiectiva carentiæ & diverſitatis iſta ſupr. LXXIX.

Alienus. Cicero: *Alienus* (in, ab) *animo.* Idem Att. præpoſitionem expreſſit; dixit enim, *Navigationis labor alienus ab ætate noſtrâ.* Et 3. Verr. *Homo non alienus à litteris.* Et lib. 1. Epiſt. *Si ille à me eſt alienior.*

An non potiùs ab aliquâ præpoſitione?

Extorris, quaſi *exterris* hoc eſt, ex ſuâ terrâ ſeu patriâ proſcriptus exulq; poſtulat Ablativum, quia præ ſe fert illud *Ex.*

Nudus, Inanis, Inops, Immunis, Caſſus, Vacuus, Captus, Orbus, Indignus, Liber carentiam in digentiam nuditatemq; ſignificant, & ſubintelligūt præpoſitionē *à* vel *ab.* Expreſſam habet Cicero pro domo. *Tam inopi autem ego ab amicis? & tam nuda Reſpublica à Magiſtratibus?* Ecce ſi quando taceri præpoſitionem videas ſcire poteris à quâ ille ablativus regatur.

Adiecti-

Adiectiva poſſeſſionis ſunt hæc, *Refertus, Plenus, Dignus, Contentus, Onuſtus, Locuples, Dives, Potens, Fretus, Præditus.* De hoc ultimo nihil interrogandum eſt, nam illud *Præ* exigit Ablativum: idem de *Contentus*, ratione præpoſitionis *Con* ſeu *Cum* dicendum eſt. In reliquis eadem ſubintelligitur, taceturque compendii causâ.

Cur Comparativa poſtulant Ablativum. Comparativa Ablativum etiam petunt ratione præpoſitionis *præ*, quam imbibunt; idem enim eſt dicere *Cæſar eſt fœlicior Pompeio*; ac *Cæſar eſt fœlix præ Pompeio.*

LXXX. *Cur hæc verba?* Idē dicendū omninò eſt de ſequentibus verbis; *Egeo, Indigeo, Careo, Vaco, Victito, Veſcor, Vivo, Superſedeo, Potior, Delector, Abundo, Mano, Redundo, Fluo, Scateo, Fruor, Laboro, Glorior, Oblector, Lætor, Nitor, Conſto, Pluo, Valeo, Sto, Fungor,* & *Vtor.* quæ Ablativum poſtulant, & congruam aliquam præpoſitionem ſubintelligi iubent. Sit nobis *Glorior* loco exempli Cicero 3. de Finib. *Quis autem de miſerâ vitâ poſſit gloriari? aut non de beatâ.* Ecce exprimitur *De.* Cicero in Offic. *Nobis quoque licet in hoc quodammodo gloriari.* Unde apud Paulum, *Qui gloriatur, in Domino glorietur.* Ecce exprimitur *In.* Ergo Cicero cùm 5. Verr. dixit, *Multis rebus gloriaris*, ſubintelligi voluit *In* vel *De.*

Cur etiam iſta? In verbis accuſandi, abſolvendi, damnandi, & in iſtis præcipuè; nimirùm, *Accuſo, Accerſo, Arguo, Alligo, Obligo, Obſtringo, Appello, Adſtringo, Coarguo, Defero, Incuſo, Infamo; Inſimulo, Poſtulo, Abſolvo, Damno, Condemno, Convinco*; reus ponitur in accuſativo, pœna verò vel crimen in Ablativo tacitâ (& interdum expreſsâ) aliquâ præpoſitione. Sine præpoſitione occurrunt frequentiſſima exempla. Livius. *Ego me, etſi peccato abſolvo, ſupplicio non libero.* Cicero in Orat. *Vitia hominum atque fraudes damnis, ignominiis, vinculis, verberibus, exiliis, morte mulctantur.* *Cur culpa & pœna ponantur in Ablativo?* Calepinus *Dicimus autem, Accuſo te illi, apud illum, vel coram illo, ſceleris aut de ſcelere.* Livius, *Daſium de proditione appellabat.*

LXXXI. *Cur in genitivo.* Iam ſcis cur culpa & pœna exigant Ablativum; ſed quia eaſdem etiā in genitivo reperis, unde ille ſuboritur inquiris? & reſpondeo ſemper in illis ſubintelligi, *culpâ, peccatô, facinore, pœnâ ſuppliciô*, aut alius Ablativus ſimilis. Exempla adduco. Cicero pro Caio Rab. *An non intelligis primùm quos homines & quales viros mortuos* (culpa) *ſummi ſceleris arguas.* Et alibi. *Maiores noſtri ſi quam* (culpâ) *unius peccati mulierem damnabant ſimplici iudicio, multorum maleficiorum* (crimine) *convictam* (pœnâ) *capitis damnare cogit.* *An ſit verum illud axioma, ſemel viſum centies factum?* Terentius in Eunuch. *Hic furti* (crimine) *ſe alligat.* Plautus in Pœnul. *Homo* (culpâ) *furti ſe obſtringit.* &c.

Verba exuendi & induendi. Præter Accuſativum adſciſcunt Ablativum Verba exuendi & induendi, quia in illis ſubintelligitur *à, ab*, vel *ex*; in iſtis *cum.* Cicero de natur. Deor. *Oculos natura* (cum) *membranis tenuiſſimis veſtivit & ſepſit.* Livius, *Nec antè abſceſſum eſt, quàm caſtris quoque exuerunt hoſtem*: ipſum verbum *exuo* præpoſitionem præ ſe fert, quæ in aliis ſimilibus ſubintelligi debet.

Inſtrumentum. Ablativus inſtrumenti pendet à præpoſitione *Cū*, quæ ſubintelligitur. Terētius in Adelph. *Hiſce* (cum) *oculis egomet vidi.* Cicero in Verrem. *Sex lictores circumſiſtunt, valentiſſimi cædunt acerrimè* (cum) *virgis.*

Ablativus cauſæ propter quam aliquid fit, pendet à tacitâ præpoſitione *Ex.* Cicero in Bruto. *Vereor, ne* (ex) *amore videar plura, quàm fuerint in illo, dicere.* Terentius in Adelph. *Ille* (ex) *dolore & miſeriâ tabeſcit.* LXXXII. *Cauſa.*

Ablativus modi regitur à præpoſitione *Cū.* *Modus.* Cicero pro Milone. *Sapientiſſimus quiſque* (cum) *æquiſſimo animo moritur, ſtultiſſimus iniquiſſimo.* Idem pro Flacco. *Pacem maritimam ſummâ* (cū) *virtute, atque incredibili* (cum) *celeritate confecit.*

Ablativus exceſsûs nititur præpoſitione *In.* *Exceſſus.* Cicero de Clar. Oratorib. Pub. *Scipio omnes* (in) *ſale facetiiſque ſuperabat.* Et iterum. *Socrates* (in) *lepôre & humanitate omnibus præſtitit.* Huc refert pretium. Cicero in Verrem. *Hæc, quæ vel ita redimi rectè poſſunt, æſtimare* (in) *pecuniâ non queo.* *Pretium & æſtimatio.* Plinius, *Viginti* (in) *talentis unam orationem Iſocrates vendidit.* Hinc Hiſpanus. *En quanto compró V. m. ſu caſa? En mill ducados.* Hinc patet cur pretium admittat *Tanti, quanti*, & alios ſimiles Genitivos: nam ſubintelligitur aliquid, à quo dependent. *Genitivus pretii.* Cicero ibid. *Vendo meum, non* (pretio) *pluris quàm ceteri, fortaſſe etiam* (pretio) *minoris.*

De Propriorum Nominum acceptione, inflexione, translatione,

QUando Nomina Propria in Linguam Latinam convertunt, non conveniunt interpretes, ſed ſinguli diverſis laborant præiudiciis. LXXXIII.

Primò enim aliqui nomina peregrina inviata relinquunt, noluntque illa alterare. Et iuxta iſtos Authores dicitur *Gabriel Vazquez, Franciſcus Suarez, Thomas Sanchez.* &c. veteris Teſtamenti nomina etiam manent, nimirùm *Adam, Abel, Cain, Abraham, Ieſabel.* &c. *De propriorum nominum declinatione.*

Secundò alij hæc eadem nomina ad latinas declinationes reducunt, illiſq; magis placet *Vazquius* vel *Vazquezius, Suarius* vel *Suarezius, Sanctius* vel *Sanchezius, Enriquius* vel *Enriquezius*; quàm *Vazquez, Suarez,* & *Enriquez.* Illi etiam libentiùs audiunt *Adamum, Abelem, Cainum, Abrahamum, Ieſabellam*, quàm *Adam, Abel, Cain, Abraham, Ieſabel*, &c. [Et hîc obiter notari volo ſummam interdum eſſe in accentu & ſyllabarum quantitate differentiam, etiam inter Authores qui nomina latinitate donant. *& accentu.* Alii dicunt *Adâmum, Luciam, Marîam*, alii *Adamum, Lúciam, Máriam*, &c. nā ſi dicitur *Adamas*, cur non *Adamus*? & ſi *Luceo*, cur non *Lucia*? & ſi *mária* cur non etiam *Mária*? &c.]

Tertiò alij ad ſignificationem recurrunt, & interpretationem ſubſtituunt, & pro *Chryſologo, Baſilio, Ariſtotele* &c. *Auriloquum, Regium, Beniſſimum*, &c. ſcribunt. *An ad ſignificationem ſit recurrendū?* Sic ipſis *Ioannes de la Cruz, Petrus del Caſtillo, Antonius de la Fuente, Ericius de la Higuera*, eſt *Crucius, Caſtrius, Fontius, Ficius.*

Hinc eſt unum & eumdem hominem bina habere in linguâ Latinâ vocabula toto cælo diverſa, quæ ex uno idiomate materno nata. Hine eſt *Ioannem* vander Berg / ab aliis *Bergium*, ab aliis *Montanum* nominari; hinc *Petrum* van der Brug / iam *Bruggium*, & iam *Pontanum* dici. quæ omnia confuſionem in Republicâ pariunt.

Tres iſtos modos recognoſcis, & quem rear

 præfe-

Cenſura. præferendum inquiro. Et ego ſecundum eligo, & poſt ipſum primum tolero: tertium condemno; iſtum reiiciunt mecum omnes prudentes viri; & inter alios Georgius Stengelius in Dedicatoriâ Libelli de bono & malo Syllogiſmo: Sic enim ait. [*Ad te vel nomen tuum me invitat. Apes ſi quando ventum metuunt, ſublato ſibi lapide pondus addunt. Ita volatum adiuvant. Nam lapidem abripiunt, ne turbo eas abripiat. Quid me diſturum putas? Adverte animum; proſapiam tuam è longinquis tibi regionibus: eius verò ex ipſis tibi divinis litteris deducam. Apes ſunt omnes Logici, acutum utique & dulce animal. Et quidem adeò dulce, ut non pauci primarum difficultatum amaritie offenſi, quaſi vento quodam levitatis aliò auferantur. His nominis tui exemplo opus eſt, tanquam lapide quodam* ADIVTORII, *quo impetum ſiſtant. Nam ita Martin. Luth. ad* 1. *Reg. c.* 4. *v.* 1. *Bibliis Witteberga impreſſis An.* 1561. LAPIDEM AVIVTORII, *ſeu* Ebin Ezer *ad marginem interpretatur, dum ait,* Eben Ezer / heiſt Helffenſtein. *Nempè ille ipſe locus* 1. *Reg.* 7. 12. *inter* MASPHAT *&* SEN, *à Samuele quondam vocatus* LAPIS ADIVTORII, *ſi Luthero credimus, nominis veſtri eſt origo; quamvis reclamantibus inſignibus gentilitiis veſtris,* ELEPHANTEM LAPIDI IMPOSITVM *gerentibus, nomenque iſtud ab animali maximo ſapientiſſimoque tractum oſtendentibus. Sed ſicuti Bucero licuit S. Thomam de* AQVINO *Italiæ oppido nominare* den Thomam von Waſſerburg / *oppido Bavariæ; ita & fas eſt Luthero veſtram domum in Palæſtinam transferre. Pro ignaro habitus eſſet, niſi quadrata rotundis miſcuiſſet.*]

Apes lapidum vapount. quando? cur? Logici apes.

Lapis adiutorii.

Elephas lapidi inſiſtens.

An Aquinas ſit Waſſerburg. An omnia Lutherus pervertat?

PRONOMEN.

LXXXV. Quid ſint Pronomina: & cur inventa?

TAm delicatæ ſunt hominum aures, ut eamdem vocem ſæpiùs repeti nolint; & quia hoc ipſum vix vitari poterat, invenerunt Pronomina, quæ Nominum priùs expreſſorum vices gererent, & illa rectiùs ſignificarent. Puto vix dari pronomina in mente; nam hæc ferè ſunt vocabula æquivoca, quæ ab antecedente Nomine determinantur. *Petrus quem amas, te prodit: & Paulus, quem deſpicis, te tuetur & adiuvat:* dicam, & relativum illud Pronomen priùs ſupponam pro Petro, & poſteriùs pro Paulo: & pronuntiabo hanc vocem *qui* eſſe æquivocam, nec habere aliquam ſignificationem determinatam, ſed determinandam.

An ſint in mente.

An æquivoca ſint?

Et quidem Pronominum multa ſunt genera; præcipua & notiora explicabo.

Primitiva. Primitiva, Perſonæ ſunt, quæ verba regunt; & numerantur ſex, *Ego, Tu, Ille, Nos, vos, Illi.* Ad tertiam perſonam reducuntur, *Iſte, Ipſe, Is, Idem, Is, Quis, Qui,* &c.

Derivativa. Derivativa ſunt quaſi poſſeſſiva & à Primitivis exoriuntur. ut *Meus, Tuus, Suus; Noſter, Veſter: Noſtras; Cuius, Cuias:* &c.

Demonſtrativa. Demonſtrativa dicuntur, quæ perſonam indigitant, ut *Hic, Iſte.* &c.

Relativa. Relativa, quæ aliquod antecedens ſequuntur, ut. *Qui.*

LXXXVI. Reciproca. Reciproca, quæ ad ſe referuntur, ut *Sui, Suus.* & tanta eſt varietas & difficultas in Reciproci uſu, ut in optimis etiam Oratoribus legamus etiam nonnunquam, quæ carpamus.

Interrogativa. Interrogativa vel nomine mero ſunt nota; ut *Quis? Cuius? Cuias?*

Gentilia. Gentilia, ſeu Patria, ut *Cuias, Noſtras, Veſtras.*

An articuli ſint vera pronomina? Pronominum cenſui adſcribere debemus Articulos; ſunt enim vel vera pronomina, vel ſimillima illis; & hanc ob rem nonnihil de illis ſubſcribamus. Sit igitur Parragraphus ſequens.

De Articulo.

LXXXVII. Sola Latina lingua caret articulo:

EST frequentiſſimus in lingua Græca (ὁ. ἡ. τό.) & Hebræis, Chaldæis, Syris & Arabibus notus. Servit Hiſpanis, Gallis, Italis, & aliis etiam nationibus Europæ; & tantummodò in lingua Latina quæritur, nec invenitur. Caret illo hoc idioma, & ideò etiam elegantiâ & ſplendore plurimo: multa enim aut Græcè aut Hiſpanè eloquenter dicuntur, quæ Latinè non poſſunt. Vide, quî poſſis id latinè exprimere; *Rey fué, tu lo ſerás mañana.* Vide, qui hanc phraſin, *Comió carne,* ab hac *Comió la carne,* diſtinguere latinè valeas. Duæ ſunt diverſæ; & quia ſolo diſtinguuntur articulo, diſcerni à Latinis non poſſunt.

& ideò eleganti.

Italorum il. aut etiam ly. Italicè patrio idiomate ſuum *il* ad linguam latinam tranſtulerunt, & dicunt, ut videantur altiùs eloqui *li* vel *ly*. Pono exemplum. *In hac definitione, Homo eſt animal rationale. ly animal eſt genus: ly rationale eſt differentia.* Sic quiſpiam Logicus.

Græcorum τό. Qui Græcani videri volunt, ex articulo Græco ὁ. ἡ. τό. Sumunt ultimam voculam, quam jam Græco (τό) jam etiam Latino charactere (*to*) formant: nec damnandi omninò, ſi illud τό debitis numeris & caſibus ſubjiciant: at ipſi interdum per omnes numeros & caſus *to* ſcribunt, & ſe linguam Græcam ignorare teſtantur. Sic enim debent Articulum Græcum inflectere. N. τό. G. τοῦ. D. τῷ Acc. τό. Abl. τῷ. In duali N. Acc. τώ. G. Abl. τοῖν, & in plurali. N. τά. G. τῶν. D. τοῖς. Acc. τά. Abl. τοῖς.

An ſit indeclinabile?

Digitized by Google

V E R B U M.

LXXXVIII. *An Verbi character, tempus ſit?*

MAlè illud definitur, cùm dicitur *Tēpus ſignificare*, quia etiā *Saculū*, *Ætas*, *Olympias*, *Annus*, *Menſis*, *Dies*, & *Hora* licèt nomina ſint, tempus ſignificant, & nihilominùs Verba non ſunt: malè etiam cùm dicitur *conſignificare tempus*, quoniam hæc adjectiva *Sacularis*, *Coætaneus*, *Annuus*, *Perennis*, *Menſtruus*, *Diuturnus*, *Diurnus*, *Horarius*, &c. tempus conſignificant, nec ſunt Verba: ergo dicendum omninò eſt *Verbum eſſe vocem ſignificantem cum tempore, quæ conjugatur per voces, modos, tempora, numeros, & perſonas.*

LXXXIX. *An verba grammaticæ & An corpora tempore carere poſſint?*

An ne datur verbum quod ſignificet, aut ſignificare poſſit ſine tempore?

Reſpondeo hanc eſſe quæſtionem difficillimam, & pendêre ab alia philoſophia. Quia dubiū omnino eſt An creatura poſſit exiſtere, & tamen duratione temporanea carere? qui dicunt non poſſe dari corpus verè & realiter exiſtens, quod duratione careat & ſit *nunquam*; poterunt conſequenter dicere *ſignificare cum tempore* ſpectare ad Verbi eſſentialem conceptum; at illi, qui contrariam docent opinionē in Phyſicis, aliter debent ſentire de Verbo in Grammaticis. Ergo ne hac controverſiâ implicemur, à ſignificatione præſcindentes, *Vocem, quæ inflectitur per conjugationes, voces, modos, tempora & perſonas*, eſſe Verbum dicamus: maximè cùm docturi ſimus durationem eſſe exiſtentiæ probabile accidens, reſque exiſtentes omnes poſſe exiſtere & probabiliter duratione ſucceſſivâ carere.

Verbi definitio Grammatica.

Nec aliter Verbum definiunt aut deſcribunt Grammatici. *Verbum, ajunt, eſſe, quod inflectitur per determinatam conjugationem; & per varias ejuſdem conjugationes, voces* (activam, paſſivam, &c.) *per varios ejuſdem vocis modos* (indicativum, imperativum, ſubjunctivum, infinitivum, &c.) & *per varia ejuſdem modi tempora numeros & perſonas.*

De Verbo Subſtantivo.

XC. *Quotuplex Verbum ſit?*

VErbum eſt duplex; Subſtantivum, & Adjectivum: illud eſt duorum nominum (ſubjecti & prædicati, ajunt Dialectici) judicativa copula: ut cùm dicimus *Petrus eſt legens*. in hac enim propoſitione, *Petrus* eſt ſubjectum, *legens* prædicatum, & *eſt* copula. Verbum Adjectivum æquipollet copulæ & prædicato, ut cùm dicimus, *Petrus legit*: nam illud *legit* idem eſt, ac *eſt legens*.

Quid ſit Verbum?

Verbum, tam Subſtantivum quàm Adjectivum, definiente Ariſtotele, eſt vox ſignificativa cum tempore (jam id diximus, & expoſuimus.) Anne dantur aliqua Verba, quæ careant tempore? an-ne aliqua, quæ præciſum & indeterminatum tempus habeant?

An ſit poſſibile verbum carens tempore?

Fortè erit lingua aliqua ignota, quæ Metaphyſicis ſpeculationibus accommodatior ſit, quàm Græca, Latina, & Vulgares: fortè non erit: quidquid de ignotis ſit, agam de illis, quarum habeo notitiam. Sanè in Latinâ non datur tempus aliquod in modo indicativo, quod ſit præciſum à quando, adeoque ſignificet actionem cum tempore à præſenti, præterito & futuro abſtracto. Græcorum Aoriſti ea indeterminata quidem ſunt, ſed non qualia deſideramus. Videntur enim Præteritis perfectis ſubjunctivi Latinorum ſimilia, & ipſorum ſignificatio obſcura potiùs eſſe quàm ampla. Qui ad Theologiam nō venit, injuſtè me quæri putabit; at ubi Deum ſciat carere præterito & futuro, volet habere verba, quibus dignè recenſeat & exprimat divina prædicata. Et quidem, ſi Romanis licuit invento adeòque ficto novo Numine, novum invenire vocabulum, quo illud ſignificarent; cur non licebit nobis nova addere Indicativo tempora, ſi experimur ob eorum defectum in Theologicis graviſſimas difficultates ſuſcitari? Relinquamus igitur intacta Verba reliqua, ne nimiùm audaces dicamur; & in Subſtantivo unum modum integrum, quem *Metaphyſicum*, aut *Philoſophicum* poſſumus dicere, toti Indicativo præponamus: eumque non temporibus ſed conſiderationibus diremus; debet enim habere interdum ſignificationem à tempore non dependentem

Latinâ tempore indeterminato carent.

Qualia ſint Græcorum Aoriſti?

An invenire liceat novas voces.

Modus Metaphyſicus.

XCI. *An liceat novos Modos adfingere?*

Et cur non ita audemus, quando cæteri ad unum Philoſophi & Theologi religiosè obſervant veterum Grammaticorum regulas, nec ſibi licentiam arrogant adfingendi novas conjugationes? Magnus fuit S. Thomas: magnus Scotus: & hic ex profeſſo ſcripſit Grammaticam ſpeculativam: interim Modis & Temporibus communibus contentus fuit. Acutiſſima & ſublimia de Scientia & Voluntate noſtri Theologi quotidiè ſcribunt alia de Trinitate, multa de Incarnatione, nec indigent novâ Grammaticâ. Sic objiciunt nonnulli, quibus breviter ſum reſponſurus.

Quàm neceſſaria ſit nova Dialectica? An objectum ſcientia viſionis ſint creatura poſſibiles?

Reſpondeo primò controverſias de exiſtentiâ creaturarum, quæ ſunt obiectum ſcientiæ viſionis, non benè explicati à Theologis; & hoc tantùm ob vocabulorum defectum: vocantur *futura* communiter, & iam pleræque aut præſentes, aut præteritæ ſunt: ergo ut hîc ageremus, novis egeremus vocabulis à præſenti præterito & futuro præciſis. Ex eodem capite naſcitur multos hodie non poſſe intelligere creaturarum coexiſtentiam reſpectu æternitatis, corporum durationem ſine tempore & quando: Propoſitionum eſſentialium veritatem æternam, & accidentalium veritatem infallibiliter à Deo prædefinitam. Putavit P. Valerianus Magnus identificationis & exiſtentiæ exercitium non benè ſignificari juxta com-

An creatura ſint æterna in menſurâ æternitatis;

munes

P. Valerianus Magnus.

munes Priſciani numeros: & juſſit linguæ, ut verbum *Eſt*, habeat in infinitivo *Eſſere*, in ſupino *Eſſutum*, unde *Eſſutio onis.* juſſit, ut ad ſignificandam efficaciam eſſendi, verbum *Eſt* regeret accuſativum. Multa poſſem teſtimonia conjungere, ſed unum pro multis ſufficiat. Valerianus igitur libello de Ente non facto cap. 5. mentem & dialectum ſuam explicat, & ſic ait: *Ens à ſe differt ab ente ab alio tantum, quantum differt à facere: ſeu quantum eſſutio differt à productione,* &c. *Nihilominus ſi eſſutio eſt, ut demonſtratur, motus realis, oportet explicare quomodo hoc eſſe ſit motus cujus terminus ſit aliquid, quod non eſſet, ſi principium moveus non moveret: alioquin eſſutio non eſſet motus realis, neque ejus extrema diſtinguerentur & opponerentur realiter; quapropter ſic ratiocinor.* [*Præexiſtens ut eſt ſe movet immanenter. Id verò quod movet immanenter, neceſſariò ſubſiſtit in termino ſibi coæquali & coeſſentiali: Ergo præexiſtens ut eſt ſe ſubſiſtet in termino ſibi coæquali & coeſſentiali*, &c.] Ego etiam Verbo *eſt* activo ſæpè indigui, & ſæpè etiam dixi, *Pater æternus eſt Filium ad intra: eſt creaturas ad extra.* Iſta enim phraſis nonnihil videtur exprimere, quod in verbis *generare, producere, procedere*, & ſimilibus (quæ bona etiam ſunt) non ita ſignificanter reperitur. Et P. Thomas Comptonus verbum *eſt* laborare temporum penuriâ obſervavit; nam *diſp.* 4. *Metaph. ſect.* 2. *num.* 9. *pag.* 580. ut reſpondeat objectioni ſibi propoſitæ, & explicet quid importet illud *eſt* aut *fuit* in his propoſitionibus, *Mundus hic ab æterno fuit poſſibilis: Alter mundus ab æterno eſt poſſibilis: Chimæra ab æterno eſt impoſſibilis*, &c. pronunciat verbum *eſt* non ſemper ſignificare pro tempore, quod per illud importatur, ut in his & ſimilibus conſtat, *Petrus eſt mortuus, domus eſt combuſta, Antichriſtus eſt futurus.* In quibus, ut in Introductorii *diſp.* 3. *ſect.* 1. *num.* 4. docuerat, eſt vocis *Alienatio* & *Diſtractio*, ut loquuntur Dialectici. Imò eſt implicatio in terminis dicere, *Antichriſtus ab æterno eſt purè poſſibilis*, ſi terminus *eſt* ſumatur propriè: hæc enim particula ſignificat actualitatem & exiſtentiam: pura autem poſſibilitas exiſtentiam omnem & actualitatem eſſentialiter excludit; & perinde eſt, ac ſi quis diceret, *Poteſt eſſe ſolummodò, & tamen eſt.* Et poſteà ut illas propoſitiones explicet: reponit hanc, *Antichriſtus eſt poſſibilis*, & ait æquivalere huic, *In prædicatis Antichriſti nulla involvitur repugnantia, quo minus exiſtant.* vel, *Si Antichriſtus exiſteret nulla ſequeretur implicantia aut contradictio.* Sic ille; quibus ſatis manifeſtè oſtēdit Verbū *Eſt* carere tēpore quo poſſit hanc propoſitionem exprimere, & hanc ob rem Philoſophos cogi ad circumloquia, ut dicant, quæ poſſent breviter & ſignificantiſſimè his verbis, *Antichriſtus ſat*: eliminando labium & calamum ad conſiderationes ſequentes.

Quo modo Deus differat à creatura.
Eſſutio quid ſit? An ejus termini realiter diſtinguantur? Deus eſt ſe.
Pater eſt Filium. Deus eſt creaturas.
Alienatio & Diſtractio.
Verbum Eſt caret multis temporibus.

Conſiderationes perfectæ.

I. *Sam, ſat, ſat: Samus, ſatis, ſant.*
II. *Sem, ſes, ſet. Semus, ſetis, ſent.*
III. *Sym, ſys, ſyt: Symus, ſytis, ſynt.*
IV. *Som, ſos, ſot: Somus, ſotis, ſont.*
V. *Sum, ſus, ſut: Sumus, ſutis, ſunt.*

Hæ ſunt Conſiderationes Perfectæ: quæ nec ſunt tranſitivæ, nec limitatæ. Tranſitivæ dicuntur, quæ Pluſquamperfectæ, & actionem productivam ſignificant, & tunc ſingulæ vocales duplicantur, ut conſpicis;

Pluſquamperfecta.

I. *Saam, ſaas, ſaat: Saamus, ſaatis, ſaant.*
II. *Seem, ſees, ſeet: Seemus, ſeetis, ſeent.*
III. *Syym, ſyys, ſyyt: Syymus, ſyytis, ſyynt.*
IV. *Soom, ſoos, ſoot: Soomus, ſootis, ſoont.*
V. *Suum, ſuus, ſuut: Suumus, ſuutis, ſuunt.*

Imperfectæ à perfectarum ſignificatione deficiunt, & earum character eſt I, vocali additus, ut conſpicis in lineis ſequentibus.

Imperfecta.

I. *Saim, ſais, ſait: Saimus, ſaitis, ſaint.*
II. *Seim, ſeis, ſeit: Seimus, ſeitis, ſeint.*
III. *Syim, ſyis, ſyit: Syimus, ſyitis, ſyint.*
IV. *Soim, ſois, ſoit: Soimus, ſoitis, ſoint.*
V. *Suim, ſuis, ſuit: Suimus, ſuitis, ſuint.*

Sed cur Modum novum Indicativo præfigimus; illumque quindecim Conſiderationibus oneramus? Cur illas *Conſiderationes* dicimus, & non *Tempora*? Quid ſignificant ſingulæ, & quomodo inter ſe diſtinguuntur?

Ratio addendi iſtum modum?

Tria petis, & ad ſingula breviter. *Reſpondeo ad primum* tot eſſe in Logica, tot in Phyſicâ tot in Metaphyſica æquivocationes, tot dictionum defectus, tot alienarum vocum in diſſentaneas ſignificationes traductiones, ut impoſſibile ſit, aliter adhibere laborantibus ſcientiis remedium, quàm Verbum ſubſtantivum ditando; debent enim tot eſſe modi eſſendi in calamo & lingua, quot in mente. *Reſpondeo ad ſecundum* Conſiderationes & non Tempora vocari has differentias, multæ enim ab omni præſcindunt tempore. *Reſpondeo ad tertium* ſingularum ſignificationem a carmine ſequenti pendere. XCII.

Plures ſortè deberent conſiderationes ponere: ſed iſtas modò ſtrepſiſſe ſufficiant.

Singularum conſiderationum ſignificatio.

1	2	3	4	5
Res eſt,	*exiſtit,*	*æternum,*	*ſemper,*	*& unquam.*
A	E	Y	O	U

Primæ Conſiderationis character eſt A: dicimus enim, *Sam, ſat,* &c. vocatur *Eſſentialis*; qui enim ait, *Homo eſt animal*, non aſſerit quod homo ſit, hoc eſt, exiſtat; ſed quod inter alia prædicata eſſentialia habeat *animal.* Æquivocatio tollitur, cùm dicimus, *Homo ſat animal.*

Eſſentialis.

Petis, an ne hæc conſideratio poſſit activè ſumi? an plus quàm perfecta eſſe poſſit? Reſpondeo duas eſſe Theologorum agmina de Omnipotentia diſſentientes ſententias: alii enim eſſentias & quiditates rerum pendere à Deo, tanquam à principio activo dicunt; negant alii. Dicunt illi, ipſamet prædicata eſſentialia habere *eſſe* diminutum, dependens ab omnipotentia: ajunt iſti, ante exiſtentiā influxum divinum nullum, ſive perfectum, ſive imperfectum, intelligi. Sanè, ſi prædicata eſſentialia ſecundum ſuum eſſe quiditativum ante omnem exiſtentiam à Deo tanquam ab authore dependeant, hæc Conſideratio prima habet Pluſquamperfectam differentiam, & dicere poſſumus, *Deus ſaat eſſentias*, alias non.

An eſſentia dependeant à Deo.
Eſſe diminutum.

Subpetis, an in prima Conſideratione reperiatur differentia imperfecta? Reſpondeo aliquorum ſententiâ omnia univocè in Entis ratione convenire, aliorum analogicè. Si omnia univocè, omnia æquè perfectè. Si analogicè, creaturæ reſpectu Dei ſunt Entia imperfe- XCIII.

An aliqua ſint Entia imperfecta?

perfectè: & accidentia reſpectu ſubſtantiæ entia ſunt imperfectè. Ergo ſi Deus *ſat*, creaturæ *ſaint*: & ſi ſubſtantia *ſat*, *ſaint* accidentia.

Conſideratio exiſtentialis.

Secundæ Conſiderationis character eſt E: dicimus enim *Sem, ſes*, &c. & hæc vocatur *exiſtentialis*, quia exiſtentiam concernit. Dividitur in Perfectam, Imperfectam, & Pluſquamperfectam, & ut duas priores intelligas, adnoto in doctrina de tempore Philoſophos non convenire; alii enim illud ab exiſtentia non diſtingunt; alii diſtinguunt, putant tamen ſeparari non poſſe: & alii demum ajunt poſſe Deum corpus condere, quod quidem verè & realiter exiſtat, & tamen careat tempore. Ajo igitur Conſiderationem ſecundam, ſi perfecta eſt, ſignificare exiſtentiam præciſam à tempore: ſi imperfecta, ſeparatam à tempore: & hanc ob rem, iſtam propoſitionem *Petrus ſet*, æquipollere huic, *Petrus exiſtit*: hanc verò, *Petrus ſiet*, iſti, *Petrus exiſtit quidem, ſed caret tempore*.

An tempus realiter diſtinguatur.

XCIV. *An exiſtentia, an verò eſſentia producantur?*

Major eſt in Pluſquamperfectâ difficultas: activa enim eſt, & interrogas, an ne eſſentiæ aut ſolæ exiſtentiæ producantur? an non ſolùm poſſimus dicere, *Deus ſeet exiſtentias*, ſed etiam *Deus ſeet prædicata eſſentialia*. Reſpondeo duas eſſe Philoſophorum adverſarias ſententias; alii enim dicunt eſſentiam exiſtentiamque diſtingui realiter, alii contrà: priorem tenent Thomiſtæ, Scotiſtis & aliis videtur placere poſterior. Hac doctrinâ præmiſſâ ſic diſcurro. Si eſſentia & exiſtentia idem ſit, fient etiam ipſæ eſſentiæ, & poterit ſecūda iſta Conſideratio activè ſumi eſſentiarum reſpectu. Si eſſentia & exiſtentia diſtinguantur, audiendi adhuc erunt Thomiſtæ ſubdiviſi in duas claſſes; alii enim negant eſſentias fieri, & dicunt ad exiſtentias ſolas creationem terminari: alii verò non verentur aſſerere eſſentias fieri. Sanè, ſi eſſentiæ non produci dicantur, iſta Conſideratio reſpicere eſſentias non poterit. Sed cur illud dicetur? Quando paries dealbatur, paries ipſe eſt qui fit albus, non albedo: hæc enim non fit alba, ſed eſt ratio quâ paries fit albus. Ergo quando Angelus v.g. creatur, ipſe eſt qui fit exiſtens, non exiſtentia: hæc enim non fit exiſtens, ſed eſt ratio quâ Angelus fit exiſtens. Igitur, ſiquidem albedo non dealbatur, ſed corpus: exiſtentia non fiet exiſtens, ſed Angelus. Igitur non debemus dicere, *Deus ſeet exiſtentiam Angeli* Sed potiùs *Deus ſeet Angelum*. Sed de hoc in alio loco uberiùs.

An diſtinguantur.

An eſſentiæ fiant?

An exiſtentiæ fiant?

XCV. *Conſideratio æterna.*

Tertiæ Conſiderationis character eſt Y: dicimꝰ enim *Sym, ſys*, &c. Nominatur *æterna*, quoniā cōpetit uni & Soli Deo, cui præſentia, præterita & futura sūt ſimul. Æternitatis umbra eſt æviternitas & de Angelo, qui tribus horis (annis, &c.) ſimul duraret, poſſemus dicere, quod *ſyit*, ut diſtingueretur à Deo, qui *ſyt*: quoniam hæc propoſitio *Deus ſyt*, æquipollet huic, *Deus fuit ab æterno & in æternum, duratione quâdam ſimultaneâ, quæ ſimul omni præterito, omni præſenti, & omni futuro coëxiſtit*, & hæc, *Creatura ævo prædita* (quæcumque illa ſit) *ſyit*, æquipollebit huic *Creatura illa habet durationem quandam* (*quam dicimus* æternitatem imperfectam) *vi cuius non omnibus, ſed aliquibus præteritis, aliquibus præſentibus, & aliquibus futuris ſimultaneâ coëxiſtentiâ reſpondet*. Sic ævum explicari debere, oſtendetur uberiùs proprio loco.

Quid æternitas, quid ævum ſit

Sanè tres differentias complectitur hæc Conſideratio, perfecta competit Deo, imperfecta Angelo, ſed cui Pluſquamperfecta? Æterno Patri Filium coæternum producenti: æterno Patri & Filio producentibus coæternum Spiritum Sanctū. Verbo Divino, ut conſtat ex ſacra Scriptura dixit Pater *Filius meus es Tu; Ego hodie genui te*. Et curioſi ſtatim, *Si genui, quomodo hodie?* quoniam *hodie* ad præſens, & genui ad præteritum pertinet? Reſpondeo omnem tolli difficultatem, ſi ponamus Patrem Verbo dixiſſe, *Filius meus ſys Tu: Ego ſyym Te*.

De proceſſionibus Divinis.

XCVI. *An æternitas multiplex ſit.*

Dicis, in generatione Verbi duas concipi æternitates relativas ſeu perſonales; quoniam Pater eſt æterna perſona, quæ generat æternum Filium; & interrogas in voce *ſyym*, quæ æternitatem importat, unde ſe teneat æternitas, an ex parte perſonæ generantis, an verò ex parte perſonæ genitæ? Statuimus illud prius: & dicimus hanc propoſitionem, *Ego ſyym te*, æquipollere huic, *Ego æternaliter communico tibi meam eſſentiam. Ego generatione quæ ab æterno in æternum duratione ſimultanea exiſtit, gigno te*. Cùm enim volumus ſignificare conſiderationem aliquam, quæ ſe teneat ex parte termini poſſumus uti participio, & dicere, *Pater æternus ſyyt Filium ſyntem*, hoc eſt, *Pater æternus generatione quæ habet durationem ſimultaneam quæ ab æterno & in æternum durat ſimul, generat Filium habentem durationem ſimultaneam & ejus vi ab æterno & in æternum ſimul exiſtentem*.

Conſideratio amplia.

Quartæ Conſiderationis character eſt O: dicimus enim *Som, ſos*, &c. & hæc vocatur *ſempiterna*; quam cognoverunt veteres, & *Ampliatam* vocarunt, & defectu vocum per circumloquia expoſuerunt. Utebantur hac regulâ: *Verbum ampliatum in quocumque tempore ponatur perinde eſt, ſignificat enim præteritum, præſens & futurum*. Cui inſiſtendo volebant has poſitiones, *Deus eſt: Deus fuit: Deus erit*: eſſe æquipollentes: & ſingulas æquivalere huic, *Deus ab æterno fuit, nunc eſt, & in æternum erit*. Quas omnes reducimus ad iſtam breviorem, *Deus ſot*. Si agamus de creaturis, nulla eſt æternitas à parte antè: & ſic debemus dicere illis competere quandam ſempiternitatem imperfectam; multæ enim licèt habuerint initium, finem habituræ non ſunt. Unde dicimus, *Angelus ſoit*, hoc eſt, *Angelus eſt, & erit in æternum*.

XCVII. *An ſit poſſibilis creatura ab æterno?*

Hæc differentia, ſi activè ſumatur, erit *Soom, ſoos*, &c. & hæc poſitio *Angelus ſoot*, æquipollebit huic, *Angelus eſt ſempiternus, qui nec initium habeat, nec finem habiturus ſit*. Sed talis Angelus non eſt productus: imò multi aſſerunt hunc Angelum impoſſibilem eſſe; quibus nos libenter aſſentimur.

Conſideratio præciſa.

Quintæ Conſiderationis character eſt U. dicimus enim *Sum, ſus*, &c. vocaturque *Præciſa*, quod tempus indeterminatum ab omnibus abſtractum involvat. Activè eſt *Suum, ſuus*, &c. & ſignificat producere in aliquo tempore, quin determinemus in quo. Et in differentia imperfecta (videlicet, *Suim, ſuis*, &c.) ſignificat

XCVIII. Conſiderationes aliæ.

fieat imperfectum aliquem modum habendi tempus, de quo diſſeremus in Phyſicis.

Præter iſtas quindecim conſiderationes, aliæ etiam ſunt, quæ poſſent & fortè deberent & calamo & labio diſtingui: nos his ſimus contenti, quas methodo facillimo & clariſſimo tradidi. Interim, ut Verbo Subſtantivo nihil deſit, has tres Conſiderationes ſubjungo.

I. *Sæm, ſas, ſat: Sæmus: ſatis, ſant.*
II. *Sæm, ſæm ſæt: Sæmus, ſætis, ſænt.*
III. *Sum, es, eſt: Sumus, eſtis, ſunt.*

Conſideratio Illativa.

Prima vocatur *Illativa*, ſecunda *Virtualis*, tertia *Æquivoca*. Lego in Ariſtotele hanc poſitionem, *Generatio unius eſt corruptio alterius*. Et hæreo: Anne generatio eſt corruptio? minimè. Sed quia ſunt in phyſica comites, & altera alteram infert, præbuerunt occaſionem Philoſopho, ut hæc proferret: nos breviùs & exactiùs, *Generatio ſat, corruptio* dicemus. Nimirùm aliquando. Cæterùm dari aliquas generationes quas non comitetur corruptio; & aliquas corruptiones quas non comitetur generatio; certum eſt: Cùm enim lux producitur, nihil corrumpitur: & in ſententia Scotiſtarum, cùm homo moritur corrumpitur unio, & nihil de novo producitur: Forma enim cadaveris nihil eſt aliud, quàm animæ præcedentis abſentia.

An in omni generatione detur corruptio, aut contrà.

Quid ſit cadaver?

Conſideratio virtualis.

Omnia moralia ſunt virtualia, & interdum obſcuritati expoſitæ Dicis, *Deus eſt leo.* Et hanc propoſitionem debere intelligi in ſenſu proprio & rigoroſo Joannes Wicleffus & multi hæretici cum illo affirmant; methaphoricè, moraliter, aut virtualiter debere intelligi pronunciamus Catholici: & tota æquivocatio tolleretur, ſi diceres, *Deus ſæt leo.*

An Deus ſit formaliter leo?

XCIX. Conſideratio dubia.

Manet illa forma communis, *Sum, es, eſt: Sumus, eſtis, ſunt.* Quam eſſe æquivocam & dubiam, ſeptemdecimque jam poſitis, & multis nondum poſitis modis ſolere exponi, qui Theologiæ operam navamus, videmus.

Participia à conſiderationibus Verbi Subſtantivi deducta.

Ex his formis poterimus congrua Participia deducere. Erunt

Perfecta. *Sans. ſantis, Sens, ſentis, Syns, ſyntis. Sons, ſontis Sunt, ſuntis.*

Pluſquamperfecta. *Saans, tis. Seens, ntis, Syyns, tis. Soons, ntis. Suuns, ntis.*

Imperfecta. *Sains, ntis. Seins, ntis. Syins, ntis. Soins, ntis. Suins, ntis.*

Præter hæc erit Illativum, *Sans, ntis,* Virtuale, ſeu Morale *Sæns, ntis*: & tandem Commune & æquivocum *Ens, ntis.*

Hinc patet, quo poſſit modo verti in Philoſophicam hanc dialectum illud Geneſeos, *Ego ſum, qui ſum. Qui eſt, miſit,* &c. Huic enim Divinæ Aſſertioni, in noſtra dialecto correſpondet. *Ego ſyns Qui ſyt, miſit,* &c.

Quod ſi nolis tot conſiderationibus implicari, poteris imperfectas & pluſquamperfectas omittere: at perfectis non poteris carere ullo modo, ni velis notitiâ & ſolutione graviſſimarum rerum carere.

N O T A.

C. Proponuntur duo dubia.

Duo interrogas. Alterum, an liceat alia tempora conformare? alterum in acceptione activâ uter terminus (agens, an actus) patiatur limitationem aut reſtrictionem conſiderationi debitam?

Deciditur primum.

Reſpondeo ad primum me non experiri neceſſitatem, adeoque opinari neminem fore, qui aliis temporibus indigeat, maximè cùm conſiderationes iſtæ ſint ultra omnia tempora. Si alicui, ſicut Participia, ſic etiam Infinitivi arrideant, poterit illos à fontibus propriis deducere, & dicere,

Sare, Sere, Syre, Sore, Sure.
Saare, Seere, Syyre, Soore, Suure.
Saire, Seire, Syire, Soire, Suire.
Sare. Sære, Eſſe. &c.

ſiquis aliis temporibus egeat, poterit illa ſuo arbitrio conformare.

Deciditur ſecundum.

Reſpondeo ad ſecundum reſtrictionem ad rectum pertinere, unde hæc propoſitio, *Deus ſecundum ſoot Angelum*, non æquivalet huic, *Deus creat Angelum ab æterno & in æternum exiſtentem*: Sed huic, *Deus ab æterno & in æternum exiſtens, creat Angelum.* aut etiam iſti *Deus ab æterno & in æternum creat Angelum*, ita ut æternitas non Angelum ſed Deum afficiat: nam ſi vellemus æternitatem Angeli denotare poſſemus dicere, *Deus ſyt Angelum ſontem.* quod eſſet, *Deus æternaliter creat Angelum, qui exiſtit nunc, extitit ab æterno, & etiam in æternum exiſtet.* Ex quibus evidenter percipies, quàm ſignificantes ſint à nobis adductæ conſiderationes.

De Verbi Adiectivi Coniugationibus.

CI. Coniugationum numerus.

Vnicam habet Græcus, tres Hiſpanus, quattuor Latinus & Hebræus; in quibus multa iſte mira, quibus cæteri carent. Keckermannus *lib. 4. cap. 3.* [Apud Græcos & Latinos unum idemque verbum non poteſt coniugari quattuor coniugationibus: apud Hebræos autem poteſt. Itaque eſt hoc etiam diſcrimen valde memorabile inter verba Hebræa, & Latina, & Græca, &c.] Inter Latinos nonnulla aliqui (Poëtæ præcipuè) non ſolùm ad ſecundam ſed etiam ad tertiam reduxerunt. ut *Fulgeo, es, ēre: Fulgo. is, ĕre. Video, es ēre. Viſo, is ĕre.* &c. at apud Hebræos quatuor ſunt differentiæ virtutis & ponderis communes omnibus: eſt enim apud ipſos Regula, *Verbum, quod in unâ invenitur, poſſe per omnes coniugationes variare.* ipſæ ſunt

פעל Ponitur ut regula aliorum verborum, & tunc nō eſt verbum ſpeciale, nec habet puncta quæ ob ſecundā gutturalem deberet, ſed quæ reliqua verba debeant imitari.

I.	פעל	*Pahal.*	Activa.
	נפעל	*Niphal.*	Paſſiva.
II.	פּעל	*Pihel.*	Activa.
	פועל	*Pohel.*	Media.
	פּעל	*Puhal.*	Paſſiva.
III.	הפעיל	*Hiphal.*	Activa.
	הפעל	*Hophal.*	Paſſiva.
IV.	התפעל	Hithphael.	*Reciproca.*

In primâ Coniugatione, Verba, aut intranſitiva ſunt aut remiſſæ ſignificationis & actionis. In ſecundâ ſunt fortia, activa, intenſa. In tertiâ ſignifi-

ſignificant concurſum prævium; facere ut alter faciat:& in quarta actionem reciprocam agentis in ſe ipſum, quæ omnia hoc exemplo illuſtrantur.

Singularum conjugationum (aut vocum potius) ſignificatio.

לָבַן in *Pathal* primâ conjugatione, *Albus fuit.*

לִבֵּן in *Pihel*, quæ eſt ſecunda, *Dealbavit.*

הִלְבִּין in *Hiphil*, quæ eſt tertia, *Fecit ut alter dealbaret*: Fecit inquam, promovendo phyſicè vel moraliter.

הִתְלַבֵּן in *Hithpahel* ultimâ conjugatione *Se dealbavit*. Et habet ſignificationem ſimilem verbo *Præ me fero, Præ te fers, Præ te fert*, &c.

De mutatione punctorum, ſeu vocalium. Inter has conjugationes fere tota in punctis differentia conſiſtit, quibus mutatis frequentes una in alteram tranſire poteſt. Hinc eſt, quod multa arcana eruantur è ſacra Pagina à viris linguæ Hebraicè peritis, quæ ab aliis omnibus ignorantur.

De Vocibus.

CII. *De correlativis.* OMni Relationi congrua reſpondet Correlatio, & omni Actioni Paſſio; aut ſaltem Fieri: nam, ſi Cajus aliquid facit, aliquid fieri à Cajo, neceſſarium eſt. Et Formatores idiomatum ut tam actionem, quàm paſſionem exprimerent, formulas loquendi invenerunt, quas appellarunt *Voces*; nimirùm duas, Activam alteram, Paſſivam alteram. *Vox activa & paſſiva.* Lingua Latina non habet paſſivam completam, nam perfecta & plusquamperfecta omnia tempora deſiderantur in paſſiva. Paradigma ſubjicio.

INDICATIVVS.

Apud Latinos paſſiva incompleta & imperfecta.

	Activa	*Paſſiva*
Præſens.	Amo	Amor
Præt. imperf.	Amabam	Amabar.
Præt. perf.	Amavi	* * *
Præt. p.q.p.	Amaveram	* * *
Fut. imp.	Amabo	Amabor
Fut. perf.	Amavero.	* * *

IMPERATIVVS.

Præſ. & Fut.	Ama.	Amare

OPTATIVVS ET SVBIVNCTIVVS.

Præſens	Amem.	Amer.
Præt. imp.	Amarem.	Amarer.
Præt. perf.	Amaverim	* * *
Præt p.q.p.	Amaviſſem.	* * *
Fut. perf.	Amavero.	* * *

INFINITIVVS.

Præſens.	Amare.	Amari.
Præteritum.	Amaviſſe.	* * *
Futurum.	* * *	* * *

Interpunxi aſteriſcis tempora quibus caret paſſiva: nam voci activæ *Amo* reſpondet *Amor*; voci *Amabam* reſpondet *Amabar*; & voci *Amavi* nulla in paſſiva correſpondet, & ideò circumloqui cogimur, & uti participio & verbo Subſtantivo, cùm dicimus *Amatus ſum, Amatus fui.* At hæc vocum inopia non reperitur in lingua Græca aut Hebræa, nam in ipſis ſingulis temporibus activis ſingula paſſiva correſpondent.

Voce Mediâ carent Latini omninò; illâ Græci & Hebræi non carent, illâ autem, ut video, abutuntur utrique. *Media vox, qualem ſignificationem habeat.* Bremenſes in Gramm. Græc. pag. 148. *Forma media plurimum activè ſignificat, aliquando etiam paſſivè.* Idem Hebræi dicere ſolent de forma נִפְעַל, quæ etiam eſt media: cùm tamen ipſa non deberet jam activè & jam paſſivè ſumi, ſed abſtractim potiùs in ſignificatione præcisâ ab activa & paſſiva. Hebræi mediam habent vocem tantummodò in ſecunda coniugatione. Quarta ipſorum eſt permanens & reciproca & ſimul activa & paſſiva; nam הִתְפַּקֵּד *viſitavit ſemetipſum*, הִזָּכֵר *Recordatus fuit ſuiipſius*, &c. activè ſimul & paſſivè ſignificant. *Vox reflexiva.*

De Modis.

CIII. *Enumerantur modi.* PLures habet Græcus Latinuſque (plures adhuc Hiſpanus) at multò pauciores Hebræus. Vulgò iſti enumerãtur: *Indicativus, Imperativus, Subiunctivus, Optativus, & Infinitivus.* Quibus, ſi philoſophicè agere velis, Metaphyſicum modum; Si Hiſpanicè, *Præconditionalem, & Poſtconditionalem* adjunge. Subjunctivum & Optativum multi in lingua Latina diſtinguunt, multi indiſtinctos putãt, &, his ego libèter ſubſcribo.

De illo Bremenſes in Grammaticæ Latinæ libr. 1. cap. 18. pag. 61. [Optativus etiam in Latinis cõjugationibus ſuperfluus, puerìſque remorans, iniſtà ad conjunctivum refertur; ſiquidem Latini proprium & ut apud Græcos eſt, voce peculiari à conjunctivo diſtinctum optativum non habent; ſed per conjunctivum etiam optant.] Hebræi, Chaldæi, Aramæi, Syri, Aſſyrii & alii multi, ab Indicativo Optativum & Subjunctivum non diſtinguunt: nec ſcio quid per Subjunctivum Optativum-ve dicere poſſis, quod non poſſit Hebræus per Indicativum.

Modos igitur ſic breviter & exactè diſtinguo. *Eorundem ſignificatio declaratur.* INDICATIVO utimur, cùm aliquid narramus, quod in aliqua temporum differentiâ evênit, aut eveniſſe dicitur. DUBITATIVO cùm non aſſerimus certò, ſed ex conjecturis veriſimilibus philoſophamur. Hic apud Latinos modus tria habet tempora; Præteritum, Præſens, & Futurum: apud Hiſpanos tantùm præſens, quòd inferiùs accuratè explicabimus. CONDITIONALI, cùm id quod fieret, ſi talis aut talis poneretur hypotheſis. Videtur hic modus eſſe Hiſpanorum proprius, qui illum adhuc dividunt in Præconditionalem & Poſtconditionalem: ipſi enim aliter ante conditionem & aliter poſt conditionem loqui ſolent. Utimur OPTATIVO, cùm vota & animi affectus & deſideria exponimus, cùm præmittimus *Opto ut*, aut aliquid aliud ſignificationis cognatæ. SUBJUNCTIVUS modus eſt quidam, qui aliis neceſſariò conjungitur, ſi ſit oratio abſolvenda; ut *Amem, Amarem, Amaverim, Amaviſſem, Amavero.* Et ad hunc non ignobi-

gnabiles Critici & Grammatici modos *Conceſſionis & Potentiæ* reducunt. *Imperativo* nomen dedit imperium: illo utimur cùm aliquid ſuademus, jubemus, conſulimus. De illo Bremenſes ubi ſupra [Imperamus ſecundę & tertię perſonæ tantùm; & quidem de futuris: unde Imperativus primâ perſonâ caret, & futuri tantùm temporis eſt. Secunda & tertia ſingularis in futuro (quod ita vulgò dicitur, quia præſens nominant *Ama*) ſemper eædē ſunt: pluraliter autem iſtæ voces *Amantots* & *Amamınor*, ut barbaræ planèque inutiles exterminatæ ſunt.] Sic illi. At non video cur non poſſit dari primæ perſonæ imperium aut conſilium. Sed uti vocibus neceſſariò debemus, quas Nomenclatores formarunt, & approbavit omnium Criticorum & Vulgarium conſenſus. INFINITIVUS ditiſſimus eſt apud Græcos, pauper apud alias nationes, & ſignificatione ſuâ plerumque verbum & adverbium conjungit. Verbi gratiâ. *Deſidero, quòd tu venias ad forum*, breviùs & meliùs dicitur per infinitivum, *Deſidero, te ad forum venire*: ubi *venire*, & *quòd venias*, ſunt dictiones æquipollentes inter ſe.

An Amamınore, & Amamınor, ſint voces barbaræ.

De Temporibus.

CV. *An corpus aliquod exiſtat ſine tempore?*

An Nomenclator debeat ſe vulgo attemperare.

Hic miſſas facere poſſemus ſubtilitates Thomiſtarum, tametſi veras aut probabiles; & ſupponere omnia verba ſignificare cum tempore: quia de facto verum eſt nullum omninò corpus carere duratione ſucceſſivâ, & Linguæ Inſtitutorē labium attemperaſſe Politicæ, non autem Philoſophiæ vel Mathematicæ. Porrò, ſi dari Creatura poteſt, quæ verè exiſtat, & tamen omni *quando* careat, ejus exiſtentia aliquo Verbo poterit, debebitque ſignificari; & tamen nullo Verbi tempore poterit. Ergo illæ perſonæ, quæ ſignificant *eſſe ſine tempore* ad ſuum etiam locum, qui *Nullum tempus* poſſet vocari, reducantur. Sed quò? Ad conſiderationem aliquam ex illis, de quibus paulò antè egimus, cum de Subſtantivo diſputavimus.

Vocis in Modos & Tempora diviſio.

Ut igitur procedatur clariùs faciliùſque Vox ſubdividenda in Modos erit, Modi in Tempora. Paradigma propono.

Verborum tempus eſt, vel
- *Præteritum*
  - *Pluſquàm perfectum*
  - *Perfectum*
  - *Imperfectum*
- *Præſens, quod nunc eſt.*
- *Futurū*
  - *Imperfectum*
  - *Perfectum*
  - *Pluſquàm perfectum*

CVI. *Gradus eſſentialis.*

Gradum Eſſentialem in Verbo Subſtantivo poſuimus, qui ſignificat exercitium eſſentiæ & prædicatorum connexionē ſecundum ſe, ab omni exiſtentia & poſſibilitate ad exiſtendū præciſam. Nam hæc poſitio *Homo eſſentialiter eſt animal rationale* vera eſt, etiam ſi nullus ſit homo; imò ſi repugnaret Homo; ideò enim repugnaret, ſi repugnaret, quia in ſuo conceptu eſſentiali animal & rationale dicerent repugnantiā.

Exiſtentialis.

Præter eſſentiam concipitur exiſtendi potentia, & hic eſſe poſſet alter grad⁹, ut cùm dicimus *Homo poteſt eſſe albus*. Et nos ne nimii alicui videremur, hunc gradum aut ad eſſentialem reducimus, aut verbo *poſſe* adjuncto declaramus.

Potentialis.

Sequitur exiſtendi exercitium, ut *Homo exiſtit, Homo eſt extra cauſas*. Et nondum intelligi debet tempus; quia juxta Angelici Doctoris opinionem, tempus eſt exiſtentiæ accidens, & poteſt dari creatura, quæ verè & realiter exiſtat, quæ tamen non ſit præſens, futura, nec præterita. [Vide Conſiderationes, quas in Verbo Subſtantivo poſuimus & dilucidavimus.]

Poſt exiſtentiam intelligimus Tempus, cujus differentias (Præteritum, Præſens & Futurum) Philoſophi nominant *Quando*.

CVII. *Temporis differentia. Quid ſit Præſens?*

Præſens ſignificat rem nunc fieri, non verò abſolvi aut perfici: ideò Bremenſes inquiunt [Præſens omne eſt imperfectum, ut *Amo, Amare*.] Si aliquis Præſens in Imperfectum, Perfectum & Plusquamperfectum divideret, non careret ratione, quâ ſuam poſſet ſententiam propugnare.

Quid & quotuplex Præteritum ſit?

In Præterito tria poſuit Latinus Nomenclator tempora, Hebræus unicū. Latina ſunt Imperfectū, Perfectū, & Plus quam perfectū. Primū ſignificat rem quidē incepiſſe fieri, nondū tamen abſolutā & perfectā: ſecundum rem fuiſſe in tempore præterito; hoc eſt, fuiſſe verū dicere in tempore aliquo præterito *Nunc eſt*: tertiū rem fuiſſe antè præteritū, & fuiſſe verū dicere in aliquo inſtanti præterito, *Iam ante fuit*. Energiam Præteriti imperfecti colligere clariſſimè poſſum⁹ ex picturis Apellis. Reperiebantur aliæ celebres, eæq; nomine ſuorū authorum inſcriptæ; ut *Parraſius pinxit, Zeuxis fecit, Delineavit Protogenes*, at Apelles *Faciebat*, inſcribebat ſuis tabulis, ut inſinuaret ſe illas adhuc poſſe perficere & meliores reddere. Apellis modeſtiam imitatus in libri de S. Rom. Imperii Pace titulo poſui *ſcribebat Caramuel*, & inſinuavi duobus verbis, me non illa vendere ut articulos fidei, ſed ut Theologicas propoſitiones, quę poſſent aliter ſe habere, quaſque poſſem perficere aut corrigere, ſi tempus & occaſio ſuppeterent. Prodierunt Anticaramueles, & excitatus ego, libro ultimam manum impoſui, & ſtridentibus æmulis, non arroganter ſed ſincerè præfixi, non jam *ſcribebat*, ſed *ſcripſit Caramuel*. Et omninò ſincerè, quia demonſtrationes produxi, non rationes probabiles: & quia rem demonſtravi, obligationi ſatisfeci. Hinc ad Oratoriam (nam & Rhetorica, Pictoria quædam facultas eſt) progrediens, puto illud *Dixi*, quod ſemper Declamationes claudit, attemperari poſſe, & in *Dicebam* elegantiùs & ſignificantiùs converti. *Dixit* enim, qui nihil indictum reliquit: at ille qui ita narrationem habuit, ut ſpectet objectiones (duplicas & triplicas Juriſperiti nominant) quas debeat diſſolvere *dicebat*.

Significatio imperfecti.

Quid ſignificet Dixi, quod in fine Orationum ponitur.

CVIII. *Futuri ſignificatio & diviſio.*

Quod ſuperveniet *Futurum Tempus* dicitur; & poteſt ſicut & Præteritum in Imperfectum, Perfectum & Plus quàm perfectum ſubdividi. Primum ſignificat rem quidem fore, non tamē complendam & perficiendam. Secundum illam complendam in tempore futuro, hoc eſt, ſuperventurum eſſe tempus, in quo ſit verum dicere, *Nunc res acta eſt*. Tertium eſt tēpus poſt futurum, & inſinuat ſuperventurum eſſe tempus in quo ſit verum dicere, *Res acta fuit*. Et hoc iterum tempus Poſtfuturum poſſet in imperfectum & perfectum ſubdividi.

Energia temporis aoriſtus

Tempus præciſum & indeterminatum eſt tempus abſtractum à præterito præſenti & futuro;

ſis indeterminati. turo; nam ſicut Animal eſt conceptus præciſus ab Equo, Leone, Camelo, &c. ſic etiam expedit dari aliquod tempus indeterminatum vagum & aoriſticum. Aoriſtica Græca non curreſpondent iſti tempori, licèt indeterminata dicantur: ſunt enim ab omnibus abſtracta præteritis, & præſenti futuroque convenire non poſſunt. Et quidem tempus hoc, non ſolùm ſubſtãtivo, ſed etiã addi ſingulis Adiectivis deberet.

Hæc ſunt, quæ de Temporibus dici poſſunt: nunc ſingula recognoſcamur breviter, & qualia variæ Linguæ tempora admiſerint aut reiecerint, breviter deſpiciamus.

Tempora Linguæ Hebrææ. Hebræa imprimis (nam & ipſa prima omnium creditur) caret Præſenti, & loco illius utitur Participio: nec habet niſi unicum Præteritum, & unicum Futurum. Hebræam imitantur Syriaca, Chaldæa, Aramæa, & multæ aliæ, quæ ab eâdem ducere videntur originem.

CIX. *Tempora Linguæ Græcæ.* Græca eſt Lingua ditiſſima: de illâ Bremenſes cap. 18. [Temporum copia Græcis maior eſt quàm Latinis: & Modi quinque peculiaribus vocibus diſtinguuntur. In ſingulis eſt unũ diſtinctum Præſens, & unum Præteritum definitum idem. in Indicativo unum Præteritũ Imperfectum, & unum Plus-quam-perfectum. Præſentia tamen pro Imperfectis, & Perfecta pro Plus-quam-perfectis (*id Latinis ipſum in Infinitivo contingit*) ſunt in reliquis Modis. In ſingulis Modis bina Perfecta Aoriſta ſeu Indefinita: in Paſſivâ formâ etiã inſuper inſtãs (vulgò, paulò pòſt) Futurum Indicativo, Optativo, & Infinitivo.] Sic illi. At ut video, tantus eſt eorumdem temporum abuſus, ut vix ſingulorum vis & efficacia exponi poſſit.

Latina nobis notior ſuas etiam patitur obſcuritates. Tempora Præterita habet, ſed penuriâ Futurorũ laborat. Addo exempla.

Significatio ſingulorũ. PRÆSENS. *Nũc eſt tẽpus, in quo eſt verum dicere, Nunc amo.* Totũ hoc exprimitur hac voce, *Amo.*

PRÆTERITUM IMPERFECTUM. *Ante hoc tẽpus incepi amare, at nondum abſolvi. Cœpi quidem amare, non tamen quæ amantis erant omnia feci.* Vel breviùs & meliùs, *Amabam.*

PRÆTERITUM PERFECT. *Nunc eſt tempus, ante quod fuit aliud tempus, in quo verè dicebam, Nunc amo.* vel conciſiùs, *Amavi.*

Plusquam perfectum duplex. PRÆTERITUM PLUSQUAMPERF. eſt quoddam Præteritũ Præteriti, & poſſet ANTEPRÆTERITUM dici. eiuſque energiam dilucido hoc exemplo. *Nunc eſt tempus, ante quod fuit aliud tempus, in quo fuit verum dicere, Amabam vel Amavi.* Aut multò expeditiùs, *Amaveram.* Conſultò dixi *Amabam* vel *Amavi.* quoniam ante præteritum duo ſunt tempora poſſibilia; videlicet, Imperfectum ante præteritum, & Perfectum ante præteritum. Et illa nec Latinus nec Græcus diſtinguit, ſed confundit potiùs in tempore, quod nominat *Pluſquamperfectum.*

CX. Analogia poſtulare videbatur, ut Linguæ latinæ Inſtitutor etiam diſtingueret Futura, & in Imperfecta, Perfecta, & Plùſquàm perfecta divideret: at nobis Imperfecta ſe dediſſe exiſtimat, & cætera univerſa negaſſe. At putant multi Græcos æquè & Latinos futuro imperfecto carere: illud ſi detur, ſic poſſet aut deberet exponi: *Sum in tempore poſt quod veniet aliud tempus, in quo ſit verum dicere Nunc amo, nunc amare pergo, nec tamen abſolvo.*

Futuro ergo Imperfecto & Pluſquamperfecto (prius eſſet Futurum reſpectu Præſentis; & poſterius Præteritum reſpectu Futuri; illudque poſſet dici Poſt-præſens, hoc Poſt-futurum) Lingua Latina caret. nec patiar loco alterius utrius protrudi *Amavero*, quod Futurum perfectum dici ſolet; nam ejus ſignificatio tam longè à perfectâ abeſt, ut potiùs videatur eſſe dubitativa: nam quantum Authorũ collatio me iuvat, *Amavero* nõ eſt *Perfectè amabo*, nec eſt *Poſt futurum amabo*, ſed eſt *Fortaſſè amabo.* Interim, quia alij aliter ſentiunt, & vocum vis pendet à voluntate, *Amavero* eſto Futurum perfectum aut pluſquamperfectum, ſi volueris. *De Futuris.* *Quid ſit Amavero?*

De temporibus Imperativi.

CXI. *Quot tempora habeat Imperativus?* BRemenſes In ſuâ Grammaticâ Latinâ tẽpus unicum Imperativo concedunt, idq; futurum: & teſtantur Ramo hoc ipſum futurũ imperfectum fuiſſe non perfectum. Hiſpani Profeſſores & alij communiter duobus temporib⁹ Imperativum Latinum ornant (Præſenti & Futuro) quæ tamẽ terminatione non diſtinguũt: putant enim imperantẽ, ſive velit ſtatim ſibi obediri, ſive poſt aliquod tempus, poſſe dicere, *Ama* vel *amato. Amato. Amate* vel *amatote. Amãto.*

In Epitomes Grammaticæ Deſpauterianæ, quam concinnavit Vettepæus *lib. 1 pag. 6. & 17.* reperio Imperativum oneratum duobus tẽporibus, (Præſenti & Futuro) non ſolũ ſignificatione, ſed ẽt terminatione diſtinctis. Videlicet, *An terminatione diſtinguantur?*

Præſenti. *Ama, amet: Amemus, amate, ament.*

Futuro. *Amato tu, amato ille: Amemus, amatote, amanto.*

Cur non etiam, *Amem, ames, amet: Amemus, ametis, amẽt?* Puto igitur apud Latinos Imperativi Futurum à Præſenti ſignificatione, ſed nõ terminatione diſtingui: & carere omni vitio hæc præcepta, *Vadite ſtatim Romã. Vadite cras Madritũ.*

Græci etiam hic tẽporibus multis abundãt: multa alij enumerant, ſed apud Bremenſes *Præſens, Aoriſtũ duplicẽ*, & *Definitũ perfectũ* reperim⁹. *Imperativus Græcorum.*

Dubium incidens.

CXII. OCcurrit hîc ſubtilis quæſtio, *An Imperativus Modus præteritum habere queat?*

Reſpondeo primò *præcepta eſſe debere de rebus poßibilibus, & cùm nullus ſubditus ſit, qui ad præteritũ habeat phyſicam & realem potentiã, ideò nullius erit, cui præterita imperari poßint* Ergo non poteſt homini imperari ut omittat, quæ fecit; aut, ut faciat, quæ omiſit: unde apud Philoſophos emanavit Axioma illud, *Ad præteritum non eſt potentia.* *De potentiâ ad præteritum.*

Nego creaturis potentiam realem ad præteritum; puto tamen Deo ad præteritum æquè ac ad futurũ potentiã concedendam eſſe; & puto me certò ſcire eos, qui cõtra ſentiũt, carere verò cõceptu æternitatis, q̃ eſt duratio ſine principio & fine tota ſimul. & ſi tota ſimul, omnia Deo ſũt p̃ſentia, nihil ipſi futurũ aut præteritũ. Sanè, ſi creaturę haberẽt potentiã ad prę̨teritũ, *An facta Deus reddere infecta poſſit?* *Quid ſit æternitas?* *An nota omnibus?*

poſſent illis imponi præcepta de præteritis: & Deus, ſiquidem ad præteritum potentiam habet, de præteritis orari poteſt: imò & orari ſolet, non ſolùm devotione privatâ, quæ errori obnoxia; ſed publicâ totius Eccleſiæ, quam licèt articulis fidei non interſeram, errori obnoxiam dici non permittam. Eccleſia igitur in Miſsâ pro præſenti defuncto orat. *Vt non tradas eius animam in manus inimici, neque obliviſcaris in finem; ſed iubeas eam à ſanctis Angelis ſuſcipi, & ad patriam paradiſi perduci; ut quia in te ſperavit & credidit, non pœnas inferni ſuſtineat, ſed gaudia æterna poſſideat.* Et in Tractu. *Abſolve Domine animas omnium fidelium defunctorum, ab omni vinculo delictorum, & gratiâ tua illis ſuccurrente mereantur evadere iudicium ultionis & lucis æternæ beatitudine perfrui.* Et in Offertorio. *Domine Ieſu Chriſte Rex gloriæ libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne abſorbeat eas tartarus, ne cadant in obſcurum, ſed ſigniſer ſanctus Michaël repræſentet eas in lucem ſanctam, quam olim Abrahæ promiſiſti & ſemini eius.* Sunt & alia plurima teſtimonia, quæ potentiam ad præteritum perſuadere videntur: iſtud addo:

An præterita oremus.

Chriſte Redemptor omnium
Conſerva tuos famulos,
Beatæ ſemper Virginis
Placatus ſanctis precibus.
Beata quoque agmina
Cœleſtium Spirituum,
Præterita, præſentia,
Futura, mala pellite,

Ita in hymno, qui in omnium Sanctorum accinitur ſolennitate;

His teſtimoniis inductus & nonnullis Auguſtini teſtimoniis malè intellectis obfirmatus Eximius Dominus N. Lovanienſis Doctor, vir pius & doctus, librum edidit, quo probare conatur, præter Cœlum, Infernum & Purgatorium dari locum quartum; in quem deferuntur animæ, quouſque ultimâ de illis ſententiâ diſponatur. Eò deductam illius Pariſienſis Doctoris animam, quæ Beato Brunoni, Carthuſianorum Inſtitutori, & aliis plurimis horroris & converſionis cauſa fuit. Primâ enim die in judicio ſtetit; ſecundâ iudicata fuit, at nondum ſibi fuit ſententia Iudicis Divini intimata; tertiâ tandem damnata fuit. Hoc ſuppoſito ſic diſcurrebat Lovanienſis is Doctor: [Anima ſeparata illa, triduo illo toto in cœlo non fuit, in inferno non fuit, & in purgatorio non fuit (hæc enim omnia patent ex fide hiſtoricâ) & tamen alicubi fuit: ergo datur quartus locus, quaſi proviſionalis, qui ſit animarum ſeparatarum carcer, ad quem quaſi interloquutoriâ ſententiâ condemnentur, quos nondum vult Omnipotens ultimâ iudicare.] Huc Traianum Romanorum Imperatorem, quem ajunt orationibus S. Gregorij ab ipſo inferno liberatum: huc alios etiam Ethnicos, quos vel reſurgente Chriſto, vel pòſt Sanctorum inter ventione ereptos legimus, referebat.

An præter cælum, purgatorium, & infernum alius ſit animarũ locus aut ſtatus.

An-ne Traianus fuerit ab ipſomet inferno ereptus?

CXIV. Hæc omnia bonus ille Senex, ne concederet Deo potentiam ad præteritum, ediſſerebat, & affirmabat; hæc ſcripſit, & libro etiam aliàs doctiſſimo interſeruit. Sequutâ fuit Theologicæ Facultatis Cenſura, & putarunt Theologi, totam illam hiſtoriam de Pariſienſi illo Doctore primâ die Iudici præſentato, ſecundâ iudicato, tertiâ damnato, dubiam eſſe; & meritò à multis expunctam. Quæ de Traiano, (aut etiam de Platone, Ariſtotele & aliis) circumferuntur, eſſe falſa; nec ſufficientia, ut tam peregrinum dogma protrudatur; & ad periodos è miſsâ excerptas venientes in claſſes diviſi reſpondebant, alij futurum eſſe, ut illæ ab iis, qui correxerunt Breviaria, olim cùm recognoſcerent Miſſalia, temperarentur aut corrigerentur. alij, illas nullâ correctione indigere, ſed poſſe congruo ſenſu explicari. Quam ob rem novam illam ſententiam, quæ quartum Animarum ſtatum & locum, toti Eccleſiæ priſcæ & iuniori ignotum, introducebat, non quidem hæreticam, ſed eſſe erroneam, temerariam, & malè ſonantem declararunt, & iuſſerunt è libro illo expungi aliquot folia, quibus iſta ſententia tradebatur. Interim bonus Senex, dogmatis author, non obſtante Theologorum cenſurâ, adhæſit mordicùs ſententiæ ſuæ, ſeque illam propugnaturum eſſe, aiebat, quouſque Eccleſia definiret contrarium; illaque folia, quæ erant à libro exciſa, ſeorſim amicis omnibus communicabat.

An Traianus Plato, & Ariſtoteles ſint ſalvi?

An egeant correctione Miſſalia?

Pace igitur iſtius optimi Senis ſic diſcurro. [Animæ defunctorum eodem ipſo inſtanti, quo ſeparantur, iudicantur. Eodem ipſo aut ſunt in inferno, vel extra. Si in inferno; fruſtra orat Eccleſia poſtridie, ne pœnas inferni ſuſtineant, ſed gaudia æterna poſſideant: quia in inferno non eſt redemptio. Si extra infernum; fruſtra hoc orat, quia neque ex purgatorio aut cœlo ad pœnas inferni datur tranſitus.] Ergo ne hæc inſtantia urgeat, debebimus rotundè dicere orare Eccleſiã, nõ ut animas iam inferno damnatas Deus extrahat; ſed ne condemnaverit illas; orat igitur actionem præteritam, ſed ab omnipotente Numine, cui æquè ad præteritum atque ad futurum eſt potentia. Ergo Grammatica Eccleſiaſtica in Modo Imperativo (Orativum diceres potiùs) indiget tempore pterito, cuꝰ defectu, utitur præſenti ſubiũctivi. CXV.

Obiectio contra Eccleſiaſticum modũ orandi.

An Modus Orativus præteritum habere queat?

Si Angeli aut Rationales Animi durant ævo, & hoc eſt quale à nobis exponitur, ita ut unum inſtans nobilioris durationis pluribus ignobilioribus coëxiſtat, creaturæ habent potentiam ad præteritum: non ad omne, ſed ad illud quod inſtanti nobiliori præſenti correſpondet. Quam Ego veritatem, quia ſubtilis & difficilis eſt, malo ſupponere impræſentiarùm, quàm probare, ago enim hîc Metagrammaticum, non Metaphyſicum. Hoc addo tantùm, quod ſi ſemel hæc doctrina admittatur, egebit omninò præterito Angelicæ linguæ Imperativus.

Quid ſit ævum?

An creatura potentiam ad præteritũ habeant?

Præſcindendo igitur à ſubtilitatibus, quæ altius examen & aliud tempus poſtulát homines non habere aliquam realem potentiam ad præteritum, quam ſenſu percipere aut ratione demonſtrare valeant, certum eſt: at habent moralem certam & demonſtratam, vi cuius incipit moraliter fuiſſe, quod verè & realiter non fuit. Pono exemplum in legitimatione. Petrus CXVI.

Habemus homines Moralem potentiam ad præteritum.

Ioannes

Ioannis & Mariæ filius, extra matrimonium ſuſceptus, poſt parentum funera Regem accedit, & impetrat legitimationem. Expeditur diploma, vi cuius redditur legitimus Petrus. Et quid quæſo hoc diplomate Rex præſtare potuit? An-ne quod verè & realiter fuerit ex matrimonio natus? minimè. quoniam ad hoc realis ad præteritum potentia exigeretur. Quid ergo? Quòd Ioannes & Maria maneant cælibes, & interim virtualiter fuerint coniuges: quod tametſi nullum inter ipſos verum matrimonium interceſſerit, interceſſerit virtuale: & tandem quòd ipſe Petrus, qui à nativitate fuit ſpurius realiter, ita ſe habeat ac ſi à nativitate fuiſſet verè legitimus; adeòque quòd ab ipsâmet nativitate legitimus fuerit virtualiter. Hoc exemplo, & plurimis aliis, quæ alibi expendo, & huc poſſem adducere, moralis ad præteritum poteſtas demōſtratur: & infertur, Civilem & Moralem Grammaticam, in Modo Imperativo indigere præterito.

Quid & qualis ſit legitimatio?

An Grammatica Moralis Imperativum egeat præterito?

CXVII. Ut igitur huic ego difficultati manum imponam ultimam, notari volo totum Imperativum Modum è noſtri temporis Hæreticorum Grammaticis eſſe expungendum. Si enim nulla datur libertas, & liberum arbitrium eſt titulus ſine re, ut affirmat Lutherus; fruſtra nobis Deus imperat, fruſtra nos noſtris ſubditis imperitamus. Sicut enim non imperabo Soli ut luceat, quia id neceſſariò facit: nec illi ut ſplendore careat, quia mihi obedire non poteſt; ita nec Petro, quia, ſi neceſſitatur ad operandum inutilis erit iuſſio mea; & ſi neceſſitatur ad omittendum, illa erit neceſſariò inefficax, & impoſſibilia præcipiens. Videant igitur Lutherani & Calvinoiani, quantâ conſequentiâ doctrinæ, pueros ſuos in Coniugationibus Imperativum doceant: quantâ ſubditis leges imponant: quantâ ſibi divinitùs & humanitùs dictas admittant.

An Hæreticorum Grammatica egeat Imperativo?

Imperativi genera.

CXVIII. PAtet ex dictis Imperativum Modum in multos dividi. Quorum præcipui ſunt *Imperativus privatus*, *Imperativus publicus*, *Deprecativus humanus*, & *Deprecativus divinus*. Singulos breviter dilucidabo.

Imperativus privatus.

IMperativo privato utimur, cùm privatâ authoritate aliquid fieri præcipimus, & tunc in tempore præſenti & futuro dicimus.

Ama tu. Amate vel *Amatote vos.* vel etiam. *Ames, Amet: Amemus, Ametis, Ament.*

Imperativus publicus.

PUblico verò Imperativo utimur cùm leges ferimus, & tunc tantùm utimur his tertiis perſonis.

Amato ille. Amanto illi.

Hinc Leges XII. Tabularum Deum coli præcipiunt his verbis. [*Divos caſtè adeunto. Pietatem adhibento. Opes amovento. Qui ſecus faxit, Deus ipſe vindex erit. Separatim nemo habeßit Deos: neve novos, ſive advenas; niſi publicè adſcitos privatim colunto. Constructa à Patribus delubra habento. Et Larium ſedes. Ritus familiæ, patriaq; ſervanto. Sacra privata perpetua manento.* &c.]

DEprecativus humanus preces fundit ad hominem, & quia homo ſive iuſſus ſive oratus ſit, caret potentiâ ad præteritum, hic Modus temporibus præſenti & futuro contentus eſt, & nō differt ab Imperativo: iuxta illud, *Sunt genus imperij exorantia verba potentis.* At ſi agamus de rebus Politicis & Moralibus poterit habere præteritum. CXIX.

Modus oratorum.

ET tandem Deprecativus Divinus, qui abuſivè Imperativus dicitur (Deum enim, cùm nullâ imperii aut etiam ſuperbiæ ſuſpitione, ſed cum ſummâ humilitate debemus accedere) caret plurali numero: non enim plures, ſed unicū colimus Deum. Si durationem Dei reſpiciam, caret præterito & futuro; omnia enim sūt præſentia Deo; etiam illa, quæ præterita & futura ſunt nobis. Si durationem noſtram, hæc tempora complecti poterit.

Ante præteritum, ſeu Præteritū plusquam perfectū
Præteritum perfectum.
Præſens
Futurum perfectum.
Poſtfuturum, ſeu Futurum plusquam perfectum.

Deprecativi tempora.

Et quas habebit iſte Modus in ſingulis temporibus dictiones? pro præſenti & futuro, habebit *Ama*, *Amet* & pro præterito *Amaveris* & *Amaverit*, poſſemus addere.

Duas nimirùm perſonas; ſecundam, tertiamque unde in Pſalmo CXXIX. *De profundis clamavi ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.* Et in Pſalm. XIX. *Exaudiat te Deus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob. Mittat tibi auxilium de ſancto: & omne conſilium tuum confirmet.* utroque enim modo agere ſolemus apud Deum. Hiſpani tertiâ perſonâ pluralis utuntur, cùm orant Deum: at illam accipiunt ſingulariter. CXX.

De temporibus Subiunctivi.

SUbiunctivus non eſt modus aliquis particularis, ſed nomen potiùs aut conceptus cōmunis multos ſubiunctivos comprehendens. Illi ſunt. *Coniunctivus*, *Aſſertivus*, *Deliberativus*, *Optativus*, *Conditionalis*, & *Dubitativus*.

Audentur multi ſubiunctivi?

Omnia Subiunctivi tempora ſunt indefinita (vocentur *Aoriſtica*, ſi nomina Græcorum placeant) quia in ſpeciebus ſubiunctivorum tranſmutantur, ut colliges ex infrà dicendis.

Tempora aoriſtica.

De temporibus Coniunctivi.

DIcitur ſic à particulâ *Cùm*, cui coniungitur: & quia hæc ipſa duas habet ſignificationes ſpeciales, etiam ipſe duos habet uſus. *Cùm* igitur primò ſumitur pro *quando*, & ſecundò pro *ſiquidem*: & quia prior illa acceptio communior eſt, ab illâ ſumamus exordiū; & ab illâ *Coniunctivus* dicatur, & à ſignificatione poſteriori, ut omnis æquivocatio tollatur, *Aſſertivus*. CXXI.

Unde dicatur

Vocis Cum ſignificatio duplex.

Præſens. *Cùm amo, as, at: Amamus, atis, ant.* Ponunt huc Grammatici communiter *Cum amem*, ſed malè, quia iſtæ duæ orationes, *Cùm amem* & *Quando amo*, non ſunt æqui pollentes.

Præteritum imperfectū. *Cùm amarem, es, et,*

emus,etis,ent. Coostat has voces perrinere ad hoc tempus, quia hæc propoſitio, *Quando legebam, venit Petrus*, æquipoller his, *Cùm legerem, venit Petrus*. Et certum eſt distinctiooem *legebam* ad Imperfectum ſpectare.

Præteritum perfectum. *Cùm amavi, aviſti, avit: avimus, aviſtis, averunt*, &c. An huc non pertinet *Amaverim*? minimè: quoniam hæc *Quando legi, venit*. non poteſt tranſire in hanc *Cum legi, venit*.

Præteritum pluſquam perfectom. *Cùm amaviſſem, es, et; emus, etis, ent.* Firmat hoc tempus hoc exemplum, *Quando legeram, venit*, quod æquivalet huic propoſitioni, *Cùm legiſſem venit*.

Futurum perfectum. *Cùm amem, es, et; emus, etis, ent.* Et huc voculas iſtas tranſpono, quia idem eſt dicere, *Quando venies, loquêris* ac dicere, *Cum venias loqueris*.

Futurum pluſquam perfectum. *Cùm amavero, is, it; imus, itis, int.* Coïncidit cum Indicativo.

De temporibus Aſſertivi.

CXXII. PAuca illa ſunt, ſed indigent conſideratione, ne vel invertantur vel negligantur, Conſidera ſequentes lineas.

Præſens. *Cùm amem, es, et.* &c. hoc eſt, *Siquidem amo*. Pono exemplum, *Cùm videam, hoc neſcire non poſſum*. Æquivaler huic, *Siquidem hoc ego propriis oculis video, illud ignorare non poſſum.*

Præteritum perf. *Cùm amaverim, is, it.* hoc eſt, *Siquidem amavi*. Et probatur boc lemmare, *Debebo luere pœnas, cum peccaverim*: quod æquipollet huic, *Debebo puniri, quia peccavi; ſiquidem peccavi.* &c,

De temporibus Deliberativi.

CXXIII. DEliberamus cùm dicimus; *Timeo ut*; *Timeo ne; Vereor, deſidero, volo, peto, oro* &c. *ut illud fiat, & ne iſtud fiat.* Et tunc deliberatio ipſa ad hunc Modum nos ducit, & per iſta tempora nos promovet.

Præſens. *Volo, ut facias, at, amus, atis, ant. Vis ut faciam, at.* &c.

Præteritum Imp. *Volebam ut faceres, et, emus, etis, ent. Volebas, ut facerem.* &c.

Præteritum perf *Volui, ut faceret, es: emus, etis, ent. Voluiſti, ut facerem.* &c.

Timeo, ne feceris, it; imus, itis, int. Times, ne fecerim. &c,

Præteritum pluſqoam perf. *Deſiderabam, ut feciſſes, et; emus, etis, ent. Deſiderabas ut feciſſem.* &c.

Deſideraveram ut faceres, et, emus, etis, ent. Deſiderabas, ut facerem.

Futurum. *Deſiderabo, ut feceris, it; imus, itis, int. Deſiderabis, ut fecerim.* &c.

Deſidero, ut facias; at: amus, atis, ant. Deſideras, ut faciam. &c.

Primum verbum ſemper ponitur in Indicativo, & ideò tempus ejus eſt notum. Etiam verbi ſecundi in præſenti & imperfecto: at in cæteris temporibus duas poſuimus formas, in priori ſemper ſecundum verbum eſt præteritum reſpectu primi: in poſteriori contrà.

De temporibus Optativi.

CXXIV. MOdus eſt valde vulgaris & univerſis notus, nec magnâ expoſitione indiget: Sed quia nec ab omnibus eodem modo uſurpatur, debebit ad canones ſequentes reduci.

Præſens I. *Modò Petrus eſt domi, & utinam ſit Fridericus apud eum.*

Præſens II. *Ioannes improbus eſt, utinam eſſet pius: nam ſi modeſtus eſſet ego illi hanc nunc dignitatem cōferrem.* Nota illud *nunc*, & infer omnia ad tempus præſens pertinere.

Præteritum I. *Te id feciſſe aſſeris. Et quid tibi ego? Utinam feceris.*

Præteritum II. *Utinam veniſſes tempeſtivè.*

Futurum. *Utinam venias, Utinam legas.*

Ut rigorem harum phraſium percipias, ad notato illud *Utinam*, in præſenti primo & futuro eſſe dubitantis; quoniam optat id, de cujus exiſtentiâ dubitat: at in præſenti ſecundo & præterito ſecundo eſſe negantis, quoniam optat aliquid de cuius nonexiſtentiâ certò cōſtat, ut percipiet clariſſimè, qui poſita exempla recognoſcat. *An Optativus à Dubitativo diſtinguatur?*

De temporibus Conditionalis.

CXXV. ISte Modus non eſt notus Grammaticis, & ideò indiget conſideratione, examine, & expoſitione. Rem ſic expedio.

Præſens I. *Salomon, ſi ſit in inferno, erit miſer.* Ecce illud *ſit*, illud *erit*, duæ ſunt voces toto cœlo diverſæ, & tamen utraque ad præſens ſpectat. Ergo ſicut hîc, ſic etiam in cæteris temporibus verbum quod afficit ipſa conditio, & alterum quod infert, contemplator.

Præſens II. *Petrus, ſi cæcus nunc eſſet, fœlix eſſet.*

Inter iſta duo tempora præſentia hoc intervenit diſcrimen; quod in priori dubitatur, An purificetur conditio: & in poſteriori ſupponitur non purificari; quam ob rem, priùs *Dubitativum*, & poſterius *Negativum*, vocari poterit. *Modi Dubitativi & Negativi differentia.*

Præterirum I. Dubitativum, *Si tunc peccaverim, reus ſum (reus nunc ero) ſed, ſi tunc non peccaverim, nunc debeo (nunc debebo) à iuſtitiâ defendi.* Ecce conditio tota dubia eſt, & relinquitur examinanda.

Prætetitum II. Negativum. *Si poſtulaviſſes: at quia non poſtulaſti, non impetraſti.* Ecce non purificatur conditio.

Futurum Dubitativum. *Si Romam venero, oſculabor pedes Summi Pontificis.* Hic etiam ambigitur, an purificanda ſit conditio.

De temporibus Dubitativi.

CXXVI. VLtimæ lineæ præcedentis parragraphi me cogunt, ut Modum Dubitativum hominibus noſtris incognitū, ſubſcribam, & ſummâ brevitate declarē. Hæc ille complectitur tempora,

Præt.	Amaverim.	*Fortè amavi.*
Præſ.	Amabo.	*Fortè amo.*
Futur.	Amavero.	*Fortè amabo.*

Ecce tria habet tempora, & ſingulorum debebo explicare energiam.

Interroganti, *Quot Petro argenteos dedi?* reſpondeo. *Dederim quadraginta.* hoc eſt, *Ego quidem illos* *Quid ſignificat Dederim?*

non numeravi, ſed quantum coniectura aſſequi poſſum, dedi quadraginta, plus minus Subroganti, quâ illos *horâ dederim?* Reſpondeo, *Fuerit tunc hora tertia*, hoc eſt, *Ego quidem horam exactè ſcire nequeo; at ut puto, ſub tertiam* (vel, *cùm erat tertia, plus minus*) *illos dedi.*

Quid Erit? Interroganti, *Qua hora eſt?* Latine, *quota eſt hora?* bifariam reſpondet Hiſpanus: aut enim dicit *las tres.* Exempli gratiâ; hoc eſt, *Hora tertia:* & hoc, cùm horam exactè ſcit, & rem certam enuntiat. Aut etiam *Seran las tres*, inquit: hoc eſt, *Erit tertia.* nimirùm, quando dubitat, & poteſt dicere: *Ego ſanè horam exactè neſcio: at exiſtimo eſſe tertiam plus minus.*

De futuro eodem modo. Solet quis dicere *Hoc nolo facere, tot tamen me precibus obruent, ut tandem facero.* Hiſpan. *Yo no tengo intention de hazerlo; pero tantos ſeran las interceſſiones y ruegos, que pienſo que lo vendré a hazer.*

De Numeris.

CXXVII. NIhil ſpeciale occurrit, Verba enim tot habent numeros, quot nomina: Singularẽ, Pluralem; & in Hebræorum Præſenti, & in omnibus Græcorum temporibus etiam Dualem. Ubi notari volo in pleriſq; Temporibus, præcipuè activis, Græcos carere primâ perſonâ Dualis numeri: nec commodè poſſe dicere *Nos duo legimus*, niſi recurrant ad Λέγομεν, quæ eſt prima perſona Pluralis.

De Perſonis.

CXXVIII. *Explicatur numerus & ſignificatio perſonarũ.* TRes ſunt & ab ordine *Prima*, *Secunda*, & *Tertia* denominantur. Quicumque loquitur, ſemetipſum dicit eſſe primam perſonam; illum, qui-cum loquitur, ſecundam: alium quẽcumq; tertiam. Nulla eſt lingua, in quâ plures perſonæ reperiantur. Cùm ille, qui loquitur agit de ſeipſo, nec tamen vult exprimere, an de ſe agat, utitur tertiâ perſonâ, ut cùm Hipponenſis Epiſcopos dixit, *De hac re dubitat Auguſtinus.* quo ſenſu Chriſtus Lucæ 12. *Dico autem vobis: Omnis quicumq; confeſſus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei.*

De Scholaſticâ aliquorum Verborum ſignificatione. An idem ſignificent civiliter & ſcholaſticè?

CXXIX. SUnt aliquot in uſu verba, quorum ſignificatio, non eſt eadem in Scholâ & foro: ſunt & aliqua, quæ debent breviter exponi: *aliqua* inquam, non enim omnia huc referam, quia in Lexico Philoſophico commodiùs deberẽt ſcribi: ſed, ut rem Studioſus intelligat, & communiorum vocum Scholaſticam ſignificationem percalleat.

Verbum Eſſe.

An illud ſit Verbum defectivũ? MUlta ſignificat: & tria præcipuè: primò identificationem, ſecundò exiſtentiam, tertiò comeſtionem. Cùm ſignificat identificationem videtur eſſe defectivum, & vix habere alia tempora, quàm Indicativi Præſens, & Præteritum imperfectum Subiunctivi, & Præſens etiam Infinitivi. Dicimus enim, *Homo eſt animal, Animal eſt vivens*: & item, *Si canis eſſet leo, eſſet rugibilis, Si equus eſſet homo eſſet rationalis*: &c. & interdum, *Ego ſcio Hominem eſſe ſubſtantiam*, &c. non autem bene & congruè, *Homo fuit animal*, aut *Animal erit vivens.* Imò hoc ſenſu videtur primâ & ſecundâ perſonâ ſingularis, & toto numero plurali carere. Interim per alia tẽpora, licèt non ſit in uſu, ſi neceſſitas poſtulet, inflecti poterit.

Cùm ſignificat exiſtentiam, tunc eſt integrum, & per omnes modos & tempora, quod & docent Grammatici, variatur.

Cum tandẽ idem eſt *eſſe*, quod *edere*, tẽporibus & perſonis caret. Conſidera tantùm ſequentia.

Indicativum.	
Edo	....
Edis	Es. Comes.
Edit	Eſt. Comeſt.
Edimus	....
Editis	Eſtis
Edunt	....
Imperativum.	
Ede	Es
Edite	Eſto.
Subiunctivum.	
Ederem	Eſſem
Ederes	Eſſes
Ederet	Eſſet
Ederemus	Eſſemus
Ederetis	Eſſetis
Ederent.	Eſſent,
Infinitivum.	
Edere	Eſſe. comeſſe.
Supina.	
Eſum	Eſtum.
Eſu	Eſtu.
Hinc Compoſita.	
Comeſum	Comeſtũ.
Comeſſor. aris.	
Et in Paſſivâ.	
Comeditur. Eſtur.	

Multa afferri poſſunt & ſolẽt teſtimonia; ſed his pauculis poſitam doctrinam confirmo. Virgilius, *Eſt mollis flamma medullas.* Plautus *Es, bibe.* Cicero, *Claudius mergi pullos in aquam iuſſit, ut biberent, quoniam eſſe nollent.* Plautus, *Qui è nuce nucleum eſſe vult, franget nucem.* Et iterum, *Dies noctesque eſtur & bibitur.* Iuvenalis, *Et ſic ò rapturus de nobilitate comeſâ.* Martialis: *O quanta eſt gula centies comeſſe!* & Horatius, *Comeſſabere Maximi.* CXXX. *Confirmatur exemplis.*

Putant Grammatici ſupinum *Eſtum* eſſe ab *Eſſe*, & ſupinum *Eſum* ab *Edere.* ſed aliquibus placet utrumque potius ab *Eſſe* diducere; ita ut *Edo. is. dedi* dicatur carere ſupino, cùm habet primam brevem, & ſignificat comedere: nam cùm habet primam longam & ſignificat educere eſt *Edo. is. Edidi, Editum* Sed iam obtinuerunt Grãmatici, & dicunt Edo. ĕdis. ēdi, eſum, *vel* eſtum. Cŏmĕdo, cŏmĕdis, cŏmēdi, cŏmēſum, vel cŏmeſtum. *Eſum & Eſtum unde ſint*

Sed cur *eſſe* & *ĕdere* idem ſignificant? Reſponderet Epicureus, vel hinc colligi hominem ad comedendum natum. Hinc illud, *Comede, bibe; cras morieris.* omnia enim in fines ſuos prædeſtinantur, & cùm humanæ vitæ finis luxus ſit, oportet uti vitâ prout poſſumus, & quamdiu poſſumus, poſt mortẽ enim nulla voluptas eſt. At nos Philoſophi Chriſtiani hanc doctrinam regerimus, & affirmamus hominem non exiſtere ut ĕdat, ſed ĕdere ut exiſtat: adeoq; meritò *eſſe* & exiſtere & comedere ſignificare, ſunt enim ſtrictè connexa, ſed aliter quàm Epicurei & ſimiles alij delirant: oportet enim eſſe (ĕdere) ut ſimus, non verò eſſe (exiſtere) ut edamus. *Dubium.* *Solutio moralis.*

Præter iſtas ſignificationes & acceptiones ponenda eſt Tranſitiva, quâ utitur P. Valerianus Magnus, quâ & utor ego. qui tamen toto cœlo differimus, ego enim active tunc tantum verbũ iſtud accipio, cũ aliquã entitatẽ producit cõmunicãdo ſuã eſſentiã: & hãc diverſis modis, unde

diverſæ acceptiones reſultant. At Magnus quãdo ait *Theophilus eſt ſeipſum* videtur activitatem ſine activitate intelligere.

Verba Vivo *&* Bibo.

CXXXI. *De conviviis, aut etiam combibiis.* SIcut uno & eodem verbo ſignificavit Latinus exiſtere & edere: Sic etiam uno & codẽ exiſtere & bibere, nam ſtando labio Hiſpanico, non diſtinguitur *Vivere* à *Bibere*: & ſtando corruptiſſimis multarum provinciarum moribus, omnia *Convivia* ſunt *Conbibia*: ille enim apud plurimus nobiliùs vivit, qui generoſiora vina bibit. Sed hæ omnes exorbitantiæ corriguntur, ſi ſciamus Hominem bibere, ut vivat: & non vivere, ut bibat.

Verbum Nolo.

CXXXII. PUtarunt veteres verbum *Nolo*, idem eſſe, quod *Non volo*. at Reformator Dialecticus, qui inferiùs dabitur, eſſe idem quod *Volo non*, evidenter oſtendet; hæc enim propoſitio *Nolo legere* nõ æquivalet huic, *Nõ volo legere*; ſed huic, *Volo non legere*. Hinc eſt iuniores non benè complevisse tempus præſens indicativi.

Dicebant veteres	Dicunt iuniores	*Sed deberent*
Nolo.	*Nolo.*	Volo non
Nevis.	*Non vis.*	Vis non
Nevult.	*Non vult.*	Vult non
Nolumus.	*Nolumus*	Volumus nõ
Noltis	*Non vultis*	Vultis non
Nolunt.	*Nolunt.*	Volunt non.

CIrcumloquuntur hodie *Non vis legere, Non vult legere, Non vultis legere*, cùm dicere deberent, *Vis non legere Vultis non legere*: aliud enim eſt *Nolo*, aliud *Non volo*. cùm dormio *Non volo legere*, at verò falſum eſt quod cùm dormio, tunc *Nolo legere*, aut *Volo non legere*: quia noluntas eſt actus poſitivus volendi rem non eſſe, idem enim eſt *Nolo legere*, ac *Volo non legere*.

Verbum imperſ. Datur, dabatur, *&c.*

EST in uſu apud Scholaſticos & ſignificat *eſſe, exiſtere, reperiri*, & habet tantummodò tertias perſonas; ut cùm dicimus: *Datur in rebus unum animal rationis compos. Dabantur olim plures ſtirpium ſpecies, ſed iam multa perierunt: & quia immiſcentur animantes plura dabuntur olim brutorum genera, quàm nunc dantur. Si daretur aliquis corvus albus, ille eſſet rara avis in terris, nigroque ſimillima cygno.*

PARTICIPIUM.

CXXXIII. *Quid ſignificet?* INventum eſt compendij causâ, & non complectitur Nomen Verbũque, ut vulgò dicitur, ſed Pronomen relativum & verbũ; quoniam idem eſt dicere *Qui amat*, duabus vocibus, quàm unicâ *Amans*. Poſſent dari Participia omnibus tẽporibus correſpondentia, ſed in nullo idiomate tot dantur.

Participia Hebræorũ. Hebræus Participio præterito & futuro caret, & præſenti utitur loco Verbi, illudque activè Benoni, & paſſivè denominat Pahul, ut

פֹּקֵד. *Qui viſitat.* Benoni
פָּקוּד. *Qui viſitatur.* Pahul.

Græcus multò fertiliorem habet Participiorũ meſſem, pleriſque enim temporibus Participia cooptat. ait enim.

Participia Græcorũ In præſenti & præt. imperf. Λέγων, λέγουσα, λέγον, *Qui, quæ, quod legit, aut legebat.* Legens.

In præterito perf. & plus quam perf. (quod Definitivum aliqui nominant) Λελεχὼς, λελεχυῖα, λελεχὸς, *Qui, quæ, quod legit vel legerat.*

In futuro priori, Λέξων, λέξουσα, λέξον, *Qui, quæ, quod leget.* Lecturus, a, um.

In futuro poſteriori, Λεγῶν, λεγοῦσα λεγοῦν, *Qui, quæ quod leget. Qui, quæ, quod lecturus a. um. erit.*

In aoriſto primo, Λέξας, λέξασα, λέξαν, *Qui, quæ, quod légit*; ſine ullâ determinatione temporis.

In aoriſto ſecundo, Λεγὼν, λεγοῦσα, λεγὸν. *Qui, quæ, quod légit.*

His in paſſivâ ſua etiam reſpondent Participia, ut quidquid activè dicitur, poſſit in paſſivam converti.

Participia Latinorum. At Latinum idioma in hoc genere pauperrimum eſt; hæc enim tantùm Participia præſe fert.

	Activè	*Paſſivè*
Præſentis.	Amans.	* * *
Præteriti.	* * *	Amatus.
Futuri	Amaturus.	Amandus.

Vidimus Latinorum Paſſivam temporibus nonnullis carere; modò docere decrevimus, quî circũloqui poſſimus, & omnia exprimere, quæ in Græcâ aut aliâ perfectiori poſſemus. Iuvamur enim Participiis & dicimus. CXXXIV. *Complctur Paſſiva participiis.*

ACTIVE.

Præſens.	Lego.	*Legens ſum.*
Præt: Imp.	Legebam.	*Legens eram.*
Præt. perf.	Legi.	*Legens fui.*
Præt. p. q. p.	Legeram.	*Legens fueram.*
Futur. Imp.	Legam.	*Legens ero Lectur⁹ ſũ.*
Futur perf.	* * *	* * *
Fut. p. q. p.	* * *	*Lecturus ero.*

PASSIVE.

Præſens.	Legor.	* * *
Præt. Imperf.	Legebar.	* * *
Præt. perf.	* * *	*Lectus ſum* [*Lectus eram*]
Præt. pluſq.	* * *	*Lectus fui*] *Lectus fueram*]

Futu-

Futur. imp.	Legat	*Legendus ſum*
Futur. perſ.	* * *	* * *
Fut. p. q. perſ.	* * *	*Legendus ero.*

Ut homines audaces ſunt, ſic multi in hoc genere multa conati. Fuit qui voluerit totum idioma Latinum reformare & è ſingulis temporibus cognata Participia diducere. Propono ſpecimen.

Audacis lingua Participia.

Radices.	Participia.
Amant.	Amans,antis.
Amabant.	Amabans,antis.
Amaverunt;vel	Amaveruns,untis:*vel*
Amarunt.	Amaruns,untis.
Amaverant.	Amaverans,antis.
Amabunt.	Amabuns,untis,
Amaverint.	Amaverins,intis.

Sic inter alia ille; & fœlici quidem ingenio, ſi vulgi favorem meruiſſet. Linguæ pendent ab uſu;& ſi non placeas,non loquêris cum multis; nec eloquêris , ſi permittaris uti privatâ & ſecretâ Grammaticâ.

De uſu Participiorum.

CXXXV. OMnia , quæ Verbo adjectivo explicantur, omnia omnia, verbo Subſtantivo & Participio exprimi poſſunt: Sed non contrà. Proderit Participia ſingula examinare.

Participium præſentis. Act.

Significatio & uſus Participii præſentis.

Amans ſum.	Amo.
Amans eram.	Amabam.
Amans fui.	Amavi.
Amans ero.	Amabo.
Amans fuero.	Amavero.

Et ſic etiam per cæteros modos videtur Verbo adjectivo æquipollere exactè.

Participium futuri. Act.

Significatio & uſus Participii Futuri activi.

Amaturus ſum. Amabo. [*Hoc tempus videtur exactè reſpondere futuro.*]

Amaturus eram. Erat tempus , in quo erat verum dicere , *Amabo.* Hîc vides duo tempora, aliud pronunciationis, & aliud amoris & interrogas , an utrumque ſit mihi præteritum ? Reſpondeo proponendo iſta tempora, A. B. C. (D.) E. F. G. quorum D ſit mihi præſens, priora præterita, poſteriora futura;& ajo, *Tempus* B. *erat, in quo erat verum dicere,* Amabo, *nempe in aliquo tempore poſt ipſum* B. ergo in C. D. E. F. vel G. Igitur B eſt tempus pronunciationis, & mihi imperfectè præteritum:& tempus amoris debet neceſſariò eſſe futurum ipſi B, non verò mihi. Quamobrem, ſi amor ſit in C, erit mihi præteritus; ſi in D. præſens: ſi in E. F, vel G. mihi futurus.]

Amaturus fui. Fuit tempus, in quo fuit verum dicere, *Amabo.*

Amaturus fueram. Fuerat tempus, in quo erat verum dicere, *Amabo.* Fuit tempus, ante quod fuerat verum dicere, *Amabo,* &c. [*Tempora iſta præterita (tria videlicet ultima) non reperiuntur in* Indicativo verbi Amo, as. *& ideò per circumloquia & ambages rigorem explicare debuimus.*]

Amaturus ero. Tempus erit poſt quod amabo. [*Multi exiſtimant unum & idem ſignificare* Amaturus ero, *&* Amavero: *ſed ſignificatio hujus vocis* Amavero, *tam eſt obſcura & incerta, ut non poſſit ſumi ad expoſitionem alius, niſi velimus obſcura obſcurioribus dilucidare: at meliùs ſecundo Græcorum futuro uteremur, ſi verum ſit illud eſſe tempus poſt futurum ; nam hoc ipſum in dubium vertunt nonnulli excellentes Grammatici.*]

Futurum perfectum.

Græcorum Poſt-futurum.

Amaturus fuero. Tempus fuerit poſt quod amabo. *Aut ſi* Fuerit *eſt tempus poſt futurum.* Tempus erit , poſt quod & erit illud tempus, poſt quod amabo.

Participium præteriti. Paſſ.

CXXXVI. *Significatio & uſus Participii præteriti,*

T*Eſtatus ſum.* Perhibui teſtimonium. Tempus fuit in quo fuit verum dicere , *Teſtimonium perhibeo.* [*Eſt temporis præteriti perfecti.*]

Teſtatus eram. Perhibueram teſtimonium. [*Fortè eſt temporis præteriti plus quàm perfecti. Conſultò poſui illud* fortè , *quia plusquamperfecti ſignificatio etiam obſcura eſt.*]

Teſtatus fui. Tempus fuit, in quo fuit verum dicere , *Teſtimonium perhibui.* [*Eſt hoc tempus ante præteritum , aut præteriti præteritum, ut alii loquuntur.*

Teſtatus fueram. Tempus fuerat, in quo erat verum dicere *Teſtimonium perhibui.* Tempus erat, ante quod fuerat verum dicere, *Teſtimonium perhibeo.* [*Eſt duplicis aut triplicis præteriti ſubordinata ſignificatio.*]

Teſtatus ero. Tempus erit , in quo erit verum dicere, *Teſtimonium perhibui.* Tempus erit , ante quod ſit verum dicere, *Teſtimonium perhibeo.*

Teſtatus fuero. Tempus fuerit , in quo ſit verum dicere, *Teſtimonium perhibeo.* Tempus fuerit, ante quod ſit verum dicere , *Teſtimonium perhibeo.* [*Et hoc etiam tempus faciliùs linguâ proferri, quàm exponi, nemo in dubium vertere poterit. multa enim ex uſu dicimus, quæ exactè explicare non poſſumus.*]

Participium Futuri. Paſſ.

CXXXVII. *Significatio & uſus Participii futuri paſſivi.*

Ex uſu Participii in *rus* conſtat clarè , quid ſignificet Participium in *dus.* Interim breviter tempora univerſa percurram.

Amandus ſum. Amabor.

Amandus eram. Tempus erat, in quo erat verum dicere, *Amabor.*

Amandus fui. Tempus fuit, in quo fuit verum dicere, *Amabor.*

Amandus fueram. Tempus fuerat, in quo erat verum dicere *Amabor.*

Amandus ero. Tempus erit , in quo ſit verum dicere, *Amabor.* Tempus erit , poſt quod erit verum dicere *Amor.*

Amandus fuero. Tempus erit , poſt quod erit verum dicere *Amabor.*

PRÆPOSITIO.

CXXXVIII *Quid & quotuplex ſit*

MUltas & varias hujus partis Orationis definitiones invenio: & præ cæteris arridet hæc *Præpoſitio eſt vocula, modum quendam nominis adſignificans*, videlicet vel motum, vel quietem, vel cauſam, vel formã, vel privationem, vel materiam, vel tempus concernens. Motum importat *Ad, Verſus, Adverſus.* Quietem *In, Sub, Subter.* Cauſam *Ob, Pre, Pro, Propter, Secundum.* Formam *Cum, Adinſtar.* Privationem *Abſque, Sine, Clam, Prater.* Materiam, *Ex.* & Tempus *Circiter.*

Præpoſitio expreſſa. Subdividitur Præpoſitio in Expreſſam, Præfixam, & Tacitam. Primi generis ſunt, omnes quæ diſtinctè ponuntur, ut cùm dicimus, *Clodius feſtinat in agrum.* *Præfixæ.* Secundi verò, ut *Victor victam advenit urbem*, hoc eſt, *venit ad urbem.* Ubi vides præpoſitionem *ad* non nomini ſed verbo præfigi. Tertii tandem ſunt omnes quæ ſubintelliguntur, ut *Tandem remanemus Athenis*, hoc eſt, *in Athenis.* *tacitæ*

Dantur etiam Poſtpoſitiones, quæ Præpoſitiones poſtpoſitivæ ſolent dici, nullâ vocabulorum repugnantiâ; vocantur enim *Præpoſitiones*, quia ſenſu ſaltem præponuntur; & *poſtpoſitivæ*, quia vocaliter poſtponi debent. Ejuſmodi ſunt *Verſus* & *Tenus.* Cicero Attico. *Verti me à Minturnis Arpinum verſus.* Livius. *Adeò nudaverat vada, ut alibi umbilico tenus aqua eſſet, alibi genua vix ſuperaret.* Cælius Cicer. *Rumores illi de comitiis Cumarum tenus caluerunt.* CXXXIX. *Poſtpoſitio.*

ADVERBIUM.

CXL. SUnt ſæpè exponendæ aliquæ circumſtantiæ, quarum gratiâ Nomenclatores invenerunt Adverbia. Hæc eſſe dicuntur voces ſine numero, quæ aliis vocibus adjungi ſolent, ad earum modum, maximèque actionis & paſſionis circumſtantiam dilucidè exprimendum. Adjunguntur Nominibus, ut *Cœleſtiùs ſapiens*, *Humanitùs ferox*; Verbis etiam, ut *Currit velociter.* Participiis frequenter, ut *Tardè loquens, Graviter dicens, Impatienter ſubaudiens.* Interdumque alii Adverbio, ut *Multò doctiùs oravit Cicerone Demoſtenes.* *Quid ſit*

Adverbia objectiva & formalia. In omni lingua dantur Adverbia formalia & objectiva: hæc res ipſas afficiunt, illa actus quas eiſdem formamus. Formalia ſunt, Adverbia vocandi, Demonſtrandi, Dubitandi, Interrogandi, Reſpondendi, Affirmandi, Negandi, Jurandi, Demonſtrandi, Comparandi, Optandi, Hortandi, Prohibendi, Concedendi, &c. Objectiva ſunt Subſtantiæ, Identitatis, Unitatis; Quantitatis, Numeri; Qualitatis, Intenſionis, Remiſſionis; Temporis: Loci: Sitûs: Actionis, Paſſionis: & Habitus.

Hebræi nomina addito ה adverbialiter ſumunt, & Latini accuſativum à tacita præpoſitione *Per* rectum uſurpant loco Adverbii. Plautus Aſin. 2. 2. *Ætatem velim ſervire*, hoc eſt, *per ætatem*, vel clariùs, *ſemper.* Unde Juſtus Lipſius, cui Plautus & decrepiti omnes Authores multum debent, hac etiam phraſi fuit uſus in Epiſt. nuncupatoriâ præfixâ Centuriæ tertiæ ad Belgas. Ibi ait. *Videbitis, ſi tanti eſt legere: nec urgeo. Illud valdè, ut me qualem oſtendi erga vos urbemque veſtram eſſe, atque ætatem fore, ſeriò credatis.* *Hebræorum adverbia.*

INTERJECTIO.

CXLI. *An diſtinguatur ab Adverbio?* POſſet ad Adverbium reduci, ſed quia majoribus noſtris placuit illam diſtinguere, non eſt cur in re tam tenui hæreamus. Eſt autem Interjectio, *vox indeclinabilis animi affectum exprimens.* Et ſolitariè poſita integræ orationi æquipollet: quod etiam Adverbiis ſolitariè poſitis convenit. Sic enim exponimus & interpretamur ſequentia. *Quid ſit?* *An propoſitiones integras imbibat?*

Euge. Bonum erit.

Væ. Malum erit.

Medius fidius. Me Dei Filius adjuvet.

Ædepol, Adſit Pollux, &c.

Reperiuntur in omni Lingua Interjectiones Exclamandi, Vocãdi, Admirandi, Silendi, Lætandi, Dolendi, Faſtidiendi, Timendi, Minandi, Approbandi, Reprobandi, Hortandi, Dehortandi, Ridendi, Deridendi, &c. *Quotuplex ſit*

Sumuntur etiam Interjectionum loco nomina, in quibus aliud unde eruuntur, & aliud quod ipſa ſignificant. Hodie enim inter Religioſos & Pios, *Bone Ieſu! Deus! Sancta Ma-* *Nomina pro interjectionibus.*

ſta Maria! & Hiſpanicè, *Valgame Dios! Cielos! Dios mio!* ſunt Interjectiones admirantis: & æquivalent huic poſitioni, *Eſt-ne poſſibile?*

CONJUNCTIO.

CXLII. Quid ſit?

PArtes Orationis ſimiles, nexu indigent ut inter ſe uniantur; & iſte vocatur *Conjunctio*, quæ definitur, *vocula indeclinabilis, qua partes Orationis colligit.* Alii eam ſubintelligi malunt, alii expreſsè & moleſtè repetunt: illud, qui attentiores ſunt rebus; hoc, qui rigoroſiùs loquuntur.

An debeat ſemper exprimi?

Omittere ferè omnea conjunctiones Hiſpanorum aut vitium aut character eſt. Plurimæ deſiderantur in Lucano, plurimæ in Seneca, multæ in aliis Authoribus: multas omitto, & ſi meum genium ſequerer, ferè omnes. Qui rem intelligit, & argumentum penetrat, percipit ſibiipſis cohærere ſententias, nec egere particulis ut connectantur: quod, ſi interſerantur voculæ connexivæ, ſcopæ diſſolutæ illæ ſunt, nec additis & multiplicatis conjunctionibus cohærere poterunt. Hinc patet, quid debuiſſet reſponderi Caligulæ, Senecæ calamum vilipendenti. Suetonius: *Lenius, comptiuſque ſcribendi genus adeò contempſit, ut Senecam, tum maximè placentem, Commiſſiones meras componere, & Arenam eſſe ſine calce diceret.* Caligulæ hoc judicium eſt, inquit Lipſius in Judicio de Seneca, ineptè illius, qui cogitavit etiam de Homeri carminibus abolendis, itemq; Virgilii & Tit. Livii ſcriptis ex omnibus Bibliothecis amovendis. Reſpondeo igitur meum Senecam non vulgo nec plebi ſcripſiſſe; nec omni viro docto, ſed illi, qui attentè eum legeret. Et addo, ubi Lector mente Senecam ſequitur, ſenſum adſequi: nec inter ſententias ſuo ſe præmentes & conſolidantes pondere, conjunctionem majorem requiri.

An unio in phyſicis à ſuis extremis diſtinguatur.

Aut fallor, aut huc reduci poſſet illa celebris Quæſtio, quæ inquirit, An unio phyſica ſit aliquid ab extremis diſtinctum? Nam ſi nihil eſt ipſa præter extrema, fruſtra Grammaticus vocales conjunctiones interſerit, quia paritas & proportio poſtulat, ut ſicut de Phyſicis phyſicè, ſic etiam de Grammaticis diſcurramus Grammaticè.

Genera Conjunctionum.

In omni idiomate multa genera Conjunctionum enumerare eſt. Aliæ enim Abſolutæ ſunt, aliæ Conditionalea; aliæ Conjunctivæ, aliæ Diſiunctivæ, aliæ Adverſativæ, aliæ Cauſales, aliæ Ordinativæ, & aliæ tandem Concluſivæ. Aliæ antecedentes, aliæ conſequentes, &c.

NOTA.

CXLIII. An incipere poſſit oratio à voce Et?

DIxi Coniunctionem interponi debere, ut duo extrema copulet & connectat: at ſtatim occurrit Ezechiel, qui Librum ſuum Propheticum ſcripturus, ſic incipit. *Et factum eſt in trigeſimo anno, in quarto, in quinta menſis, cùm eſſem in medio captivorum iuxta fluvium Chobar, aperti ſunt cæli, & vidi viſiones Dei.* Quid ergo connectit illud *Et*?

Reſponſio ex S. Gregorio Magno.

Non ſum ego primus, qui excitavit hoc dubium; illud enim motum, controverſum, examinatum, reſolutum, reperitur apud Magnum Gregorium *libri 1. in Ezechielem homilia 2.* Ubi ſic inquit. [Prima quæſtio nobis oritur, Cur ia, qui nihil adhuc dixerat, ita exorſus eſt dicens, *Et factum eſt in triceſimo anno.* Namque *Et* ſermo coniunctionis eſt, & ſcimus, quia non ſubiungitur ſermo ſubſequens, niſi ſermoni præcedenti. Qui igitur nihil dixerat, cur dicit, *Et factum eſt*; cum non ſit ſermo, cui hoc quod incipit, ſubiungat? Qua in re intuendum eſt quia ſicut nos corporalia, ſic Prophetæ ſenſu ſpiritualia aſpiciunt; eiſque & illa ſunt præſentia, quæ noſtræ ignorantiæ abſentia videntur. Unde fit, ut in mente Prophetarũ ita cõiuncta ſint exterioribus interiora, quatenus ſimul utraque videant: ſimulque in eis fiat & intus verbum, quod audiunt; & foras, quod dicunt. Patet igitur cauſa, cur, qui nihil dixerat, inchoavit dicens; *Et factum eſt in trigeſimo anno*; quia hoc verbum quod foris protulit, illi verbo quod intus audierat coniunxit. Continuavit ergo verba, quæ protulit, viſioni internæ, & idcirco incipit dicens: *Et factum eſt*, ſubiunxit enim hoc quod exterius loqui inchoat, ac ſi & illud foris ſit, quod intus vidit. Hoc autem quod dicitur, quia in triceſimo anno ſpiritum Prophetiæ acceperit, indicat aliquid nobis conſiderandum: videlicet quia iuxta rationis uſum doctrinæ ſermo non ſuppetit, niſi in ætate perfectâ. Unde & ipſe Dominus anno duodecimo ætatis ſuæ in medio doctorum, in templo ſedens, nõ docẽs, ſed interrogãs, voluit inveniri.]

An pueri eſſe poſſint Prophetæ?

PAUSÆ.

CXLIV. An ſilentia & pauſæ orationis ſint partes?

IPſamet ſilentia, artificiosè inter periodos poſita, partes ſunt Orationis, & ſuam ſignificationem habent; non quidem categorematicam, ſed ſyncategorematicam, quia conſignificando partes alias, ſi ambiguæ ſint, ad determinatam aliquam ſignificationem reducunt. Quantitate inter ſe diſtinguuntur, & tono etiam, præcipuè apud Hebræos, qui in puncto finali non ſolùm ſyllabarum quantitatem,

Hebræorum pauſæ quales?

titatem, ſed & ſubſtantiam alterant & producunt. Calamus Pauſas has punctis notat, & quia ipſæ plures, etiam multis. Iſta ſunt [, ; : . ? !] quæ, quia omnibus nota, expoſitione ulteriore non indigent. *Latinorum quales*

APPENDIX.

Ratio addendi has quæſtiones. AD majorem præcedentium omnium intelligentiam fuccurrunt Quæſtiones nonnullæ, quas prodeſt proponere, & breviter examinare. Poſſem, aut poſuiſſe plura, aut poſita pluribus dilucidare; at iſta videntur ſufficere, amo enim eruditionem, conjunctam tamen brevitati.

QVÆSTIO I. INCIDENS.

CXLV. Ultimis Tabulis Theopompus gratus amicis, officioſus Reipublicæ, devotus cœlo, magnifica dona diſtribuit; aurea, argentea: ſed quia Jovi dicavit moribundus ſtatuam, nec Curatores litteram intelligunt, convenîtis, & ſententiam rogatis. Hæc erat Teſtamenti clauſula, *Ad Iovis gloriam fiat ſtatua auri ſceptrum tenens.* At inquirimus, ſtatuamne an ſceptrum afficiat illud *auri*? hoc eſt, an Theopompus voluerit eſſe auri ſtatuam: an verò illam marmoris eſſe, & ſceptrum auri? Et reſpondes, Hoc ipſum non ex moribundi verbis erui poſſe, (æquivoca enim ſunt) ſed debere ex ſilentio, poſſe ex pauſa. Nam ſi dixit, *Fiat ſtatua auri, ſceptrum tenens*, ita ut pauſa interſit vocibus *auri* & *ſceptrum*, gravat omninò hæredes, & vult ſtatuam fieri ex auro. Quod ſi ante vocem *auri* pauſam fecerit, & dixerit, *Fiat ſtatua, auri ſceptrum tenens.* Tunc exprimitur non ſtatuam integram, ſed ſolummodò ſceptrum infuſum ex auro.

Petenda eſt à punctis reſolutio.

Nota benè. Vide igitur quomodò etiam ipſamet ſilentia conſignificent; & quomodo homines etiam cùm maximè taceent, loquantur.

QVÆSTIO II. INCIDENS.

CXLVI. *Quid ſit ſignificatio.* Significationem eſſe virtualem quamdam tranſſubſtantiationem aſſeruimus, & ſicut realiter Chriſtus in Euchariſtia, ſic virtualiter in Grammaticâ res ſubeſſe accidentibus ſenſibilibus diximus; nimirum audibilibus cùm loquimur, viſibilibus, cùm ſcribimus; aut quocumque alio ſenſu perceptibilibus, cùm ſteganographicæ modos communicationis uſurpamus. At modò ſuboritur nova difficultas, An res ipſæ ſignificatæ pauſis ſubſtare poſſint? Nam pauſæ ſunt mera ſilentia, & ſilentia non ſunt ſenſibilia ſigna, ſed ſignorum ſenſibilium carentiæ. Difficultatem ipſam urget nova conſideratio; Quoniam non ſolùm ſilentia immixta vocibus conſignificant, ſed etiam ipſa ſeorſim poſita æquipollent integris propoſitionibus. Unde orta Axiomata, è quibus nonnulla produco. I. *Multum dicit, qui omnia intelligit, omnia tolerat, & nihil dicit.* II. *Nulla reſponſio, fortiſſima reſponſio eſt.* III. *Qui tacet, conſentire videtur.* Unde Hiſpanus, *Quien calla, otorga.* His igitur conſideratis ſic arguis. Si ſignificatio ad placitum eſt virtualis ſeu moralis tranſſubſtantiatio, ſignificatio Pauſæ erit virtualis quædam ſubſtantiæ Pauſæ in rem ſignificatam converſio, vi cujus res ſignificata ſubſit virtualiter accidentibus ſenſibilibus Pauſæ. At hoc eſt impoſſibile. Ergo. Probatur minor. Quia Pauſa & Silentium nihil ſunt, non habent ſubſtantiam quæ converti dicatur, nec accidentia ſenſibilia ſub quibus res ſignificata queat intelligi:

An pauſæ ſint literæ?

An & ſilentium habeat vocem?

An Pauſa ſit aliquid

CXLVII. *An ſit purum nihil?* Reſpondeo Silentium & Pauſam non eſſe purè nihil, eſt enim tempus ſono carens inter duas voces cadens, quæ ejus quantitatem metiantur. Nec patiar Silentium inſenſibile dici: quia ſicut aure de ſono judico, etiam auris miniſterio percipio nullum audiri ſonum; quod certùm ſcire non poſſem, ſi potentiâ auditivâ carerem. Eſſentia igitur temporis in rem à ſilentio ſignificatam convertitur, illaque intelligitur ſubeſſe quantitati hujus ſilentii, quæ eſt verum ſilentii ejuſdem accidens. Nec mirum quantitate & loco ſilentium à ſilentio diſtingui, quoniam etiam in nonnullis vocibus ſignificatio mutatâ quantitate mutatur. Aliud enim *Pŏpuli, Lepŏris, Decŏris* voces, & aliud *Pōpuli, Lepōris*, & *Decōris* voces ſignificare certum eſt.

An ſit inſenſibile?

Mutato tempore ſæpè ſignificatio ipſa mutatur.

QVÆSTIO III. INCIDENS.

PRogrederis ulteriùs, & inquiris. *Vtrùm carpendi ſint iuniores Philoſophi & Theologi, qui invenerunt nova nomina, quibus veteres non fuerunt uſi?*

An ſcholaſtica voces ſint barbaræ? Hæc quæſtio æquè in Vocali Logicâ ac Scripta tractari potuit; at illam hîc volui controvertere; ut altiùs hæreret memoriæ. Sunt in uſu hodiè apud Philoſophos & Theologos multa nomina, quæ Barbara Grammatici dicunt. Cùm in libris legunt, quæ non reperêre in Cicerone, ſtomachantur, putantque nihil eſſe Latinum, quod Ciceronianum non ſit. Illis vel invitis reſolvo eſſe eloquentiſſima hæc vocabula, nimirùm.

An ſine Cicerone loqui poſſit?

Ens.
Subſtantia.
Accidens.
Subſiſtentia.
  Exiſtentia.
Quantitas;
  Diſcreta.
  Continua.
Qualitas.
  Habitus,

diſpo-

Digitized by Google

diſpoſitio:
potentia,
impotentia:
paſſio,
paſſibilitas:
forma,
figura.
Relatio;
mutua.
non-mutua.
Duratio;
æterna,
æviterna,
temporanea.
Quando;
Præteritum,
Præſens
Futurum;
Locus;
internus.
externus,
Ubicatio;
in ordine ad ſe
in ordine ad locum.
Situs;&c.
Habere:&c.
nec non
hæc Abſtracta,
Univerſalitas,
Prædicabilitas,
Genereitas.
Speciei tas,
Ecceitas,
Petreitas,
& ſimilia.

CXLIX. Lingua & calamus ſervire menti debent, nec ideò cogendus ſum conceptum meum ſupprimere, quia Cicero non habet verba, quibus illum exponam. Eloquentiſſimus fuit Plato, & ejus lingua tanti ab Athenienſibus facta, ut aſſererent, Jovem, ſi Græcâ loqui vellet, non niſi Platonicâ uſurum; & tamen millena ipſe nomina invenit, quæ prioribus omninò ignota. Formas ipſe abſtractas adſtruxit, quas à nominibus vulgaribus denominavit. Nam à menſâ, ſcypho, flore, roſâ, ligno, &c. *menſeitatem, ſcypheitatem, floreitatem, roſeitatem, atque ligneitatem* diduxit. De quibus, cùm coram Philoſophis diſſereret, Diogenes verborum novitate perculſus, *Ego*, inquit, *Plato mi, menſam quidem & ſcyphum video, at menſeitatem & ſcypheitatem non video.* Cui animo ſedatiſſimo Plato; *Nec mirum, menſam ſcyphumque videas, qui corporeos oculos habes; Si intellectuales haberes, etiam menſeitatem & ſcypheitatem videres.* Sic Plato, non illi ſolùm, ſed omnibus noſtri ævi Grammaticis, qui emunctos oculos & perpolitas aures habent, mentem omninò cœcam habent, nec vim earum vocum intelligunt, quas vocant barbaras, quòd Ciceronianæ non ſint. Sed duo mihi ſummi momenti occurrunt; alterum, Ciceronis periodos non eſſe fidei regulas, à quibus non liceat diſcedere, ubi ratio & neceſſitas urget; alterum eumdem Ciceronem uſum hiſce vocabulis, quæ noſtri Oratores condemnant. Nam teſte Philippo du Trieu, in Dialect. p.1.c.1.art.5.pag.10. Sicut nos à

Nomina abſtracta videntur deberi Platoni.

Cùm opus fuit, illis etiam uſus eſt Cicero.

Petro & Paulo *Petreitatem* & *Pauleitatem*, ſic ille à Lentulo *Lentulitatem* dixit. Et Viri docti aſſerente Auguſtino libr.10. de Civit. cap. 23. *Liberis verbis utuntur, nec in rebus ad intelligendum difficillimis religioſarum aurium offenſionem pertimeſcunt.*

CL. Porrò non videbor iniquus, ſi concedi poſtulem orthodoxo Philoſopho, quod Theologo gentili conceſſum. Quicumque novam olim inveniebat Deitatem, novum nomen cudebat; ergo & nunc inventâ novâ formalitate novo illam nomine inſignire poterimus. Quod ſi terminos Theologiæ Ethnicæ neſcias, aliquos addam, ut cum Philoſophiæ Chriſtianæ componas terminis, & utri ſint magis horridi & barbari ſine partium acceptione definias. Dicitur igitur

Theologi ethnici novarum dictionum cuſſores.

Saturnus *à Saturitate.*
Juppiter, *quaſi Iuvanspater,*
Mars *à morte.*
Sol *quia ſolus*
Venus, *quia venit (voce obſc.)*
Mercurius *à mercibus.*
Luna, *quia eſt illa una.*
Ops *ab ope.*
Vagitanus *à vagitu.*
Cunina *à cunis.*
Rumina *à ruminando.*
Statilinus *à ſtando.*
Adeona *ab adeundo.*
Abeona *ab abeundo.*
Volumnus *à volendo.*
Vertumnus *à vertendo.*
Flora *à floribus.*
Fructeſca *à fructibus.*
Spinienſis *à ſpinis.*
Bellona *à bello.*
Æſculanus *ab ære.*
Argentinus *ab argento.*
Janus *à janua.*
Cluſius *à claudendo.*
Patulſius *à patendo.*
Feſſania, *quòd feſſa anus ſit.*
Carna *à cardine.*
Verra *à verrendo*, &c.

Ethnica veterum Deorum nomina.

CLI. Quæ ethnica nomina cum noſtri ævi Scholaſticis terminis comparata, duriora, aſperiora, & minùs neceſſaria videntur. Ergo, ſi datur Eloquentia, erit virtus; & ſi virtus, erit æqua; & ſi æqua, æqualis; nec patietur licuiſſe Ethnicis, ut delirarent, invenire vocabula; & Chriſtianis, ut ſuos conceptus exponant, non licere.

Concluſio.

Eloqui cum conceptuum jacturâ morbus antiquus eſt, nam & Platonis ævo multi Logodædali, dum Philoſophorum verba ad Grammaticæ communes regulas elimabant, corrumpebant ſententias, altioribus ſcientiis injurij. Cicero in Oratore. *Hæc tractaſſe Thraſymachum Chalcedonium primum, & Leontinum ferunt Gorgiam: Theodorum inde Byzantium, multoſque alios, quos* Λογοδαιδάλους *appellat in Phædro Socrates.* Cùm ejuſmodi Scriptores lego, quod de Gange Hieronymus Epiſt. 4. ad Ruſtic. Tom.1. olim ſcripſit, ad Philoſophicas ſcientias retorqueo; *In quibus Montes aurei* (ſententiæ pretioſæ & ſublimes) *naſcuntur, quos adire propter Gryphas* (γρῖφος vocum involucra & ænigmata)

Melius eſt in linguam quàm in mentem peccare.

Logodadali.

Ganges inacceſſibilis.

mata) *& Dracones* (*ὀφθαλμία* & oculorum morbos) *& immenſorum corporum* (qui ratione abutuntur *merè corporei & materiales* dici ſolent) *monſtra hominibus impoſſibile eſt.* Hæc Scholarum monſtra, logodædali artifices , pugiles logomachi, *quibus in legendo* (loquar cum Gellio libr. 20. cap. 11. Noct. Att.) *antè animus ſenio aut tædio languebit, quàm unum alterum-ve reperieris, quod ſit aut voluptati legere, aut cultui legiſſe, aut uſui meminiſſe.*

Gellii cenſura.

QVÆSTIO IV. INCIDENS.

CLII. *Idiomatis & Dialecti diſcrimen.*

AUdis hîc Pragæ homines peregrinos ; & quia variè loquuntur, interrogas, *An differant dialecto, an idiomate?* & ut meliùs ſcire poſſis, quid roges, & meliùs capere, quod reſpondebo, ſubperis, *Quid ſit lingua, dialectus, & idioma: & quomodo differant inter ſe?* Alicujus gentis lingua appellatur *Idioma* , & proprius loquendi modus, quem ſingulæ illius gentis provinciæ habent, *Dialectus.* Hanc ob rem Lingua Hebræa, Græca, Latina, Hiſpana, Gallica, Italica, Belgica, Germanica, &c. ſunt Idiomata, quæ ſub ſe continent multas Dialectos. Quoniam ſub linguâ Hebræa multi putant differre Dialecto Arabes, Turcas, Perſas, Caldæos, Syros, Aramæos, & alios; quos ipſos alii aſſerunt differre Idiomate; nos autem dum ipſi inter ſe ipſos diſputant, ſaltem Biblia ſacra & Rabinorum libros Dialecto differre pronuncio, multa enim ſibi licere Rabini volunt, quæ rigor Bibliorum ſacrorum non admittit. Sub Linguâ Græcâ quinque ſunt Dialecti præcipuæ; videlicet, Attica , Ionica , Dorica , Æolica , & Communis. Conſultò præcipuas me enumerare aſſero ; fuerunt enim aliquæ urbes minùs notæ & illuſtres in Græcia , quæ ſuas etiam habuerunt Dialectos, & has tam varias, ut ſi laboribus Herculeis Clenardi utamur, vix erit Solœciſmus qui à Poëta non poſſit Dialecti libertate excuſari. Suò Lingua Latina, ſi calamum conſiderem, paucas hodie Dialectos reperio, multas ſi labium. Comici enim & illius ævi authores à Cicerone & Virgilio calamo & labio differunt : at hodie nationes diverſæ vix differimus cùm Latinè ſcribimus; vix convenîmus, cùm Latinè loquimur; ſingulas enim literas , ſinguli pronunciant ſuo modo. Hiſpani eodem modo proferunt B & V: eodem G. J. & X: eodem M finale & N. eodem S initiale & ES: eodem T finale & D. Germani, ut bene notat Joannes Angelus Zumaran ſuæ Grammaticæ Germano-Hiſpanæ pag. 3. vix aut ne vix quidem diſtinguunt D à T; B à P; & V ab F. Itali, ubi proferunt, C, G, Ch. Gn, & alias literas ſimiles, ſe produnt, nec dantur duæ in Europa nationes, quæ Latinam Linguam pronuncient eodem modo: tot ergo , ſi prolationem ſpectemus, Dialecti ſunt Latinæ in Europa , quot diverſæ nationes. Hoc eruditè Deſpauterius, hoc & Verrepæus obſervavit: nam libro ſuæ Grammaticæ quinto cap 1. ſic ait. [Polonum, Belgam, & Hiſpanum Latinè loquentes in colloquium adhibe : vix quidem Latinum ſermonem intelligens , tam diſſimili vocis ſono redditum. At ſi literarum ſingularum ſonus eſſet, quod omnes Latinè loquentes idem, totus ſermo ſimiliter ſonaret, nec aliter Belga à Polono vel Hiſpano, quàm Belga à Belga audiretur & intelligeretur.] Sub Hiſpanica Lingua Dialectos perpaucas reperio, nec omnes omnino diſtantes. Caſtellanos loqui nitidiſſimè exiſtimo: Betici omittunt ſemper H; & Z aut etiam ç proferre videntur , ut S. Luſitani ore rotundiore eloquuntur, & in ſingulis conjugationibus & declinationibus à cæteris populis deviant. Gallecì ſuaviter loquuntur cum benè, at præter paucos, omnes contemnunt. Catalones nimiùm diſtant à forma communi loquendi; & Cántabri muliique alii populi , qui Pyrinæos incolunt, Idiomate à cæteris differunt. Reperio etiam Dialectos valdè varias in Galliâ; optimâ ſeuti Burdigalenſes putant, nam Pariſienſes tot peregrinorum implicati commercio, purè loqui non poſſunt. Gallo-Belgæ , quos vocamus Walones, aliter nobiſcum loquuntur, aliter Lotharingi & Leodienſes. In Belgio Brabantini, Flandri & Hollandi differunt; & ab his, qui ſincerè judicant, Dialectus Hollanda laudatur. In Germaniâ craſſiſſimè loquuntur Bavari , ſubtiliùs multò Auſtriaci ; & in ſingulis provinciis ſemper aliter. Bohemos Polonoſque ſola Dialecto differre multi exiſtimant ; & de peregrinis Regionibus variæ ſunt Hominum eruditorum opiniones.

Dialecti Hebrææ. *Dialecti Græcæ.* *An quis in Græcâ linguâ poſſit Solœciſmū committere?* *An lingua Latina habeat Dialectos?* *Dialecti Linguæ Hiſpanæ.* *quomodo Caſtellani loquantur?* *quo Betici?* *Quo Luſitani?* *Quo Gallæci?* *Quo Catalones?* *Quo Cántabri?* *Dialecti linguæ Gallicæ.* *Dialecti linguæ Belgicæ.* *Dialecti linguæ Germanæ.* *Dialecti Polonicæ.*

CLIII. *Quæſtionis reſolutio.*

Sed quid requiritur, ut duo populi differre Idiomate aut Dialecto dicantur? Reſpondeo breviter. Quorum linguæ eamdem materiam habent, & tamen aliter eam declinant aut inflectunt , ſi tanta ſit inflectionum varietas, ut commodè ſe non poſſint intelligere, Idiomate differre dicuntur: & ſi commodè ſe poſſint intelligere, dicuntur differre Dialecto. Si tamen ipſa vocum eſt diverſa materia , differunt plus quam Idiomate. Sed quo modo? Dicamus eos differre Linguâ: ita ut in una & eâdem Linguâ multa Idiomata , & in uno & eodem Idiomate multas Dialectos cognoſcamus.

Lingua, Idioma, Dialectus.

Quid ſit Barbaralexis, & Barbariſmus?

CLIV. *Balbi qui?*

QUi difficulter & imperfectè loqui poſſunt, *balbi* dicuntur, voce ab ipſo ſono deſumptâ. Hos Græci vocitarunt *Barbaros*, etiam à ſono , ſunt ergo Barbari , ſi ſtemus rigoroſæ nominis ſignificationi , iidem qui Balbi.

Balbari qui? *An Latini ſint barbari?*

Confluebant Athenas variæ gentes, & quia puritatem prolationis Græcæ aſſequi non potuerunt, cum Græcè audebant, balbutire viſæ, & ideò nominatæ *Barbaræ.* E quarum cenſu vix eximi repetias Latinam.

An etiam Græci? *An Nævius fuerit barbarus? An etiam Plautus?*

Sed & Romæ innumeri peregrini habitarunt, qui dum Latinum idioma balbutirent, à Romanis etiam appellati ſunt *Barbari*; quo nomine intelligere noluerunt Græcos , quorum ſemper idioma & ſcientiam (præſcindo à moribus) ſunt venerati , & tanti fecerunt idiotiſmos ſui temporis , ut Nævium , Poëtam antiquiſſimum , Plautus vocârit *Barbarum* , qui Plautus, ubi antiquus fuit, etiam potuit *Barbarus*

rus appellari, multa enim dixit, quæ impunè imitari non poſſes.

CLV. *Quæ ſit barbara dictio?*

Hodie dictio peregrinæ linguæ, ſi privato Iure latinitate donetur, barbara dicitur; nec tamen hæc ſemper condemnatur barbaries; eam enim interdum neceſſitas, interdum venuſtas excuſat. Hinc eſt quòd *Barbaralexis* & *Barbariſmus* differant; hic enim orationis eſt vitium, & illa pertinet ad ornatum: in quarum vocum expoſitione hallucinatur Calepinus; quas enim loquendi figuras *Barbariſmos* appellat, aut non ſunt barbaræ, aut barbaris lexibus ſunt adſcribendæ.

Barbaralexis: Barbariſmus.

An voces Græca Latinis interſerenda ſint?

Hac inſtructus doctrinâ Iuniorum Latina aperio Opera, & intelligo plurimas voces Græcas, quas oſtentationis causâ illi immiſcent. Et ſtatim interrogo, An potuerint conceptum ſuum latinè exprimere? &, ſi potuerūt, An ſaltem ſignificantiùs græcè illum expreſſerint, quàm latinè potuiſſent. Profectò, ſi voci Græcæ nulla latina correſpondet, barbariſmi non eſt incuſandus, qui Græcam poſuit; caret enim lege neceſſitas, & in tali caſu barbaralexis, non eſt Orationis morbus, ſed gratia. Si vox Græca latinè efferri poſſit, non tamen uno verbo ſed multis, & tamen illâ utaris in ſermone Romano, non te excuſabit neceſſitas, ſed venuſtas: diceris enim ad Græcum idioma recurriſſe, non quòd latinè mentem tuam explicare non poſſes, ſed quòd non poſſes æquè benè. Hæc certa ſunt, & quæ in dubium revocari non debent: & ex ipſis colligitur eos qui græcè efferunt, quæ latinè poſſent æquè benè, in Latini idiomatis puritatem peccare, & eſſe barbariſmi reos. Et, ſi iſti barbarè loqui dicuntur, quid de illis pronunciabimus; qui græcè enunciant, quod latinè poſſent ſignificantiùs? quid de illis, qui malè & obſcurè græcè dicunt, quæ poſſent latinè benè & clarè?

Nota id bene.

CLVI. *Paragloſſa.*

Hæc ſufficiant de Barbaralexi & Barbariſmo; ſed quia poſtulas, quo differant à Paragloſſâ barbarâ, reſpondeo, in uno aut altero verbo è peregrinâ linguâ uſurpato barbariſmū committi; nimiùm, ſi nec neceſſitas nec grana faveat; iſtæ enim conſtituunt barbaram lexin, quæ eſt Rhetoricæ Orationis figura: at verò Paragloſſam barbaram poſtulare ut materia totius Orationis ſit barbara.

Quid ſit Solæciſmus.

CLVII. *Laertius in Solonis vita*

E Populo Athenienſi colonias Solon Salaminius in Solos (urbs eſt Ciliciæ) tranſtulit. Et cùm non multo elapſo tempore nec Cilicium ſermonem aſſequuti, nec Athenienſis omninò obliti, cœpiſſent corruptè & imperfectè loqui, contigit ut ampliatione vocabuli, quicumque vitiosè loquerentur, dicerentur σολοικίζειν, hoc eſt, ſolœcizare: & eorumdem vitia dicta ſunt *ſolæciſmi*. Nec mirum, ſi bini populi, dum ſibi ſe attemperant, antiquas linguas corrumpant, & vitiosè loquantur, cùm videamus novas ex tali commercio linguas aliquando prodire; nam illa, quæ vocatur Syriaca (quam & Chriſtianam dicimus; quòd fuerit labio Chriſti, Deiparæ, Apoſtolorum & veterum Chriſtianorum conſecrata) in captivitate fuit orta, cùm videlicet Judæi captivi, nec linguam Babylonicam aſſequerentur, nec Hebræam retinerent, ſed mediâ viâ incedentes utramque commiſcentes & alterantes inceperunt, ſi liceat ſic loqui, σολοικίζειν, ſeu ſolœcizare, hoc eſt, ſolœciſmos committere.

Solæciſmi unde dicti?

Lingua Chriſtiana

Quid ſit Idiotiſmus?

CLVIII.

PRoprietas alicujus phraſis, quæ ad literam ad aliam linguam tranſire non poteſt, *Idiotiſmus* vocatur; quod notiſſimis exemplis dilucidari poterit. Dicit Hiſpanus *Vino de Roma*, ad literam, *Venit de Roma.* & illud *de* pertinet ad idiotiſmum Hiſpanum, & redundat in linguâ Latinâ. Sic etiam *Fué a Roma*, hoc eſt, *ad Romam*, ubi duplicem idiotiſmum reperio, nam illud *ad* proſcribitur in linguâ Latinâ; & verbum *eſſe* apud Latinos non eſt *ire*, ſicut apud Hiſpanos, aut etiam apud Hebræos, Syros, & alios; legimus enim in Evangelio, *Mulieres quadam ex noſtris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum.* Sed & apud Latinos *eſſe* ſignificat *comedere*, quod aliæ gentes non admittent.

An eſſe ſit Ire? *Luc. 24.*

CLIX.

Et quidem tametſi in ſubſtantivis, adiectivis, aut etiam verbis plurimi idiotiſmi reluceāt, videntur plures & notiores, qui in præpoſitionibus latent: multa enim verba apud alias nationes præpoſitionem pariunt, quam Latina non tolerat. Tempus apud alios populos habet præpoſitionem *in*, quam negligit ſemper Latinus. *En un mes*, ait Hiſpanus; *Uno menſe* Latinus. *Gaudebo ſuper hac re* Ait Pſalmiſta, *Beatus, qui intelligit ſuper egenum & pauperem*, & Latinus, non intelligit ſuper egenum & pauperem, ſed curat egenum & pauperem. Sic etiam multa dicuntur fieri in nomine Domini, Hebrææ linguæ idiotiſmo, quæ ſublatâ præpoſitione magis latinè dicerentur. Hebræi Meſſiam in nomine Domini venire dicunt, quem tamen Eccleſia Latina alloquitur his verbis: *Iſrael Rex es, Davidis & inclyta proles, Nomine qui Domini, Rex benedicte, venis*: in quibus præpoſitio omittitur.

Hebræus, Hiſpanus, & alii utuntur præpoſitionibus, quas Latinus non tolerat.

PARS II.

METRICA

DISSERIT PHILOSOPHICE DE SYLLABARUM NATURA ET INGENIO:

de principiis & cauſis intrinſecis & extrinſecis ; de accentu & loco · de magnitudine, compoſitione, & proportione: de quantitate verâ & ſecundum dici: de primo Motore ſeu Deo.

HIC CLAUDITUR TOTA PHILOSOPHIA NATURALIS, & multæ curioſæ & difficiles controverſiæ ſummâ claritate explicantur & dilucidantur; & præparatur animus, ut Partem tertiam, quæ omnium ſcientiarum clavis eſt, utiliter legere poſſit.

CLX. TRactat Ariſtoteles in octo Phyſicorum libris de mirabili Auſcultatione; & cùm Poëſis quædã ſit auſcultatio mirabilis, nulli mirũ videbitur, ſi etiam in arenâ literariâ ſint Mutici. Sequemur ordinem, quem obſervant hodie Peripatetici, & quia Ariſtoteles illorum Parens Phyſicen ſuam in octo Libellos diſpeſcuit, *in quorum primo* de Materiâ, Formâ, & Privatione; *in ſecundo* de Naturâ & Cauſis; *in tertio* de Motu & Infinito; *in quarto* de Loco, Vacuo, & Tempore; *in quinto* de diſtinctione, unitate, & contrarietate motûs, *in ſexto* de compoſitione & diviſione Continui, *in ſeptimo* de moventium & Mobilium comparatione; & *in octavo* de Primo-Motore, diſſerui; Noſtræ Scholaſticæ Meditationes paſſiones & proprietates ſyllabarum octo Articulis explicãdas & dilucidandas ſuſcipient: quorum acturus *primus* ſit,

Quid agat Ariſtoteles in octo Phyſicorũ libris?

de Materiâ, Formâ; imò etiam Privatione ſyllabarum: *ſecundus* de earumdem Naturâ, & Cauſis intrinſecis, extrinſeciſque: *tertius* de illarum Accentu, Tono, & Motu: ſyllabæ enim acutæ ſubriguntur, graves deprimuntur, circumflexæ vibrantur: *quartus* de Loco & Vacuo; habent enim dictiones ſua loca, ſua tempora, ſua vacua: *quintus*, ut poſſit à tertiâ differre, aget de vario ſtyli motu, de diverſo ſcriptionis & lectionis proceſſu, vario enim impulſu calamꝰ cũ ſcribit; vario linguæ, cùm effert, diriguntur; *ſextus* curioſiſſimam dilucidabit controverſiam, & examinabit omninò, An ſyllabarum tempora, quibus conſtant, ſint indiviſibilia, an verò contrà poſſint eſſe minora ſine fine? An habeant magnitudinis & parvitatis terminos, quos excedere nequeant? an verò poſſent infinitum extẽdi, aut etiam infinitùm diminui? An omnes longæ ſint æquales? An omnes breves? An Homerus Virgilius alij-ve longas longiores & longiſſimas; breves, breviores & breviſſimas ſyllabas noverint? An poſſit inſtitui ſeverior & accuratior carmina componendi Methodus? *ſeptimus* Moventia cum Mobilibus conferet, examinabitque, An reverà dentur ſyllabæ quæ longo tẽpore moveantur; an quæ brevi? An hoc diſcrimen pendeat ab earumdẽ ſyllabarũ naturâ, an verò à veterum Poëtarũ voluntate? Et tandem *octavus* ad Deũ ſubrigẽs oculos, eiuſq; eſſentiã & attributa ex principiis Metricis dilucidabit.

Quid & Nos in octo Articulis ſequentibus acturi ſumus?

ARTICULUS I.

De primis ſyllabarum principiis.

TVnc nos aliquid exactè cognoſcere, inquit Philoſophus Stagirita, *cũ eius prima principia & elemẽta penetramus*. Unde licet inferre nihil omninò Dialecticos, nihil Logicos, nihil Grãmaticos cognituros exactè, niſi ad hoc ipſi Gymnaſium confluant, & literarum ſimplicium eſſentiã & naturam examinent. Syllogiſmus, de quo tractat Dialecticus, coponitur tribus Propoſitionibus. Propoſitio, de quâ diſputat Logicus, Vocibus, quas vocat Terminos. At ultra iſtos terminos etiam proceditur, nam Voces adhuc poſſunt ſubdividi. Oportet igitur ulteriùs progredi, ſi res velimus aſſequi & cognoſcere exactè. Sed quia Vox componitur ex Syllabis, Syllabæ ex Litteris. Et quia iſtæ ſunt atomæ & indiviſibiles; ubi primò ad Literas, ad littora ventum pronũcio, in quibꝰ erigendæ ſint columnæ Herculeæ, & inſcribendũ, NON PLUS ULTRA. CLXI.

Quid ſit ſcire?

Syllogiſmus dividitur in propoſitiones · iſtæ in terminos. & iſti in ſyllabas.

An litteræ ſint indiviſibiles?

1.

SAnè Syllabæ è vocalibus & cõſonãtibus ſolis ſcõponi; & ſtatim aliquis inquirere poſſet, Utrę ad Syllabę materiã pertineãt; utræ ad formã?

Syllabarũ ſyntaxis.

Hebræi, Chaldæi, Syri, Arabes, Turcæ Perſæ, & quotquot ſolas conſonantes notant, quas demùm punctis animant & diſtinguunt, videntur conſonantes ad materiam

De Vocalibus & conſonantibus.

tertiam ſyllabarum reducere & vocales ad formam. At contrà Græci, Latini, Hiſpani, Germani, Galli, Itali, & omnes illi, qui vocales ſcribunt.

CLXII. Proponuntur aliquæ quæſtiones difficiles.

His poſitis Quæſtiones aliquas, breviter excitabo quæ debeant ab utriſq; diſſolvi. *Quæro primò*, An prima Principia ſint contraria? *ſecundò*, An ſint tantum tria? *tertiò*, An detur in ſyllabis Materia-prima? An ſit una in omnibus Syllabis? an dentur dari-ve poſſint in Syllabis differentes materiæ? *quartò*, An ea ſit pura potentia, & omni actu careat? *quintò*, An poſſit exiſtere ſine omni formâ. *ſextò*, Quas proprietates habeat? Et tranſiens ad Formam, *quæram ſeptimò*, An detur ſubſtantialis forma? An ſit ſimplex vel multiplex? *octavò*, An poſſit exiſtere ſeorſim, ab omni Materiâ ſeparata? *nonò*, An educatur de potentia Materiæ? *decimò*, Agam de Privatione, & ejus explicabo eſſentiam. *Vndecimò*, Utrùm ſint plures Privationes? Et tandem *duodecimò*, An Materia, Forma, & Privatio ſint vera & intrinſeca principia ſyllabæ? Hæc omnia examinari poſtulant Scholaſticæ Muſæ: & Speculativæ Parnaſſides. Quàm multa (Deus bone!) & quàm brevi omnia tempore! Audiamus primam iſtam Acroaſin, quia ſi benè expediuntur hæc omnia, erit illa mirabilis.

Suppono igitur Vocem eſſe aërem fractum ſonantem, adeòque dicere pro materiali aërē, pro formali fractionem, ſonumque. Suppono hæc omnia phyſicè: ſed quia de materia & formâ Sacramentorum, quæ nõ ſunt phyſicæ, ſed morales virtualesve, ſum tractaturus, aperiam altiori diſputationi viam de materiâ & formâ virtuali dictionum & ſyllabarum diſputando.

II.

CLXIII. Reſolutiones ad Rabbinorum mentem.

STat primò ab Hebræis Speculatio; & conſiderans eorundem opinionem inter Alephbethi literas nullas recenſeri vocales, non iudicat eſſe difficile hanc ipſam doctrinam tueri, & ad illam propoſitarum omnium Dubitationũ ſolutiones formare. Ponit igitur conſonantes eſſe ſyllabarum materiam, vocales formam; & omnes Quæſtiones recognoſcens, breviter dilucidat ſingulas.

An ſyllaba [illegible]

Primam aſſerens oppoſitis cõponi ex principiis minutiſſimã quamcũq; ſyllabam; nullamq; dari poſſe, quæ nõ conſtet cõſonanti & vocali; quæ oppoſita elementa videntur: nulla enim apud Hebræos (& idem de cæteris gentibus Orientalibus ſtatuendum eſt) ſyllaba, quæ conſonante careat; & nulla conſonans quæ ſine vocali efferri poſſit.

[illegible] privatione

Secundam, bina liberè admittens; & de Privatione ſubdubitans; nulla enim apud Hebræos Vocalis, quæ Conſonante careat: nulla Conſonans quæ Vocali; adeòque Privatio videretur neceſſaria non eſſe. At quia Thomiſtæ nullam materiam informem admittunt, nullamq; formam corpoream materiæ primæ expertem, & tamen Privationem eſſe extrinſecum principium aſſerunt, poſſet ex analogis fundamentis defendi, dari Privationes in ſyllabis, ſaltem extrinſecas, extrinſecúſque concurrentes.

Tertiam expedivit ex dictis; aſſeruit enim conſonas eſſe materiam primam, vocales formam. Datur ergo in ſyllabis quibuſcumque materia. Sed quotuplex? Hæc Quæſtio eſt illi ſimilis, quam proponunt Philoſophi inquirentes, An materia cæleſtis ſpecie differat à ſublunari? An etiam diverſorum Syderum aut Cœlorum materiæ? Reſolvant illi aſſertivè aut negativè hanc quæſtionem in Academiâ; nam Grammaticus ſpeculativus materiarum, hoc eſt, conſonantium ſpecificam diſtinctionem admittit; illaſque reducit ad claſſes, docetque has ipſas eſſe toto cœlo diverſas. CLXIV. An dentur materiæ diſtinctæ ſpecie?

Primò omnes Orientales ſecundum diverſa organa diverſas conſonantes admittunt; aliæ enim conformantur labiis, aliæ gutture, aliæ linguâ, aliæ dentibus, aliæ palato; unde aliæ labiales, aliæ gutturales, aliæ linguales, aliæ dentales, & aliæ palatinæ vocantur. Conſonarum diviſio ſecundum organa.

Secundò Hebræi habent aliquas literas biformes, quas & duplices vocant, quòd duplici figurâ ſcribantur. quales ſunt Caph, Mem, Nun, Phe, Tzade. Apud Syros Coph & Nun finales nimiùm variant. Apud Arabes omnes aut ferè literæ ſunt multiformes. Sed hoc calamum & ſcripturam potiùs reſpicit, quàm vocem & pronunciationem. CLXV. Biformes literæ?

Tertiò Arabes ſuas conſonantes diſtinguũt in gutturales, uvales, palatinas, ſibilantes, balbutientes, gingivales, flexas, labiales, lenes [Vide Franciſcum-Mariam Maggium ſyntagmaton linguarum orientalium libr. 2. cap. 3.] Sed hæc ipſa diviſio non videtur eſſe ſingularis & propria; ſed poſſe etiam Characteribus Hebræis & Chaldæis appropriari. At illa, quâ literæ in Solares Lunareſque diſtinguuntur, eſt in Arabica linguâ ſpecialis. Literarum Arabicarum claſſes. Literæ Solares & Lunares.

Quartam & Quintam ſimul potero dilucidare. Videtur enim conſonans eſſe pura potentia, nec poſſe ſine formâ, hoc eſt, vocali pronũciari. quæ enim propria vocali caret, ad præcedentem trahitur, & illam claudit. Cùm enim dicimus *PoKeD*, *viſitans*, P exiſtit exiſtentiâ vocalis O, K etiam exiſtentiâ vocalis E; & D quia caret propria vocali aut formâ, ad præcedentem trahitur & informatur eâdem vocali aut formâ E. An conſonans ſit pura potentia? פקד

Hinc patet Reſolutio duarum Quæſtionum gravium; alterius videlicet, quæ inquirit, An materia-prima exiſtat exiſtentiâ formæ? & alterius, quæ inveſtigat, An una & eadem forma numero poſſit ſimul plures informare materias? imò etiam tertiæ, quæ poſtulat, An una & eadem materia poſſit ſimul recipere duas formas? Conſtat enim ex dictis (utar Philoſophicis terminis) ſonare literarum eſſe exiſtere literarum; cum igitur vocales ſonent, & literæ reliquæ conſonent, illæ exiſtunt exiſtentiâ propriâ, iſtæ alienâ. Cum autem in Hebræa linguâ nulla ſit conſona, quam plures vocales aperiant, & multæ ſint vocales, quæ binas aut plures conſonantes informent; dicendum eſt Grammaticam materiam non poſſe plures formas ſuſcipere; tametſi materiæ plures poſſint perfici & animari ab eadem formâ. CLXVI. Incidentes Quæſtiones. Eſſe ſeu exiſtentia literarum.

Ad ſextam dico conſonantium ſeu Grammaticalium materiatum varias eſſe paſſiones, & in ſingulis linguis diverſas, quæ paucis expediti non poſſunt.

CLXVII. *Cur vocales nominentur Motiones?*

Ad ſeptimam reſpondeo dari Grammaticalem formam, & hanc eſſe vitalem & multiplicem; Vitalem; quia movet conſonam intrinſecùs, & ab intrinſeco; & ideò *Motio* nominatur. Multiplicem; quia conſonantes informantur vocalibus, & iſtæ apud Hebræos ſunt multæ & reducuntur ad tres claſſes; aliæ enim ſunt longæ, aliæ breves, & aliæ raptæ. Longæ ſunt ā, Cametz; ē, Tzere; ī Hhireck; ō Hholem; ū Schurck. Breves ſunt ă, Patahh; ĕ, Segol; ĭ Hhireck parvum; ŏ catent; ŭ Kybbutz, Rapta eſt Scheva: quæ addita literis Cametz, Patahh, & Segol, illas corripit, & in raptas convertit. Habet igitur Hebræus voculas tredecim. Sed veteres tribus omnia expediverunt, ut oſtendo alibi quos adhuc hodie imitantur Arabes, qui tres tantùm vocales habent, Uſtun, Keſre, & Uturu; quarum prima ſonat inter A & E; ſecunda inter E & I? tertia inter O & U.

Vocalium numerus.

Arabum vocales tres.

Ad octavam dicendum non minùs repugnare conſonantem vocali, quàm vocalem conſonante carere. Addendum ſæpè conſonas ſolas ſcribi, & vocales ſeu puncta ſubintelligi: ſed nunquam contrà.

CLXVIII. *Quid ſit formam educi?*

Ad nonam dicendum, quæſtionem ipſam debere exponi, ne æquivocatione laburemus; nã ſi formam educi nihil aliud ſit, quàm cùm dependentiâ induci (hoc enim modò eductionem multi Iuniores explicant) certum eſt Nomenclatores ſuâ poteſtate abuti & tenebras vocare lucem, & nigrorem albedinem: & tunc non videtur cur potiùs forma educatur de potentiâ materiæ, quàm iſta de potentia formæ (& hoc tam in Phyſicis, quàm in Grammaticis) quia neutra ſine altera fit: ergo utraq; educitur. Sed hoc, quidquid ſit aurdicatur, nititur vërborum abuſui, evaneſcitque correcto labio.

Quid ſit privatio.

Ad decimam & undecimam reſpondetur Privationem eſſe carentiam formæ in ſubiecto capaci adeòque Privationem Grammaticam fore carentiam vocalis (hæc eſt, forma) in conſonante (hæc eſt, materia) capaci. Sanè nulla conſona, ut vidimus, omni vocali caret, at ſingulæ, cùm nonniſi unicam habeant, cæteris carent; adeòque ornantur unâ formâ, & inficiuntur pluribus Privationibus.

CLXIX. *Quo modo conſtituatur ſyllaba?*

Ad duodecimum dicendum Conſonantem & vocalem ſyllabam conſtituere, (illam quidem ut materiam, hanc ut formam) addendum privationes aliquas concomitari, & intrinſecùs inhærere materiæ. Cùm enim Hebræus dicir *Col*, *omnis*. illæ duæ conſonantes informantur & animantur vocali O. & habent carentiam vocalium A, E, I, U. &c. *Et hæc ſint dicta* juxta Orientalium linguarum proprietatem:

כל

III.

CLXX. *An vocales ſint ſyllabarum forma?*

STat etiam à Græcis Meditatio: & doctrinam proponit, quæ Latinis & cæteris gentibus occidentalibus poſſit ſervire. Statuit vocales eſſe ſyllabarum materiam, & conſonantes formam, & huic ſuppoſitioni inſiſtens eaſdem controverſias diſſolvit.

An H. ſit litera?

Ad primam dicit ſyllabas non coaleſcere ex principiis contrariis; quoniam inter contraria aut incompoſſibilia medium non datur, & apud Latinos inter vocales & conſonantes medium datur. Eſt enim H quædam aſpiratio, quæ nec vocalis nec conſonás eſt; & I & V ſunt ambiguæ naturæ, & vidẽtur literæ inter vocales & conſonantes mediæ, quæ iam illis iam iſtis adſcribũtur, prout ratio pronũciationis poſtulat.

An I & V. ſint vocales aut conſonæ?

CLXXI. *Quatuor principia ſyllabæ.*

Ad ſecundam reſpondet præter Privationem, de qua ſtatim, habere ſyllabas Latinas quatuor principia intrinſeca; videlicet, Materiã, Formã, Utrumque, Neutrum. Ad Materiam pertinent omnes vocales; ad Formã conſonæ: ſunt ſimul conſonantes & vocales I & V: eſt neutrum H.

An materia differans ſpecie?

Ad tertiam reſpondet nullam ſyllabam carere materiâ primâ, hoc eſt, vocali: vocaleſq; ſeu ſyllabarum materias eſſe multas, & omnes differẽtes ſpecie. Simplices ſunt *A, E, I, O, V*; (imò Y, ſi velis) & compoſitæ illæ quæ vocantur diphthongi, & formantur ex iſtis.

Vocales ſimplices & compoſita.

An materia exiſtat exiſtentiâ forma?

Ad quartam & quintam, dicemus vocalem ex ſe nihil conſonantis habere, hoc eſt, formæ; & tamen propriâ exiſtentiâ exiſtere: poſſeq; imò & ſolere omni carere formâ. In Linguâ enim Latinâ multæ reperiuntur dictiones, quæ nullã conſonantem habent, Scribo iſtas. *à, è, i, ô, ei; eo: iô:* &c. Multæ etiã in Hiſpanâ; ſcribo paucuIas. *a, e, ea, i, o;* interiect. *u*. cõiũct. &c. multæ in aliis.

Materia Divinitatis umbra.

Ad ſextam inter multas proprietates materiæ, quas poſſet recenſere hanc enumerat, nimirũ; quod illa ſit quædam imperfecta divinitatis umbra, & ineffabili Dei nomini correſpondẽs: nam ubi Hebræi ſcribunt יהוה & legunt IEOVA, omnes quinq; Latinas vocales cõnectũt.

CLXXII. *Conſonantium diviſio.*

Ad ſeptimam reſumit tot eſſe ſyllabarum formas, quot elementa conſonãtia; & hæc in claſſes dividit, & diſtribuit. Ex ipſis enim B, C, D, F, G, K, P, Q, T. dicuntur Muta; C *molle*. L, M, N, R, S, X, Z. Semivocalia. Et hæ ſubdividũtur in Liquida & Non liquida; quatuor enim priora apud Græcos, & primũ & quartum apud Latinos liqueſcunt ſi ſequantur Mutum. Characteres *Ph* & Y ſerviunt ſcripturæ, non labio; illis utimur in vocabulis Græcis, [cur nõ etiam aliis? & ſi non aliis, cur adhuc iſtis?] primus profertur præcisè ut F, unde aliqui Iuniores malunt ſcribere *Filoſofum*, quàm *Philoſophum*; ſed quis mutabit manu & calamu annoſi ſenis? quis à vulgo obtinebit, ne illos erroris arguat, qui eũ corrigunt, ubi errare convincitur? Cæterum Y ſolebat ſonare ut U, iam ut I. apud Hiſpanos ſonat I. & æquivalere coiunctioni *Et*, & ut video, paulatim amandatur, & ex Hiſpano Abecedario expungitur, charactere I, loco illius ſubſtituto. T, ſi duæ ſequantur vocales, quarum prior ſit I, pronunciatur ut C molle. & tunc nõ eſt mutũ ſed liquidum. Characteres duplices etiã in Linguâ Latinâ reperiuntur; nimirũ X & Z. ille æquivalet litteris binis CS vel GS; iſte litteris SD, vel SS. eum Latini ſumpſerunt è Græcis, & ſub initium ſcribebant per D, poſtea per SS. tandẽ per Z, ut videre eſt in voce *Medentius*, *Meſſentius*, *Mezentius*. Differt à Tzade Hebræorum, quod Z componatur ex ſibilo & dentali, & Tzade ex dentali & ſibilo. Reperiuntur etiam aliquæ cõſonantes biformes, aut triformes, q̃ unico modo proferuntur, multiſq; calamo figurantur.

De literâ Ph.

De Vocali Y.

De literâ T.

Litera duplices.

Tzade.

Litera multiformes.

eiuſmo-

eiuſmodi ſunt *Ph* & F; *Y* et I; de quibus dixi: eiuſdem *C duram*, K & *Qu*; & apud Hiſpanos in fine dictionum D & T; M & N, ſcribunt enim *Amat Muſam*, & legunt, *Amad Muſan*. & in vocabulis Hiſpanicis, B. & V. prolatione non differunt: item, J. & X, quibus adde G ſi E vel I. illam ſequatur. Germani paucîſſimas in ore habent literas, at in calamo tot, quot alij. nam ut benè notat Zumaran in Grammaticâ, eiuſdem ſunt valoris B & P; D & T; V & F. Hinc oritur, Hiſpanos & Germanos dum linguam latinam maternæ pronunciationi attemperant, multa dicere, quæ carpuntur ab aliis. Hiſpani enim citant Chriſtum dicentem, *Qui manducat hunc panem bibet in æternum*: Chriſtum inquam, Diviniſſime Pater, *qui tecum bibit & regnat in ſæcula ſæculorum, amen*: & Germani proteſtantur in Fidei Eccleſiaſtico Symbolo eumdem Chriſtum eſſe *Deum de Deo, lumen de lumine, Deum ferũ, de Deo fero, &c.* Quos pronunciationis errores aliqui ingenioſè perſtrinxerunt, quos ego his verſibus, cùm ante annos paucos inter iſtas nationes diſputatio de verâ literarum prolatione ferveret.

AD BOETICUM.

Si bibet æternùm, qui panem ſumpſerit iſtum;
Hic panis nimium (Bœtice) ſalſus erat.

AD PONTICUM.

Sit ferus Hiſpanus; bibulus Germanus, edaxque:
Numen & alterius ſemper uterque colit.
Implorat Hiſpane Deum per ſæcla bibentem,
Et Germane Deum vis celebrare ferum.
Ergo Hiſpanorum Deus eſt Germanus: Iberum
Et Germanorum (Pontice) Numen erit.

Ad octavam dicetur exeſſe à materiâ formam literalem non poſſe: nulla enim ſine vocali conſona proferri queit, niſi fortè excipienda ſit S. de quâ quidam eruditus Poëta:

Eſt ne S vocalis, vel conſona? Niſcio. Saltem,
Quod nequeunt reliqua, conſona ſola ſonat.

Et Owenus libr. 3. ad Henricum & Carolum Epigr. 99. de ſilentij notâ.

Quid ſibi Romanum vult ST? Sileto, Taceto.
S. monet, ut ſileas: T iubet, ut taceas.

Ad nonam reſpondebitur terminos ipſos interrogationis eſſe æquivocos, & debere priùs ab interrogante explicari, quam à nobis reſolvi.

Ad decimam & *undecimam* privationem in ſyllabâ eſſe carentiam conſonantis; cùmque multæ ſint ſyllabæ, imò & dictiones omnis conſonantis expertes, cùmque multæ ſint conſonantes, ſequitur multas eſſe privationes in ſingulis ſyllabis. Pono ob oculos iſtam [A] quæ omni conſonâ caret, adeòque tot habet privationes, quot conſonis affici poteſt.

Ad ultimam dico quinque ut minimum eſſe ſyllabarum principia. Materiam, hoc eſt, vocalem, quæ abeſſe non poteſt: Formam, quæ adeſt, abeſt: Literam quæ eſt utrumque, nempe I. vel V. & literæ quæ eſt neutrum; nempè H: & privatio.

Caramuelis Grammat. Audax.

ARTICULUS II.

De Naturâ & Cauſis Syllabarum.

NAtura eſt: principium motûs & quietis in eo in quo eſt: ergo ſyllabarum natura illa erit formalitas qua moventur; hoc eſt, acuuntur, gravantur, aut circumflectuntur. Sed de horum motuum differentiâ & impulſu agemus inferiùs proprio loco: hîc ſpecialiter diſſerere volui de Cauſis: multas enim habent ſyllabæ intrinſecas, extrinſecas; efficientes, exemplares, finales; principales & inſtrumentales. Intrinſecæ eædem quæ principia, de quibus diſſerebam nuper: ergo agemus de extrinſecis. *CLXXIV. Quid ſit natura? Cauſa multiplex.*

Cauſa efficiens dictionum ſeu ſignificantium ſyllabarum Uſus eſt: Horatius in Arte: *Effectrix vocabulorum cauſa.*

Multa renaſcentur, quæ iam cecidêre: cadentque
Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet Uſus,
Quem penes arbitriũ eſt, & ius & norma loquendi.

Cùm Nomenclatorem allegamus, Uſûs meminerimus; non enim idiomata ab aliquo formantur Artifice, ſed multorum conſenſu exornantur. Hinc patet non eſſe unius Imperatoris aut Principis dare nova vocabula, aut antiqua ex Idiomatum theſauro eradere vulgo invito; cùm tamen vulgus poſſit invitis quibuſcumq; Principibus qualeſcumque dictiones naſcentes authorare & exauthorare decrepitas. *An Principes habeant ius in voces?*

Vox latiùs patet, dictio minùs: quævis enim dictio vox eſt, non contrà: dictionis enim nomine ſolummodò intelligimus vocem ſignificantem. Vocis igitur cauſa principalis ille eſt, qui illam pronunciat; ille, qui profert. Et multis inſtrumentis utitur, cauſas inſtrumentales multas habet. Omnes enumerat hoc Diſtichum: *CLXXV. Dictionis & vocis diſcrimen. Cauſa principalis & inſtrumentalis.*

Inſtrumenta novẽ ſunt, Guttur, Lingua, Palatum,
Quatuor & dentes, & duo Labra ſimul.

Cauſæ exemplares variæ ſunt, quibus voces in conditione ſuâ aſſimilantur: Talia ſunt omnia Paradigmata Declinationum & Coniugationum, quæ in Grammaticis libris ponuntur. Quid enim aliud *Muſa, æ, æ, am, a, â.* &c. eſt quam exemplar, ad quod voces *Bulla, Cauſa, Cella, Cera, Charta, Clava, Dama, Dextra, Flamma, Forma, Foſſa*, &c. debet lingua elimare? Quid aliud *Dominus, Templum*, &c. quàm Ideæ, quas lingua in formatione nominum ſimilium ſequatur. *Cauſa exemplaris.*

In Grammaticâ poſuerunt Idiomatis Inſtitutores unum nomen, quod eſſet cæterorum exemplar; nempè nomen *Muſa* in primâ declinatione; *Dominus* & *Templum* in ſecundâ: *Sermo* & *Tempus* in tertiâ, &c. Sed potuiſſent abſtractiùs ſolas terminationes adoptando: prima enim primæ declinationis idea non eſt *Muſa*, ſed hæc ab omni materiâ ſingulari abſtracta; videlicet: *CLXXVI.*

Sing. *a, æ, æ, am, a, â*. Pl. *æ, arum, is, as, æ, is*. quam æquè ſequitur *Muſa*, ac reliqua primæ declinationis vocabula. *Idea primæ declinationis.*

Sicut dantur vocum formandarum ideæ, ita etiam menſurandarum. Eiuſmodi ſunt omnes illæ, quibus Poëtæ manuducuntur in efformatione ſuorum carminum. Pono exemplum

Idea Hexametri.

[- ◡ - ◡ - | ◡ - ◡ - ◡◡ - ◡]

Eſt Idea Hexametri Carminis exciſi in pentemimeri, quam imitabuntur ſubſequentia.

Arma virumque cano | Troiæ qui primus ab oris
Italiam fato | profugus Laviniaque venit
Littora, multum ille | terris iactatus & alto. &c.

Doctrina de Vniverſalibus.

Hinc patet duas eſſe poſſe de univerſali in ſcholis ſententias. Alij enim unum idolum ſingulare ob oculos ponunt, quod ſingularia imitentur, ſicut nomen *Muſa*, *ſa.* cætera, quæ ad primam declinationem pertinent, imitantur. Alij rationem aliquam communem univerſis adſignant, ſicut *a. a. a. am, a. â* &c. quæ ſunt exitus communes & indifferentes, quæ omni nomini Latino primæ declinationis competunt.

CLXXVII. *Quid ſit finis.*

Supereſt, ut aliquid de cauſâ Finali diſſeramus. Eſt enim Finis, cuius gratiâ res fit: & Grammatica inventa fuit, ut mentem communicaremus; ſed quia etiam veſtes inventæ ſunt, ut tegeremur, & tamen aliter ruſtici, aliter cives, & aliter aulici induuntur, ſic etiam expedit ut aliter mentem ſuam aperiat ruſticus, aliter civis, & aliter Aulicus & Palatinus. Hinc orta Rhetorica fuit; quæ ſe habet ad Grammaticam, ut Acu-pictoria ad Sartoriam. Sed quia ſunt homines qui non tam veſtes pulchras curant quàm fortes, & quæ tela poſſint tegerere & corpus contra hoſtium inſidias & violentiam munire, ideò debuit invenire nova Ars, quæ Grammaticam muniret & armaret, & hæc nominatur Dialectica. Et quia in ludis & feſtis homines uti ſolemus, quæ non conveniunt alij tempori (nec enim veſtes feriæ congruunt iocis, ſicut nec veſtes iocoſæ rebus ſeriis) ita etiam debuit nova inveniri facultas, quæ feſtivo linguam apparatu exornaret, & hæc eſt Poëtica; cuius præcipuæ partes ſunt Rhythmica & Metrica, quarum prior ſyllabarum motus & accentus metitur, & poſterior proportionem & tempora. Hinc Horatius;

An omnes veſtiri, an loqui debeant eodem modo? Quo modo differunt Grammatica, Rhetorica, & Dialectica? De Poëticâ. Quomodò differant Rhythmica & Metrica.

Aut prodeſſe volunt aut delectare Poëta,
Aut ſimul & iucunda & idonea dicere vitæ.

Poëſis finis.

Et meritò; nam delectare, ſi modus ſervetur, prodeſſe eſt: nec videtur nos poſſe iuvare conſilio, qui cum tædio auditur. *Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci*: dulce, ut affectum rapiat; utile, ut inſtruat.

ARTICULUS III.

De Syllabarum Motu, aut Accentu.

CLXXVIII. *Accentus triplex.*

Motantur ſyllabæ ſurſum, deorſumque vibrantur & circumflectuntur; & motus iſti *Accentus* nominantur: quorum tres recenſentur ſpecies: ſunt enim alij Acuti, alij Graves, & alij Circumflexi: cuius characteres ſunt *á à â*. De Accentuum naturâ & ingenio multa veteres; eorum genium ſequemur, & præcipua ſpeciali commentario illuſtrabimus.

Acutus tonus eſt, quo ſyllaba attollitur, ut patet in dictionibus *Dóminus*, *Máximus*, aut etiam in *Ferdinándus*, *Cæléſtis*, *Terréſtris*, &c.

Gravis.

Gravis ille eſt quo ſyllabæ gravantur deprimunturque, ut videre eſt in adverbiis præcipuè, ut cùm dicimus *Benè*, *Malè*, *Sanctè*, *Animosè*, *Generosè*, &c.

Circumflexus.

Circumflexus ille eſt, quo ſyllaba partim acuitur, partim gravatur: eſt enim ex acuto & gravi compoſitus: & dicitur non poſſe competere niſi ſyllabæ longæ, quæ duobus manens temporibus, in priore acui debet & in poſteriore gravari, ut cùm dicimus *Amârunt*, hoc eſt *Amáàrunt*.

CLXXIX. *An ea, quæ de accentibus dicuntur, ſint vera?*

Sic Veteres omnes aut ferè: Sic Iuniores, qui pauca examinant, & multa tranſcribunt. At ego illis aſſentire non potui: & adhuc puer frequenter meos Magiſtros & Inſtitutores exercui, poſtulans ut differentiam hanc ipſam Accentuum, quam tot verborum involucris circumſcribebant, dignarentur exercere & exprimere, tali nimirùm modo, ut auris perciperet diſcrimen inter *Benedicte*, & *benedictè*; inter *benedicta* & *benedictâ*: in nominibus enim primæ declinationis ſemper vidi aliter notari Ablativos & aliter Nominativos; at utroſque eodem modo proferri: quod ipſum dico de Vocativis & Adverbiis Nominum, quæ ad ſecundam declinationem ſpectant.

Accentus unicus.

Puto unicum tantùm eſſe accentum in linguâ, nempè Acutum; quam ſententiam à pueritiâ profeſſus, debui contra duras cervices propugnare. Putabam à me unico veritatem inventam, cæteros tantâ erga veteres religione teneri, ut mallent eorumdem errores & ineptias ebibere, quàm contra aut præter, aliquid cogitare: at incidi in Philippum Melanchthonem, qui ante annos centum id ipſum obſervavit & docuit, in Ioachimum Camerarium, qui Inſtitutiones Melanchthonis recenſuit recognovitque, & tametſi correxerit aut mutaverit aliqua, hanc doctrinam retinuit, quam etiam indubitatam iudicavit.

Noceſ ſcientiis nimia erga magiſtros & veteres authores devotio.

CLXXX. *Quid ſit accentus acutus? quid gravis?*

Acutum tonum eum eſſe, quo ſyllaba attollitur, docuerunt Melanchthon, Camerariuſque: ſubſcribunt toti Europæ, & nos illis. Sed quid eſt tonus gravis? quies, acuti motûs carentia, elationis privatio. Illa enim graviter, iſtorum opinione, profertur, quæ abſque aliquâ elevatione, ut in hoc nomine *Cæléſtis* prima & ultima: unde concludunt nihil aliud eſſe gravari, quàm nec circumflecti nec acui. Sed quid eſt circumflexus? Sic reſpondent.

Quid circumflexus?

[*Huius uſus hodie in ſcribendo magis, quàm in pronunciando reſtat: neque enim quiſquam ferè nunc ita pronunciat, ut ullum diſcrimen inter acutum & circumflexum agnoſcat. Nam ſive* Serénus *ſive* Sacêrdos *dicat aliquis, eandem pronunciationem eundemque tonum utrobique audiet: cùm tamen alterum nomen mediam naturâ circumflexam, alterum acutam modò habeat.*] In Grãmaticâ Philippo-Rameâ impreſſa Herbornæ Naſſoviorum, Anno 1602: & in Bremenſi impreſſa Anno 1611. Capite de Accentu hanc periodum lego. [*Ad iſtam ſonorum varietatem & ſuavitatem, Latinorum aures iampridem obſurduerunt, &c. Acutus iam pridem ſolus pronuncia-*

nunciatur, vel potiùs pro quovis accentu mora quædam adhibetur, quæ ſanè dicatur Accentus.] Hoc eſt, quod Balthaſar Moretus, Vir eruditiſſim⁹, apud Antuerpienſes Officinæ Plantinianæ Dominus, in novâ Bibliorum, Miſſalium & Breviariorum editione omnibus aut ferè dictionibus accentum acutum addiderit, gravi & circumflexo retentis: hinc quòd jam acuti tantùm maneant gravi & circumflexo expunctis & eraſis. Sic ſcribit vulgus. *Concede nos, quæſumus, Domine Deus, perpetuâ mentis & corporis ſanitate gaudere, & glorioſâ Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione à præſenti liberari triſtitiâ & futurâ perfrui lætitiâ.* Addidit accentus acutos Moretus, & eandem periodum diſpunxit. *Concéde nos, quæſumus Dómine Deus, perpétuâ, &c. à præſenti liberári triſtitiâ, & futúrâ pérfrui lætitiâ.* At jam hodiè in omnibus libris aut ferè expunctis accentibus calami, & retentis vocalibus legitur, *Concéde nos, quæſumus Dómine Deus, perpétua mentis & córporis ſanitáte gaudére & glorióſa Beátæ Mariæ ſemper Vírginis interceſſióne à præſénti liberári triſtítia & futúra pérfrui lætítia.* Aliqui circumflexum quoties incidit in penultimam exprimunt, ſed editiones Venetæ potiùs acutum habent. Sed libros Eccleſiaſticos iſta, & non alios concernunt.

Accentus calami. *Accentus calami & linguæ ſimul.* *Accentus linguæ.*

Quo modo accentus proferantur? Pro accentibus binæ Regulæ ponendæ ſunt: aliæ, quæ linguam; & aliæ, quæ reſpiciant calamum. Pro linguâ iſtæ. I. *In pronuntiatione præter accentum acutum nullus eſt.* II. *Nulla dictio Latina habet accentum acutum in ultimâ: omnes in penultimâ aut antepenultimâ.* III. *Si penultima ſit longa, acuitur; ſi brevis, acuitur antepenultima, ſive ſit longa, ſive brevis.* IV. *Acuitio* (quid veteres dixerint) *eſt vocalis productio.* Sed de hoc articulo VII. uberiùs.

CLXXXI *Quo modo ſcribantur?* Pro calamo iſtæ leges præſcribi ſolent. I. *Adverbia habent accentũ gravem in ultimâ; ut ſanè, doctè, facilè.* II. *Item præpoſitiones ut cùm à & è; imò & cætera, ſi adverbialiter ſumpta, ut* Contrà adverſùs, procùl, *&c.* III. *Interjectio ô & alia monoſyllaba circumflectuntur.* IV. *Circumflectitur etiam ultima in ablativis ſingularibus primæ declinationis ut* Musâ, Charrâ. V. *Typographi, qui correctiores typos habere volunt, etiam circumflectunt ultimam in Ablativis ſingularibus ſecundæ declinationis, & in pluralibus primæ & ſecundæ, ut eos à Dativis diſtinguant: & ideò exprimunt* huic Domino, huic Templo, his Muſis, his Dominis, his Templis, *in Dativo: & in Ablativo*, ab hôc Dominô, Templô; ab hîs Musis, Dominis, Templîs. *Sed hoc plurimi negligunt.* VI. *In tertiâ declinatione Ablativum in E, ſatis diſtinguitur à Dativo, nec indiget accentu quo differat: at Ablativum in I, poterit circumflecti, ut ab Animali, Calcari, Brevi.* VII. *In plurali Ablativo, cùm ultima brevis ſit, circumflecti non poterit; adeòque neque benè à Dativo diſtingui; ergo vel ad adjectiva concomitantia recurrendum, vel inveniendus alius punctus, qui ſyllabas breves afficiat.* Et idem dixero de declinatione etiam quintâ. VIII. *In quartâ Genitivus, ut differat à Nominativo circumflectit ultimã: ut* hic ſenſus, hujus ſenſûs. *In neutro circumflectimus Genitivum & Ablativum, ut illos ab aliis caſibus diſtinguamus: ſufficit enim ſi dicamus,* Genu, ũ, u, u, u, û. IX. *Adjectiva ſequuntur regulas ſubſtantivorum.* X. *Ubicunque per ſyncopen aut craſin plures litteræ aut vocales in unam coëunt, illa quæ ex ipſis reſultat erit longa, & notabitur circumflexionis charactere*: Amavere, Amâre. *&c.*

... ablativi. *De ... & ſyncope.*

ARTICULUS IV.

De Loco & Vacuo.

IN ſingulis dictionibus literæ ſuum locum determinatum habent; non omnes, ſed quæ illas conſtituunt. In voce enim *Dominus* locum non habet A, non habet B, non habent aliæ multæ, ſine quibus iſta dictio profertur. Cæterum D, ut incipitur, habet locum primum, O ſecundum, M tertium, &c. Unde meritò, quis inquireret, *Anne poſſit in dictione litera exiſtere, quæ locum non habeat?* Hæc quæſtio conſonat alteri Phyſicæ, quæ interrogat. An poſſit dari corpus, quod verè ſit in rerum naturâ, & tamen omni determinato loco careat? Cui agentes de potentiâ ordinariâ reſpondent negativè univerſi: & agentes de extraordinariâ & abſolutâ, dividuntur in claſſes; alii enim impoſſibile credunt. At nos intra vocis & calami terminos ſpeculabimur, & quæſtionem à ratione & experientiâ reſolvemus. Ergo pronuncio. CLXXXIII *De ordine & loco literarum.* *An poſſit exiſtere corpus, quod ſit nullibi?*

Primò, *Si omnes litteræ vocis* Dominus *ſimul pronunciarentur, tunc carerent ordine & loco: Sed non conſtituerent potiùs vocem* Dominus, *quàm* Minus do, In domus, Sumindo, *aut quamcumque aliam, quæ iiſdem literis componeretur.* Vel dicito, cur illæ conſtituerent hoc potiùs, quàm illud anagramma? *De anagrammate.*

Secundò, *Impoſſibile eſt humanitùs, ut omnes illæ literæ ſimul ſonent.* Et ſi quis caput contrà dirigat; proferat illas ſimul, & do menus. *An quoant omnes literæ ſonare ſimul?*

Tertiò, *Circa potentiam abſolutam nihil temere ſtatuendum eſt. Sed quia conſonæ ſine vocalibus proferri non poſſunt, videretur D, M, N, S, debere neceſſario aliquam vocalem afficere, & conſequenter illam aperire vel claudere, hoc eſt, præire vel ſequi.* ſed dices ſingulas conſonas ſingulis vocalibus hærere: verùm hoc nec verum, nec ad rem. Non verum, quia conſonæ in ſingulis vocalibus multiplicarentur; non enim unicâ literâ D, poſſumus dicere *Do, Di, Du*: Non ad rem, quia in tali caſu litteræ non carerent loco, ſed eſſent potiùs ſingulæ in pluribus locis. CLXXXIV

Quartò. *Potentior linguâ calamus, poteſt & ſolet omnes literas alicuius dictionis loco & ordine exuere, ita ut nulla ſit prima, nulla ſecunda, nulla ultima.* Hinc nata compendia illa vocabulorum, quæ *Cyphras Heroicas* vocamus. Aliquas ob oculos pono primæ laminæ figurâ primâ: in quâ has duas voces *Virginia* & *Chaes*, omni exutas ordine literarum videbis. *Ciphra, ſeu Dictionum compendia.*

In his enim fruſtra quæretur prima litera, fruſtra ultima: omnes enim expreſſæ ſunt, ita tamen, ut nullum ordinem aut locum ſervent, nam ubi lego Virginia, æquè legere poſſum *Inva igni.* &c. & ubi legerem *Ieſus*, poſſem *Eſius, Seus, Es vis, Viſes, Sen is*: aut aliquid ſimile legere.

Hinc orta ſunt omnia Anagrammata; quia, ut illa fiant, debent conſiderari literæ carentes *Origo anagrammatum.*

loco

loco; quæ enim jam locum, ipſæ & ordinem habeor, & ad aliquam determinatam vocem pertinêt. Sed de ipſis aptiore loco diſputavim⁹.

QUÆSTIO ALTERA

CLXXXV. De replicatione. An una ſyllaba (aut dictio) eſſe poſſit in pluribus locis? Quid ſit metrica replicatio

Examinans, *An una, & eadem ſyllaba eſſe poſſit in duobus locis? An duæ in eodem?* [Et idem de dictione integrâ poteſt inquiri & diſcuti.] Ut ergo replicationem ſyllabarum & dictionũ eſſe oſtendã: duo dabo Carmina, quæ multas litteras, aut etiam ſyllabas communes habeant. Nam ſi una & eadem ſyllaba in duobus reperitur carminibus in duobus illa locis metricis eſt conſtituta. Conſidera lineas ſequentes:

Qu		s		d		t		fu		str	
	o		anguis		irus		riſti de		nere		avit.
H		ss		m		Ch		vul		l	

Hæc duo carmina, quoad ſententiam & artem, ſunt digniſſima conſideratione. Leguntur ſic:

Quos anguis dirus triſti de funere ſtravit:
Hos ſanguis mirus Chriſti de vulnere lavit.

Ecce nonnullæ literæ communes ſunt, & pertinent ad utrumque verſum: & ecce aliæ non communes ſunt, & ideò ad unicum tantum verſum pertinent.

Vidi his ſimiles nonnullos verſus: feci & aliquos. Chriſtuphorus Helvicus, & Conradus Baehmannus *in Arte Poëtica libro II. pag.* 319. hos exhibent.

Carmina artificioſa non ſolent habere ſenſum facilem.

Quæ		P		propter	pec		per	
	ira Dei		atris			cata		emit.
M		fr		facies	pla		red	

Senſus eſt tantiſper difficilis, & lectio hæc.

Quæ ira Dei Patris propter peccata peremit,
Mira Dei fratris facies placata redemit.

An Chriſtus ſit noſter frater? An ejus facies redemerit genus humanum?

Chriſtus eſt primogenitus in multis fratribus, adeòque poſſumus dici (ſed congruo ſenſu) *Dei fratres*. At verò neſcirem exponere iſtam phraſim, *Facies mira placata Chriſti mundum redemit*. Poſſet ergo deleri vox illa *facies*, & alia convenientior reſcribi.

CLXXXVI Quid ſit metrica penetratio?

Ut oſtendam plures etiam ſyllabas aut dictiones, habere locum poſſe in eodem verſu adeòque in eodem loco, utar alio carmine, quod ob oculos ponat dictionum metricam penetrationem. Sic inquam.

	ſancta		Mundi		beati.
Salve	Virgo	Parens	Mundi	Regina	ſupremi.
	pura		Orbis		ſacrati.

Ecce reſpicis carmen, ſex dictionibus compoſitum: in cujus ſecundo, quarto, & ſexto loco, unam ex ternis dictionibus legere perinde ſit.

Furſtenveldenſe Cœnobiũ: laſinè, Campum Principum

Volebam ponere calamum, ſed quia Fürſtenveldenſe Monaſterium (Ciſterrienſe eſt, in Bavariâ: & quidem doctiſſimorum & reformatiſſimum) amo & veneror, adhuc ſubſcribam Diſtichon, quod olim condidi, ut filiali eccleſiæ (quæ loiquin overnii eſt, & Doctori Theologo Bernardo, & Doctori Medico Leonardo, utriq; Thaumaturgo dicatur) inſcriberetur. Illud ſubſcribo:

Leonardus Medicus.

	magnus		anct		an		Ber		am	
Hic		ſ		o c		itur		nardus		ore.
	etiam		umm		ol		Leo		hon	

& ſic reſcribo.

Hic Magnus ſancto canitur Bernardus amore:
Hic etiam ſummo colitur Leonardus honore.

Claret ille locus frequentiſſimis & magnis miraculis, & non ſolùm è totâ Bavariâ, ſed è totâ Germaniâ eò confluitur, & ſupplicationes exornantur. Miracula hujus Divi collegi, & loco debito repræſentabo.

Alius replicationis aut etiam penetrationis modus.

Poſſem multis modis replicare aut etiam penetrare ſyllabas; hunc ſubjicio in ſpecimen.

	lliflu			r			ulne		a
Me		us	Mo		s	v		r	
	dic			rbi			er		it

Et quidem in præſenti diagrammate, ſi priùs totam primam columnam, deinde totam ſecundam: tandem totam tertiam perlegeris, hoc carmen inventurus ſis:

Melli-

Melliſluus Medicus Mors morbi, vulnera verrit.

Bernardus Medicus. & vetiſſimum: Bernardus enim, Medicus ſuaviſſimus eſt, & ſuæ doctrinæ melle, ſibi devotos univerſos recurat. Seu morbi ſpirituales ſint, ſeu corporei, illis mors eſt; quoniam ægris, ſi invocetur, eſt vita. Alii aliquos morbos fugant: Bernardus omnes vetrit: ego qui laboro permultis, ad ejus patrocinium & poteſtatem recurro, & ajo,

Te Dive imploro, qui blandè vulnera tractas:
Tot ſolitus morbos, tollere, tolle meos.

ARTICULUS V.

De calami deverſis motibus.

CLXXXVIII. *Figura omnes calami motus complectens. Datur in la… à primâ, numero primo.* DAvid Roëlans in Orthographiâ illâ ſuâ, quam annu MDCXVI. Uliſſiogæ edidit, ut omnes calami motus delineet, hanc figuram proponit, quæ ductus principales complectitur. Qui quidem tametſi in eodem idiumate uſurpentur pro diverſis literis conformandis, nihilominùs clariùs & meliùs innoteſcunt, ſi de diverſis gentibus & linguis diſſeramus.

Quo modo ſcribant …? *Primò* enim Hebræi literas ordinant & ſcriptitant à D in H: imò ſi feſtini ſint, ab E in A. Sequuntur hunc ſcribendi modum, Arabes, Turcæ, Perſæ, Mauri; & etiam Hetruſci olim, ut conſtat ex antiquâ tabellâ, quam Comes Gabriel Gabrielius Engubinus evulgavit, & Bernardinus Baldus expoſuit, edidirque Auguſtæ anno 1613.

Quales … Sinarum characteres, & quorum ductis? *Secundò* Sinenſes univerſi, non literas ſcribunt, ſed characteres, potiùs res, quam vocis elementa notantes. Et hos ipſos à B ad F deſcendendo: nec aliter legere ſoliti, quàm deorſum. Fortè iſti ſunt, quos libro 4. de Fortunæ varietate Indos Poggius appellat. *Scribunt Indi*, ait, *non ut nos aut Hebræi in latus dexterum aut ſiniſtrum ſed à ſummo ad imum ducentes calamum*; linea videlicet perpendiculari. Sed quo ordine componunt lineas? Id non expoſuit Poggius; ſed aliunde conſtat eos ad dexteram vergere. Hoc didici ab Hermanno Hugone libr. de primâ ſcribendi origine cap. 8. pag. 80. qui citat Nicolaum Trigaurium Sinicæ expeditionis libr. 1. cap. 5. dicentem. *Sinica ſcriptionis ſitus è diametro noſtra adverſarius eſt; nam ad dextram à ſummo in imum ducunt manum: nos à ſiniſtrâ in dextram in latum progredimur.* Hunc etiam ſcribendi modum Æthiopibus circa Meridionales inſulas habitantibus adſcribit Diodorus Siculus libr. 3. cap. 13. *Non ſcribunt*, inquit, *per latus, ut nos; ſed à ſuperiori parte rectâ lineâ ad inferiorem.*

Quorſum …? *Tertiò* Syri partim Sinenſes & partim Hebræos imitari, ſcribunt deorſum, & ſiniſtrorſum legunt: quam ob rem, quotquot Syriacas literas aliter, quàm à B in F ſcribunt, non malè ſolùm, ſed & malas ſcribunt. Non enim aliter ſuam illæ perfectionem & proportionem poſſunt adſequi.

Sic me docuit ſcribere, ſic legere Archiepiſcopus Montis-Libani Magiſter meus. Sed quia hoc ævo teſti oculato nolunt credere, ſed aurito, hanc veritatem aliorum teſtimonio firmabo. Andreas Maſius in Grammaticâ Syriacâ. *Syri non à dextrâ ſiniſtram verſus ducunt manum, ut Iudæi faciunt, cùm ſcribunt: ſed eam ex adverſo poſitam reducunt ſenſim ad ſe per chartam tranſverſo ſitu collocatam; propterea quòd ſic commodiùs aptiùſque ipſorum literæ formentur, cæteroqui legendi ratio prorſus eadem eſt, quam Hebræi tenent.* Conſonant omnes illi, qui de Orthographiâ Syriacâ ſcripſerunt.

Quarto Copti in Ægypto deorſum debuerunt neceſſariò ſuos characteres exarare; nam aliàs ductus ſubtiles fierent craſſi, craſſi ſubtiles, & tota literarum violaretur proportio. *Quorſum Coptici?*

Quintò Græci, Latini, Hiſpani, Germani, Itali, Galli, dextrorſum ab H in D ſcripturiunt; & aliqui chartâ inflexâ à G in C, cùm feſtinant. *Quorſum Græci, Latini & cæteri?*

Præter iſtos ſimplices ſcribendi modos, ſunt alii reſilientes ſeu retrogradi, de quibus aliquid dicturos ſum, aut potiùs ex Hugone excripturis. [Nauclerus volum. 1. generatione 54. aſſerit, Hebræis traditum eſſe ab Eſdrâ ſcribâ, quem Græci, auctore Pauſaniâ libro V. vocarunt βυςροφηδὸν, eâ re, quòd boves inter arandum ab extremo ſulco convertantur in proximum ab eodem latere: atque hinc, ut id credam, etiam vehementiùs adducor, quòd Cadmo literarum apud Græcos inventori, dum Bœotiam conderet, bos occurrerit, quem Græci Ἄλφα appellant, à quo primæ literæ nomen Ἄλφα impoſuit: ergo & à boum in arando more motem induxerit ſcriptionis, quæ ſtylo velut aratro fiebat in cerâ: hic autem modus à Græcis deinde venerit ad priſcos Latinos; de quibus ita Iſidorus libro VI. cap. XIV. *Verſus vulgò vocari ſunt: quia ſic ſcribebant antiquè ſicut aratur terra; à ſiniſtrâ enim ad dextram primùm deducebant ſtylum, deinde convertebantur ab inferiore, & rurſum ad dextram verſus; quos & hodiè ruſtici verſus vocant.*] Hinc puto verbum *exaro* natum, qui enim ſcribit characteribus chartam exarat; unde olim dixiſſe me memini, CLXXXIX

Ruſtum in terrâ deſcribit vomere verſus:
Et pennâ ceras præpete Doctor arat.

Aliter chartam Gothi delineabant olim, ſi Theodoro Zwingero libr. 1. volum. 4. creditur: ait enim. *Secundum longitudinem à ſummo ad imum, & hinc rurſus adſcendendo velut per ſpiras (quales Sol annuo motu per Zodiacum facere dicitur) ſcripſere Gothi veteres in ſaxis vetuſtiſſimis, quæ etiamnum extant.* Verùm Hermannus Hugo cap. 8. pag. 81. erroris incuſat Zwingerum; quia omnia hæc, ut putat, exſcripſit ex Olao Magno, qui illa non habet. Olaus libr. 1. cap. 36. ex Joannis Magni libro 1. de Gothis cap. 7. ſic inquit: *Longè antè inventas literas Latinas Aquilonaria regna ſuas literas habuerunt. Cujus rei indicium præſtant eximia magnitudinis ſaxa, veterum buſtis ac ſpecubus apud Gothos affixa. Hi igitur (ut in hiſtoriâ chariſſimi fratris mei Ioannis Magni Archiepiſcopi Vpſalenſis libr. 1. cap. 7. habetur) apicibus res geſtas lapidibus imprimentes, ſempiterna memoriæ tradiderunt.* Et Joannes. *Hæc ſaxa literarum formis inſcripta perſuadere poſſunt, quod ante univerſale diluvium, vel paulò pòſt, ibi erecta fuiſſent.* Ubi, ut vides, non dicitur à ſummo ad imum Gothos antiquos ſcripſiſſe. Sed forte id alibi CXC. *Quorſum Gothici characteres ducantur?*

Magni

Magni aſſerunt, inquies. Sed hoc negat Hermannus Hugo, quo teſte *in toto reliquo opere de Gothis, non fit ulla mentio literarum.* Zwingerum etiam erroris arguit Bonaventura Vulcanius libello de literis Getarum ſeu Gothorum, ubi aſſerit omnes eorum inſcriptiones à lævâ ad dexteram in latum more noſtro vulgari lapidibus inciſas repertas: nullam omninò à ſummo ad imum per verſus. Sed Vulcanii pace hæc ratio non urget; omnes enim libri & lapides Syri à dexterâ in lævam more Hebraico leguntur, & tamen à ſummo ad imum ſcribuntur: & characteres hodiè Coptici à lævâ ad dexteram leguntur, & tamen ipſorum elegantia & proportio demonſtrare videtur, non aliter eos quàm à capite ad calcem perpendiculariter ſcribi poſſe.

An Getæ & Gothi fuerint eadem gens?

CXCI. Ut ergo omnes calami motus meliùs cognoſci queant, hæc diagrammata adjungo in quibus lineæ ſignificant paginarum canones: & in ſingulis lineis hamus notat principium, ut quorſum debeamus ſcribere aut legere ſciamus: & crux primùm canonem à reliquis aliis diſtinguit. Ecce primæ laminæ Figura ſecunda ponit ob oculos octo notiores ſcribendi modos: *Primum* obſervant Hebræi, Chaldæi, Arabes, Mauri, Turcæ, Perſæ. *Secundum* Græci, Latini, Hiſpani, Germani, Itali, Galli, & omnes aut ferè Europæi. *Tertium* obſervant omnes Syri dum ſcribunt; nam dum legunt primum modum ſequuntur, Arabes & Hebræos imitati. Nunc eumdem modum in ſcripturà & lectione habent Sinæ, habuere Indi & Æthiopes. *Quartum* Ægyptii, nam character Copticus debet ſcribi modo quarto, & legi ſecundo. *Sequuntur* quatuor alii modi, in quibus fluente & refluente calamo charta exaratur. Quorum quintus veterum Latinorum fuit: aliorum cæteri.

Omnes calami motus.

Quot ſint modi ſcribendi apud nos?

CXCII. Hermannus Hugo viginti quatuor modos ſcribendi enumerat, ſed cùm plerique apud nullam gentem ſint aut fuerint in uſu, non eſt cur illos exponamus. Videri ipſe meret poterit libelli illius citati cap. 8.

Quot apud Hermannum Hugonem?

Sed quod eſt illud ſcriptitandi genus, quod nominant Græci *Tapocon*? Reſpondeo ex Dionyſio Gudofredo vocem hanc variè legi apud Feſtum in exemplaribus diverſis: hæc enim habent *Tabempoton, Temperon, Tempocon, Taempeton, Tamperron, Tampereon, Taeucopon, Taenpton*, & alia vocum mònſtra, quæ ab univerſis ignorantur. Ubique ergo legi debet *Tapocon*. Sed quid hoc? Theodorus Zwingerus libr. 1. volum. 4. illud ſcribendi genus eſſe exiſtimat, quo Hebræi utuntur. At eum decipi manifeſtum eſt; ait enim Feſtus, *Tapocon Græci ſoliti ſunt appellare genus ſcribendi deorſum verſus, ut nunc dextrorſum ſcribimus.*

Tapocon quid?

Varia lectio.

Et ex modis, qui in uſu, quis magis naturalis & melior? Perpendicularem defendunt Syri & Sinæ; ſuum Hebræi & Arabes: noſtrum Græci & Latini.

Quinam ſcribendi modus præferri debeat?

Scribendum deorſum cenſent Syri, quia ſcriptura debet correſpondere cordi, & ideò in illud tendere, ne homo aliter ſentire & aliter ſcribere dicatur. Sed hæc ratio potiùs approbare videretur calamum excurrentem ſurſum. Mentiri enim eſt in mentem ire, & ſcriptura non debet impingere in cor, ſed naſci à corde.

Cur ſcribant deorſum?

Cur ſurſum?

CXCIII. Rabbini aliqui, ut ſiniſtrorſum ſcribendum pronuncient dicunt *Primò*, Naturam incipere ab imperfectioribus & incommodioribus: cum igitur ille ſcribendi modus, quo Hebræi utuntur, ſit imperfectiſſimus & incommodiſſimus, erit & antiquiſſimus, ipſo lumine naturæ inventus & admiſſus. *Secundò*, ſe morum orbium cœleſtium imitari, qui lævorſum procedit. *Tertiò*, ſe imitari textores, qui primùm tramæ filum introrſum jaciunt, cùm enim manu dexterà incipiant non aliter motus fuit auſpirandus. *Quartò*, quia motus extrorſum vocatur *inverſus*, ergo motus introrſum eſt naturalis verusque. Hunc enim Gladiatores Hiſpani vocant *un taxo*, illum verò *un reves*.

Cur ſiniſtrorſum?

Verùm iſtæ rationes leves ſunt. *Prima* enim potiùs militat contrà; nam ſi iſte introrſum ſcribendi modus eſt imperfectiſſimus & incommodiſſimus, omninò condemnandus eſt. *Secunda* nimis altè ſe ſubripit, dum cœlos adit. Planetis & Calamis nihil commune; poſſuntque illi, motus ſuos exercere, quin iſtos dirigant. Prætereà, quis dixit cœlos à dexterà in ſiniſtram moveri? An non Europæus, qui Septentrionem reſpicit? Reſpiciat Auſtrum obſecro, dicetque primum Mobile, quod Aſtronomi *Raptum*, aut *Rapiens* potiùs vocare ſolent debentve, à ſiniſtra dextrorſum procedere? Quod ſi neceſſariò polus ſit reſpiciendus, tranſeat ad ulteriores partes Africæ, & è promontorio bonæ ſpei meridionalem polum reſpiciat, & loquatur. Et cur à rapto motu argumentum deſumit? nam ſi diurnus motus, ut multi prætendunt Aſtronomi, Terræ competit, etiam ipſa ſicut cæteri globi cœleſtes ab occaſu in ortum proreptat: ſi verò, ut Theologi volumus, competit Firmamento, motus iſte ſyderum violentus eſt, & unicus; & potiùs deberet homo reliquos, qui multi & naturales, imitari. *Tertia* ratio placuit Julio Scaligero libr. 1. de cauſ. linguæ Latinæ cap. 46. & tamen ridicula videtur Hermanno Hugoni, aut etiam mihi; quid enim commune Scriptori & Textori? *Quarta* ex idiotiſmo linguæ Hiſpanæ deſumitur, quo ut plurimum probari poteſt, orientalium modum eſſe antiquiorem, quod concedimus; non meliorem. Nos enim ut facilitati conſuleremus vertimus, aut etiam invertimus antiquam ſcribendi rationem.

An cœli lævorſum moveantur?

An motus raptus cœlo, an terræ conveniat?

CXCIV. Ut noſtrum ſcribendi modum Angelus de Roccha propugnet, in Biblioth. Batic. obſervat Hebræos ſingulas literas à læva in dexteram formare: quod etiam notavit Scaliger: & eſſe verum ſciunt, qui Hebraicè audent. At hæc ratio facili negotio retorquebitur, nam Græci, Latini, & cæteri, qui eorundem utuntur characteribus, ſingulos inter ſcribendum à dexterà lævorſum inchoant etiamſi adjunctionem literarum ad literas durant à ſiniſtra dextrorſum: quidquid enim Roccha & Scaliger dicunt de formatione literarum ת,ס,ב,ג, idem poſſunt Rabbini de formatione literarum C, G, O, S.

Quorſum ſinguli characteres formentur, & doceantur?

Hine

Quid requiratur, ut modus formandi characteres ſit optimus!

Hinc patet eruditiſſimos Viros,cùm quærunt,Quis ſit optimus ſcribendi modus? ipſis primis principiis laborare. Examinare enim oporteret priùs, quidnam requireretur, ut optimus modus dicatur. Ego autem illum audebo optimum modum dicere , quem facillimum : nihil enim aliud in calamo quæritur quàm expedita characterum formatio. Ergo , me judice , idem erit inquirere, Quiſnam ſcribendi modus optimus? ac inquirere, Quiſnam facillimus & expeditiſſimus? Eccui tandem concedimus hanc gloriam? Nulli,ut puto: nam facilitas adquiritur mero exercitiu: & vidi tantâ velocitare characteres formari ab Arabibus,ut vix auderem ocyùs figurare Latinos. Perpendicularis ſcripturiendi forma , quam Aramæi & Syri obſervant,alicui videretur molellior tardiorque,ſed mihi non: hoc enim charactere illa ſcriptito , quæ volo à paucis legi,tantâ velocitate,quàm cætera charactere Latino. Si manui dexteræ modus Latinus connaturalis videatur , competet Arabicus manui ſiniſtræ , & tamen Balthaſar Moretus Antuerpiæ , Officinæ Plantinianæ Dominus,vir clarus eruditusque, manu dextrâ erat captus, & tamen ſiniſtrâ ſcribebat Latinos,tantâ animoſitate & velocitate, ut adhuc non paucas ejuſdem Epiſtolas conſervem, ut oſtendam omnia ab uſu pendere, & ea nobis difficilia,quæ inſolita,& illa faciliora,quæ in uſu:nam ut benè cecinit olim Ovidius, *Artifices ſolus qui facit, uſus adeſt.*

Omnis facilitas ab uſu pendet.

ARTICULUS VI.

De magnitudine, compoſitione, & proportione ſyllabarum.

CXC[V]. *De compoſitione continui.*

ACturi ſumus hodiè de compoſitione continui;non phyſici , nam de illo libro VI. diſputat Ariſtoteles; ſed de metrici:& ſupponentes ſyllabas longas eſſe majores brevibus, inquiremus ſolummodò , an omnes longæ inter ſe; & omnes breves inter ſe ſint æquales? an verò ſint aliquæ longæ productiores,aliæ minùs productæ : aut etiam aliquæ ſint breves correptiores,aliæ minùs correptæ.

An omnes ſyllabæ longæ ſint æquales? an omnes breves?

Vulgus omnes longas ſe habere ad breves, ut 2. ad 1. exiſtimat, atque, *Unum dum correpta, petit duo tempora longa Syllaba* : at contrà multa obveniunt, quæ indigent conſideratione. Sic diſcurro.

Syllaba naturâ brevis , ſi duas conſonantes præcedat,longa redditur: quod clarè conſpicitur in particula *Re*, quam naturâ ſuâ brevem dicimus, & tamen producimus literam ſequentem duplicando,ut hæc manifeſtant exempla. Refĕro , Relĕgo , Relĭgiō, Repĕriō,&c. quæ cum Poëtis placet,tranſeunt in Reffēro, Rēllēgo, Rēlligio,Rēppĕriō,&c. Ergo ſingulæ conſonantes addunt medium tempus , aut ſi cum Muſicis loqui velimus,medium tactum. Unde ſi muta & liquida proferantur per modum unius literæ addent quaſi medium tactum vocali; unum ſi dividantur & proferantur ut duæ literæ:aliud enim eſt dicere Tĕnĕ-brās & aliud Tĕnē-brās. Hinc igitur claritatis gratiâ majoribus utamur numeris , & vocalem longam ab omni conſonante præciſam in 12. brevem in 6. momenta dividamus. Ergo , ſi duarum conſonantium poſitio brevem mutat in longam , duæ conſonantes valent 6. ergo ſingulæ 3. Muta igitur & liquida diviſæ 6. per modum unius 3. [aut etiam 4. ſi volueris; fortè enim plus eſt muta & liquida,quàm muta ſola.] An-ne omnes ſunt conſonantes æquales? Aſſero : non enim diſcrimen invenio. An-ne conſonæ, quæ vocalem præcedunt,eam extendunt? Nego: priùs enim vocalis ſonare debet, quàm produci:unde literis præcedentibus augeri non poteſt:quod ipſum firmat inviolabilis poſitionis lex;nam in hoc verſu, *Sic fatur lachrymans*,&c. Æneid. 6. illud tŭr breve eſt,& tamen de facto producitur ob conſonantem *l*,quæ ad ſyllabam ſequentem ſpectat. Stat ergo vocalem , non antecedentibus, ſed ſequentibus conſonantibus tantùm extendi.

[...]n eſſe a[...]les [...]tur [...] dum n[...]ſonar.

De c[...] [...] duratione. Mut[...] & liqu[...]

An omnes ſint conſonantes æquales?

CXCVI. *De vocali ante vocalem. An ſit correptiſſima, cur longa interdum?*

Incipiam igitur à ſyllabis brevibus,& quia vocalis ante vocalem eſt breviſſima, de illâ primo loco dicturus ſum. Cùm enim nullam conſonantem habeat ſex implet tempora. In Genitivis tamen Illîus, Iſtîus ; Ipsîus , Unîus, Ullîus, Totîus, Nullîus, Solîus, Neutrîus Utrîus, Alterutrîus, Alîus, *&c. item* Reī,Diēī,Aciēī. *item* Aulāī,Terrāī : & in Vocativis Pompeī, Cāi,&c. vocalis ante vocalem producitur, quia inter utramque intercedit I conſona,quæ duplicis conſonantis vim habet,& à veteribus expreſsè ſcripta. Bremenſes in ſuâ Grammaticâ,libr. de Proſodiâ cap. 1. §. 1. num. 3. J. *inter duas vocales etiam longa* (productis) *eſt, ut* āiō, mājōr: *Id fit, quia olim geminabatur majjor*,&c. Et Joachimus Camerarius in Grammatica Philippi Melanchtbonis obſervat J adnumerari debere duplicibus, ſi conſonantis vim habuerit. Cæterùm hanc conſonam poteſtate duplicem debere in illis Genitivis & aliis ſimilibus caſibus intelligi , conſtat ex veterum ſcriptis,& præcipuè ex Lucretio libr. 2. *Nec facile in venas cibus omnis dividitur ejj.* & etiam libr. 6. *Ipſius rejs rationem reddere poſſu.*] Vide Giph. Collectan. in Lucretium.]

I conſonans, an ſit duplex litera?

CXCVII. *De vocali brevi ante unam conſonam.*

Si vocalis ante vocalem ſenis momentis profertur; brevis ante conſonantem profertur novenis; & brevis ante mutam & liquidam per modum unius literæ prolatas,denis.

De diphthongo.

Diphthongus nihil eſt aliud, quàm ſyllaba è duabus vocalibus coaleſcens. Latini iſtas enumerant, Æ, AU , EU , OE , ut *Æneas, Audio, Eurus, Cœlum.* Græci iſtas αι, αυ, ει, ευ, οι, ου, quas proprias vocant; & has improprias, ᾳ, ῃ, ῳ, ηυ, ωυ. Præſcindendo à conſonantibus diphthongi Latinæ duodenis momentis proferuntur : item Græcæ propriæ. At Græcæ impropriæ tribus vocalibus conſtare videntur & octonis-denis pronuntiari; nam ᾳ, ῃ, ῳ, ηυ, ωυ, æquivalent *aai, eei, eeu, oou:*

De triphthongis.

De præpoſitione Præ

Præ ſonat duodenis momentis, & ſequenti conſonante pluribus.

Statius Theb.6. *Præmia cum vacuus Domino præiret Arion.*

Martianus Capell. *Præoptare carte, ſi quod placet atque neceſſe eſt.*

As

At hæc ipſa diphthongus ſequenti vocali regulariter corripi ſolet, & quia loquendum eſt cum multis, etiam debet. Sed cur? Quia ſicut muta & liquida coaleſcunt in unam conſonantem interdum, ita etiam *Præ* ſi ſequatur vocalis coaleſcit in unam vocalem, & ſeptenis aut octonis momentis profertur.

CXCVIII. In voce *Mater*, illud *a* eſt longum, & peteret momenta 12. cui etiam debentur 3. ratione conſonantis ſequentis. In obliquis *Matris, Matri*, &c. *r* ſi coëat & imbibatur in *t* valebit 8. aliàs 3. Ergo in voce *Ma-tris* illud *ma* valet 16. & in voce *Mat-ris* 18. In hoc carmine,

Longiſſima ſyllaba quæ?

Stirps ſtridet ramos quando eius concutit Eurus.

prima ſyllaba I, ſi dicatur natura longa, & nihilominùs ſex conſonantibus gravata, petet momenta 30. & erit multò major quam ultima vocis *ſtridet*, quæ petit 12. nimirùm ſex vocali debita, & bis terna propter duas conſonantes.

CXCIX *Veterum carmina imperfecta.* Hinc patet veterum Græcorum & Romanorum metra ametriâ laborare, nec dari bina æqualia in Homero aut Virgilio, debereque novam artem inſtitui, quæ carmina æqualia formaret. *An poſſint corrigi?* Allaboravit olim hac in parte perilluſtris & doctiſſimus Dominus Alphonſus de las Infantas, condiſcipulus meus ingenio floridiſſimo prædítus; ſed opus abſolvere ante diem ſublatus non potuit, ut ingenii audacis vires & potentiam oſtenderet, ingreſſus difficillimam viam, Homerum & Virgilium ſolos voluit Apollinis favore dignos, cæteros ad unum omnes Græcos Latinoſque libertinos vocabat. Suaſi ſæpè ut & Homerum libertinis adſcriberet & ſoli Divino Æneidum *An Homerus fuerit in menſurâ ſyllabarum exactus?* operi menſurando inſudaret, tam multa enim ſibi licentioſè Homerus arrogat, ut non videatur breviores diſtinxiſſe à brevioribus, à longioribus longos, qui longas ipſe ſæpè cum brevibus confundit; & in Virgilio Bucolica & Georgica liberiori calamo contexta ſunt. Multa ſcripſit Infantas, multa lectu digna obſervavit, perierunt omnia, aut ſaltem non viderunt lucem; nihil enim ad umbilicum uſque perduxit, antequam moreretur. Ne omninò periret ejus ſpeculatio, quidquid de Homero aut Virgilio, quidquid de cœteris Græcis Romanis-ve, dixerit aut non dixerit, poſſe à nobis *An carmina arte ſeveriori condita, meliora ſint?* fieri carmina, qualia volebat ille eſſe omnia, quæ nomine Homeri aut Virgilii circumferuntur, clarum & manifeſtum eſt. Fortè non erunt meliora, quæ ſeveriore ſtylo ſcripta; maximè cùm aures aſſuefactæ ſunt ſyllabarum ſyntaxi liberiori. In gratiam igitur eorum qui ſcientias eminentiùs intelligunt, Hypermetricam Proſodiam ſubſcribamus.

Severa condendi verſus Methodus.

Hypermetrica. Suppono omnia quæ in ſcholis traduntur, ut breves à longis diſtinguantur. Suppono omnia quæ hucuſque dicta, ut breves à brevioribus, longas à longioribus diſtinguerentur: ad uſum venio, modumque utendi tantâ ſyllabarum varietate propono, & carmen eſſe duplex *Carmen duplex,* pronuntio: Heroicum nimirùm & vulgare, hoc juxta regulas communes conditur, at illud multò religioſiùs formatur. Poſſent Jambica heroicâ ſeveritate ſcribi, ſed videntur materiam meliorem exigere, nec indigere tantâ ſeveritate. Poſſent Elegiaca, ſed quis ad tam exactos numeros cogeret lachrymas. Poſſent & alia genera, ſi materiam ab arte & ingenio ſuperari vellemus. At quia Principum excellentia facinora Hexametris cantari ſolent, unde *Heroica* dicuntur, artem hanc novam Hexametris attemperabimus. *Heroica carmina unde dicta?*

Verſus Hexameter ſex pedes habet, & unuſquiſque quatuor tempora, ſed momentorum numerum indeterminatum. Primus verſus liberrimo calamo ſcribitur: ſed conſonantes verſus debent eſſe iſochroni, ita ut omnium primi pedes eadem momenta complectantur. Secundi eadem & ſic in reliquis. Poſſumus condere Diſticha, Triſticha, Tetraſticha, Pentaſticha, &c. Paradigmata ſequentia meditare.

Diſticha. AA. BB. CC. DD. EE. *&c.*
Triſticha. ABA. BCB. CDC. DED. *&c.*
Tetraſticha ABBA. CDDC. EFFE. *&c.*
Pentaſticha. ABABA. vel ABBAB. vel ABAAB.
Hexaſticha. ABABBA, ABBCAC. *vel alio modo.*
Heptaſticha. ABABABA. ABACBCC. *&c.*
Ogdoaſticha. ABABABCC, *&c.*

Poſſemus & alia invenire ſed hæc in Rhythmia auris & uſus approbavit, & potuerunt ad Heroica transferri. Nunc momenta conſideremus, quæ ſingulæ literæ poſtulant

		Breviùs.
Vocalis naturâ ſuâ brevis præciſa ab omni conſonante	6.	2.
Vocalis naturâ ſuâ longa, præciſa ab omni conſonante	12.	4.
Conſona ſimplex	3.	1.
Conſona duplex [I & V, aliquando & ſemper X & Z.]	6.	2.
Muta & liquida, quando per modum unius literæ proferuntur.	3.	1.
Quando proferuntur diſtinctim.	6.	
PRÆ ſequente vocali	6.	2.
Cætera diphthongi à conſonantibus præciſa	12.	4.
QV, SV, & ubicumque V liqueſcit.	3.	1.

Quibus benè cõſideratis facile erit talia carmina condere, quæ non dicantur laborare ametriâ. Virgiliana hæc paucula conſideremus

Arma vĭr 30	ŭmque căn 30	ō Trōi 33	æ qui pr 30	imŭs ăb 33	ōris
Itală 30	am fāt 27	ō prŏfŭg 33	ŭs Lāv 30	īnaquĕ v 33	ēnit
Littŏra m 30	ŭlti ill 30	e ĕt tĕrr 30	īs iact 30	ātŭs ĕt 33	āltō
Vi Sŭper 33	ūm ſœv 33	æ mĕmŏr 33	ĕm Iūn 27	ōnĭs ŏb 33	īram.

[Notulæ brevitatis & longitudinis, quæ ſuperpoſitæ, reſpondent vocalibus ab omni conſonan-

ſonantium conſortio abſtractis; multæ enim, quæ notantur ut breves, longæ ſunt poſitione. Ultimum pedem non menſuravi, quia ultima ſyllaba indifferens eſt & poteſt ſufficienter produci, ne ſubrepat inæqualitas aliqua.]

CCII. *Cenſura.* Sed quid de Virgilianis carminibus dicturus ſum? Eſſe bona & æqualia vult Infantas; & ut oſtendat immenſo molimine ipſaſmet vocales ſeparatas à conſonantibus & ſecundum naturam ſuam conſideratas iubet eſſe inæquales: & addendo aliquid vocalium valori omnes pedes primos inter ſe, & ſecundos inter ſe ad æqualitatem reducit.

Sed ſi hanc viam ingrederemur, obtunderent caput noſtrum Æneidum libri duodecim, deberemuſque in ſingulis dictionibus novas quantitates vocalium deſignare; ſummo diſpendio tēporis, & nullo aut leviſſimo fructu. *An veteres Poetæ Græci aut Latini uſi ſint Hypermetricâ?* Nihilominùs puto probabiliter defendi poſſe, uſos *hâc arte Homerū Virgilium, & eorumdem exēplo aliquos forte veteres iuniores ve. ET ADDIDERO; non ſine admiratione me videre tantā temporū ſimilitudinē, ut ſeverioris & occultioris artis poſſit ſuſpicionem ingenerare, probabilitatem à nobis aſſertam confirmare.* Illa igitur utamur nos, & Carmina ſeveriora condamus, eiſdemque Angelorum Imperatricem ſalutemus.

Hypermetricum Triſtichū.

Cœlĕſt ;is	R.g	ină Pol	ĭ ſanct	ĭssĭmă: T	ĕllūs
27	27	33	30	30	
Tē dūle	ĕm dūu	ôra cun	ıt ſūpĕr	aſtra mŏ	vĕntem
27	27	33	30	30	
Spēs: Mātr	ĕm vĭt	æ, pĕce	ātŏr	ŭmqūe Pātr	ōnam.
27	27	33	30	30	

De terminis magnitudinis & parvitatus.

CCIII. IN doctrina communi ceſſat quæſtio, cum enim omnes ſyllabæ Longæ æquales eſſe dicantur, & omnes etiam breves æquales, nulla ſyllaba poterit eſſe vel brevior brevi, vel longior longâ, deberentque indifferentes inter breves & longas collocari uno aut altero modo: *Quales ſint literæ indifferentes?* poſſemus enim primò dicere eſſe naturâ ſuâ ancipites, & poſſe produci vel corripi, prout neceſſitas poſtulet vel voluntas: & poſſemus ſecundò aſſerere, illas eſſe breviores longis, longiores brevibus, & ſi illæ duobus tēporibus illæ uno ipſas ſeſquitempore pronuntiari, adeòque poſſe ſine carminis magnâ iacturâ iam pro brevibus & iam pro longis collocari; at ſtando ſubtiliori doctrinæ, & ſubdividendo ſyllabas, tam longas quam breves, in diverſas claſſes, puſſet quæſtio proponi quæ inquireret, *An poſſint in infinitum produci ſyllabæ; aut in infinitum abbreviari?* *An detur ſyllaba breviſſima?* Sed reſponſio eſt facillima; nulla enim vocalis brevior eſt illâ, quæ naturâ ſuâ brevis præcedit alteram vocalem, ut cum dicimus *aries*: cumque talis vocalis ſex momenta conſumat, reſolvitur breviori nullam tempore proferri poſſe. De longis habitâ proportione diſcurro, nam ſi vocalis longa duodecim naturâ ſuâ momenta impendit, non aliter extendi poterit, quàm conſonantium adiectione: cum igitur in linguâ latinâ inter duas vocales ſex conſonantes eſſe poſſint, ſeptem non poſſint [ut cùm dicimus *Stirps ſtridet.*] longiſſima ſyllaba triginta poſtulabit momenta, & determinabit ultimum terminum magnitudinis. Hæc dicta ſint de linguâ latinâ, quoniam in lingua Græcâ, ſi diphthongo impropriæ hoc eſt tribus vocalibus aut momentis octodecim ſex conſonantes adiungantur, triginta ſex momenta impendent, plura ſi plures.

ARTICULUS VII.

De quantitate ſecundum dici.

CCIV. UTor philoſophicis terminis, quando rem grammaticam philoſophicè tracto: & ſuppono in Metaphyſicis reperiri entitates abſolutas & relativas, quæ ſint *ſecundùm dici*, hoc eſt vocaliter in linguâ, realiter nullibi. *Entia ſecundum dici.* Eiuſmodi ſunt, ferè omnes, quæ immeritò intellectui conceſſa, *Entia rationis* vocabantur: omnes inquam, quæ iam *Entia linguæ* vocantur. *Entia rationis. Entia linguæ.* Eiuſmodi ſunt etiam relationes nonnullæ, quæ à rebus abſunt & voci aut ſtylo debentur. Hinc ſubdubitare poſſet aliquis, *An tota brevium longarumque ſyllabarum diſtinctio ſit vera & realis, an tantummodo ſecundum dici? & ſi vera, an à naturâ ipsâ, an à liberâ potiùs hominum Voluntate dependens?* *Quæſtio proponitur.* Ut huic controverſiæ ſatis faciam, continebo me intra terminos linguæ latinæ, ita tamen ut portas parolas aperiam, per quas meus Lector poſſit ad Græcam aut alias, ſi voluerit, excurrere.

Sentio in linguâ Latinâ penultimas ſyllabas quantitate diſtingui, & iſtam ipſam diſtinctionem eſſe veram & realem, non cogitatam, non dictam, non ſcriptam, non fictam; *Penultimâ quantitas eſt vera.* aliter enim ſonat *cécidi*, aliter *cecídi*; aliter *intérlego* aliter *interlégo*; quod diſcrimen in ipsâ ſubſtantiâ vocis reperitur, ante omnem mentis aut cuiuſcunque alîus potentiæ fictionem vel operationem.

CCV. Sed hoc ipſum diſcrimen unde exortum? *Cur aliqua ſyllaba* anne dictiones aliquæ naturâ ſuâ poſtulant corripi

corripiantur, aut producantur.

corripi vel produci ? minimè. Potuit Latinus Nomenclator, aut omnes omninò corripere, aut omnes omninò producere, aut mille modis vulgatas quantitates variare. Libet in denominandis rebus fuit, adeòque liber etiam in vocibus ipſis menſurãdis; *cecìdi* dicimus à cædo, *cécidi* à cado, poſſemus contrà ſi vellemus; non enim famulamur linguæ, ſed ipſa potiùs debet noſtræ voluntati ancillari.

Quantitas ſecundum dici.

Præter penultimam ſyllabam, (aut etiam fortaſſis antepenultimam, quando eſt brevis penultima) omnes reliquas ſyllabas primas, medias, ultimas, habere quantitatem ſecundùm dici, hoc eſt, non eſſe reverâ breves longas-ve, ſed breves & longas vocari, vel fingi potiùs, ſi ſinceritas placeat.

Quantitas potentialis.

Interim negari non poterit, ſæpè has ipſas ſyllabas, quas dicimus quantitate carere, eſſe potentiâ quantas, ſi ratione etymi aut compoſitionis poſſint eſſe penultimæ. Rem dilucido exemplis, dico verbum *Lego, gis* habere primam brevem, non actu [quis enim poterit aliter proferre Lĕgo, gis, aliter Lēgo, gās?] ſed potentiâ. Et cur potentiâ ? quia in compoſitione vera quantitas emicat: Libros enim interlĕgo, nuntios verò interlêgo. In ablativo *eo, eá, eo*, ultimæ ſyllabæ actualem quantitatem non habent, *eo* enim verbum & *ea* in nominativo eodem modo proferri percipimus: at ultimas illas ſyllabas dicimus habere quantitatem potentiâ, & habituras actu, ſi penultimæ fiant, & *ab eodem* aut *eâdem* dicamus. Si proponitur dictio *diligimus*, dicam penultimam reverà brevem eſſe, antepenultimam potentiâ tantùm, hoc enim probat derivatio & perſona primitiva *diligo*.

CCVI. *Potentialis quantitas non percipitur aure.* *Metrica qualis?*

Puto hanc potentialem quantitatem, non conducere ad carmina, ſi auris ſit conſulenda; iſtæ enim judicant, non de quantitate quam haberent ſyllabæ, aut habebunt, ſed de quantitate quam habent. Ergo Metrica tota, eſt quædam ars intellectualis, ex majori parte a veterum vanitate pendens, quæ illæsâ arte poſſet ad regulas laxiores reduci, quoniam ſi habeatur ratio penultimarum ſyllabarum, & negligantur reliquæ, condentur carmina, quæ auris approbet, intellectus condemnet, quod poteſt exemplis demonſtrari; lego in Virgilio Æneid. 6.

Sic fatur lachrymans claſſique immittit habenas.

Quid ſi quiſpiam reponeret

Hæc legens clamitat domoque emittit amentes.

Sunt regulæ, de quibus auris iudicat, & de quibus non iudicat?

Advocentur, obſecro, politiſſimæ linguæ, aures delicatiſſimæ, & videamus, an non iſta duo carmina ſimilia ſint ? an non ſingulæ prioris ſyllabę ſingulis alterius correſpondeãt? & interim nullum errorem habet carmen prius, multos poſterius: hoc igitur impingit in regulas, de quibus non iudicat auris. Hinc eſt quod ſatis mirari non poſſim, fictas Poëtarum antiquorum hypotheſes tãtâ religione obſervari: quod ipſum irrepſit in Muſicâ, reperiuntur non paucæ regulæ, quas auris non probat, nec reprobat,

De legibus Muſica.

& tamen obſervãtur exactè. Sæpè ſonoros numeros audimus, quos auris approbat; interim condemnantur à Muſicis, quoniam in veterum leges, tyrannicè nobis impoſitas, impegiſſe dicuntur; unde reus, ſi generoſus eſſet, poſſet nihil ejuſmodi damnationi deferre, ſed appellare ad aurem, & cum Martiale dicere, *Malo convivis, quàm placuiſſe coquis.* Hinc patet Proſodiæ naturam & ingenium perfectè cognoviſſe illum Philoſophum, qui eamdem cum comœdiâ compoſuit, nam in comœdia non eſt Iupiter, Mercurius, Hercules, ſed alij omninò, qui eorum perſonas agunt; qui reverà ſunt homines, & vi carminum & Plauti authoritate immortales & Dij; videlicet ſecundum dici. Cæterùm ex hypotheſi, quòd Comœdi fuerint talia nomina & perſonas ſortiti, ita ſe habere debent, ac ſi eſſent vera, quæ à Poëta finguntur. Sic in arte Poëtica præter penultimas, reliquæ ſyllabæ reverà nec ſunt longæ nec breves, ſed quia veteribus ſic placuit, hæc nomina fuerunt ſortita, & ſtando iſti hypotheſi aut fabulæ, habent jus, ut ita collocentur, ac ſi eſſent quantitate diſtinctæ: ſed quia ipſum hoc ius fictione fundatur, erit fabuloſum & comicum, & ab hominum prodigalitate dependens.

Dij ſecundum dici. *Quantitas virtualis.*

CCVII. *De Proſodiâ ſecundum dici.*

Hæc ſufficiant omninò ut dictionum natura cognoſcatur, iam calamum volebam ponere, ſed aliquid ſum de proſodiâ dicturus: nam etiam apud ipſam penultima ſyllaba habet quantitatem ſecundum dici: tales enim accentus dictionibus veteres & iuniores adfingunt, quales auris non videtur diſtinguere: & hoc in linguâ Latinâ præcipuè: nam in Græcâ, tales pingunt accentus, quales auris in proſâ fortè ſufferat, & in carmine tolerare non poſſit: quam ob rem Præceptores nonnulli contemptis accentibus vulgatis, Græca carmina tono Latino legunt, meritò iudicantes, non eſſe carmina ſi Græco legantur. Multis te poſſem exemplis onerare, ſed unam aut alteram tantummodò dictionem ſpeciminis causâ ſubſcribo; dicunt Græci ἀμάρανθος & ἐπιμενίδης àmàrānthŏs & Epimĕnides. videre vellem quis eſſet ille pſittacus, qui linguâ tam glabrâ polleret, ut poſſet unam ex iſtis vocibus proferre iuxta regulas; ille Deo potentior eſſet, nam poſſet duo contradictoria ſimul ponere, quod Deus non poteſt. Bremenſes in latinâ Grammaticâ: *Acutus* (accentus) *iam pridem ſolùm pronuntiatur, vel potiùs pro quovis accentu mora quadam adhibetur, quæ ſanè dicatur accentus.* Ergo in voce ἐπιμενίδης, quia penultima dicitur brevis, debebit ſine morâ proferri: & eadem, quia acuta dicitur, debebit proferri cum morâ. Ergo ſimul cum morâ, & ſine morâ. Ergo, tam impoſſibile eſt brevem acui, quam moram non eſſe moram. Idem ipſum in voce, ἀμάρανθος conſpicitur; non enim poteſt antepenultima acui, quin velociter proferatur penultima, ergo in hac voce penultima corripitur & non corripitur: quod patentem repugnantiam involvit.

Accentus ſecundum dici. *An Græca carmina legenda ſint accentu Græco?* *Accentus acutus quid ſit?*

CCVIII. *Rhythmi.*

Hinc ortum puto genus carminis Rhythmici, quod apud omnes Europæos curioſo, & apud Hiſpanos & Italos calamo politiſſimo ſcribitur. Illam ſyllabam, quæ afficitur accentu longam eſſe huius carminis

con-

conditores pronunciant, breves cæteras; & quidquid de cogitatâ ſyllabarum differentia, quam auris non percipit, veteres ſcribant, & Iuniores exſcribant, rident, irridentque; & exiſtimant artem ſuam, auri & naturæ reſpondere, & cæteras quantitatum regulas, quæ ingenia apud Latinos gravant, ſomniatas aut chimœricas eſſe, & indignas, quæ à gentibus doctis admirantur. Multa Græcis mentiri placuit, & tamen ab Antiqois Romanis crediti ſunt in proſodiâ metiri ſyllabas, quas nobis videntur mentiti. Dicemus igitur, Rhythmicam differre à Metrica, ut à fabulâ veritas, à Comœdiâ hiſtoria, à chimœtâ realitas. Rhythmica enim contemplatur quantitatem vocalium, quales auris diiudicat, & illæ habent; ſed Metrica earundem quantitatem & differentiam, non prout in rebus eſt, ſed prout fictum à Græcis fuit, à Romania acceptum & à Iunioribus hodiè uſurpatum.

An ſoli correſpondeant auri!

Metrica & Rhythmica diſcrimen.

NOTA I.

CCIX. *Quantitas vera ſyllabarum eſt triplex.*

PRo coronide huius Articuli adnotato ſyllabas veram omnes quantitatem habere: aliæ enim ſunt longæ, aliæ breves, aliæ mediæ. & videri eſſe medias ut 2. breve aut 1. longas ut 3. & poſſe carmine ſequenti illuſtrari.



In quo tres claſſes notarum; ■. longam, ◆ brevem, & ■ mediam, invenies. & veræ Proſodiæ regulas & leges intelliges. Nobis hæ paucæ videntur ſufficere I. *Vocalis ante vocalem, quando à Latinis brevis dicitur, etiam eſt.* II. *Monoſyllabarum & Diſſyllabarum dictionum ſyllabæ omnes ſunt mediæ.* III. *Polyſyllabarum, ſi penultima acuatur, longa eſt, ultima brevis, cætera mediæ: ſi antepenultima acuatur, eadem erit longa, penultima brevis, & mediæ cætera.* Has tres regulas carmen poſitum firmat, & explicat: ad primam enim *Creator*; ad ſecundam *Veni*: ad tertiam *Creator* & *Spiritus* pertinent.

Legitimæ Regulæ.

NOTA II.

CCX. *An quantitas ad placitum ſit eadem quæ ſecundum dici?*

PLacuit hæc doctrina nonnullis, & quia non omnes æquè acuti, aliqui cæperunt quantitatem ſecundum dici cum quantitate ad placitum diversâ toto cælo confundere: hanc ob rem hæc pauca placuit adnotare.

Sic diſcurro. Aliud eſt habere veſteá ad placitum, aliud habere veſtes ſecundum dici. Illas omnes habemus ad placitum, nullus enim à naturâ veſtitur; habemus multiformes, & multicolores, quia volumus: &, ſi variæ gentes concurrant, & veſtium varietas nos in admirationem indueat, & illius varietatis cauſam doceri velimus, ſtabit pro ratione voluntas. At ille eſſet veſtitus ſecundum dici, qui verè eſſet nudus, & tamen eſſe veſtitus diceretur.

Veſtes ad placitum.

Veſtes ſecundum dici.

CCXI. *Divitiæ naturales. Divitiæ ad placitum.*

Ad divitias ſubvenio, & pronuncio alias eſſe naturales, alias ad placitum, alias ſecundum dici. Sanè immortales animi dotes, opes eſſe naturales exiſtimo: argentum, aurum, fundos, agros, &c. eſſe veras divitias ſed ad placitum: nemo enim eſt poſſeſſor invitus. Pendent ejuſmodi divitiæ à communibus regionis legibus; à Reipublicæ receptis moribus; pendent etiam à voluntate concedentium, à tolerantiâ permittentium, & ab arbitrio poſſidentium: ergo ſunt veræ divitiæ, ſed ad placitum. illæ autem, quæ ſunt ſecundum dici, non ſunt, ſed eſſe aut ineſſe dicuntur. Multi enim hodie ſunt pauperrimi homines, qui arte & ingenio ſe tolerant, & amicorum favore opulenti dicuntur.

Divitiæ ſecundum dici.

Syllaba eſt ad placitum longa: & brevis ſecundum dici.

Hinc tranſeo ad ſyllabas. Nulla eſt, quæ ſuâ naturâ produci poſtulet; nulla quæ corripi. In dictione *Audieram*, illud I. eſt longum, & tamen quod ſit potiùs longum quam breve, habet ex veterum Poëtarum placito, & iuniorum aſſenſu, ſed verè habet: & idem dico de E, quod breve eſt. Cæterùm *Au* & *ram* ſyllabæ mediæ ſunt, & æquales, & tamen inæquales dicuntur, (illa longa, iſta brevis) & laborant diſcrimine ſecundum dici. Et tandem I, licèt pronunciatione longum ſit, dicitur breve; ſed in hac ſyllaba longitudo eſt ad placitum, vera tamen: & brevitas eſt ſecundum dici.

ARTICULUS VIII.

De Primo Motore.

CCXII. *Gentilium Theologia.*

TOta, aut ferè Ethnicorum Theologia nata eſt à Poëtarum ingenio, & eorumdem ſtudio ſuſtentata. Heroum Illuſtrium Apotheoſes debentur Poëtarum carminibus, quæ impulſu potentiſſimo Homines plurimos tranſtulerunt ad cælum. Ante Orpheos, Heſiodos, Homeros & cæteros antiquos vates, unicus erat Deus, qui nō habebat filios nepotes & abnepotes Deos. Hūc tamen facundia carminum fecit ita fœcundum; ut haberent Numina genealogias, quas imitarentur Mortales. Cæterùm tametſi Poëtæ veteres plurimos errores de Deo animis Gentilium implantaverint: hoc tamen nomine non ſunt condemnandi univerſi, quoniam aliqui apud Atheos populos unicum Numen prædicarunt: illud colendum propoſuerunt; & mores humanos reformarunt.

Deorum genealogiâ.

An debeantur carminis?

An motus ſemper ſit ab alio?

Conſideravit cauſas phyſicas & reales Ariſtoteles, & ex motu ad motum quaſi per gradus & ſcalas adſcendens, omne quod movetur, ab alio moveri pronunciat, & ad Motorem primum pervenit. Et Ovidius ad motus Poëticos convertens oculos, pedibus metricis mundum univerſum percurrit,

currit, & Deom ſatetur, & deſcribit. Sic inquit.

Ovidius Amorum. libr. 3. eleg. 8. *At ſacri Vates, & Divûm cura vocamur:*
Sunt etiam qui nos numen habere putent.

cujus acumeo, ad hos poſſet terminos idem Author reducere. [Dantur carmina, Ergo & datur Deus. Quia carmina ſine ſpiritu condi non poſſunt: & ſpiritus, qui Poëtis Divinas cogitationes inſpirat, Deus eſt.]

CCXIII. Probavit Ovidius Deum eſſe: & etiam qualis ſit, in locis diverſis deſcripſit. Lego in Virgilio immenſi Dei præſentiam potentiamque Mundi gubernatricem, deſcriptam his pulcherrimis verbis.

Virgilius. *Spiritus intus alit, totamque infuſa per artus*
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Ovidius. In Ovidio Metam. 1. Omnipotentiam Conditricem:

Ante mare & terras & quod tegit omnia cœlum
Unus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere chaos, rudis indigeſtaque moles.
Nec quidquam niſi pondus iners, congeſtaque eodē
Non bene junctarum diſcordia ſemina rerum. &c.
Hanc Deus, & melior litem natura diremit.
Nam cœlo terras & terris abſcidit undas,
Et liquidum ſpiſſo ſecrevit ab aëre cœlum.
Quæ poſtquam evolvit, cæcoque exemit acervo,
Diſſociata locis æternâ pace ligavit.

Hæc omnia Ovidius; quibus Empedoclis Philoſophiam videtur ob oculos ponere; & ad proprias ſententias temperare.

An elementa ſint quinque? Quinque ſunt elementa veterum opinione; *Ignis, Aqua, Aër, Terra: Cœlum.* velut alij loquuntur; *Calor, Algor: Humectas, Siccitas: Olympus.* & quidem Cœlum eſſe elementum quintum eſt dogma etiam Ariſtotelis, & tam receptum in Peripateticorum Scholâ, ut Clariſſimus Vir, Marcus Marci, Valerianum Magnum, Virum etiam doctiſſimum, aſſerat doctrinam ignorare Ariſtotelis: & id vel inde probet, quòd Magnus aſſerat, Mundi Ariſtotelici elementa eſſe quatuor, cùm Ariſtoteles poſuerit quinque. *An cœlum ſit elementum?* Hæc quinque elementa ſi capita dictionum ſumamus, dabunt dictionem *Chaos*, ut conſpicis.

CHAOS eſt elementorum anagramma.

C *Calor.*
H *Humectas.*
A *Algor ſeu Frigus.*
O *Olympus.*
S *Siccitas.*

Eſt autem *Chaos*, quinque horum elementorum indigeſta inordinataque commixtio, qualem figura *Chaos*, quæ ponitur laminâ primâ num. 1. repræſentat:

Quinque vides characteres immixtos; videlicèt C. H. A. O. S. quinque Elementis Mundi correſpondentes; qoinque inquam omni carentes ordine, quorum nullus eſt primus, nullus ultimus. Et hac ideâ intelligere poterit aliquis, an benè Ovidius aſſequutus fuerit Moyſeos mentem; totus enim aut ferè liber Metamorphoſeon primus libro Geneſeos correſpondet: quem ab Ovidio lectum & etiam transformatum certum eſt. Propheta dixerat: *Terra erat inanis & vacua, & tenebræ ſuper faciem abyſſi.* & Poëta *An Ovidius legerit Geneſim? Ad adſequutus fuerit mentem Moyſeos?*

Unus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere Chaos, rudis indigeſtaque moles.

Conveniunt in hoc, quod uterque ante rerum diſtinctionem materiam informem, & inordinatam conſtituat: quæ tamen à Deo eſt condita teſte Prophetâ; licèt Poëta contrarium inſinuare videatur. In hac ergo materiâ primâ omnia erant confuſa & immixta: omnia carebant loco debito; & de ordine & loco concertabant.

Hanc Deus & melior litem Natura diremit: Quis? Deus & Natura. An-ne duo? minimè. illud enim *Et*, quo utitur Ovidius, non eſt conjunctio, quæ terminos diſtinctos connectit; ſed particula quædam appoſitiva, æquivalens particulæ *nimirū, videlicèt*, aut alij ſimili. Et quo litem diremit modo? Diviſit aquas ab aquis (eſſentias ab eſſentiis: מים *Maim* enim ſignificat & *eſſentias* & *aquas*) Ita Moyſes: à quo non multum abeſt Ovidius: inquit enim, *Quid ſit Et ſumptū appoſitivè?* *Maim ſonat quidditates & aquas.*

Quòd cœlo terras, & terris abſcidit undas,
Et liquidum ſpiſſo ſecrevit ab aere cœlum.

& terminos elementis imponens, juſſit ſingulis, ne tranſirent fines ſuos.

Hæc de Deo & ejus Omnipotentia; hæc de Cœlo & Mundo ſint dicta; ut ex Poëticis Meditationibus ad Deum veniamus, CCXIV.

Hæc omnia, & alia, quæ poſſem recenſere, Deum concernunt, tanquam cauſam primam & ad Phyſicam pertinent, oculos vertamus ad Ethicam, quæ Deum tanquam ultimum finem meditatur, videamuſque quid à carmine ſperare poſſimus. Libr. 1. Tuſc. *Præclaram Artem & vitæ emendatricem Poëticen* appellat Cicero. quæ ſi vitæ emendatrix eſt, ad Deum homines & ad Cœlum perducet. Omne peccatum eſt ἁμαρτία; & , ſi mores ſuos homines clementiſſimis Dei præceptis accommodent, ſicut linguas Artis Poëticæ ſtrictiſſimis legibus, obtinebunt operationum elegantiam, quæ magni fiat apud homines & apud Deum: qui hujus eſt, & omnium noſtrarum Meditationum erit finis. *Quantum Ethica debeat Poëticæ*

Digitized by Google

PARS III.

CRITICA

AUSU GENEROSO ET FELICI IN OMNES SCIENTIAS NOBILIORES SE INSINUAT, & Ideis Grammaticarum Aſſertionum præventa, tradit Logicam, Metalogicam, Phyſicam, Metaphyſicam, & Theologiam Scholaſticam Moralemque. Et illas purè Grammaticis fundamentis ſubcollat, & merè litterariis exemplis & notitiis dilucidat.

EST FACILLIMA ET SECURISSIMA SCIENTIARUM clavis, quâ poſſit ingenioſus Lector intricatiſſimas difficultates ſolvere, & cæcas quæſtiones aperire.

Critica apud Græcos quid? KPITAI dicebantur à Græcis illi Iudices, qui in certaminibus Muſicis & Poëticis iudicabant. Ipſis ſuberat ingeniorum Cenſura, & definitivâ ſententiâ cui laurus eſſet danda pronunciabant. Horatius 3. Epiſt.

Ennius qualis? *Ennius & ſapiens & fortis & alter Homerus,*
Vt Critici dicunt.

Ariſtarchus & Ariſtophanes. Dicebant ius in vivos mortuoſque, unde Ariſtarchus & Ariſtophanes in ipſummet Homerum auſi, ejus opera correxerunt, & multos verſus, tanquam nothos & ſubdititios, multos tanquam negligentiùs ſcriptos, ſubmoverunt.

CCXVI. Homeri Opera qualia? Sanè Ariſtarchus & Ariſtophanes, erant puri Grammatici: Divina Homeri Opera omnes ſcientias includunt: nam, ut Lucianus habet, omnes Oratores, Poëtæ, Dialectici, Phyſici, Theologi, Politici, Militea, plus doctrinæ reperient in Illiade, quàm in diverſis libris, quos alij Iuniores concinnant. Ius ergo habet Grammatica, & à millibua annis præſcriptum, Iudicandi nimirùm alias ſcientias, & earum Poſitionea ad ptopria fundamenta elimandi.

Hæc cùm ſint manifeſta, nemini videbitur mirum, ſi Grammaticæ noſtræ liceat hodie eſſe Audaci, & in ſublimiorum Scientiarum & Facultatum terminos & ſphœras ſe ingerere, omnes Artes Grammatico pede metiri, & exemplis Grammaticis dilucidare. *An liceat Grammaticæ eſſe audacem?* Proderit multis hæc audacia; Iuvenes enim, qui Grammaticam ſciunt, & alia neſciunt, ab his quæ ſciunt, ad illa quæ ignorant deducentur, & poterunt in rerum cognitione proficere: fruſtra enim obſcura & difficilia per obſcuriora & difficiliora tradetentur; nam humanum Ingenium, ut addiſcat quæ neſcit, ab his quæ ſcit, debet & ſolet manuduci, vel aliàs ſine fructu & utilitate fatigatur.

MEDITATIO I.

LOGICA.

CCXVII. Quàm ſit difficilis Dialectica? INtegrum Annum, ut Logicam docerer impendi. An illam ſcio? Hoc ipſum neſcio: tot enim tricas audio, ut eſſe in mundo hominem, qui exactè ſciat Dialecticam, non velim credere. An omnia illa, quæ ſcio, potuiſſem breviori tempore addidiciſſe? Pernegant Præcepto-

Cur ſint interdum Præceptores moroſi? Omnis Auditor debet ambire magiſterium, ut ſit diligens. Quanto

ceptores, quorum fortè intereſt lento progredi pede, ut plures Aoditores habeant. Etiam Ego aliquando ero Profeſſor; ſic deſidero & ſpeto; qui enim in ſtadio Philoſophico promoveri non ambit, in ſtudio oon proficit, & ad lauream oon pérveoit. Sed quanto, quæſo, tempore, ſi docere iuberer, diſcipulis traderem Logicam? unicâ hedomade. Audax facinus, ſed quod firmaret, aut etiam firmabit experientia, ſi tempus & occaſio ſuccurrat.

tempore addiſcere poſſimus Logicam.

Mihi placeo, cùm tam longam & variam ſcieotiam tam brevi tempore me docturum pollicеor. Solus ſum: in mentis meæ gymnaſio tot diſcipulos habeo quod memoria receſſos, ut ideas proponendas retioeat; adſcendo cathedram, me Magiſterio præparo: & ſic inquam:

ARTICULUS I.

Communem & veterem Logicam, methodo nec communi nec veteri ad paginas paucas reducens.

CCXVIII. LEgi Viros illuſtres, qui ubertimo verbotum profluvio de controverſiâ diſputarunt, quæ inquirit, An Logica ſit Legiſtis, aut Canoniſtis utilis? An Dialectiea ſit oeceſſaria? quos maiori iacturâ temporis legas, & intelligas, quàm ipſam Logicam. Ego more meo propono, & reſolvo omnia breviùs: & hanc Theſio propono. *Ne unum quidem caſus conſcientia ſolidè poteſt decidi ſine Logicâ. Vt plauſibiliter impugnes Logicam, indiges Logicâ. Vt pulchro auſu perſuadere coneris inutilem eſſe Dialecticam, debes uti Dialecticâ.* Hæc omnia nimis clara ſunt, & quæ probari non debeot, ſed ſupponi: noſtram enim Reſolutiooem experientia quotidiana coofirmat, videmus eoim propriis oculis lapſus, etiam homioum eroditorum, qui non potueront propter Logicæ ignorantiam vitari. Hanc ob rem me optimè meritum de Legiſtis & Iuriſperitis (imò etiam de omnibus Theologiæ Moralis Stndioſis) putabo, ſi è moltis, quæ fuſiſſimè ab Authoribus tractari ſulent, illa interlegam, quæ videantur ſufficere, ut ſecuriſſimè dialecticemur. Hoc animo has Paginas Prooemiales præſcribo, ſuadens ut potiùs quàm examinetis & diſputetis, An neceſſaria ſit Dialectica? illam diſcatis.

De Logica Nomine & utilitate.

CCXIX. LOGICA vox nota eſt: & ita à Latinis accepta, ot ſi reponas alteram è theſauro Romano, difficiliùs te intelligant. Deducitur à Voce Græcâ Λόγ☉, quæ *rationem* & *ſermonem* ſignificat. Uode ſumpſiſſe exordiom videretur contentioſum Scholaſticorum diſſidium, quorum hanc facultatem alij ad Mentem, ad Linguam alij redocendo, duas diverſas Scholas inſtituerunt, quas *Rationalem* & *Vocalem*, aut etiam *Nominalem* vocamus. De utrâque oos in Curſu Philoſophico uberiùs; nunc breviter eloquuturum Menandrum digneris audire. Ait enim:

Λόγος γάρ ἐστι λύπης φάρμακον μόνος.
Αὐτῶν γὰρ ωνους οὐδὲν ἰᾶται λόγος.
Μέγιστον ἐστὶν ὀργῆς φάρμακον λόγος.
Ὁ λόγος ἰατρός ἐστι τῶ κατὰ ψυχὴν πάθους.
Ψυχῆς νοσούσης ἐστὶ φάρμακον λόγος.
Ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται.
Ἰσχυρότερον δὲ γ' οὐδέν ἐστι τοῦ λόγου.
Λόγῳ με πείσας φαρμάκῳ σοφωτάτῳ.
Λόγῳ διοικεῖται βροτῶν βίος μόνῳ.
Λόγῳ ἀμείβου τῷ λόγῳ πείθοντί σε.
Ῥίψας λόγον τις οὐκ ἀναιρεῖται πάλιν.

Depingit Rationem, ſeu Sermonem, unde dicitur Logica; & poterit ſic verti Latinè.

RATIO quidem eſt triſtitia remedium ſola.
Ratio enim benevola ſcit triſtitiam mederi.
Ratio eſt maximum iræ remedium.
Ratio medica eſt paßionis, quæ eſt in animo.
Ratio animi ægrotantis medicina eſt.
Rationis ex pondere Viri character noſcitur.
Rationis quidem virtute nihil potentius eſt.
Rationi ineſt pharmacum ſapientiſſimum, quo perſuaſiſti mihi.
Rationi ſoli cedit mortalium vitæ adminiſtratio.
Rationi reſponde ratione, cùm aliquis perſuadet tibi.
Rationem cùm emiſerit (amiſerit) aliquis, non reſumet rursùs.

Hinc patet Logicæ Rationis & etiam Sermonis directrici deberi omnia, quæ Rationi & Sermoni adſignantur; ratio enim ſi exorbitet, non eſt ratio, ſed rationis cadaver: & verba, niſi ſint prudentiâ & modeſtiâ condita, ferina potiùs ſunt, quàm humana. *Eſt ergo Logica, quadam Rationis & Eloquutionis vita & anima: triſtitia, ira, & quarumcumque aliarum paßionum morborumque cor invadentium ſapientiſſima & efficaciſſima medicina; omnes enim animi perturbationes ex errore naſcuntur, & doctrinâ curantur. Eſt Logica character hominis, formalitas conſtitutiva, & diſtinctiva. Tolle Logica obiectum, & hominem ipſum ſuſtuleris; qui enim caret ratione, non eſt homo phyſicus: & qui eloquutione, non eſt homo civilis & humanus. Tolle artem, & habebis Hominem impolitum & rudem; in actu ſecundo bruto ſimilem, & in primo animal rationale. Modò Logicus ſis, non eſt cur Homines timere debeas; tu enim ratione uteris, qua, ſi regatur benè, nihil robuſtius eſt. Logica perſuadet potentiſſimè; & à ſolâ perſuaſione pendet totiùs humana vita adminiſtratio; cùm certum omninò ſit, id unicum à ſingulis fieri, quod ſibi opportunum perſuadent. Logica correſpondere debet Logica, verbũ verbo,* CCXX.

verbo, rationi ratio; dedecet enim vi aut armis Viros agere, cùm verbis poſſunt: & dedecet verba profundere, ubi ratio abeſt. Logicam manuteneas; quæ invadi non poteſt, niſi à Logicâ: contra cuius leges, ſi aliquam Poſitionem admiſeris; aut dimiſeris, iuxta leges eiuſdem ſub gêr ū, nec animos permitteris reſumere.

De Propoſitione.

CCXXI. QUid ſit Nomen? Quid Verbum? Quid Subſtantivum modo ab Adjectivo diſtinguatur? non examino; id enim à Grammaticis ſciri ſolet aut debet, nec eſt cur tes omnibus notas repetamus.

Propoſitionem conſiderandam mihi ob oculos mentis propono. Hanc ſcilicet, *Homo eſt ſenſibilis*: quæ duabus partibus & copulâ ſubſtantivâ componitur. Copula ſemper eſt verbū ſubſtantivum; partes debēt eſſe duo nomina, quæ *Termini* aut *Extrema* vocantur: è quibus illud, quod præcedit *Subiectum* dicitur, alterum verò *Prædicatum*. Et hanc ego puto doctrinam ſufficere, ut Propoſitionis intrinſecas cauſas cognoſcamus.

Cauſas etiam extrinſecas habet Propoſitio; alia enim ab aliâ derivatur. Hæc enim ipſa, *Homo eſt ſenſibilis*, oritur ab iſtâ, *Homo eſt animal*, nam ſenſibilitas includitur in animalitate.

Hinc eſt, quod Scholaſtici in tres partes diſtinxerint Logicam; quæ prout Propoſitionis intrinſecas cauſas contemplatur, dicitur *Apprehenſiva*; prout ipſammet Propoſitionem, *Iudicativa*: & tandem prout Propoſitionis cauſas & effectus extrinſecos, *Diſcurſiva*. In quibus tribus partibus totum Rationis artificium conſiſtit.

De Terminis.

CCXXII. VAriæ ſunt Terminorum diviſiones & definitiones, quas juvat breviter dilucidare.

Terminus eſt extremum Propoſitionis; unde in hâc *Homo eſt Animal*. Erit primus terminus *Homo*, ſecundus *Animal*. Nomina ſubſtantiva ſunt termini categorematici. Adjectiva ſunt termini ſyncategorematici, ſeu conterımini. Nam in hâc Propoſitione *Equus niger eſt animal velox*, termini ſunt *Equus* & *Animal*, & contermini ſunt *Niger*, & *Velox*. Sunt qui non omnia adjectiva ad terminos ſyncategorematicos reducant, ſed hæc tantùm pronomina, *Omnis, Nullus, Aliquis*: ſed ratio, quæ hæc eſſe ſyncategorematica evincit, univerſalis eſt, & omnibus adjectivis favens.

Nomen negativum (quod Infinitum etiam dicitur) eſt nomen affectum negatione, ut *Non-homo*, *Non animal*, *Non-niger*, *Non-album*.

Nomen Communitatis, quod etiam dici ſolet Commune, multorum congregationem adſignificat, ut *Concilium*, *Conſilium*, *Senatus*, *Collegium*, *Conſiſtorium*, *Reſpublica*, &c.

Nomen æquivocum, eſt vox quæ ſignificat multa diverſa, ut vox *Canis*, quæ ſignificat Sydus, Animal, & Lapidem. Sicut datur nomen, quod ſignificet multa: ita etiam datur res, quæ ſignificatur multis nominibus, ut illa quæ ſignificetur voce *Enſis*; illa enim ipſa etiam ſignificatur voce *Gladius*. Et tunc illa nomina appellantur *Synonima*.

Nomen univocum eſt vox, quæ ſignificat aliquam formalitatem inexiſtentem multis; ut CCXIII.
Homo; hæc enim vox non ſignificat multa, ſed ſignificat Naturam humanam, quæ eſt in multis. Si non exiſtat eodem modo, ſed diverſo, ut *Sanitas*, quæ in animali eſt intrinſecè, in pulſu, in pharmaco extrinſecè (nimirùm, in illo indicativè, in iſto cauſativè) hæc Unitas vocatur Analoga.

Prædicata Communia vocantur etiam Univerſalia; & quinque enumerantur à Porphyrio *Genus, Species, Differentia, Proprium*, & *Accidens*.

Genus eſt, quod de multis differentibus ſpecie prædicatur *ut quid*, ut Animal de Homine & Bruto

Species eſt, quæ prædicatur de multis differentibus numero *ut quid*, ut Homo de Joanne; Franciſco & Friderico.

Differentia eſt quæ prædicatur *ut quale* & *ut quid*; ut quale de genere, & ut quid de ſpecie quam conſtituit, & de omnibus contentis ſub illâ. Quam ob rem Rationale prædicabitur de Animali ut qualitas; de Homine & omnibus contentis ſub illo, ut quiditas. Pono exempla. *Animal eſt rationale*, *Homo eſt rationalis*. *Petrus eſt rationalis* Prima propoſitio eſt *ut quale*, & duæ poſteriores *ut quid*. Differentia alia eſt ſubalterna, alia infima: illa prædicatur de multis differentibus ſpecie *ut quid formale*, ut *ſenſibile*, hæc etiam prædicatur *ut quid formale*, ſed de multis differentibus numero ut *Rationale*.

Proprium ſtrictè ſumptum convenit toti CCXXIV.
ſpeciei ubique & ſemper, & prædicatur de pluribus *ut quale*, & ſit nobis loco exempli *Riſibile*.

Accidens eſt quod poteſt adeſſe & abeſſe ſine ſubjecti corruptione; & dividitur in reale & mentale. Sine illo res poteſt exiſtere, ſine iſto intelligi. Accidens igitur prædicatur *contingenter* de pluribus.

In univerſali prius eſt quòd ſit in multis, quàm quòd poſſit prædicari de multis: quam ob rem Prædicabilitas eſt univerſalis proprietas.

Ex Adjectivis & Syncategorematicis, hæc nomina, *Omnis*, *Aliquis*, *Hic*, & æquipollentia, dicuntur ſigna quantitatum, nimirùm, *Omnis*, *Vterque*, & negativè, *Nullus*, *Neuter*. ſunt ſigna univerſalia diſtributiva. Hæc, *Aliquis*, *Alter*, &c. ſunt particularia. Hæc, *Iſte*, *Ille*, *Hic*, *Ipſe*, &c. ſunt ſingularia.

Signum univerſale ſubjici poteſt, vix autem prædicari poteſt, benè enim dicimus, *Omnis homo eſt animal*, non autem ita benè, *Animal eſt omnis homo*: at ſigna tam ſingularia, quàm particularia & ſubjici & prædicari ſolent: benè enim dicimus, *Aliquis homo eſt aliquod animal*, & *Hoc animal eſt hic homo*.

De Propoſitionibus.

CCXXV. PRopoſitio eſt oratio prædicans unum de altero, & ratione Materiæ eſt vel Neceſſaria, vel Infallibilis, vel Libera, vel Contingens. Neceſſaria eſt, cùm res non poteſt aliter ſe habere; & ad ipſam reducitur impoſſibilis, quia ſicut neceſſarium eſt hominem eſſe animal, ita etiam eſt neceſſarium eumdem non eſſe Lapidem, quia impoſſibile eſt eum eſſe Lapidem. Infallibilis materia eſt cùm res aliter ſe habere poterit, non tamen aliter ſe habebit. Libera, cùm pendet intrinſecè à libero arbitrio. Contingens, cùm poteſt non eſſe ab extrinſeco. Ut cùm dicimus, I. *Homo eſt animal*: II. *Prædeſtinatus ſalvabitur*: III. *Ego loquor*: IV. *Libellus hic apertus eſt.* E quibus prima eſt neceſſaria; ſecunda infallibilis; tertia libera; quarta verò contingens. Ratione Quantitatis eſt vel Univerſalis, vel Particularis, vel Singularis, vel Indefinita. & hæc nomina ſumuntur à ſubjectorum ſignis; ut cùm dicimus, *Omnis homo eſt vivens; Aliquis homo eſt albus, Hic Homo eſt Imperator, Homo eſt animal.* Indefinita ab Univerſali & particulari differt ut implicitum & expreſſum, quia Indefinita in materiâ neceſſariâ æquivalet Univerſali; & in contingente, Particulari: quam ob rem hæc, *Homo eſt animal*, æquivalet huic, *Omnis homo eſt animal*, & hæc, *Homo eſt albus*, huic *Aliquis homo eſt albus.*

CCXXVI. Ratione qualitatis eſt vera aut falſa. Nam ſi tale ſit objectum quale dicitur, erit vera; ſi tale non ſit, erit falſa.

Dividi etiam ſolet Propoſitio in affirmantem & negantem; illa habet copulam puram, hæc negatione infectam. Exempla ſunt, *Petrus eſt albus*, & *Petrus non eſt albus.* Nam in primâ propoſitione illud *eſt* non inficitur particulâ *non*, ſicut in ſecundâ.

Præter negativas dantur Propoſitiones infinitatæ, nimirùm, quæ vel habent ſubjectum infinitatum, vel prædicatum infinitatum, vel utrumque. Exempla ſunt, *Aliquod non-homo eſt albus*, *Aliquis homo eſt non albus.* *Aliquod non-homo eſt non albus.* Prima dicitur *Infinitata ſubiectivè*; Secunda *Propoſitio Infinitata prædicativè*; Tertia *Infinitata utrimque.*

Petis, An hæc propoſitio, *Nullus homo eſt lapis*, ſit infinitata, quia videtur negatio afficere ſolùm ſubjectum? Et reſpondeo æquipollere huic, *Omnis homo non eſt lapis*, quæ ſubjecto infinitato caret; adeòque corrigenda erit lingua, dicendumq; eſſe poſitionem negantem. [Addo tamen negantem & infinitatam prædicativè eſſe æquipollentes; quod debet benè notari, dabit enim interdum compendioſiſſimas Reſolutiones.]

CCXXVII DEFINITIO *eſt oratio ſeu propoſitio explicans naturam rei.* An-ne definito ſuo clarior? Aſſerunt Peripatetici. At Ego exiſtimo non eſſe tam ſtupidum ruſticum, qui non intelligat dicentem, *Deus produxit corpus hominis è terrâ rubrâ*, & aſſero fore innumeros in civitatibus, qui volunt ingenioſè audire, qui non intelligent dicentem, *Ens à ſe produxit corpus Animalis rationalis ex materiâ frigidâ, ſiccâ & contortivâ viſûs.* Definitio igitur ſuo definito non eſt clarior, ſed ſi intelligatur ſemel benè, ingenerat profundiorem notitiam.

Omnis Definitio conſtat genere & differentiâ; & quia non ſemper perfecta ipſa eſt, ita nec ſemper verum genus & differentiam habet, ſed aliquam rationem communem alterâ ſpeciali contractam.

DESCRIPTIO *eſt ratio explicans rem per proprietates, illam per dotes, accidentia, aut connotata exponendo, circumſcribendoque.*

Propoſitio ſimplex vocatur *Categorica*, & compoſita dicitur *Hypothetica.* Hæc ſi componatur particula ET appellatur *Complexa* vel *Copulativa*; ſi VEL, *Diſiunctiva*; ſi QUIA, *Cauſalis*; ſi QUA, *Reduplicativa*; ſi SI, *Conditionalis.* Exempla ſunt. *Petrus currit, & Paulus deambulat: Paulus dormit vel vigilat: Franciſcus, quia currit, movetur: Nix quà alba, eſt diſgregativa viſûs: Si ſol luceret, dies eſſet.*

In conditionali Propoſitione antecedens inferre debet conſequens aut intrinſecè aut extrinſecè: intrinſecè quidem, ſi materia ſit naturalis: extrinſecè verò, ſi contingens. Et quidem tota ratio inferendi extrinſecè decretum eſt, divinum aut humanum; illud infert infallibiliter; hoc autem aut probabiliter, aut dubiè, aut temerè, juxta maiorem minorem-ve conſtantiam voluntatis creatæ, quæ illam connectionem decernit. Videtur eſſe parvi momenti Conditionalium Aſſertionum notitia; at verò nec ſcientiam, nec Decreta Dei, nec liberos hominum actus intelliges, ſi careas Conditionalium notitiâ. CCXXVIII

Ad Propoſitionem diſiunctivam debet pertinere DIVISIO, *quæ eſt oratio terminum magis communem & univerſalem per minùs communia & minùs univerſalia diſtribuens*; ut cùm dicimus, *Animalium alia rationalia & alia irrationalia ſunt.* Hæc diviſio eſt quintuplex, GENERIS IN SPECIES, quâ genus in ſpecies dividitur, ut cùm dicimus. *Ex coloratis alia alba, alia purpurea ſunt*: SPECIEI IN INDIVIDUA, ut *Hominum alius eſt Petrus, alius Paulus.* SUBIECTI IN ACCIDENTIA, ut *Canum alij nigri, alij albi.* ACCIDENTIS IN SUBIECTA, ut *Ex nigris canes multi, & multi etiam homines ſunt.* Et tandem ACCIDENTIS IN DIVERSA ACCIDENTIA, ut *Alba aliàs ſunt dulcia, aliàs amara.*

OPPOSITIO *eſt duarum Propoſitionum, quarum idem eſt ſubiectum & prædicatum, & tamen altera eſt affirmativa, & altera negativa, repugnantia.* CCXXIX. Si ſint univerſales, dicūtur *Contraria*: Si particulares, *Subcontrariæ*: Si verò altera ſit univerſalis, & altera particularis, *Contradictoria.* Sunt igitur,

Contrariæ. { *Omnis homo eſt albus.* / *Nullus homo eſt albus.*


Subcontrariæ. { *Aliquis homo eſt albus.* / *Aliquis homo non eſt albus.*

Contradictoriæ. { *Omnis homo eſt albus.* / *Aliquis homo non eſt albus.*

Contradictoriæ. { *Nullus homo eſt albus.* / *Aliquis homo eſt albus.*

Dum

Duæ contrariæ poſſunt & ſolent eſſe ſimul falſæ: non ſimul veræ. Duæ ſubcontrariæ ſolent eſſe ſimul veræ,non ſimul falſæ,Duæ Contradictoriæ, nec ſimul falſæ, nec ſimul veræ: Unde coocludimus Contrarias pugnare veritate;Subcontrarias fa.ſitate; Contradictorias veritate & falſitate ſimul.Conſidera figuram ſubſequeotem.



CCXXX. Hoc modo ſubalternantur & diſponuntur Categoricæ Propoſitiones. Scio aliqos objici contra poſſe & ſolere ex Ariſtotele , ad quæ breviſſimè reſpondeo illum aut ſentiſſe nobiscum aut erraſſe.

ÆQUIPOLLENTIA *eſt Enunciationum æquivalentia* : hæ enim videntur idem ſignificare.

Omnis homo eſt animal. *Omnis homo non eſt non animal. Non aliquis homo non eſt animal. Non aliquis homo eſt non-animal.*

Nullus homo eſt lapis. *Omnis homo non eſt lapis. Omnis homo eſt non lapis.*

Aliquis homo eſt animal. *Non-nullus homo eſt animal Aliquis homo non eſt non-animal. Nonnullus homo non eſt non-animal.*

Aliquis homo non eſt lapis. *Nonnullus homo non eſt lapis. Aliquis homo eſt non lapis. Nonnullus homo eſt non lapis.* [Huc referri deberet hæc Poſitio, *Non omnis homo eſt lapis.* Sed re benè examinatâ, & conſultis rationibus diverſis, videtur cæteris non eſſe æquipollens. Qui enim dicit, *Non omnes Cretenſes ſunt mendaces*, videtur dicere inter eos , tametſi ferè omnes mendaces ſint, reperiri aliquem aut aliquos, qui non ſint mendaces : quod non ſignificat hæc Poſitio, *Aliquis Cretenſis non eſt mendax*. Sed de hoc alibi uberiùs diſputabo,]

De Diſcurſu.

CCXXXI. Logica quâ diſcurſum dirigit propriiſſimè nominatur *Dialectica ἀπὸ τῦ διαλέγειν*, hoc eſt , *à differendo & diſputando.* & definitur, *Facultas ſeu facultas, quæ ex una vel altera præmiſſa legitimam conſequentiam infert.* Unde ARGUMENTATIO *eſt Oratio in qua una propoſitio ex alia aut aliis educitur.* Porrò Argumentationis ſpecies multæ ſunt; præcipuas recenſebimus.

ADSCENSUS *eſt Argumentatio in qua ex inferioribus particularibus univerſalis propoſitio deducitur*: ut cùm dicimus, *Petrus eſt animal, Paulus eſt animal, &c. nec viſus eſt homo qui non ſit animal, ergo omnis homo eſt animal.* Puto hanc argumentationem eſſe efficaciſſimam , omneſque alias ab ipſa omninò dependere; quoniam ipsâ ſublatâ omnes propoſitiones univerſales tolluntur; & ſi ſemel iſtæ tollantur, nullus ſyllogiſmus; nulla fortis diſputatio relinquitur. Quòd omnes univerſales ab Adſcenſu ſint natæ , ſic oſtendo. Peto à te, *An omnis ignis calidus ſit?* & reſpondebis aſſertivè. unde id ſcias, ſuppetam; & dices te non vidiſſe omnes ignes, & tamen ſic confidenter diſcurrere. *Hic ignis eſt calidus, etiam iſte, etiam ille, &c. nec vidimus vel unum frigidum aut caloris expertem; ergo omnis ignis eſt calidus.* & addes hanc univerſalem non poſſe aliter, quàm adſcenſu inveniri.

Adſcenſui correſpondet DESCENSUS, *& eſt argumentatio, in qua à termino communi ad magis particularia deſcenditur*: nempè COPULATIVE, ut cùm dicimus, *Omnes Evangeliſtæ ſunt quatuor ; non ergo Matthæus eſt quatuor , Lucas eſt quatuor, &c. ſed Matthæus, Lucas, Marcus & Ioannes copulatim ſumpti ſunt quatuor.* DISTRIBUTIVE, ut *Omnis homo eſt animal; ergo hic homo eſt animal, & etiam ille; &c.* DISJUNCTIVE, ut *Aliquis homo eſt animal? Ergo rationale vel irrationale.* Aut etiam INDEFINITE , ut *Navis una requiritur? Ergo hæc, vel illa.* & negatur conſequentia ; quoniam nulla requiritur quam ob rem *Deſcenſum indefinitum* proponimus, & eſſe efficacem negamus ; ad navigandum quæcumque navis ſufficit , & nulla requiritur in particulari, CCXXXII

CONVERSIO *eſt ſubjecti & prædicati commutatio*, ut cùm dicimus, *Aliquis homo eſt Albus, ergo aliquod album eſt homo.* Ariſtotelici tres ponunt notiores Converſionis ſpecies: aliæ enim propoſitiones convertuntur ſimpliciter, aliæ per accidens , & aliæ per contrapoſitionem. Converſio ſimplex conſervat propoſitionis quantitatem, & univerſalem convertit in alteram univerſalem, particularem in alteram particu-

ticularem; ut, *Nullus homo eſt lapis, ergo nullus lapis eſt homo. Aliquis canis eſt niger, ergo aliquod nigrum eſt canis.* Converſio per accidens mutat univerſalitatem in particularitatem, & contrà: Ut *omnis homo eſt animal, ergo aliquod animal eſt homo*, &c. Converſio per contrapoſitionem, conſervat priorem quantitatem, ſed utcumque terminum infinitat, hoc eſt afficit negatione infinitante. Verbi gratiâ, *Omnis leo eſt rugibile, Ergo omne non-rugibile eſt non leo.* Sive quod idem eſt; *Ergo nullum non rugibile eſt leo.* Sic etiam, *Aliquis homo non eſt lapis, Ergo aliquis non lapis non eſt non homo*, id eſt, *Ergo aliquis non lapis eſt homo.*

CCXXXIII Sed inquiris, An-ne quælibet Converſio, cuilibet propoſitioni conveniat? Illi negativè reſpondent, & Regulam veram ſic proponunt

Aſſerit A, negat E, ſed univerſaliter ambæ:
Aſſerit I, negat O, ſed particulariter ambo.

Docemur Diſticho apud Logicos litterâ A. ſignificari propoſitionem univerſalem affirmativam; Litterâ E. univerſalem negativam: Litterâ I. particularem, affirmativam; & tandem Litterâ O, particularem negativam. Addunt aliud diſtichum

Simpliciter FECI, *convertitur* EBA *per accidens.*
ACTIO *per contra. Sic fit converſio tota.*

Hinc patet hanc propoſitionem *Omnis homo eſt animal*, ſimpliciter converti non poſſe: at per accidens inferre hanc, *Ergo aliquod animal eſt homo*: & per contrapoſitionem *Ergo omne non animal eſt non homo.*

Hinc patet hanc, *Nullus homo eſt lapis*, tranſire ſimpliciter in hanc, *Nullus lapis eſt homo*: & per accidens in hanc *Aliquis lapis non eſt homo.*

Hinc patet hanc, *Aliquod Animal eſt equus*, converti non poſſe ſimpliciter; & per accidens tranſire in hanc, *Aliquis equus eſt animal*: & per contrapoſitionem, *Aliquis non-equus eſt non animal.*

Hinc tandem hanc, *Aliquis homo non eſt albus*, nec ſimpliciter nec per accidēs verti; ſed cōtraponi huic, *Aliquod non-album eſt non homo.* hoc eſt, *Aliquid, quod non eſt album eſt aliquid quod non eſt homo.* Et patet in Corvo, qui nec albus, nec homo eſt. CCXXXIV.

SYLLOGISMUS *eſt argumentatio conſtans tribus propoſitionibus* (quarum prima vocatur *Maior*, ſecunda *Minor*, tertia *Concluſio*) *& tribus terminis* (quorum unus erit prædicatum in Majore & ſubjectum in Minore, & vocabitur *Medium*: alius erit ſubjectum in Majore, & vocabitur *Maior extremitas.* & alius erit prædicatum in Minore, & vocabitur *Minor extremitas.* Et in Concluſione minor extremitas de majore prædicari debebit.) Pono exemplum.

A B B C
Homo eſt Animal: Animal eſt Vivens
Ergo Homo eſt —————— Vivens.

CCXXXV. Ubi A eſt major extremitas; C eſt minor ſeu ſecunda extremitas: B autem eſt medium. Si C prædicetur de A, ſyllogiſmus concludet naturaliter, ſi autem A de C, præternaturaliter. Et iſti termini placent, non enim in Platonis ſyllogiſmis volumus reperire directos & reflexos. Si tibi aliter loqui placeat, Linguæ Dominus es.

Syllogiſmi non ſemper ſunt ejuſdem formæ; hanc ob rem proderit memoriæ mandare hoc Diſtichum, quod omnes ſyllogiſticas formas, tam directas, quàm indirectas continet.

Bammada, Camene, Dimagni, Figmeno: *necnon*
Pone indirectos Feſapor, *atque* Feſiſor.

Et hæ ſunt formæ, quæ attribuuntur Platoni & Galeno: quibus hodiè Juniores delectantur, & meritò; quoniam iſtæ ſunt ſyllogiſmorum formæ veræ.

TRANSFIGURATIO *eſt ſyllogiſmorum Accidens*, quod debetur Ariſtotelis & Peripateticorum ingenio; nam iſti legitimas ſyllogiſmorum formas aut præmiſſarum inverſione, aut converſione ſervatâ efficaciâ ad tres novas figuras reduxerunt. Medium ſubjici in majore, & prædicari in minore jubet Prima. Secunda prædicari utrobique: & ſubjici utrobique Tertia. Et in ſingulis Figuris ſunt modi diverſi, quos denomino.

PRIMA FIGURA.

Barbara, Celaren, Darii, Ferio: *biſque reflexos*
Addere debebis Fapeſmor *atque* Fiſemor.

SECUNDA FIGURA.

Ceſare, Feſtino, Dacoro aut Barocco, Cameſtres:
Atque indirectis Friméſor, *atque* Domaccor.

TER-

TERTIA FIGURA.

Vltima ſubſequitur Datiſi,*cui junge* Darapti,
Felápton, Diſamis,Docamo,*aut*Boccardo,Feriſon:
Fapelmor *refluit*,Fiſmeror,*atque* Dacoccor.

CC XXXVI. Omnes Modi finiti in OR indirecti & cæteri directi ſunt. Et in omnibus bis tribus Peripateticorum figuris directè dicuntur ſyllogiſmi concludere, cùm major extremitas dicitur de minore: & cùm minor de majore, indirectè.

CC XXXVII. OSTENSIVA REDUCTIO *eſt dialecticum ſyllogiſmorum accidens, vi cuius duæ poſteriores figuræ ad primam redeunt*: & ut reductioni legitimè poſſis cooperari, has literas debebis intueri. videlicet C. M. P. S. Littera enim C. in medio dictionis poſita docet illum modum reduci oſtenſivè non poſſe. M. jubet commutari ordinem præmiſſarum. P. propoſitionem quam afficit (antecedentem immediatè ſvidelicet) præcipit converti per accidens: & S. ſimpliciter. Omnes modi indirecti primæ figuræ, & omnes ſecundæ & tertiæ (directi aut indirecti ſint) imperfecti vocantur, & reducuntur ad unum ex iſtis quatuor modis; *Barbara, Celarent, Darij, Ferio.* nempè omnes qui incipiunt à B, ad *Barbara*: qui incipiunt à C, ad *Celarent*: qui incipiunt à D. ad *Darij*: & qui incipiunt ab F, ad *Ferio.* Regulas dilucido hoc exemplo.

Ca- *Omnis Homo eſt animal:*
mes- *Nullus lapis eſt animal:*
tres. *Ergo nullus lapis eſt homo.*

Juxta leges prædictas minorem & conſequentiam converto ſimpliciter, & inverſo ordine præmiſſarum, habebo ſyllogiſmum in *Celarent.*

Ce- *Nullum animal eſt lapis:*
la- *Omnis homo eſt animal;*
rent. *Ergo nullus homo eſt lapis.*

Et ſic modi cæteri reduci poterunt.

Si ſemel ſyllogiſmi imperfecti ad primam figuram reducantur, facili & tunc negotio ad ſimplicem Platonis formam reduci poſſunt: quoniam mutato ordine præmiſſarum, prima Peripateticorum figura reducitur ad veram & puriſſimam formam. Quamobrem ille ipſe ſyllogiſmus in *Celarent*, quem paulò antè poſuimus, permutatis præmiſſis erit hic: CC XXXVIII.

Ce- *Omnis homo eſt animal:*
la- *Nullum animal eſt lapis,*
rent. *Ergo nullus homo eſt lapis.*

REDUCTIO HERCULEA, reſpondentem ad impoſſibilia præcipitat: & eſt facillima. nam ſumitur contraria, aut contradictoria Concluſionis, & illi adjungitur aliqua ex præmiſſis, & infertur Concluſio quæ alteri præmiſſæ opponitur.

HÆC SUNT

quæ in Logicâ ignorare non debes. Hæc ſunt, quæ Præceptores in Summulis, quas vocant, dilucidare ſolent: (cætera enim omnia, quæ tractantur in Logicâ, non ſunt Logica; ſed Metaphyſica, Phyſica, aut Animaſtica) hæc omnia promptâ memoriâ retineo, hæc exerceo: & experiar me in Juriſprudentiæ Gymnaſiis multa parvo aut nullo labore poſſe, quæ alii adhibito ſummo non poſſunt.

ARTICULUS II.

Novam Logicam ad compendium reducens.

CC XXXIX. HERI communem Logicam ſum meditatus, & in antiquâ ſcientiâ multa nova, & in prolixâ & longâ ſummam brevitatem inveni. At audio excitari hæreſes in Gymnaſiis Dialecticis, & non ſolùm novas opiniones de antiquæ ſinceritate & efficaciâ circumferri, ſed quamdam novam omninò tradi Logicam, quæ dicitur expeditior & melior. Coëgit me ſciendi ambitio, ut Magiſtrum novæ doctrinæ convenirem, eumdemque longo tempore audirem, & artem totam, quanta eſt, breviter edoceret. Jam illam ſcio, & ne fortè è memoriâ excidat, ad compendium reduco, faciliùs enim ſuccinctæ inſtitutionis, quàm longæ & diſcinctæ recordamur.

Hæreſes Logica.

Nova Logica.

Memoria conſulitur, cùm ars ad compendium reducitur.

An eam docere auderem, ſi in Magiſtrum aſſumerer? Cur non? imò & illam docebo: quoniam diu & noctu laboro tam perfectè, ut quæ traduntur addiſcam, ut olim eam docere poſſim. Et quidem, ſi hodiè Præceptor eſſem, illam diſcipulis dictare poſſem, nam ſingula exactè percipio. Et ut mihi ſim conſcius hæc eſſe vera, omnia in memoriam revoco, & in me seductus ſic inquam.

Nova Logica.

MUlta habet Nova Logica, omnia pulchra & ſubtilia. Reduco ſingula ad compendium: & exordior à vocum ſignificatione. CCXL.

De Vocum ſignificatione.

De Vocum ſignificatione.

DICTIO eſt vox ſignificativa & *Significatio*, quædam moralis virtualiſve transſubſtantiatio. Et eſt duplex; naturalis & artificialis. Voces naturaliter ſignificant ſuas cauſas, objecta verò artificialiter. *Suppoſitio, Acceptio*, & *Significatio* ſunt dictiones ſynonymæ. *Voces* ſumptæ materialiter ſignificant ſeipſas, ut *Homo eſt dyſſillabum*. Sumptæ primò intentionaliter, ſignificant ſua objecta, *ut Homo eſt animal*: & tandem ſecundò intentionaliter, ſignificant aliquam denominationem Logicam, ut *Homo eſt ſpecies*.

De Terminis. Subjectū, Prædicatū, & Copula. Nomen & Verbum. Verbum ſubſtantivum & adjectivū.

PROPOSITIO eſt oratio unum de altero prædicans, ut *Homo eſt animal*. Habet tres partes, Subjectum, Prædicatum, & Copulam. Hæc eſt illud *Eſt* intermedium, extrema nominantur *Termini*, & ex ipſis prius *Subjectum*, poſterius verò vocatur *Prædicatum*. Hinc patet benè definiri terminū cùm dicimus, *Terminus eſt extremum Propoſitionis*. Quando Propoſitio dividitur in Nomen & Verbum, Subjectum vocatur *Nomen*, Copula & Prædicatum *Verbum*. VERBUM SUBSTANTIVUM eſt, *Sum, es, eſt*. & reliqua ſunt adjectiva.

Terminus categorematicus & ſyncategorematicus.

Terminorum varia ſunt genera. Nomina categorematica ſunt, quæ ſubſtantiva, ut *Homo, Elephas*. Nomina ſyncategorematica ſunt, quæ adjectiva, ut *Albus, Niger*. Pronomina ſyncategorematica ſunt *Omnis, Nullus, Aliquis*. & eis æquipollentia.

Simplex & complexus.

Terminus ſimplex habet unam vocem, ut *Deus*; complexus aut compoſitus plures, ut *Deus bonus*.

CCXLI. Abſtractus & concretus. Denominatio intrinſeca & extrinſeca.

Nomina abſtracta ſunt formarum, ut *Humanitas, Albedo*; concreta verò ſubjectorum, quæ illas habent, ut *Homo, Albus*; hoc eſt, *Habens humanitatem & Habens albedinem*. Si forma ſit extrinſeca, erit extrinſeca denominatio; ut *Paries viſus*, qui denominatur à potentiâ viſivâ, quæ non eſt in ipſo, ſed in ſubſtantiâ ſenſitiva: ſi forma ſit intrinſeca, denominatio erit intrinſeca.

Nomen Abſolutum & Relativum.

Nomen abſolutum opponitur Relativo, & hoc eſſe dicitur ad aliud, ut *Pater, Filius*: ad abſolutum non eſt ad aliud, ut *Lapis, Platanus*.

Univocum. Æquivocum. Analogum.

UNIVOCA ſunt, quorum nomen eſt commune & ratio illo ſignificata eſt omninò eadem, ut *Homo, Animal*. ÆQUIVOCA, quorum nomen commune eſt, ſed ratio nomine ſignificata eſt diverſa, ut *Canis, Aries*. ANALOGA quorum nomen eſt commune, ratio autem nomine ſignificata eſt partim eadem, & partim diverſa, ut *ſanum*, quod dicitur de pulſu, pharmaco, & animali.

CCXLII. De Propoſitione. Semper eſt affirmativa.

OMNIS PROPOSITIO eſt affirmativa; & nulla negativa: quoniam hæc, *Homo eſt animal* affirmativa in omnium opinione eſt; & hæc *Homo non eſt lapis*, æquipollet huic, *Homo eſt non lapis*, quæ ſimiliter eſt affirmativa. Secundum materiam dividitur in Neceſſariam, Convertibilem & Accidentalem, ut *Homo eſt animal, Homo eſt rationalis, Homo eſt albus*.

Eſt neceſſaria, convertibilis & contingens.

Secundum formam in Finitam & Infinitam ſubjectivè, & Infinitam prædicativè; ut *Animal eſt vivens, Non animal currit: Animal eſt non lapis*. quia negatio interdum afficit ſubjectum, interdum prædicatum, nunquam copulam.

Finita & infinita.

Secundum quantitatem dividitur in Univerſalem copulativè, Univerſalem diſtributivè, Particularem, Indefinitam, & Singularem; ut *Omnes Apoſtoli ſunt duodecim. Omnis homo eſt animal. Aliquis homo eſt animal, Homo eſt animal, Hic homo (ſeu Petrus) eſt animal*.

Univerſalis, Particularis, Indefinita, & Singularis.

Subjectum Indefinitum in materiâ neceſſariâ & convertibili æquivalere poteſt Univerſali, & in omni Particulari: hæc enim *Homo eſt animal*, æquivalet his *Omnis homo eſt animal*, & *Aliquis homo eſt Animal*: & hæc *Homo eſt albus*, huic, *Aliquis homo eſt albus*. Prædicatum indefinitum ſemper æquivalet Particulari: nam idem eſt dicere *Petrus eſt homo*, ac *Petrus eſt aliquis homo*.

Indefinita ſemper æquivalet particulari, & aliquando univerſali.

Propoſitio alia Categorica, & alia Hypothetica, hoc eſt, alia ſimplex & alia compoſita. Simplex, ut *Equus eſt animal*: Compoſita, ut *Si ſol lucet, dies eſt*. Hypothetica dividitur in Copulativam (*&*) Disiunctivam (*vel*) Cauſalem (*quia*) Reduplicativam (*prout*.) Conditionalem (*ſi*:) ut *Petrus currit & cantat*; *Vel ſedet, vel ſtat*; *Quia currit, movetur*; *Prout eſt albus, diſgregat viſum*; *Si eſt homo, eſt animal*.

Categorica & Hypothetica. Copulativa, Disjunctiva, Cauſalis, Reduplicativa & Conditionalis.

CCXLIII. De Oppoſitione: Contrariâ, Subcontrariâ, & contradictoriâ.

OPPOSITIO Propoſitionum poſtulat, ut in alterâ ſit prædicatum finitum & in alterâ infinitum; ut *Petrus eſt lapis, Petrus eſt non lapis*; & eſt triplex, Contraria, Subcontraria, Contradictoria. Contrariæ debent eſſe Univerſales, & in materiâ contingente poſſunt eſſe ſimul falſæ; ut *Omnis homo eſt albus, Omnis homo eſt non albus*. Subcontrariæ debent eſſe Particulares, ut *Aliquis homo eſt albus, Aliquis eſt non albus*; & eſſe poſſunt ſimul veræ. Contradictoriæ aut ſunt duæ Singulares, ut *Petrus eſt albus, Petrus eſt non albus*: aut una Univerſalis & altera Particularis, ut *Omnis homo eſt albus, Aliquis homo eſt non albus*: vel *Omnis homo eſt non albus, Aliquis homo eſt albus*: & iſtæ in omni materiâ repugnant; nec enim poſſunt eſſe ſimul veræ, nec ſimul falſæ.


De Æquipollentiâ.

ÆQUIPOLLENTIA eſt Propoſitionum æquivalentia; & tametſi merè Grammatica videatur, debet exponi. Sunt igitur æquipollentes termini, qui in eamdem cellulam ſunt poſiti.


CCXLIV.

Quando dicimus, alias Propoſitiones eſſe Simplices, alias Modales, Modalium nomine intelligimus affectas modis Neceſſario aut Impoſſibili; & nomine Simplicium reliquas. Conſidera hæc duo Paradigmata.

Omnis



Paradigma præcedens ſimplices propoſitiones comparat & componit; modales ſubſequens: & utrumque ponit in eamdem cellulam æquipollentes.



Hue puro rotam doctrinam reductam, nec plures regulas neceſſarias eſſe.

De Subalternatione. SUBALTERNATIO eſt deſcenſus ab univerſali ad particularem & indefinitam, ut cum dicimus

Subiectivá;
Omnis homo eſt animal;
Ergo aliquis homo eſt animal.
Ergo homo eſt animal.

Prædicativá. & hæc eſt Subalternatio ſubjectiva: at hæc prædicativa.

Aliquod animal eſt omnis homo;
Ergo aliquod animal eſt aliquis homo.
Ergo aliquod animal eſt homo.

De Converſione. CCXLV. *Vocatur adæquata, ut à vulgatu diſtinguatur.* CONVERSIO eſt totiùs ſubjecti quanti eſt in prædicatum commutatio: & omnis Propoſitio converti poteſt. Pono exempla.

Omnis homo eſt animal (aliquod animal.)
Ergo aliquod animal eſt omnis homo.
Ergo aliquod animal eſt homo (aliquis homo.)
Omnis homo eſt non lapis (aliq. nō-lapis.)
Ergo aliquod non-lapis eſt omnis homo.
Ergo aliq. nō-lapis eſt homo (aliqs homo.)
Aliquis homo eſt animal. (aliquod animal.)
Ergo aliquod animal eſt homo (aliquis homo.)
Aliquis homo eſt non lapis (aliq. nō-lapis.)
Ergo Aliq. nō-lapis eſt homo. (aliquis homo.)
Petrus eſt animal. (aliquod animal.)
Ergo aliquod animal eſt Petrus.

De Contrapoſitione. CONTRAPOSITIO afficit omnes propoſitiones: & eſt quædam Converſio, quæ ſervat propoſitionis quantitatem, convertit extrema, & utrumque infinitat. Verbi gratiâ.

Omnis homo eſt animal.
Ergo omne non animal eſt non-homo.
Omnis homo eſt non-lapis.
Ergo omne non-non-lapis eſt non homo,
Ergo omnis lapis eſt non homo.
Hinc tranſit, *Nullus homo eſt lapis,*
In hanc, *Nullus lapis eſt homo.*
Aliquis homo eſt animal:
Ergo aliquod non-animal eſt non-homo.
Aliquis homo non eſt leo:
Ergo aliquod non leo non eſt non homo.
Ergo aliquod non leo eſt non non homo.
Ergo aliquod non leo eſt homo.
Aliquis homo eſt non leo.
Ergo aliquod non non leo eſt non homo,
Ergo aliquis leo eſt non homo.

De Definitione. DEFINITIO eſt oratio explicans naturam rei; & ponit loco ſpeciei genus & differentiam, ut cùm dicimus, *Animal eſt vivens ſenſibile; Homo eſt animal rationale.* Bonæ Definitionis leges ſunt, I. Ut definitum non ingrediatur Definitionem. II. Ut convertatur cum illâ. III. Ut in ipsâ nihil ſuperfluum ſit.

Alia eſt eſſentialis alia accidentalis, quæ dicitur Deſcriptio ſeu Ænigma. Vtriuſque leges. Deſcriptio eſt quædam definitio accidentali, quæ per accidentia & proprietates rem exponit; & ſi obſcurior ſit ÆNIGMA dicitur poſtulatque, ut cum definito convertatur: nihil aliud.

De Diviſione.

DIVISIO eſt termini magis communis in minus communia diſtributio. Soletque dividi Genus in ſpecies; ut *Animal, aliud rationale & aliud irrationale.* Species in individua, ut *Homo, alius Petrus & alius Paulus*, Subiectum in accidentia; ut *Equus, alius niger & alius albus.* Accidentis in ſubiecta, ut *Album, aliud lana, aliud nix.* Accidentis in accidentia, ut *Flavum, aliud dulce, aliud amarum.*

Eius varia ſpecies.

Et leges.

Diviſionis bonæ hæ ſunt leges, I. Ut diviſum latiùs pateat ſingulis, non tamen omnibus membris dividentibus. II. Ut prædicetur de ſingulis; & non de alijs. III. Ut unum membrum dividens non capiat alterum, nec verificetur de altero.

De Argumentatione.

ARGUMENTATIO eſt oratio unum ex alio inferens. SIC aſcendimus univerſaliter. *Hic ignis eſt calidus; etiam ille, & ille. Omnes, quos vidimus fuerunt calidi. Nullus vidit ignem non calidum: Ergo omnis ignis eſt calidus.* Sic deſcendimus. *Omnis ignis eſt calidus: Ergo & hic, & ille, & cæteri ſunt calidi.* At particulariter ſic aſcendimus, *Hic homo eſt albus, ergo aliquis homo eſt albus.* Et ſic deſcendimus. *Aliquis homo eſt albus: Ergo vel hic, vel ille, vel alius, &c.*

Aſcenſus.

Deſcenſus.

CCXLII. De Dilemmate.

DILEMMA eſt argumentum cornutum, & plerumque fit per membra contradictoria, hoc modo. *Petrus vel eſt animal rationale, vel irrationale: Si eſt primum, eſt ſenſibilis; ſi eſt ſecundum, eſt ſenſibilis; Ergo Petrus, quidquid dicatur, eſt ſenſibilis.*

De Argumentationibus alijs.

Similitudo, Exemplum, Apologus, Paritas.

A fortiori.

Sunt & aliæ Argumentationum ſpecies, quę quia magis ſunt floridæ, quàm fortes, & à Rhetoricis majoris fiunt quàm à Dialecticis. Sunt vel nomine ipſo ſatis notæ, & vocantur *Similitudo, Exemplum, Apologus, Paritas, A majori ad minus, A minori ad maius.* &c.

De Syllogiſmo.

Major. Minor. Conſequens. Conſequentia. Concluſio. Medium. Extremitas major. Extremitas minor.

SYLLOGISMUS, nobiliſſima argumentationis ſpecies, eſt oratio, in quâ è duabus propoſitionibus, quæ tribus tantùm terminis conſtent, tertia infertur. Habet igitur tres propoſitiones: prima vocatur *Major*, ſecunda *Minor*, tertia materialiter ſumpta *Conſequens*, formaliter ſumpta *Conſequentia*; alterutro modo *Concluſio*. Major & minor habens unum terminum communem; & duos non communes: ille vocatur *Medium*; hi *extremitates*; & ex ipſis formatur Concluſio.

CCXLVIII. *Figura.*

Figuræ Syllogiſmorum ſunt tres; Tertia medium in utraque præmiſsâ ſubiicit; Secunda in utraque prædicat; Prima in alterâ ſubiicit & in alterâ, quæ debet eſſe univerſalis, prædicat. Hinc prima in duas ſubdividitur, Galen' eum medium prædicat in majori, ſubiicitque in minori: & Ariſtoteles è contrà. Boni Syllogiſmi hæ ſunt leges. I. Altera, vel utraque præmiſſa ſit univerſalis; II. Altera, vel utraque ſit finita. III. Concluſio in tertiâ figurâ ſemper ſit particularis: In alijs duabus ſequatur debiliorem partem; hoc eſt, ſit particularis aut infinito prædicato prædita, ſi talis ſit aliqua præmiſſa. IV. In conſequentiâ primæ figuræ ſemper illa prædicatur extremitas, quæ fuit prædicata in præmiſſis. In conſequentiâ figuræ primæ & ſecundæ illa extremitas, quæ fuit in præmiſsâ univerſali. Et tandem in conſequentiâ tertiæ alterutra. *Sed quia* non omnes combinationes ſunt utiles, iſtas interlego.

Conditiones & leges.

Modi.

Figura I. Galeni. AA; A. IA; I.

Figura I. Ariſt. AA; A. AI; I.

Figura ſecunda. AA; A. AI; I. IA; I.

Figunda Tertia AA; I. AI; I. IA; I.

Has litteras ſi articulizare volueris, uti illo verſu poteris.

Nova Modorum nomina. De Antiquo Fapeſmor, & Fiſeſmor.

PALLAOA ARMATIS, CAPITIS, LIGATIS.

Duo remanent Ariſtotelis modi, qui debent etiam huc reduci. Sit lex pro primâ Figurâ. Si medium infinitetur in unâ præmiſſâ & non in alterâ; illa (in quâ infinitatur) erit univerſalis; altera vel univerſalis vel particularis; & concluſio erit particularis & indirecta. *Et hæc* de ſyllogiſmis dixiſſe ſufficiat.

CCXLIX. De Enthymemate.

ENTHYMEMA, communiùs ſumitur pro ſyllogiſmo completo; in quo nimirùm una ſubticetur propoſitio.

De Sorite.

SORITES ſyllogiſmus exuberans, qui *Acervalis* dicitur: & eſt quidã excurſus in figurâ Galenicâ, ut cùm dicimus, *Petrus eſt homo, Omnis homo eſt animal, Omne animal eſt vivens, Omne vivens eſt ſubſtantia: Ergo Petrus eſt ſubſtantia.*

De Syllogiſmo probabili, poſſibili, demonſtrativo.

SYLLOGISMUS PROBABILIS, qui habet præmiſſas cõprobabiles: POSSIBILIS, qui habet præmiſſas compoſſibiles: DEMONSTRATIVUS, qui habet ita certas, ut negari non poſſint: nempè ab ullo; aut ſaltem à Reſpondẽte. Si tales ſint præmiſſæ, quæ à nemine negari poſſint, dicitur eſſe *Demonſtratio abſoluta*; ſi tales, quæ ab aliis quidem poſſint, ſed à reſpõdente negari non poſſint, dicitur *Demonſtratio reſpectiva & ad hominem.*

Demõſtratio ad hominem.

De Elencho.

Alia fallacia latent in materiâ, & alia in formâ.

SYLLOGISMUS SOPHISTICUS idem ac fallax; peccatq; in materiâ aut in formâ. In formâ quidẽ, cùm in nullo modo formatus tãquam bonus admittitur. In materiâ, cùm in linguâ habet tres terminos, & in mente plures; & hoc contingit ſi aliqua vox ſumatur æquivocè, ſemel in unâ & ſemel in alterâ ſignificatione.

De Arte inveniendi mediũ.

ARS INVENIENDI MEDIUM dicit pro materiali, optimum ingenium, pro formali exercitationẽ, obſervationẽ, & memoriã: & tamẽ poterit ornari & juvari aliquibus regulis; quibus, ſi ſubſtantialia, quę enumeravi, deſint, nihil præſtare poteris.

Nota.

HÆC PAUCA, memoriter ſunt retinẽda; quæ ſi ſemel bene intelligantur, omninò viderentur ſufficere. At quia reliqua ad horũ intellectione reſeruontur, omnia legi debebunt, & hęc tamen pauca ad litteram memoriæ mandari.

CCL. *Objectio.*

Subtilem & brevem Methodum hanc eſſe fatebitur aliquis: ſed dubitabit an ſit ſolida; nõ enim videtur poſſibile potuiſſe tam multos Viros magnos latere veritatem in re tam tritâ, aut ſaltem tam frequenter tractatâ. An permittendus erit Puellus (inquit) inſultare Ariſtoteli, Peripateticis ad unũ omnibus, D. Thomæ, Scoto, & alijs Scholiarchis, qui Orbis litterarij ſunt Lumina, quos ille debeat ſubmiſsè audire, & non arroganter docere? Ergo in ipſo laudetur ingenium, condemnetur temeritas: & omnia hæc vivida, acuta & ſubtilia, non tamen ſolida & ſecura dicantur. Objectionẽ, quam centies audivi, propoſui: & reſpõſurus, ſuadebo mihi, ut non quis dixerim, ſed quid dixerim, velim examinare. Quod ſi non velim ratione, ſed authoritate moveri; conſulam Viros doctos, & eorumdem cenſuras & judicia exſpectabo.

Non debent diſcipuli aliquã Doctorem contemnere.

Solutio.

MEDI-

MEDITATIO II.

METALOGICA.

An omnia quæ non intelliguntur, ſint docta?

Ordo doctrinæ. Cui debeant eſſe fundamenta notiora? diſcipulo, an magiſtro?

Scientia debent tradi per gradus.

An poſſint tradi artes & ſcientiæ ſublimiores ex fundamentis Grammaticis?

CCLI. EGredior è Gymnaſio ut ingreſſus: nimirùm æquè doctus, aut, ut veriùs loquar, æquè ignorans. Multa dixit Magiſter; &, ſi omnia, quæ dicuntur, & tamen à diſcipulis non intelliguntur, docta ſunt; valdè docta ſunt. Egit de ſpeciebus impreſſis & expreſſis: de Animæ rationalis habitibus; de potentiis: aut etiam de multis aliis rebus, quæ longè à Grammaticâ diſtant, quam ſcio: Vult nos ille ad Scientiæ apicem promovere per ſaltum, cùm per gradus deberet; & ideò emanebimus infrà, & ipſe ſe ſubriget ſolùm. A notionibus ad minùs nota, ſi doctrinæ ordinem ſequi velimus, aſcendere omninò debemus. Et cui debent eſſe notiora, quæ doctrinalis Methodus iubet præmitti? Magiſtro-ne, an Diſcipulis? His profectò, non illi. Ergo, ſiquidem nihil ego ſcio præter Abecedarium, aut ut plurimum linguam Latinam, fruſtrà ad ideas, quas ignoro, noſter recurrebat Præceptor, cùm ſe intra terminos puræ Grammaticæ continere debuiſſet. Recogitabo igitur, quæ ab illo dicta, ſi fortè à me poſſint intelligi, aliter explicata. Ejuſdem ſententias Metalogicas ad Fundamenta Artis Grammaticæ elimabo, & hoc modo me inſtituam, & condiſcipulos univerſos iuvabo.

ARTICULUS I.

De Quæſtionibus quæ ab Authoribus ſolent præmitti.

De Proœmialibus Logicæ.

Agit de illis tract. 9. Logica diſſ. ult.

Quæ quæſtiones de ſingulis Scientiis examinari poſſint?

CCLII. OMnes, qui Inſtitutiones Logicæ ediderunt hucuſque, communi conſilio, (neſcio an bono) præmiſerunt quæſtiones nonnullas de naturâ & accidentibus Logicæ, quas vocarunt proœmiales, quòd ſub initium Logicæ diſcerentur. Omnes, inquam, aut ferè: ſolus enim R. P. Franciſcus Bonæ-Spei, Vir verè doctus, illas reiicit in finem Logicæ, ut Lector iam doctior & aptior illas intelligere poſſit. Ego torrenti Philoſophorum modò cedo, & quia ſummâ brevitate & claritate proœmiales quæſtiones ſoluturus ſum, etiam audeo: & ſub initium huius diſputationis Metalogicæ, in quâ plurima ſum complexurus, illas propono, & ſic diſcurro.

Nulla eſt Facultas, de quâ non poſſimus inquirere, *Quid ſit? Quod objectum habeat? Quotuplex ſit? An in Naturalem & Artificialem: Docentem & Vtentem dividatur?* Et poſteà, *Qualis ſit? An ſit neceſſaria? An, & quo ipſa modo ad alias Facultates concurrat? An ſit Scientia?* Et tandem, *An ſit practica vel ſpeculativa?*

Fundamentum Grammaticum.

Quo differant modo Grammatica, Hiſtorica, Rhetorica, Poëtica, & Logica?

Quo differant modo voces à dictionibus?

Dictio duplex: ſimplex, compoſita.

Grammatica triplex: Naturalis, Vſualis, & Artificialis.

CCLIII. EX Litteris, quas ſubminiſtrat Ortographia, conficit dictiones Grammatica, quæ in hoc diſtinguuntur à vocibus, quòd ſignificationem includant, à quâ voces præſcindant. Dictionibus, confectis à Grammaticâ, utitur Hiſtorica, Rhetorica, Poëtica, & Logica. Hiſtorica, ut loquatur & rem enarret caſtè & purè: Rhetorica, ut eloquatur, & rem peroret figuratè & ornatè: Logica (nimirùm Vocalis) ut perſuadeat: & Poëtica univerſa connectens quantitates ſyllabarum conſiderat, & illas per pedes & numeros convenientes diſtribuens, carmina varia modulatur. Hinc patet Grammaticam eſſe Artem formatricem dictionum: eiuſque objectum eſſe dictiones ut formabiles. Dictio eſt duplex: ſimplex & compoſita. Simplex, ut *Homo*: compoſita, ut *Homo albus*: hæc vocatur *Oratio*, & utraque ad Grammaticam pertinet: ipſa enim ſingulas voces debitâ lege format, nomina & verba legitimâ regulâ inflectit, Orationis partes congrua digeſtione connectit.

Grammatica eſt triplex: Naturalis, Vſualis & Artificialis: prior à naturâ eſt indita, nemo enim eſt, qui ad populos ignotos pulſ', neſciat ſignis petere neceſſa-

ria; poſterior adquiritur labore & arte; & hodie ſolet in ſcholis ſub erudito Præceptore juxta regulas & receptiſſimos Authores tradi. Inter Naturalem & Artificialem, Grammaticam Vſualem pono; qua univerſi utimur, cùm agimus linguâ materna; quam non regulis & præceptis, ſed longo uſu didicimus.

Grammatica duplex: Docens, Vtens. An diſtinguantur realiter?

Prodigalitas formalitatum.

Grammatica (Naturalis, Vſualis & Artificialis) duplex eſt: Docens & Vtens. Illa docet, quo loqui modò debeam; hæc exercet regulas, quas illa docet. CCLIV.
Qualiter diſtinguentur? Prodigalitatis arguo Iuniores, qui has duas Grammaticas realiter diſtingui contendunt: & Scotiſtæ, aut etiam Thomiſtæ, ſi illas ex natura rei aut objectivè diſtinguunt, dici poterunt prodigi formalitatum. Ergo vel aſſerendum eſt illas eſſe unam facultatem omninò: dicique Grammaticam *Docentem* prout explicat quid facere poteſt: & *Vtentem* prout facit: aut diſtingui ſecundum diverſa connotata: prout enim regulas conſiderat & hæret, quin illas exerceat, dicitur *Grammatica Docens*. & prout eaſdem regulas conſiderat & non hæret, ſed progreditur ulteriùs & regulas conceptas & conſideratas exercet, vocatur *Vtens*.

Quid & quotuplex ſit neceſſarium?

An Grammatica ſit neceſſaria?

Vt examinem, An Grammatica neceſſaria ſit? opus eſt ſcire, quid & quotuplex ſit neceſſarium. Eſt ergo neceſſarium quod non poteſt non eſſe: & eſt duplex: alia enim dicuntur neceſſaria ſimpliciter, & alia ad melius, hoc eſt utilia. Et neceſſarium ſimpliciter ſubdividitur in abſolutum hypotheticumque: neceſſitas abſoluta, quæ omnem ſuppoſitionem antevertit, ſoli Deo competit, nam creaturæ aut ſimpliciter neceſſariæ non ſunt, aut ſi ſimpliciter neceſſariæ dicantur, hanc ipſam neceſſitatem ſunt ab aliquâ ſuppoſitione nactæ.

Neceſſariū ſimpliciter. & ſecundum quid Abſolutū & ex ſuppoſitione.

Et veniendo ad Grammaticam; ipſa, cùm Divina non ſit, non erit neceſſa- CCLV.
ria abſolutè ſimpliciter: poteſt enim homo vivere, licet careat Grammaticâ. At ex ſuppoſitione quòd homo adultus adſpiraturus ſit ad beatitudinem & gloriā, cui eſt conditus, ſimpliciter eſt neceſſaria. Quo enim modo ſciet neceſſaria ad ſalutem, ſi nullum idioma percalleat? quomodo, ſi nequidem Grammaticam naturalem intelligat? Iterùm ex ſuppoſitione, quòd vel homines ſcientias docturus ſit, vel ab hominibus illas adquiſiturus, ſimpliciter indiget Grammaticâ. Sed qua? Naturali? Vſuali? Artificiali? illa, quæ ſufficiat ut cum Magiſtris aut Diſcipulis agere poſſit. Cæterùm, quia non repugnat hominem ſibi ſoli eſſe doctum, & longâ experientiâ & ſpeculatione notitiam rerum phyſicarum aut etiam Medicarum adquirere, putarem hoc ſenſu Grammaticam utilem quidē & ad melius, at ſimpliciter neceſſariam ad ſciētias naturales imperfectè adquirendas non eſſe. An hodie de facto aliquis, qui ſibi doctus? Ovvenus Scholaſtico, *Scire tuum nihil eſt, niſi ſcire tuum ſciat alter*: & Politico, *Si ſciat hoc alter, ſcire tuum nihil eſt.*

An aliquis ſibi eſſe doctus poſſit

Politica & Scholaſtica ſcientia diſcrimen.

Concurſus Grammaticæ cum Artibus & ſcientiis cæteris.

VT, SOL, conſonantia Muſica.

Cùm aliquis loquitur v. g. de Muſica, duæ facultates concurrunt: Muſica nimirùm & Grammatica: illa ad obiectum loquutionis, hæc ad formam: nam in hac propoſitione, *VT & SOL conſonant.* Muſica examinat an ſit vera? Grammatica, an ſit congrua? Vt igitur Muſica ſuas Concluſiones exponat, iuvari debet à Grammatica. Sed quomodo? Dat voces congruas Grammatica, ut illis utatur Muſica Aſſertiones ſuas expoſitura.

An Grammatica ſit ſcientia? Obiectio.

An dicere debeas Amaverimus, an Amaverîmus?

Si de Grammaticæ certitudine agamus, ſcientia eſt. *Sed obiiceret aliquis* Grammaticam partim eſſe ſcientificam, & partim tantùm opinativam: ubi enim conveniunt Authores, ſcientia eſt: & ubi dubitant, opinio. Scientificè docet Grammaticus voces *Muſa* & *Parca* declinari eodem modo: de accentu vocis *Amaverimus*. dum videt Hiſpanos dicere *Amaverîmus*, Germanos *Amavérimus*; dum audit Antonium Nebricenſem dicentem, *Orator Patriæ doctum ne ſpreverit uſum*: dum legit Authores eruditos inter præteritum futurumque diſtinctionem ponentes, nîl ſolet ſtatuere certi, tantummodò enim poteſt probabiliter philoſophari. Item contingit eidem, cùm agit de multis aut nominum generibus, aut verborum præteritis, in quibus Authores illuſtriſſimi variant; in illis enim nîl certi ſtatuit, ſed probabiliter tantùm procedit. Hac tamen non obſtante obiectione,

Obiectionis ſolutio.

An Authorum varietas inducat probabilitatem, an libertatem

aio, Grammaticam eſſe puræ ſcientiam: hæc enim Authorum varietas non inducit probabilitatem, ſed libertatem, ut voces ſint Ancipites, & bifariam poſſint dici vel conſtrui. [Cæterùm, ex ſuppoſitione, quod eſſet vel ex parte probabilis, hîc obiter notari oporteret, vocem, quæ ſpeculativè eſſet probabiliter con-

An opinio probabilis ſpeculativè ſit certa practicè?

congrua, eandem practicè eſſe congruam certiſſimè; quoniam evidens eſt, ut quis loquatur benè, ſufficere ſequi Authores graves, & propter ipſos habere opinionem probabilem.]

An Grammatica Practica ſit.

Quid ſit Practicum & quid Speculativum?

Et tandem, ut Grammaticæ ingenium penitùs innoteſcat, eandem eſſe practicam aio: & ut me benè intelligam, Scientias *Speculativas* voco, quæ ſuum objectum ab alio factum contemplantur; & *Practicas*, quæ illud efficiunt. Cùm igitur Grammatica ſuum objectum (dictiones videlicet) conficiat & congruè diſponat & ordinet, ſequitur eſſe practicam, non autem purè ſpeculativam.

CCLVII. A rationis paritate proceditur.

Talis eſt Grammatica; & ex iſtis notitiis facili modo judicare poterimus, quales ſint aliæ ſcientiæ. Logicam & Metalogicam in hâc diſputatione diſcutio, illaſque ſicut Grammaticam Speculativam à Practicâ (quarum iſta dat loquendi Regulas, & illa has eaſdem Regulas oculis Philoſophicis recognoſcit, examinat & trutinatur) diſtingui debere pronuntio. Omiſſam igitur Metalogicæ contemplationem (hâc enim notitiâ carere poſſum modò, eamque loco aptiori & meliori doceri) & Logicam ob oculos ponens, & reſolutiones omnes meas ad poſita fundamenta elimans, ſic diſcurro.

Parallelon Metalogicum.

CCLVIII. Dictionibus à Grãmaticâ factis utitur Logica.

Quid ſit Logica? & quale objectum habeat?

Dictionibus, quas confecit Grammatica, Logica vocalis utitur, ut verè terminos componat, ut verè judicet, ut verè perſuadeat. Hinc patet Logicam vocalem eſſe Artem directricem dictionum ad hos fines; eiuſque objectum eſſe dictiones dirigibiles. [Si ſcire vis quid ſit Mentalis Logica, analogiam obſerva, & ai illam eſſe facultatem operationum intellectualium directricem, & ejus objectum eſſe intellectûs operationes ut dirigibiles. Et de Logicâ Scripta pariformiter philoſophare.]

Logica triplex: Naturalis, Vſualis, Artificialis.

An aliquis habeat Logicam purè Naturalē?

Eſt triplex: Naturalis, Vſualis & Artificialis. Hæc ultima libris & præceptis adquiritur: uſu & exercitatione penultima: prima hodie ſine Vſuali aut etiam Doctrinali reperitur in nullo: at eam haberet, qui crearetur à Deo arbitrij capax, & nondum exercitio & induſtriâ uſum componendi, judicandi aut argumentandi adquiſiiſſet. An non puer primo inſtanti, quo utitur libero arbitrio habet Logicam purè Naturalem? Minimè. Nam ad ſcientias addiſcendas arbitrij libertas non requiritur, & multa ſciri à pueris ante annum ſeptimum experientia quotidiana teſtatur.

Logica duplex: Docens, Vtens. quomodo diſtinguatur?

Logica (Naturalis, Vſualis & Artificialis) duplex eſt: Docens & Vtens: diſtinguuntur ut Docens & Vtens Grammatica: eſt Docens, cum conſiderat quæ poteſt facere, Vtens cum operatur. Ergo ſolo ſunt externo connotato diſtinctæ.

An Logica ſit neceſſaria? qualiter, & ad quid?

Ex hypotheſi, quòd homo adultus adſpirare debeat ad beatitudinem, debet ſibi perſuadere hanc eſſe conſequibilē; ergo in tali caſu ſimpliciter indiget Logica. Si alias artes ſcientificè adquiſiturus ſit, ſimpliciter indiget Logica. Si eaſdem adquiſiturus ſit imperfectè, non indiget ſimpliciter Logicâ, ſed ad melius ſolummodò.

Quo modo concurrat Logica cū aliis ſcientiis?

Cùm aliquis dialecticatur de Muſicâ, præter Grammaticam & Muſicam, etiam concurrit Logica; quam ob rem in iſto ſyllogiſmo, *Voces, quæ diſtant quintâ, conſonant: VT & SOL diſtant quintâ: Ergo conſonant.* Muſica examinat, an præmiſſæ ſint veræ? Grammatica, an oratio ſit congrua, & tabulis Priſciani correſpondens? Logica, an argumentatio ſit legitima, & ad Ariſtotelis regulas conformata? Ergo vocibus formatis à Grammaticâ, utitur (& quidem non ſine Logicæ concurſu) Muſica, ut ſuas Aſſertiones proponat: & vocibus formatis à Grammaticâ & Aſſertionibus propoſitis à Muſicâ utitur Logica, ut Argumentationes conficiat.

An poſſimus ſcientificè de rebus incertis diſputare?

An Logica ſit ſcientia?

Si de Logicæ certitudine agamus, ſcientia eſt. *Et, ſi obiiceret aliquis*, in Logicâ agi de ſyllogiſmo demonſtrativo & topico; reſponderem de utroq; agi demõſtrativè: adeòq; etiã quatenùs agit de probabilitate (imò etiã quaten' de ſophiſmate)

 eſſe

Quantam in Ethicâ ſecuritatē & certitudinem habeant opiniones probabiles?

eſſe ſcientiam [Cæterùm ex ſuppoſitione, quòd eſſet vel ex parte probabilis, hîc notati oporteret vocem (notitiam, rem) quæ ſpeculativè loquendo eſſet probabiliter bona, eandem, practicè loquendo, eſſe certiſſimè bonam: qui enim probabiliter dialecticatur in Ethicâ ſpeculativâ, idē certiſſimè dialecticatur in practicâ; quoniam evidēs eſt, ad ſecuritatē conſcientiæ ſufficere opinionem probabilē

An Logica practica ſit

Et tandem, ut Logicæ ingenium penitùs innoteſcat, eandem eſſe practicā aio: licèt enim non conficiat voces, conficit & dirigit illarum ordinem, tam in hâc oratione, *Homo albus*, & in hac definitione *Animal rationale*, & in hac propoſitione, *Petrus eſt homo*, quàm in hoc ſyllogiſmo, *Omnis homo eſt animal, Petrus eſt homo: ergo Petrus eſt animal.*

De Logicā Scriptā. *Logica eſt triplex: Vocalis, Mentalis, Scripta: & omnes analoga ſunt.*

De Logica Scripta ſicut de Vocali diſcurro proportione ſervata; ſicut enim indigemus vocibus, ut cùm præſentibus agamus, ſic etiam ſcripturis, ut cum abſentibus dialecticemur.

De Mentali.

Mentalis etiam Logica analogiam ſervabit; eſt enim facultas mentis operationum directiva: dividitur in Naturalem, Viſualem, & Artificialem: in Docentem, Vtentemque: eſt neceſſaria ex ſuppoſitione, & ad melius: certa & ſcientifica; & intra limites mentis etiam practica.

CCLX. *An intra intellectū ſit praxis?*

HÆc ultima linea non admittetur à Scoto, neque ab ejus diſcipulis, qui praxin extra intellectum quærunt: ſed immeritò; nam ſicut aliæ extrinſecæ diriguntur potentiæ, ita & mēs poteſt: nec hîc nimia hærendum aut diſputandum eſt; quoniam in quæſtione de nomine, ille victoriam obtinet, qui vocibus utitur ut multi. *An quæſtio de nomine ſit?* Poſtulat igitur communis authoritas, poſtulat ratio, poſtulat analogia, & proportio, ut cùm Logicam Vocalem & Scriptam Practicas eſſe aſſeruerimus, idem etiam de Mentali dicamus.

Vide Prœmiales diſputationes Metalogicas.

Multa poſſem hîc contra ſingulas lineas obiicere; multa pro ſingulis afferre: interim hæc ſic breviter prælibaſſe ſufficiat, quæ alibi ubeṙiùs & accuratiùs retractabo.

ARTICULUS II.

De Vniverſali.

CCLXI. VNiverſalis notio eſt ſummè univerſalis: & quia varias acceptiones habet, quæ ad Metalogicum non pertinent, poterunt dilucidari breviter, ne ignorentur omninò: ut liberiori pede Uoiverſale Logicum poſſimus formare aut contemplari.

Quid ſit Vniverſale? *Vniverſalium claſſes.*

Eſt ergo Univerſale univerſim ſumptum, *Vnum quod dicit reſpectum ad multa.* & eſt multiplex. Cæterùm licet ad plures claſſes poſſemus, aut fortè deberemus, Univerſalia reducemus ad ſenas. Eſt igitur Univerſale, aliud in ſignificare, & aliud in ſignificari: aliud in cauſare & aliud in cauſari: aliud in eſſendo, & aliud tandē in prædicando. Duo priora Univerſalia ſunt Grammatica: tertium & quartum Phyſica: quintū eſt Metaphyſicum; & demùm ſextum Metalogicū.

Vniverſale in ſignificare. *Æquivocum.*

Univerſale in ſignificare eſt vox, quæ tametſi ſit unica, multa ſignificat. Ejuſmodi ſunt omnes quæ vocātur æquivocæ, ut *Aries*, quæ pro ſtellâ, animāte & machinâ militari ſupponitur.

Vniverſale in ſignificari. *Synonyma.*

Univerſale in ſignificari, eſt res quæ multis vocibus ſignificatur; & tunc hæ voces nominātur ſynonymæ, ut *Enſis, Gladius*, ſunt enim plures voces, & tamen rem unam ſignificant.

CCLXII. Hæc duo Uoiverſalia ſic expoſita intelligo: & ut exiſtimo, non eſſet in toto gymnaſio mentis tam obtuſæ adoleſcens, qui illa non capiat: at volebat hæc duo Univerſalia præceptor, ad intellectum, & neſcio quas ſpecies impreſſas & expreſſas reducere, & ideò obnubilavit doctrinam evidentem & claram.

Vniverſale in cauſare. *Sol, vocatur, quia ſolus eſt.*

Univerſalis in cauſare dicitur Sol, quia ſolus eſt (& inde dictus) & tamen ceram liquefacit, lutum indurat, aërē illuminat, Planetas illuſtrat movetque, & alios multos varioſque effectus in mundo molitur.

Vniverſale in cauſari. *An Luna ſit calida?*

Uoiverſale in cauſari poteſt vocari calor, quia à cauſis multis & diverſis producitur. Producitur à Sole (imò etiam ab alijs ſyderibus, juxta illud, *Per diem Sol non uret te, neque Luna per noctem:*) producitur ab igne, producitur à motu; &c.

Cauſa quintuplex: Materialis, Formalis, Efficiens, Finalis, Exemplaris.

Dicebat hîc noſter Magiſter eſſe quinque Cauſarum genera: aliæ enim erant Materiales, aliæ Formales, aliæ Efficientes, aliæ Finales, & aliæ tandem Exemplares: & juxta uniuſcuiuſque ingenium de Univerſalitate diſſeruit.

CCLXIII. *Cauſarum notitia non ad Logicā, ſed ad Phyſicum ſpectat.*

Aut fallor, aut Logica præcedit Phyſicam: & hæc omnia ad Phyſicam potiùs ſpectant: eadem igitur miſſa faciamus, & ad utiliora properemus.

Vniverſale in eſſendo. *Vniverſale in prædicando.*

Univerſale in eſſendo (& hoc dicebat illud eſſe, propter quod cætera exponebantur) eſt unum in multis, ut Homo, qui unus in Ioanne Friderico & Ambroſio. Huius proprietas eſt prædicabilitas; homo enim, ſi eſt in multis, de multis poterit prædicari. Ut exponeret Univerſale in eſſendo, terram movebat cęlúque, & ſemper

ſemper obſcura obſcurioribus miſcens, offundebat caliginem, & nos omnes terrebat quibuſdã ignotis & inauditis verborum aut etiam rerum monſtris, quæ debebat vitare. Contineбо me igitur intra terminos noſtræ Grammaticæ, & omnia quæ ille obſcurè, clariſſimè dilucidabo.

Fundamentum Grammaticum.

Sciebam declinationes olim, & quia omnia excidunt, dubito, an illas oblivioni mandaverim, Meæ memoriæ fidelitatem periclitor, & ajo:

Muſa, Muſæ, Muſæ, Muſam, Muſa, Muſâ.
Nympha, Nymphæ, Nymphæ, Nympham, Nympha, Nymphâ.
Parca, Parcæ, Parcæ, Parcam, Parca, Parcâ.

CCLXIV. *Exponitur Vniverſale in eſſendo ex fundamentis Grammaticis.*

Ecce *Muſa, Nympha, Parca,* ſunt nomina quæ differunt conveniuntque; non differunt in principio, at differunt in finalium defluxu. Ergo id excidamus, in quo convenire videmus, & reperiemus,

a. æ. æ. am. a. â.

Quid in prima declinatione reperiatur commune & univerſale, & quid particulare? *Materia & forma primæ Declinationis.*

Hic finalium defluxus à cæteris litteris abſtractus vocetur *forma*, & litteræ emanentes *materia*. Et pronuncio hanc formam in prima declinatione eſſe univerſalem, & eſſe unam in multis, imò in omnibus; non enim in *Muſa, Nympha* & *Parca* reperitur tantummodò, ſed etiam in omnibus omninò nominibus, quæ ad primam pertinent declinationem.

Incidentes quæſtiones.

His poſitis inquiro *primò*, An hæc forma, quæ primam declinationem conſtituit, ſit univerſalis & communis ante omnem operationem intellectûs? *Secundò*, Quo modo diſtinguatur à toto, quod conſtituit; & à comparte materiali, quam claudit? *Tertiò*, An abſtracta ab uno tantùm nomine ſit univerſalis: an verò, ut univerſalis ipſa ſit, ab omnibus excidi debeat?

CCLXV. *In hoc Grammaticæ univerſali nihil fingitur Ratio cũ unitate diſtinguitur realiter.*

Reſpondeo ad primum, nihil ab intellectu fingi in hac forma univerſali, vel ſi placeat ſic loqui, in hoc univerſali formali; quoniam ante omnem mentis fictionem aut operationem eſt una, & pluribus ineſſe poteſt.

An continuum ante diviſionem aut conſignationem habeat partes?

Ad ſecundum reſpondeo, me à Viris eximiis & magnis audiviſſe quantitatem continuam non habere partes realiter diſtinctas inter ſe, ſed ſolummodò diſtinctas formaliter ex natura rei; & oppoſitum etiam ab aliis. Ergo nemini videbor injurius, ſi in re quæ exſuperat cothurnum meum, ſuſpendere malim judicium, & aſſerere alterutrum videri probabile: ſed diſtinctionem realem videri clariorem, & faciliùs à Logicis poſſe defendi.

Ratio abſtracta ab uno eſt univerſalis. *Hic non agimus de nominibus irregularibus.*

Ad tertium ajo, repugnare ut Vniverſale formale abſtrahatur ab uno inferiori, quin cognoſcantur alia: quia ſi ratio formæ univerſalis, vel univerſalis formalis habetur, abſtrahendo convenientes litteras à diſconvenientibus, impoſſibile eſt ut convenientia aliter quàm ex collatione & comparatione cognoſcatur: cæterùm ſemel ab uno nomine abſtracta, hoc ipſo eſt abſtracta ab omnibus, & eſt una univerſis communis: vel ſi dubitet aliquis, det quæſo nomen, quod ad ſpeciem eam pertineat ad quam *Muſa*, & tamen formam *a, æ, æ, am, a, â,* quam à *Muſa*, & uno vel altero nomine (aut tantùm à *Muſa*, ſi velit) abſtraxi, in caſuum defluxu non habeat.

CCLXVI.

Occurrunt alia, quæ doctrinam antecedentem juvant, ſed illis uti tanquam fundamento non volo, quoniam exiſtimo exemplum poſitum eſſe certiſſimum, & manifeſtiſſimum, & luce indigere non poſſe. Interim ad Poëticam convertam oculos, & Sapphicos iſtos ſubſcribam.

His dies nobis oritur beatus,
Anna quo Divam peperit ſenilis,
Abſque peccati maculâ Mariam.

Forma abſtracta ab uno Sapphico eſt Sapphicis omnibus communis

Tres ſunt, qui & omninò differunt, & omninò conveniunt. Differunt omninò materialiter; quia nulla dictio reperitur in uno, quæ reperiatur in aliis: at omninò conveniunt formaliter,

liter,hoc eſt , in ſyllabarum productarum & correptarum fluxu:quem ſi ab uoo vel ab alero abſtrahas,habebis formam Sapphicam,

omirùm,| - v - - - |v v - v - v|

non ſolùm tribus his , ſed omnibus Sapphicis totius mundi communem.

Eodem modo de iſtâ formâ,quo de formâ primæ declinationis poterimus philoſophari: eodem modo de aliis, quas poſſemus adducere.Sed hæc adnotaſſe ſufficiat; quoniam brevitatem amamus.

His præventus ideis,quæ mihi notæ,ad gymnaſium revertor; & quæ me præceptor docere conabatur, recogito, & ad poſitum fundamentum elimo.

Parallelum Metalogicum,

CCLXVII. MUltos in ſchola reperio,ſed quia à Franciſco & Joanne vocor,diverto ad illos. Iam tres ſumus , & experior non de nihilo dixiſſe veteres Amicitiam eſſe triangularis figuræ. Tres ſumus , & tamen in nulla potentia differimus: quidquid enim facere aut pati unus poteſt, poſſunt reliqui ; & tamen tres ſumus , non unus. Ergo ſimul differimus & convenimus. Abſtrahamus ergo & præcidamus rationem convenientiæ à ratione differentiæ & diſcriminis , illamque rationem formalem, & communem, *Hominem*, & has differentiales, *Eccettates*, aut etiam *Haccettates*, vocemus. Pronuncio igitur hanc formam Metaphyſicam (&, ſi Metaphyſicorum placeat Lexicon,hanc formalitatem)eſſe univerſalem,adeòque unam in multis: imò in omnibus:non enim ratio Hominis in Franciſco & Joanne reperitur tantummodò,ſed etiam in omnibus omninò adoleſcentibus,qui hanc frequentant ſcholam,& in omnibus hominibus totius orbis terrarum.

An amicitia ſit triangulus?

Inventio Speciei & Eccetatis.

Homo. Eccetas.

Homo eſt formalitas univerſalis: una in multis.

His poſitis venio ad quæſtiones,quas noſter Præceptor excitabat. Quærebat *primò*, An formalitas Homo(& idem peti poterit de quacumque formalitate univerſali) ſit communis ante omnem operationem intellectus ? *Secundò*, Quo illa modo diſtinguatur à toto quod conſtituit,aut etiam à comparte materiali , quam afficit. *Tertiò* , An eadem formalitas , ſi abſtrahatur ab uno tantùm homine ſit univerſalis ; an verò ut ſit univerſalis ab omnibus excidi debeat.

Reponuntur tres curioſa quæſtiones.

CCLXVIII Reſpondeo ad primum, nihil ab intellectu fingi in hac formalitate univerſali, vel in hoc univerſali formali: quoniam ante omnem fictionem hæc ipſa formalitas eſt una,& pluribus ineſſe poteſt. [Et oſtenditur:quia ante omnem fictionem intellectûs eſt verum , quòd Franciſcus ſit homo;eſt verum,quòd Ioannes ſit homo:&c eſt verum,quòd uterque poſſit ſentire & intelligere. Ergo nihil ab intellectu fingitur,cùm Franciſcus & Ioannes in ratione viventis , ſenſitivi, & intellectivi,ſive quod idem eſt,in ratione Hominis,convenire dicuntur.]

Natura univerſales non ſunt ficta.

Propoſitiones eſſentiales ante omnē mentis fictionē vera ſunt.

Ad ſecundum reſpondeo ſicut partes quantitatis,ſic partes finitæ ſubſtantiæ, quas *formaliter* dicebamus, diſtingui; nimirùm realiter aut formaliter juxta diverſas opiniones.

Ratio Hominis ab Eccetatibus diſtinguitur realiter vel formaliter.

Ad tertium ajo,repugnare ut formalitas univerſalis Hominis abſtrahatur à Petro,quin alii etiam homines cognoſcantur:quia,ſi ratio illa formalis adquiritur abſtrahendo rationem convenientiæ à diſconvenientiæ rationibus, impoſſibile eſt ut convenientia aliter quàm ex collatione & comparatione cognoſcatur: cæterùm ratio Hominis ſemel à Petro,aut à quocumque alio abſtracta, hoc ipſo ab omnibus abſtracta eſt:& hoc ipſo eſt una univerſis communis:vel ſi dubites, da quæſo unum hominem,qui hominis rationem non habeat.

Ratio hominis abſtracta ab uno eſt communis & univerſalis.

CCLXIX. HÆc tria Aſſerta adhuc indigent aliquo Commentario, ut nihil habeant obſcuritatis. Primum & tertium à ſecundo dependet,& ideò aliquid de ſecundo dicemus.

Plato voluit Hominem ab Eccеitate diſtingui realiter:Scotus ex naturâ rei, hoc eſt formaliter ante operationem: D.Thomas ratione ratiocinatâ,hoc eſt formaliter poſt operationem intellectûs; Nominales extrinſecè penes diverſa connotata. Puto igitur Platonis doctrinam eſſe facillimam & clariſſimam,& poſſe, ſi velis,defendi. Si hæc non placeat,ſubrogabo Scotiſticam,quæ etiam mentis operationem antecedit. Præciſiones objectivas , ſi ſobriè admittantur, non condemno;ſed ſi admittantur , & poſtea entia rationis dicantur, quis eas toleret?qui illas velit ſimul admitti & non admitti. Cùm igitur hoc hodie infectæ præjudicio ſint Thomiſtarum & Nominalium opinio-

De gradibus ſuperiorū & inferiorum diſtinctione.

Non dantur Entia rationis.

Digitized by Google

Petrus & Paulus intrinſecis & ante omnem fictionem intellectûs ſunt ſimiles.

opiniones illas rejicio : qoia Petrus & Paulus conſiderati ſecundum potentias ſuas intrinſecas , ſunt ſimiles (quod Nominales negant) & hoc ante omnem fictionem aut operationem intellectûs (quod nolunt fateri Thomiſtæ.)

ARTICULUS III.

De Doctrina Fonſeca.

CCLXX. *An doctrina Platonis probabiliter poſſit defendi.*

Quid ſit apud Platonem ſeparatio.

VNiverſales naturas iterùm recognoſco; eſt enim hæc materia difficilis, & indiget maturo examine. Illas à ſingularibus realiter diſtinctas Plato poſuit , & non video cur non poſſimus omnes eſſe Platonici. Separatas à ſingularibus aut nunquam Plato credidit, aut ſi credidit in hoc poterit à nobis corrigi. [Et hìc notari volo, Platonem aut poſuiſſe naturas ſeparatas tantùm ; aut ſeparatas & intrinſecas ſimul , eo nimirùm, aut ſimili modo , quo apud nos Chriſtus qui eſt in cœlis, etiam in ſingulis hoſtiis conſecratis eſt: aut diſtinctas , ſed nullo modo ſeparatas, Si docuit ſententiam tertiam, plauſibiliter defendi poterit: ſi primam vel ſecundam poterit explicari, & ad tertiam reduci, aſſerendo *ſeparationis* illum nomine realem tantùm diſtinctionem intellexiſſe.] Scotiſtæ Platoni valdè ſimiles ſunt , nam ante mentis operationem diſtinctionem actualem admittunt , quam vocant *formalem ex natura rei*, & volunt inter realem & rationis eſſe mediam. Thomiſtæ ad præciſiones objectivas recurrunt & Comptonus ita de his conceptibus objectivis jubet philoſophari , ac ſi eſſent realitates diſtinctæ. Omnes in realem diſtinctionem inclinant; nam Expreſſivi ſe juvant realiter diſtinctis connotatis. Inter omnes iſtas ſententias P. Fonſeca *libr.* 5. *Metaph. cap.* 18. *ſ.* 2. & *libr.* 7. *cap.* 12. *q.* 2. Viam novam invenit , & aperuit, quam lubet impræſentiarum explicare.

Vide Comptonum diſp. 30. Logica ſect. 8. num. 7. pag. 126.

Fundamentum Grammaticum,

Pharetra, Tenebra, Latebra.

SUnt in lingua Latina ſyllabæ indifferentes, quarum ingenium, ignotum pluribus, debet omninò examinari. Talis eſt ſecunda in vocibus, *Pharetra, Tenebra, Latebra.* CCLXXI. *Dantur indifferentes ſyllabæ.*

Sed quid eſt eſſe ſyllabam indifferentem? Anne reperitur aliqua à parte rei, quæ nec brevis, nec longa ſit? minimè. Sive enim ponantur in carmine , ſive in proſa , unicam tantùm determinatam quantitatem habent; vel enim ſunt longæ, vel ſunt breves, nunquam indifferentes. Lego in Virgilio illud nebr. breve: *Quid illa ſint? An ſit à parte rei ſyllaba indifferens?*

Ago de Hexametro: quia in ſenariis & aliis carminibus major libertas eſt.

Nocte premunt, quòd jam tenebris & ſole cadente.

& in Prudentio idem nēbr. longum:

Regna tenebrarum tenus diſtantia fine.

nec tamen dabitur Hexametrum, in quo eadem vocalis ſit indifferens. Si igitur nulla ſyllaba de facto, & prout exiſtit à parte rei, eſt indifferens, quando eſt indifferens?

Tres vocis ſtatus.

Vox ſecundum ſe.

Reſpondeo, in voce *Tenebra* tres poſſe conſiderari ſtatus. Primus eſt vocis ſecundum ſe, ſecundus eſt vocis prolatæ, hoc eſt, contractæ , & tertius eſt vocis præciſæ. Vox ſecundum ſe conſiderata, non poſtulat ut proferatur brevis aut longa, ſed eſt indifferens, ut illam poſſit homo alterutro modo proferre & proferendo donare quantitate (longa vel brevi) prout voluerit. Nulla enim occurrit ratio, quæ cogat Poëtam dicere potiùs *Tĕnebras*, quàm *Tenēbras*. Vox autem, quia non poteſt aliter proferri quàm brevis aut longa, in ſtatu prolationis, nimirùm, cum de facto profertur, non eſt indifferens, ſed ad alteram quantitatem contracta. *Vox tenebræ non poteſt de facto proferri, quin ſit media ſyllaba longa vel brevis.*

Vox prolata.

Vox præciſa.

Status abſtractionis ex compa-

Hinc patet, quid habeat in ſtatu præciſionis vox: nam intellectus conſiderat illam in ſtatu differentiæ, quem habuit antequam exiſteret: & etiam in ſtatu prolationis & contractionis, quem habet, cùm exiſtit de facto: & inter hos duos ſtatus ſpeculando & comparando reperit manifeſtum diſcrimen : nempè eſſe aliquid in ſtatu exiſtentiæ & prolationis , quod non erat in ſtatu indifferentiæ & poſſi- CCLXXII

ratione ſtatûs ſecundum ſe & ſtatûs contractionis naſcitur.

poſſibilitatis; & illud commune vocat ſyllabam indifferentem, & hoc quod addit ſtatus exiſtentiæ ſeu prolationis vocat quantitatem Metricam ſeu Grammaticam: aitque repugnare, ut ſyllaba longa, quæ ſemel exiſtit, ſit brevis: & repugnare, ut ſyllaba brevis, quæ ſemel exiſtit, ſit longa: at non repugnare, ut, antequam exiſtat, ſit longa vel brevis, habebit enim quantitatem & taleitatem, quam illi voluerit dare Prolator.

Quantitas Metrica.

CCLXXIII. *An impertiantur lucem tenebræ*

Quis id crederet? *Tenebræ*, ut vidimus, communicarunt lucidiſſimos radios obſcuriſſimæ difficultati. Jam capimus quid ſit ſyllabam eſſe indifferentem, quod ſæpè audieramus, & nunquam intellexeramus.

Vox duplex: ſignificativa, & non ſignificativa. An omnis vocalis ſit indifferens?

Anne omnes ſyllabæ indifferentes ſunt? Eaſdem, ut tibi ſatisfaciam, reducam iterùm ad duos ſtatus. Nam vel agimus de vocibus à ſignificatione præſciſſis, aut de vocibus ſignificantibus, illas, ajo, omnes videri indifferentes, nec me terrebit duarum conſonantium adpoſitio, ſcimus enim Hiſpani non obſtante multarum conſonantium concurſu corripere quaſcumque vocales, dicimus enim, *Amában-me*, *Amában-te*, *Amában le*, &c. quod etiam Græci interdum, & aliæ nationes etiam faciunt. At iſtas, ajo, determinari à legibus, quas uſus communis indixit, & plerumque carere indifferentiâ. [ſi dicas Græcos non corripere vocalem quam duæ conſonæ ſequuntur. Eſto. Sed contrarium demonſtrant hæ dictiones, Ἐπιχάμμα, Σύνοψις, Σύντεγμα, Δίλημμα, &c.]

An ſyllabâ producat poſitio? Vide Grammaticæ audacis part. 2. art. 7. qui eſt de quantitate ſecundum dici.

Parallelon Metalogicum.

CCLXXIV *An reperiantur hodie in rebus univerſalia ſeparata?*

Sunt in rerum natura multæ Entitates indifferentes, quarum ingenium ignorum pluribus decet omninò examinari. Tales ſunt, *Homo*, *Animal*, *Vivens*.

An dentur indifferentes Entitates? Quid illæ ſint

Sed quid eſt Entitatem eſſe indifferentem? Anne reperitur aliqua Entitas à parte rei, quæ nec ſit hæc, nec illa? An-ne aliquod Vivens, quod nec ſit ſenſibile, nec inſenſibile? aliquod Animal, quod nec ſit rationale, nec irrationale? aut denique aliquis Homo, qui nec ſit hic, nec ille? Minimè. Sive enim producatur per creationem, ſive per generationem, Entitas unicam tantùm quantitatem numericam, eamque ultimo determinatam habet: vel enim erit hæc vel illa: nunquam tamen à parte rei erit indifferens. Hæc mente altâ conſideras & ais, ſi nulla Entitas de facto & prout exiſtit à parte rei eſt indifferens, quando eſt indifferens?

Quantitas & unitas numerica.

Reſpondeo In naturis his (videlicet. *Viventi*, *Animali*, *Homine*, &c.) tres eſſe ſtatus. Primus eſt naturæ ſecundum ſe: ſecundus eſt naturæ productæ, hoc eſt, contractæ: & tertius eſt naturæ præciſæ. Natura Viventis ſecundum ſe conſiderata, non poſtulat ut producatur ſenſibilis aut inſenſibilis; ſed eſt indifferens, ut illam poſſit Deus producere alterutro modo voluerit, & producendo donare ſenſibilitate, aut inſenſibilitate, ſi voluerit. Natura animalis ſecundum ſe conſiderata, non poſtulat ut condatur rationalis aut irrationalis, ſed eſt indifferens, ut illam poſſit Deus condere alterutro voluerit modo, & condendo donare rationalitate, ſi velit. Et tandem natura Hominis ſecundum ſe conſiderata, non poſtulat ut creetur iſta vel illa, ſed eſt indifferens, ut illam poſſit Deus alterutro modo creare: & creanda donare iſteitate aut illeitate (Petreitate, aut Pauleitate) ſi voluerit. Non enim ulla occurrit ratio, quæ cogat Deum aut producere potiùs Vivens ſenſibile, quã inſenſibile: aut potiùs Animal rationale, quàm irrationale; aut potiùs Hominem iſtum quàm illum. At natura, quia non poteſt niſi hæc vel illa determinare produci, in ſtatu productionis, nimirùm cùm de facto producitur, & exiſtere incipit, non eſt indifferens, ſed alterâ eſt quantitate numericâ (hâc vel illâ) contracta.

Habent rerum naturæ tres ſtatus. Status naturæ ſecundum ſe

Natura ſecundum ſe vel nullam differentiam poſtulat: vel unam potiùs quàm aliam non poſtulat: ergo differentiam & taleitatem ſtatus exiſtentiæ ſeu productionis ſolus poſtulat.

Status productionis.

Hinc patet, quid habeat in ſtatu præciſionis natura; nam intellectus conſiderat illam in ſtatu indifferentiæ, quem habuit, antequam exiſteret, & etiam in ſtatu productionis & contractionis quem habet, cùm exiſtit de facto; & hos duos ſtatus ſpeculando & comparando reperit manifeſtum diſcrimen; nempè eſſe aliquid in ſtatu exiſtentiæ & productionis, quod non erat in ſtatu indifferentiæ & poſſibilitatis: & illud commune, vocat *naturam indifferentem* ſeu *univerſalem*; & hoc

CCLXXV. *Status abſtractionis.*

Natura univerſalis. Differentia.

hoc quod addit ſtatus exiſtētiæ ſeu productionis, vocat *differentiam contractivam*; &, ſi fuerit ultima, quantitatē (unitatem) numericā & individualem; aitque repugnare ut natura Viventis, quæ ſemel eſt ſenſibilis, fiat inſenſibilis: repugnare, ut natura Animalis, quæ ſemel eſt rationalis, fiat irrationalis; repugnare, ut natura Hominis, quæ ſemel eſt hæc, fiat illa: at nec Viventi antequam exiſtat, repugnare ut ſit ſenſibilis aut inſenſibilis; nec Animali, antequā exiſtat, repugnare ut ſit rationale vel irrationale: nec Homini, antequam exiſtat, repugnare ut ſit Petrus vel Paulus: ſingulæ enim naturæ habebunt eam contractionem & taleitatem, quam illis voluerit dare Conditor.

An homo poſſit trāſire in equū, planta in lapidem? An in Paulū Petrus?

CCLXXVI HÆc eſt natura univerſalis, quam tradidit Orbi litterario Fonſeca: eam variè explicant aut implicant Authores varii, nos ſummam illi lucem & claritatem dedimus, cùm Tenebrarum indifferentiam cum Univerſalitate comparavimus. Hæc multis non placet opinio; illam Viri Eruditi copioſiſſimè impugnant; & inter alios uberrimè & doctiſſimè Conimbricenſes *quæſtione de univerſ.* Suarez *diſp.* 5. *Metaph. ſect.* 6. Arriaga *diſp.* 4. *Logica, ſect.* 2. Cōptonus *diſp.* 26. *Logica, ſect.* 2. Lalemandetius *diſp.* 4. *Log. part.* 4. *column.* 3. Franciſcus bonæ ſpei *tract.* 2. *Log. dub.* 4. *reſ.* 3. *pag.* 56.

An opinio Fonſecæ ſit vera?

Comptonus contra Fonſecæ placita duas rationes producit. *Primò* enim ſequeretur hanc indifferentiam naturæ pro illo inſtanti eſſe realem, cùm ante omnem intellectûs operationem illi inſit. Sed non eſt realis: ergo non debet à nobis admitti. Probatur minor; ſi enim eſſet realis, natura eā in individuis exiſtens retineret: Sed non retinet: ergo. Minor videtur certa; illa enim aptitudo erat prædicatum reale realiter identificatum cum naturâ; ergo, ſi eam ſemel habuerit, ſemper eam habeat neceſſe eſt: cùm implicet, id quod cum re aliquâ realiter eſt identificatum, non ſemper cum eâ identificari. Quod verò aptitudinem illam in individuis non retineat, fatetur ipſemet Fonſeca, dicens *naturam in individuis univerſalitatem & aptitudinem amittere, vel non habere.*

Objectio prima. An indifferentia naturæ ſit realis? An retineatur ab individuis

Objectionis ſolutio.

Multa occurrunt circa conceptum identificationis, quam aliter Comptonus, quam Peripatetici, intelligit: partes enim continui, ut docet Ariſtoteles, identificatæ ſunt, & tamen diſtinguibiles, imò etiam ſeparabiles ſunt. Paritas quæ ab individuis deſumitur, claudicat; quia, ſi illa aptitudo aut univerſalitas dicat intrinſecè negationem aut præciſionem ecceitatis, quomodo illam poterit retinere, quando habet ecceitatem? ſed hæc & alia nonnulla diſſimulo, & reſpondeo hanc indifferentiam eſſe realem & veram, non imaginariam aut fictam; naturæ enim Animalis ſecundum ſe conſideratæ tam eſt indifferens ut producatur rationalis aut irrationalis, quàm vocī *Tenebræ*, ut proferatur longa aut brevis, juxta ea quæ ſuperiùs tradidimus. Cæterùm hanc indifferentiam, quam habet natura Animalis poſſibilis, non habet natura Animalis producta; quia differentiam quam habet ſyllaba *nebr.* proferibilis in voce *Tenebræ*, non habet prolata de facto.

An partes continui ſint identificatæ?

Animalitatis indifferentia realis eſt.

CCLXXVII. Secundò arguit Comptonus; quoniam illa aptitudo, ſi eſſet realis, poſſet exiſtere à parte rei: ſed non poteſt exiſtere à parte rei, ergo non eſt realis. Major videtur certa, minorem probat, nec enim aptitudo illa exiſtere poteſt ſeparata ab individuis: ſic namque coincideret cum ſententiâ quæ ſolet adfigi Platoni: nec exiſtere poteſt in ipſis individuis, ait enim Fonſeca illam per contractionem tolli: ergo.

Objectio ſecunda.

Et ego reſpondeo rationem retorquendo: quoniam ſequeretur ex doctrinâ Fonſecæ ſecundam ſyllabam in dictione *Tenebræ* non eſſe indifferentem: quoniam illa indifferentia, ſi eſſet realis, poſſet exiſtere à parte rei; ſed non poteſt exiſtere à parte rei; ergo non eſt realis. Major eſt certa: & diſputationis aleæ non videtur ſubeſſe: minorem probo: nec enim illa vox Tenebræ ſecundâ indifferenti, reperitur ſeparata ab individuis; ut manifeſtum eſt: nec exiſtere poteſt in ipſis individuis, omnes enim proferimus Tĕnebras, aut Tenēbras, nunquam Tenĕbras, mediâ indifferenti. Ergo talis indifferentia & aptitudo ficta eſt.

Objectionis retorſio.

CCLXXVIII. Reſpondeo igitur ad rationem & retorſionem; nempè plura requiri, ut res exiſtat, quàm prædicata eſſentialia: Homo enim eſt animal rationale; & hic homo, hoc animal rationale: at verò ut exiſtat Petrus præter animalitatem, rationalitatem & Petreitatem, etiam locum, tempus & alia accidentia requirit, ſine quibus non ſolet exiſtere de facto, & in multorum opinione non poteſt. Hinc eſt, quod aliqui Viri Eruditi Theologi, licèt aſſerant dari nonnullos actus indifferentes individuos ſpeculativè, hoc eſt conſideratos ſecundum ſe, negent tamen dari vel unum practicè & de facto, qui individuus & indifferens ſit: tot enim circumſtantiæ ad actûs exiſtentiam concurrunt, ut moraliter, (aut etiam realiter, ſi velis) impoſſibile ſit omnes indifferentes eſſe: quamobrem, ſi vel unica ſit bona vel mala, actus, qui exiſtit à parte rei, erit bonus vel malus. Ut omnia exponam, occurrit exemplum clariſſimum: illud ſubſcribo. Petrus ſecundum ſe conſideratus, nec nudus, nec veſtitus eſt, ſed indifferens; & habet aptitudinem ut vel veſtitus vel nudus ſit à parte rei. Sed qualis eſt hæc aptitudo & indifferentia? realis, vera, non ficta. Clamat Comptonus, ſi illa indifferentia & aptitudo ſit realis, debet eſſe à parte rei: nego, quia Petrus à parte rei ſemper eſt veſtitus vel nudus, nunquam indifferens: nego, quia illa ſyllaba ſecunda in *Tenebris* ſemper à parte rei eſt longa vel brevis, nunquam indifferens: nego, quia natura viventis à parte rei ſemper eſt ſenſibilis aut inſenſibilis, nunquam indifferens: nego, quia natura Animalis à parte rei ſemper eſt rationalis aut irrationalis, nunquam indifferens; nego, quia natura hominis à parte rei ſem-

Objectionis ſolutio.

Ut res exiſtat plura requiruntur quàm quidditativa prædicata.

An in Ethica detur actus indifferens in individuo?

Nota hoc exemplum.

ſemper; eſt hæc vel illa , nunquam indifferens: & tamen ſecundum ſe ſumpta eſt indifferens.

CC LXXIX. *Doctrina Fonſecæ eſt probabilis.*

Hæc Fonſecanæ Univerſalitatis expoſitio: hæc impugnatio: hæc propugnatio. Probabiliſſimè admittitur & defenditur à viris doctiſſimis; & ab aliis probabiliſſimè rejicitur & impugnatur. Sed quid propugnabimus nos? Siquidem iſtud à Fonſecâ doctè excogitatum Univerſale reſpondet Fundamentis Grammaticis,quæ exactè intelligimus,& Univerſalia , quæ alii nos Philoſophi docent , ab aliis Fundamentis petantur;iſtud,quo modo intelligimus,tenebimus & defendemus; nimirùm, non ut indubitatum & evidens , ſed ut valdè probabile , nobis reſervando jus integrum,ut olim, ſi aliud Univerſale magis arrideat poſſimus illud amplecti & propugnare.

ARTICULUS IV.

De Univerſalium Speciebus.

CCLXXX. *De Ariſtotelis, Porphyrii & aliorum, quos ſectamur, patriâ & vitâ nonnihil eruditè prĩmitti ſolet ab Hominibus doctis: at nimia damnatur eruditio. Eſt nimia, cùm impedit meliorum quæſtionum examen.*

MUlta hîc noſter Profeſſor de Porphyrio, quæ, quia fuerunt multa, audivimus cum tædio, & litteris mandare noluimus. Cùm tam varia & tam diſſentanea in Gymnaſio de Patriâ, de genere, de ætate, parentibus, filiis & diſcipulis Porphyrii, otiosè, vel ut ipſe putabat , eruditè quæreret , & expliearet, ſubvenit in mentem Tobias, qui cap. 5. dicebat Raphaëli filium ſuum eoducturo & reducturo: *Indica mihi, de qua domo & de qua tribu es tu?* cui Raphael, *Genus quæris mercenarii, an ipſum potiùs mercenarium , qui cum filio tuo eat. Sed ne fortè ſollicitum te reddam. Ego ſum Azarias, Ananiæ magni filius.* Et quidem meritò hæc hiſtoria ſuccurrit. Debebamus doceri quinque Voces , hoc eſt Tractatum de Univerſalibus & Prædicabilibus : & Profeſſor per latiſſimos Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ campos vagatus audire debuit, *Genus ne quæris Porphyrii, an verò doctrinam Porphyrii, quæ tuos diſcipulos ad altiora conducat?* Interim , quia varia ſunt ingenia hominum, & aliqui eſſent ſolliciti, ſi ejus mores & vitam neſcirent, ſumo calamum & ex multis, quæ ſuperflua videntur, hæc interlego, & meis pugillaribus inſcribo: videlicet, [Porphyrius, natione Phœnix, ſed patriâ Judæus, ex Chriſtiano factus Magus, & à verâ fide apoſtata, ad Prædicamenta Iſagogen ex univerſalibus ſtruxit : quæ, ut ajunt, ex numero filiarum ſuarum quinque eſſe voluit *Genus, Speciem, Differentiam, Proprium, & Accidens.*) Eſt liber utilis, nec in minimo Catholicæ Fidei contrarius, & ideò in ſcholis permittitur.] Ergo , ut omiſſis cæteris, quæ non concernunt Metalogicam, ad rem veniamus, hæc quinque Univerſalia exemplis Grammaticis dilucidabimus.

Quis fuerit Porphyrius: & qualis

Quot filias habuerit

Quot ſint Prædicabilia: & quæ?

Fundamentum Grammaticum.

CC LXXXI. *Conjugationum numerus in variis linguis.*

NUper contemplabamur nomina, progrediamur ulteriùs, & ad Verba oculos convertamus. Hæc antiqui Magiſtri diſtinxerunt in Conjugationes, hoc eſt in Claſſes; & eorumdem inſiſtendo principiis, aliqua ſubſcribemus. [Conjugationes in Lingua Latina quatuor ſunt. I. *Amo:as:are. Doceo:es:ēre. Lego:is:ĕre. Audio:is:īre.* In Lingua Græca aliqui enumerant quatuor ſimiliter conjugationes: alii unicam. In Hebræa octo: In Hiſpanica tres. Alias alii, nos Latinas conſiderabimus, & examinabimus.] Lineas ſequentes contemplemur.

I. *Amo, amas, amat : amamus, amatis, amant.*
Voco, vocas, vocat : vocamus, vocatis, vocant:
II. *Doceo, doces, docet : docemus, docetis, docent.*
Moneo, mones, monet : monemus, monetis, monent.
III. *Lego, legis, legit : legimus, legitis, legunt.*
Dico , dicis, dicit : dicimus, dicitis , dicunt.
IV. *Audio, Audis, Audit : audimus, auditis, audiunt.*
Sitio , ſitis , ſitit : ſitimus , ſititis, ſitiunt.

Conſidero finalium defluxum, & in magna differentia ſummam convenientiam reperio;

Omnium Conjugationum concordia.

videlicet. *o, s, t: mus, tis, nt.* non majorem.

Pro-

Pronuncio igitur hanc inflexionis formam eſſe univerſaliſſimam. adeòque omni verbo & coniugationi communem: in hâc enim omnia verba conveniunt, tametſi ad diverſas claſſes ſeu coniugationes pertinere dicantur.

Hanc univerſaliſſimam formam, omnibus Verbis communem reperi, omnes inter ſe comparando, & inquirendo fluxum & exitum univerſis communẽ. At, quia ſimiliora ſunt *Amo*, & *Voco*, quàm *Amo* & *Doceo*, & ſimiliora *Doceo* & *Moneo*, quàm *Doceo* & *Lego*; ſimiliora *Lego* & *Dico*, quàm *Lego* & *Audio*, quatuor formas univerſales inferiores invenio, quibus Vniverſaliſſima communis ſit, quæ tamen ſint diſtinctæ inter ſe. illas propono.

Sub uno coniugandi genere quatuor ſpecies differentes invenio.

Prima. *o, as, at: amus, atis, ant.*
Secunda. *eo, es, et: emus, etis, ent.*
Tertia. *o, is, it: imus, itis, unt.*
Quarta. *io, is, it: imus, itis, iunt.*

Hæ omnes differunt inter ſe, & tamen ſunt univerſales, quia ſingulæ reperiuntur in multis. Prima in *Amo Voco, Clamo, Appello*, &c Secunda in *Doceo, Moneo, Sileo, Taceo* &c. Tertia in *Lego, Dico, Pſallo, Cerno*, &c. Quarta in *Audio, Sitio, Sentio, Haurio*, &c.

Vniverſale triplex: ſummum, infimum, & ſubalternum.

In omnibus his Vniverſaliſſima invenitur, ut ſi conferam, ob oculos habere potero. Ergo dantur formulæ magis minùſq; univerſales. Ergo & dabuntur ſubordinata Vniverſalia, ex quibus unum erit ſummum, unum infimũ, reliqua ſubalterna vel media. CCLXXXII

Dantur magis & minùs univerſalia.

His poſitis inquiro *primò*, Quid ſit Genus? quid Species? quid Differentia? quid Proprium? quid Accidens? *Et ſecundò*, Quo modo illa Verba *Amo, Voco, Doceo, Maneo, Lego, Dico, Audio, Sitio*, &c. differant inter ſe? Et

Genus
Species.

Definitiones ſingulorum.

Ad primum reſpondeo has definitiones arridêre: *Vniverſale eſt unum in multis. Genus eſt unum in multis Vniverſalibus quidditativè materialiter. Species eſt unum in multis Singularibus quidditativè adæquatè.* Sed cur adæquatè? Quia quidditatis nomine in Petro, cum interrogamus, quid eſt, non Petreitatem ſed naturam humanã intelligimus. [Ergo eſſentia ſpecifica vocetur *Quidditas*: Individuatio Hominum & Angelorum *Quiſitas*: Et individuatio aliarum rerum *Quoditas*.] *Differentia eſt unum in multis (Vniverſalibus, ſi fuerit ſubalterna: Singularibus verò ſi infima) quidditativè formaliter.* [Prædicatur etiam de genere quod contrahit, *in quale*: & ideò dicitur prædicari *in quale quid*. Et quid præſtat in Logica? *Genus dividit & conſtituit Speciem.* *Accidens reale eſt, quod adeſt, abeſt abſque ſubiecti corruptione, & formale; ſine quo rei eſſentia poteſt concipi.* Inter eſſentiam & accidens, collocatur proprietas, eſt enim accidens, ſed non commune, nam eſſentiã comitatur aut ſequitur: & hoc, ut obſervat Porphyrius quatuor modis. Proprietas in primo modo *eſt quæ convenit ſoli ſpeciei, non tamen omni* ut eſſe monachum, quod ſoli homini convenit, non tamen omni: in ſecundo modo *eſt quæ omni ſpeciei convenit, ſed non ſoli*; ut progredi: in tertio modo *eſt quæ ſoli & toti, ſed non ſemper*, ut mori: omnes enim & ſolæ animantes moriuntur, ſed non ſemper: & in quarto *eſt quæ convenit omni, ſoli, & ſemper* ut eſſe riſibile.

Differentia?
Accidens.
Proprietatis Facilimè eſt hos quatuor modos intelligere ac diſtinguere, quæ exemplis convenientibus dilucidare.

Quidditas? Quiſitas. Quoditas.
Quatuor ſunt modi proprietatum Conſidera Verbum hoc ſubſequens:

Ad ſecundum reſpondeo formam illam univerſaliſſimam eſſe genericam, quia reperitur in omnibus Vniverſalibus, cæteras quatuor ſpecificas, & hanc ob rem, *Amo, Doceo, Lego & Audio* differre ſpecie: *Amo, Voco, Clamo, Macto*, &c. diſtingui numero: & ut in ſingulis formulis rationem genericam à differentiali diſtinguam, ſumo calamum & illas ſubſcribo, notas genericas & differentias diverſo charactere exprimendo. Eſt enim forma

DocEo: DocEs: DocEt: DocEmus: DocEtis: DocEnt. In ipſo E. eſt differentia ſpecifica: quod ſequitur poſt E pertinet ad genus quod contrahit. & illud Doc eſt differentia materialis ſeu baccatum:

Quadruplex generis & differentiarum compoſitio.

Univerſaliſſima, O, S, T: MUS, TIS, NT.
Prima ſpecies. O, aS, aT: aMUS, aTIS, aNT.
Secunda ſpecies. eO, eS, eT: eMUS, eTIS, eNT.
Tertia ſpecies. O, iS, iT: iMUS, iTIS, uNT.
Quarta ſpecies. iO, iS, iT, imUS, iTIS, iuNT.

Univerſaliſſima, quæ generica eſt, in ſingulis formis univerſalibus invenitur: & in ſingulis litteræ genericæ, quæ maiuſculæ ſunt, à differentialibus, quæ ſunt minores, diſtinguuntur.

CCLXXXIII. Quinque Vniverſalia Porphyrij exemplo Orthographico dilucidantur.

HÆc omninò ſufficerent: ſed quia alia occurrunt; ne omnia omittam, ſubſcribam paucula, & primò ob oculos pono iſtas litteras.

PAN. PEB PIF POM. PUC
PAR. PES PIG POS. PUX
PAX. PER PIX POT PUZ.

vel ſi eamdem aliter reſcribere placeat.

- P
  - Pa
    - Par.
    - Pan.
    - Pax.
  - Pe
    - *Peb.*
    - Per
    - Peſ.
  - Pi
    - *Pif.*
    - *Pig.*
    - Pix.
  - Po
    - Pom.
    - Poſ.
    - Pot.
  - Pu
    - Puc.
    - Pux.
    - Puz

Voces non ſignificantes, ſignificativa ſunt: & creaturis poſſibilibus ſimiles: ſicut enim iſta exiſtentiam, ſic illa habere poſſunt ſignificationem quam non habent. Vtraſque diverſus character, diſtinguit.

Dico igitur, litteram P. eſſe unum in multis ſyllabis (nēpè in PA, PE, PI. &c.) dico PA. eſſe unā ſyllabā in multis dictionibus. & idē dixero de PE. Addo has dictiones eſſe completas nec ampliùs cōtrahi, nec earū aliquam eſſe in multis. Ergo littera P. erit ſimilis Generi, ſyllabæ PA & PE &c. erunt ſimiles ſpeciebus; dictiones PAX, PAR, PAN, &c. individuis. His prælibatis nonnullas definitiones, quæ coincidant cum præcedentibus, ſint tamen clariores, ſubſcribo.

Quanam differant numero, ſpecie, genere, &c.

PRIMA ſit. *Illa differunt puro numero, quæ ultimâ litterâ ſeu formalitate.* SECUNDA. *Illa ſpecie quæ duabus ultimis litteris ſeu formalitatibus*, TERTIA. *Illa genere, quæ tribus.* Quarta. *Illa plus quam genere proximo, hoc eſt genere remoto, quæ quatuor, quinq; aut pluribus ultimis.*

CCLXXXIV. Sic velimus loqui; nam hæc, qualia (ſunt enim relativè & extrinſecè vera) ſummam dabunt lucem Vniverſalibus.

Hinc patet in noſtrâ Orthographicâ hypotheſi, voces PAR, PAX, PAN, puro differre numero; non enim niſi ultimâ differunt litterâ. Voces PAR & PES differre plus quā numero, hoc eſt duabus litteris ſeu formalitatib⁹; & hāc ob rē diſtingui ſpecie. P. eſt ſicut *genus*, unum in multis ſpeciebus; PA eſt ſicut *ſpecies*, unū in multis individuis. Species continet genus & aliquid aliud; & hoc ipſum vocatur *differentia*: nam PA præter P habet A: & PE præter P habet E, & in ipſis P habet ratione generis, & A, E, ſunt differentiæ, quæ contrahūt & determinant rationē ſuperiorē & inferiorem, & ſpecie cōſtituūt. Penultimæ litteræ (ſeu formalitates) vocantur *differentiæ ſpecificæ*; & ultimæ, *individuales*. Hinc multis Quæſtionibus Metalogicis lux.

CCLXXXV. Eadem Porphyrii doctrina exemplo metrico dilucidatur.

HOc exemplum dedit Orthographia aliud dabit Poëtica, & ſicut in litteris, ſic in vocibus & metris ludamus. Sumo ceras & hæc carmina ſcribo.

Innumerabilibus numeris laudetur Apollo.
Innumerabilibus numeris laudetur Olympus.
Innumerabilibus numeris cantemus Athlantem.
Innumerabilibus numeris cantemus Homerum.
Innumerabilibus verbis celebrabitur Hermes.
Innumerabilibus verbis celebrabitur Archas.
Innumerabilibus verbis modulabimur Aſtra.
Innumerabilibus verbis modulabimur Indos
Innumerabilibus libris deſcripſero Troiam.
Innumerabilibus libris deſcripſero Romam.
Innumerabilibus libris cantabo Minervam.
Innumerabilibus libris cantabo Cybellen.

Et quia cōpendiū amo, & fruſtrà repetūtur cōmunia, eadē reſcribo: ſcripta & reſcripta cōſidero, & in illis totam Univerſaliū & Prædicabiliū doctrinā, quā magnis myſteriis Iuniores Philoſophi involuunt, ſummâ facilitate & fælicitate dilucido.

- *Innumerabilibus.*
  - *numeris*
    - *laudetur*
      - *Apollo.*
      - *Olympus.*
    - *cantemus*
      - *Athlantem.*
      - *Homerum.*
  - *verbis*
    - *celebrabitur*
      - *Hermes.*
      - *Archas.*
    - *modulabimur*
      - *Aſtra.*
      - *Indos.*
  - *libris*
    - *deſcripſero.*
      - *Troiam.*
      - *Romam.*
    - *cantabo.*
      - *Minervam.*
      - *Cybellen.*

Duodecim carmina sūt; in quibus tantū differt primū à ſecundo, quantū tertiū à quarto, quintū à ſexto; &c. hoc eſt, ultimâ voce. Primū & tertiū jam differunt duabus vocibus. Primū & quintū tribus. Vox *Innumerabilibus* eſt una in multis. Una etiam in multis, ſed in paucioribus vox *Numeris*. Una in infimis *Laudetur*. Quid ergo vetat dicere voces ultimas eſſe ſimiles differentiis individualibus, quas *Ecceitates* dicimus: penultimas differentiis ſpecificis: & antepenultimas genericis? Quid vetat addere, vocē *Innumerabilibus* eſſe ſimillimā generi generaliſſimo ſeu ſupremo; & contrahi tribus differentiis (*Numeris, Verbis, Libris*) ad tria genera ſubalterna: & hæc ipſa contrahi ad ſpecies infimas, & has ſpecies claudi & compleri Ecceitatibus, ſeu differentiis individualibus.

CCLXXXVI. Petrus eſt ſubſtantia completa: Homo incompleta.

His prælibatis ſic diſcurro. Huic carmini, *Innumerabilibus numeris laudetur Apollo*, nihil poteſt addi, & ideò eſt ſimillimus PETRO: quia ſicut hic eſt ſubſtantia cōpleta, ita & illud eſt carmē cōpletū. Si auferas ultimā vocē APOLLO; manebit carmē incōpletū, nimirū *Innumerabilibus numeris laudetur*; & poterit ultimè compleri multis modis, & erit ſimillimū cōceptui HOMINIS, qui incōpletus eſt, & multis modis (hoc eſt, Ecceitatibus) cōpleri poteſt. Si adhuc auferas aliā dictionē, manebit *Innumerabilibus numeris*, & indigebis duobus cōplementis ſeu contractionibus; & erit ſimillimū conceptui ANIMALIS; quia ſicut illud incōpletū carmen duas dictiones exigit, ut ſit integrum, ſic Animal duas formalitates ut ſit ſubſtantia perfecta & Metalogicè completa.

Animal eſt ſubſtātia incompleta.

Ergo conceptus ſingularis, eſt conceptus omniū formalitatū eſſentialiū: & univerſalis eſt conceptus non omniū. Si nulla formalitas non concipitur, concipi dicitur *Subſtantia prima*, ſeu *ſingularis*: Si ultima formalitas non concipitur, concipitur ſubſtantia univerſalis. Si reliquæ cōcipiuntur, & ultima ſola non concipitur, hæc *Subſtantia ſecunda* dicitur, ſeu *Species*. Si duæ ultimæ formalitates non concipiuntur, eſt *Subſtantia tertia* ſeu *Genus infimum*. Si non concipiuntur quatuor vel plures poſteriores, dicetur concipi *quarta* vel *quinta Subſtantia*. Et hæc adnotaſſe ſufficiat, ut nomina

Subſtantia Prima. Subſtantia Vniverſalis. Subſtantia Secunda. Subſtantia Tertia. Quarta. Quinta. &c.

Digitized by Google

mina *Subſtantia prima & ſecunda*, aut etiam *tertia, quarta, quinta*, &c. poſſint intelligi.

Parallelon Metalogicum.

CCLXXVII. *Quo modo rationem Animalis cognovi* — LIbenter meditarer diutiùs, ſed interpellant ſtudium Venatores, qui me ad campum invitant: & quia video Homines, Equos, Canes, Accipitres, ſingulos confero & comparo, & concludo eſſe ſimiles & diſſimiles, & ſimilitudinem à diſſimilitudine abſtrahendo, reperio omnes eſſe præditos vitâ & ſenſu. Omnes igitur ſunt viventia ſenſibilia: ſive quod idē eſt, omnes ſunt animalia. Ergo *Animal* eſt prædicatum commune & univerſale, quod de univerſis prædicatur. *Studere & proficere in ſummis etiam diſtractionibus poſſumus.*

Quo rationem Hominis — At quia ſimiliores ſunt Petrus Ioanni, quàm Petrus Equo, & unus Equus alteri, quàm uni Cani, &c. ſub ratione Animalis ut ſic genericâ & univerſali, cōvenientiā & diſconvenientiam reperio (nā in Rationalitatis prędicato conveniunt Homines, & à cæteris differūt: in prædicato Hinnibilitatis Equi: in prædicato Latrabilitatis Canes. &c.) & conſtituo quatuor univerſalia prædicata (Animal rationale, Animal hinnibile, Animal lattabile, Animal Volatile, ſive quod idem eſt, Homo, Equus, Canis, Avis, in quibus eſt Animal; & ipſa ſunt etiam in multis. *Petrus ſimilior eſt Ioanni, quam Equo.*

Quo ratione genera & ſpecies? Animal eſt genus. Homo ſpecies. — His igitur conſideratis aio, Animal eſſe Genus; quia eſt univerſale in multis univerſalibus. Addo Hominem, Equum, Canem, &c. eſſe Species: quia ſunt univerſalia in multis ſingularibus: & Petrum, Paulum, &c. eſſe Individua, quia ſunt ultimò determinata.

Subiungo Rationale, Hinnibile, Lattabile, Volatile eſſe differentias, quia dividunt & contrahunt Animalis univerſale prædicatum, & Hominis, Equi, Canis & Avis conſtituunt ſpecies. *Rationale eſt differentia.*

CCLXXVIII. *Clarius omnia explicantur.* — IStas formalitates clariùs videre & intelligere potero, ſi ad fundamenta Grāmaticæ, quæ propoſui, diſpoſueto, & ad lineas ſubſequētes reduxero.

Vivens ſenſibile rationale hoc.
Vivens ſenſibile hinnibile hoc.
Vivens ſenſibile latrabile hoc.
Vivens ſenſibile volatile hoc.
Vivens inſenſibile. &c.

quas ipſas ſervatâ eſſentiâ potero aliter exarare, ut communes formalitates à particularibus facillimo intuitu diſtinguam. Sumo igitur ſecundum calamum, illaſq; alio modo reſcribo.

Vivens.	*Senſibile.*	*rationale.*	hoc. illud.
		hinnibile.	hoc. illud.
		latrabile.	hoc. illud
		volatile.	hoc. illud.
	inſenſibile. &c.		

Vivens eſt genus remotum. — Hinc patet *Vivens* eſſe Genus quoddā remotum, & per differentias *Senſibilitatis* & *Inſenſibilitatis* dividi. *Vivens ſenſibile* eſt Vivens ſenſibilitate conſtitutum contractumque, & vocatur Animal. Et *Vivens inſenſibile* eſt Vivens inſenſibilitate contractum, & vocatur *Planta*. Relinquamus igitur Floræ divitias inſenſibiles, & ad ſenſibiles formalitates revertamur: nam *Animal* eſt genus proximum; & contrahitur per *Rationalitatis*, *Hinnibilitatis*, *Latrabilitatis*, *Volatilitatis*, & ſimiles alias differentias, ut ſit *Homo*, *Equus*, *Canis*, *Volucer*. Et iſtæ ipſæ ſpecies per *Ecceitates* varias individualiter multiplicantur. *Animal genus proximum. Homo, ſpecies.*

An Homo ſub Animali tanquam ſpecies vera collocetur? — Scio P. Valerianum Magnum & alios eruditos Philoſophos non velle ſpecie differre à brutis & convenire. Sed hinc nihil inſurgit contra Logicum, qui utitur exemplis communibus, nec indiget ſingularibus illuſtrium Virorum ſententiis. Sanè, ſi placeat aſſentiri Magno, nō incriminor: ſed, ut tibi faciam ſatis affirmo, *Vivens* dividi in ſenſibile & inſenſibile: & *Vivēs ſenſibile* ſeu Animal (præſcindendo ab Homine) in *Equum, Leonem*, &c. ut in infimas ſpecies dividi.

N O T A.

De Idololatriâ Scholaſticâ.

CCLXXIX. *Verum facilius & clarius ſit exemplar ſingulare, an univerſale?* — QUales ſint Declinationum & Coniugationum communes & Univerſales Ideæ, expoſuimus ſuperiùs: pro nominib' primæ Declinationis dedim' hāc

a. a. a. am. a. â. &c.

& pro verbis primæ Coniugationis hanc,

o. as. at: amus, atis, ant, &c.

quæ, ut manifeſtum eſt, univerſis conveniunt.

At aliqui (imò multi, aut pleriq;) has communes & univerſales ideas non morantur, putant enim difficiles illas, & majoris claritatis gratiâ ad unum ſingulare recurrunt, illudque Idolum Grammaticum eſſe præcipiunt, voluntque eſſe Regulam & Cauſam primam cæterorũ. Et quia Declinationes & Coniugationes multæ ſunt, Orbem Grammaticũ in regiones ſubdividunt, & in ſingulis Idola erigunt, quorum motum & fluxum voces univerſæ ſequantur. Quid enim aliud ſunt inter nomina, I. *Muſa*. II. *Dominus*. *Templum*. III. *Sermo*, *Tempus*. IV. *Senſus*, *Genu*. V. *Dies*: quid aliud inter verba. I. *Amo*. II. *Doceo*. III. *Lego*: IV. *Audio*. quàm Grammatici Dij, quorũ imperio omnia nomina, omnia verba, totius Latini idiomatis obedire teneantur: & hoc lege tam ſtrictâ ut ſi quæ voces aliter fluere velint, erroris reæ, aut ſaltem anomalæ aut heteroclitæ debeant vocari. Hanc Idololatriam ex Grãmaticâ tranſtulit ad Metalogicam P. Hieronymus la Zarraga P. Roderici Arriagæ Magiſter, illamq; idem Arriaga *diſp. 6. Logica ſect. 1. pag.* 105. proponit & impugnat his verbis. [Meus in Philoſophiâ Profeſſor, ingenio non vulgari, nec diligentiâ ac ſtudio impar, etiamſi præciſiones objectivas Diſputatione præcedenti à nobis impugnatas, inter animal & rationale avidè amplexus, putavit tamen, & meritò, adhuc non poſſe ex parte objecti conceptui univerſali correſpondere aliquid unum reale, quod de omnibus inferioribus idem numero verè & realiter prædicari poſſet; ſed neceſſariò debere ex parte objecti immediatè omnes animalitates reſpondere (quod & nos oſtendimus eâ Diſputatione V. à num. 24.) ut ergo aliquid unum ex parte objecti aſſignaret, quod eſſet Univerſale, Idolum quoddam erexit; clariùs uno verbo, docuit Univerſale nihil aliud eſſe, quàm quemdam hominem fictum ab intellectu, quem ipſe intellectus reſpiciens prædicat poſteà de inferioribus, non quidem illud idem idolum fictũ, ſed ad ſimilitudinem illius; de Petro v. g. prædicat rationem hominis propriam Petro, & de Paulo illã diſtinctam, ſemper tamen ſimilẽ illi Idolo, quod eſt quaſi quoddam exemplar, ad cuius imitatioem, ſicut Artifex facit hanc vel illã ſtatuam, ita intellectus prædicationẽ huius & illius naturæ efformat. Hanc ſententiã ſatis erudite confirmat auctoritate quidem Ariſtotelis, D. Thomæ, ac nonnullorum Nominaliũ; ratione verò, quia illud Idolum eſt unũ in multis, & de illis per ſimilitudinem prædicabile: quid ergo illi deeſt ut ſit Univerſale? Hanc opinionem fusè impugnavit P. Hurtado ſuprà §. 185. Ariſtotelemque ac D. Thomam, alioſque Autores ab hâc purgavit Idololatriæ ſuſpicione.] Sic Arriaga.

Idolum Grammaticum. — *Grammatica Numina.* — *Voces erronea, anomala, heteroclita.* — *Zarraga Arriaga Magiſter.* — *An præciſiones objectiva ad univerſalitatem propugnãdam ſufficiant?* — *An actui univerſali omnia reſpondeant individua confuſa?* — *Homo fictus.* — *An ille prædicabilis ſit?* — *An ſit unum in multis?*

CCXC. Et quidem, ſi vellem Viro docto ſubſcribere, nonnihil corrigerẽ aut alterarem: qui enim dico nomen *Muſa* eſſe paradigma Vniverſale primæ declinationis; nomen *Dominus* & *Templum* ſecundæ, &c. cur non poſſem dicere *Hunc Hominem* eſſe paradigma univerſale ſpecificum in claſſe hominum: *Hoc Animal*, genericum in claſſe Animalium: &c? Poſſem quidem; at non video cur deberem Hominem aut Animal fingere: quia ſicut Grammaticæ Inſtitutores non finxerunt nomina aut verba, quæ eſſent regulæ, quibus cætera conformarentur: ſed elegerunt unum, & potuiſſent aliud (plæriq; enim ponunt *Muſa*, Paulus Conopæus *Menſa*) ſic etiã Philoſophi non tenerentur obedire Zarragæ, & hominẽ communẽ fingere, ſed poſſent aſſumere Petrum (aut quodcumq; aliud individuũ) & illud in exemplum proponere, *ut intellectus* (verba attempero Zarragæ.) *illud reſpiciens poſteà prædicet de inferioribus, non quidem eundem Petrum, ſed ad ſimilitudinem illius de Ioanne v. gr. naturam hominis quæ eſt in Ioanne: & de Franciſco naturam hominis, quæ eſt in Franciſco: utramque ſemper Petro ſimilem, qui eſt quaſi quoddam exemplar, ad cuius imitationem. ſicut Artifex facit hanc vel iſtam ſtatuã, ita intellectus prædicationem huius & illius naturæ cõformat*. Subſumo. At non ſolet Artifex fingere Idolum ut ad ejus ſimilitudinem aut ſtatuam cælet, aut imaginem pingat, ſed ipſum Cæſarẽ reſpiciat & contemplatur ut arte exprimat Cæſarem: Ergo Philoſophus, ut habeat conceptũ univerſalem quem multiplicet & prædicet, nõ debebit Idolum aliquod aut erigere aut fingerẽ: ſed Petrum ob oculos ponere, cui ſunt ſimiles omnes naturæ, quæ in cæteris hominibus ſunt, & de cæteris poſſunt & ſolent prædicari.

Paradigma univerſale Grammaticum non eſt Nomen fictum. — *Ergo paradigma univerſale Logicum non eſt ſpecies ficta.* — *Ergo homo fictus non eſt univerſalis.* — *Confirmatur exemplo ab Arte Statuariâ deſumpto.*

N O T A

De Differentiis communibus.

CCXCI. EST Porphyrij & communis hodie in ſcholis ſententia, quæ docet differentias non eſſe communes, ſed ſpeciales, & ſoli ſpeciei convenire, quam conſtituunt: eo enim modo, quo proprietas in quarto modo, licet accidens ſit, convenit toti & ſoli ſpeciei à quâ dimanat; & convenit ubiq; & ſemper; ſic dicunt differentiam, quæ magis intrinſeca & eſſentialis eſt ſpeciei, quàm proprietas, illi ſoli & toti competere ubiq; & ſemper. At nihilominùs hodie à multis opinio cõtraria defenditur, & docet unam & eandem formalitatem poſſe contrahere diverſa genera, imò in uno ſyſtemate eſſe differentiã, & in alio eſſe genus. Rem exemplis illuſtro.

An generum (aut ſpecierum etiam) differentia diviſiva aut conſtitutiva ſint communes? — *An eadem quæat formalitas in uno eſſe differentia, & genus in alio?*

SUBSTANTIA.

Non vivens. — *Vivens.*

Senſibilis. — *Inſenſibilis.*

Rationalis. — *Irrationalis.*

Subſtantia nõ vivens reperitur in ſaxis, metallis, elemẽtis, cælis, ſyderib⁹, *Vivẽs inſenſibilis* in plantis. *Vivens ſenſibilis* in animalib⁹. Et quia Animal, ſeu Subſtantia vivẽs ſenſibilis, per rationalitatẽ & irrationalitatẽ cõtrahitur, interrogo, *An irrationalitas, quæ eſt altera differẽtia, nõ ſit carẽtia rationalitatis?* Et *An non hæc eadẽ rationalitatis carentia reperiatur in elemẽtis & cæteris corporib⁹ inanimatis?* Et interrogo, *An Rationalitas, quæ altera differen-* 1

Quæſtiones examine & notitiâ digniſſima.

An ſtellæ intellectuales ſint? An rationalitas ſit differentia communis? An Angeli ſint rationales?

tia eſt, non reperiatur in Angelis? Porro Irrationalitatem eſſe differentiam communem videntur ſentire omnes Patres, dum contra Origeniſtas & Aſtrologos docent ſtellas ratione carere: & Rationalitatem eſſe etiam differentiam communem, dum docent Angelos eſſe rationales, & dum Homines ab Angelis non jam per Rationalitatem, ſed per Mortalitatem diſtinguunt, definientes Hominem eſſe *Animal rationale mortale*. Proderit legere ſequentes lineas.

An elementa ſint aloga ſeu irrationalia? An ſint inſenſibilia?

Gregorius homil. 10. in Evang. *Iudæis tanquam ratione utentibus rationale animal, id eſt, Angelus prædicare debuit. Gentiles verò, quia uti ratione neſciebant, ad cognoſcendum Dominum non per vocem, ſed per ſigna perducuntur.* &c. Et mox inquirenti cur Chriſtum jam virum Apoſtoli, & infantem Stella prædicarit, reſpondet *rationis ordinem poſtulare, ut & loquentem jam Dominum loquentes nobis Prædicatores innoteſcerent: & needum loquentem elementa muta* (Græcè ἄλογα) *prædicarent.* Et poſteà, *Hunc quem Dominum omnia inſenſibilia elementa ſenſerunt, adhuc infidelium Iudæorum corda Deum eſſe minimè cognoſcunt.* Ecce Gregorio teſte, Rationalitas, quæ eſt differentia Hominis, etiam convenit Angelo: Irrationalitas, quæ eſt differentia brutorum, convenit Elementis, quæ Græcè ἄλογα *muta* ſeu *irrationalia* dicuntur: & Inſenſibilitas, quæ eſt differentia quæ plantas cõſtituit, etiã pertinet ad Elementa.

An homines genere proximo conveniamus cum aſino?

Hinc eſt quod aliqui dedignentur genere convenire cum Equo, & malint aliunde ad Hominis ſpeciem deſcendere: ſic enim Categoriam delineant;

SUBSTANTIA.

- Infinita.
- Finita.
  - Immaterialis.
    - Carens corpore; ut Angelus
    - Habens corpus: ut Homo.
  - Materialis.
    - Non vivens
    - Vivens.
      - Inſenſibilis.
      - Senſibilis.

An corporeitas ſit ſimul genus & differentia? Reſolutio aſſerens firmatur exemplis Grammaticis.

Ecce ratio corporis, ſi agatur de ſubſtantiâ materiali, genus eſt, ſi de Immateriali, differentia: ergo una & eadem formalitas in unâ ſerie genus, & in alia differentia eſſe poterit. Conſiderabo igitur Aſſertiones ſequentes.

Nulla litera eſt neceſſario prima.

PRIMA: *Nulla littera eſt in toto Abecedario, quæ neceſſariò petat primum locum in dictione formandâ, nulla, quæ neceſſariò ſecundum:* &c. *Quæcumque poteſt eſſe prima, & quæcumque eſt indifferens ut per quamcumque contrahatur.* Cæterùm ex ſuppoſitione, quòd Latinè loqui velimus, nec poſſunt quatuor conſonantes ante primam vocalem concurrere, nec dictionem incipere Pſ, Mr, Sr. &c.

CCXCIII. *Nulla dictio eſt neceſſariò prima. Neceſſitas ex ſuppoſitione.*

SECUNDA: *Nulla dictio eſt in toto Lexico, quæ neceſſariò petat in oratione primum locum, nulla, quæ neceſſariò ſecundum &c. Quæcumque poteſt eſſe prima, & eſt indifferens, ut per quãcumq; loco ſecundo poſitum limitetur.* Cæterùm ex ſuppoſitione quòd carmina Heroicâ modulari velimus, incapax eſt primi loci omnis dictio quæ habeat primam ſyllabam brevem; incapax ſecundi, tertij; &c. quæ pedes & numeros in regulis poſtulatos non compleat. Sed etiam ſtando carminum legibus, multæ eſſe poterunt commutationes vocum, ut patet in verſu ſequenti:

Tot tibi ſunt Virgo dotes, quot ſydera cœlo.

in quo ſupra millenas dant Behuſius & Ericius Putean⁹. Sed cõſiderem⁹ aliud carmẽ: videlicet

Dogmata quot ſcripſit, tot fecit thaumata Thomas.

in quo nulla eſt dictio, quæ non poſſit eſſe prima, nulla, quæ non poſſit eſſe ſecunda: Et hoc ipſum demõſtro, lineas ſequentes ſubſcribẽdo.

Dogmata quot ſcripſit, tot fecit thaumata Thomas.
Quot ſcripſit Thomas, tot dogmata thaumata fecit.
Scripſit dogmata tot, quot fecit thaumata Thomas.
Tot fecit, ſcripſit quot dogmata, thaumata Thomas
Fecit thaumata tot Thomas, quot dogmata ſcripſit.
Thaumata tot fecit Thomas, quot dogmata ſcripſit.
Thomas ſcripſit dogmata tot, quot thaumata fecit. &c

CCXCIV. *An ſingulæ dictiones carminis poſſint repeti in primum locũ?*

Ecce ſingulæ dictiones ſine jacturâ carminis aut ſenſûs fuerunt primæ; & poterunt ſingulæ eſſe ſecundæ aut tertiæ, ſi aliter eas diſponere & ordinare placeat. Hæc igitur, cùm ita ſint, in quã legem bonæ Philoſophiæ evidenter impinget hæc Ecthesis:

An ulla formalitas poſtulet locum determinatum in compoſitione Metaphyſicâ?

NIMIRUM, *Nulla eſt formalitas in toto poſſibiliũ & intelligibilium theſauro, quæ neceſſariò poſtulet primũ locũ in creaturâ formandâ: nulla, quæ poſtulet neceſſariò ſecundum;* &c. *Quæcumq; poteſt eſſe prima, & quæcumq; eſt indifferens, ut per quamcumq; contrahatur?* Erit cõtrà comunẽ Philoſophorũ ſortem, at nõ erit omninò improbabilis, nec omninò carebit authoribus, qui illã defendant: Multi enim Veteres in hanc opinionẽ inclinãt; imò illam expreſsè propugnant multi Iuniores ſatis docti, inter quos Arriaga *Tractatu de Angelis diſp. 11. ſect. 8. ſubſect. 2 nu. 65. pag. 170.* aſſerit Angelũ poſſe diſcurrere: & Tannerus *q. 3. dub 8.* obiicienti, ꝙ ſi Angelus poſſet diſcurrere, ſequeretur *Rationale*, ſeu *Diſcurſivũ* quæ eſt ultima & ꝓpria differentia hominis, eſſe etiã commune Angelo: quod eſt abſurdum; quoniã duo genera diverſa nõ poſſunt unâ & eâdẽ differetiâ cõtrahi:

An rationalitas communis ſit homini & angelo?

reſpondet [concedendo ſequelã, negãdo verò in eâ ullum eſſe abſurdũ. Ad probationẽ negat duo genera nõ poſſe habere eaſdẽ omninò differentias. Et, ut id ſuadeat, ait, eſſe manifeſtũ animal rectè dividi nõ ſolũ per rationale, ſed etiam per intellectivũ, hoc modo, *Animal aliud eſt intellectivum, & aliud non intellectivum.* Et tamen ratio intellectivi in omni ſententia eſt cõmunis Deo, Angelo & Homini: qui ſunt ſub diverſis generib⁹. Itẽ *Cognoſcitivũ* & nõ cognoſcitivũ: omne enim Senſitivũ eſt cognoſcitivũ; unde mutatis terminis Senſitivi in Cognoſcitivum tradi poteſt ea diviſio: eadẽ autẽ differentia eſt contractiva Subſtantiæ ut ſic, benè enim Subſtãtia in cognoſcitivã & non cognoſcitivã dividitur.

An ratio intellectivi ſit differentia communis Deo, Angelo, & Homini?

Quod ſi admittatur (& admitti debere exiſtimat) eſſe poſſibilẽ ſubſtantiã materiale intellectivã, ait debere neceſſariò cõcedi formalitatẽ Intellectivi eſſe differentiã & Entis materialis, & ſubſtantiæ ut ſic: & probat, quia etſi differentiæ ſint eadẽ, dũ coniungũtur cũ diverſis generibus, conſtituunt diverſas ſpecies: nec eſt ratio cur duæ ſpecies debeãt & in genere & in differẽtiâ eſſe diſſimiles, & nõ ſufficiat ſi in uno ex illis (nimirùm, vel in genere tantũ, vel in differẽtiâ tãtũ) differãt.] Sic diſcurrit Arriaga: q poſſet tenere ſententiã, & ſaltẽ corrigere labiũ: repugnat n. duas ſpecies differre genere & cõvenire dif-

An poſſibile ſit ſubſtantia materialis intellectiva? An duæ res poſſint convenire differentia & differre genere?

ferentiâ: quia illa formalitas io quâ illæ conveniunt *genus* dicitur, & in quâ diſtant, *differentia*.

ARTICVLVS V.

De Iudicio.

CCXCV. *Iudicium triplex: mentale, vocale, & ſcriptum.*

PRopoſitionea, aliæ ſunt Vocalea aut Scriptæ; aliæ Mentalea: priores illæ non indigent explicatione: aut enim ſunt purè grammaticæ, aut non multum à grammaticia diſtant: & hanc ob rem ad mentales eoovertam mentis oculoa, & de illis diſſeram, omittendo quæſtiones, quæ Vocales aut Scriptas eoneernunt, & Meotalea non tangunt. Tales ſunt, quæ de Æquipollentiâ, aut etiam Converſione moventur: illa eoim eſt vocum quædam æquivaleotiâ qualis repetitur ioter *Nullus* & *Omnis non*, *Aliquis* & *Nonnullus*, &c. hæc autem eſt quædam terminorum translatio, ſive locorum eommutatio, quando videlicet primus terminus tranſit in ultimum & contrà, ut cùm dieimus, *Homo eſt animal*, *Ergo animal eſt homo. Leo eſt ſenſibilis*, *Ergo aliquod ſenſibile eſt Leo.*

De Æquipollentiâ & Converſione actum eſt meditatione ſecunda articulo primo. & quæ ibi poſita, videtur omninò ſufficere.

Fundamentum Grammaticum.

Propoſitio duplex: ſimplex, compoſita.

SIve linguam, ſive calamum placeat conſulere, dantur propoſitiones ſimplices & compoſitæ. Compoſitæ ſunt hæ, *Petrus eſt bonus*, *Ioannes eſt homicida* &c. Simplices ſunt plurimæ reſponſiones; quoniam, ſi interroganti Petro, An Romam viderim? reſpondeam, *Non*. hæc vocula erit integra propoſitio; huic *Ego non vidi Romam*, æquivalens. In locis Hiſpaniæ maritimis vigiles, qui in ſpeculis ſunt, igne & fumo ſuos admonent; & ibi juxta Lexicon militare, ignis nocturno tempore, fumus diurno ſigna ſimplicia ſunt, huie tamen propoſitioni æquivalentia, *Adſunt hoſtiles naves.* Ergo ſicut illud ſignum viſibile ſignificat integram propoſitionem, ſic convenerunt homines in iudicijs, ut calculus niger, *Ego illum condemno*, ſignificet; & candidus, *Ego illum abſolvo*. Sic hodie ſuffragari ſolemus: veteres utebantur litteris A & C. quod recidit omnino in idem.

An unica dictio integra propoſitio ſit

An calculi, aut literæ ſint integræ propoſitiones?

An ignis aut fumus ſint propoſitiones?

CCXCVI. *Ciphra militares.*

IN Germaniâ & tempore turbato hæc ſcribimus, & proderit notas (*ciphras* dicimus) addere, quibus, aut ſimilibus, uti ſolemus.

♈ *Pedites mittam ad vos.*
♉ *Equites mittam ad vos.*
♊ *Pedites mittite ad me*
♋ *Equites mittite ad me.*
♌ *Caremus grano.*
♍ *Caremus vino.*
♎ *Caremus ſale.*
♏ *Rex adeſt in caſtris.* &c.

Voces Stegamgraphica.

Eece notas ſimpliecs pro ſcribendis arcanis epiſtolis, quibus in linguâ poſſent iſtæ, *Sa*, *Se*, *Si*, *So*, *Su*, aot aliæ ſimiles eorreſpondere. Hue ſpectaot etiam interiectiooes omnes aut ferè; multæ enim mooosyllabæ ſunt, & duabus aut etiam pluribus propoſitionibus æquipollentes. Omnea doleotis (quales ſuot *heu! ah! hei! hoi!* &c.) videntur æqnivalere his, *Ego crucior*, *Ego doleo*, *Ego angor*, &c. omnes faſtidientis (quales ſunt, *Obe. Oha.* &c.) videntur æquipollere iſtis, *Ne obtundas mihi caput. Ne ſis mihi moleſtus.* &c. Et tandem omnes contemnentis (& inter ipſas Germanica illa *Teutz*, quam paucis verbis explicare non poſſis) his, *Non te moror*, *non te curo*, *accede & experieris vires meas*, &c.

An interiectiones univerſæ ſint integræ propoſitiones?

Parallelon Metalogicum.

An Iudicia mentalia ſint ſimplicia?

ALij putant propoſitiones mentales eſſe compoſitas & Vocalibus ſimiles, alij eſſe ſimplices & ſimiles literarum compendiis. Si libeat ſubſcribere primæ ſententiæ, hæc propoſitio mentalis *Rex adeſt in caſtris*, eſt compoſita: Si ſecundæ, eſt ſimplex, partiũ entitativarum expers, & ſimilis characteri ♏ qui apud Aſtrologos *Scorpio* dicitur, & tempore belli, ut vidimus, huic toti propoſitioni, *Rex adeſt in caſtris*, æquivaluit.

Nota militaris.

CCXCVII. *Quæſtio proponitur.*

QUærunt Philoſophi, *An Propoſitio, ſi ſit ſimplex realiter, ſit compoſita ſaltem formaliter, ita ut in eâdem ſimplici realitate reperiamus plures formalitates ex naturâ rei, aut ratione ratiocinatâ differentes, quarum prima ſubiecto, ſecunda copula, & tertia reſpon-*

deat

deat prædicato? Affirmant multi, contra quos facili negotio me expedio.

Reſolvitur: & Grammatico exemplo reſolutio firmatur.

Interrogor, *An Fridericus mihi fuerit loquutus?* & reſpondeo *Sic.* & meam ipſam reſponſionem recognoſcens affirmo, illam ſimplicem ſyllabam æquivaleri toti huic Propoſitioni, *Fridericus fuit mihi loquutus.* Sed quia illa ſyllaba eſt realiter ſimplex. interrogas, An ſit compoſita formaliter? Reſpondeo totam illam ſyllabam toti propoſitioni, & totam cuilibet propoſitionis parti correſpondere: non enim debet dividi in tres formalitates; videlicet S. I. & C. ita ut S. ſubjectum, I. copulam; & C. prædicatum ſignificet. Ergo de mentali propoſitione pariformiter philoſophabor. Si ſimplex qualitas illa ſit, non erit diviſibilis formaliter objectivè, nec habebit tres (aut plures) formalitates Subjecto, Prædicato & Copulæ correſpondentes: ſed tota mentalis propoſitio toti propoſitioni vocali, & tota cuilibet ejus parti correſpondebit,

ARTICVLVS VI.

De Diſcurſu.

Quid ſit Diſcurſus?

ARgumentatio *eſt oratio, in qua quibuſdam poſitis aliquid aliud ſequitur neceſſariò, hoc ipſo quòd illa poſita ſint.* Sic nonnulli ſyllogiſmum definiunt; at hæc definitio omni omninò Argumentationi convenire videtur, quia in omni aliqua tacitè aut expreſsè præmittuntur, è quibus conſequentia naſcitur. Differt à judicio, quidquid Recentiores occlament, & poterit præjudiciis Grāmaticis dilucidari; qui enim altioribus exēplis ſunt uſi, rei obſcuræ tenebras addiderunt.

Fundamentum Grammaticum.

CCXCVIII *Literarum compēdia: quæ dicimus abbreviationes.*

DUm hodie iſtam tabulam legerem, nonnullas dictiones ſubduxi, quæ conſtabant notabili characterum ſerie, quæ indigebant examine. Illæ erant.

Pſe. Maſrp. Tſin. &c. *Bonus, Malus, &c.*
Reſp. Animalib. Deus Opt. Max. &c. *Eminentiſſ.* &c.
Illuſtmus Dnus. ſorliter, &c.

eaſdem recognoſco, & de ſingulis hanc cenſuram adjungo.

Ex aliquibus ſyllabis in lingua Latina nihil ſequitur: & ex aliis aliquid ſequitur.

Vix eſt pronunciatio tam dura & inſolens Linguæ Latinæ quæ in alia lingua culta, aut ſaltem barbarâ non habeat locum

Ex *Pſe*, & ex *Maſrp.* & ex *Tſin.* in lingua Latina nihil ſequitur, quia non ſunt vocum Latinarum initia. *Bonus* & *Malus* non poſtulant ut addatur litera, imò poſtulant ne addatur ulla, quoniam ſunt dictiones completæ, & tranſirent in barbaras, ſi illis quidpiam accreſceret; quoniam *Bonuſa*, aut *Maluſa* v.gr. non ſunt voces Latinæ.

Ex litteris *Reſp.* aliæ neceſſariò ſequuntur: videlicet *ublica*, legitur enim *Reſpublica.* Sic etiam ex litteris *Deus. Opt. Max.* in quibus *Deus Optimus Maximus* legitur.

Illatio duplex.

Aliquando ſunt litteræ determinatæ, quæ ſequuntur, & aliquando duobus vel tribus modis diverſis dictio clauditur. Cùm ſcribo *ſermonib.* jubeo ſubintelligi *us*, ut tota dictio ſit *ſermonibus.* At verò cùm ſcribo *Cic.* unum ex caſibus nominis ſubintelligi volo, quem cæteræ dictiones exigunt? In hac linea, *Sequar ſententiam Cic. nam Cic. Philoſophus nobiliſſimus eſt:* bis reperitur *Cic.* & in priori loco legi debebit *Ciceronis*, in poſteriori verò *Cicero.*

Complementum in medio.

Sicut aliquæ literæ poſtulant aliquas addi ſub finem, ſic aliquæ aliquas addi ſub medium.

Huc pertinent multa vocum compendia, ſcribimus enim *mlr. ſorlr. pr. reſpr.* &c. & legimus, *materialiter, formaliter, probatur, reſpondetur,* &c.

Dialectica his notitiis juvabitur.

MUlta de litterarum compendiis dixi alibi: hic non indigeo multis; ſufficit enim aliqua produxiſſe, ut aliquibus præjudiciis intellectum expediam, ſine quibus pateretur veritas præjudicium. Sicut de Vocibus & Scripturis, ſic de actibus mentis poterimus philoſophari, & ſi aliter diſcurrere placeat, etiam nos ducent voces & ſcripturæ. Ergo mentem calamo & linguæ attemperemus.

Parallelon Metalogicum.

CCXCIX. *Sunt nonnulla propoſitiones ſterile, quæ nullâ conſequentiam inferunt.*

SUnt aliquæ Propoſitiones, ex quibus nihil ſequitur in Bona Dialectica, nam ex his duabus

Sol Arietem ingreditur: &
Baculus eſt in angulo:

nulla bona conſequentia deducitur.

Sunt nonnulla, quæ unicam. *Mods indirecti.* Sunt nonnullæ Propoſitiones, quæ unicam conſequentiam neceſſariò deducunt. Et ejuſmodi ſunt præmiſſæ, quæ inveniuntur in modis *Fiſeſomorum, Feſtino, Baroco, Felapto, & Ferſon:* quoniam ex his præmiſſis v.gr.

Aliquod vivens eſt ſubſtantia,
Nullum corpus cæleſte eſt vivens.

hæc ſola conſequentia deducitur: videlicet

Ergo aliqua ſubſtantia non eſt corpus cæleſte,

Sunt, quæ binas. *Diſcrimen inter Barbara & Baralipton.* Sunt etiam aliæ præmiſſæ, è quibus variæ inferuntur conſequentiæ, ut

Omnis homo eſt animal:
Omnis Theologiæ Doctor eſt homo.

ex illis enim *Barbara* infert hanc conſequentiam directam,

Ergo omnis Theologiæ Doctor eſt animal.

& hanc indirectam *Baralipton.*

Ergo aliquod animal eſt Doctor Theologiæ.

De Submodis & Conſequentiis ſecundariis agitur in Logica Vocali part. 4. art. 6. Et hæc dicta ſint, quin ad ſubmodos & concluſiones ſecundarias veniamus.

Quid Syllogiſmus: quid Enthymema ſit? Quando ex duabus præmiſſis concluſio neceſſariò deducitur, ſi ca tera adſint, argumentatio dicitur *Syllogiſmus:* at quando inter unam præmiſſam & concluſionem ſubintelligitur altera præmiſſa, argumentatio dicitur *Enthymema.* Pono exemplum.

Omnis homo conſtat corpore & anima;
Ergo & Chriſtus.

& ajo eſſe conſequentiam legitimam in Darii, quia inter has duas propoſitiones ſubintelligitur hæc,

Chriſtus eſt homo.

quâ interpoſitâ erit ſyllogiſmus completus.

CCC. *Grammatica exponitur analogica.* VT igitur omnia ad compendium reducam, ſicur dantur ſyllabæ, quæ non poſſunt Latinè compleri: ſic etiam dantur propoſitionum aggregata, *Poſitiones ſteriles.* quæ non ſunt Logica (hoc eſt, juxta leges Logicæ confurmata) & nullam propoſitionem inferunt. Et ſicut dantur dictiones integræ, quæ, ſi quidpiam addas, fient barbaræ: ſic etiam *Argumentationes completa.* dantur argumentationes aliquæ completæ, quæ illegitimæ evadent, ſi quidpiam adjungere velis. Et ſicut ſunt litteræ, quibus poſitis aliæ neceſſariò ſequuntur: ſic etiam propoſitiones *Sunt poſitiones, quæ alias inferunt.* ſunt, quibus præmiſſis debet alia neceſſariò ſubjuogi, quæ vocatur concluſio: alia inquam vel ſimplex, vel multiplex: nam aliquando unica cōſequentia, & aliquando binæ aut ternæ inferūtur. Et tandē ſicut poſitis litteris priorib⁹ & poſterioribus ſubintelligi ſolent intermediæ, *Enthymemata.* ſic etiam ſunt aliquæ argumentationes (quæ nominantur Enthymemata) in quibus ſubintelligitur alterum antecedens.

Recognovi igitur præcipua Dialecticæ capita, & illuſtravi totam aut ferè Logicam & Metalogicam inſtructus notitiis Grammaticis (ſunt claræ, certæ & faciles) quin per ſcientias altiores & ignotas invectus, poſt Herculeos labores cogeret præcipuas difficultates ignotare.

MEDITATIO III.

METAPHYSICA.

CCCI. *Quid ſit Metaphyſica?* VLtra metas Phyſicas eſt alia ſcientia nobilior eminentiorque, quam Græci vocant *Metaphyſicen,* quæ contemplatur Ens, & ſub illo omnia Prædicamenta. Hanc alii à cœlis & ſyderibus eruant, alii ab oceani abyſſis, alii à terræ viſceribus: hanc enim hodie non in *Unde eruenda?* quinque Peripatetici Mundi Elementis, (terrâ, Aquâ,

aquâ,aëre,igne,æthere)ſed inprimis eruditionis Elementis (litteris & characteribus) inveſtigabimus:imò quam alibi quærimus nec invenimus, in Abecedario reperiemus, ſi illum debitâ attentione inſpiciamus.

ARTICVLVS I.

De Diviſione Entis in Subſtantiam, Accidens, & Modum.

An veteres cognoverint Modos?

AD duas Antiqui claſſes, creatas & creabiles, omnes formalitates & realitates reduxerunt : in aliâ poſuerunt ſubſtantias, & in aliâ Accidentia ; videntur Modos non cognoviſſe, quia de his Entitatibus nihil dixerunt. Illoa etiamnum negant multi: alii ita Qoantitatem & Qualitatem explicant, ut à Modis vix differant ; & alii dum Modos nimiâ perfectione donent, illos cum accidentibus (aut etiam Subſtantiâ) confundont. Arduum erit ſingularum generum (Subſtantiæ, Accidentis & Modi) eſſentiam & ingenium exponere ; nos poterunt ſequentia præjudicia juvare.

An dentur Modi.

An quantitas & qualitas ſint modi?

Fundamentum Grammaticum.

CCCII. *Litterarû diviſio.* LItteræ ad claſſes duas reduci debent: aliæ enim ſunt ſubſtantiales, aliæ non-ſubſtantiales (illas Grammatici *Vocales*, has *Conſonantes* vocant) littera ſubſtantialis eſt littera exiſtens per ſe, quæ ſola poteſt pronuntiari, ſola exiſtere : quales ſunt A E I O U Y. Littera non ſubſtantialis, non eſt vera littera, non ſonat ſed conſonat, non eſt, ſed coeſt. Sola enim ſine vocali ſonare & pronuntiari nequit. Subdividuntur litteræ non ſubſtantiales in Accidentales & Modales, illæ ſunt quæ aliàs *Semivocales* vocantur, & difficulter ſine vocali ſonare valent: iſtæ ſunt, quæ aliàs *Mutæ* dicuntur & ſine vocalium conſortio nullatenùs ſonare poſſunt. Sunt igitur Litteræ Accidentales ſeu Semivocales F. L. M. N. S. X. Z: Modales ſeu Mutæ B.C.D.G.K.P.Q.T.

Littera Subſtantiales, Accidentales & Modales

Quid ſit vocalis: & quid Conſonans?

CCCIII. *An Grammatici conveniant inter ſe?* TAmetſi ſinguli Grammatici velint proprias opiniones habere, & ſuccurrant quæſtiones graviſſimæ in re tenui, vi... ntur plerique nihilominùs in hâc literarum diviſione & ſubdiviſione convenire.

Litteræ.
- *Vocales ſunt ſex:* a, e, i, o, u, y. *ex quibus ſunt diphthongi ſex : videlicet*, æ, au, ei, œ, eu, yi.
- *Conſonantes ſunt ſedecim.*
  - *Semivocales liquidæ ſunt* l, m, n, r.
  - *Semivocales ſolidæ ſeu firmæ.* F & S.
  - *Duplices ſunt* X & Z.
  - *Mutæ* b. c. d, g. k. p. q. t.

Monui circa litteratum diviſionem varias eſſe Grammaticorum opinionea ; ſive enim agamus de claſſibus, ſive de Litteris quæ ad ſingulas debent reduci, ſemper inveniemus inter veteres & juniores diſſidia. Nam, ſi quætam, exempli gratiâ, utrum F. ſit littera ſemivocalis? videbo Priſcianum refragari ; & aſſerere Terentianum, Probum, Phocam, Donatum, Diomedem & Servium : quos jam Deſpanterius, Verrepæus, & multi alii Præceptorea Grammaticæ paſſim ſequuntur.

An F ſit littera ſemivocalis

Ut ex ſolo litteræ nomine ejuſdem ſpeciem cognoſcas, hoc obſerva Vocalium nomina ſunt monogrammata: videlicet *a. e. i o. u. y.* Conſonantium digrammata ; incipiuntque à vocali, ſi ſint ſemivocalium ; *el*, *em*, *en*, *er*, &c. ſi mutarum, à conſonâ, ut *be*, *ce*, *de*, &c.

Quo modo claſſes litterarum dignoſcantur.

Parallelun Metalogicum.

Rerum poſſibilium diviſio. PErfectiones poſſibiles ad claſſes duas reduci debent : aliæ enim ſunt ſubſtantiales, & aliæ non ſubſtantiales. Perfectio ſubſtantialis ſi completa ſit, nominatur ſubſtantia, & eſt perfectio exiſtens per ſe, quæ ſola poteſt creari, ſola exiſtere : quales ſunt Lapides Arbores, Animantes, Homines, &c. Perfectio non ſubſtantialis non eſt verè perfectio, aut ens, ſed eſt entis ens, & perfectionis perfectio : non creatur, ſed concreatur, non eſt, ſed coeſt : præſcindendo enim à miraculo, & ſtando communibus natu-

Ens triplex. Subſtãtia. Accidens, Modus.

naturæ legibus , ſola ſine ſubſtantiâ nec creari , nec exiſtere poteſt. Subdividuntur non ſubſtantiales perfectiones in Accidentales & Modales, illæ ſunt, quæ difficulter, hoc eſt, miraculosè; iſtæ, quæ ne quidem miraculosè ſine ſubſtantia creari vel eſſe poſſunt. Sunt igitur in multorum ſententiâ Accidentales perfectiones Magnitudo (ſeu Quantitas) & Qualitas: Modales Relatio, Actio, Paſſio, Duratio, Ubicatio, Situatio, &c.

An modi & accidentia eſſe ſine ſubiecto poſſint?

CCCIV. ECce Prædicamenta & Subſtantiæ ab Accidentibus diſtinctionem obſcuram quidem & difficilem , nos docuit breviter Abecedarius: Sed quia multa ſunt, quæ nobis valdè ignota, ut illa penetrare poſſimus , Abecedarium iterùm recognoſcamus.

Analogia litterarum & rerum.

Diximus litteras alias eſſe Vocales , & alias Conſonantes; harumque alias eſſe Semivocales & alias Mutas. Modò autem addimus Subſtantias eſſe ſimiles Vocalibus : & Modos Mutis: ut enim vidimus, exacta analogia ſervatur. Conſidera definitiones ſubſequentes. *Vocalis eſt litera per ſe ſonans.* *Subſtantia eſt ens per ſe exiſtens*: aut ut alii loquuntur *Ens per ſe.* Deinde: *Conſonans non ſonat, ſed conſonat : & Accidentia & Modi non exiſtunt per ſe , ſed coexiſtunt; non creantur, ſed concreantur.* Prætereà, *Semivocalis difficulter ſine vocali ſonat.* *Accidens eſt ſemiſubſtantialis entitas, & difficulter (hoc eſt, non naturaliter, ſed miraculosè ſic enim illam vocem intelligo) exiſtit.* Et tandem *Muta eſt litera, quæ nullo modo ſine vocali poteſt ſonare*: & *Modus eſt realitas, quæ nullo modo (naturali aut miraculoſo) poteſt exiſtere ſine Subiecto.* Ut omnia & ſingula meliùs intelligas, conſidera Paradigma ſubſequens.

ENS
- *Exiſtens per ſe. Subſtantia. Et quidem Subſtantiæ materiales ſunt multæ, & inter ipſas præcipuæ ſex,* Cæli, Elementa, Corpora inanima, Plantæ, Animantes, Homines.
- *Exiſtens in alio, coexiſtens, comproductum, concreatum.* &c.
  - *Accidens : quod eſt quaſi ſemiſubſtantia.*
  - *Modus : qui opponitur omninò ſubſtantiæ.*

Si inquirat aliquis , quænam prædicamenta accidentalia ſint, quænam modalia, non facilè reſpondere potero: ſtemus igitur probabiliſſimæ ſententiæ, & Accidens in Quantitatem & Qualitatem ; & Modum in cætera Prædicamenta dividamus.

Quanam prædicamenta modalia, quænam accidentalia ſunt?

ARTICULUS II.

De Prædicamento Subſtantiæ: & præcipuè de compoſitione phyſicâ Materiæ & Formæ.

CCCV. *An dentur ſubſtantiales formæ?*

SI non eſſet Anima rationalis, (hanc enim eſſe corporis humani formam certum eſt) poſſet abſolutè negari phyſica compoſitio Subſtantiæ : imò non obſtante argumento quod ab animo rationali deſumitur , multi hodie aſſerunt ſubſtantias omnes materiales & præcipuè inanimas , eſſe phyſicè ſimplices, ac formâ ſubſtantiali carere. Cæterùm, quia Peripatetici (Thomiſtæ, Scotiſtæ , Nominales) phyſicam compoſitionem etiam in ſubſtantiâ purè materiali concedunt, de *Materiâ* & *Formâ*, & *Toto* , quod illis conſtat, diſputabo.

An detur in rebus materiali?

Fundamentum Grammaticum.

Vocales, aliæ ſimplices, aliæ compoſitæ.

VOcales, ſeu ſubſtantiales Litteræ aliàs reperiuntur ſeorſim, & ſolitariè componunt ſyllabam; aliàs ſe comitantur & in diphthongos coëunt. Simplices litteræ ſunt A. E. I. O. U. Y. ut diximus: Diphthongi autem, Æ, AU, EU, OE; quibus nonnulli addunt Ei, & Ui. Græci & Barbari plures habent diphthongos, ſed Latinas propoſuiſſe ſufficiat.

Alia linguæ plures diphthongos habent.

CCCVI. *An in diphthongis æ & œ duæ vocales ſonent.*

VOlunt Grammatici *æ* & *œ* (ut omittam Græcorum *οι* & *υι*) eſſe diphthongos & in illis ſonare duas vocales: at hodie (quidquid de Veterum ſit linguâ) exiſtimo diphthongos non eſſe. Verrepæus *libr. 5. Grammaticæ claſſ. 1. cap. 6.* [In *a* & *æ* pronuntiatio veterum nobis interiit , nec nobis quidquam relictum præter duarum vocalium ſcri-

An ſciamus diphthongos pronunciare?

ſcripturam:nam *a* & *o* ſupprimuntur, & profertur *e*,ut *Cæſar, Crœſus.*] Quam ob rem, cùm videam in rebus ſenſui obnoxiis tot errores cōmitti, incipiā meritò ſuſpicari multos in rebus ſenſui obſcuris obtinuiſſe,& magnâ cōtumaciâ & proterviâ à Philoſophis noſtris propugnari.

Parallelum Metaphyſicum.

Subſtantialium perfectionum Syntaxis.

PErfectiones ſubſtantiales aliquando ſolitarię ponuntur,aliquando binæ,ternæ, quaternæ,&c.nam præſcindendo ab exiſtentia, rationem meram Entitatis ſeu Corporis in Lapide Viri docti reperiunt : Corporis & Vitæ in Planta : Corporis vitæ & Senſûs in Bruto : Corporis , Vitæ , Senſûs & Rationis in Homine. *Lapis, Planta, Brutum, Homo.*

CCCVII. De Connexione ſubſtantia & accidentium.

SI dicta bené intelligas,adnotaro nullam eſſe hodie in mundo ſubſtantiam creatam,quæ omni acci enti careat; & quia controvertitur, *Vtrùm Deus de potentia abſoluta poſſit eam omni accidenti exuere?* nos majoris clari atis gratiâ aſſerenti opinioni ſubſcribimus. Accidentia ſuæ naturæ & ingenio relicta non poſſunt aliter exiſtere, quam in ſubſtantia,cui inſunt;eorum enim eſſe eſt ineſſe,& inhærendo exiſtunt;at ipſa miraculosè extra ſubjectum conſervantur. Modi autem eſſentialiter à ſubjectis dependent, ſine quibus nec divinitùs poterunt conſervari. At ſubſtantiæ ſunt Entia per ſe, & poſſunt ſine accidentibus exiſtere.

De dependentia accidentium à ſubſtantia.

De dependentia modorum à ſubjectis.

An dentur ſimplices ſubſtantia? & quæ illa ſint?

Sicut dantur Vocales ſimplicea , ſic etiam ſimplices ſubſtantiæ: tales ſunt cœli in multorum ſententiâ : talia ſunt elementa , metalla , lapides , &c. ſi credimus Carteſio & aliis.

Subſtantia completa, ſeu compoſita.

Ex duabus ſubſtantialibus literis ſeu Vocalibus componitur diphthongus,& ex duabus partialibus ſubſtantiis(materiâ & formâ) coaleſcit ſubſtantia completa : qualia ſunt omnia corpora in opinione Thomiſtarum.

An dentur in eodem compoſito plures formæ ſubordinatæ?

Galli & alii etiam populi tres aut plures literas ſubſtantiales (Vocales) connectunt,ut unicam ſyllabam faciant;& lucem præbent Scotiſtarum opinioni , quæ in homine tres ſubſtantias partiales (materiam primam , formam corporeitatis , & animam rationalem) admittit : imò etiam Platonicorum redivivæ ſententiæ , quæ tot Formas ſubſtantiales enumerat , quot ſunt prædicata eſſentialia.

N O T A.

IN diphthongis Æ, & OE, aliquem errorem latere ſuſpicatus ſum ; & ſententiam meam protuli : ſed quia obtinet opinio oppoſita, ne dicamus univerſos errare , urbani ſimus , & quidquid hac in parte poſtulent condonemus. Sunto diphthongi hi characteres *æ*, *œ*, & me juvent, ut aliquid altiùs exponam.

De corporis & animæ compoſitione.

Quærebant veteres, *An ne homo ex corpore & anima componeretur* ? putarunt enim multi præter corpus nihil in illo reperiri: ſi enim aliquid eſſet aliud, videretur, aut ſaltem ſenſu alio perciperetur. At dicimus Hominem è duabus partialibus ſubſtantiis , alterâ viſibili & alterâ inviſibili componi:corpus enim ſenſu percipitur, & anima ſpiritualis eſt. Nec hoc mirum videbitur, harum diphthongorum *æ*, & *œ* naturam ingeniumque conſideranti : diphthongi ſunt, hoc eſt, duplices voces: nec tamen utraque aure percipitur: *a* enim in primâ, & *o* in ſecundâ non audiuntur, cùm proferuntur, ſed cùm ſcribuntur, videntur: fatemur autem illas vocales ibi eſſe , quia quos ſenſus hebetior (auris) non aſſequitur, ſenſus nobilior (viſus) percipit. Ergo & fatebimur præter corpora eſſe in hominibus ſpirituales & immortales animas, quas enim potentiæ ignobiliores (ſenſitivæ nimirùm) non percipiunt, has ipſas potentia nobilior (intellectus) naturali lumine illuſtrata rimatur, & Fidei lumine elevata ſecuriſſimè aſſequitur.

Corpus viſibile, & anima inviſibilis eſt.

Eſſe præter corpora animas & ratione & revelatione convincitur.

A R T I C U L U S III.

De Prædicamento Quantitatis & Qualitatis.

CCCVIII. Clariores ſententia ſunt meliores.

NOn proderit per ſenticeta diverſarum opinionum vagari, & Authorum placita ad examen reducere: clariorem potiùs eligamus ſententiam, & juxta eiuſdem dogmata diſcurramus. Ponamus igitur Quantitatem dare partes Materiæ , & alia attributa Qualitatem addamus : & omnes relationes Modos eſſe : & hâc doctrinâ , (quæ probabiliſſima eſt , & à multis admiſſa) ſuppoſitâ, ad litterarum contemplationem redeamus.

De Quantitate, Qualitate, & aliis accidentibus.

Fundamentum Grammaticum.

Syllaba triplex. longa, brevis, indifferens.

SYllabarum, aliæ longæ, aliæ breves, & aliæ indifferentes ſunt. Longæ naturâ ſuâ ſunt diviſibiles: breves naturâ ſuâ ſunt indiviſibiles: indifferentes ſunt breves, niſi poſitione fiant longæ. Poſitio autem eſt duplex: intrinſeca & extrinſeca: intrinſeca contingit, quando duplex conſona ancipitem vocalem ſubſequitur: extrinſeca, cùm tali in loco collocatur in verſu, ut brevis manere non poſſit. Et hæc ſufficiat adnotaſſe de ſyllabarum quantitate.

Breves ſyllabas producit poſitio Quid illa ſit

Accentus triplex: Acutus, Gravis, & Circumflexus.

Ad Qualitatem tranſeo, quæ ſyllabas in Acutas, Graves & Circumflexas dividit, & *Tonus* dicitur. Eſt enim ſyllaba Acuta, quæ attollitur; Gravis quæ deprimitur: & Circumflexa, quæ partim attollitur, & partim deprimitur aut ſupprimitur.

Quid ſit Tonus?

CCIX. *Longa ſyllaba, duplices.*

DE ſyllabarum quantitate multa alibi hîc autem hæc pauca ſufficiant; ulteriorem enim notitiam hæc diſſertatio non requirit. Nihilominùs breviter adnotari volo vocales longas eſſe duplices; & hanc ob rem *o* longum à Græcis olim ſcriptum fuiſſe ſic *oo*, jam compendioſiùs ſic *ω*. Unde colliges in litterâ *η*, quæ longa eſt, & ab aliis profertur ut *e*, & ab aliis ut *i*, coïre binas vocales, videlicet *ee*, *ii*, *ei*. Latini etiam veteres Græcorum more ſub initium vocales longas duplicarunt, aut ſaltem notarunt: alii enim illas pinxeruor ſic, *aa*, *ee*, *ii*, *oo*, *uu*; alii ſic á, é, í, ó, ú.

De accentuum veritate & varietate pauca philoſophicè veteres, omnia enim q̃ à majoribus dicta, recepêre ut oracula, & maluerunt ſupponere quàm examinare: cœterùm juniorum ſinceritas & ſubtilitas exauthoravit veteres accentuum omnium leges; ſunt enim fabulæ quædam philoſophiæ, quæ de accentuum veritate narrantur. Si quis muſſitet contrà; ſe reponat; acuat, gravet & circumflectat ſyllabas, & libenter erimus auditores.

Multa ab antiquis accipimus, quæ examinare debemus.

Doctrina de accentibus, fabula.

Parallelon Metaphyſicum.

INter Prædicamenta Quantitatem & Qualitatem Metaphyſici enumerant, & variis etiam modis explicant: nos commodiorem methodum & doctrinam noſtris fundamentis conformiorem ſequamur. CCCX.

Ajo res alias eſſe intrinſecè indiviſibles, alias intrinſecè diviſibilos, & alias intrinſecè ancipites & indifferentes, ſed diviſibiles, extrinſecè: ita ut tota earumdem diviſibilitas à metâ poſitione naſcatur. Sunt intrinſecè indiviſibles ſpirituales: Subſtantias enim immateriales poſſe realiter dividi negant omnes aut ferè; & qualitates immateriales diviſibiles Thomiſtæ rejiciunt tamquam monſtra. Eſt intrinſecè diviſibilis quantitas, à qua habent omnia permanentia continua, quod diviſa aut etiam diviſibilia ſunt. Et tandem materiales ſubſtantiæ, qualitates & modi ex natura ſua ſunt ancipites & indifferentes: ſi enim careant quantitate, erunt indiviſibiles: &, ſi illam habeant, ejus diviſibilitate dividentur.

Utrum ſpiritualia ſint diviſibilia?

Ens duplex: diviſibile & indiviſibile.

Præter Quantitatem, etiam Qualitates communis admittit opinio, & inter ipſas, ſi ſenſum conſulam, notiſſimæ ſunt omnes ſenſibles; color, ſonus, odor, ſapor, calor, &c. Etiam ſunt valdè notæ gravitas & levitas. Quantitas levitate attollitur, gravitate deprimitur; & impulſus (qui quomodocumque exponatur, levitati & gravitati æquivalet) partim attollitur & partim deprimitur.

Qualitas multiplex, inſenſibilis, ſenſibilis, &c. Gravitas, levitas, impulſus, &c.

Impulſus gravitati æquipollet.

CCCXI. *Incidentes quæſtiones.*

SUccurrunt hic nonnullæ quæſtiones curioſæ, quas poterimus reſolvere ex analogia. Quæreret enim aliquis Philoſophus PRIMÒ, *An quantitas realiter diſtinguatur à ſubſtantia corporea?* SECUNDÒ, *An in quantitate continua ſint partes potentia vel actu?* TERTIÒ, *An illa ſit diviſibilis in infinitum?* QUARTÒ, *An dentur termini magnitudinis & parvitatis?* QUINTÒ, *An qualitates à quantitate diſtinguantur?* hoc eſt, *An ſint meræ quantitatis figuræ, an potius quædam vera & reales illi inhærentes entitatis?* SEXTÒ, *An maneat in mixto elementorum ſubſtantia? An qualitates tantùm? An etiam iſtæ & modi illarum in compoſitione alterentur.*

Ad primum affirmativè reſpondeo: quia ſyllabarum quantitas realiter à ſubſtantiâ ſyllabarum

A materia realiter diſtinguitur quantitas.

rum diſtinguitur, & modò inſtituimus Metaphyſicam parallelam Grammaticæ. Aſſumptum probo: Dictio *Magnus*, ſequente vocali eſt trochæa; ſequente conſonante ſpondea: Ergo illud *us* non habet à ſe magnitudinem; ſi enim non ſequatur alia conſonans, erit breve; &, ſi ſequatur, longum. Ergo quantitatis ratio formalis realiter ab illo *us* diſtinguitur: patet, quia à dictione *Magnus*, quæcunque ſequatur, diſtinguitur.

Continuũ ante diviſionem habet actuales partes. Ad ſecundum contra Peripateticos, quantitatem continuam habere partes actualiter diſtinctas, aſſero. nam ſi *ω* eſt ideo quod *οο* & *η* idem quod *εε*, vel *ιι*, vel *ει*, ſyllabam longam habere actuales partes certum eſt.

De rarefactione. Omnes hi modi ſunt probabiles. Sed quomodo fit Rarefactio? An introductione corpuſculorum, aut additione novæ materiæ? an potiùs accedente aliquo extrinſeco accidente?

Hoc ultimum videtur probabilius, & noſtris fundamentis conformius: quoniam in iſto carmine,

Doctus erat Phœbus, doctus Linus, aptus uterque.

primum *tus* eſt breve, ſecundum longum: & hoc augmentum habet à ſequentis dictionis primâ literâ quæ conſonans eſt, & à prioris ſyllabæ literis diſtincta realiter. Ergo quantitas phyſica ſuperveniente aliquo accidente, aut, ut alij malunt, modo; aut ſi velis, alterutro, creſcit ſeu rareſcit.

Continuũ ab agente creato non dividitur in infinitum. Ad tertium reſpondebo hoc dubium bifariam poſſe intelligi: aut enim agitur de causâ primâ aut de cauſis ſecundis. Si de primâ, nihil volo reſolvere; quoniam infinitæ potentiæ leges ponerem imprudentiſſimè. Id Theologi examinent (aut ego etiam, cùm Theologica tractem, modò ſecundum leges naturæ diſcurramus. Et quid dicemus? Continuum non eſſe in ſemper diviſibilia cæſile; ſed ex indiviſibilibus componi. Ratio eſt, quoniam diphthongus *ου* dividitur in *ο* & *υ*; & poſteà *ω* in *οο*; & poſteà non datur ulterior diviſio: idem dicam de *ξ* & *ζ*. inter is duplicibus; quarum prior dividitur in *κ* & *σ*; & in *σ* & *δ* poſterior.

CCCXIII. *Dantur termini magnitudinis & parvitatis.* Ex dictis reſpondebo ad quartum, dari terminos magnitudinis & parvitatis: ſicut enim Latina ſyllaba non poteſt eſſe minor monogrammatâ: nec maior eptagrammatâ: ſic etiam homo determinatam quantitatem requirit, nec poteſt eſſe minor pygmæo, nec major gigante. Hoc etiam Inſtrumenta arte elaborata confirmant: Organum enim enarmonicum nec poteſt in infinitum minui, nec in infinitum augeri. Aër enim habet determinatam corpuſculorum magnitudinem:

Organa artificialia habent magnitudinis terminos. & fiſtulæ, ſi nimis eſſent ſubtiles, eum non caperent: &, ſi nimis magnæ, non ſonarent. Et quia de aëre loquuti ſumus, non ſolùm ipſe, ſed & omnes ſubſtantiæ inorganicæ atomis componuntur, & ideò (quidquid de abſolutâ potentiâ ſit) non ſemper naturaliter

Omnia [illegible] [illegible] dividuntur: & quia tota materia mundi [illegible]ta, ſubſtantiarum earumdem increm[illegible] habere terminos naturales.

CCCXIV. Probabile, eſt omnes qualitates corporeas eſſe figuras quantitatum. Ad quintum dicam Veterum opinione longitudinem & brevitatem ſyllabarum ad quantitatem, & accentûs ad qualitatem pertinere: & hodie non obſtante antiquorum diſſidio, Iuniores accentus ad quantitatem reduxiſſe: & ideò non mirabor, ſi Ariſtoteles olim, & hodie cùm illo Carteſius, & alij plurimi qualitates ad formam & figuram reducant. Et quidem circumflexum accentum ab acuto non diſtingui aſſerentes, & gravem eſſe meram accentûs gravis carentiam inſinuantes: qualitatum claſſes diminuerunt Melanchthon, Camerariuſque, quorum placita & verba dedi Articulo V. Metrometricæ: & accentum acutum eſſe meram ſyllabæ productionem Authores Grammaticæ Philippo-Ramiææ & Grammaticæ Bremenſis affirmant. Verba ſunt:

Vide Grammatica Audacis part. 2. art. 5. *Ad iſtam ſonorum varietatem & ſuavitatem Latinorum aures iam pridem obſurduerunt. &c. Acutus iam pridem ſolus pronunciatur; vel potiùs pro quovis accentu mora quadam adhibetur quæ ſanè dicatur Accentus.* Ergo ſicut Grammatici ſyllabarum qualitates à quantitate non diſtinguunt, ſic etiam Peripatetici dicunt qualitates rerum nullo modo à formâ ſeu figurâ diſtingui: quos poſſumus liberè ſequi: non enim hæc doctrina contra Euchariſtiæ myſterium, aut contra habitus ſupernaturales (fidem, ſpem, charitatem, gratiam, lumen gloriæ, &c.) militare videtur: ſi enim quantitatem à materiâ realiter diſtinguamus, omnia ſunt ſalva in Euchariſtiæ Sacramento; &, ſi dicamus doctrinam hanc ad ſyſtema ſpirituale aut ſupernaturale non extendi, ſed de ſolis qualitatibus materialibus verificari, non oppetemur argumentis ab ordine naturali deſumptis:

An hæc doctrina ad Euchariſtiam & Theologiã ſupernaturalem extendatur. [ubi obiter notari velim, nomenclatores aut defectu vocum, aut ignoratione rerum, in impoſitione horum vocabulorum erráſſe; nam ſupernaturales facultates dant ſimpliciter poſſe, & non debent *habitus* ſed *potentiæ* vocari. An-non omnes potentiæ ſunt quædam qualitates ſubſtantiæ? Variant Authores; & eſt res ſublimioris indaginis.]

An qui habitus ſupernaturales dicuntur, ſint potentiæ. An potentia ſint qualitates.

CCCXV. *Quo modo ſint mixtiones.* Ad ſextum dico, omnia, quæ reſponderi poſſunt in re obſcurâ, ſuos habere patronos. Aſſerunt aliqui elementorum ſubſtantiam immutatam manere realiter in mixto: alij malunt formas ipſas elementorum excidere, & ſolas manere qualitates: alij verò pronuntiant, elementorum formas & qualitates realiter remanere in mixtis, tantiſper tamen alteratas & deformatas. Hoc ultimum arridet mihi, eſt enim meis fundamentis & principiis conforme: & ut probem, voces *Afficio*, *Omitto*, *Differo* ad examen appello. Primæ elementa ſunt *Ab* & *Facio*: quorum primum in compoſitione variatur accidentaliter, ſecundum eſſentialiter: quoniam conſona in primo, & vocalis in ſecundo mutatur. Sunt *Ob* & *Mitto* elementa ſecundæ & ſolùm *Ob* alterationem patitur, perdit enim unam litteram, & manet breve, cùm aliàs longum eſſe deberet. In

ſemper; eſt hæc vel illa, nunquam indiffe- rens: & tamen ſecundum ſe ſumpta eſt indifferens.

CCLXXIX. *Doctrina Fonſeca eſt probabilis.* Hæc Fonſecanæ Univerſalitatis expoſitio: hæc impugnatio, hæc propugnatio. Probabiliſſimè admittitur & defenditur à viris doctiſſimis; & ab aliis probabiliſſimè rejicitur & impugnatur. Sed quid propugnabimus nos? Siquidem iſtud à Fonſecâ doctè excogitatum Univerſale reſpondet Fundamentis Grammaticis, quæ exactè intelligimus, & Univerſalia, quæ alii nos Philoſophi docent, ab aliis Fundamentis petuntur; iſtud, quo modo intelligimus, tenebimus & defendemus; nimirùm, non ut indubitatum & evidens, ſed ut valdè probabile, nobis reſervando jus integrum, ut olim, ſi aliud Univerſale magis arrideat poſſimus illud amplecti & propugnare.

ARTICULUS IV.

De Univerſalium Speciebus.

CCLXXX. *De Ariſtotelis, Porphyrii & aliorum, quos ſectamur, patriâ & vitâ nonnihil eruditè præmitti ſolet ab Hominibus doctis: at nimia damnatur eruditio. Eſt nimia, cùm impedit meliorum quæſtionum examen.* Multa hîc noſter Profeſſor de Porphyrio, quæ, quia fuerunt multa, audivimus cum tædio, & litteris mandare noluimus. Cùm tam varia & tam diſſentanea in Gymnaſio de Patriâ, de genere, de ætate, parentibus, filiis & diſcipulis Porphyrii, otiosè, vel ut ipſe putabat, eruditè quæreret, & explicaret, ſubvenit in mentem Tobias, qui cap. 5. dicebat Raphaëli filium ſuum conducturo & reducturo: *Indica mihi, de qua domo & de qua tribu es tu?* cui Raphael, *Genus quæris mercenarii, an ipſum potiùs mercenarium, qui cum filio tuo eat. Sed ne fortè ſollicitum te reddam Ego ſum Azarias, Ananiæ magni filius.* Et quidem meritò hæc hiſtoria ſuccurrit. Debebamus doceri quinque Voces, hoc eſt Tractatum de Univerſalibus & Prædicabilibus: & Profeſſor per latiſſimos Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ campos vagatus audire debuit, *Genus ne quæris Porphyrii, an verò doctrinam Porphyrii, quæ tuos diſcipulos ad altiora conducat?* Interim, quia varia ſunt ingenia hominum, & aliqui eſſent ſolliciti, ſi ejus mores & vitam neſcirent, ſumo calamum & ex multis, quæ ſuperflua videntur, hæc interlego, & meis pugillaribus inſcribo: videlicet, [Porphyrius, natione Phœnix, ſed patriâ Judæus, ex Chriſtiano factus Magus, & à verâ fide apoſtata, ad Prædicamenta Iſagogen ex univerſalibus ſtruxit: quæ, ut ajuot, ex numero filiarum ſuarum quinque eſſe voluit *Genus, Speciem, Differentiam, Proprium, & Accidens.*) Eſt liber utilis, nec in minimo Catholicæ Fidei contrarius, & ideò in ſcholis permittitur.] Ergo, ut omiſſis cæteris, quæ non concernunt Metalogicam, ad rem veniamus, hæc quinque Univerſalia exemplis Grammaticis dilucidabimus. *Quis fuerit Porphyrius: & qualis* *Quot filias habuerit* *Quot ſint Prædicabilia: & quæ*

Fundamentum Grammaticum.

CCLXXXI. *Conjugationum numerus in variis linguis.* NUper contemplabamur nomina, progrediamur ulteriùs, & ad Verba oculos convertamus. Hæc antiqui Magiſtri diſtinxerunt in Conjugationes, hoc eſt in Claſſes; & eorumdem inſiſtendo principiis, aliqua ſubſcribemus. [Conjugationes in Lingua Latina quatuor ſunt. I. *Amo: as: are. Doceo: es: ère. Lego: is: ère. Audio: is: ire.* In Lingua Græca aliqui enumerant quatuor ſimiliter conjugationes: alii unicam. In Hebræa octo: In Hiſpanica tres. Alias alii, nos Latinas conſiderabimus, & examinabimus.] Lineas ſequentes contemplemur.

I. *Amo, amas, amat : amamus, amatis, amant.*
Voco, vocas, vocat : vocamus, vocatis, vocant:
II. *Doceo, doces, docet : doc.mus, docetis, docent.*
Moneo, mones, monet ; monemus, monetis, monent.
III. *Lego, legis, legit : legimus, legitis, legunt.*
Dico, dicis, dicit : dicimus, dicitis, dicunt.
IV. *Audio, Audis, Audit : audimus, auditis, audiunt.*
Sitio, ſitis, ſitit : ſitimus, ſititis, ſitiunt.

Conſidero finalium defluxum, & in magna differentia ſummam convenientiam reperio; *Omnium Conjugationum concordia.*

videlicet. *o, s, t: mus, tis, nt.* non majorem.

Pro-

Pronuncio igitur hanc inflexionis formam eſſe univerſaliſſimam, adeòque omni verbo & coniugationi communem: in hâc enim omnia verba conveniunt, tametſi ad diverſas claſſes ſeu coniugationes pertinere dicantur.

Hanc univerſaliſſimam formam, omnibus Verbis communem reperi, omnes inter ſe comparando, & inquirendo fluxum & exitum univerſis communẽ. At, quia ſimiliora ſunt *Amo*, & *Voco*, quàm *Amo* & *Doceo*, & ſimiliora *Doceo* & *Moneo*, quàm *Doceo* & *Lego*, ſimiliora *Lego* & *Dico*, quàm *Lego* & *Audio*, quatuor formas univerſales inferiores invenio, quibus Vniverſaliſſima communis ſit, quæ tamen ſint diſtinctæ inter ſe. illas propono.

Sub una coniugatione generâ quatuor ſpecies differentes invenio.

Prima. *o, as, at: amus, atis, ant.*
Secunda. *eo, es, et: emus, etis, ent.*
Tertia. *o, is, it: imus, itis, unt.*
Quarta. *io, is, it: imus, itis, iunt.*

Hæ omnes differunt inter ſe, & tamen ſunt univerſales, quia ſingulæ reperiuntur in multis. Prima in *Amo Voco, Clamo, Appello*, &c Secunda in *Doceo, Moneo, Sileo, Taceo* &c. Tertia in *Lego, Dico, Pſallo, Cerno*, &c. Quarta in *Audio, Sitio, Scutio, Haurio*, &c.

Vniverſale triplex: ſummum, infimum, & ſubalternum.

CCLXXXII In omnibus his Vniverſaliſſima invenitur, ut ſi conferam, ob oculos habere potero. Ergo dantur formulæ magis minùſq; univerſales. Ergo & dabuntur ſubordinata Vniverſalia, ex quibus unum erit ſummum, unum infimũ, reliqua ſubalterna vel media.

Dantur magis & minùs univerſalia.

His poſitis inquiro *primò*, Quid ſit Genus? quid Species? quid Differentia? quid Proprium? quid Accidens? *Et ſecundò*, Quo modo iſta Verba *Amo, Voco, Doceo, Moneo, Lego, Dico, Audio, Sitio*, &c. differant inter ſe? Et

Genus

Species.

Definitiones ſingulorum.

Ad primum reſpondeo has definitiones arridêre: *Vniverſale eſt unum in multis. Genus eſt unum in multis Vniverſalibus quidditativè materialiter. Species eſt unum in multis Singularibus quidditativè adæquatè.* Sed cur adæquatè? Quia quidditatis nomine in Petro, cum interrogamus, quid eſt? non Petreitatem ſed naturam humanã intelligimus. [Ergo eſſentia ſpecifica vocetur *Quidditas*: Individuatio Hominum & Angelorum *Quiſitas*: Et individuatio aliarum rerum *Quoditas*.] *Differentia eſt unum in multis (Vniverſalibus, ſi fuerit ſubalterna: Singularibus verò ſi infima) quidditativè formaliter.* [Prædicatur etiam de genere quod contrahit, *in quale*: & ideò dicitur prædicari *in quale quid*. Et quid præſtat in Logica? *Genus dividit & conſtituit Speciem.* *Accidens reale eſt, quod adeſt, abeſt abſque ſubiecti corruptione, & formale, ſine quo rei eſſentia poteſt concipi.* Inter eſſentiam & accidens, collocatur proprietas, eſt enim accidens, ſed non commune, nam eſſentiã comitatur aut ſequitur: & hoc, ut obſervat Porphyrius quatuor modis. Proprietas in primo modo *eſt quæ convenit ſoli ſpeciei, non tamen omni* ut eſſe monachum, quod ſoli homini convenit, non tamen omni: in ſecundo modo *eſt quæ omni ſpeciei convenit, ſed non ſoli*, ut progredi: in tertio modo *eſt quæ ſoli & toti, ſed non ſemper*, ut mori: omnes enim & ſolæ animantes moriuntur, ſed non ſemper: & in quarto *eſt quæ convenit omni, ſoli, & ſemper* ut eſſe riſibile.

Differentia?

Quidditas. Quiſitas. Quoditas.

Accidens.

Proprietatis Facilius eſt hos quatuor modos intelligere ac diſtinguere, quã exemplis convenientibus dilucidare.

Quatuor ſunt modi proprietatum

Conſidera Verbum hoc ſubſequens:

Ad ſecundum reſpondeo formam illam univerſaliſſimam eſſe genericam, quia reperitur in omnibus Vniverſalibus, cæteras quatuor ſpecificas, & hanc ob rem, *Amo, Doceo, Lego & Audio* differre ſpecie: *Amo, Voco, Clamo, Macto*, &c. diſtingui numero: & ut in ſingulis formulis rationem genericam à differentiali diſtinguam, ſumo calamum & illas ſubſcribo, notas genericas & differentias diverſo charactere exprimendo. Eſt enim forma

DocEo:
DocEs:
DocEt:
DocEmus:
DocEtis:
DocEnt.

In ipſo E. eſt differentia ſpecifica: quod ſequitur poſt E pertinet ad genus quod contrahit. & illud Doc eſt differentia materialis ſeu haccitas.

Quadruplex generis & differentiarum compoſitio.

Vniverſaliſſima, O, S, T: MUS, TIS, NT.
Prima ſpecies. O, aS, aT: aMUS, aTIS, aNT.
Secunda ſpecies. eO, eS, eT: eMUS, eTIS, eNT.
Tertia ſpecies. O, iS, iT: iMUS, iTIS, uNT.
Quarta ſpecies. iO, iS, iT, imUS, iTIS, iuNT.

Univerſaliſſima, quæ generica eſt, in ſingulis formis univerſalibus invenitur: & in ſingulis litteræ genericæ, quæ maiuſculæ ſunt, à differentialibus, quæ ſunt minores, diſtinguuntur.

CCLXXXIII. Quinque Vniverſalia Porphyrij exemplo Orthographico delucidantur.

HÆc omninò ſufficerent: ſed quia al a occurrunt; ne omnia omittam, ſubſcribam pancula, & primò ob oculos pono iſtas litteras.

PAN. PEB PIF POM. PUC
PAR. PES PIG POS. PUX
PAX. PER PIX POT PUZ.

vel ſi eamdem aliter reſcribere placeat.

- P
  - Pa: Par. Pan. Pax.
  - Pe: Peb. Per. Peſ.
  - Pi: Piſ. Pig. Pix.
  - Po: Pom. Poſ. Pot.
  - Pu: Puc. Pux. Puz

Voces non ſignificantes, ſignificativa ſunt: & creaturis poſſibilibus ſimiles: ſicut enim iſta exiſtentiam, ſic illa habere poſſunt ſignificationem quam non habent. Vtraſque diverſus character, diſtinguit.

Dico igitur, litteram P. eſſe unum in multis ſyllabis (nẽpè in PA, PE, PI. &c.) dico PA. eſſe unã ſyllabã in multis dictionibus. & idẽ dixero de PE. Addo has dictiones eſſe completas nec amplius cõtrahi, nec earũ aliquam eſſe in multis. Ergo littera P. erit ſimilis Generi, ſyllabæ PA & PE &c. erunt ſimiles ſpeciebus; dictiones PAX, PAR, PAN, &c. individuis. His prælibatis nonnullas definitiones, quę coincidant cum præcedentibus, ſint tamen clariores, ſubſcribo.

Quã nam differant numero, ſpecie, genere, &c.

PRIMA ſit. *Illa differunt puro numero, quæ ultimâ litterâ ſeu formalitate.* SECUNDA. *Illa ſpecie quæ duabus ultimis litteris ſeu formalitatibus,* TERTIA. *Illa genere, quæ tribus.* Quarta. *Illa plus quam genere proximo, hoc eſt genere remoto, quæ quatuor, quinq; aut pluribus ultimis.*

CCLXXXIV. Sic velimus loqui; nam hæc qualia (ſunt enim relativè & extrinſecè vera) ſummam dabunt lucem Vniverſalibus.

Hinc patet in noſtrâ Orthographicâ hypotheſi, voces PAR, PAX, PAN, puro differre numero; non enim niſi ultimâ differunt litterâ. Voces PAR & PES differre plus quã numero, hoc eſt duabus litteris ſeu formalitatib⁹; & hãc ob rẽ diſtingui ſpecie. P. eſt ſicut *genus*, unum in multis ſpeciebus; PA eſt ſicut *ſpecies*, unũ in multis individuis. Species continet genus & aliquid aliud; & hoc ipſum vocatur *differentia*: nam PA præter P habet A: & PE præter P habet E, & in ipſis P habet rationẽ generis, & A, E, ſunt differentiæ, quæ contrahũt & determinant rationẽ ſuperiorẽ & inferiorem, & ſpeciẽ cõſtituũt. Penultimæ litteræ (ſeu formalitates) vocantur *differentiæ ſpecificæ*; & ultimæ, *individuales*. Hinc multis Quæſtionibus Metalogicis lux.

CCLXXXV. Eadem Porphyrii doctrina exemplo metrico dilucidatur.

HOc exemplum dedit Orthographia aliud dabit Poëtica, & ſicut in litteris, ſic in vocibus & metris ludamus. Sumo ceras & hæc carmina ſcribo.

Innumerabilibus numeris laudetur Apollo.
Innumerabilibus numeris laudetur Olympus.
Innumerabilibus numeris cantemus Athlantem.
Innumerabilibus numeris cantemus Homerum.
Innumerabilibus verbis celebrabitur Hermes.
Innumerabilibus verbis celebrabitur Archas.
Innumerabilibus verbis modulabimur Aſtra.
Innumerabilibus verbis modulabimur Indos
Innumerabilibus libris deſcripſero Troiam.
Innumerabilibus libris deſcripſero Romam.
Innumerabilibus libris cantabo Minervam.
Innumerabilibus libris cantabo Cybellen.

Et quia cõpendiũ amo, & fruſtrà repetũtur cõmunia, eadẽ reſcribo: ſcripta & reſcripta cõſidero, & in illis totam Univerſaliũ & Prædicabiliũ doctrinã, q̃ magnis myſteriis Iuniores Philoſophi involuunt, ſummâ facilitate & fælicitate dilucidio.

- *Innumerabilibus.*
  - *numeris*
    - *laudetur*: *Apollo. Olympus.*
    - *cantemus*: *Athlantem. Homerum.*
  - *verbis*
    - *celebrabitur*: *Hermes. Archas.*
    - *modulabimur*: *Aſtra. Indos.*
  - *libris*
    - *deſcripſero.*: *Troiam. Romam.*
    - *cantabo.*: *Minervam. Cybellen.*

Duodecim carmina sũt; in quibus tantũ differt primũ à ſecundo, quantũ tertiũ à quarto, quintũ à ſexto; &c. hoc eſt, ultimâ voce. Primũ & tertiũ jam differunt duabus vocibus. Primũ & quintũ tribus. Vox *Innumerabilibus* eſt una in multis. Una etiam in multis, ſed in paucioribus vox *Numeris*. Una in infimis *Laudetur*. Quid ergo vetat dicere voces ultimas eſſe ſimiles differentiis individualibus, quas *Ecceitates* dicimus: penultimas differẽtiis ſpecificis: & antepenultimas genericis? Quid vetat addere, vocẽ *Innumerabilibus* eſſe ſimillimã generi generaliſſimo ſeu ſupremo; & contrahi tribus differentiis (*Numeris, Verbis, Libris*) ad tria genera ſubalterna: & hæc ipſa contrahi ad ſpecies infimas, & has ſpecies claudi & compleri Ecceitatibus, ſeu differentiis individualibus.

His prælibatis ſic diſcurro. Huic carmini, *Innumerabilibus numeris laudetur Apollo*, nihil poteſt addi, & ideò eſt ſimillimus PETRO: quia ſicut hic eſt ſubſtantia cõpleta, ita & illud eſt carmẽ cõpletũ. Si auferas ultimã vocẽ APOLLO; manebit carmẽ incõpletũ, nimirũ *Innumerabilibus numeris laudetur*; & poterit ultimè cõpleri multis modis, & erit ſimillimũ cõceptui HOMINIS, qui incõpletus eſt, & multis modis (hoc eſt, Ecceitatibus) cõpleri poteſt. Si adhuc auferas aliã dictionẽ, manebit *Innumerabilibus numeris*, & indigebis duobus cõplementis ſeu contractionibus; & erit ſimillimũ conceptui ANIMALIS; quia ſicut illud incõpletũ carmen duas dictiones exigit, ut ſit integrum, ſic Animal duas formalitates ut ſit ſubſtantia perfecta & Metalogicè completa.

CCLXXXVI. Petrus eſt ſubſtantia completa: Homo incompleta.

Animal eſt ſubſtãtia incompleta.

Ergo conceptus ſingularis, eſt conceptus omniũ formalitatũ eſſentialiũ: & univerſalis eſt conceptus non omniũ. Si nulla formalitas non concipitur, concipi dicitur *Subſtantia prima*, ſeu *ſingularis*: Si ultima formalitas non concipitur, concipitur ſubſtantia univerſalis. Si reliquæ cõcipiuntur, & ultima ſola non concipitur, hæc *Subſtantia ſecunda* dicitur, ſeu *Species*. Si duæ ultimæ formalitates non concipiuntur, eſt *Subſtantia tertia* ſeu *Genus infimum*. Si non concipiuntur quatuor vel plures poſteriores, dicetur concipi *quarta* vel *quinta Subſtantia*. Et hæc adnotaſſe ſufficiat, ut nomina

Subſtantia Prima. Subſtantia Vniverſalis. Subſtantia Secunda. Subſtantia Tertia. Quarta. Quinta. &c.

mina *ſubſtantia prima & ſecunda*, aut etiam *tertia, quarta, quinta*, &c. poſſint intelligi:

Parallelon Metalogicum.

CCLXXVII. *Qua modo rationem Animalis cognoſcimus?* Libenter meditarer diutiùs, ſed interpellant ſtudium Venatores, qui me ad campum invitant: & quia video Homines, Equos, Canes, Accipitres, ſingulos conſero & comparo, & concludo eſſe ſimiles & diſſimiles, & ſimilitudinem à diſſimilitudine abſtrahendo, reperio omnes eſſe prædítos vitâ & ſenſu. Omnes igitur ſunt viventia ſenſibilia: ſive quod idẽ eſt, omnes ſunt animalia. Ergo *Animale* ſt prædicatum commune & univerſale, quod de univerſis prædicatur. *Studere & proficere in ſummis etiam abſtractionibus poſſumus.*

Quo ratione Homines? At quia ſimiliores ſunt Petrus Ioanni, quàm Petrus Equo, & unus Equus alteri, quàm uni Cani, &c. ſub ratione Animalis ut ſic genericâ & univerſali, cõvenientiã & diſconvenientiam reperio (nã in Rationalitatis prędicato conveniunt Homines, & à cæteris differũt: in prædicato Hinnibilitatis Equi: in prædicato Latrabilitatis Canes. &c.) & conſtituo quatuor univerſalia prædicata (Animal rationale, Animal hinnibile, Animal latrabile, Animal Volatile, ſive quod idem eſt, Homo, Equus, Canis, Avis, in quibus eſt Animal; & ipſa ſunt etiam in multis. *Petrus ſimilior eſt Ioanni, quam Equo.* *Quo ratione genera & ſpecies?*

Hiſ igitur conſideratis aio, Animal eſſe Genus; quia eſt univerſale in multis univerſalibus. Addo Hominem, Equum, Canem, &c. eſſe Species: quia ſunt univerſalia in multis ſingularibus: & Petrum, Paulum, &c. eſſe Individua, quia ſunt ultimò determinata. *Animal eſt genus. Homo ſpecies.*

Subiungo Rationale, Hinnibile, Latrabile, Volatile eſſe differentias, quia dividunt & contrahunt Animalis univerſale prædicatum, & Hominis, Equi, Canis & Avis conſtituunt ſpecies. *Rationale eſt differentia.*

CCLXXVIII. *Clarius omnia explicantur.* Iſtas formalitates clariùs videre & intelligere poteto, ſi ad fundamenta Grãmatica, quæ propoſui, diſpoſuero, & ad lineas ſubſequẽtes reduxero:

Vivens ſenſibile rationale hoc.
Vivens ſenſibile hinnibile hoc.
Vivens ſenſibile latrabile hoc.
Vivens ſenſibile volatile hoc.
Vivens inſenſibile. &c.

quas ipſas ſervatâ eſſentiâ poteto aliter exarare, ut communes formalitates à particularibus facillimo intuitu diſtinguam. Sumo igitur ſecundum calamum, illaſq; alio modo reſcribo:

- *Vivens.*
  - *Senſibile.*
    - *rationale.* { hoc. / illud.
    - *hinnibile.* { hoc. / illud.
    - *latrabile.* { hoc. / illud
    - *volatile.* { hoc. / illud.
  - *inſenſibile.* &c.

Vivens eſt genus remotum. Hinc patet *Vivens* eſſe Genus quoddã remotum, & per differentias *Senſibilitatis* & *Inſenſibilitatis* dividi. *Vivens ſenſibile* eſt Vivens ſenſibilitate conſtitutum contractumque, & vocatur Animal. Et *Vivens inſenſibile* eſt Vivens inſenſibilitate contractum, & vocatur *Planta*. Relinquamus igitur Floræ divitias inſenſibiles, & ad ſenſibiles formalitates revertamur: nam *Animal* eſt genus proximum; & contrahitur per *Rationalitatis, Hinnibilitatis, Latrabilitatis, Volatilitatis*, & ſimiles alias differentias, ut ſit *Homo, Equus, Canis, Volucer*. Et iſtæ ipſæ ſpecies per *Ecceitates* varias individualiter multiplicantur. *Animal genus proximum. Homo, ſpecies.*

Scio P. Valerianum Magnum & alios eruditos Philoſophos non velle ſpecie differre à brutis & convenire. Sed hinc nihil inſurgit contra Logicum, qui utitur exemplis communibus, nec indiget ſingularibus illuſtrium Virorum ſententiis. Sanè, ſi placeat aſſentiri Magno, nõ incriminor: ſed, ut tibi faciam ſatis affirmo, *Vivens* dividi in ſenſibile & inſenſibile: & *Vivẽs ſenſibile* ſeu Animal (præſcindendo ab Homine) in *Equum, Leonem*, &c. ut in infimas ſpecies dividi. *An Homo ſub Animali tanquam ſpecies vera collocatur?*

N O T A.

De Idololatriâ Scholaſticâ.

CCLXXIX. *Verum facilem & clarum ſit* Quales ſint Declinationum & Coniugationum communes & Univerſales Ideæ, expoſuimus ſuperiùs: pro nominib' primæ Declinationis dedim' hãc

a. a, a. am. a. â. &c.

& pro verbis primæ Coniugationis hanc,

o. as. at: amus, atis, ant, &c:

quæ, ut manifeſtum eſt, univerſis conveniunt. *Exemplar ſingulare, an univerſale?*

At aliqui (imò multi, aut pleriq;) has communes & univerſales ideas non morantur, putant enim difficiles illas, & majoris claritatis gratiâ ad unum ſingulare recurrunt, illud que Idolum Grammaticum eſſe præcipiunt, voluntque eſſe Regulam & Cauſam primam cæterorũ. Et quia Declinationes & Coniugationes multæ ſunt, Orbem Grammaticũ in regiones ſubdividunt, & in ſingulis Idola erigunt, quorum motum & fluxum voces univerſæ ſequantur. Quid enim aliud ſunt inter nomina, I. *Muſa*. II. *Dominus*. *Templum*. III. *Sermo*, *Tempus*. IV. *Senſus*, *Genu*. V. *Dies*: quid aliud inter verba. I. *Amo*. II. *Doceo*. III. *Lego*: IV. *Audio*. quàm Grammatici Dij, quorũ imperio omnia nomina, omnia verba, totius Latini idiomatis obedire teneantur: & hoc lege tam ſtrictâ ut ſi quæ voces aliter fluere velint, erroris reæ, aut ſaltem anomalæ aut heteroclitæ debeant vocari. Hanc Idololatriam ex Grãmatica tranſtulit ad Metalogicam P. Hieronymus la Zarraga P. Roderici Arriagæ Magiſter, illamq; idem Arriaga *diſp.6. Logicæ ſect.1. pag.* 105. proponit & impugnat his verbis. [Meus in Philoſophiâ Profeſſor, ingenio non vulgari, nec diligentiâ ac ſtudio impar, etiamſi præciſiones objectivas Diſputatione præcedenti à nobis impugnatas, inter animal & rationale avidè amplexus, putavit tamen, & meritò, adhuc non poſſe ex parte objecti conceptui univerſali correſpondere aliquid unum reale, quod de omnibus inferioribus idem numero verè & realiter prædicari poſſet; ſed neceſſariò debere ex parte objecti immediatè omnes animalitates reſpondere (quod & nos oſtendimus eâ Diſputatione V. à num.24.) ut ergo aliquid unum ex parte objecti aſſignaret, quod eſſet Univerſale, Idolum quoddam erexit; clariùs uno verbo, docuit Univerſale nihil aliud eſſe, quàm quemdam hominem fictum ab intellectu, quem ipſe intellectus reſpiciens prædicat poſteà de inferioribus, non quidem illud idem idolum fictũ, ſed ad ſimilitudinem illius; de Petro v.g. prædicat rationem hominis propriam Petro, & de Paulo illã diſtinctam, ſemper tamen ſimilẽ illi Idolo, quod eſt quaſi quoddam exemplar, ad cuius imitatioem, ſicut Artifex facit hanc vel illã ſtatuam, ita intellectus prædicationẽ huius & illius naturæ efformat. Hanc ſententiã ſatis eruditè confirmat auctoritate quidem Ariſtotelis, D. Thomæ, ac nonnullorum Nominaliũ; ratione verò, quia illud Idolum eſt unũ in multis, & de illis per ſimilitudinem prædicabile: quid ergo illi deeſt ut ſit Univerſale? Hanc opinionem fusè impugnavit P. Hurtado ſuprà §. 185. Ariſtotelemque ac D. Thomam, alioſque Autores ab hâc purgavit Idololatriæ ſuſpicione.] Sic Arriaga.

Idolum Grammaticum. — *Grammatica Numina.* — *Voces erronea, anomala, heteroclita.* — *Zarraga Arriaga Magiſter.* — *An præciſiones objectivæ ad univerſalitatem propugnãdam ſufficiant?* — *An actui univerſali omnia reſpondeant individua confuſa?* — *Homo fictiſt.* — *An ille prædicabilis ſit?* — *An ſit unum in multis?*

CCXC. *Paradigma univerſale Grammaticum non eſt Nomen fictum. Ergo paradigma univerſale Logicum non eſt ſpecies ficta. Ergo homo fictus non eſt univerſalis.*

Et quidem, ſi vellem Viro docto ſubſcribere, nonnihil corrigerẽ aut alterarem: qui enim dico nomen *Muſa* eſſe paradigma Vniverſale primæ declinationis; nomen *Dominus* & *Templum* ſecundæ, &c. cur non poſſem dicere *Hunc Hominem* eſſe paradigma univerſale ſpecificum in claſſe hominum: *Hoc Animal*, genericum in claſſe Animalium: &c? Poſſem quidem; at non video cur deberem Hominem aut Animal fingere: quia ſicut Grammaticæ Inſtitutores non finxerunt nomina aut verba, quæ eſſent regulæ, quibus cætera conformarentur: ſed elegerunt unum, & potuiſſent aliud (plæriq; enim ponunt *Muſa*, Paulus Conopæus *Menſa*) ſic etiã Philoſophi non tenerentur obedire Zarragæ, & hominẽ communẽ fingere, ſed poſſent aſſumere Petrum (aut quodcumq; aliud individuũ) & illud in exemplum proponere, *ut intellectus* (verba attempero Zarragæ.) *illud reſpiciens poſteà prædicet de inferioribus, non quidem eundem Petrum, ſed ad ſimilitudinem illius de Ioanne v. gr. naturam hominis quæ eſt in Ioanne: & de Franciſco naturam hominis, quæ eſt in Franciſco: utramque ſemper Petro ſimilem, qui eſt quaſi quoddam exemplar, ad cuius imitationem. ſicut Artifex facit hanc vel iſtam ſtatuã, ita intellectus prædicationem huius & illius naturæ cõformat.* Subſumo. At non ſolet Artifex fingere Idolum ut ad ejus ſimilitudinem aut ſtatuam cælet, aut imaginem pingat, ſed ipſum Cæſarẽ reſpiciat & contemplatur ut arte exprimat Cæſarem: Ergo Philoſophus, ut habeat conceptũ univerſalem quem multiplicet & prædicet, nõ debebit Idolum aliquod aut erigere aut fingerẽ: ſed Petrum ob oculos ponere, cui ſunt ſimiles omnes naturæ, quæ in cæteris hominibus ſunt, & de cæteris poſſunt & ſolent prædicari.

Confirmatur exemplo ab Arte Statuariâ deſumpto.

N O T A

De Differentiis communibus.

CCXCI. *An generum (aut ſpecierum etiam) differentia diviſiva aut conſtitutiva ſint communes? — An eadem quaſ formalitas in uno eſſe differentia, & genus in alio?*

EST Porphyrij & communis hodie in ſcholis ſententia, quæ docet differentias non eſſe communes, ſed ſpeciales, & ſoli ſpeciei convenire, quam conſtituunt: eo enim modo, quo proprietas in quarto modo, licet accidens ſit, convenit toti & ſoli ſpeciei à quâ dimanat; & convenit ubiq; & ſemper; ſic dicunt differentiam, quæ magis intrinſeca & eſſentialis eſt ſpeciei, quàm proprietas, illi ſoli & toti competere ubiq; & ſemper. At nihilominùs hodie à multis opinio cõtraria defenditur, & docent unam & eandem formalitatem poſſe contrahere diverſa genera, imò in uno ſyſtemate eſſe differentiã, & in alio eſſe genus. Rem exemplis illuſtro.

SUBSTANTIA.

Non vivens. — *Vivens,*

Senſibilis. — *Inſenſibilis.*

Rationalis. — *Irrationalis.*

Subſtantia nõ vivens reperitur in ſaxis, metallis, elemẽtis, cælis, ſyderib⁹, *Vivẽs in ſenſibilis* in plantis. *Vivens ſenſibilis* in animalib⁹. Et quia Animal, ſeu Subſtantia vivẽs ſenſibilis, per rationalitatẽ & irrationalitatẽ cõtrahitur, interrogo, *An irrationalitas, quæ eſt altera differẽtia, nõ ſit carẽtia rationalitatis?* Et *An non hæc eadẽ rationalitatis carentia reperiatur in elemẽtis & cæteris corporib⁹ inanimatis?* Et interrogo, *An Rationalitas, quæ altera differentia*

Quæſtiones examine & notitiâ digniſſima.

An ſtella intellectuales ſint? An rationalitas ſit differentia communis? An Angeli ſint rationales?

tia eſt, non reperiatur in Angelis? Porro Irrationalitatem eſſe differentiam communem videntur ſentire omnes Patres, dum contra Origeniſtas & Aſtrologos docent ſtellas ratione carere: & Rationalitatem eſſe etiam differentiam cõmunem, dum docent Angelos eſſe rationales, & dum Homines ab Angelis non iam per Rationalitatem, ſed per Mortalitatem diſtinguũt, definientes Hominem eſſe *Animal rationale mortale*. Proderit legere ſequentes lineas.

Gregorius homil. 10. in Evang. *Iudæis tanquam ratione utentibus rationale animal, id eſt, Angelus prædicare debuit. Gentiles verò, quia uti ratione neſciebant, ad cognoſcendum Dominum non per vocem, ſed per ſigna perducuntur.* &c. Et mox inquienti cur Chriſtum jam vivum Apoſtoli, & infantem Stella prædicarit, reſpondet *rationis ordinem poſtulaſſe, ut & loquentem iam Dominum loquentes nobis Prædicatores innoteſcerent: & needum loquentem elementa muta* (Græcè ἄλογα) *prædicarent.* Et poſteà, *Hunc quem Dominum omnia inſenſibilia elementa ſenſerunt, adhuc infidelium Iudæorum corda Deum eſſe minimè cognoſcunt*: Ecce Gregorio teſte, Rationalitas, quæ eſt differentia Hominis, etiam convenit Angelo: Irrationalitas, quæ eſt differentia brutorum, convenit Elementis, quæ Græcè ἄλογα *muta* ſeu *irrationalia* dicuntur: & Inſenſibilitas, quæ eſt differentia quæ plantas cõſtituit, etiã pertinet ad Elementa.

An elementa ſint aloga ſeu irrationalia? An ſint inſenſibilia?

An homines genere proximo conveniamus cum equis?

Hinc eſt quod aliqui dedignentur genere convenire cum Equo, & malint aliunde ad Hominis ſpeciem deſcendere: ſic enim Categoriam delineant;

SUBSTANTIA.

- Infinita.
- Finita.
  - Immaterialis.
    - Carens corpore; ut Angelus
    - Habens corpus: ut Homo.
  - Materialis.
    - Non vivens
    - Vivens.
      - Inſenſibilis.
      - Senſibilis.

An corporeitas ſit ſimul genus & differentia? Reſolutio aſſerens firmatur exemplis Grammaticis.

Ecce ratio corporis, ſi agatur de ſubſtantiâ materiali, genus eſt, ſi de Immateriali, differentia: ergo una & eadem formalitas in unâ ſerie genus, & in alia differentia eſſe poterit. Conſiderabo igitur Aſſertiones ſequentes.

Nulla litera eſt neceſſario prima.

PRIMA: *Nulla littera eſt in toto Abecedario, quæ neceſſariò petat primum locum in dictione formandâ, nulla, quæ neceſſariò ſecundum*: &c. *Quæcumque poteſt eſſe prima, & quæcumque eſt indifferens ut per quamcumque contrahatur.* Cæterùm ex ſuppoſitione, quòd Latinè loqui velimus, nec poſſunt quattor conſonantes ante primam vocalem concurrere, nec dictionem incipere Pſ, Mr, St. &c.

CCXCIII.
Nulla dictio eſt neceſſariò prima. Neceſſitas ex ſuppoſi-

SECUNDA: *Nulla dictio eſt in toto Lexico, quæ neceſſariò petat in oratione primum locum, nulla, quæ neceſſariò ſecundum &c. Quæcumque poteſt eſſe prima, & eſt indifferens, ut per quãcumq; loco ſecundo poſitam limitetur.* Cæterùm ex ſuppoſitione quòd carmina Heroicâ modulari velimus, incapax eſt primi loci omnis dictio quæ habeat primam ſyllabam brevem; incapax ſecundi, tertij; &c. quæ pedes & numeros in regulis poſtulatos non compleat. Sed etiam ſtando carminum legibus, multæ eſſe poterunt commutationes vocum, ut patet in verſu ſequenti.

Tot tibi ſunt Virgo dotes, quot ſydera cælo.

in quo ſupra millenas dant Behuſius & Ericius Puteanꝰ. Sed cõſideremꝰ aliud carmẽ: videlicet

Dogmata quot ſcripſit, tot fecit thaumata Thomas.

in quo nulla eſt dictio, quæ non poſſit eſſe prima, nulla, quæ non poſſit eſſe ſecunda: Et hoc ipſum demõſtro, lineas ſequentes ſubſcribẽdo.

Dogmata quot ſcripſit, tot fecit thaumata Thomas.
Quot ſcripſit Thomas, tot dogmata thaumata fecit.
Scripſit dogmata tot, quot fecit thaumata Thomas.
Tot fecit, ſcripſit quot dogmata, thaumata Thomas
Fecit thaumata tot Thomas, quot dogmata ſcripſit.
Thaumata tot fecit Thomas, quot dogmata ſcripſit.
Thomas ſcripſit dogmata tot, quot thaumata fecit. &c

CCXCIV.
An ſingulæ dictiones carminis poſſint reponi in primum locũ?

Ecce ſingulæ dictiones ſine jacturâ carminis aut ſenſûs fuerunt primæ; & poterunt ſingulæ eſſe ſecundæ aut tertiæ, ſi aliter eas diſponere & ordinare placeat. Hæc igitur, cùm ita ſint, in quã legem bonæ Philoſophiæ evidenter impinget hæcЕтheſis:

An nulla formalitas poſtulet locum determinatum in compoſitione Metaphyſicâ?

NIMIRUM, *Nulla eſt formalitas in toto poſſibiliũ & intelligibilium theſauro, quæ neceſſariò poſtulet primũ locũ in creaturâ formanda: nulla, quæ poſtulet neceſſariò ſecundum;* &c. *Quæcumq; poteſt eſſe prima, & quæcumq; eſt indifferens, ut per quamcumq; contrahatur?* Erit eorrà comunẽ Philoſophorũ torrẽte, ut nõ erit omninò improbabilis, nec omninò carebit authoribus, qui illã defendant: Multi enim Veteres in hanc opinionẽ inclinãt: imò illam expreſsè propugnant multi Iuniores ſatis docti, inter quos Arriaga *Tractatu de Angelis diſp.* 11 *ſect.* 8. *ſubſect.* 2 *nu.* 65. *pag.* 170. aſſerit Angelũ poſſe diſcurrere: & Tannetu *q.* 3. *dub.* 8. obiicienti, q; ſi Angelus poſſet diſcurrere, ſequeretur *Rationale*, ſeu *Diſcurſivũ* quæ eſt ultima & ꝓpria differentia hominis, eſſe etiã commune Angelo: quod eſt abſurdum; quoniã duo genera diverſa nõ poſſunt unâ & eâdẽ differẽtiã cõtrahi: reſpondet [concedendo ſequelã, negãdo verò in eâ ullum eſſe abſurdũ. Ad probationẽ negat duo genera nõ poſſe habere eaſdẽ omninò differentias. Et, ut id ſuadeat, ait, eſſe manifeſtũ animal rectè dividi nõ ſolũ per rationale, ſed etiam per intellectivũ, hoc modo, *Animal aliud eſt intellectivum, & aliud non intellectivum.* Et tamen ratio intellectivi in omni ſententia eſt cõmunis Deo, Angelo & Homini: qui ſunt ſub diverſis generibꝰ. Itẽ *Cognoſcitivũ* & nõ cognoſcitivũ: omne enim Senſitivũ eſt cognoſcitivũ: unde mutatis terminis Senſitivi in Cognoſcitivum tradi poteſt ea diviſio: eadẽ autẽ differentia eſt contractiva Subſtantiæ ut ſic, benè enim Subſtãtia in cognoſcitivã & non cognoſcitivã dividitur. Quod ſi admittatur (& admitti debere exiſtimat) eſſe poſſibilẽ ſubſtantiã materialẽ intellectivã, ait debere neceſſariò cõcedi formalitatẽ Intellectivi eſſe differentiã & Entis materialis, & ſubſtantiæ ut ſic: & probat, quia eiſt differentiæ ſi ot eadẽ, dũ coniungũtur cũ diverſis generibus, conſtituunt diverſas ſpecies: nec eſt ratio cur duæ ſpecies debeãt & in genere & in differẽtiã eſſe diſſimiles, & nõ ſufficiat ſi in uno ex illis (nimirùm, vel in genere tantũ, vel in differẽtiã tãtũ) differãt.] Sic diſcurrit Arriaga: q; poſſet retinere ſententiã, & ſaltẽ corrigere labiũ: repugnat n. duas ſpecies differre genere & cõvenire dif-

An rationalitas communis ſit homini & angelo? An ratio intellectivi ſit differẽtia communis Deo, Angelo, & Homini? An poſſibilis ſit ſubſtantia materialis intellectiva? An duæ res poſſint convenire differentia & differre genere?

ferentiâ: quia illa formalitas in quâ illæ conveniunt *genus* dicitur, & in quâ diſtant, *differentia*.

ARTICVLVS V.

De Iudicio.

CCXCV. *Indicium triplex: mentale, vocale, & ſcriptum.*

PRopoſitiones, aliæ ſunt Vocales aut Scriptæ, aliæ Mentales: priores illæ non indigent explicatione: aut enim ſunt purè grammaticæ, aut non multum à grammaticis diſtant: & hanc ob rem ad mentales convertam mentis oculos, & de illis diſſeram, omittendo quæſtiones, quæ Vocales aut Scriptas concernunt, & Mentales non tangunt. Tales ſunt, quæ de Æquipollentiâ, aut etiam Converſione moventur: illa enim eſt vocum quædam æquivalentiâ qualis repetitur inter *Nullus* & *Omnis non*, *Aliquis* & *Nonnullus*, &c. hæc autem eſt quædam terminorum translatio, ſive locorum commutatio, quando videlicet primus terminus tranſit in ultimum & contrà, ut cùm dicimus, *Homo eſt animal*, *Ergo animal eſt homo*. *Leo eſt ſenſibilis*, *Erge aliquod ſenſibile eſt Leo.*

De Æquipollentiâ & Converſione actum eſt mediatione ſecunda articulo primo: & qua ibi poſita, videtur omninò ſufficere.

Fundamentum Grammaticum.

Propoſitio duplex: ſimplex, compoſita.

SIve linguam, ſive calamum placeat conſulere, dantur propoſitiones ſimplices & compoſitæ. Compoſitæ ſunt hæ, *Petrus eſt bonus*, *Ioannes eſt homicida* &c. Simplices ſunt plurimæ reſponſiones; quoniam, ſi interroganti Petro, An Romam viderim? reſpondeam, *Non*. hæc vocula erit integra propoſitio; huic *Ego non vidi Romam*, æquivalens. In locis Hiſpaniæ maritimis vigiles, qui in ſpeculis ſunt, igne & fumo ſuos admonent; & ibi juxta Lexicon militare, ignis nocturno tempore, fumus diurno ſigna ſimplicia ſunt, huic tamen propoſitioni æquivalentia, *Adſunt hoſtiles naves.* Ergo ſicut illud ſignum viſibile ſignificat integram propoſitionem, ſic convenerunt homines in iudicijs, ut calculus niger, *Ego illum condemno*, ſignificet; & candidus, *Ego illum abſolvo*. Sic hodie ſuffragari ſolemus: veteres utebantur litteris A & C. quod recidit omnino in idem.

An unica dictio integra propoſitio ſit?

An calculi, aut litteræ ſint integra propoſitiones?

An ignis aut fumus ſint propoſitiones?

CCXCVI. *Ciphra militares.*

IN Germaniâ & tempore turbato hæc ſcribimus, & proderit notas (*ciphras* dicimus) addere, quibus, aut ſimilibus, uti ſolemus.

♈ *Pedites mittam ad vos.*
♉ *Equites mittam ad vos.*
♊ *Pedites mittite ad me*
♋ *Equites mittite ad me.*
♌ *Caremus grano.*
♍ *Caremus vino.*
♎ *Caremus ſale.*
♏ *Rex adeſt in caſtris.* &c.

Veres Steganographica.

Ecce notas ſimplices pro ſcribendis arcanis epiſtolis, quibus in linguâ poſſent iſtæ, *Sa*, *Se*, *Si*, *So*, *Su*, aut aliæ ſimiles correſpondere. Huc ſpectant etiam interiectiones omnes aut ferè; multæ enim monoſyllabæ ſunt, & duabus aut etiam pluribus propoſitionibus æquipollentes. Omnes dolentis (quales ſunt *heu! ah! hei! hui!* &c.) videntur æquivalere his, *Ego crucior*, *Ego doleo*, *Ego angor*, &c. omnes faſtidientis (quales ſunt, *Ohe. Oha.* &c.) videntur æquipollere iſtis, *Ne obtundas mihi caput. Ne ſis mihi moleſtus.* &c. Et tandem omnes contemnentis (& inter ipſas Germanica illa *Trutz*, quam paucis verbis explicare non poſſis) his, *Non te moror*, *non te curo*, *accede & experieris vires meas*, &c.

An interiectiones univerſè ſint integra propoſitiones?

Parallelon Metalogicum.

An Iudicia mentalia ſint ſimplicia?

ALij putant propoſitiones mentales eſſe compoſitas & Vocalibus ſimiles, alij eſſe ſimplices & ſimiles literarum compendiis. Si libeat ſubſcribere primæ ſententiæ, hæc propoſitio mentalis *Rex adeſt in caſtris*, eſt compoſita: Si ſecundæ, eſt ſimplex, partiũ entitativarum expers, & ſimilis characteri ♏ qui apud Aſtrologos *Scorpio* dicitur, & tempore belli, ut vidimus, huic toti propoſitioni, *Rex adeſt in caſtris*, æquivaluit.

Nota militaris.

CCXCVII. *Quaſtio proponitur.*

QUærunt Philoſophi, *An Propoſitio, ſi ſit ſimplex realiter, ſit compoſita ſaltem formaliter, ita ut in eâdem ſimplici realitate reperiamus plures formalitates ex naturâ rei, aut ratione ratiocinatâ differentes, quarum prima ſubiecto, ſecunda copula, & tertia reſpondeat*

deat prædicato? Affirmant multi, contra quos facili negotio me expedio.

Interrogot, *An Fridericus mihi fuerit loquutus?* & reſpondeo *Sic.* & meam ipſam reſponſionem recognoſcens affirmo, illam ſimplicem ſyllabam æquivaleri toti huic Propoſitioni, *Fridericus fuit mihi loquutus.* Sed quia illa ſyllaba eſt realiter ſimplex. interrogas, An ſit compoſita formaliter? Reſpondeo totam illam ſyllabam toti propoſitioni, & totam cuilibet propoſitionis parti correſpondere: non enim debet dividi in tres formalitates; videlicet S. I. & C. ita ut S. ſubjectum, I. copulam; & C. prædicatum ſignificet. Ergo de mentali propoſitione pariformiter philoſophabor. Si ſimplex qualitas illa ſit, non erit diviſibilis formaliter objectivè, nec habebit tres (aut plures) formalitates Subjecto, Prædicato & Copulæ correſpondentes: ſed tota mentalis propoſitio toti propoſitioni vocali, & tota cuilibet ejus parti correſpondebit.

Reſolvitur & Grammatico exemplo reſolutio firmatur.

ARTICVLVS VI.

De Diſcurſu.

Quid ſit Diſcurſus?

ARgumentatio *eſt oratio, in qua quibuſdam poſitis aliquid aliud ſequitur neceſſariò, hoc ipſo quòd illa poſita ſint.* Sic nonnulli ſyllogiſmum definiunt; at hæc definitio omni omninò Argumentationi convenire videtur, quia in omni aliqua tacitè aut expreſsè præmittuntur, è quibus conſequentia naſcitur. Differt à judicio, quidquid Recentiores occlament, & poterit præjudiciis Grãmaticis dilucidari; qui enim altioribus exẽplis ſunt uſi, rei obſcuræ tenebras addiderunt.

Fundamentum Grammaticum.

CCXCVIII *Literarum compẽdia: quæ dicimus abbreviationes.*

DUm hodie iſtam tabulam legerem, nonnullas dictiones ſubduxi, quæ conſtabant notabili characterum ſerie, quæ indigebant examine. Illæ erant.

Pſe. Maſrp. Tſin. &c. *Bonus, Malus, &c.*
Reſp. Animaltb. Deus Opt. Max. &c. *Eminẽntiſſ.* &c.
Illuſt[mus] *Dnus. forlter, &c.*

eaſdem recognoſco, & de ſingulis hanc cenſuram adjungo.

Ex aliquibus ſyllabis in lingua Latina nihil ſequitur: & ex aliis aliquid ſequitur.

Ex *Pſe*, & ex *Maſrp.* & ex *Tſin.* in lingua Latina nihil ſequitur, quia non ſunt vocum Latinarum initia. *Bonus* & *Malus* non poſtulant ut addatur litera, imò poſtulant ne addatur ulla, quoniam ſunt dictiones completæ, & tranſirent in barbaras, ſi illis quidpiam adcreſceret; quoniam *Bonuſa*, aut *Maluſa* v.gr. non ſunt voces Latinæ. *Vix eſt pronunciatio tam dura & inſolens Lingua Latina quæ in alia lingua culta, aut ſaltem barbarâ non habeat locum*

Ex litteris *Reſp.* aliæ neceſſariò ſequuntur: videlicet *ublica*, legitur enim *Reſpublica.* Sic etiam ex litteris *Deus. Opt. Max.* in quibus *Deus Optimus Maximus* legitur.

Illatio duplex.

Aliquando ſunt litteræ determinatæ, quæ ſequuntur, & aliquando duobus vel tribus modis diverſis dictio claudiruṙ. Cùm ſcribo *ſermonib.* jubeo ſubintelligi *us*, ut tota dictio ſit *ſermonibus.* At verò cùm ſcribo *Cic.* unum ex caſibus nominis ſubintelligi volo, quem cæteræ dictiones exigunt? In hac linea, *Sequar ſententiam Cic. nam Cic. Philoſophus nobiliſſimus eſt*: bis reperitur *Cic.* & in priori loco legi debebit *Ciceronis*, in poſteriori verò *Cicero.*

Complementum in medio.

Sicut aliquæ literæ poſtulant aliquas addi ſub finem, ſic aliquæ aliquas addi ſub medium.

Huc pertinent multa vocum compendia, ſcribimus enim *mlr. forlr. pr. reſpr.* &c. & legimus, *materialiter, formaliter, probatur, reſpondetur*, &c.

Dialectica his notitiis juvabitur.

MUlta de litterarum compendiis dixi alibi: hic non indigeo multis; ſufficit enim aliqua produxiſſe, ut aliquibus præjudiciis intellectum expediam, ſine quibus pateretur veritas præjudicium. Sicut de Vocibus & Scripturis, ſic de actibus mentis poterimus philoſophari, & ſi aliter diſcurrere placeat, etiam nos ducent voces & ſcripturæ. Ergo mentem calamo & linguæ attemperemus.

Parallelon Metalogicum.

SUnt aliquæ Propoſitiones, ex quibus nihil ſequitur in Bona Dialectica, nam ex his duabus CCXCIX.

Sunt nonnullæ propoſitiones ſteriles, quæ nullã conſequentiam inferunt.

Sol Arietem ingreditur: &

Baculus eſt in angulo:

nulla bona conſequentia deducitur.

Sunt nonnullæ Propoſitiones, quæ unicam conſequentiam neceſſariò deducunt. Et ejuſmodi ſunt præmiſſæ, quæ inveniuntur in modis *Feſeſomorum, Feſtino, Baroco, Felapto,* & *Feriſon:* quoniam ex his præmiſſis v.gr.

Modi indirecti.

Sunt nonnullæ, quæ unicam.

Aliquod vivens eſt ſubſtantia,

Nullum corpus cæleſte eſt vivens.

hæc ſola conſequentia deducitur: videlicet

Ergo aliqua ſubſtantia non eſt corpus cæleſte,

Sunt etiam aliæ præmiſſæ, è quibus variæ inferuntur conſequentiæ, ut

Sunt, quæ binas.

Omnis homo eſt animal:

Omnis Theologiæ Doctor eſt homo.

Diſcrimen inter Barbara & Baralipton.

ex illis enim *Barbara* infert hanc conſequentiam directam,

Ergo omnis Theologiæ Doctor eſt animal.

& hanc indirectam *Baralipton.*

Ergo aliquod animal eſt Doctor Theologiæ.

De Submodis & Conſequentiis ſecundariis agetur in Logica Vocali part. 4. art. 6.

Et hæc dicta ſint, quin ad ſubmodos & concluſiones ſecundarias veniamus.

Quando ex duabus præmiſſis concluſio neceſſariò deducitur, ſi cætera adſint, argumentatio dicitur *Syllogiſmus:* at quando inter unam præmiſſam & concluſionem ſubintelligitur altera præmiſſa, argumentatio dicitur *Enthymema.* Pono exemplum.

Quid Syllogiſmus: quid Enthymema ſit?

Omnis homo conſtat corpore & anima;

Ergo & Chriſtus.

& ajo eſſe conſequentiam legitimam in Darii, quia inter has duas propoſitiones ſubintelligitur hæc,

Chriſtus eſt homo.

quâ interpoſitâ erit ſyllogiſmus completus.

CCC. *Grammatica exponitur analogica.*

VT igitur omnia ad compendium reducam, ſicut dantur ſyllabæ, quæ non poſſunt Latinè compleri: ſic etiam dantur propoſitionum aggregata, quæ non ſunt Logica (hoc eſt, juxta leges Logicæ conformata) & nullam propoſitionem inferunt. Et ſicut dantur dictiones integræ, quæ, ſi quidpiam addas, fient barbaræ: ſic etiam dantur argumentationes aliquæ completæ, quæ illegitimæ evadent, ſi quidpiam adjungere velis. Et ſicut ſunt litteræ, quibus poſitis aliæ neceſſariò ſequuntur: ſic etiam propoſitiones ſunt, quibus præmiſſis debet alia neceſſariò ſubjungi, quæ vocatur concluſio: alia inquam vel ſimplex, vel multiplex: nam aliquando unica cõſequetia, & aliquando binæ aut ternæ inferũtur. Et tandẽ ſicut poſitis litteris priorib⁹ & poſterioribus ſubintelligi ſolent intermediæ, ſic etiam ſunt aliquæ argumentationes (quæ nominantur Enthymemata) in quibus ſubintelligitur alterum antecedens.

Poſitiones ſteriles.

Argumentationes completæ.

Sunt poſitiones, quæ alias inferunt.

Enthymemata.

Recognovi igitur præcipua Dialecticæ capita, & illuſtravi totam aut ferè Logicam & Metalogicam inſtructus notitiis Grammaticis (ſunt claræ, certæ & faciles) quio per ſcientias altiores & ignotas invectus, poſt Herculeos labores cogerer præcipuas difficultates ignorare.

MEDITATIO III.

METAPHYSICA.

CCCI. *Quid ſit Metaphyſica?*

VLtra metas Phyſicas eſt alia ſcientia nobilior eminentiorque, quam Græci vocant *Metaphyſicen,* quæ contemplatur Ens, & ſub illo omnia Prædicamenta. Hanc alii à cœlis & ſyderibus eruunt, alii ab oceani abyſſis, alii à terræ viſceribus: hanc enim hodie non in quinque Peripatetici Mundi Elementis, (terrâ, Aquâ,

Unde eruenda?

aquâ,aëre,igne,æthere)ſed inprimis eruditionis Elementis (litteris & characteribus) inveſtigabimus:imò quam alibi quærimus nec invenîmus, in Abecedario reperiemus, ſi illum debitâ attentione inſpiciamus.

ARTICVLVS I.

De Diviſione Entis in Subſtantiam, Accidens, & Modum.

An veteres cognoverint Modos? *An dentur Modi.*

AD duas Antiqui claſſes,creatas&creabiles,omnes formalitates & realitates reduxerunt : in aliâ poſuerunt ſubſtantias,& in aliâ Accidentia ; videntur Modos non cognoviſſe,quia de his Entitatibus nihil dixerunt. Illos etiamnum negant multi:alii ita Quantitatem & Qualitatem explicant, ut à Modis vix differant; & alii dum Modos nimiâ perfectione donent, illos cum accidentibus (aut etiam Subſtantiâ) confundunt. Arduum erit ſingularum generum (Subſtantiæ, Accidentis & Modi) eſſentiam & ingenium exponere ; nos poterunt ſequentia præjudicia juvare. *An quantitas & qualitas ſint modi?*

Fundamentum Grammaticum.

CCCII. *Litterarũ diviſio.* LItteræ ad claſſes duas reduci debent:aliæ enim ſunt ſubſtantiales, aliæ non-ſubſtantiales (illas Grammatici *Vocales*,has *Conſonantes* vocant,)littera ſubſtantialis eſt littera exiſtens per ſe , quæ ſola poteſt pronuntiari, ſola exiſtere : quales ſunt A E I O U Y. Littera non ſubſtantialis,non eſt vera littera, non ſonat ſed conſonat , non eſt,ſed coeſt. Sola enim ſine vocali ſonate & pronuntiari nequit. Subdividuntur litteræ non ſubſtantiales in Accidentales & Modales, illæ ſunt quæ aliàs *Semivocales* vocantur,& difficulter ſine vocali ſonate valent:iſtæ ſunt , quæ aliàs *Mutæ* dicuntur & ſine vocalium conſortio nullatenùs ſonare poſſunt. Sunt igitur Litteræ Accidentales ſeu Semivocales F. L. M. N. S. X. Z: Modales ſeu Mutæ B.C.D.G.K.P.Q.T. *Quid ſit vocalis: & quid Conſonans?* *Littera Subſtantiales, Accidentales & Modales*

CCCIII. *An Grammatici conveniant inter ſe?* TAmetſi ſinguli Grammatici velint proprias opiniones habere, & ſuccurrant quæſtiones graviſſimæ in re tenui,videntur plerique nihilominùs in hâc literarum diviſione & ſubdiviſione convenire.

Litteræ.
- *Vocales ſunt ſex:* a, e, i, o, u, y. *ex quibus ſiunt diphthongi ſex: videlicet*, æ,au,ei, œ, eu, yi.
- *Conſonantes ſunt ſedecim.*
  - *Semivocales liquidæ ſunt* l, m, n, r.
  - *Semivocales ſolidæ ſeu firmæ.* F & S.
  - *Duplices ſunt* X & Z.
  - *Mutæ* b. c. d, g. k. p. q. t.

Monui circa litterarum diviſionem varias eſſe Grammaticorum opiniones ; ſive enim agamus de claſſibus,ſive de Litteris quæ ad ſingulas debent reduci, ſemper inveniemus inter veteres & juniores diſſidia. Nam,ſi quæram, exempli gratiâ,utrum F.ſit littera ſemivocalis? videbo Priſcianum refragari; & aſſerere Terentianum , Probum , Phocam , Donatum, Diomedem & Servium : quos jam Deſpauterius , Verrepæus , & multi alii Præceptores Grammaticæ paſſim ſequuntur. *An F ſit littera ſemivocalis*

Ut ex ſolo litteræ nomine ejuſdem ſpeciem cognoſcas , hoc obſerva Vocalium nomina ſunt monogrammata:videlicet *a. e. i. o. u. y.* Conſonantium digrammata ; incipiuntque à vocali , ſi ſint ſemivocalium ; *el* , *em* , *en*, *er* , &c. ſi mutarum , à conſonâ , ut *be* , *ce*, *de*,&c. *Quo modo claſſes litterarum dignoſcantur.*

Parallelun Metalogicum.

Rerum poſſibilium diviſio. PErfectiones poſſibiles ad claſſes duas reduci debent : aliæ enim ſunt ſubſtantiales,& aliæ non ſubſtantiales. Perfectio ſubſtannialis ſi completa ſit,nominatur ſubſtantia , & eſt perfectio exiſtens per ſe,quæ ſola poteſt creari , ſola exiſtere : quales ſunt Lapides Arbores , Animantes , Homines, &c. Perfectio non ſubſtantialis non eſt verè perfectio , aut ens, ſed eſt entis ens , & perfectionis perfectio : non creatur , ſed concreatur , non eſt , ſed coeſt : præſcindendo enim à miraculo , & ſtando communibus *Ens triplex Subſtãtia, Accidens, Modus.*

natu-

naturæ legibus , ſola ſine ſubſtantiâ nec creari , nec exiſtere poteſt. Subdividuntur non ſubſtantiales perfectiones in Accidentales & Modales, illæ ſunt, quæ difficulter, hoc eſt, miraculosè; iſtæ, quæ ne quidem miraculosè ſine ſubſtantia creari vel eſſe poſſunt. Sunt igitur in multorum ſententiâ Accidentales perfectiones Magnitudo (ſeu Quantitas) & Qualitas: Modales Relatio, Actio, Paſſio, Duratio, Ubicatio, Situatio, &c. *An modi & accidentia eſſe ſi ſubjecto poſſint?*

CCCIV. ECce Prædicamenta & Subſtantiæ ab Accidentibus diſtinctionem obſcuram quidem & difficilem , nos docuit breviter Abecedarius: Sed quia multa ſunt, quæ nobis valdè ignota, ut illa penetrare poſſimus , Abecedarium iterùm recognoſcamus.

Analogia literarum & rerum. Diximus litteras alias eſſe Vocales , & alias Conſonantes; harumque alias eſſe Semivocales & alias Mutas. Modò autem addimus Subſtantias eſſe ſimiles Vocalibus : & Modos Mutis: ut enim vidimus, exacta analogia ſervatur. Conſidera definitiones ſubſequentes. *Vocalis eſt litera per ſe ſonans. Subſtantia eſt ens per ſe exiſtens:* aut ut alii loquuntur *Ens per ſe.* Deinde: *Conſonans non ſonat, ſed conſonat : & Accidentia & Modi non exiſtunt per ſe , ſed coexiſtunt; non creantur, ſed concreantur.* Prætereà, *Semivocalis difficulter ſine vocali ſonat. Accidens eſt ſemiſubſtantialis entitas, & difficulter (hoc eſt, non naturaliter, ſed miraculosè ſic enim illam vocem intelligo) exiſtit.* Et tandem *Muta eſt litera, quæ nullo modo ſine vocali poteſt ſonare:* & *Modus eſt realitas, quæ nullo modo (naturali aut miraculosè) poteſt exiſtere ſine Subiecto.* Ut omnia & ſingula meliùs intelligas, conſidera Paradigma ſubſequens.

ENS
- *Exiſtens per ſe. Subſtantia. Et quidem Subſtantiæ materiales ſunt multæ, & inter ipſas præcipuæ ſex,* Cæli, Elementa, Corpora inanima, Plantæ, Animantes, Homines.
- *Exiſtens in alio, coexiſtens, comproductum, concreatum.* &c.
  - *Accidens : quod eſt quaſi ſemiſubſtantia.*
  - *Modus : qui opponitur omninò ſubſtantia.*

Si inquirat aliquis , quænam prædicamenta accidentalia ſint, quænam modalia, non facilè reſpondere potero: ſtemus igitur probabiliſſimæ ſententiæ, & Accidens in Quantitatem & Qualitatem ; & Modum in extera Prædicamenta dividamus. *Quænam prædicamenta modalia, quænam accidentalia ſunt?*

ARTICULUS II.

De Prædicamento Subſtantiæ: & præcipuè de compoſitione phyſicâ Materiæ & Formæ.

CCCV. *An dentur ſubſtantiales formæ?* SI non eſſet Anima rationalis, (hanc enim eſſe corporis humani formam certum eſt) poſſet abſolutè negari phyſica compoſitio Subſtantiæ : imò non obſtante argumento quod ab animo rationali deſumitur , multi hodie aſſerunt ſubſtantias omnes materiales & præcipuè inanimas , eſſe phyſicè ſimplices, ac formâ ſubſtantiali carere. Cæterùm, quia Peripatetici (Thomiſtæ, Scotiſtæ , Nominales) phyſicam compoſitionem etiam in ſubſtantiâ purè materiali concedunt, de *Materiâ* & *Formâ*, & *Toto*, quod illis conſtat, diſputabo. *An detur in rebus materia?*

Fundamentum Grammaticum.

Vocales, alia ſimplices, alia compoſita. VOcales, ſeu ſubſtantiales Litteræ aliàs reperiuntur ſeorſim, & ſolitariè componunt ſyllabam; aliàs ſe comitantur & in diphthongos coëunt. Simplices litteræ ſunt A. E. I. O. U. Y. ut diximus: Diphthongi autem, Æ, AU, EU, OE; quibus nonnulli addunt Ei, & Ui. Græci & Barbari plures habent diphthongos, ſed Latinas propoſuiſſe ſufficiat. *Alia linguæ plures diphthongos habent.*

CCCVI. *An in diphthongis æ & œ duæ vocales ſonent.* VOlunt Grammatici *a* & *æ* ut omittam Græcorum *ει* & *οι*) eſſe diphthongos & in illis ſonare duas vocales: at hodie (quidquid de Veterum ſit linguâ) exiſtimo diphthongos non eſſe. Verrepæus *libr. 5. Grammatica claſſ. 1. cap. 6.* [In *a* & *æ* pronuntiatio veterum nobis interiit , nec nobis quidquam relictum præter duarum vocalium ſcri- *An ſciamus diphthongos pronunciare?*

ſcripturam: nam *a* & *o* ſupprimuntur, & profertur *e*, ut *Caſar*, *Craſus*.] Quam obrem, cùm videam in rebus ſenſui obnoxiis tot errores cōmitti, incipiā meritò ſuſpicari multos in rebus ſenſui obſcuris obtinuiſſe, & magnâ cōtumaciâ & proterviâ à Philoſophis noſtris propugnari.

Parallelum Metaphyſicum.

Subſtantialium perfectionum Syntaxis.

PErfectiones ſubſtantiales aliquando ſolitariè ponuntur; aliquando binæ, ternæ, quaternæ, &c. nam præſcindendo ab exiſtentia, rationem meram Entitatis ſeu Corporis in Lapide Viri docti reperiunt: Corporis & Vitæ in Planta: Corporis vitæ & Senſûs in Bruto: Corporis, Vitæ, Senſûs & Rationis in Homine.

Lapis, Planta, Brutum, Homo.

CCCVII. *De Connexione ſubſtantiæ & accidentiũ*

SI dicta benè intelligas, adnorato nullam eſſe hodie in mundu ſubſtantiam creatam, quæ omni acci denti careat; & quia controvertitur, *Vtrùm Deus de potentia abſoluta poſſit eam omni accidenti exuere?* nos majoris clari atis gratiâ aſſerenti opinioni ſubſcribimus. Accidentia ſuæ naturæ & ingenio relicta non poſſunt aliter exiſtere, quam in ſubſtantia, cui inſunt; eorum enim eſſe eſt ineſſe, & inhærendo exiſtunt; at ipſa miraculosè extra ſubjectum conſervantur. Modi autem eſſentialiter à ſubjectis dependent, ſine quibus nec divinitùs poterunt conſervari. At ſubſtantiæ ſunt Entia per ſe, & poſſunt ſine accidentibus exiſtere.

De dependentia accidentium à ſubſtantia.
De dependentia modorum à ſubjectis.

An dentur ſimplices ſubſtantiæ? & quæ illæ ſint?

Sicut dantur Vocales ſimplices, ſic etiam ſimplices ſubſtantiæ: tales ſunt cœli in multorum ſententiâ: talia ſunt elementa, metalla, lapides, &c. ſi credimus Carteſio & aliis.

Subſtantia completa, ſeu compoſita.

Ex duabus ſubſtantialibus litteris ſeu Vocalibus componitur diphthongus, & ex duabus partialibus ſubſtantiis (materiâ & formâ) coaleſcit ſubſtantia completa: qualia ſunt omnia corpora in opinione Thomiſtarum.

An dentur in eodem compoſito plures formæ ſubordinatæ?

Galli & alii etiam populi tres aut plures litteras ſubſtantiales (Vocales) connectunt, ut unicam ſyllabam faciant; & lucem præbent Scotiſtarum opinioni, quæ in homine tres ſubſtantias partiales (materiam primam, formam corporeitatis, & animam rationalem) admittit: imò etiam Platonicorum redivivæ ſententiæ, quæ tot Formas ſubſtantiales enumerat, quot ſunt prædicata eſſentialia.

N O T A.

IN diphthongis Æ, & OE, aliquem errorem latere ſuſpicatus ſum; & ſententiam meam protuli: ſed quia obtinet opinio oppoſita, ne dicamus univerſos errare, urbani ſimus, & quidquid hac in parte poſtulent condonemus. Sunto diphthongi hi characteres *æ*, *œ*, & me juvent, ut aliquid altiùs exponam.

De corporis & animæ compoſitione.

Quærebant veteres, *An ne homo ex corpore & anima componeretur?* putarunt enim multi præter corpus nihil in illo reperiri: ſi enim aliquid eſſet aliud, videretur, aut ſaltem ſenſu alio perciperetur. At dicimus Hominem è duabus partialibus ſubſtantiis, alterâ viſibili & alterâ inviſibili componi: corpus enim ſenſu percipitur, & anima ſpiritualis eſt. Nec hoc mirum videbitur, harum diphthongorum *æ*, & *œ* naturam ingeniumque conſideranti: diphthongi ſunt, hoc eſt, duplices voces: nec tamen utraque aure percipitur: *a* enim in primâ, & *o* in ſecundâ non audiuntur, cùm proferuntur, ſed cùm ſcribuntur, videntur: fatemur autem illas vocales ibi eſſe, quia quos ſenſus hebetior (auris) non aſſequitur, ſenſus nobilior (viſus) percipit. Ergo & fatebimur præter corpora eſſe in hominibus ſpirituales & immortales animas, quas enim potentiæ ignobiliores (ſenſitivæ nimirùm) non percipiunt, has ipſas potentia nobilior (intellectus) naturali lumine illuſtrata rimatur, & Fidei lumine elevata ſecuriſſimè aſſequitur.

Corpus viſibile, & anima inviſibilis eſt.

Eſſe præter corpora animas & ratione & revelatione convincitur.

ARTICULUS III.

De Prædicamento Quantitatis & Qualitatis.

CCCVIII. *Clariores ſententiæ ſunt meliores.*

NOn proderit per ſenticeta diverſarum opinionum vagari, & Authorum placita ad examen reducere: clariorem potiùs eligamus ſententiam, & juxta eiuſdem dogmata diſcuttamus. Ponamus igitur Quantitatem dare partes Materiæ, & alia attributa Qualitatem addamus: & omnes relationes Modos eſſe: & hâc doctrinâ, (quæ probabiliſſima eſt, & à multis admiſſa) ſuppoſitâ, ad litterarum contemplationem redeamus.

De Quantitate, Qualitate, & aliis accidentibus.

rum distinguitur, & modò instituimus Metaphysicam parallelam Grammaticæ. Assumptum probo: Dictio *Magnus*, sequente vocali est trochæa; sequente consonante spondea: Ergo illud *us* non habet à se magnitudinem; si enim non sequatur alia consonans, erit breve; &, si sequatur, longum. Ergo quantitatis ratio formalis realiter ab illo *us* distinguitur: patet, quia à dictione *Magnus*, quæcunque sequatur, distinguitur.

Continuum ante divisionem habet actuales partes.

Ad secundum contra Peripateticos, quantitatem continuam habere partes actualiter distinctas, assero. nam si *ω* est idem quod *οο* & *η* idem quod *εε*, vel *ει*, vel *αι*, syllabam longam habere actuales partes certum est.

De rarefactione. Omnes hi modi sunt probabiles.

Sed quomodo fit Rarefactio? An introductione corpusculorum, aut additione novæ materiæ? an potiùs accedente aliquo extrinseco accidenti?

Hoc ultimum videtur probabilius, & nostris fundamentis conformius: quoniam in isto carmine,

Doctus erat Phœbus, doctus Linus, aptus uterque.

primum *us* est breve, secundum longum: & hoc augmentum habet à sequentis dictionis primâ literâ quæ consonans est, & à prioris syllabæ litteris distincta realiter. Ergo quantitas physica superveniente aliquo accidente, aut, ut alij malunt, modo; aut si velis, alterutro, crescit seu rarefit.

Continuum ab agente creato non dividitur in infinitum.

Ad tertium respondebo hoc dubium bifariam posse intelligi: aut enim agitur de causâ primâ aut de causis secundis. Si de primâ, nihil volo resolvere; quoniam Infinitæ potentiæ leges ponerem imprudentissimè. Id Theologi examinent (ante ego etiam, cùm Theologica tractem, modò secundum leges naturæ discurramus. Et quid dicemus? Continuum non esse in semper divisibilia cæsile; sed ex indivisibilibus componi. Ratio est, quoniam diphthongus *ου* dividitur in *ο* & *υ*; & posteà *ω* in *οο*; & posteà non datur ulterior divisio: idem dicam de *ξ* & *ζ*. litteris duplicibus; quarum prior dividitur in *κ* & *σ*; & in *σ* & *δ* posterior.

CCCXIII. *Dantur termini magnitudinis & parvitatis.*

Ex dictis respondebo ad quartum, dari terminos magnitudinis & parvitatis: sicut enim Latina syllaba non potest esse minor monogrammatâ; nec major eptagrammatâ: sic etiam homo determinatam quantitatem requirit, nec potest esse minor pygmæo, nec major gigante. Hoc etiam instrumenta arte elaborata confirmant: Organum enim enarmonicum nec potest in infinitum minui, nec in infinitum augeri. Aër enim habet determinatam corpusculorum magnitudinem: & fistulæ, si nimis essent subtiles, cum non caperent: &, si nimia magnæ, non sonarent. Et quia de aëre loquuti sumus, non solùm ipse, sed & omnes substantiæ inorganicæ atomis componuntur, & ideò (quidquid de absolutâ potentiâ sit) non semper naturaliter dividuntur; & quia tota materia mundi [illegible] ta, substantiarum earumdem incre[illegible] bent habere terminos naturales.

Artificialia habent magnitudinis terminos.

Omnia corpora componuntur atomis.

CCCXIV. *Probabile est omnes qualitates corporeas esse figuram quantitatis.*

Ad quintum dicam Veterum opinione longitudinem & brevitatem syllabarum ad quantitatem, & accentus ad qualitatem pertinere: & hodie non obstante antiquorum dissidio, Iuniores accentus ad quantitatem reduxisse: & ideò non mirabor, si Aristoteles olim, & hodie cùm illo Cartesius, & alij plurimi qualitates ad formam & figuram reducant. Et quidem circumflexum accentum ab acuto non distingui asserentes, & gravem esse meram accentûs gravia carentiam insinuantes: qualitatum classes diminuerunt Melanchthon, Camerariusque, quorum placita & verba dedi Articulo V. Metrometricæ; & accentum acutum esse meram syllabæ productionem Authores Grammaticæ Philippo-Ramææ & Grammaticæ Bremensis affirmant. Verba sunt; *Ad istam sonorum varietatem & suavitatem Latinorum aures iam pridem obsurduerunt. &c. Acutus iam pridem solus pronunciatur; vel potiùs pro quovis accentu mora quadam adhibetur quæ sanè dicatur Accentus.* Ergo sicut Grammatici syllabarum qualitates à quantitate non distinguunt, sic etiam Peripatetici deinne qualitates rerum nullo modo à formâ seu figurâ distingui: quos possumus liberè sequi: non enim hæc doctrina contra Eucharistiæ mysterium, aut contra habitus supernaturales (fidem, spem, charitatem, gratiam, lumen gloriæ, &c.) militare videtur: si enim quantitatem à materiâ realiter distinguamus, omnia sunt salva in Eucharistiæ Sacramento; &, si dicamus doctrinam hanc ad systemia spirituale aut supernaturale non extendi, sed de solis qualitatibus materialibus verificari, non oppetemur argumentis ab ordine naturali desumptis: [ubi obiter notari velim, nomenclatores aut defectu vocum, aut ignoratione rerum, in impositione horum vocabulorum errâsse; nam supernaturales facultates dant simpliciter posse, & non debent *habitus* sed *potentiæ* vocari. An non omnes potentiæ sunt quædam qualitates substantiæ? Variant Authores; & est res sublimioris indaginis.]

Vide Grammatica Audacis part. 2. art. 5.

An hæc doctrina ad Eucharistiam & Theologiam supernaturalem extendatur.

An qui habitus supernaturales dicuntur, sint potentiæ.

An potentiæ sint qualitates.

CCCXV. *Quo modo fiat mistio.*

Ad sextum dico, omnia, quæ responderi possunt in re obscurâ, suos habere patronos. Asserunt aliqui elementorum substantiam immutatam manere realiter in mixto: alii malunt formas ipsas elementorum excidere, & solas manere qualitates: alij verò pronuntiant, elementorum formas & qualitates realiter remanere in mixtis, tantisper tamen alteratas & deformatas. Hoc ultimum arridet mihi, est enim meis fundamentis & principiis conforme: & ut probem, voces *Afficio*, *Omitto*, *Differo* ad examen appello. Primæ elementa sunt *Ab* & *Facio*: quorum primum in compositione variatur accidentaliter, secundum essentialiter: quoniam consona in primo, & vocalis in secundo mutatur. Sunt *Ob* & *Mitto* elementa secundæ & solùm *Ob* alterationem patitur, perdit enim unam litteram, & manet breve, cùm aliàs longum esse deberet. In

Fundamentum Grammaticum.

Quid ſit Relatio.

RElatio eſt reſpectus unius ad aliud. Et hinc oritur Entis diviſio in Abſolutum & Relativum: hoc eſt, quod reſpectum includit; & illud, quod reſpectu caret.

Videntur Solares & Lunares literæ apud Arabes non carere aliqua ſuperſtitione.

Secundæ intentiones Ortographicæ iſtæ ſunt; *Vocalis, Conſonans, Semivocalis, Muta, Liquida, Duplex, Simplex, Gutturalis, Vualis, Palatina, Labialis, Balbutiens, Flexa, Mollis, Plena,* &c. [Vide Franciſcum Mariam Magium Inſtitutionum Linguæ Georgianæ ſiu Iberæ lib. 1. cap. 2. pag. 10.] & apud Arabes *Solaris* & *Lunaris*.

Relationes Grammaticæ.

Secundæ intentiones Grammaticæ ſunt hæ: *Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Præpoſitio, Poſtpoſitio, Adverbium, Interiectio, Coniunctio.* & apud Græcos & multas alias Gentes *Articulus*. Ad Nomen ſpectat *Declinatio, Numerus, Caſus.* &c. ad Verbum *Coniugatio, Vox, Modus, Tempus, Numerus, Perſona,* &c.

CCCXVIII *Præcedentes denominationes exponuntur. Secundæ intentiones Ortographicæ.* [illegible]

ORtographicæ ſunt denominationes relativæ, *Vocales* reſpiciunt Conſonantium abſentiam: *Conſonantes* Vocales, quibuſcum ſonant: hinc *Mutæ*, quæ ſine vocalibus nullo modo ſonant; *Semivocales*, quæ ferè ſonant. *Liquidæ*, quæ mutis inhæreſcunt, & identificantur quodammodo, unde muta & liquida ſolent pro unica litterâ reputari. *Duplices* & *Simplices* reſpiciunt compoſitionem, aut compoſitionis carentiam; nam X ex gr. componitur ex C & S: aut G & S: & B. quia ſimplex eſt, compoſitione caret. *Gutturales, Vuales, Palatinæ, Labiales*, reſpiciunt organa, quibus proferuntur: videlicet, guttur, vuam, palatum, labium. *Balbutientes, Flexa, Molles, Plenæ*, reſpiciunt ſonum, quem efformant. Et tandem *Solares* & *Lunares* Arabum reſpiciunt ſigilla, ſub conſtellationibus fuſa, quæ ſi ſuperſtitione careant, vanitate non carent.

Secundæ intentiones Grammaticæ.

Denominationes ſeu ſecundæ intentiones Grammaticæ etiam ſunt relativæ. *Nomen* eſt ſimile Vocali & Subſtantiæ, nam ſicut vocalis ſonat per ſe, & ſubſtantia eſt per ſe, ita & nomen ſignificat per ſe, adeòque abſolutum eſt, ſi præciſivè ſumatur; aut altàs dicit relatioem ad carentiam aliarum orationis partium: *Pronomen* reſpicit Nomen, pro quo ponitur: *Verbum* reſpicit tempus, cum quo ſignificat. *Participium* eſt nomen verbale: *Præpoſitio* & *Poſtpoſitio* ſumunt nomen à loco, ut cùm dicimus, *In fluvio fuit capite tenus*: præponitur enim *in*, & poſtponitur *tenus*. *Adverbium* verbum reſpicit, cuius eſt modus. *Interiectio* integræ orationi affectum exprimenti æquivalet: & *Coniunctio* reſpicit extrema, quæ coniungit: *Articulus* eſt ſpecies pronominis, & ideò reſpicit nomen pro quo ſumitur. Cæteræ voces Nominum & Verborum inflexiones ſignificant, & ideò ſunt etiam relativæ.

Radius Metalogitus.

[illegible] *Metalogica.*

SUnt etiam ſecundæ intentiones in Metalogicâ: & inter has notiſſimæ, *Subiectum, Prædicatum, Copula, Definitio, Diviſio; Argumentatio, Syllogiſmus, Antecedens; Conſequens, Maior, Minor, Concluſio.* Et multæ aliæ, quæ poterunt ad iſtas reduci.

CCCXIX [illegible] *recenſentur.*

Secundæ intentiones ſunt relationes reales.

SVbiectum eſt prima propoſitionis pars: *Prædicatum* altera: *Copula*, quæ utramque coniungit. *Definitio* & *Diviſio* reſpiciunt partes: illa actuales, iſta poteſtativas. *Argumentatio* unum de alio educit. *Syllogiſmus* eſt argumentatio, tres propoſitiones legitimè poſitas, tanquam intrinſecas partes reſpiciens. Propoſitio, quæ educitur, dicitur, Concluſio, Conſequens & Conſequentia: tametſi hoc nomen ultimum propriùs neceſſitatem inferendi ſignificet: prima præmiſſa Maior dicitur, ſecunda Minor.

Sed quales ſunt hæ ſecundæ intentiones? An-ne rationis entia, quòd præter veteres, etiam iuniores multi putant? minimè. Reales Relationes ipſæ ſunt non rationis: nam Ortographicæ ſunt inter terminos diſtinctos realiter: etiam illæ, quæ ad Logicam Vocalem & Scriptam ſpectant: imò etiam, quæ ad Mentalem pertinent, ſi propoſitionẽ & ſyllogiſmũ partibus conſtare dicer-

Fundamentum Grammaticum.

Vocis exiſtentia quid ſit? quid duratio? quid quantitas?

VOcem exiſtere eſt ſonare, & ſonare moveri, & moveri produci: durare eſt perſiſtere: quam ob rem in duratione ejuſdem vocis dabitur præteritum, præſens & futurum: & hæ temporum differentiæ *Quanditates* (& hinc fortè *Quantitates*) vocantur.

Si produci vocem eſt exiſtere, erit idem conſervari & durare: & idem *Motus* vocis prout eſt in aëre, nominabitur *Paſſio*; prout ſonum infert, *Fieri*: & prout reſpicit hominem loquentem, *Actio*. Multi hæc ipſ realiter diſtingui volunt: multi malunt diſtinguere expreſſivè juxta diverſa connotata. *Motus. Actio. Paſſio. Fieri.*

CCCXXIII. *An quantitas à duratione diſtinguatur?*

COincidunt in Ente ſucceſſivo Quantitas & Duratio, & ut hunc ſcopulum evitet aliquis, longitudinem & brevitatem ſyllabarum, non ad prædicamentum Quantitatis, ſed ad Quando reducet: & ne vox carere quantitate dicatur, illam in tonos dividet & conſiderabit Tertias, Quartas, Quintas, & cæteras vocum diſtantias. At carpetur à nobis, qui numeros Muſicos cum Grammaticis nolemus confundere, & dicemus Vocem eſſe rem ſucceſſivam, & ideò ſucceſſivam, (hoc eſt durantem ſecundum prius & poſterius) quantitatem habere. *Succeſſiva quantitas?*

Parallelum Metaphyſicum.

Quid ſit exiſtentia? An ab actione creatrice, aut conſervatrice diſtinguatur.

PHyſicum & reale exiſtere rei eſt produci: durare eſt conſervari: conſervatio eſt productio perſiſtens: nec requiritur alia exiſtentia aut duratio ab actione productiva diſtincta: non enim eſſe aut intelligi poteſt actio exiſtens, quin terminus intelligatur exiſtens: ſicut nec actio perſeverans, quin intelligatur terminus perſeverans.

Productio eſt *Motus* quidam ab agente ad terminum, & prout eſt in ſubjecto quod immutatur, *Paſſio*: prout inducit Formam corpoream, *Fieri*, aut *Productio paſſiva*: & prout ab agente emanat *Productio activa*, aut *Actio productiva* nominatur: & hæc ipſa (*Motum, Actionē*, *Paſſionem, Fieri*) intrinſecè & realiter multi Authores illuſtres: & alij non pauci extrinſecè & penes diverſa connotata diſtingui debere putarunt. *An motus, actio, paſſio, & fieri diſtinguantur?*

CCCXXIV. *Hic multa probabiliter dici, aut etiam probabiliter negari ſolent.*

SIngula aliter poſſent poni; at placuit hoc modo diſcurrere: ſunt enim omnia probabilia, quæ uno modo non malè dicuntur, & altero poſſent.

Opinio Eminentiſſimi Domini Cardinalis Lugonis, quæ actionem ab exiſtentiâ & duratione non diſtinguit, ſi benè expendatur, pulchra eſt, & multa corollaria parturit, quæ ſunt digniſſima; alibi eamdem curabo promoveri, interim illam impræſentiarum tuebor & propugnabo vel ex parte. *Lugo acutiſſimus & doctiſſimus vir.*

ARTICULUS VI.

De Causâ efficiente, & eius Actione & Paßione.

CCCXXV MUlta obſcuriora reddimus, cùm illa uberius volumus dilucidare. Hanc ob rem non ſum multa impræſentiarùm ſcripturus, ſed ad res, quas ſenſu percipimus recurrens de Causâ efficiente, quæ variè à veteribus & iunioribus ponitur, exponiturque, diſputabo.

Sanè eſſe in rebus Cauſas efficientes, & Effectus, manifeſtum eſt. Patior frigidus; ad ignem accedo, & caleſio. Ecce percipio calorē ab igne produci; & dico Ignem eſſe cauſam efficientem caloris producti: caloremq; productum eſſe effectum ignis: & inter cauſam & *An dentur cauſæ efficientes?*

Actio. Paſſio. Fieri. effectum conſidero actionem in igne, qui agit: paſſionem in corpore, quod calorem patitur: & fieri in ipſo calore, qui producitur.

Hæc ſunt, quæ vel ſenſu percipimus, aut nos percipere putamus. Sed non obſtante ſenſuū accurato judicio, movetur in Scholis quædam gravis & difficilis Quæſtio, quæ interrogat, *An cauſæ ſecundæ operentur phyſicè, an moraliter? An Deus concurrat ad effectus cauſarum ſecundarum?* *Quo Cauſæ ſecundæ modo operentur. An, videlicet illæ nihil omninò faciant, ſed Deus omnes omninò effectus producat, & ad Solis præſentiam illuminet, ad præſentiam ignis calefaciat, ad præſentiam nivis frigefaciat, &c. Sole, igne, nive, &c. non concurrentibus? An verò Sol ſine Dei concurſu illuminet, ignis ſine Dei cooperatione calefaciat, & ignis ſine Dei adiutorio frigefaciat, &c. An potiùs naturales effectus, quos fieri quotidie percipimus, nec fiant à Deo ſine cauſarum ſecundarum concurſu, nec à creaturis ſine concurſu Dei, ſed ab his & à Deo ſimul cooperantibus & concurrentibus?* Multi olim omnem actionem phyſicam cauſis ſecundis negaverunt: & quia aſſerebant ad earumdem præſentiam Deum omnes effectus generare, dixerunt illas operari moraliter. Multi olim negarunt omnem Dei concurſum, ut meliùs Humanam (aut etiam Angelicam) libertatem defenderent. At hodie communis eſt ſententia, quæ docet cauſam primam ſecundamque ſimul concurſu & cooperatione reali & phyſicâ in effectum influere. Hanc eligo, ut ſecuram & certam, & quin egrediar vocum limites, pono & explano. *Concurſum hodie utrumque cauſæ primæ & ſecundæ communis propugnat opinio.*

Fundamentum Grammaticum.

CCCXXVI *An omnia verborum tempora à præſenti naſcantur?*

DOcet Priſcianus ex præſenti tempora cætera Verborum prodire imperfecta & perfecta: & docet benè: ſi enim aliqua ex præterito aut ſupino promanant, hæc ipſa mediatè à præſenti naſcuntur, à quo ipſa præterita & ſupina ſunt nata: & nos uberioris doctrinæ gratiâ hoc Verbum *Explico*, à quo prodeunt *Explicabam*, & *Explicavi* vel *Explicui*, conſideremus: ſi fortè hâc via poſſimus difficilem quæſtionem explicare. *Sic inquam.*

Vocum poſſibilitas eſt proferibilitas. Vocem exiſtere eſt proferri. Verbum *Explico* ſecundum ſe conſideratum non dicit ullam repugnantiam ut ſit, adeòque eſt verbum poſſibile, hoc eſt proferibile; non autē eſt exiſtens aut prolatum: quia cùm ejus eſſe ſit proferri, quamdiù non profertur non exiſtit, & quamdiu profertur, exiſtit. Ego igitur, ſi volo ut illud ſit à parte rei, debeo illud producere, hoc eſt, proferre. *Verbum poſſibile. Verbum actuale.*

Ponamus illud de facto exiſtere (hoc eſt illud à me proferri ſeu produci) An-ne hoc ipſo cætera ab eo tempora & modi ſuborientur? minimè! *Explico* dixi; & iſta vox in rebus exiſtit de facto, & tamen nullum tempus aut modum à ſe diſtinctum producit aut profert de facto. Suas ergo proles Verbum *Explico* non poteſt ſine me producere. Anne Ego potero illas ſine eo proferre? minimè. quādo enim dico *Explicabam*, concurrit Verbum *Explico*, ita ut hæc vox ab utroq. naſcatur. Et unde hoc ſcio? Demonſtro. Sanè hâc vocem *Explicabam*, cùm illā profero, à me procedere clarum & manifeſtum eſt; quòd etiā comprocedat à Verbo *Explico*, oſtendo. Dico *Explicabam* & non *Explicebam*: & cur? Quia Verbū *Explico* eſt coniugationis primæ, & nō ſecundæ; ſi enim eſſet ſecundæ, *Explicebam* potiùs dicerem quàm *Explicabam*. Ergo ad formationem huius vocis *Explicabam*, Ego & Verbum *Explico* concurrimus: Ego phyſicè & illud grammaticè: &, ſi ſyſtema grammaticum eſſet phyſicum, etiam phyſicè. *Ut tempora naſcantur à præſenti phyſicus & grammaticus concurſus requiritur.*

In productione Imperfecti nullam Ego indifferentiam ex parte Verbi *Explico* invenio, ſi enim iubetur operari, in gradu illo imperfecto non aliter habebit quàm *Explicabam, as, at*, &c. At habet alium gradum, aliam ſobolem, aliud tempus, quod perfectum appellant, in quo nullam determinationem reperimus. *Explicavi* poſſum dicere, vel *Explicui*: & in ultimâ perſonâ *Explicaverunt* vel *Explicavere*: *Explicaverunt* vel *Explicâre*: *Explicuerunt* vel *Explicuere*. Ecce ad ſex dictiones eſt indifferens, & poſitis omnibus ad operandum prærequiſitis, non poſtulat unam potiùs proferri quàm alteram. Quis ergo tollet indifferentiam? In proſâ Ego ſolus, & in metro Grammatica. Hanc ſolutam periodum *Doctores libros D.Thomæ*, poſſum abſolvere addendo vel *explicaverunt*, vel *explicavere*, vel quamcumque ex alijs quatuot reliquis vocibus: at Pentametrum iſtud, CCCXXVII. *Imperfectum caret indifferentiâ: illam perfectum habet.* *Quis eam tollat?* *Aliter de proſâ & aliter de carmine philoſophandum eſt.*

Thomæ

Thoma Doctores - vv - vlibros

non aliter poſſum complere, quàm *explicuère* proferendo. Ergo determinatio eſt duplex: alia quæ ſe tenet ex parte Grammaticæ, alia, quæ ex mea. Quando ego indifferentiam tollo, illa determinatio Verbo *Explico* ab extrinſeco eſt: & quando indifferentiam tollit ipſa Grammatica, eidem Verbo determinatio eſt ab intrinſeco; unde ſi Verbum eſſet intellectualis perſona, & operaretur ſublatâ ab intrinſeco, indifferentiâ operaretur liberè & voluntariè: &, ſi operaretur ſine indifferẽtia ut in imperfecto tẽpore videre eſt, operaretur naturaliter & neceſſariò.

Indifferentia interdũ tollitur ab intrinſeco: & interdũ ab extrinſeco.

MUltum nos docet hæc Grammatica, veritas, & præcipuè iſtis ultimis lineis: quoniam Contingentia & Libertas, duæ ſunt res primo aſpectu ſimillimæ; &, ſi benè inſpiciantur, toto cœlo diverſæ: utraque indifferentiam dicit: utraque indeterminationem: quoniam indifferens eſt portæ aperiri vel claudi; & indifferens eſt mihi claudere vel aperire. Et quidem hæc indifferentia in portâ eſt contingentia, & in me eſt libertas, contingentia quidem in portâ, quoniam porta non poteſt ſe determinare ab intrinſeco ut ſit clauſa aut aperta, ſed debet ab extrinſeco (& modò à me: ſic ſupponitur) determinari: Libertas verò in me quoniam ego me determino ab intrinſeco, ut claudam portã vel aperiam. Ergo, quod mihi eſt liberum & intrinſecũ extrinſecum eſt portæ & contingens. His ergo poſitis ad Reſolutiones Grammaticas Ecthe ſes reales elimemus.

Paralellon Metaphyſicum.

HOmo ſecundum ſe conſideratus, non dicit ullam repugnantiam ut ſit, adeòque eſt Ens poſſibile, hoc eſt producibile: non autem Ens exiſtens aut productum: quia cùm ejus eſſe ſit produci, quamdiu non producitur, non exiſtit, & quamdiu producitur ſeu conſervatur, (conſervatio enim eſt quædam productio perſeverans) exiſtit. Deus igitur ſi vult hominem exiſtere à parte rei, debet illum producere.

Homo poſſibilis.
Homo exiſtens.

Ponamus hominem de facto exiſtere, (hoc eſt, à Deo produci & conſervari) An-ne hoc ipſo ſuos ille effectus univerſos producet? Minimè. Actus ſuos Homo non poteſt ſine Deo elicere, neque effectus producere? Eoſdem, inquam, nõ poteſt: ſi enim Deus aliquem actum aut effectum ſine Hominis cõcurſu produceret, ille non eſſet humanus nec liber. Humani igitur actus & effectus ab utroque (nempè à Deo ut à cauſa prima, & Homine ut à cauſa ſecunda) producuntur. Et unde hoc ſcio? A ratione, & à Fide. Dicere enim quòd creatura in ſuis operationibus non dependeat à Deo, contra rationem eſt illæ enim aut nihil ſunt, aut dependentes à Deo ſunt: ergo vel debebimus actiones humanas Deo ſubjicere, vel Philoſophiam naturalem delere. Et dicere, quòd Deus ſolus actus humanos operetur, eſt mores tollere, & abolere totam Ethicam, quam firmat Orthodoxa Religio. Deus igitur ſuam Omnipotentiam attemperat humano concurſui, & Omnipotentiæ ſuæ humanum concurſum attemperat.

Actus humanos neque homo elicit ſine Deo, neque Deus ſine homine, ſed uterque concurrit.
Quod ſit in homine ſine concurſu hominis, homini imputari non poteſt.

Elicit Homo aliquos actus imperfectos, in quibus nulla relucet contingentia & iſti neceſſarii vocantur: elicit alios cum indifferentia, & hos ad duas claſſes reduco: vel iſtam indifferentiam tollit Homo ab intrinſeco, vel extrinſecè tollit eam aliqua cauſa exterior. Si primum, actus vocantur *liberi*, & *contingentes*, ſi ſecundum dicatur.

Homo elicit aliquos actus neceſſariò: aliquos liberè: aliquos contingenter.

HInc patet alios Hominum actus eſſe neceſſarios, alios contingentes, alios liberos. Rigoroſè loquendo, neceſſarium eſt, quod impediri non poteſt: & hoc ſenſu nulla ſubſtantia aut accidens, aut actio, aut paſſio eſt neceſſaria reſpectu Dei, quia nihil eſt in orbe creatum, quod non poſſit in nihilum redigi à Deo. At reſpectu cauſarum ſecundarum multa ſunt neceſſaria; cæli enim, ſi ſubſtantiæ ſunt ſimplices; aut, ſi compoſitæ, ſi incorruptibiles, in ſuo eſſe à cauſis ſecundis non pendent, & earumdem reſpectu poſſunt *Entia neceſſaria* appellari. Idem dicam de Elementis, ſi & ipſa ſunt incorruptibilia, quod jam nonnulli aſſerunt, & variis experimentis firmant. Homo ex partibus incorruptibilibus (materiâ primâ & animâ rationali) compoſitus, eſt corruptibilis ratione unionis: & ideò non vivit neceſſariò (quoniam poteſt occidi) at ejus corpori & animæ exiſtentia reſpectu cauſarum ſecundarum neceſſaria eſt. Si moveatur ab aliquo, dum dormit, contingenter

An elementa ſint incorruptibilia?
Homo eſt corruptibilis, licèt conſtet partibus incorruptibilibus.

Hominis operatio, contingens & libera. ter movebitur: nam ipſe eſt indifferens ad motum quietemque, & hæc indifferentia tollitur ab extrinſeco. Si actum purè internum, (amoris v. g.) eliciat, operabitur liberè: nam ipſe eſt indifferens ad amandum & non amandum, & hanc ipſam indifferentiam tollit ab intrinſeco, ſe ad unam contradictionis partem vitaliter determinando. *Violentia in corpore.* Si dormiens elevetur, patietur violentiam in corpore, hoc enim grave eſt, & ſuo pondere poſtulat ut deorſum labatur; & cùm ſurſum pellitur, movetur motu violento & contranaturali. Cùm deambulat liberè, ſi cogatur quieſcere, patietur violentiam in anima; ipſa enim eſt domina, & poſtulat, ut membra, quæ inſtrumenta ſunt motûs, obediant, & quæcumque coactio eſt libertati oppoſita, & homini contranaturalis. *Violentia in anima.*

ARTICVLVS VII.

De cauſa Finali, & ejus actione & Paſſione.

CCC XXXI. *Quid ſit finis?* Communem præmittam opinionem & definitionem; dicamque *Finem eſſe, propter quem aliquid fit.* Sic enim definivit Philoſophus *libr. 2. Phyſ. cap. 3. & 7.* & *libr. 2. Metaph. text.* 8. & ſæpè alibi. *Quid medium?* Hinc patet Finem & Medium eſſe correlativa: & medium eſſe id, quod amatur, & fit propter finem.

Finis eſt duplex; Ultimus & Intermedius. *Finis duplex: ultimus & non ultimus.* Ultimus ille eſt, propter quem aliqua diliguntur, qui tamen propter ſe tantummodò & non propter aliud diligitur: Intermedius qui ſimul eſt finis & medium, ipſe enim propter aliud diligitur, & alia diliguntur propter ipſum. *Finis ultimus, Deus.* Finis ultimus humanarum actionum eſſe deberet Deus: at peccatores vanâ ſpecie voluptatis aut utilitatis deluſi quoties Divinam Legem temerant, creaturam ultra Deum conſtituunt, ad quam tanquam ad finem ultimum ſuas dirigunt operationes. *Qui peccat ſibi finem ultimum conſtituit creaturam.* Finium ſubordinationem quotidiè experimur nos ipſi in quorum ſæpè mente ſeries longa cauſarum finalium verſatur. *Finium ſubordinatio.* Petrus egreditur domo & amicos fatigat, ut quærat pecunias, ut emat equos: emit equos, ut iter agat; iter agit, ut veniat Madritum: venit Madritum, ut loquatur Regi: loquitur, ut illi ſua proponat merita, & talem aut talem dignitatem obtineat, &c.

Dividitur iterum Finis in finem *qui*, finem *quo*, & finem *cui*. *Finis triplex: qui: quo: cui.* Nomina ſunt ſignificantiſſima & loco definitionum haberi poterunt. Finis *qui*, eſt illa res, quæ appetitur: & finis *cui*, illa perſona, cui appetitur: unde, ſi ego ſolicitus ſum ut Fridericus ad Epiſcopatum promoveatur: omnia media, quæ adhibuero, Epiſcopatum reſpicient tanquam finem *quem*, & Fridericum tanquam finem *cui*. Et tandem finis *quo*, eſt finis adquiſitio & poſſeſſio: & ut rem intelligamus & exemplo aliquo appoſitiſſimo dilucidemus, non indigemus peregrinis notitiis; ſed ſufficit omninò noſtras operationes meditari: quoniam Deo ſervimus, & dum viam ſeveriorem agimus, converſatione regulari utimur tanquam medio. Et in quem finem obſecro? Finis *qui* eſt Deus, illum enim amamus, intendimus, deſideramus, ſperamus. Finis *cui* ſumus nos: licèt enim interdum oremus pro vivis & defunctis, & alterutris beatitudinem deſideremus, ſemper illam (creaturæ intellectualis beatitudo Deus eſt) nobis deſideramus: & quia viſio beatifica eſt Dei beatificantis, adeòque æternæ beatitudinis, conſequutio & poſſeſſio, dicitur finis *quo*. *Deus eſt beatitudo.* His ergo poſitis Cauſæ finalis impulſum concurſumque conſideremus.

Fundamentum Grammaticum.

Hic eſt ordo actuũ, cùm operamur propter finem. I. Intentio finis. VUlt Petrus addiſcere linguam Latinam, & quia in ſuo Oppido unicus eſt Præceptor, vi prioris intentionis illo tenetur uti, & ejus labore doceri. *An electio mediorum libera ſit, an neceſſaria?* Vult addiſcere Paulus Italicam, & quia duo ſunt in ejus urbe Præceptores (alter, qui docet publicè in ſchola; alter, qui privatim in domibus diſcipulorum) vi prioris intentionis unum ex his deligere tenetur, at unum potiùs quàm alterum non tenetur. *II. Conſultatio de mediis.* Ergo in hoc caſu intentionem finis ſequitur conſultatio, quæ examinat, utrùm medium convenientius & melius ad finem optatum conducat. Conſultationem ſequitur Deliberatio, quæ vix à Conſultatione diſtinguitur (niſi dicas Conſultationem eſſe, qua amicos & doctiores conſulimus: Deliberationem, qua apud noſmetipſos rationes & motiva ponderamus & examinamus) *Conſultationis & Deliberationis differentia.* *III. Deliberatio.* Deliberationem ſequitur Electio: hanc Exſequutio: & tandem iſtam propoſiti finis Conſequutio. *IV. Mediorum electio.* Si enim Petrus conſultis Viris doctis, & habita deliberatione apud ſe, eligit docе-

ri in

ri in ſchola, & de facto publico Præceptori dat operam, linguam illam addiſcet, adeòque finem ſuum conſequetur.

CCC XIII. Sic Cauſa finalis concurrit, ſic procedit. Multi illam vocant cauſam Metaphoricam, multi moralem, at ipſi non videntur bene ejuſdem ingenium & efficaciam exploraſſe. Eſt Finis quædam cauſa realis, non naturalis, ſed intentionalis: nam objectum voluntatem allicit, & aut trahit, aut etiam rapit: ſunt enim diverſi bonitatis gradus, & varii modi eamdem intelligendi & apprehendendi. Finis appetitio & intentio prædeterminat voluntatem ut conſulat & deliberet, & tandem eligat unum è mediis ſi ſint multa: ſi enim unicum eſt, non eſt neceſſaria conſultatio aut deliberatio, ſed ab ipſamet intentione finis immediatè prædeterminatur electio. Hæc prædeterminat exſequutionem, & hanc ſequitur finis intenti conſequutio: quæ eſt terminus tot ſubalternarum prædeterminationum & operationum. *VI. Conſequutio finis. An dentur prædeterminationes reales?*

Parallelon Metaphyſicum.

NOn eſſet opus hîc vel lineam ſcribere: quoniam doctrina eſt eadem, & quocumque illa exemplo tradatur, perinde eſt. Qui vult pingere Alexandrum in tabula, illi, qui vult addiſcere Linguam Latinam ſimilis eſt: adeòque analogicè de iſto philoſophabimur. Finis hujus intentionis eſt Alexander adpingendus tabellæ: & pingendi intentio, ſi non eſſet niſi unicus modus pingendi, illum inferret ſine conſultatione aut deliberatione intermediâ: at, quia poteſt Alexander pingi vel plumbo, vel cælo, vel calamo, vel penicillo, Artifex conſulit & deliberat quomodo velit illum pingere. Si eligit penicillum; ex hac ipſa electione naſcetur, quòd colores apparet, temperet & immiſceat; quòd illos tabellæ adpingendo regulas artis exſequatur, & imaginem optatam perficiat.

Hinc patet eſſe veriſſimum illud Philoſophorum Pronuntiatum: videlicet, *Quod eſt primum in intentione, eſt ultimum in exſequutione*: in eo enim, qui volebat Latinum idioma addiſcere paulò antè vidimus, Linguæ Latinæ notitiam in intentione primam fuiſſe, & ultimam in exſequutione. Idem ipſum in picturâ Alexandri obſervavimus: fuit enim intentionis initium, & eadem exſequutionis terminus.

Hinc patet etiam non immeritò à Compluto & aliis Cauſam exemplarem ad Finalem reduci: nam, ſi benè rem examinemus, aut illa in Finem incidit, aut Finis ſpecies quædam eſt. Sed de hac ſtatim.

De brutis. Si petas, *An bruta operentur propter finem*? non di putare tecum de ſignificatione nominum conſiderabo. Bruta enim non operari liberè eſt certum; movebit quæſtionem de nomine, qui dicat ad finem libertatem requiri. Et Ego ut rem à vocabulis ipſis ſecernam, dicam in horologio ſine ulli cognitionis aut libertatis ſuſpicione unam rotam alteram promovere, & reperiri motuum ſucceſſionem & ſubordinationem; & hanc ob rem non videri impoſſibile appetitum (tam materialem, quàm ſpiritualem) eſſe horologium quoddam intentionale, in quo tot ſint rotæ, quot actus; quarum priores poſteriores promoveant; & hoc ab omni libertate præſcindendo. Fatebor tamen hanc ipſam prædeterminationum, præmotionum, & operationum ſeriem, ſi abſit libertas, eſſe imperfectã, & ſemper ad unũ determinatam, & interrumpendam, ſi quando vel indifferentia intercedat, aut determinatio deficiat. Hæc eſt veritas: & deſcendendo ad nomina; ſi, ut aliquis dicatur operari propter finem, non ſit neceſſaria libertas, brutæ animantes agunt propter finem, tamet obſcurè & imperfectè: ſi autem libertas neceſſaria ſit, illæ non agunt propter finem. *propter finem. Exemplum ſumitur ab horologio.*

ARTICULUS VIII.

De Causâ Exemplari, & ejus Actione & Paſſione.

CCC XIV. POſtquam de Actione & Paſſione Cauſæ Efficientis aut etiam Finalis diſſeruimus; opus eſt, ut de Actione & Paſſione Cauſæ Exemplaris diſputemus: & ut certa ab incertis removeantur, quæſtiones nominales nonnullas, quæ hîc

con-

Cauſa exemplaris duplex.

controverti ſolent, verbo uno vel altero exponemus. Supponendom eſt igitur Eaemplar eſſe duplex, reale & intentionale: Reale eſt illa res, quam Artifex imitari contendit; intentionale, eſt imago ejuſdem rei, quam Artifex habet in mente. Sed quomodo concurrit?

Fundamentum Grammaticum.

CCCXXXVI. *Exemplaria Grammatica.*

OMnia Declinationum & Conjugationum paradigmata, Cauſæ ſunt Exemplares, quæ me dirigunt, ut queam opera illis ſimilia confirmaſe. Conſideta ſequentes lineas.

Voces cauſas ſuas exemplares grammaticas ſequūtur univocè, vel analogicè.

Amo, amas, amat: amâmus, amâtis, amant.
Voco, vocas, vocat: vocâmus, vocâtis, vocant.
Do, das, dat: damus, datis, dant.

Debet materia diſtingui à forma.

Prima eſt paradigma & cauſa exemplaris reliquarum. In ipſa diſtinguo materiam à forma: illam non imitātur alia verba, hanc ſequuntut & imbibunt; nimirùm univocè aut analogicè: univocè, cùm exactè: analogicè, cùm ita paradigma ſequuntur, ut diſſimilitudinem aliquam characthericam in ipſamet ſimilitudine conſervent. Sanè in verbo *Amo*, ſyllaba *Am* pertinet ad Cauſæ exemplaris materiam, cætera ad formam. *Voco* & *Amo* quoad formam ſunt exactè ſimilia, differunt in materia (alterius enim materia eſt *Voc*, alterius *Am*) ſed hoc diſcrimen univocationem non tollit: At *Amo* & *Do* conſiderata ſecundum rationem formalem ſunt ſimul ſimilia & diſſimilia; ſimilia, quia per eaſdem omninò litteras inflectuntur; diſſimilia, quia primum incrementum, quod in cauſa Exemplati *Amo* ſemper eſt longum, in Ectypo *Do*, ſemper eſt breve.

Concurſus exemplaris cauſa.

Sed quis & qualis eſt iſtæ Cauſæ exemplatis influxus & concurſus? Exponam. Reſpicio & conſidero Paradigma.

Amo, amas, amat: amamus, amatis, amant.

& adquiro ejus imaginem in mente, & hâc dirigor, ut mutatâ materiâ dicam,

Cauſa exemplaris duplex: objectiva & formalis.

Curo, curas, curat: curamus, curatis, curant.

Ergo cauſa exemplaris extrinſeca ſeù objectiva concurrit, producendo in mea mente ſui ſpeciem, ſeu ſimilitudinem, eo modo quo cætera objecta concurrunt: & poſteà hæc idea, quam habeo, quam vocavi *Cauſam exemplarem formalem*, me dirigit ut moveam linguam ant calamum & inflectam verba *Voco, Curo, Canto, Clamo*, &c. inflexione uniformi.

An objectiva immediatè concurrat.

An lingua obediat voluntati?

Dixi Cauſam exemplarem extrinſecam immediatè ad Ectypum non poſſe concorrere; quod modo oſtendo. Errant aliqui (in inflexione v. g.) & unde naſcitur hic error? An-ne lingua non obedit voluntati Imperanti? An-ne voluntas linguæ imperat, ut aliter proferat, quàm mens indicit? Minimè? Ergo non poteſt eſſe in lingua error, niſi priùs in mente iſle ſit. Ectypus ergo Cauſæ Exemplari formali correſpondet exactè: & ſi objectivæ non reſpondet inde eſt, quòd objectiva (hæc eſt, extrinſeca, quæ eſt extra mentem) & formalis hæc eſt intrinſeca, quæ eſt in mente) differant intet ſe.

CCCXXXVII. *Eadem veritas novo exemplo illuſtratur.*

Aut omnes aut nullæ an non via media tutior? minimè

Quid ſit figura?

HÆc doctrina videretur ſufficere, ut Exemplaris Cauſæ ingenium cognoſcamus: eſt enim valdè communis & univerſalis, & quocumque exemplo, ſibi benè illud expendatur, exponitur. Interim, ut extra Grammaticæ terminos progrediamur, conſervemus ideas quas adquiſivimus, & ſtatuam Cæſaris ſpeculemut, & quo illam modo conformaverit Artifex, ſpaculemur. Et ut clariùs & liquidiùs rem intelligere poſſimus, ſuppoṇamus, aut omnes qualitates eſſe figuras meras corporis, aot figuram non eſſe qualitatem: Si enim corporea qualitas eſt realitas quædam corpori ſuperveniens, figura rerum non eſt qualitas, ſed quantitatis determinata extenſio & proportio; nam remanente hâc in materiâ, & omni qualitate ſublatâ, figura adhuc remanere debet.

Paral-

Parallelum Metaphyſicum.

Cauſa Exemplaris & Picturæ concurſus, ſi ſingula bene examinentur, ſunt ſimillimi.

PRototypum ſeu Cauſam Exemplarem propono: nempè Cæſarem: & in eo conſidero rationem materialem & formalem. Cæſar, ut Prototypus eſt, dicit pro materiali corpus humanum, pro formali figuram. Converto oculos ad ſtatuam Cæſaris, qui dicit pro materiali lapidem, pro formali figuram. Si materias conferam, differunt toto cœlo; ſed hoc ſcio diſcrimen non curari: ſi formas, conveniunt univocè, quia eſt omnimoda ſimilitudo, quia eſt omnimoda membrorum & articulorum propoſitio. A Statua ad Picturam me confero, & quia hîc eſt Cæſar pictus, illum cum vivo confero, & in ſumma ſimilitudine ſummam ego diſſimilitudinem invenio. Si colores & umbras reſpiciam, tabella vivit, Cæſar eſt: at verò, ſi corporis profunditatem, Cæſar pictus in unica ſuperficie totus eſt, & vivus habet profunditatum differentias & proportiones, quibus pictura caret. Ecce ſtatua eſt effectus cauſæ Exemplaris univocus, pictura analogus: hæc enim diſſimilitudo, quæ in tota reperitur pictura, etiam ubi prototypo eſt ſimillima, characterica eſt.

CCCXXXVIII. Cauſa exemplaris bifariam poteſt conſiderari. Statua & Pictura conferuntur. Statua eſt ſimilis univocè, & pictura analogicè.

Sed quis & qualis eſt iſtæ Cauſæ Exemplaris influxus & Concurſus? Exponam. Cæſarem expreſſurus Artifex materiam accipit, & Cæſarem attentè conſiderat: ex hac meditatione & conſideratione naſcitur, ut internam Cæſaris ideam, imaginem aut ſpeciem adquirat, quâ dirigatur ut vel cœlo in marmore, vel penicillo in tabella Cæſarem exprimat.

Cauſa Exemplaris concurſus.

Dixi Cauſam Exemplarem extrinſecam (nimirùm Cæſarem) immediatè ad ſtatuam aut picturam non poſſe concurrere; quod modo oſtendo, me ad alteram tabulam, quæ Cæſarem malè figurat, conducendo. Illam attentè reſpicio, & non eſſe ſimilem Cæſari dico; & meritò: in multis enim penicillus exorbitat, & in paucis veritatem aſſequitur. Sed unde fuit penicilli exorbitantia nata? à manu, cui ille exactiſſimè obediit. Erravit ergo manus: & quis illam in errorem induxit? voluntas imperans ut obediret menti. Ergo in tabula Cæſar exprimitur qualis erat in Pictoris ideâ, & iſte exactè: non verò qualis erat in ſe. Ergo tota differentia inter Cæſarem vivum & pictum oritur à differentia Cæſaris objectivi & formalis, quòd Pictor in ſuæ mentis tabula expreſſerit illum imperfectè.

An objectũ immediatè concurrat? Pictor ideâ exprimit. Sæpè objecto idea imperfectè reſpondet.

CCCXXXIX. CAuſa Exemplaris non dirigit brutorum actiones: ſic ſtatuo. Sed, ſi aliquis diceret ſimiam æquè ac Hominem dirigi à Cauſâ exemplari; & differentiam inter illam & Hominem non pertinere huc, ſed ad prædicatum Libertatis, Simia enim imperfectè & neceſſariò à Cauſâ exemplari dirigitur, Homo verò perfectè & liberè, quis poſſet demonſtrare contrarium? quis argumentari & reſpondere, quin quæſtiones de nomine plurimos immiſceret?

An bruta habeant ideas? An iis utantur?

CCCXL. An-ne Angeli à Cauſa Exemplari diriguntur? Cur non. Quoties corpora aſſumunt ex aëre aut aliâ ſimili materiâ organa viſibilia conformant: & quoties loquuntur, humanæ linguæ articulationem imitantur, quæ non poſſent efficere, ſi exemplari carerent.

An & quomodo ideas habeant Angeli?

CCCXLI. Anne etiam Deus utitur Exemplaribus? Utitur, niſi velimus de Vocum ſignificatione & ſuppoſitione diſſerere. Deum habere Ideas; juxta illas operari & creaturas producere, quotidiè lego in Patribus, audio à Doctoribus; & has ipſas Ideas eſſe rerum Cauſas Exemplares (non objectivas, ſed formales) exiſtimo; & dico Deo.

An & Deus?

——— Tu cuncta ſuperno
Ducis ab exemplo, pulchrum pulcherrimus ipſe
Mundum mente gerens, ſimilique ab imagine formans. — *Boëtius.*

Et quidem non habuit alium mundum Deus, ad cujus imaginem hunc, quem incolimus, fabricaretur; ſed infinitâ ſcientiâ ſuâ infinitas concepit, ex quibus hunc tantùm elegit & condidit.

Arti-

ARTICVLVS IX.

De Prædicamento ubicationis.

Loci diviſio, & definitio. LOcus eſt duplex, intrinſecus extrinſecuſque: iſte à corporibus circumvicinis ſumitur, & à Peripateticis definitur, *Superficies corporis ambientis immobilis* & hæc ipſa immobilitas non poterit intelligi benè, quin intrinſecus locus cognoſcatur exactè. Eſt autem locus intrinſecus idem quod Ubivocatio, videlicet Intrinſeca præſentia rei in loco, quàm breviter dilucidabo. *An locus ſit Ubicatio?*

Fundamentum Grammaticum.

APerio igitur libellum hunc, quem præ manibus habeo (Inſtitutiones Metricas continet) & has notas reperio. CCCXLIII. *De carmine imaginario.*

- ∪ ∪ - ∪ - ∪ ∪ ∪ -

Characteres hi - ∪ ∪ nota ſunt metrica: quid ſignificant? At quid illæ ſignificant? Carmen imaginarium eſt, in quo - ſignificat ſyllabam longam: ∪ brevem: & ∪ vel unam longam, vel duas breves. Sic Hexametrum pingere ſoleo: ſic ejuſdem numeros & pedes oſtendere: nam ſi numeros imaginarios reducere ad veros velimus, dicemus:

Vulnera quot Chriſto tot ſunt mihi pignora mortis.

Sunt carmina quorum voces ſunt mobiles. & dedimus carmen Hexametrum, in quo ſunt octo dictiones debitis lineis conſtitutæ, nobiles tamen: poſſunt enim ordinem alterare, prout conſpicis.

Sic Deus dilexit mundum, ut filiu ſuũ unigenitũ dederit.

Vulnera quot Chriſto, ſunt pignora tot mihi amoris.
Vulnera quot Chriſto, tot pignora ſunt mihi amoris, &c.
Pignora quot mihi amoris ſunt, tot vulnera Chriſto, &c.

Et dare poſſumus, in quo dictiones eſſent omninò immobiles: imò illud damus, nam in iſto,

Innumerabilibus lachrymis optamus Olympum.

Et carmina quorum immobilia. nullam dictionem ſine jactura carminis ſuo loco dimovere quis poterit.

CCCXLIV. *De Proteu habeo plurima in Metametrica quæ poterit curioſus legere.* HExametrum v. g. poſui; potuiſſem aliud quodcumque metrum: & ubi egi de vocibus proprio loco mobilibus, potuiſſem ponere fertiliſſimos Proteos, quos me alibi dediſſe, & ad Regulas reduxiſſe meminerim.

Ex hac doctrinâ loci & motûs eſſentiam poterò facili negotio explicare; multa enim de loco intrinſeco, multa de ſpacio imaginario veteres, multa juniores, quæ nec inter ſe cohærent, nec cõſonant reliquę Philoſophiæ. Conſideremus Poſitiones ſequentes.

Paralellon Metaphyſicum.

CCCXLV. *Linea, Superficies, Corpus, & Spatium imaginaria.* LInea imaginaria nihil aliud eſt, quàm linea concepta, in qua ulnas aut pedes longitudinis metiar, ſicut pedes in verſu imaginario. Imaginariis poſſum lineis imaginariam ſuperficiem terminare aut componere. & imaginariis ſuperficiebus corpus imaginarium, quod *ſpacium imaginarium* nominant. Cùm menſuras has imaginarias ad veras reducere volum⁹, corpora determinata in illis ponimus, quæ illis reſpondeant. Quorum aliqua mo-

Corporum aliqua mobilia, & alia immobilia ſunt. bilia & aliqua immobilia ſunt. Voco mobilia corporea, quæ ſine violentia aut jacturan naturæ locum mutare poſſunt, & immobilia, quæ non poſſunt. Omnia gravia, ut ſurſum aguntur, ſunt immobilia naturaliter: at deorſum naturaliter moveri poſſunt: unde lapis, qui eſſet in centro terræ, *An gravia ſurſum poſſint moveri naturaliter?*

cùm

cùm deſcendere non poſſet inferiùs, naturaliter moveri non poſſet, violenter poſſet.

CCCXLVI Multum hodie proficiam, ſi vnam ideam ſpacij imaginarii adquiſiero: multum ſi expreſſero, & alios eam docere potuero.

Spacii & corporum locatorum diſtinctio. Rogor, Quo modo ſpacium imaginarium à corporibus in illo locatis diſtinguatur? & ego, ut reſpondeam, ſuppono varias eſſe ſententias, & quia pauci dicunt ſpacium non diſtingui à Deo, illud diſtingui à Deo ſupponam (ſic ſuadet opinandi facilitas) & ſtando huic hypotheſi probabiliſſimæ, interrogabo. Quo modo carmen imaginarium à dictionibus juxta illud poſitis diſtinguatur? hoc eſt, quo diſtinguatur modo

Sapphicum imaginarium. hoc carmen -v---/vv-v-v:

ab iſto *Lucifer nobis oritur diurnus.*

CCCXLVII. Sanè hæc duo carmina non diſtinguuntur realiter: nam ſecundum eſt carmen verum, & primum eſt imaginarium, in quo ſolam quantitatem imaginamur, quæ eſſet aut eſt in carmine: cùm enim mente recogitamus.

iſtos numeros -v---/vv-v-v,

conſideramus quantitatem, quæ quidem de facto non eſt, eſſet tamen ſi Sapphicum aliquod pronunciaretur: & cùm pronunciamus iſtas voces *Lucifer nobis oritur diurnus.* tunc in illis conſideramus quantitatem, quæ de facto eſt in illo verſu. ERGO ſimiliter de ſpacio imaginario philoſophabimur: quando enim imaginamur

Quid ſit ſpacium imaginarium? centum leucas ultra cælum empyreum, conſideramus extenſionem, quæ non eſt ibi de facto; eſſet tamen, ſi ibi crearentur corpora: cùm autem ſpacium quod eſt in Lunæ concavo, conſideramus extenſionem & quantitatem, quæ eſt ibi de facto, non quidem diſtinctam realiter à quantitate corporum ſublunarium, ſed

Quid dicat reale ſpacium? eandem præciſam ratione à materiâ & etiam à propriâ ecceitate: ſpacium enim tantum dicit tantam magnitudinem in taliâ corporibus datis diſtantiâ: & ſpacium verum illam contrahit ad talia corpora; non ſecus ac pes Dactylus imaginarius ſolummòdò dicit has ſyllabas -vv, & verus bas *Barbara* v. gr. iam ad materiam, ecceitatem & realem exiſtentiam contractas. *Pes verus & imaginarius.*

Si petat aliquis, An Deus ſit in ſpaciis imaginariis? An Angeli? petam ego An Deus, aut Angelus proferre poſſit iſtud Sapphicum imaginarium. CCCXLVIII. *An Deus, & Angeli ſint, aut eſſe poſſint, in ſpaciis imaginariis?*

-v---/vv-v-v
-v---/vv-v-v
-v---/vv-v-v
-- -vv.

Sanè non ſolùm Deus, aut Angelus, ſed etiam Homo poterit pronunciare iſtud imaginarium carmen, ſi dictiones accenſeat, puta ſi dixerit. CCCXLIX.

Sæpiùs ventis agitatur ingens
Pinus, & celſa graviore caſu
Decidunt turres, feriuntq; ſummos
Fulmina montes.

Ergo Deus non eſt de facto in ſpacio imaginario, quod extra cælus à mortalibus concipi ſolet (de hoc enim agimus, & non de alio) at in illo eſſe poterit, ſi corpora creet extra cælum, in quibus illud ſpacium, quod imaginariò modò eſt, ſit de facto. Angelus, ſi eò transferre poſſit corpora, ibi eſſe poterit, non tamen antequam illa eò transferat. CCCL.

Sicut de ſpacio imaginario, ſic etiam de tempore imaginario philoſophandum eſt: neutrũ enim eſt aliquid realiter diſtinctum à corporibus, quæ aut ſunt, aut eſſent, ſed aliquid ratione præciſum. Unde Auguſtinus *libr. 8. de civit. Dei cap. 5.* ait *inanes eſſe hominum cogitationes, quibus infinita imaginantur loca; inanes hominum cogitationes, quibus inaniter cogitant præterita tempora, infinitæ vacationis Dei.* quibus conſonat *libr. 7. cap. 1. & 5.* illud quod nos *Spacium imaginarium* dicimus, *Nihil ſpacioſum* appellans. CCCLI. *An ſicut de ſpacio imaginario, ita etiam de tempore imaginario ſit philoſophandum?*

ARTICVLVS X.

De Prædicamento Situs.

CCCLII. *Quid ſitus ſit?* Multa occurrunt de Situ, pauca dicam; non enim multa neceſſaria videntur. Eſt autem Situs *poſitio ſeu ordinatio partium in loco.* ut ſtare, ſedere, jacere, inclinari, &c. Ita Author ſex principiorum apud S. Thomam *Opuſc. 48. cap. 1. de Situ.* & *1. 2. quæſt. 49. art. 1. ad. 3.*

Quomodo ab ubicatione diſtinguatur? Si quæram, An & quomodo *Situs* diſtinguatur ab *Vbi*? reperiam malè diſſentientes Authores: alij enim coincidere hæc duo prædicamenta exiſtimant, & ut plurimum ratione diſtingui: & alij aſſerunt diſtingui realiter; tum ex ratione generali, quod diverſa prædicamenta non poſſunt ſolâ ratione diſtingui; alioqui non eſſent primò diverſæ ordinationes, & quidditates rerum; tum ſpecialiter, quia poteſt Situs manere invariatus variato Vbi, ut patet in eo qui ſedet in navi, nam ſine ſeſſionis variatione tranſvehitur per diverſa loca. Nos rem breviter examinabimus, & dilucidabimus. *An Prædicamenta realiter diſtinguantur?*

Fundamentum Grammaticum.

Differentia Protei & Anagrammatu.

QVo differt modo Proteus ab Anagrammate? Exponam. In Proteo mutantur dictiones integræ, & in Anagrammate dictionis partes. Proteus eſt iſte,

De hac ego materiâ multa nova & curioſa in meâ Metametricâ, quam legere poteris.

Vivat Fernandus Quartus, ſpes altera Mundi.
Fernandus Quartus Mundi ſpes altera vivat.
Mundi Fernandus Quartus ſpes altera vivat.

& Anagrammata ſunt iſta,

Roma.	*Eva,*	*Angelus.*	*Logica.*
Amor.	*Ave.*	*Galenus.*	*Caligo.*

Igitur inverſis denominationibus, Anagrammata erunt litterarum ſingularum Protei; & Protei erunt dictionum Anagrammata.

CCCLIV. SCripſi quatuor Anagrammata, de quorum ſingulis multa dicere poſſem, pauca hæc ſubiicio.

PRIMUM eſt pulchrum, & in causâ, quòd multa ingenia luderent aut obluderent. Exſtat calumnioſum Scaligeri Diſtichon, acutum tamen; alij uberiùs ſuas panegyres ſcripſerunt. Sed quia ſunt & alia, ejuſdem nominis anagrammata, qualia *Mora, Ramo, Maro.* &c. hoc breve Epigramma ſubiicio,

Roma anagramma. *Mora.*

Fabius trahendo moras defendit Romam.

Vnus homo nobis cunctando reſtituit Rem:
Si ſæpè arma iuvant, ſæpiùs ingenium.
Non ponebat enim rumores ante ſalutem.
Defenſa eſt parvâ Maxima Roma morâ.

SECUNDO Anagrammate, etiã pulchro, utitur Eccleſia in hymno Mariano, dũ intonat,

Ave. & Eva anagrammata.

Sumens illud Ave
Gabrielis ore,
Funda nos in pace
Mutans Evæ *nomen.*

De hoc multa ſubtilia à Concionatoribus frequenter dicta.

CCCLV. TERTIUM Medicinam commendat; artem ſanctiſſimam & excellentiſſimam quam exercuit Raphael (unde illi nomen) dum Tobiam recuravit. De hâc materiâ audivi Viennæ in Eccleſiâ apud S. Stephanum Magnificum Virum Ioannem Guilielmum Mannagettam acutè & eruditè declamantem, oſtendentemq; plurimos Pontifices, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, &c. nec non Imperatores, Reges, Principes, &c. hanc cum ſummâ laude didiciſſe & exercuiſſe Facultatem.

Galenus & Angelus anagrammata.

ULTIMUM expono in Metalogicâ & ideò ab ulteriore dilucidatione ſuperſedeo.

Logica & Caligo anagrammata.

Parallelum Metaphyſicum.

QVo differt modo Vbi à Situ? Vt Proteus ab Anagrammate. In Proteo mutantur dictiones integræ, in motu locali corpora integra: in Anagrammate litteræ, ſive dictionis partes, & in Situ corporis partes. Hanc ob rem Fridericus, quando Pariſiis vadit Romam, dicitur mutare ubicationem, & diverſas ſucceſſivè adquirere, at verò quando ſurgit (è lecto, in quo jacebat, ad ſellam, ut ſedeat; hinc iterùm, ut ſtet) dicitur ſituationes mutare. CCCLVI.

Sitûs & Vbicationis differentia.

Macrocoſmus & Microcoſmus.

ET hîc aliquis quæſtionem de nomine movere poſſet, quia ſi totus Mundus conciperetur per modum unius corporis, (concipitur ab illis, qui Mundum *Magnum Hominem*, & Hominem *Parvum Mundum* appellant) ſingula corpora particularia eſſent huius magni corporis partes; & ſtando hypotheſi non locum, ſed ſitum mutarent.

Hinc patet, quid ſit quies reſpectiva, & an unum & idem corpus poſſit quieſcere & moveri ſimul; qui enim jacet in navi, quieſcit reſpectu navis, at quia hæc movetur etiam ille motu navis movetur. Ergo quieſcit & movetur ſimul, ſed non eodem reſpectu: quieſcit enim reſpectu navis, & mundi reſpectu movetur.

Quies duplex abſoluta & reſpectiva.

ARTI-

Digitized by Google

ARTICVLVS XI

De Prædicamento Habere.

CCCLVII. *Notet hic bene Lector eſſe omnia, quæ de hoc prædicamento paſſim ſcripta, levia, & magna correctione indigent.*

Hic Metaphyſici naturalia & artificialia, imò etiam moralia confundunt: quoniam habere crines, plumas, ungues, dentes, &c. naturale eſt: habere veſtes artificiale: habere ſuperiores aut ſubditos, habere miniſtros aut famulos; &c. politicum. Nos diſtinguemus ſingula; & ut poſſimus meliùs more noſtro literarum merâ cognitione iuvabimur.

Fundamentum Grammaticum.

An vocalis in conſonam tranſire poſſit? An citra?

Svnt aliquæ litteræ, quę mutant officia; & iam ſunt ſubſtantiales ſeu vocales; & iam non ſubſtantiales ſeu conſonæ: tales ſunt I & V. nam in dictione *Iuvenus* prior I eſt conſona, & poſterior vocalis; & prior V. eſt vocalis, & poſterior conſona.

Optimæ literæ: quæ?

PRo conficiendis anagrammatibus optimæ litteræ ſunt I & V, quia cum poſſint vel eſſe vocales vel conſonæ, faciliùs poterunt dictionem ingredi: at raró in eâdem dictione una ex his duabus litteris eſt indifferens, ut ſonet aut conſonet; interim nomina ſpondea, quæ ab I conſonante exordium ſumunt, hoc ſolent gaudere privilegio in fine Pentametri, ut cùm dixit Virgilius;

Iulius à magno dimiſſum nomen Iulo.

Et V. vocalis non raró tranſit in conſonantem: dixit enim Lucretius lib. 2.

Corpore ſic animi ſequitur ſententia tenuis.

Reperimus *Genua*, pro *Genua*; *Abjete*, pro *Abiete*, &c. Sed de his alibi uberiùs diſputavi.

Parallelum Metaphyſicum.

CCCLVIII *An ſubſtantia in accidens tranſire poſſit? An contrà?*

Svnt aliquæ res verè exiſtentes, quæ mutant officia, & iam ſunt accidentia, jam ſubſtantiæ: Veſtis enim ſubſtantia eſt, & tamen Hominis accidens eſt. Aër eſt ſubſtantia, & tamen per corporis poros & ſenſus extenſus, Animalis eſt accidens. An-ne omnes qualitates ſunt tales? Minimè. quia ſicut ſunt conſonæ, quæ non poſſunt eſſe vocales; ita & accidentia, quæ non poſſunt eſſe ſubſtantiæ. *An veſtis ſit accidens? An aër? An omnia cætera?*

An qualitates ſint ſubſtantiæ inſtrumentales habitæ?

HÆ ſubſtantiæ, cùm dicuntur accidentales eſſe, ad prædicamentum *Habere* reducuntur, in communi ſententiâ. At eaſdem aliqui reducunt ad Prædicamentum *Qualitatis*, opinantes Potentias, Impotentias, Habitus & Diſpoſitiones, Paſſiones & Formas ſenſibiles, nihil eſſe aliud, quàm ſubſtantias habitas ab illis rebus, quarum qualitates dicuntur. Hanc Philoſophiam nonnulli viri docti propugnant; ſed ſuas difficultates patitur in Euharistiæ Sacramento, quibus ſemel tranſglutiri iuſſis difficile myſterium facilitat, & ſummè dilucidat: ſed quo fructu, ſi illæ veræ nō ſunt? Non quærimus modum clarū & facilem, juxta quem potuiſſet Chriſtus aliam condere Euchariſtiam; ſed illum (facilem aut difficilem) juxta quem illam condidit, quam habemus de facto: quoniam ſi hæ ſubſtantiæ accidentales non remanent in Sacramento, periculoſè remanere dicuntur, & cum detrimento religionis & fidei quæritur claritas in myſterio obſcuriſſimo, & in difficillimo facilitas. *An hac expoſitio Euchariſtia myſterium facilius reddat*

MEDITATIO IV.

THEOLOGICA.

CCLIX Cur Theologiam tractaturus convertam oculos ad Abecedarium.

REm in minimo maximam, & in infimo ſummam; hoc eſt, Deum in Abecedario contemplabor: & iterùm ob oculos ponens primas charaterum notitias, graviſſimas Theologiæ difficultates explicabo: & quia maxima ſum diſcuſſurus, ut clarè & dilucidè ſingula, à minimis exordium ſumo; me exemplis clariſſimis & ſecuriſſimis iuvabo, ut Dei Optimi Maximi ideam veram, quatenus humanitùs haberi poteſt, addiſcere & docere poſſim. A primis ergo eruditionis elementis incipiam, & quia nihil in Orbe litterario eſt antiquius, nihil certius, quàm litteras in Abecedario, hanc ob rem eumdem & mihi, & aliis univerſis ob oculos pono, ut vel ſic umbras claras & certas Divinæ perfectionis inveniam.

ARTICULUS I.

Quid & qualis ſit Deus?

Tota empedoclis Philoſophia & Theologia eſt anagrammatica.

VArias ingreſſi vias veteres Philoſophi, varias de Deo ideas & varios cõceptus formaverunt: & Ego, quia me iubet Empedocles intra Grammaticæ cancellos continere, illac ibo, quà me Genius Abecedarius duxerit; & quis Deus in minimis maximus eſt, confido in primis eruditionis elementis, hoc eſt, in characteribus (litteræ enim ſunt orationis partes minimæ) maximè appariturum, & optimè deſcriptum iri. *Orationis pars minima.*

Fundamentum Grammaticum.

CCLX. Literarum Latinarũ numerus.

ABecedarium Latinum, qui hodie in uſu, ſtudioſe contemplor: viginti quinque litteris conſtituitur: nimirùm, A B C D E: F G H I: K L M N O: P Q R S T: U V X Y Z: Scio alias plurimas eſſe poſſibiles, ſed facilioris eruditionis gratia duo ſuppono: alterum, præterenumeratas nullam eſſe literam poſſibilem; alterum, eaſdem eſſe invicem identificatas, adeòque conſtituere unam entitatem, unũ Genium realiter ſimplicem, qui ABECEDARIVS vocatur. *An præter has ſint etiam aliæ literæ poſſibiles?*

Empedocles græcè ſcripſit.

VTor Abecedario Latino, poſſem alio, & fortè aliorum opinione deberem: quia cùm Empedocles fuerit Græcus & Græcè ſcripſerit, deberet corrector vel aſſecla uti elementis, quibus ille fuit uſus. Cæterùm, quia claritatem amo, & omnibus has lineas ſcribo, & multi in Orbe litterario ſint, qui Græcum idioma non ſciunt, eſſem Empedocli, eſſem illis, eſſem & mihi iniurius, ſi obſcurè edicerem, quæ clarè poſſem. *Et cur non græco non utimur Abecedario?*

Parallelon Theologicum.

Notarum perfectionum numerus.

PErfectionum poſſibilium theſaurum, qui mihi notus, ſtudioſè contemplor. Multas ille complectitur; ſed præter Exiſtentiam, quę eſt commune attributum, à me noſcuntur tredecim; nimirùm, Entitas, Vita, Intentionalitas, Spiritualitas, & Supernaturalitas & Infinitas: itemque Magnitudo ſeu Quantitas, Attributum ſeu Qualitas. Relatio, *An exiſtentia ſit communis?*

latio, Actio, Paſſio, Duratio, Ubicatio. Scio alias plurimas eſſe poſſibiles, ſed facilioris eruditionis gratiâ duo ſuppono, alterum, præter enumeratas perfectiones nullam eſſe poſſibilem; alterum, eaſdem ſublatis omnibus imperfectionibus eſſe invicem identificatas, adeòque conſtituere unam entitatem realiter ſimplicem, quæ DEUS dicitur.

An ſint aliæ poſſibiles? *Quid ſit Deus?*

CCCLXI. *Deus deſcriptio.* Hinc patet, quo modo deſcribi poſſit Deus, *mihi enim eſt Entitas viva intentionalis (intelligens) ſpiritualis ſupernaturalis infinita: nimirùm immenſa, infinitè magna, habens perfectiones & attributa infinita: habens ſuas relationes activas & paſſivas, omnes nobilitatis infinitæ: eſt æterna, hoc eſt, infinitè durans; eſt ubique, hoc eſt, infinitis locis intrinſecis, in nullo extrinſeco, adeòque eſt immenſa*, &c.

Quantitatis & Ubicationis differentia. Et notandum eſt primò in Deo Quantitatẽ & Ubi coincidere: idem enim eſt habere immenſam ſeu infinitam magnitudinem, quàm eſſe in omni loco intrinſeco. Dixi imperfectiones omnes debere excludi à Divinitatis cõceptu; modò proſcribo aliquas: quoniam ex Ubiquitate ſequitur Immobilitas; nam ſine *unde* & *quo*; ſive ſine termino à *quo* & termino *ad quem*, intelligi motus non poteſt. *Immenſitas* excludit figuram, quia ultimâ ſuperficie caret. *Quando* excludit Æternitas, hoc eſt, infinitæ durationis ſimultas: non enim eſt præteritus aut futurus, qui omni tempori coëxiſtit ſimul. *Situationem* excludit Ubiquitas: nam ſi ſingulæ perfectiones immenſæ ſunt, ſingulę ubiq; ſunt: non ergo poterunt inter ſe ordinari & ſituari.

An Deus ſit ubique? An ſit immobilis? An figuræ capax? An tempus ſentiat? An habeat ſitum?

ARTICVLVS II.

De Emanatione Dei ad extra. Quo modo Creaturæ ſint in Deo? quomodo egrediantur, & fiant?

CCCXXVI *Lege & relege, obſecro, hunc Articulũ. & fortè plura hic in unâ paginâ, quàm alibi in multis reperies.* Deviatâ Veritate communis Creatoris & Creaturæ conceptus: & omnia quæ Sacra Scriptura, Patres & veteres Scholaſtici dicunt de inexiſtentiâ omnium perfectionum (poſſibilium aut etiam exiſtentium in Deo) iuniorum Theologorum placitis non correſpondent, ita ut debeat vel tota corrigi antiquitas, vel unus aut alter recentior. Hi, ut loquar ſincerè, doctiùs errant: ego minùs doctè ipſam met veritatem attingam; & quidem minùs doctè, nolo enim illam alibi quærere aut invenire, quam in Abecedario, quem hodie contemplandum, examinandum & dilucidandum ſuſcipio.

Fundamentum Grammaticum.

Quo modo Abecedarius loquetur?

Genius igitur iſte producat & proferat ad extra aliquas litteras, aliquas voces: quo ergo illas modo producet? non alio, quàm emergendo in illas eaſdem litteras, voces, ſeu dictiones, quas proferet. Illum ego, An ſit ſubſtantia, interrogo? & reſpondet *Sum* & verè, quia conſtamus hypotheſi. Sed ipſam reſponſionem conſidero. *Sum*, ait meus Genius, ſed quid eſt *Sum*? una dictio. An-ne Abecedarius eſt dictio *Sum*, aut dictio *Sum* eſt Abecedarius? minimè: & tamen dictio *Sum* eſt in Abecedario, & Abecedarius eſt in dictione *Sum*, ſed diverſimodè. Dictio *Sum* tres habet litteras, & viginti duarum literarum carentias. (nota id benè) Litteræ ſunt perfectiones poſitivæ, quibus dictio cõponitur: carentiæ ſunt imperfectiones negativæ, quibus inficitur & limitatur. Abecedarius igitur in tota dictione *Sum* eſt inadæquatè (imò totam dictionem *Sum* eſt inadæquatè) Eſſe enim activè, eſt emergere & aliquid ſine extrinſeca materia cõdere. At ipſe non eſt dictio *Sum*, & hæc dictio tota (nimirùm iſtæ tres litteræ prout infectæ carentiâ & negatione reliquarum) non eſt formaliter in Abecedario, in quo nullius litteræ carentia eſt. At verò eadem dictio eſt in Abecedario eminenter, quoniam iſtæ tres litteræ eminentiùs exiſtunt identificatæ reliquis, quam ab illis diſtinctæ. Sed conſideremus has tres litteras *Sum* præſcindendo à carentia & poſitione cæterarum; & dicam in hoc conceptu non intelligi verè & adæquatè dictionem *Sum*, quæ eſſentialiter dicit omnium aliarum litterarum carentiam: addamque hanc eamdem dictionem concipi inadæquatè, videlicet,

Quo modo Abecedarius ſit in ſingulis vocibus: & ſingulæ ſint in Abecedario? Litteræ & litterarum privationes. *Dictio ſecundum ſe.*

delicet,præciſis omnibus negationibus , vel , nt aliqui loqnuntur , præciſis omnibus limitationibus ; & ſubiungam hunc conceptum inadæquatum totum reperiri in Abecedario,totum in dictione *Sum*: & ſi hoc dicatur ad univocationem ſufficere,utrobique reperiri univocè. At erit lata in contractione differentia : quoniam illæ tres litteræ in Abecedatio erunt idemtificatæ reliquis,& hanc ob rem in Abecedario erunt integer Abecedarius; & extra Abecedarium in dictione *Sum* erunt realiter diſtinctæ à cæteris , & non erunt Abecedarius.

CCCLXIII *Perpende hypotheſim.*

Sicut de dictione *Sum* fui philoſophatus , poſſem de quâcumque aliâ: perinde enim fuit mi hâc vel illâ. Cæterùm hîc obſervandum eſt , ſtante hypotheſi,videlicet,quòd Abecedarius ſit Genius ſpiritualis,habens omnes litteras idemtificatas,in illo reperiri omnes litteras : extra illum nullam eſſe poſſibilem aut exiſtentem: eumque non poſſe aliter loqui , quàm emergendo ad alium modum eſſendi realiter diſtinctum à primo. Quamobrem,ſi nulla eſſet creatura poſſibilis,præter litteras, Abecedarius eſſet Deus , & idem illi eſſet producere , quod loqui; & idem loqui,quod emergere. Hæc vera & clara ſunt , & debent relegi & intelligi. *An Abecedarius eſſet Deus?*

Parallelon Metaphyſicum.

Quo Deus modo creaturas ex nihilo producat?

IGitur ipſe Deus dicat & proferat ad extra aliquas perfectiones, aliquas entitates: quo ergo illas modo producet? non alio quàm emergendo in illas ipſas entitates,quas proferet. Producat aliquam,quam examinemus. Plantam ille produxit, & illam ob oculos pono. Sed quid eſt planta? una Dei Creatura. An-ne Deus eſt Planta,aut Planta Deus? minimè. & tamen planta eſt in Deo, & Deus eſt in Plantâ;ſed diverſimodè. Planta duas habet perfectiones præcipuas (entitatem & vitam)& undecim perfectionum carentias(nota id benè)Perfectiones ſunt formaliter poſitivæ,quibus planta componitur : imperfectiones verò ſunt carentiæ & formalitates negativæ,quibus inficitur & limitatur. Deus igitur in totâ Planta eſt inadæquatè(imò totam Plantam eſt inadæquatè) at ipſe non eſt Planta. Et Planta tota (nimirùm iſtæ duæ perfectiones , Entitas & Vita, prout infectæ carentia & negatione reliquarum)nõ eſt formaliter in Deo,in quo nullius perfectionis carentia eſt. At verò eadẽ Planta eſt in Deo eminenter; quoniam iſtæ duæ perfectiones eminentiùs exiſtunt idemtificatæ reliquis,quàm ab illis diſtinctæ. Sed conſideremus has duas formalitates, *Entitatem & Vitam*,præſcindendo à carentia & poſitione cæterarum,& dicam in hoc conceptu non intelligi verè & adæquatè Plantam,quæ eſſentialiter dicit omnium aliarum,perfectionum carentiam ; addamq; hoc Plantam conceptu inadæquatè intelligi,videlicet , præciſis omnibus negationibus,vel,ut alij loquuntur,præciſis omnibus imperfectionibus:& ſubiungam hunc conceptum inadæquatum totum reperiri in Deo, totũ in Planta : &,ſi hoc dicatur ad univocationem ſufficere , utrobique reperiri univocè. At erit lata in contractione differentia ; quoniam illæ duæ perfectiones in Deo ſunt idemtificatæ reliquis,& hanc ob rem in Deo ſunt totus Deus : & extra Deum,nempè in Planta ſunt realiter diſtinctæ à cæteris,& non ſunt Deus.

Nota ſingula. *Quid ſit planta?* *Quo modo Deus ſit in creaturis: & quo iſtæ in Deo?* *Quid ſit perfectio & imperfectio?* *Creaturæ ſunt eminenter in Deo.* *Conceptus planta inadæquatus* *An univocè reperiatur in Deo?*

CCCLXIV *Quot perfectiones habeat planta?*

DUas perfectiones Plantæ attribuo, nimirùm Entitatem & Vitam : nomine Entitatis intelligo corpus; nam Entitas non ſpiritualis corporea eſt: & nomine Vitæ vegetativam : probabile eſt enim vitam vegetativam eſſe ſubſtantiam,& plãtas afficere intrinſecùs. Probabile,inquã, quia diverſimodè ſalvari omnia poſſunt, quæ experimur in Plantis,etiam negatâ hâc formâ : ſed præſtat exempla ponere juxta communiorem doctrinam.

An vita vegetativa ſit forma ſubſtãtialis?

Hæ propoſitiones , *Deus eſt creatura* , & *Deus eſt creaturam* , differunt toto cælo. Prima enim exprimit eſſe idemtificativum,quod Deus reſpectu creaturarum non habet : Secunda exprimit eſſe activum , quod Deo reſpectu illarum convenit : eſt enim ipſe *Ens eſſentians* , *Subſtantia ſubſtantinas* , *Natura naturans.* &c.

Quid ſignificet hæc propoſitio, Deus eſt plantam?

Perfectiones creatæ, ſi eũ ſuis imperfectionibus conſiderentur,nec ſunt Deus,nec formaliter reperiũtur in Deo: At dicũt Theologi illas in Deo

An & quomodo creatura reperiantur in Deo?

Perfectio duplex: ſimpliciter ſimplex, & non ſimpliciter ſimplex.

in Deo contineri eminenter, quia continentur eminentiùs. Eminentius eſt enim perfectionem aliquam habere ſine imperfectionis contagio, quàm maculis multis infectam. Quamobrem hæc propoſitio, *Deus continet omnes perfectiones*, debet ſemper diſtingui: illæ enim omnes ſimpliciter ſimplices (hæ ſunt, quæ imperfectionem nullam imbibunt) formaliter complectitur: at verò perfectiones non ſimpliciter ſimplices (hæ ſunt quæ immixtæ imperfectionibus) continet eminentiùs quàm creaturæ, quia illas continet ſublatis imperfectionibus.

De Univocatione variæ ſunt Authorum opiniones, & inde naſcuntur nonnullæ controverſiæ Nominales, quas fugio, & ideò mallem conditionatè loqui, quàm loquendo abſolutè alicui diſplicere Grammatico.

ARTICULUS III.

De Abſtractione poſitiva & negativa. Quomodo per viam Abſtractionis aſcendamus ad Deum?

CCCLXV. *Per creaturarum notitiam devenitur ad Deum.*

Dionyſius, Pauli diſcipulus fidelis, & omnium Theologorum Magiſter doctiſſimus fuit. Nos per creaturas ad Deum ſecuriſſimè ducit, & tanta myſteria reperit in nominibus Dei, ut de illis integrum librum ſcripſerit, quem D. Thomas & multi alii Theologi Commentariis doctiſſimis dilucidarunt. Imitabor igitur Magnum Dionyſium, & permittens eum diſputare de Divinis nominibus, litteris, quæ eorumdem nominum ſunt elementa diligenter inhærebo, & abſtrahendo imperfectiones ad perfectionis illius, quæ Deus eſt, notitiam manifeſtam & claram propiùs aliquando perveniam.

Paulum fuit æquiſime Dionyſius: & nos imitabimur Dionyſium.

Fundamentum Grammaticum.

Abſtractio duplex: præciſiva & negativa.

PRæmiſi aliqua ad leges præciſivæ abſtractionis; ſed quia abſtractio eſt duplex, præciſiva & negativa, aliquid de abſtractione negativa dicamus. Puto me in minima quacumque dictione poſſe totum Abecedarium rimari, ſi omnes litterarum carentias abſtrahere negativè ſcivero: nam ſi litteras S. V. M viginti duabus carentiis exuero, & loco earumdem terminos contradictorios, hoc eſt, totidem correſpondentes poſitivas litteras ſubrogavero, non jam dictionem *Sum*, ſed totum Abecedarium habuero.

Quid ſit abſtrahere negativè.

Abſtractio præciſiva &

Abſtractio negativa explicatur.

Hinc patet utriuſque abſtractionis ingenium: illas alibi uberiùs expendo: hîc breviter definio aut deſcribo. E duabus formalitatibus aut realitatibus alteram abſtraho præciſivè, quando alteram concipio alterâ non conceptâ: at verò tunc alteram abſtraho negativè, quando alteram mente concipio, & alteram conceptæ nego, & loco illius quam nego, oppoſitam contradictoriè adſcribo. Omnia unico exemplo dilucido. Brutum eſt animal irrationale, ſi jubeas abſtrahere præciſivè animal ab irrationali, concipiam animal, & non concipiam irrationale: & ſic tuo ſatisfecero imperio. Cæterùm, ſi irrationalitatem abſtracturus negativè ſim, concipiam animal non irrationale, & adſcribendo illi perfectionem oppoſitam, Animal rationale.

Parallelon Theologicum.

CCCLXVI *Ex creaturis per abſtractionem negativam devenitur ad Deum.*

ABſtractio eſt duplex: præciſiva & negativa, ut diximus: ergò convertendo ad Deum oculos, aliquid de Abſtractione negativa dicamus. Puto me ex minima quacumque creatura poſſe totum Deum rimari: nam ſi omnes perfectionum carentias abſtrahere negativè ſcivero, & loco earumdem terminos contradictorios, hoc eſt, totidem correſpondentes poſitivas formalitates ſeu perfectiones ſubrogavero, non jam plantam, ſed totum Deum habue-

Quid ſit plantæ

habuero. Nam ſi planta eſt *Entitas exiſtens viva non intentionalis, non ſpiritualis, non ſupernaturalis, non infinita*, ſublatis negationibus manebit. *Entitas exiſtens, viva, intentionalis, ſpiritualis, ſupernaturalis, infinita*; & hæc eſt *Deus*. *Quid ſit Deus*

Recogito quid ſit Abſtractio negativa: & ad quid ejus cognitio ſervire poſſit?

ABſtractio hæc negativa debet benè intelligi: illâ utuntur frequentiſſimè Patres, qui ex quâcumque creaturâ hâc abſtractione conducti aſcendunt ſecuriſſimè ad Deum. Multa exempla in locis diverſis produxi. Plantam hîc ob oculos poſui, tu periculum fac, & ex quâlibet muſculâ omnes imperfectiones abſtractione negativâ remove, & conſequeris Deum.

Creaturæ nos perducunt ad Deum.

Hinc patet meritò D. Paulum dixiſſe, *Inviſibilia Dei à creaturâ mundi* (nempè, Homine) *per ea, quæ facta ſunt, intelligi & conſpici*: meritò alios intuliſſe, *Oportere de divinis divinitùs, ſicut de humanis humanitùs philoſophari*: quoniam, ſi quiſpiam vel unam muſcam adæquatè & perfectè cognoſceret, ille ipſe cognoſceret adæquatè & perfectè omnes ejuſdem imperfectiones, hoc eſt, carentias perfectionum: adeòque eaſdem perfectiones cognoſceret: &, ſi omnes cognoſceret, etiam Deum; eſt enim Deus quædam identica omnium perfectionum collectio. *Quid ille ſit*

ARTICULUS IV.

De eſſe Dei. An pluribus modis exiſtat?

CCCLXVII. *An intelligere Dei ſit eſſe Dei?*

SI Angelicum Doctorem interroges, *Quid ſit eſſe divinum?* reſpondebit Intelligere Dei eſſe *eſſe* Dei: hoc eſt, Deum intelligendo exiſtere, & exiſtendo intelligere: eſt enim Ens infinitè intellectivum, & hanc ob rem exiſtit per intellectionem, & intelligit per exiſtentiam: ſubſcribunt Angelico Doctori Thomiſtæ; & multi etiam alii in diverſis ſcholis.

Duplex exiſtendi modus in Deo.

Quot ergo modis Deus exiſtit? quot ſuas perfectiones intelligit, & quot illas intelligit? ne circulum committam, & iterùm ex intellectione ad exiſtentiam recurram, has pauculas lineas ſubſcribo.

Fundamentum Grammaticum.

Duplicem eſſendi & exiſtendi modum habet Abecedarius.

ABecedarius duplicem eſſendi modum habet: alterum intrinſecum, & adæquatum; alterum extrinſecum & inadæquatum: intrinſecus identicus; extrinſecus activus eſt. Ad intra (ſic placet loqui, non enim occurrit ſignificantior vox) noſter Abecedarius eſt omnis Littera: & ad extra, cùm vocem profert, eſt aliquas litteras

Duplex conſideratio litterarū

HInc patet litteras bifariam poſſe conſiderari; ad intra (hoc eſt, in Abecedario) & ad extra (hoc eſt in dictionibus diverſis extra Abecedarium dictis aut ſcriptis) nulla eſt dictio, cujus omnes litteræ non ſunt in Abecedario, & nulla eſt dictio, quæ omnes contineat litteras, & hanc ob rem Abecedarius ſe habebit ad quamcumque dictionem tanquam totum ad partem præciſivè ſumptam. Conſultò præciſionem expreſſero, quia pars formaliter ſumpta dicit diſtinctionem aut etiam carentiam compartis, & hujuſmodi diſtinctio aut carentia nunquam reperitur in Deo.

Partis conceptus.

Parallelum Theologicum.

CCCLXVIII. *Duplicem eſſendi & exiſtendi modum habet Deus*

DEus duplicem eſſendi modum habet: alterum intrinſecum, & adæquatum; alterum extrinſecum & inadæquatum: intrinſecus eſt identicus; extrinſecus activus eſt. Ad intra (ſic loquuntur Theologi) Deus eſt omnis perfectio, & ſublatis imperfectionibus Deus eſt omnis formalitas & omnis realitas; nulla enim eſt perfectio poſſibilis aut intelligibilis, quæ non reſpiciatur in Deo: & nihil eſt in Deo, quod non ſit Deus. Ad extra Deus cùm

plantam

plantam creat, tametſi non ſit planta, eſt plantam, hoc eſt; plantam producit.

Quid ſint creaturæ poſſibiles?

Est mirabilis creaturarum poſſibilium aut etiam exiſtentium conceptus, qui in multis reperitur Authoribus. Diſtinguunt eas à Deo, voluntque eaſdem à Deo reſpici, quaſi ille eſſet hîc, & illæ ibi: ſed quàm ſit abſurda hæc imaginatio, ille ſcit, qui divinam eſſentiam aut in rationis tabulis aut in veterum libris rimatur. Ut poſſibilem creaturam benè intelligam, litteram poſſibilem meditor. Extra Abecedarium nulla eſt littera, & extra Deum nulla eſt poſſibilitas (ſeu activam, ſeu paſſivam eam vocem) tota enim creaturarum poſſibilitas deſumitur à creatrice potentiâ. Sed de hoc jam ago.

ARTICULUS V.

De Creaturis poſſibilibus.

CCLXIX *Non omne poſſibile eſt producibile.*

Latiùs patet poſſibile, quàm producibile. Deus enim actu eſt, adeòque etiam poſſibilis eſt, & tamen producibilis non eſt. Poſſibilitas igitur duplex eſt; intrinſeca & extrinſeca: intrinſeca competit uni & ſoli Deo, qui independenter à quocumque extrinſeco exiſtens eſt: extrinſeca competit creaturis, quæ à Deo exiſtentiam recipiunt. Et quidem creaturas poſſibiles ad duas claſſes reduco: aliud eſt enim creaturam eſſe poſſibilem, & aliud eſſe purè poſſibilem: poſſibilis eſt quæcumque præterita, futura, præſens: & purè poſſibilis ea ſola, cui non repugnat exiſtentia, at in nulla temporis differentiâ illam eſt habitura. Sanè exiſtentiam Thomiſtæ & alii multi Authores etiam realiter ab eſſentiâ diſtinguunt: alii tantùm modaliter: & Scotiſtæ, ut harum duarum formalitatum diſtinctionem exponant, ad Ens diminutum confugiunt, & illud tam diverſis, aut etiam adverſis modis explicant, ut Ens poſſibile Scotiſtarum non videatur poſſibile. Illud urbanè nonnulli oppetunt, qui tamen fruſtrà Cenſuris commaculant ſubtilium Theologorum doctrinam, qui non ſunt condemnandi aut etiam arguendi de opinione, quam nunquam propugnant: quòd enim multi illis adfingunt, aliquid eſſe (hoc eſt exiſtere) quod non ſit creatum à Deo, Scotiſtæ non dicunt. Carent vocabulis; & quia ingenioſi ſunt, exuberant ſubtilibus conceptibus; & mentem ſuam exponerent, ſi juxta Dialectum Scholaſticam, quâ ego utor, omitterent hanc propoſitionem, *Creaturæ poſſibiles, antequam producantur, ſunt*; & reponerent iſtam, *Creaturæ poſſibiles, antequam producantur non ſunt, ſed ſunt*: hoc eſt, habent ſua prędicata eſſentialia, & poſſunt à Creatore produci.

An ab eſſentia exiſtentia realiter diſtinguatur?

Ens diminutum.

An aliquâ cenſurâ ſit dignum?

Creaturæ poſſibiles ſunt,

Fundamentum Grammaticum.

CCLXX *Quid ſyllaba poſſibilis ſit?*

Si non loqui ad extra vellet Abecedarius noſter, poſſet: & poſſet aliqua dicere & aliqua tacere, ſi vellet: ſuppoſui enim illum eſſe quemdam Genium liberrimum, & ſapientiſſimum. Sed interrogas. Quidnam ſit dictio pronunciabilis, ſeu dictio poſſibilis? Danturne extra Abecedarium aliquæ litteræ poſſibiles ab Abecedario condiſtinctæ, ad quas Abecedarius dicat relationem potentis eas proferre; quæ ad Abecedarium dicant correlationem potentium ab illo proferri? Nugæ, nugæ. Abecedarius omnes litteras complectitur, omnes, omnes; poſſibiles & exiſtentes: & præter eas. quæ ſunt in Abecedario, hoc eſt, præter omnes litteras (nihil enim aliud Abecedarius eſt, quàm omnes litteræ) nulla eſt littera. Genius iſte Abecedarius, quia dicit & profert ad intra omnes litteras, exiſtit: & quia dicit & profert ad extra aliquas, loquitur. Et cùm dicit ad extra, nihil aliud omninò facit, quàm emergere ad alium inadæquatum modum ſonandi ſeu eſſendi. Litteræ igitur S, V, M, ſi concipiuntur ut identificatæ omnibus reliquis, ſunt realiter integer Abecedarius; ſi ut replicatæ extrinſecùs (replicatæ, inquam, quia cùm inſunt dictioni, non abſunt, nec abeſſe poſſunt Abecedario) & ut diſtinctæ à reliquis, ſũt dictio SVM, quæ eſt diſtincta realiter à proferente: ſi ut replicabiles extrinſecùs & realiter diſtinguibiles, ſunt dictio SVM poſſibilis & pronuntiabilis. Si tandem concipiuntur ſimul ab identificatione & etiam

Prolatio duplex: ad intra & ad extra.

Abecedarius eſt omnes litteræ.

Litteræ replicantur ad extra: nota id benè.

etiam diſtinctione præciſæ, ſunt litteræ ſecundum ſe, quæ tam in Abecedario, quàm in dictione repetiuntur.

CCC LXXI.

An, & quomodo eſſentia ab exiſtentiâ diſtinguatur?

HÆc ſunt facilia, & in causâ, ut creaturarum poſſibilium conceptus, qui obſcuriſſimus erat, facilis & clarus reddatur. Qui realiter aut etiam modaliter eſſentiam ab exiſtentiâ diſtinguunt, peſſimo præjudicio laborant, videnturque incapaces, qui poſſint verum conceptum poſſibilitatis habere: nos autem ſupponentes nec realiter nec formaliter (imò nec ex naturâ rei, aut etiam ratione ratiocinatâ) eſſentiam diſtingui ab exiſtentiâ, liberiùs & meliùs procedemus. Ergo conceptus Theologicos ad hanc communem doctrinam conformatos, Fundamentis Grammaticis attemperemus.

Parallelum Theologicum.

Deus eſt agens liberũ.

CCC LXXII.

Quid ſit Ens poſſibile?

SI nihil producere ad extra vellet Deus, poſſet: & poſſet aliqua producere, & alia non producere: eſt enim abſolutus & libertimus Dominus: ſed interrogas. Quidnam ſit perfectio creabilis? quid creatura poſſibilis? Dantur-ne extra Deum aliquæ perfectiones aut formalitates poſſibiles à Deo condiſtinctæ, ad quas Deus dicat relationem potentis eas producere, quæ ad Deum dicant relationem potentium ab illo produci? Nugæ, nugæ. Deus omnes perfectiones complectitur, omnes, omnes: poſſibiles & exiſtentes: & præter eas, quæ ſunt in Deo, hoc eſt, præter omnes perfectiones (nihil enim aliud eſt Deus, quàm omnes perfectiones) nulla eſt perfectio. Deus quia ad intra eſt omnis perfectio, exiſtit: & quia ad extra eſt aliquas perfectiones, eas producit: & cùm eſt ad extra ſeu producit, nihil aliud omninò facit, quàm activè emergere ad alium inadæquatum modum eſſendi. Perfectiones igitur, Entitatis, Exiſtentiæ & Vitæ, ſi cõcipiantur ut identificatæ omnibus reliquis, ſunt realiter integer Deus. Si ut replicatæ, extrinſecùs (replicatæ inquã: quia cùm inſunt creaturæ, nõ abſunt, nec abeſſe poſſunt Deo) & diſtinctæ à reliquis, ſunt Planta: quæ eſt diſtincta realiter à creatore. Si ut replicabiles extrinſecùs, & realiter diſtinguibiles, ſunt poſſibiles. Et tandem, ſi concipiantur ſimul ab identificatione & diſtinctione præciſæ, ſunt formalitates & perfectiones intellectæ ſecundum ſe, quæ tam in Creatore, quàm in Creaturâ repeniuntur.

Continet omnes perfectiones.

Quid ſit creare?

Quæcumque perfectio quatuor modis poterit cõſiderari.

An detur conceptus Entis Creatoris & Creaturæ communis.

Quid fuerit ante creationẽ Mundi?

EX hoc creaturarum poſſibilium conceptu multa poſſunt & debent deduci, quæ magnas conſequentias inferent in multis materiis Theologicis. Correſpondet hæc idea illi, quam nos docent Veteres Patres, apud quos ante creationem Mundi, præter Creatricem Potentiam nihil erat: & quidem ſi nihil erat, nec Entia diminuta, nec Eſſentiæ, nec creaturæ poſſibiles à Deo realiter diſtinctæ erant.

ARTICVLVS VI.

De Creaturarum Poſſibilium numero.

CCC LXXIII.

Creaturæ poſſibiles nullo capiuntur numero determinato.

Sunt indefinitæ: hoc eſt, infinita ſyncategorematicè.

ESſe illas finitas & determinatas aliqui Hæretici dixerũt, aut potiùs delirarũt. Eſſe categorematicè infinitas plurimi docent, quia cùm ſint ſimul in cognitione divinâ, non videntur eſſe poſſe infinitæ potentiâ, & hanc ob rem apud plurimos Theologos juniores lego eſſe infinitas actu. Alii, qui philoſophantur ſubtiliùs exiſtimant eas non eſſe infinitas, ſed indefinitas: eſſe plures omni, numero determinabili (hoc eſt, ut Peripatetici loquuntur, non tot quin plures) & hanc ob rem eſſe infinitas ſyncategorematicè. Quid nos debeamus dicere, examinabimus & pronuntiabimus.

Funda-

Fundamentum Grammaticum.

Quot ſunt litteræ poſſibiles?

QVot autem ſuot dictiones poſſibiles? Multæ, multæ. Poſſibiles ſunt Vnilitteræ, Bilitteræ, Trilitteræ; &c. tot inquam (nota id benè) ut qui ſolius Abecedarii quiditatem & combinationes penetret, & comprehendat, omnes linguas & libros ſcriptos & ſcriptibiles ſit comprehenſurus.

Ex comprehēſione Abecedarii quid ſequeretur?

CCCLXXIV. *Quot ſint dictiones monoſyllabæ ſtando Latino ceſſimum Abecedarium.*

DE dictionum numero in Grammaticâ Methodicâ diſputo, & Articulo agens de Monaſyllabis reperio dictiones conſonantium

Senarum	2,648 ;000,000.
Quinatum	134;400,000.
Quaternarum	6;720,000.
Ternarum	;336,000
Binarum	16800
Singularum	,840.
Nullarum	42
& ſummam	2, 829; 473,682

Et quantus erit, quæſo, numerus dictionum Dyſſyllabarum, Triſyllabarum, Tetraſyllabarum, &c? Ferè innumerabilis. Quoniam 2, 829; 473, 682. ductæ in ſeipſas dabunt dictionum dyſſyllabarum numerum; qui ductus iterum in numerum 2, 829; 473, 682. metietur multitudinem triſyllabarum. Et ſic deinceps. [Ego feſtino; alius, qui minoribus ſit implicatus negotiis, poterit ad leges præfixas numeros illos computare.]

Quot diſſyllabæ, triſyllabæ, &c.

Parallelon Theologicum.

Poſſibiles creaturæ ſunt infinitæ ſyncategorematicè.

QVod autem ſunt creaturæ poſſibiles? Multæ, multæ; imò ſyncategorematicè infinitæ: unius, duarum, trium, &c. perfectionum, & in ſingulis perfectionum numeris ſeu ſpeciebus (nam ſpecies ut numeri ſunt) ſingularitates ſunt innumerabiles. Tot, inquam, ut qui ſolius Dei eſſentiam intueatur, non modò hunc Mundum, ſed omnes poſſibiles ſit comprehenſurus.

CCCLXXV. *Poſſibiliũ perfectionum combinationes.*

SI duæ tantùm eſſent perfectiones poſſibiles nimirùm A & B. eſſent quatuor creaturæ poſſibiles, videlicet A. B. AB. BA. duæ ſimplices & duæ compoſitæ.

Si perfectiones poſſibiles eſſent tres: videlicet A. B. C. eſſent creaturæ ſimplices A. B. C. duplices; AB. AC. BA. BC. CA. CB. & triplices ABC. ACB. BCA. BAC. CAB. CBA.

Si eſſent quatuor vel plures numerus ex variâ combinatione mirabiliter creſceret: quam ob rem, ſi poneretur aliquis magnus creabilium perfectionum numerus, infinito propemodum exceſſu creaturæ poſſibiles eſſent multiplicandæ. Cùm igitur perfectiones poſſibiles ſint infinitæ (ſyncategorematicè ut opinor, aut etiam categorematicè, ut alii volunt) ſi ducantur in ſe vicibus infinitis, quanta erit creaturarum poſſibilium multitudo, Ille ſolus comprehendere poteſt, qui condere.

Quàm multæ & infinitæ etiam extra ſe noſcat Deus.

ARTICULUS VII.

De Eſſentiâ & Attributis Dei.

CCCLXXVI. *Multum lucis communicat rationis paritas.*

DEum hucuſque in Abecedario meditatus, multum didici, quæ fortè ignorant plurimi, qui ſe dirigunt ſublimioribus rerum exemplis. Ut video, Parallela me juvant, & ut me etiamnum explicem, utar hoc parallelo. Quærunt theſaurum duo, inveniunt duo, clauſum tamen. Theca igitur eſt reſeranda ut erui poſſit. Habet Franciſcus clavem auream, magnâ arte elaboratam, Smalto nobiliſſimo pictam, non huic, ſed alii ſeræ congruentem: habet Theodorus ligneam, aptam tamen. Et uter, vel me judice felicior? uter meliùs Inſtructus? Mihi Auguſtinus quarto de doctrinâ Chriſtianâ, *Quid obeſt clavis lignea, ſi per eam, id quod volumus, licet aperire?* Et Fran-

Clavis lignea interdum eſt melior clavi aurea.

Franciſco Ego, *Quid prodeſt clavis aurea, ſi per eam, id quod volumus, aperire non licet?* Sed quorſum iſta dixerim? Quia Deum omnium perfectionum eminentiſſimum theſaurum quærimus; ſed eſt theſaurus clauſus, nempè perfectionum, attributorum, & virtutum, quæ habitant lucem inacceſſibilem. Quærimus ſinceram & veram Theologiam, ut Deum perfectiùs cognoſcamus: at iſta eſt liber clauſus, & ſeptem ſigillis obſerratus, & priùs debet aperiri, quàm diſci. Ut ergo hunc librum aperiamus, clavi indigemus. Recurrit Caſimirus ad aurea Philoſophorum dogmata, & auream clavim adquirit: ſed quia naturalis Peripateticorum doctrina metallo ethnico dives, non benè ſupernaturalibus conſonat, dum auream habet, nullam habet: & Ego recurro ad primas tabulas, quibus primis Præceptor meus Abecedarium, & in eo prima eruditionis Grammaticæ elementa deſcripſit: & quia illæ tabellæ continent doctrinam claram, certam & manifeſtam, miniſtrant mihi clavim ligneam, aptam tamen veritati aperiendæ. Ergo ſiquidem hucuſque feliciter uſus ſum iſtâ clavi, progrediar, & illâ iterùm uſus difficultates ulteriores aut etiam penitiores aperiam. Sic libuit nunc præfari; in altam me mentem ſubduco, & mihi redditus, aut ſi velis, derelictus, ſic inquam.

Aurea Philoſophorum libru mihi, tabella Abecedarii utilior eſt.

Fundamentum Grammaticum.

CCCLXXVII. NUper fui Abecedarium meditatus nimitùm intellectualem Genium, in quo omnium literarum perfectiones identificatæ reſiderent. Et quidem multû me juvit hæc idea; ſed quia finiti ad infinitum nulla datur proportio, ut hujus Genii ad Deum, qui eſt infinitus, nos ſincerè manuducat cognitio, eumdem eſſe infinitum ſupponamus: & hunc ſeptimum Articulum, qui totius Theologiæ clavim penitiorem complectitur, huic infinito Genio contemplando & exactè noſcendo dedicemus. Ergo, ſi ſemel illi infinitatem accenſemus, negare debebimus omnia, quæ militant contra infinitatem. Hâc igitur doctrinâ inſtitutus progredior.

Abecedarium Genium ſupponimus eſſe infinitum.

Inter infinitum & finitum nulla eſt proportio.

Quid eſt littera Conſonans? Quæ dat vocali initium, finem-ve? Ergo, ſi daretur aliqua vocalis infinita, quæ ab æterno in æternum ſonaret, non poſſet conſonantibus affici. Caret igitur conſonantibus noſter Genius, noſter Abecedarius: & quid retinet? Vocales omnes; videlicet A E I O V, vel ſi aliter placeat ordinare IEOVA. Ergo ſingulæ ex his unicum habent modum ſonandi, at Incipiendi & deſinendi, ſi non ſupponeretur infinita, haberet multos modos: tot ſcilicet, quot conſonantes numeramus.

An vocalis æterna poſſit conſonantibus affici.

Quid ſit conſonans?

Hinc incipio intelligere, cur Deus vocetur IEOVA; non enim reperire quis poterit nomen Divinæ ſuæ Majeſtati convenientius, quàm id; ſed de hoc ſtatim.

יהוה eſt nomen Dei.

CCCLXXVIII. Proſcripſimus omnes litteras conſonas (accidentales & modales) à quiditate noſtri Genii; quia pertinent ad initium aut finem, & Genius noſter, ſiquidem æternus & infinitus eſt, principio & fine caret. Anne in Vocalium eſſentiali conceptu relucet aliquid oppoſitum infinitati? Ut video, Vocalium pronuntiatio ab oris diductione dependet: aliter aperitur ut ſonet A; aliter ut E; &c. Ergo, ſi ſonaret infinitus ſpiritus, non orietur à labiis diverſâ proportione, deductis: ergo eſſet unica & ſimplex Vocalis. Et quæ? aure humanâ inaudibilis, linguâ humanâ ineffabilis.

Unde vocalium varietas ſuboriatur.

Ergo totus noſter Abecedarius infinitatis vi ad unicam Vocalem reducitur, in quâ hypotheticè & eminenter omnes Vocales & Conſonantes reperiuntur: illum enim licet inſpicere, & ſic effari. [Genius iſte, qui totius Abecedarii perfectiones complectitur, eſt æternus: & ideò caret litteris conſonantibus ſeu modalibus & accidentalibus; hæ enim ſerviunt à principio aut à fine, & noſter Genius principio & fine caret. Eſt infinitus: & ideò omnes in ipſo vocales coïncidunt: earumdem enim diſcrimen pendet à terminis latitudinis & profunditatis. Eſt igitur vocalis unica, ineffabilis. Eſt ſimpliciter indiviſibilis: at hypotheticè diviſibilis: ſi enim careret infinitate, poſſet in quinque Vocales differentes ſubſtantialiter dividi: & hæ poſſent hinc inde accidentalibus & modalibus conſonis terminari.]

Abecedarius totus reducitur ad unam vocalem.

Idea Abecedarii infiniti.

CCCLXXIX. AGo Deo ſummas gratias, quòd Ideas reppererim, quæ tantâ fælicitate & ſecuritate me poſſint ad eundem conducere, & in re tam obſcurâ tantâ luce iuvare. Nolo uno inſultu tam longam diſtantiam percutrere, ſed utar intermediâ aliquâ Meditatione, ut conceptus adquiſiti firmeotur, & præparetur animus, ut ad veritates Grāmaticas Theologicas poſſit Reſolutiooes conformare. Sed quo pergam, ut inteorum obtineam? An ad Geometriam, an ad Phyſicam? Ad neutram: agam tameo de corpore, quod ſi finitum eſſet, deberet pertinere ad utramque.

Quod longè diſſita veniamus, debemus tranſire per media.

Radius Geometricus.

CCCLXXX. *Quid ſit figura? An corpora infinita illam habeant?*

UT firmiùs dictis hæream, eam Geometriæ partem ingredior, quæ de figuris & peripheriis tractat. Et interrogo, *Quid ſit figura?* Eſt, quæ dat corpori terminos, initium, finem, &c. Ergo, ſi daretur aliquod corpus infinitum, ſicut nec terminorum, ſic nec figurarum eſſet capax. Careret igitur omni figurâ & circumferentiâ Corpus iſtud, aliàs enim non eſſet immenſitate præditum. Et quid retineret? Centrum, Vbi? ubique: centrum enim in medio eſt, & quodcumque punctum Corporis infiniti eſt in medio (ſaltem negativè, non enim plus habet ex unâ parte quàm ex aliâ) Hoc quidem Corpus, quamdiù immenſum, unicum eſt: poſſet tamen, dividi in plura, & pluribus terminari figuris, ſi ſemel infinitate privaretur. *An ſint poſſibilia duo infinita?*

Dei deſcriptio à Mercurio Triſmegiſto tradita.

Hinc incipio intelligere, cur Deus à Mercurio ter maximo dicatur eſſe *ſphæra intelligibilis, cuius centrum ubique eſt, & nullibi circumferentia*: non enim reperire quis poterit deſcriptionem Divinæ dignitati conformiorem : ſed de hoc ſtatim.

Proſcripſimus omnes figuras (rectilineas, circulares, &c.) à Corpore infinito, quod contemplamur: quia involuunt initium finemque, & Corpus hoc, ſiquidem eſt infinitum, principio & fine caret.

CCCLXXXI. *Deſcribitur corpus immenſum.*

Ergo immenſum hoc Corpus ad quandam molis unitatem reducitur, in quâ hypotheticè & eminenter omnes figuræ (rectæ & curuæ) inveniuntur: Illud ergo liceat attentè inſpicere, & ſic effari. [Corpus hoc infinitum, omnium figurarum Geometriearum perfectiones eminenter complectitur. *Prima hypotheſis.* Eſt immenſum, & ideò caret circumferentiis, hæ enim ſerviunt corporibus finitis à principio & à fine: & Corpus immenſum principio & fine caret. Eſt infinitum: & ideò in ipſo ſollidæ figuræ (regulares & irregulares) coincidunt: earum enim diſcrimen pendet à terminis latitudinis, altitudinis & profunditatis. Eſt ergo Corpus unicum. Eſt ſimpliciter indiviſibile: at hypotheticè (nota hoc) diviſibile: *Secunda hypotheſis.* ſi enim careret infinitate, poſſet in portiones differentes dividi; & hæ poſſent hinc inde punctis, lineis, aut ſuperficiebus cuiuſcumque figuræ terminari.]

MUltam doctrinam dedit mihi Fundamentum Grammaticum; & Geometricus Radius multam lucem; hunc alibi uberiùs expeodo; hîc propoſui ſolummodò, ut firmando priora, poſteriora fundarem. Ergo hia ideis præventus, audentior fio, & ad Divinam Majeſtatem accedo, & ad ejoſdem memoriam provolutus io genua, Uoitatem Infinitam adoro, & ſic inquam.

Parallelum Theologicum.

DEus eſt Ens infinitum. An ſubſtantia, vel accidens? Sicut conſonantes (quæ litteræ accidentales ſunt) terminant hinc inde vocalem, & in æternæ durationis ſyllabâ reperiri non poſſunt; & ſicut figuræ (corporis accidentia ſunt) terminant molem, & in infinito corpore non reperiuntur : ſic accidentia CCCLXXXII. *Quid ſit Deus? An ſit accidens?*

ARTICVLVS IX.

De Prædicamento ubicationis.

Loci diviſio, & definitio.

LOcus eſt duplex, intrinſecus extrinſecuſque: iſte à corporibus ei circumvicinis ſumitur, & à Peripateticis definitur, *Superficies corporis ambientis immobilis* & hæc ipſa immobilitas non poterit intelligi benè, quin intrinſecus locus cognoſcatur exactè. Eſt autem locus intrinſecus idem quod Ubivocatio, videlicet intrinſeca præſentia rei in loco, quàm breviter dilucidabo.

An locus ſit Ubicatio?

Fundamentum Grammaticum.

CCCXLIII. De carmine imaginario.

APerio igitur libellum hunc, quem præ manibus habeo (Inſtitutiones Metricas continet) & has notas reperio.

-∪ ∪-∪-∪-∪∪ -

Characteres hi - ∪ ∪ nota ſunt metricæ: quid ſignificant?

At quid illæ ſignificant? Carmen Imaginarium eſt, in quo - ſignificat ſyllabam longam: ∪ brevem: & ∪ velut unam longam, vel duas breves. Sic Hexametrum pingere ſoleo: ſic ejuſdem numeros & pedes oſtendere: nam ſi numeros imaginarios reducere ad veros velimus, dicemus:

Vulnera quot Chriſto tot ſunt mihi pignora mortis.

Sunt carmina quorum voces ſunt mobiles.

& dedimus carmen Hexametrum, in quo ſunt octo dictiones debitis lineis conſtitutæ, nobiles tamen: poſſunt enim ordinem alterare, prout conſpicis.

Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuũ unigenitũ dederit.

Vulnera quot Chriſto, ſunt pignora tot mihi amoris.
Vulnera quot Chriſto, tot pignora ſunt mihi amoris, &c.
Pignora quot mihi amoris ſunt, tot vulnera Chriſto, &c.

Et dare poſſemus, in quo dictiones eſſent omninò immobiles: imò illud damus, nam in iſto,

Innumerabilibus lachrymis optamus Olympum.

Et carmina quorum immobile.

nullam dictionem ſine jactura carminis ſuo loco dimovere quis poterit.

CCCXLIV. De Proteis habeo plurima in Metametrica: quæ poterit curioſus legere.

HExametrum v. g. poſui; potuiſſem aliud quodcumque metrum: & ubi egi de vocibus proprio loco mobilibus, potuiſſem ponere fertiliſſimos Proteos, quos me alibi dediſſe, & ad Regulas reduxiſſe meminerim.

Ex hac doctrinâ loci & motûs eſſentiam potero facili negotio explicare; multa enim de loco intrinſeco, multa de ſpacio imaginario veteres, multa juniores, quæ nec inter ſe cohærent, nec cõſonant reliquæ Philoſophiæ. Conſideremus Poſitiones ſequentes.

Paralellon Metaphyſicum.

CCCXLV. Linea, Superficies, Corpus, & Spatium imaginarum.

LInea imaginaria nihil aliud eſt, quàm linea concepta, in qua ulnas aut pedes longitudinis metiar, ſicut pedes in verſu imaginario. Imaginariis poſſum lineis imaginariam ſuperficiem terminare aut componere. & imaginariis ſuperficiebus corpus imaginarium, quod *ſpacium imaginarium* nominant. Cùm menſuras has imaginarias ad veras reducere volum', corpora determinata in illis ponimus, quæ illis reſpondeant. Quorum aliqua mobilia & aliqua immobilia ſunt. Voco mobilia corporea, quæ ſine violentia aut jacturam naturæ locum mutare poſſunt, & immobilia, quæ non poſſunt. Omnia gravia, ut ſurſum aguntur, ſunt immobilia naturaliter: at deorſum naturaliter moveri poſſunt: unde lapis, qui eſſet in centro terræ, cùm

Corporum aliqua mobilia, & alia immobilia ſunt.

An gravia ſurſum poſſint moveri naturaliter?

cùm deſcendere non poſſet inferiùs,naturaliter moveri non poſſet, violenter poſſet.

CCCXLVI Multum hodie proficiam, ſi veram Ideam ſpacij imaginarii adquiſiero: multum ſi expreſſero, & alios eam docere potuero.

Spacii & corporum locatorum diſtinctio.

Rogor, Quo modo ſpacium imaginarium à corporibus in illo locatia diſtinguatur? & ego,ut reſpondeam,ſuppono varias eſſe ſententias, & quia pauci dicunt ſpacium non diſtingui à Deo,illud diſtingui à Deo ſupponam (ſic ſuadet opinandi facilitas) & ſtando huic hypotheſi probabiliſſimæ,interrogabo. Quo modo carmen imaginarium à dictionibua juxta illud poſitis diſtinguatur? hue eſt, quo diſtinguatur modo

Sapphicum imaginarium.

hoc carmen -υ---/υυ-υυ:
ab iſto *Lucifer nobis oritur diurnus.*

CCCXLVII. Sanè hæc duo carmina non diſtinguuntur realiter: nam ſecundum eſt carmen verum, & primum eſt imaginarium, in quo ſolam quantitatem imaginamur, quæ eſſet aut eſt in carmine: cùm enim mente recogitamus.
iſtos numeros -υ---/υυ-υ-υ,
conſideramus quantitatem, quæ quidem de facto non eſt, eſſet tamen ſi Sapphicum aliquod pronunciaretur: & cùm pronunciamus iſtas voces *Lucifer nobis oritur diurnus*, tunc in illis conſideramus quantitatem, quæ de facto eſt in illo verſu. ERGO ſimiliter de ſpacio imaginario philoſophabimur: quando enim imaginamur centum leucas ultra cælum empyreum, conſideramus extenſionem, quæ non eſt ibi de facto; eſſet tamen, ſi ibi crearentur corpora: cùm autem ſpacium quod eſt in Lunæ concavo, conſideramus extenſionem & quantitatem, quæ eſt ibi de facto, non quidem diſtinctam realiter à quantitate corporum ſublunarium, ſed eandem præciſam ratione à materiâ & etiam à propriâ ecceitate: ſpacium enim tantum dicit tantam magnitudinem in taliâ corporibus datis diſtantiâ; & ſpacium verum illam contrahit ad talia corpora; non ſecus ac pes Dactylus imaginarius ſolummòdò dicit has ſyllabas -υυ, & verus has *Barbara* v. gr. iam ad materiam, ecceitatem & realem exiſtentiam contractas.

Quid ſit ſpacium imaginarium?

Quid dicat reale ſpacium?

Pes verus & imaginarius.

Si petat aliquis, An Deus ſit in ſpaciis imaginariis? An Angeli? petam ego An Deus, aut Angelus proferre poſſit iſtud Sapphicum imaginarium. CCCXLVIII.

An Deus, & Angeli ſint, aut eſſe poſſint, in ſpacio imaginario?

-υ---/υυ-υ-υ
-υ---/υυ-υ-υ
-υ---/υυ-υ-υ
-υυ-υυ.

Sanè non ſolùm Deus, aut Angelus, ſed etiam Homo poterit pronunciare iſtud imaginarium carmen, ſi dictiones accenſeat, puta ſi dixerit. CCCXLIX.

Sæpiùs ventis agitatur ingens
Pinus, & celſa graviore caſu
Decidunt turres, feriuntq; ſummos
Fulmina montes.

Ergo Deus non eſt de facto in ſpacio imaginario, quod extra cælo à mortalibus concipi ſolet (de hoc enim agimus, & non de alio) at in illo eſſe poterit, ſi corpora creet extra cælum, in quibus illud ſpacium, quod imaginariò modò eſt, ſit de facto. Angelus, ſi eò transferre poſſit corpora, ibi eſſe poterit, non tamen antequam illa eò transferat. CCCL.

Sicut de ſpacio imaginario, ſic etiam de tempore imaginario philoſophandum eſt: neutrũ enim eſt aliquid realiter diſtinctum à corporibus, quæ aut ſunt, aut eſſent, ſed aliquid ratione præciſum. Unde Auguſtinus *libr. 1. de civit. Dei cap. 5.* ait *inanes eſſe hominum cogitationes, quibus infinita imaginantur loca; inanes hominum cogitationes, quibus inaniter cogitant præterita tempora, infinita vacationis Dei.* quibus conſonat *libr. 7. cap. 1. & 5.* illud quod nos *Spacium imaginarium* dicimus, *Nihil ſpacioſum* appellans. CCCLI.

An ſicut de ſpacio imaginario, ita etiam de tempore imaginario ſit philoſophandum?

ARTICVLVS X.

De Prædicamento Sitûs.

CCCLII.

Quid ſitus ſit?

Multa occurrunt de Situ, pauca dicam; non enim multa neceſſaria videntur. Eſt autem Situs *poſitio ſeu ordinatio partium in loco*, ut ſtare, ſedere, jacere, inclinari, &c. Ita Author ſex principiorum apud S. Thomam *Opuſc. 48. cap. 1. de Situ.* & *1. 2. queſt. 49. art. 1. ad. 3.*

Quomodo ab ubicatione diſtinguatur?

Si quæram, An & quomodo *Situs* diſtinguatur ab *Vbi*? reperiam malè diſſentientes Authores: alij enim coincidere hæc duo prædicamenta exiſtimant, & ut plurimum ratione diſtingui: & alij aſſerunt diſtingui realiter; tum ex ratione generali, quod diverſa prædicamenta non poſſunt ſolâ ratione diſtingui; alioqui non eſſent primò diverſæ ordinationes, & quiditates rerum; tum ſpecialiter, quia poteſt Situs manere invariatus variato Vbi, ut patet in eo qui ſedet in navi, nam ſine ſeſſionis variatione tranſvehitur per diverſa loca. Nos rem breviter examinabimus, & dilucidabimus.

An Prædicamenta realiter diſtinguantur?

Fundamentum Grammaticum.

Differentia Protei & Anagrammatis.

QVo differt modo Proteus ab Anagrammate? Exponam. In Proteo mutantur dictiones integræ, & in Anagrammate dictionis partes. Proteus eſt iſte, *De hac ego materiâ multa nova & curioſa in meâ Metametricâ, quam legere poteris.*

> *Vivat Fernandus Quartus, ſpes altera Mundi.*
> *Fernandus Quartus Mundi ſpes altera vivat.*
> *Mundi Fernandus Quartus ſpes altera vivat.*

& Anagrammata ſunt iſta,

Roma.	Eva,	Angelus.	Logica.
Amor.	Ave.	Galenus.	Caligo.

Igitur inverſis denominationibus, Anagrammata erunt litterarum ſingularum Protei, & Protei erunt dictionum Anagrammata.

CCCLIV. SCripſi quatuor Anagrammata, de quorum ſingulis multa dicere poſſem, pauca hæc ſubiicio.

PRIMUM eſt pulchrum, & in causâ, quòd multa ingenia luderent aut obluderent. Exſtat calumnioſum Scaligeri Diſtichon, acutum tamen; alij uberiùs ſuas panegyres ſcripſerunt. Sed quia ſunt & alia, ejuſdem nominis anagrammata, qualia *Mora, Ramo, Maro.* &c. hoc breve Epigramma ſubiicio,

Fabius trahendo moras defendit Romam.

> *Roma* anagramma. *Mora.*
> *Unus homo nobis cunctando reſtituit Rem:*
> *Si ſæpè arma iuvant, ſæpiùs ingenium.*
> *Non ponebat enim rumores ante ſalutem.*
> *Defenſa eſt parvâ Maxima Roma morâ.*

SECUNDO Anagrammate, etiã pulchro, utitur Eccleſia in hymno Mariano, dũ intonat,

Ave, & Eva anagrammata.

> *Sumens illud Ave*
> *Gabrielis ore,*
> *Funda nos in pace*
> *Mutans Evæ nomen.*

De hoc multa ſubtilia à Concionatoribus frequenter dicta.

CCCLV. TERTIUM Medicinam commendat; artem ſanctiſſimam & excellentiſſimam quam exercuit Raphael (unde illi nomen) dum Tobiam recuravit. De hâc materiâ audivi Viennæ in Eccleſiâ apud S. Stephanum Magnificum Virum Ioannem Guilielmum Maonagettam acutè & eruditè declamantem, oſtendentemq; plurimos Pontifices, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, &c. nec non Imperatores, Reges, Principes, &c. hanc cum ſummâ laude didiciſſe & exercuiſſe Facultatem. *Galenus & Angelus anagrammata.*

ULTIMUM expono in Metalogicâ & ideò ab ulteriore dilucidatione ſuperſedeo. *Logica & Caligo anagrammata.*

Parallelum Metaphyſicum.

CCCLVI. QVo differt modo Vbi à Situ? Vt Proteus ab Anagrammate. In Proteo mutantur dictiones integræ, in motu locali corpora integra: in Anagrammate litteræ, ſive dictionis partes, & in Situ corporis partes. Hanc ob rem Fridericus, quando Pariſiis vadit Romam, dicitur mutare ubicationem, & diverſas ſucceſſivè adquirere, at verò quando ſurgit (è lecto, in quo jacebat, ad ſellam, ut ſedeat; hinc iterùm, ut ſtet) dicitur ſituationes mutare. *Situs & Vbicationis differentia.*

Macrocoſmus & Microcoſmus.

ET hîc aliquis quæſtionem de nomine movere poſſet, quia ſi totus Mundus conciperetur per modum unius corporis, (concipitur ab illis, qui Mundum *Magnum Hominem*, & Hominem *Parvum Mundum* appellant) ſingula corpora particularia eſſent huius magni corporis partes; & ſtando hypotheſi non locum, ſed ſitum mutarent.

Hinc patet, quid ſit quies reſpectiva? & an unum & idem corpus poſſit quieſcere & moveri ſimul? qui enim jacet in navi, quieſcit reſpectu navis, at quia hæc movetur etiam ille motu navis movetur. Ergo quieſcit & movetur ſimul, ſed non eodem reſpectu: quieſcit enim reſpectu navis, & mundi reſpectu movetur. *Quies duplex abſoluta & reſpectiva.*

ARTI-

ARTICVLVS XL

De Prædicamento Habere.

CCCLVII. *Notet hic bene Lector eſſe omnia, quæ de hoc prædica*mento paſſim ſcripta levia, & magna correctionis indiga.

HIc Metaphyſici naturalia & artificialia, imò etiam moralia confundunt: quoniam habere crines, plumas, ungues, dentes, &c. naturale eſt: habere veſtes artificiale: habere ſuperiores aut ſubditos, habere miniſtros aut famulos; &c. politicum. Nos diſtinguemus ſingula; & ut poſſimus meliùs more noſtro literarum merâ cognitione iuvabimur.

Fundamentum Grammaticum.

An vocalis in conſonam tranſire poſſit? an è contra?

SVnt aliquæ litteræ, quę mutant officia; & iam ſunt ſubſtantiales ſeu vocales; & iam non ſubſtantiales ſeu conſonæ: tales ſunt I & V. nam in dictione *Iuvenis* prior I eſt conſona, & poſterior vocalis; & prior V. eſt vocalis, & poſterior conſona.

Optimæ literæ: quæ?

PRo conficiendis anagrammatibus optimæ litteræ ſunt I & V, quia cùm poſſint vel eſſe vocales vel conſonæ, faciliùs poterunt dictionem ingredi: at raro in eâdem dictione una ex his duabus litteris eſt indifferens, ut ſonet aut conſonet; interim nomina ſpondea, quæ ab I conſonante exordium ſumunt, hoc ſolent gaudere privilegio in fine Pentametri, ut cùm dixit Virgilius,

Iulius à magno dimiſſum nomen Iulo.

Et V. vocalis non raro tranſit in conſonantem: dixit enim Lucretius libr. 2.

Corpore fit animi ſequitur ſententia tenuis.

Reperimus *Genua*, pro *Genua*; *Abjete*, pro *Abiete*, &c. Sed de his alibi uberiùs diſputavi.

Parallelum Metaphyſicum.

CCCLVIII *An Subſtantia in accidens tranſire poſſit? An contrà?*

An veſtis ſit accidens? An aër? An omnia cætera?

SVnt aliquæ res verè exiſtentes, quæ mutant officia, & iam ſunt accidentia, jam ſubſtantiæ: Veſtis enim ſubſtantia eſt, & tamen Hominis accidens eſt. Aër eſt ſubſtantia, & tamen per corporis poros & ſenſus extenſus, Animalis eſt accidens. An-ne omnes qualitates ſunt tales? Minimè. quia ſicut ſunt conſonæ, quæ non poſſunt eſſe vocales; ita & accidentia, quæ non poſſunt eſſe ſubſtantiæ.

An qualitates ſint ſubſtantiæ inſtrumentales habitæ?

An hæc expoſitio Euchariſtiæ myſterium faciliùs reddat?

HÆ ſubſtantiæ, cùm dicuntur accidentales eſſe, ad prædicamentum *Habere* reducuntur, in communi ſententiâ. At eaſdem aliqui reducunt ad Prædicamentum *Qualitatis*, opinantes Potentias, Impotentias, Habitus & Diſpoſitiones, Paſſiones & Formas ſenſibiles, nihil eſſe aliud, quàm ſubſtantias habitas ab illis rebus, quarum qualitates dicuntur. Hanc Philoſophiam nonnulli viri docti propugnant; ſed ſuas difficultates patitur in Euchariſtiæ Sacramento, quibus ſemel tranſglutiri iuſſis difficile myſterium facilitat, & ſummè dilucidat; ſed quo fructu, ſi illæ veræ nō ſunt? Non quærimus modum clarū & facilem, juxta quem potuiſſet Chriſtus aliam condere Euchariſtiam; ſed illum (facilem aut difficilem) juxta quem illam condidit, quam habemus de facto: quoniam ſi hæ ſubſtantiæ accidentales non remanent in Sacramento, periculosè remanere dicuntur, & cum detrimento religionis & fidei quæritur claritas in myſterio obſcuriſſimo, & in difficillimo facilitas.

MEDITATIO IV.

THEOLOGICA.

CCCLIX *Cur Theologiam tractaturus convertam oculos ad Abecedarium.*

REm in minimo maximam, & in infimo ſummam; hoc eſt, Deum in Abecedario contemplabor: & iterùm ob oculos ponens primas characterum notitias, graviſſimas Theologiæ difficultates explicabo: & quia maxima ſum diſcurſurus, ut clarè & dilucidè ſingula, à minimis exordium ſumo; me exemplis clariſſimis & ſecuriſſimis iuvabo, ut Dei Optimi Maximi ideam veram, quatenus humanitùs haberi poteſt, addiſcere & docere poſſim. A primis ergo eruditionis elementis incipiam, & quia nihil in Orbe litterario eſt antiquius, nihil certius, quàm dari litteras in Abecedario, hanc ob rem eumdem & mihi, & aliis univerſis ob oculos pono, ut vel ſic umbras claras & certas Divinæ perfectionis inveniam.

ARTICULUS I.

Quid & qualis ſit Deus?

Tota empedoclis Philoſophia & Theologia eſt anagrammatica.

VArias ingreſſi vias veteres Philoſophi, varias de Deo ideas & varios cōceptus formaverunt: & Ego, quia me iubet Empedocles intra Grammaticæ cancellos continere, illac ibo, quà me Genius Abecedarius duxerit; & quia Deus in minimis maximus eſt, confido in primis eruditionis elementis, hoc eſt, in characteribus (litteræ enim ſunt orationis partes minimæ) maximè appariturum, & optimè deſcriptum iri. *Orationis pars minima.*

Fundamentum Grammaticum.

CCCLX. *Literarum Latinarũ numerus.*

ABecedarium Latinum, qui hodie in uſu, ſtudioſe contemplor: viginti quinque litteris conſtituitur: nimirùm, ABCDE: FGHI: KLMNO: PQRST: UVXYZ: Scio alias plurimas eſſe poſſibiles, ſed facilioris eruditionis gratia duo ſuppono: alterum, præter enumeratas nullam eſſe literam poſſibilem: alterum, eaſdem eſſe invicem identificatas, adeòque conſtituere unam entitatem, unũ Genium realiter ſimplicem, qui ABECEDARIVS vocatur. *An præter has ſint etiam aliæ literæ poſſibiles?*

Empedocles græcè ſcripſit.

VTor Abecedario Latino, poſſem alio, & fortè aliorum opinione deberem: quia cùm Empedocles fuerit Græcus & Græcè ſcripſerit, deberet corrector vel aſſecla uti elementis, quibus ille fuit uſus. Cæterùm, quia claritatem amo, & omnibus has lineas ſcribo, & multi in Orbe litterario ſint, qui Græcum idioma non ſciunt, eſſem Empedocli, eſſem illis, eſſem & mihi iniurius, ſi obſcurè edicerem, quæ clarè poſſem. *Et cur non græco non utimur Abecedario?*

Parallelon Theologicum.

Notarum perfectionum numerus.

PErfectionum poſſibilium theſaurum, qui mihi notus, ſtudioſè contemplor. Multas ille complectitur; ſed præter Exiſtentiam, quę eſt commune attributum, à me noſcuntur tredecim; nimirùm, Entitas, Vita, Intentionalitas, Spiritualitas, & Supernaturalitas & Infinitas: itemque Magnitudo ſeu Quantitas, Attributum ſeu Qualitas. Relatio, *An exiſtentia ſit communis?*

An ſint aliæ poſſibiles?

latio ; Actio, Paſſio, Duratio, Ubieatio. Scio alias plurimas eſſe poſſibiles, ſed facilioris eruditionis gratiâ duo ſuppono, alterum, præter enumeratas perfectiones nullam eſſe poſſibilem; alterum, eaſdem ſublatis omnibus imperfectionibus eſſe invicem identificatas, adeòque conſtituere unam entitatem realiter ſimplicem, quæ DEUS dicitur.

Quid ſit Deus?

CCCLXI. *Deus deſcriptio.*

Hinc patet, quo modo deſcribi poſſit Deus, *mihi enim eſt Entitas viva intentionalis (intelligens) ſpiritualis ſupernaturalis infinita: nimirùm immenſa, infinitè magna, habens perfectiones & attributa infinita: habens ſuas relationes activas & paſſivas, omnes nobilitatis infinita: eſt æterna, hoc eſt, infinitè durans; eſt ubique, hoc eſt, infinitis locis intrinſecis, in nullo extrinſeco, adeòque eſt immenſa*, &c.

Quantitatis & Ubicationis differentia.

Et notandum eſt primò in Deo Quantitatē & Ubi coincidere: idem enim eſt habere immenſam ſeu infinitam magnitudinem, quàm eſſe in omni loco intrinſeco. Dixi imperfectiones omnes debere excludi à Divinitatis cōceptu; modò proſcribo aliquas; quoniam ex Ubiquitate ſequitur Immobilitas; nam ſine *unde* & *quo*; ſive ſine termino à *quo* & termino *ad quem*, intelligi motus non poteſt. *Immenſitas* excludit figuram, quia ultimâ ſuperficie caret. *Quando* excludit Æternitas, hoc eſt, infinitæ durationis ſimultas: non enim eſt præteritus aut futurus, qui omni tempori coëxiſtit ſimul. *Situationem* excludit Ubiqueitas: nam ſi ſingulæ perfectiones immenſæ ſunt, ſingulę ubiq; ſunt: non ergo poterunt inter ſe ordinari & ſituari.

An Deus ſit ubique? An ſit immobilis? An figuræ capax? An tempus ſentiat? An habeat ſitum?

ARTICVLVS II.

De Emanatione Dei ad extra, Quo modo Creaturæ ſint in Deo? quomodo egrediantur, & fiant?

CCCXXVI *Lege & relege, obſecro, hunc Articulū, & fortè plus hic in unâ paginâ, quàm alibi in multis reperies.*

Deviat à Veritate communis Creatoris & Creaturæ conceptus: & omnia quæ Sacra Scriptura, Patres & veteres Scholaſtici dicunt de inexiſtentiâ omnium perfectionum (poſſibilium aut etiam exiſtentium in Deo) Iuniorum Theologorum placitis non correſpondent, ita ut debeat vel tota corrigi antiquitas, vel unus aut alter recentior. Hi, ut loquar ſincerè, doctiùs errant: ego minus doctè ipſam mei veritatem attingam; & quidem minùs doctè, nolo enim illam alibi quærere aut invenire, quam in Abecedario, quem hodie contemplandum, examinandum & dilucidandum ſuſcipio.

Fundamentum Grammaticum.

Quo modo Abecedarius loquaturꝰ

Genius igitur iſte producat & proferat ad extra aliquas litteras, aliquas voces: quo ergo illas modo producet? non alio, quàm emergendo in illas eaſdem litteras, voces, ſeu dictiones, quas proferet. Illum ego, An ſit ſubſtantia, interrogo? & reſpondet *Sum* & verè, quia conſtamus hypotheſi. Sed ipſam reſponſionem conſidero. *Sum*, ait meus Genius, ſed quid eſt *Sum*? una dictio. An-ne Abecedarius eſt dictio *Sum*, aut dictio *Sum* eſt Abecedarius? minimè: & tamen dictio *Sum* eſt in Abecedario, & Abecedarius eſt in dictione *Sum*, ſed diverſimodè. Dictio *Sum* tres habet litteras, & viginti duarum literarum carentias. (nota id benè) Litteræ ſunt perfectiones poſitivæ, quibus dictio cōponitur: carentiæ ſunt imperfectiones negativæ, quibus inficitur & limitatur. Abecedarius igitur in tota dictione *Sum* eſt inadæquatè (imò totam dictionem *Sum* eſt inadæquatè) Eſſe enim activè, eſt emergere & aliquid ſine extrinſeca materia cōdere. At ipſe non eſt dictio *Sum*, & hæc dictio tota (nimirùm iſtæ tres litteræ prout infectæ carentiâ & negatione reliquarum) non eſt formaliter in Abecedario, in quo nullius litteræ carentia eſt. At verò eadem dictio eſt in Abecedario eminenter, quoniam iſtæ tres litteræ eminentiùs exiſtunt identificatæ reliquis, quam ab illis diſtinctæ. Sed conſideremus has tres litteras *Sum* præſcindendo à carentia & poſitione cæterarum; & dicam in hoc conceptu non intelligi verè & adæquatè dictionem *Sum*, quæ eſſentialiter dicit omnium aliarum litterarum carentiam; addamque hanc eamdem dictionem concipi inadæquatè, videlicet,

Quo modo Abecedarius ſit in ſingulis vocibus: & ſingulæ ſint in Abecedario? Littera & litterarum privationes.

Dictio ſecundum ſe.

delicet, præciſis omnibus negationibus, vel, ut aliqui loquuntur, præciſis omnibus limitationibus; & ſubiungam hunc conceptum inadæquatum totum reperiri in Abecedario, totum in dictione *Sum*: & ſi hoc dicatur ad univocationem ſufficere, utrobique reperiri univocè. At erit lata in contractione differentia: quoniam illæ tres litteræ in Abecedario erunt idemtificatæ reliquis, & hanc ob rem in Abecedario erunt integer Abecedarius; & extra Abecedarium in dictione *Sum* erunt realiter diſtinctæ à cæteris, & non erunt Abecedarius.

CCCLXIII *Perpende hypotheſim.*

SIcut de dictione *Sum* fui philoſophatus, poſſem de quâcumque aliâ; perinde enim fuiſſet hâc vel illâ. Cæterùm hîc obſervandum eſt, ſtante hypotheſi, videlicet, quòd Abecedarius ſit Genius ſpiritualis, habens omnes litteras idemtificatas, in illo reperiri omnes litteras: extra illum nullam eſſe poſſibilem aut exiſtentem: eumque non poſſe aliter loqui, quàm emergendo ad alium modum eſſendi realiter diſtinctum à primo. Quamobrem, ſi nulla eſſet creatura poſſibilis, præter litteras, Abecedarius eſſet Deus, & idem illi eſſet producere, quod loqui; & idem loqui, quod emergere. Hæc vera & clara ſunt, & debent relegi & intelligi.

An Abecedarius eſſet Deus?

Parallelon Metaphyſicum.

Quo Deus modo creaturas ex nihilo producat?

IGitur ipſe Deus dicat & proferat ad extra aliquas perfectiones, aliquas entitates: quo ergo illas modo produceret? non alio quàm emergendo in illas ipſas entitates, quas proferet. Producat aliquam, quam examinemus. Plantam ille produxit, & illam ob oculos pono. Sed quid eſt planta? una Dei Creatura. An-ne Deus eſt Planta, aut Planta Deus? minimè. & tamen planta eſt in Deo, & Deus eſt in Plantâ; ſed diverſimodè. Planta duas habet perfectiones præcipuas (entitatem & vitam) & undecim perfectionum carentias (nota id benè) Perfectiones ſunt formaliter poſitivæ, quibus planta componitur: imperfectiones verò ſunt carentiæ & formalitates negativæ, quibus inficitur & limitatur. Deus igitur in totâ Planta eſt inadæquatè (imò totam Plantam eſt inadæquatè) at ipſe non eſt Planta. Et Planta tota (nimirùm iſtæ duæ perfectiones, Entitas & Vita, prout infectæ carentia & negatione reliquarum) nõ eſt formaliter in Deo, in quo nullius perfectionis carentia eſt. At verò eadẽ Planta eſt in Deo eminenter; quoniam iſtæ duæ perfectiones eminentiùs exiſtunt idemtificatæ reliquis, quàm ab illis diſtinctæ. Sed conſideremus has duas formalitates, *Entitatem & Vitam*, præſcindendo à carentia & poſitione cæterarum, & dicam in hoc conceptu non intelligi verè & adæquatè Plantam, quæ eſſentialiter dicit omnium aliarum, perfectionum carentiam; addamq; hoc Plantam conceptu inadæquate intelligi, videlicet, præciſis omnibus negationibus, vel, ut alij loquuntur, præciſis omnibus imperfectionibus: & ſubiungam hunc conceptum inadæquatum totum reperiri in Deo, totũ in Planta: &, ſi hoc dicatur ad univocationem ſufficere, utrobique reperiri univocè. At erit lata in contractione differentia; quoniam illæ duæ perfectiones in Deo ſunt idemtificatæ reliquis, & hanc ob rem in Deo ſunt totus Deus: & extra Deum, nempè in Planta ſunt realiter diſtinctæ à cæteris, & non ſunt Deus.

Nota ſingula.

Quid ſit planta?

Quo modo Deus ſit in creaturis: & quo iſtæ in Deo?

Quid ſit perfectio & imperfectio?

Creaturæ ſunt eminenter in Deo.

Conceptus plantæ inadæquatus.

An univocè reperiatur in Deo?

CCCLXIV *Quot perfectiones habeat planta?*

DUas perfectiones Plantæ attribuo, nimirùm Entitatem & Vitam: nomine Entitatis intelligo corpus; nam Entitas non ſpiritualis corporea eſt: & nomine Vitæ vegetativam: probabile eſt enim vitam vegetativam eſſe ſubſtantiam, & plãtas afficere intrinſecùs. Probabile, inquã, quia diverſimodè ſalvari omnia poſſunt, quæ experimur in Plantis, etiam negata hâc formâ: ſed præſtat exempla ponere juxta communiorem doctrinam.

An vita vegetativa ſit forma ſubſtantialis?

Hæ propoſitiones, *Deus eſt creatura*, & *Deus eſt creaturam*, differunt toto cælo. Prima enim exprimit eſſe idemtificativum, quod Deus reſpectu creaturarum non habet: Secunda exprimit eſſe activum, quod Deo reſpectu illarum convenit: eſt enim ipſe *Ens eſſentians*, *Subſtantia ſubſtantians*, *Natura naturans*. &c.

Quid ſignificet hæc propoſitio, Deus eſt plantam?

Perfectiones creatæ, ſi cũ ſuis imperfectionibus conſiderentur, nec ſunt Deus, nec formaliter reperiũtur in Deo: At dicũt Theologi illas in Deo

An & quomodo creaturæ reperiantur in Deo?

in Deo contineri eminenter, quia continentur eminentiùs. Eminentius eſt enim perfectionem aliquam habere ſine imperfectionis contagio, quàm maculis multis infectam. Quamobrem hæc propoſitio, *Deus continet omnes perfectiones*, debet ſemper diſtingui: illæ enim omnes ſimpliciter ſimplices (hæ ſunt, quæ imperfectionem nullam imbibunt) formaliter complectitur: at verò perfectiones non ſimpliciter ſimplices (hæ ſunt quæ immixtæ imperfectionibus) continet eminentiùs quàm creaturæ, quia illas continet ſublatis imperfectionibus.

Perfectio duplex: ſimpliciter ſimplex, & non ſimpliciter ſimplex.

De Univocatione variæ ſunt Authorum opiniones, & inde naſcuntur nonnullæ controverſiæ Nominales, quas fugio, & ideò mallem conditionatè loqui, quàm loquendo abſolutè alicui diſplicere Grammatico.

ARTICULUS III.

De Abſtractione poſitiva & negativa. Quomodo per viam Abſtractionis aſcendamus ad Deum?

CCLXV. *Per creaturarum notitiam ducimur ad Deum.*

Dionyſius, Pauli diſcipulus fidelis, & omnium Theologorum Magiſter doctiſſimus fuit. Nos per creaturas ad Deum ſecuriſſimè ducit, & tanta myſteria reperit in nominibus Dei, ut de illis integrum librum ſcripſerit, quem D. Thomas & multi alii Theologi Commentariis doctiſſimis dilucidarunt. Imitabor igitur Magnum Dionyſium, & permittens eum diſputare de Divinis nominibus, litteris, quæ eorumdem nominum ſunt elementa diligenter inhærebo, & abſtrahendo imperfectiones ad perfectionis illius, quæ Deus eſt, notitiam manifeſtam & claram propiùs aliquando perveniam.

Paulum ſuis equitum Dionyſius: & nos imitabimur Dionyſium.

Fundamentum Grammaticum.

Abſtractio duplex: præciſiva & negativa.

PRæmiſi aliqua ad leges præciſivæ abſtractionis; ſed quia abſtractio eſt duplex, præciſiva & negativa, aliquid de abſtractione negativa dicamus. Puto me in minima quacumque dictione poſſe totum Abecedarium rimari, ſi omnes litterarum carentias abſtrahere negativè ſcivero: nam ſi litteras S. V. M viginti duabus carentiis exuero, & loco earumdem terminos contradictorios, hoc eſt, totidem correſpondentes poſitivas litteras ſubrogavero, non jam dictionem *Sum*, ſed totum Abecedarium habuero.

Quid ſit abſtrahere negativè.

Abſtractio præciſiva & *Abſtractio negativa explicatur.*

HInc patet utriuſque abſtractionis ingenium: illas alibi uberiùs expendo: hic breviter definio aut deſcribo. E duabus formalitatibus aut realitatibus alteram abſtraho præciſivè, quando alteram concipio alterâ non conceptâ: at verò tunc alteram abſtraho negativè, quando alteram mente concipio, & alteram conceptæ nego, & loco illius quam nego, oppoſitam contradictoriè adſcribo. Omnia unico exemplo dilucido. Brutum eſt animal irrationale, ſi jubeas abſtrahere præciſivè animal ab irrationali, concipiam animal, & non concipiam irrationale: & ſic tuo ſatisfecero imperio. Cæterùm, ſi irrationalitatem abſtracturus negativè ſim, concipiam animal non irrationale, & adſcribendo illi perfectionem oppoſitam, Animal rationale.

Parallelon Theologicum.

CCLXVI *Ex creaturis per abſtractionem negativam deveniitur ad Deum.*

ABſtractio eſt duplex: præciſiva & negativa, ut diximus: ergò convertendo ad Deum oculos, aliquid de Abſtractione negativa dicamus. Puto me ex minima quacumque creatura poſſe totum Deum rimari: nam ſi omnes perfectionum carentias abſtrahere negativè ſcivero, & loco earumdem terminos contradictorios, hoc eſt, totidem correſpondentes poſitivas formalitates ſeu perfectiones ſubrogavero, non jam plantam, ſed totum Deum habue-

habuero. Nam ſi planta eſt *Entitas exiſtens viva non intentionalis, non ſpiritualis, non ſupernaturalis, non infinita*, ſublatis negationibus manebit. *Entitas exiſtens, viva, intentionalis, ſpiritualis, ſupernaturalis, infinita*; & hæc eſt *Deus*. *Quid ſit Deus?*

Recogito quid ſit Abſtractio negativa: & ad quid ejus cognitio ſervire poſſit

ABſtractio hæc negativa debet benè intelligi: illâ utuntur frequentiſſimè Patres, qui ex quâcumque creaturâ hâc abſtractione conducti aſcendunt ſecuriſſimè ad Deum. Multa exempla in locis diverſis produxi. Plantam hîc ob oculos poſui, tu periculum fac, & ex quâlibet muſculâ omnes imperfectiones abſtractione negativâ remove, & conſequeris Deum.

Creatura nos perducunt ad Deum.

Hinc patet meritò D. Paulum dixiſſe, *Inviſibilia Dei a creaturâ mundi* (nempè, Homine) *per ea, quæ facta ſunt, intelligi & conſpici*: meritò alios intuliſſe, *Oportere de divinis divinitùs, ſicut de humanis humanitùs philoſophari*: quoniam, ſi quiſpiam vel unam muſcam adæquatè & perfectè cognoſceret, ille ipſe cognoſceret adæquatè & perfectè omnes ejuſdem imperfectiones, hoc eſt, carentias perfectionum: adeòque eaſdem perfectiones cognoſceret: &, ſi omnes cognoſceret, etiam Deum; eſt enim Deus quædam identica omnium perfectionum collectio. *Quid illa ſit*

ARTICULUS IV.

De eſſe Dei. An pluribus modis exiſtat?

CCC LXVII. *An intelligere Dei ſit eſſe Dei*

SI Angelicum Doctorem interroges, *Quid ſit eſſe divinum?* reſpondebit Intelligere Dei eſſe *eſſe* Dei: hoc eſt, Deum intelligendo exiſtere, & exiſtendo intelligere: eſt enim Ens infinitè intellectivum, & hanc ob rem exiſtit per intellectionem, & intelligit per exiſtentiam: ſubſcribunt Angelico Doctori Thomiſtæ; & multi etiam alii in diverſis ſcholis.

Duplex exiſtendi modus in Deo.

Quot ergo modis Deus exiſtit? quot ſuas perfectiones intelligit, & quot illas intelligit? ne circulum committam, & iterùm ex intellectione ad exiſtentiam recurram, has pauculas lineas ſubſcribo.

Fundamentum Grammaticum.

Duplicem eſſendi & exiſtendi modum habet Abecedarius.

ABecedarius duplicem eſſendi modum habet: alterum intrinſecum, & adæquatum; alterum extrinſecum & inadæquatum: intrinſecus idemticus; extrinſecus activus eſt. Ad intra (ſic placet loqui, non enim occurrit ſignificantior vox) noſter Abecedarius eſt omnis Littera: & ad extra, cùm vocem profert, eſt aliquas litteras

Duplex conſideratio litterarū

HInc patet litteras bifariam poſſe conſiderari; ad intra (hoc eſt, in Abecedario) & ad extra (hoc eſt in dictionibus diverſis extra Abecedarium dictis aut ſcriptis) nulla eſt dictio, cujus omnes litteræ non ſunt in Abecedario, & nulla eſt dictio, quæ omnes contineat litteras, & hanc ob rem Abecedarius ſe habebit ad quamcumque dictionem tanquam totum ad partem præciſivè ſumptam. Conſultò præciſionem expreſſero, quia pars formaliter ſumpta dicit diſtinctionem aut etiam carentiam compartis, & hujuſmodi diſtinctio aut carentia nunquam reperitur in Deo. *Partis conceptus.*

Parallelum Theologicum.

CCC LXVIII. *Duplicem eſſendi & exiſtendi modum habet Deus*

DEus duplicem eſſendi modum habet: alterum intrinſecum, & adæquatum; alterum extrinſecum & inadæquatum: intrinſecus eſt idemticus; extrinſecus activus eſt. Ad intra (ſic loquuntur Theologi) Deus eſt omnis perfectio, & ſublatis imperfectionibus Deus eſt omnis formalitas & omnis realitas; nulla enim eſt perfectio poſſibilis aut intelligibilis, quæ non reſpiciatur in Deo: & nihil eſt in Deo, quod non ſit Deus. Ad extra Deus cùm

plantam

plantam creat, tametſi non ſit planta, eſt plantam, hoc eſt, plantam producit.

Quid ſint creaturæ poſſibiles?

Eſt mirabilis creaturarum poſſibilium aut etiam exiſtentium conceptus, qui in multis repetitur Authoribus. Diſtinguunt eas à Deo, voluntque eaſdem à Deo reſpici, quaſi ille eſſet hîc, & illæ ibi: ſed quàm ſit abſurda hæc imaginatio, ille ſcit, qui divinam eſſentiam aut in rationis tabulis, aut in veterum libris rimatur. Ut poſſibilem creaturam benè intelligam, litteram poſſibilem meditor. Extra Abecedarium nulla eſt littera, & extra Deum nulla eſt poſſibilitas (ſeu activam, ſeu paſſivam eam vocem) tota enim creaturarum poſſibilitas deſumitur à creatrice potentiâ. Sed de hoc jam ago.

ARTICULUS V.

De Creaturis poſſibilibus.

CCCLXIX *Non omne poſſibile eſt producibile.*

Latiùs patet poſſibile, quàm producibile. Deus enim actu eſt, adeòque etiam poſſibilis eſt, & tamen producibilis non eſt. Poſſibilitas igitur duplex eſt; intrinſeca & extrinſeca: intrinſeca competit uni & ſoli Deo, qui independenter à quocumque extrinſeco exiſtens eſt: extrinſeca competit creaturis, quæ à Deo exiſtentiam recipiunt. Et quidem creaturas poſſibiles ad duas claſſes reduco: aliud eſt enim creaturam eſſe poſſibilem, & aliud eſſe purè poſſibilem: poſſibilis eſt quæcumque præterita, futura, præſens: & purè poſſibilis ea ſola, cui non repugnat exiſtentia, at in nulla temporis differentiâ illam eſt habitura. Sanè exiſtentiam Thomiſtæ & alii multi Authores etiam realiter ab eſſentiâ diſtinguunt: alii tantùm modaliter: & Scotiſtæ, ut harum duarum formalitatum diſtinctionem exponant, ad Ens diminutum confugiunt, & illud tam diverſis, aut etiam adverſis modis explicant, ut Ens poſſibile Scotiſtarum non videatur poſſibile. Illud urbanè nonnulli oppetunt, qui tamen fruſtrà Cenſuris commaculant ſubtilium Theologorum doctrinam, qui non ſunt condemnandi aut etiam arguendi de opinione, quam nunquam propugnant: quòd enim multi illis adfingunt, aliquid eſſe (hoc eſt exiſtere) quod non ſit creatum à Deo, Scotiſtæ non dicunt. Carent vocabulis; & quia ingenioſi ſunt, exuberant ſubtilibus conceptibus; & mentem ſuam exponerent, ſi juxta Dialectum Scholaſticam, quâ ego utor, omitterent hanc propoſitionem, *Creaturæ poſſibiles, antequam producantur, ſunt*; & reponerent iſtam, *Creaturæ poſſibiles, antequam producantur non ſunt, ſed ſunt*: hoc eſt, habent ſua prædicata eſſentialia, & poſſunt à Creatore produci.

An ab eſſentiâ exiſtentia realiter diſtinguatur?

Ens diminutum.

An aliqua cenſurâ ſit dignum?

Creaturæ poſſibiles ſunt.

Fundamentum Grammaticum.

CCCLXX *Quid ſyllaba poſſibilis ſit?*

Si non loqui ad extra vellet Abecedarius noſter, poſſet: & poſſet aliqua dicere & aliqua tacere, ſi vellet: ſuppoſui enim illum eſſe quemdam Genium liberrimum, & ſapientiſſimum. Sed interrogas. Quidnam ſit dictio pronunciabilis, ſeu dictio poſſibilis? Danturne extra Abecedarium aliquæ litteræ poſſibiles ab Abecedario condiſtinctæ, ad quas Abecedarius dicat relationem potentis eas proferre; quæ ad Abecedarium dicant correlationem potentium ab illo proferri? Nugæ, nugæ. Abecedarius omnes litteras complectitur, omnes, omnes poſſibiles & exiſtentes: & præter eas quæ ſunt in Abecedario, hoc eſt, præter omnes litteras (nihil enim aliud Abecedarius eſt, quàm omnes litteræ) nulla eſt littera. Genius iſte Abecedarius, quia dicit & profert ad intra omnes litteras, exiſtit: & quia dicit & profert ad extra aliquas, loquitur. Et cùm dicit ad extra, nihil aliud omninò facit, quàm emergere ad alium inadæquatum modum ſonandi ſeu eſſendi. Litteræ igitur S, V, M, ſi concipiuntur ut identificatæ omnibus reliquis, ſunt realiter integer Abecedarius; ſi ut replicatæ extrinſecùs (replicatæ, inquam, quia cùm inſunt dictioni, non abſunt, nec abeſſe poſſunt Abecedario) & ut diſtinctæ à reliquis, ſũt dictio SVM, quæ eſt diſtincta realiter à proferente: ſi ut replicabiles extrinſecùs & realiter diſtinguibiles, ſunt dictio SVM poſſibilis & pronuntiabilis. Si tandem concipiuntur ſimul ab identificatione & etiam

Abecedarius eſt omnes litteræ.

Prolatio duplex: ad intra & ad extra.

Litteræ replicantur ad extra: nota id bene.

etiam diſtinctione præciſæ, ſunt litteræ ſecundum ſe, quæ tam in Abecedario, quàm in dictione reperiuntur.

CCC LXXI. *An & quomodo eſſentia ab exiſtentiâ diſtinguatur?*

HÆc ſunt facilia, & in cauſâ, ut creaturarum poſſibilium conceptus, qui obſcuriſſimus erat, facilis & clarus reddatur. Qui realiter aut etiam modaliter eſſentiam ab exiſtentiâ diſtinguunt, peſſimo præjudicio laborant, videnturque incapaces, qui poſſint verum conceptum poſſibilitatis habere: nos autem ſupponentes nec realiter nec formaliter (imò nec ex naturâ rei, aut etiam ratione ratiocinatâ) eſſentiam diſtingui ab exiſtentiâ, liberiùs & meliùs procedemus. Ergo conceptus Theologicos ad hanc communem doctrinam conformatos, Fundamentis Grammaticis attemperemus.

Parallelum Theologicum.

Deus eſt agens liberū. CCC LXXII.

SI nihil producere ad extra vellet Deus, poſſet: & poſſet aliqua producere, & alia non producere: eſt enim abſolutus & libertimus Dominus: ſed interrogas. Quidnam ſit perfectio creabilis? quid creatura poſſibilis? Dantur-ne extra Deum aliquæ perfectiones ut formalitates poſſibiles à Deo condiſtinctæ, ad quas Deus dicat relationem potentis eas producere, quæ ad Deum dicant relationem potentium ab illo produci? Nugæ, nugæ. Deus omnes perfectiones complectitur, omnes, omnes: poſſibiles & exiſtentes: & præter eas, quæ ſunt in Deo, hoc eſt, præter omnes perfectiones (nihil enim aliud eſt Deus, quàm omnes perfectiones) nulla eſt perfectio. Deus quia ad intra eſt omnis perfectio, exiſtit: & quia ad extra eſt aliquas perfectiones, eas producit: & cùm eſt ad extra ſeu producit, nihil aliud omninò facit, quàm activè emergere ad alium inadæquatum modum eſſendi. Perfectiones igitur, Entitatis, Exiſtentiæ & Vitæ, ſi côcipiantur ut identificatæ omnibus reliquis, ſunt realiter integer Deus. Si ut replicatæ, extrinſecùs (replicatæ inquã: quia cùm inſunt creaturæ, nô abſunt, nec abeſſe poſſunt Deo) & diſtinctæ à reliquis, ſunt Planta: quæ eſt diſtincta realiter à creatore. Si ut replicabiles extrinſecùs, & realiter diſtinguibiles, ſunt poſſibiles. Et tandem, ſi concipiantur ſimul ab identificatione & diſtinctione præciſæ, ſunt formalitates & perfectiones intellectæ ſecundum ſe, quæ tam in Creatore, quàm in Creaturâ reperiuntur.

Quid ſit Ens poſſibile?

Continet omnes perfectiones.

Quid ſit creare?

Quæcumque perfectio quatuor modis poterit cōſiderari.

An detur conceptus Entis Creatori & Creaturæ communis.

Quid fuerit ante creationē Mundi?

EX hoc creaturarum poſſibilium conceptu multa poſſunt & debent deduci, quæ magnas conſequentias inferent in multis materiis Theologicis. Correſpondet hæc idea illi, quam nos docent Veteres Patres, apud quos ante creationem Mundi, præter Creatricem Potentiam nihil erat: & quidem ſi nihil erat, nec Entia diminuta, nec Eſſentiæ, nec creaturæ poſſibiles à Deo realiter diſtinctæ erant.

ARTICVLVS VI.

De Creaturarum Poſſibilium numero.

CCC LXXIII. *Creaturæ poſſibiles nullo capiuntur numero determinato.*

ESſe illas finitas & determinatas aliqui Hæretici dixerũt, aut potiùs delirarũt. Eſſe categorematicè infinitas plurimi docent, quia cùm ſint ſimul in cognitione divinâ, non videntur eſſe poſſe infinitæ potentiâ, & hanc ob rem apud plurimos Theologos juniores lego eſſe infinitas actu. Alii, qui philoſophantur ſubtiliùs exiſtimant eas non eſſe infinitas, ſed indefinitas: eſſe plures omni, numero determinabili (hoc eſt, ut Peripatetici loquuntur, non tot quin plures) & hanc ob rem eſſe infinitas ſyncategorematicè. Quid nos debeamus dicere, examinabimus & pronuntiabimus.

Sunt indefinita: hoc eſt, infinita ſyncategorematicè.

Funda-

Fundamentum Grammaticum.

Quot ſunt litteræ poſſibiles?

QVot autem ſunt dictiones poſſibiles? Multæ, multæ. Poſſibiles ſunt Vnilitteræ, Bilitteræ, Trilitteræ; &c. tot inquam (nota id benè) ut qui ſolius Abecedarii quiditatem & combinationes penetret, & comprehendat, omnes linguas & libros ſcriptos & ſcriptibiles ſit comprehenſurus.

Ex comprehenſione Abecedarii quid ſequatur?

CCC LXXIV. *Quot ſint dictiones monoſyllabæ ſtando Latino etiam Abecedario.*

DE dictionum numero in Grammaticâ Methodicâ diſputo, & Articulo agena de Monaſyllabis reperio dictiones conſonantium

Senarum	2,648 3000,000.
Quinarum	1 3 4 3 4 0 0,000.
Quaternarum	6 1 7 2 0,000.
Ternarum	3 3 3 6.000
Binarum	1 6 8 0 0
Singularum	,8 4 0.
Nullarum	4 2.
& ſummam	2, 8 2 9 3 4 7 3,6 8 2

Et quantus erit, quæſo, numerus dictionum Dyſſyllabarum, Triſyllabarum, Tetraſyllabarum, &c? Ferè innumerabilis. Quoniam 2, 829 3473, 682. ductæ in ſeipſas dabunt dictionum dyſſyllabarum numerum; qui ductus iterùm in numerum 2, 829 3473, 682. metietur multitudinem triſyllabarum. Et ſic deinceps. [Ego feſtino; alius, qui minoribus ſit implicatus negotiis, poterit ad leges præfixas numeros illos computare.]

Quot diſſyllabæ, triſyllabæ, &c.

Parallelon Theologicum.

Poſſibiles creaturæ ſunt infinitæ ſyncategorematicè.

QVod autem ſunt creaturæ poſſibiles? Multæ, multæ; imò ſyncategorematicè infinitæ: unius, duarum, trium, &c. perfectionum, & in ſingulis perfectionum numeris ſeu ſpeciebus (nam ſpecies ut numeri ſunt) ſingularitates ſunt innumerabiles. Tot, inquam, ut qui ſolius Dei eſſentiam intueatur, non modò hunc Mundum, ſed omnes poſſibiles ſit comprehenſurus.

CCC LXXV. *Poſſibilium perfectionum combinationes.*

SI duæ tantùm eſſent perfectiones poſſibiles nimirùm A & B. eſſent quatuor creaturæ poſſibiles, videlicet A. B. AB. BA. duæ ſimplices & duæ compoſitæ.

Si perfectiones poſſibiles eſſent res: videlicet A. B. C. eſſent creaturæ ſimplices A. B. C. duplices; AB. AC. BA. BC. CA. CB. & triplices ABC. ACB. BCA. BAC. CAB. CBA.

Si eſſent quatuor vel plures numerus ex variâ combinatione mirabiliter creſceret: quam ob rem, ſi poneretur aliquis magnus creabilium perfectionum numerus, infinito propemodum exceſſu creaturæ poſſibiles eſſent multiplicandæ. Cùm igitur perfectiones poſſibiles ſint infinitæ (ſyncategorematicè ut opinor, aut etiam categorematicè, ut alii volunt) ſi ducantur in ſe vicibus infinitis, quanta erit creaturarum poſſibilium multitudo, ille ſolus comprehendere poteſt, qui condere.

Quàm multa & infinita etiam extra ſe noſſeat Deus?

ARTICULUS VII.

De Eſſentiâ & Attributis Dei.

CCC LXXVI. *Meum locum communicat ratione parum.*

DEum hucuſque in Abecedario meditatus, multum didici, quæ fortè ignorant plurimi, qui ſe diriguot ſublimioribꝰ rerum exemplis. Ut video, Parallela me juvant, & ut me etiamnum explicem, utar hoc parallelo. Quætunt theſaurum duo, inveniunt duo, clauſum tamen. Theca igitur eſt reſeranda ut erui poſſit. Habet Franciſcus clavem auream, magnâ arte elaboratam, Smalto nobiliſſimo pictam, non huic, ſed alii ſeræ congruentem: habet Theodorus ligneam; aptam tamen. Et uter, vel me judice felicior? & melius inſtructus? Mihi Auguſtinus quarto de doctrinâ Chriſtianâ, *Quid obeſt clavis lignea, ſi per eam, id quod volumus, licet aperire?* Et Fran-

Clavis lignea interdum eſt melior clavi aurea.

CCCLXIX.

Ut ad longè diſtantia venturos, debemus tranſire per media.

AGo Deo ſummas gratias, quòd Ideas repererim, quæ tantâ fælicitate & ſecuritate me poſſint ad eundem conducere,& in tetram obſcurâ ianiâ luce iuvare. Nolo uno inſultu iam longam diſtantiam percutrere,ſed utar intermediâ aliquâ Meditatione, ut conceptus adquiſiti firmentur,& præparetur animus, ut ad veritates Grãmaticas Theologicas poſſit Reſolutiones conformare. Sed quo pergam, ut intentum obtineam? An ad Geometriam, an ad Phyſicam? Ad neutram: agam tamen de corpore, quod ſi finitum eſſet, deberet pertinere ad utramque.

Radius Geometricus.

CCCLXX. *Quid ſit figura? An corpora infinita illam habeant?*

UT firmiùs dictis hæream, eam Geometriæ partem ingredior, quæ de figuris & peripheriis tractat. Et interrogo, *Quid ſit figura?* Eſt, quæ dat corpori terminos, initium, finem, &c. Ergo, ſi daretur aliquod corpus infinitum, ſicut nec terminorum, ſic nec figurarum eſſet capax. Careret igitur omni figurâ & circumferentiâ Corpus iſtud, aliàs enim non eſſet immenſitate præditum. Et quid retineret? Centrum. Vbi? ubique: centrum enim in medio eſt, & quodcumque punctum Corporis infiniti eſt in medio (ſaltem negativè, non enim plus habet ex unâ parte quàm ex aliâ) Hoc quidem Corpus, quamdiù immenſum, unicum eſt: poſſet tamen, dividi in plura, & pluribus terminari figuris, ſi ſemel infinitate privaretur.

An ſint poſſibilia duo infinita?

Dei deſcriptio à Mercurio Triſmegiſto tradita.

Hinc incipio intelligere, cur Deus à Mercurio ter maximo dicatur eſſe *ſphæra intelligibilis, cuius centrum ubique eſt, & nullibi circumferentia*: non enim reperire quis poterit deſcriptionem Divinæ dignitati conformiorem: ſed de hoc ſtatim.

Proſcripſimus omnes figuras (rectilineas, circulares, &c.) à Corpore infinito, quod contemplamur: quia involuunt initium finemque, & Corpus hoc, ſiquidem eſt infinitum, principio & fine caret.

CCCLXXI. *Deſcribitur corpus immenſum.*

Ergo immenſum hoc Corpus ad quandam molis unitatem reducitur, in quâ hypotheticè & eminenter omnes figuræ (rectæ & curvæ) inveniuntur: Illud ergo liceat attentè inſpicere, & ſic effari. [Corpus hoc infinitum, omnium figurarum Geometricarum perfectiones eminenter complectitur. Eſt immenſum, & ideò caret circumferentiis, hæ enim ſerviunt corporibus finitis à principio & à fine; & Corpus immenſum principio & fine caret. Eſt infinitum: & ideò in ipſo ſolidæ figuræ (regulares & irregulares) coincidunt: earum enim diſcrimen pendet à terminis latitudinis, altitudinis & profunditatis. Eſt ergo Corpus unicum. Eſt ſimpliciter indiviſibile: at hypotheticè (nota hoc) diviſibile: ſi enim careret infinitate, poſſet in portiones differentes dividi; & hæ poſſent hinc inde punctis, lineis, aut ſuperficiebus cuiuſcumque figuræ terminari.]

Prima hypotheſis. *Secunda hypotheſis.*

MUltam doctrinam dedit mihi Fundamentum Grammaticum; & Geometricus Radius multam lucem: hunc alibi uberiùs expendo; hìc propoſui ſolummodò, ut firmando priora, poſteriora fundarem. Ergo his ideis præventus, audentior fio, & ad Divinam Majeſtatem accedo, & ad ejuſdem memoriam provolutus in genua, Unitatem Infinitam adoro, & ſic inquam.

Parallelum Theologicum.

CCCLXXII. *Quid ſit Deus? An ſit accidens?*

DEus eſt Ens infinitum. An ſubſtantia, vel accidens? Sicut conſonantes (quæ litteræ accidentales ſunt) terminant hinc inde vocalem, & in æternæ durationis ſyllabâ reperiri non poſſunt; & ſicut figuræ (corporis accidentia ſunt) terminant molem, & in infinito corpore non reperiuntur: ſic accidentia

& modi modum & limitem ponunt ſubſtantiæ, & Deus, ſiquidem Infinitus eſt, non ſolùm non poteſt eſſe Infinitum accidens, ſed neque Infinita ſubſtantia, accidentibus prædita. Eſt ergo nuda & ſimplex ſubſtantia omnium modorum & accidentium expers, ſolâ ſuâ unitate, hoc eſt, infinitate contenta.

An Infinitas ſit quædam unitas? *An accidentium capax ſit?*

An duo infinita repugnent? *Alpha & Omega: principium & finis.*

Vocatur ab Hebræis יהוה IEOVA; à Græcis A & Ω: & à Mercurio Triſmegiſto dicitur *Sphæra intelligibilis, cuius centrum ubique eſt, & nullibi circumferentia.*

An nomen Dei naturalem ſignificationem habeat?

Porrò IEOVA nomen eſt ſubſtantiale Dei, & videtur non carere ſignificatione naturali: nam ſicut in hoc Divino nomine omnis littera ſubſtantialis includitur, & omnis accidentalis exulat (continet enim nomen hoc omnes vocales, & nullam conſonantem omninò) ſic in Deo nulla ſunt accidentia, & nulla abeſt ſubſtantialis perfectio. Dicitur hoc nomen IEOVA ineffabile, & meritò: ut enim obiecto correſpondeat, & legitimè proferatur, debent omnes vocales ſonare ſimul per modum ſimpliciſſimæ ſyllabæ: nam in Deo, licet ſint omnes perfectiones ſubſtantiales, ſunt per modum unius, & non per modum plurium ſunt: tutiùs enim procedimus, quando illas ne ratione quidem ſeparamus.

S. Ioannes Theologus & Evangeliſta Deum nominare A Ω Græcos docuit: quia ſicut principium & finis claudunt totam lineam; & ſicut A & Ω (prima & ultima litteræ ſunt Alphabeti) claudunt omnes litteras, ſic Eſſentia & Infinitas (Deus enim *Ens infinitum* definitur, ſi definitur) claudunt omnes perfectiones poſſibiles & cogitabiles.

An Deus poſſit definiri?

CCCLXXIII. *Corpori infinito Deus eſt ſimilis.*

Hinc patet Deum eſſe Corpori immenſo ſimilem, & hoc ſymbolo ſublatis charactericis imperfectionibus meliùs, quàm aliis plurimis Eſſentiæ Divinæ infinitatem explicari. Eſt enim Deus ſubſtantia, non ſolùm intelligibilis, ſed & intellectiva; & ſicut Corpus immenſum omnem figuram haberet hypotheticè, & nullam actu aut formaliter; ſic etiam Deus omnem creatam aut etiam creabilem perfectionem, omnem diſtinctionem aut multiplicitatem, omnem prioritatem aut inæqualitatem complectitur hypotheticè, non verò formaliter & actu: actu enim & formaliter eſt unica ſimpliciſſima perfectio, quæ *Eſſentia infinita*, aut uno nomine vocatur *Deitas*. Hinc etiam patet, cur Deus, ex ſuppoſitione quòd ſit ſphæræ ſimilis, dicatur habere centrum ubique, & nullibi circũferentiã: centrum enim eſt punctum in quod omnes radij concurrunt, & circumferentia eſt terminus ultra quem ſphæra non egreditur. Et, ſi in Deo quæras perfectionem, in quam cæteræ confluant & coincidant? reſpondebo, einſmodi perfectionem ubique, hoc eſt, in quâcumque Dei formalitate reperiri: quæcumque enim Divina formalitas eſt infinita, adeòque cæteras univerſas complectitur. Si autem quæras Divinæ perfectionis terminos? reſpondebo illos nullibi eſſe, quoniam ſunt nulli.

Deus eſt ſphæra, cuius centrũ ubique eſt, & nullibi circumferentia. *An Deus multas perfectiones habeat actu?*

An litera conſona ſint poſitiva?

Litteræ conſonæ ſunt quædam Vocalium accidentia, ut diximus; & illis, qui ſuperficie tenus rem examinant, poſitivæ quædam pronuntiationes videbuntur: at nos, qui rem altiùs diſcuſſimus, ſcimus eaſdem eſſe puros pronunciationis terminos: ſyllabam enim, quæ ab æterno in æternum ſonaret, nulla conſonans comitaretur. Etiam aliquos rapit figurarum diverſa pulchritudo: nam poſt Ariſtotelem Peripatetici univerſi accenſuerunt Figuras Prædicamento Qualitatis: & tamen, ſi res diſcutiatur exactè, in negativo illæ conſiſtunt: ideò enim lineæ talem aut tantam proportionem aut proportionalitatem obſervãt, quia majores non ſunt. Ergo mirum non erit, ſi omnes humanæ perfectiones conſonis conſonent, & figuris ſint ſimiles; ergo nec mirum erit, ſi nobis videantur poſitivæ, cùm tamen formaliter ſumptæ meræ ſint poſitivarum perfectionum carentiæ, & Entis contractiones ſeu termini. Unde, ſicut ſyllaba principio & fine carens conſonantem admittere non poteſt: & ſicut corpus immenſum figuram habere non poteſt: ſic etiam in Phyſicâ, ſi materia diceret perfectionem infinitam, non ſolùm non eſſet pura potentia, ſed nihil retineret potentiæ; unde eſſet purus actus Phyſicus; adeòque nec per formam

Syllaba perpetua habere conſonantes non poſſet.

An imperfectiones dicant aliquid poſitivum quâ tales?

Qualis eſſet forma, ſi

mam ſubſtantialem, nec per accidentalem compleri poſſet. Ergo in Theologia, ſiquidem quæcumque Divina formalitas (rationis ratiocinantis formalitates nunc admitto: at idem etiam dicerem, ſi in Deo nunc rationis ratiocinatæ admitterem formalitates) eſt infinita, erit actus puriſſimus, & nihil habebit potentiæ, & hanc ob rem per formam (ſubſtantialem, accidentalem, aut etiam modalem) compleri non poterit. Repugnant ergo in Deo accidentia. Ergo & repugnant formæ ſubſtantiales realiter ab eſſentia diſtinctæ. *materia infinitam perfectionem haberet*

Ergo ſicut Abecedarius Latinus unus eſt, & quia omnes complectitur litteras, ad nullam referri poteſt litteram, qua careat: & ſicut Corpus immenſum unum eſt, & quia omnem molem complectitur, ad nullam referri poterit, qua careat: ſic etiam Deus unicus eſt; & quia omnes poſſibiles (aut etiam intelligibiles, ſi has velis ab illis diſtinguere) perfectiones complectitur, cum nullâ poteſt comparari, quâ careat. Et quia ſingulæ perfectiones poſſibiles finitæ perfectionis ſunt: ſicut conſonantes in æternâ ſyllabâ, & figuræ in immenſo corpore, ſic etiam illæ eminenter & hypotheticè reperiuntur in Deo: quem tandem his verbis deſcribo. [Deus omnium rerum poſſibilium & intelligibilium perfectiones eminenter & hypotheticè complectitur. Eſt infinitus; & ideò nullam perfectionem habet in potentiâ, adeòque nullam, quæ poſſit per actum realem (ſubſtantialem, accidentalem, aut modalem) compleri: & hanc ob rem eſt purus actus. In unicam vocalem infinitam omnes vocalium differentiæ coïncidunt; in unicum Corpus immenſum omnes figurarũ differentiæ coincidunt: in unicam materiam infinitè perfectam omnium formarum (ſubſtantialium, accidentalium, & modalium) differentiæ coincidunt: adeòque in unicum Ens infinitum omnes Entium poſſibilium & intelligibilium differentiæ coincidunt. Eſt igitur Ens infinitum (ſeu Deus) Ens unicum: ſimpliciter incompoſitum & indiviſibile: at hypotheticè (& nota id benè) diviſibile: ſi enim careret infinitate, poſſet in realitates varias dividi; & hæ poſſent accidentibus aut modis compleri, vel determinari.]

CCLXXIV. Nulla eſt cogitabilis perfectio quâ careat Deus.

Qualis ſit Deus?

Quo modo perfectiones finitæ reperiantur in Deo?

De perfectionum coincidentiâ.

An ſunt multi Dij?

Hypothetica Dei conſideratio.

CCLXXV. *Deus non habet partes reales: nec formales.*

HÆc eſt Divinitatis Idea, quâ inſtituor: hic conceptus, quo ditor: hæc imago, quâ dirigor, ut Divina & humana pertractem. Omnem à Deo compoſitionem realem, quam finxit olim ſtupida nonnulla hæreſis, tanquam ſacrilegum delirium execror: compoſitionem formalem ex naturâ rei, aut formalem rationis ratiocinatæ à Scotiſtis & Thomiſtis, Viris doctiſſimis admiſſam, non intelligo, ſed neque intelligere volo; nam ſicut triangulus & circulus, ſi infiniti reddantur, coincidunt (nota id benè) ſic etiam formalitates Eſſentiæ, Exiſtentiæ, Vitæ, Intellectûs, Voluntatis, Potentiæ, &c. ſi eſſe infinitæ intelligantur, coincidunt, & ſunt intrinſecùs conſideratæ unica & ſimpliciſſima formalitas. Et quo illæ modo diſtinguentur? hypotheticè: ut ſi dixeris: [In Deo, quia infinitus eſt coïncidunt, & nullo modo diſtinguuntur: at verò, ſi per impoſſibile finitus eſſet, non coinciderent, ſed realiter juxta Platonicos, aut formaliter juxta Scotiſtas &c. diſtinguerentur.] Diſtinguentur, ut figuræ in corpore infinito: quod actu & formaliter nullam habere poteſt, & hypotheticè (eo nimirùm caſu, quo eſſet finitum) ſingulas habere poteſt. Diſtinguentur ſicut in Duodenario, Senarius duplex, Quaternarius triplex, Ternarius quadruplex, Binarius ſextuplex. Sanè in Duodenario (& hoc attentè lege, & accuratè ſubnota) nemo poterit duas formalitates aut realitates reperire, quarum altera ſit Senarius duplex, & Binarius ſextuplex non ſit: altera verò, Binarius ſextuplex, non autem Senarius duplex ſit. Et in multitudine infinitâ, ſi per impoſſibile daretur, nemo poterit diſtinguere realiter aut formaliter duas partes, quarum altera ſit Quaternarius infinitiplex, & non Quinarius infinitiplex: & altera è contrario ſit Quinarius infinitiplex, & non Quaternarius infinitiplex. Ergo in Deo, (Ente infinito) nemo poterit duas formalitates objectivè diſtinctas reperire, quarum altera ſit intellectus infinitiplex, & non ſit voluntas infinitiplex: & altera ſit voluntas infinitiplex, & non ſit intellectus infinitiplex: & tamen hoc non tollit, quòd intellectus & voluntas in creaturis ex naturâ rei, aut etiam realiter condiſtinguantur: quia (ut iam ſæpè diximus & oſtendimus) cùm venitur ad infinitatem, omnes perfectiones coincidunt.

Omnes perfectiones in infinitate coincidunt.

Exponitur diſtinctio hypothetica.

Contra præciſiones objectivas.

An in Deo ſint formalitates diſtinctæ. Intellectus infinitus & voluntas infinita coincidunt.

ARTICULUS VIII.

De ineffabili Trinitatis myſterio hoc eſt, de Patre, Verbo Æterno, & Spiritu Sancto. De Incarnatione etiam, & Idiomatis communicatione, diſtinctione, & miſſione.

CCCLXXVI. Ordo doctrinalis à notioribus, & non à prioribus incipiendum eſſe perſuadetur.

A Clarioribus & non à prioribus exordium ſumpſi; & hanc ob rem, tametſi Verbi æterni generatio & Spiritûs-ſancti productio æternæ ſint, & creaturarum productio & exiſtentia temporales, & earumdem poſſibilitas perſonis Divinis poſterior; interim, quia creaturas exiſtentes oculis corporeis proſpicimus, & Perſonas Sanctiſſimæ Trinitatis oculis Fidei, debuimus priùs agere de creaturis, ut melioribus inſtituti notitiis demùm ageremus de Deo.

Fundamentum Grammaticum.

Non omnis vox eſt dictio.

EX litteris reſultant voces, nec tamen omnes voces dictiones ſunt, ſed illæ, quæ, ſignificantes. Nam cùm profero *Blictri*, reverà vocem ſpiro, ſed nihil dico. Quòd ſi inſtituto Reipublicæ pronunciaretur, vocem *Blictri* ſignificaturam Elephantem, tunc à ſingulis illa non ſolùm ut vox, ſed etiam diceretur ut verbum: unde colligo vocem & verbum diſtingui non eſſentialiter & naturaliter, ſed in modo exiſtendi & emanandi: vocis enim exiſtere eſt ſpirari, ſeu emitti: verbi autem dici hoc eſt, ſonare & ſignificare ſimul: quod eſt vel dici dictione productivâ, vel produci actione ſignificativâ.

Diſcrimen inter vocem & verbum.

CCCLXXVII. An ſit vocum ſignificatio naturalis.

QUæſtio illa, quæ inquirit, *Unde voces habeant ſignificationem?* olim vila difficilis, ſed hodie eſt facilis; quoniam ferè omnes interiectiones videntur habere ſignificationem naturalem: dictiones, quæ denotant voces, quales ſunt quæ cantum aviũ, brutorum boatum & tempeſtatum fragorem exprimunt, habent ſignificationem naturæ benè correſpondentem: cæteræ ſignificant ad placitum: nec credo veteres voluiſſe omnes omninò voces naturaliter ſignificare: ſed quia interiectionum multarum naturalem vim intelligebant, & alias voces eſſe ſimiles ſuſpicabantur, incautè omnes ad generalem regulam reduxerunt, quam diſtinctione limitamus & dilucidamus.

Parallelon Theologicum.

An ignis poſſit eſſe Verbum?

EX perfectionum numero reſultant ſpecies, quæ, ſicut voces ſolent, eſſe dictiones poſſunt. Nam ſicut voces proferuntur & dicuntur, ſic ignis poteſt produci & dici, ſic quæcumque alia realitas. Cùm ego domi ligna accendo, reverà ignem produco, ſed nihil dico. Quòd ſi inſtituto communi decerneretur, ut ego, viſo hoſtium exercitu, accendendo ignem eorum præſentiam manifeſtarem, tunc non ſolùm producerem, ſed etiam dicerem: & in tali caſu ignis eſſet meum Verbum, quo dicto hoſtium præſentia evulgaretur. Ego igitur in illo caſu & dicendo manifeſtandoque incurſum hoſtium, ignem producerem, & producendo ignem, hoſtium incurſum dicerem & manifeſtarem.

Diſcrimen inter pro-

Sic in Divinis ex ore Patris (vocemus hoc nomine potentiam productivam

Digitized by Google

[...]ſionem Verbi & Spiritus ſancti.

ctivâm ad intra)procedit Verbum & Spiritus;hic ſpiratur, illud dicitur : unde colligo Verbum & Spiritum diſtingui,non quidem eſſentialiter & naturaliter, ſed in modo exiſtendi & emanandi: quoniam Spiritûs ſancti exiſtere eſt ſpirari & procedere; Verbi autem æterni dici,hoc eſt, procedere & naturaliter ſignificare ; procedere ut imaginem Patris ; ejus enim productio eſt generatio Patrem exprimens & imaginans ; & imaginatio & expreſſio Filium generans.

CCCLXXXVIII.

Ignis dupliciter emanandi poſſ. Deus de Deo dupliciter procedit.

Duo exempla poſui; alterum vocis,alterum ignis , ut Verbi æterni proceſſionem diſtinguerem à Spiritûsſancti proceſſione: ſicut enim poteſt eadem vox proferri ſignificativè & non ſignificativè , & idem ignis produci ſignificativè & non ſignificativè: ita ut nulla ſit in eſſentiâ aut etiam in naturâ diſtinctio, ſed tota ex parte modi procedendi ſe teneat: ſic Deus procedere poteſt de Deo , ſignificativè & non ſignificativè: ſi primo modo, dicitur; ſi ſecundo, ſpiratur; & tota diſtinctio ſe tenet ex parte modi procedendi,& nullo modo eſſentiam aut naturam attingit, omnes enim perſonæ homuſiæ , hoc eſt, coeſſentiales & conſubſtantiales ſunt.

Inter proceſſiones vocis & divinas ſimilitudo & diſſimilitudo.

Et ut rem penitiùs adhuc capiam, nonnihil addo. Inter vocem (ignem-ve) & Deum quoad proceſſionem ſimilitudinem & diſſimilitudinem reperio : *Similitudinem*,quòd ſicut eadem vox iam ſignificativè,& iam non ſignificativè (& idem ignis jam ſignificativè,& iam non ſignificative)producitur , ſic Deus (& quoad eſſentiâ idem) iam ſignificative,& iam nõ ſignificativè procedit: *Diſſimilitudinem* , quòd varietas procedendi in voce aut igne accidentalis & contingens ſit, in Deo neceſſaria perſonaliſque: duo enim diverſi procedendi modi ſunt duæ Perſonalitates, quæ Perſonas procedentes conſtituunt & realiter inter ſe & etiam à Patre diſtinguunt.

CCCLXXXIX.

An omnis res ſenſibilis poſſit eſſe dictio?

Ex dictis colligo,non vocis ſolius, ſed cuiuſcumque ſenſibilis rei productionem eſſe dictionem accidentalem poſſe,& quamcumque rem productã poſſe eſſe Verbum: adeòque rem & verbum diſtingui non entitativè & materialiter , ſed in modo exiſtendi & emanandi;etenim creatæ exiſtere eſt produci (ſic nunc dicamus) Verbi exiſtere eſt dici,hoc eſt,produci & ſignificare ſimul ; videlicet , vel dici dictione productivâ , vel produci actione ſignificativâ.

Quid exiſtentia ſit?

Oſeas loquitur generando.

Hinc lux Oſeæ Prophetæ,cui cap. 1. inquit Dominus. *Vade & ſume tibi uxorem fornicationum , & fac tibi filios fornicationum : quia fornicans fornicabitur terra à Domino.* Obedit Oſeas Domino,& generando filios verba dixit : quia ipſa talium filiorum generatio fuit loquutio, quâ diceret , *Fornicans fornicabitur terra à Domino.* Ergo illi filii Oſeæ ejuſdem prophetæ fuerunt Verba : & quà filii generabantur, & quà Verba eliciebantur,& tamen realiter loquendo eadem actio,quæ fuit illorum generatio,fuit dictio.

Filii Oſeæ, qui fuerunt Verba.

Verbi & Filij in Divinis diſcrimen.

Hinc patet quale ſit inter Filium æternum & Verbum æternum diſcrimen : nullum enim reperitur reale , nullum formale intrinſecum: quale ergo? formale extrinſecum ſeu expreſſivum : nam Pater eſt ſubſtantia realis & intentionalis: quà realis , generat ; quà intentionalis dicit : & tamen eadem perſona , quæ gignitur,dicitur; & eadem actio eſt ſimul dictio & generatio. Sed cui Verbum æternum Pater æternus dicit? Sibi, Filio & Spirituiſancto. Sibi , quia etſi fortè loqui Homo non poſſit, niſi alteri,dicere (imò etiam indicere) poteſt & ſolet homo ſibi. Pater ergo Divinus Verbũ illud æternum dicit ſibi. Et quia eadem ſecunda Perſona ſimul eſt Verbum Filiuſque, quà Verbum dicitur, quà Filius gignitur,& eſt cui Verbum dicitur: Et poſteà à Patre & Filio per Spirationem producitur Spiritusſanctus.

Cuinam Pater loquatur.

Hinc tandem patet Incarnationis myſterium [Nota hæc,& ſingula compone cum ſequentibus] Deus enim cæteros homines producit, at Chriſtum produxit dixitque; unde Chriſtus eſt Homo & Verbum Divinum : Homo , quia eſt animal rationale , Verbum quia non ſolùm eſt homo factus , ſed & dictus à Deo : & per hanc ipſam dictionem realiter unitus Verbo æterno. CCCXC.

Chriſtus eſt perſonaliter Verbum Divinum. Verbum natum & factum.

Hinc Lucæ Hiſtorico Divino lux : apud quem cap. 2. cap. 15. *Paſtores loquebantur ad invicem : Tranſeamus uſque in Bethlehem , & videamus hoc Verbum quod factum eſt , quod Dominus oſtendit nobis.* Ergo Chriſtus quà Deus erat Verbum genitum non factum , conſubſtantiale Patri , per quod omnia facta ſunt: & quà Homo erat Verbum Caro factum & oſtenſum nobis : quà Deus erat Verbum inviſibile ; quà Homo Verbum viſibile , audibile , tangibile : unde poſt reſurrectionem ſtupefactis diſcipulis juſſit ſe tangi dicens , *quia Spiritus & carnem & oſſa non habent.*

Sed ex dictis videtur ſubnaſci nova quæſtio, An Filius æternus Chriſtuſque ſint duo Verba? Videretur enim quod ſic: ille enim ab æterno dicitur , & iſte in tempore. At reſpondeo eumdem dicentem eſſe , eandem dictionem, adeòque uniri Filium æternum Chriſtumque in unitate ejuſdem Verbi , & conſequenter eiuſdem exiſtentiæ , eiuſdem relativæ ſubſtantiæ, & eiuſdẽ perſonæ. Unde verũ eſt di- CCCXCI.

An Chriſtus ſit duo verba?

MEDITATIO IV.

THEOLOGICA.

CCLIX *Cur Theologiam tractaturus convertam oculos ad Abecedarium.*

REm in minimo maximam, & in infimo ſummam; hoc eſt, Deum in Abecedario contemplabor: & iterùm ob oculos ponens primas charaterum notitias, graviſſimas Theologiæ difficultates explicabo: & quia maxima ſum diſcuſſurus, ut clarè & dilucidè ſingula, à minimis exordium ſumo; me exemplis clariſſimis & ſecuriſſimis iuvabo, ut Dei Optimi Maximi ideam veram, quatenus humanitùs haberi poteſt, addiſcere & docere poſſim. A primis ergo eruditionis elementis incipiam, & quia nihil in Orbe litterario eſt antiquius, nihil certius, quàm litteras in Abecedario, hanc ob rem eumdem & mihi, & aliis univerſis ob ocolos pono, ut vel ſic umbras claras & certas Divinæ perfectionis inveniam.

ARTICULUS I.

Quid & qualis ſit Deus?

Tota empedoclis Philoſophia & Theologia eſt anagrammatica.

VArias ingreſſi vias veteres Philoſophi, varias de Deo ideas & varios cōceptus formaverunt: & Ego, quia me iubet Empedocles intra Grammaticæ cancellos continere, illac ibo, quà me Genius Abecedarius duxerit; & quia Deus in minimis maximus eſt, confido in primis eruditionis elementis, hoc eſt, in characteribus (litteræ enim ſunt orationis partes minimæ) maximè appariturum, & optimè deſcriptum iri.

Orationis pars minima.

Fundamentum Grammaticum.

CCLX. *Literarum Latinarū numerus.*

ABecedarium Latinum, qui hodie in uſu, ſtudioſe contemplor: viginti quinque litteris conſtituitur: nimirùm, A B C D E: F G H I: K L M N O: P Q R S T: U V X Y Z: Scio alias plurimas eſſe poſſibiles, ſed facilioris eruditionis gratia duo ſuppono; alterum, præterenumeratas nullam eſſe literam poſſibilem; alterum, eaſdem eſſe invicem identificatas, adeòque conſtituere unam entitatem, unū Genium realiter ſimplicem, qui ABECEDARIVS vocatur.

An præter has ſint etiam aliæ literæ poſſibiles?

Empedocles græcè ſcripſit.

VTor Abecedario Latino, poſſem alio, & fortè aliorum opinione deberem: quia cùm Empedocles fuerit Græcos & Græcè ſcripſerit, deberet correctior vel aſſeclarum elementis, quibus ille fuit uſus. Cæterùm, quia claritatem amo, & omnibus has lineas ſcribo, & multi in Orbe litterario ſint, qui Græcum idioma non ſciunt, eſſem Empedocli, eſſem illis, eſſem & mihi iniurius, ſi obſcurè edicerem, quæ clarè poſſem.

Et cur non græco non utimur Abecedario?

Parallelon Theologicum.

Notarum perfectionum numerus.

An exiſtentia ſit communis?

PErfectionum poſſibilium theſaurum, qui mihi notus, ſtudioſè contemplor. Multas ille complectitur; ſed præter Exiſtentiam, quę eſt commune attributum, à me noſcuntur tredecim; nimirùm, Entitas, Vita, Intentionalitas, Spiritualitas, & Supernaturalitas & Infinitas; itemque Magnitudo ſeu Quantitas, Attributum ſeu Qualitas. Re-

latio,

An ſint alia poſſibiles?

latio, Actio, Paſſio, Duratio, Ubicatio. Scio alias plurimas eſſe poſſibiles, ſed facilioris eruditionis gratiâ duo ſuppono, alterum, præter enumeratas perfectiones nullam eſſe poſſibilem; alterum, eaſdem ſublatis omnibus imperfectionibus eſſe invicem identificatas, adeòque conſtituere unam entitatem realiter ſimplicem, quæ DEUS dicitur. *Quid ſit Deus?*

CCCLXI. *Dei deſcriptio.*

Hinc patet, quo modo deſcribi poſſit Deus, *mihi enim eſt Entitas viva intentionalis (intelligens) ſpiritualis ſupernaturalis infinita: nimirùm immenſa, infinitè magna, habens perfectiones & attributa infinita: habens ſuas relationes activas & paſſivas, omnes nobilitate infinita; eſt æterna, hoc eſt, infinitè durans; eſt ubique, hoc eſt, infinitis locis intrinſecis, in nullo extrinſeco, adeòque eſt immenſa*, &c.

Quantitatis & Ubicationis differentia.

Et notandum eſt primò in Deo Quantitatẽ & Ubi coincidere: idem enim eſt habere immenſam ſeu infinitam magnitudinem, quàm eſſe in omni loco intrinſeco. Dixi imperfectiones omnes debere excludi à Divinitatis cõceptu; modò proſcribo aliquas: quoniam ex Ubiqueitate ſequitur Immobilitas; nam ſine *unde* & *quo*; ſive ſine termino à *quo* & termino *ad quem*, intelligi motus non poteſt. *Immenſitas* excludit figuram, quia ultimâ ſuperficie caret. *Quando* excludit Æternitas, hoc eſt, infinitæ durationis ſimultas: non enim eſt præteritus aut futurus, qui omni tempori coëxiſtit ſimul. *Situationem* excludit Ubiqueitas: nam ſi ſingulæ perfectiones immenſæ ſunt, ſingulę ubiq; ſunt: non ergo poterunt inter ſe ordinari & ſituari.

An Deus ſit ubique? An ſit immobilis? An figuræ capax? An temporis ſenſitas? An habeat ſitum?

ARTICVLVS II.

De Emanatione Dei ad extra. Quo modo Creaturæ ſint in Deo? quomodo egrediantur, & fiant?

CCCXXVI *Lege & relege, obſecro, hunc Articulũ. & forte plus hic in unâ paginâ, quàm alibi in multis reperies.*

Deviatà Veritate communis Creatoris & Creaturæ conceptus: & omnia quæ Sacra Scriptura, Patres & veteres Scholaſtici dicunt de inexiſtentiâ omnium perfectionum (poſſibilium aut etiam exiſtentium in Deo) Iuniorum Theologorum placitis non correſpondent, ita ut debeat vel tota corrigi antiquitas, vel unus aut alter recentior. Hi, ut loquar ſincerè, doctiùs errant: ego minùs doctè ipſammet veritatem attingam; & quidem minùs doctè, nolo enim illam alibi quærere aut invenire, quam in Abecedario, quem hodie contemplandum, examinandum & dilucidandum ſuſcipio.

Fundamentum Grammaticum.

Cenius igitur iſte producat & proferat ad extra aliquas litteras, aliquas voces: quo ergo illas modo producet? non alio, quàm emergendo in illas eaſdem litteras, voces, ſeu dictiones, quas proferet. Illum ego, An ſit ſubſtantia, interrogo? & reſpondet *Sum* & verè, quia conſtamus hypotheſi. Sed ipſam reſponſionem conſidero. *Sum*, ait meus Genius, ſed quid eſt *Sum*? una dictio. An-ne Abecedarius eſt dictio *Sum*, aut dictio *Sum* eſt Abecedarius? minimè: & tamen dictio *Sum* eſt in Abecedario, & Abecedarius eſt in dictione *Sum*, ſed diverſimodè. Dictio *Sum* tres habet litteras, & viginti duarum literarum carentias. (nota id benè) Litteræ ſunt perfectiones poſitivæ, quibus dictio cõponitur: carentiæ ſunt imperfectiones negativæ, quibus inficitur & limitatur. Abecedarius igitur in tota dictione *Sum* eſt inadæquatè (imò totam dictionem *Sum* eſt inadæquatè) Eſſe enim activè, eſt emergere & aliquid ſine extrinſeca materia cõdere. At ipſe non eſt dictio *Sum*, & hæc dictio tota (nimirùm iſtæ tres litteræ prout infectæ carentiâ & negatione reliquarum) non eſt formaliter in Abecedario, in quo nullius litteræ carentia eſt. At verò eadem dictio eſt in Abecedario eminenter, quoniam iſtæ tres litteræ eminentiùs exiſtunt identificatæ reliquis, quam ab illis diſtinctæ. Sed conſideremus has tres litteras *Sum* præſcindendo à carentia & poſitione cæterarum; & dicam in hoc conceptu non intelligi verè & adæquatè dictionem *Sum*, quæ eſſentialiter dicit omnium aliarum litterarum carentiam; addamque hanc eamdem dictionem concipi inadæquatè, vi-

Quo modo Abecedarius loquaretur?

Quo modo Abecedarius ſit in ſingulis vocibus: & ſingula ſint in Abecedario? Litera & litterarum privatio.

Dictio ſecundum ſe.

delicet, præciſis omnibus negationibus, vel, ut aliqui loquuntur, præciſis omnibus limitationibus; & ſubiungam hunc conceptum inadæquatum totum reperiri in Abecedatio, totum in dictione *Sum*: & ſi hoc dicatur ad univocationem ſufficere, utrobique reperiri univocè. At erit lata in contractione differentia: quoniam illæ tres litteræ in Abecedatio erunt idemtificatæ reliquis, & hanc ob rem in Abecedario erunt integer Abecedarius; & extra Abecedarium in dictione *Sum* erunt realiter diſtinctæ à cæteris, & non erunt Abecedatius.

Perpende hypotheſim.

CCCLXIII Sicut de dictione *Sum* fui philoſophatus, poſſem de quâcumque aliâ: perinde enim fuit mihi hâc vel illâ. Cæterùm hîc obſervandum eſt, ſtante hypotheſi, videlicet, quòd Abecedarius ſit Genius ſpiritualis, habens omnes litteras idemtificatas, in illo reperiri omnes litteras: extra illum nullam eſſe poſſibilem aut exiſtentem: eumque non poſſe aliter loqui, quàm emergendo ad alium modum eſſendi realiter diſtinctum à primo. Quamobrem, ſi nulla eſſet creatura poſſibilis, præter litteras, Abecedarius eſſet Deus, & idem illi eſſet producere, quod loqui; & idem loqui, quod emergere. Hæc vera & clara ſunt, & debent relegi & intelligi.

An Abecedarius eſſet Deus?

Parallelon Metaphyſicum.

Quo Deus modo creaturas ex nihilo producat?

Nota ſingula.

IGitur ipſe Deus dicat & proferat ad extra aliquas perfectiones, aliquas entitates: quo ergo illas modo producet? non alio quàm emergendo in illas ipſas entitates, quas proferet. Producat aliquam, quam examinemus. Plantam ille produxit, & illam ob oculos pono. Sed quid eſt planta? una Dei Creatura. An-ne Deus eſt Planta, aut Planta Deus? minimè. & tamen planta eſt in Deo, & Deus eſt in Plantâ; ſed diverſimodè. Planta duas habet perfectiones præcipuas (entitatem & vitam) & undecim perfectionum carentias (nota id benè) Perfectiones ſunt formalitates poſitivæ, quibus planta componitur: imperfectiones verò ſunt carentiæ & formalitates negativæ, quibus inficitur & limitatur. Deus igitur in totâ Planta eſt inadæquatè (imò totam Plantam eſt inadæquatè) at ipſe non eſt Planta. Et Planta tota (nimirùm iſtæ duæ perfectiones, Entitas & Vita, prout infectæ carentia & negatione reliquarum) nō eſt formaliter in Deo, in quo nullius perfectionis carentia eſt. At verò eadē Planta eſt in Deo eminenter; quoniam iſtæ duæ perfectiones eminentiùs exiſtunt idemtificatæ reliquis, quàm ab illis diſtinctæ. Sed conſideremus has duas formalitates, *Entitatem & Vitam*, præſcindendo à carentia & poſitione cæterarum, & dicam in hoc conceptu non intelligi verè & adæquatè Plantam, quæ eſſentialiter dicit omnium aliarum perfectionum carentiam; addamq; hoc Plantam conceptu inadæquate intelligi, videlicet, præciſis omnibus negationibus, vel, ut alij loquuntur, præciſis omnibus imperfectionibus: & ſubiungam hunc conceptum inadæquatum totum reperiri in Deo, totū in Planta: &, ſi hoc dicatur ad univocationem ſufficere, utrobique reperiri univocè. At erit lata in contractione differentia; quoniam illæ duæ perfectiones in Deo ſunt idemtificatæ reliquis, & hanc ob rem in Deo ſunt totus Deus: & extra Deum, nempè in Planta ſunt realiter diſtinctæ à cæteris, & non ſunt Deus.

Quo modo Deus ſit in creaturis: & quo iſtæ in Deo?

Quid ſit planta?

Quid ſit perfectio & imperfectio?

Creaturæ ſunt eminenter in Deo.

Conceptus plantæ inadæquatus.

An univocè reperiatur in Deo?

Quot perfectiones habeat planta?

CCCLXIV DUas perfectiones Plantæ attribuo, nimirùm Entitatem & Vitam: nomine Entitatis intelligo corpus; nam Entitas non ſpiritualis corporea eſt: & nomine Vitæ vegetativam: probabile eſt enim vitam vegetativam eſſe ſubſtantiam, & plātas afficere intrinſecùs. Probabile, inquā, quia diverſimodè ſalvari omnia poſſunt, quæ experimur in Plantis, etiam negatâ hâc formâ: ſed præſtat exempla ponere juxta communiorem doctrinam.

An vita vegetativa ſit forma ſubſtantialis?

Hæ propoſitiones, *Deus eſt creatura*, & *Deus eſt creaturam*, differunt toto cælo. Prima enim exprimit eſſe idemtificativum, quod Deus reſpectu creaturarum non habet: Secunda exprimit eſſe activum, quod Deo reſpectu illarum convenit: eſt enim ipſe *Ens eſſentians*, *Subſtantia ſubſtantians*, *Natura naturans*. &c.

Quid ſignificet hæc propoſitio, Deus eſt plantam?

Perfectiones creatæ, ſi cū ſuis imperfectionibus conſiderentur, nec ſunt Deus, nec formaliter reperiūtur in Deo: At dicūt Theologi illas

An & quomodo creatura reperiantur in Deo?

in Deo

in Deo contineri eminenter, quia continentur eminentiùs. Eminentius eſt enim perfectionem aliquam habere ſine imperfectionis contagio, quàm maculis multis infectam. Quamobrem hæc propoſitio, *Deus continet omnes perfectiones*, debet ſemper diſtingui: illæ enim omnes ſimpliciter ſimplices (hæ ſunt, quæ imperfectionem nullam imbibunt) formaliter complectitur: at verò perfectiones non ſimpliciter ſimplices (hæ ſunt quæ immixtæ imperfectionibus) continet eminentiùs quàm creaturæ, quia illas continet ſublatis imperfectionibus.

Perfectio duplex? ſimpliciter ſimplex, & non ſimpliciter ſimplex.

De Univocatione variæ ſunt Authorum opiniones, & inde naſcuntur nonnullæ controverſiæ Nominales, quas fugio, & ideò mallem conditionatè loqui, quàm loquendo abſolutè alicui diſplicere Grammatico.

ARTICULUS III.

De Abſtractione poſitiva & negativa. Quomodo per viam Abſtractionis aſcendamus ad Deum?

CCLXV. *Per creaturarum notitiam devenitur ad Deum.*

Dionyſius, Pauli diſcipulus fidelis, & omnium Theologorum Magiſter doctiſſimus fuit. Nos per creaturas ad Deum ſecuriſſimè ducit, & tanta myſteria reperit in nominibus Dei, ut de illis integrum librum ſcripſerit, quem D. Thomas & multi alii Theologi Commentariis doctiſſimis dilucidarunt. Imitabor igitur Magnum Dionyſium, & permittens eum diſputare de Divinis nominibus, litteris, quæ eorumdem nominum ſunt elementa diligenter inhærebo, & abſtrahendo imperfectiones ad perfectionis illius, quæ Deus eſt, notitiam manifeſtam & claram propiùs aliquando perveniam.

Paulum fuit æqualis Dionyſio & non imitabimur Dionyſium.

Fundamentum Grammaticum.

Abſtractio duplex: præciſiva & negativa.

Præmiſi aliqua ad leges præciſivæ abſtractionis; ſed quia abſtractio eſt duplex, præciſiva & negativa, aliquid de abſtractione negativa dicam jam. Puto me in minima quacumque dictione poſſe totum Abecedarium rimari, ſi omnes litterarum carentias abſtrahere negativè ſcivero: nam ſi litteras S. V. M viginti duabus carentiis exuero, & loco earumdem terminos contradictorios, hoc eſt, totidem correſpondentes poſitivas litteras ſubrogavero, non jam dictionem *Sum*, ſed totum Abecedarium habuero.

Quid ſit abſtrahere negativè.

Abſtractio præciſiva &

Hinc patet utriuſque abſtractionis ingenium: illas alibi uberiùs expendo: hic breviter definio aut deſcribo. E duabus formalitatibus aut realitatibus alteram abſtraho præciſivè, quando alteram concipio alterâ non conceptâ: at verò tunc alteram abſtraho negativè, quando alteram mente concipio, & alteram conceptæ nego, & loco illius quam nego, oppoſitam contradictoriè adſcribo. Omnia unico exemplo dilucido. Brutum eſt animal irrationale, ſi jubeas abſtrahere præciſivè animal ab irrationali, concipiam animal, & non concipiam irrationale: & ſic tuo ſatisfecero imperio. Cæterùm, ſi irrationalitatem abſtracturus negativè ſim, concipiam animal non irrationale, & adſcribendo illi perfectionem oppoſitam, Animal rationale.

Abſtractio negativa explicatur.

Parallelon Theologicum.

CCLXVI *Ex creaturis per abſtractionē negativā devenitur ad Deum.*

Abſtractio eſt duplex: præciſiva & negativa, ut diximus: ergò convertendo ad Deum oculos, aliquid de Abſtractione negativa dicamus. Puto me ex minima quacumque creatura poſſe totum Deum rimari: nam ſi omnes perfectionum carentias abſtrahere negativè ſcivero, & loco earumdem terminos contradictorios, hoc eſt, totidem correſpondentes poſitivas formalitates ſeu perfectiones ſubrogavero, non jam plantam, ſed totum Deum habue-

Quid ſit plantam

habuero. Nam ſi planta eſt *Entitas exiſtens viva non intentionalis, non ſpiritualis, non ſupernaturalis, non infinita*, ſublatis negationibus manebit. *Entitas exiſtens, viva, intentionalis, ſpiritualis, ſupernaturalis, infinita*; & hæc eſt *Deus*. *Quid ſit Deus?*

Recogito quid ſit Abſtractio negativa: & ad quid ejus cognitio ſervire poſſit. ABſtractio hæc negativa debet benè intelligi; illâ utuntur frequentiſſimè Patres, qui ex quâcumque creaturâ hâc abſtractione conducti aſcendunt ſecuriſſimè ad Deum. Multa exempla in locis diverſis produxi. Plantam hîc ob oculos poſui, tu periculum fac, & ex quâlibet musculâ omnes imperfectiones abſtractione negativâ remove, & conſequeris Deum.

Creatura nos perducunt ad Deum. Hinc patet meritò D. Paulum dixiſſe, *Inviſibilia Dei a creaturâ mundi* (nempè, Homine) *per ea, quæ facta ſunt, intelligi & conſpici*: meritò alios intuliſſe, *Oportere de divinis divinitùs, ſicut de humanis humanitùs philoſophari*: quoniam, ſi quiſpiam vel unam muſcam adæquatè & perfectè cognoſceret, ille ipſe cognoſceret adæquatè & perfectè omnes ejuſdem imperfectiones, hoc eſt, carentias perfectionum: adeòque eaſdem perfectiones cognoſceret: &, ſi omnes cognoſceret, etiam Deum; eſt enim Deus quædam identica omnium perfectionum collectio. *Quid ille ſit*

ARTICULUS IV.

De eſſe Dei. An pluribus modis exiſtat?

CCC LXVII. *An intelligere Dei ſit eſſe Dei?* SI Angelicum Doctorem interroges, *Quid ſit eſſe divinum?* reſpondebit Intelligere Dei eſſe *eſſe* Dei: hoc eſt, Deum intelligendo exiſtere, & exiſtendo intelligere: eſt enim Ens infinitè intellectivum, & hanc ob rem exiſtit per intellectionem, & intelligit per exiſtentiam: ſubſcribunt Angelico Doctori Thomiſtæ; & multi etiam alii in diverſis ſcholis.

Duplex exiſtendi modus in Deo. Quot ergo modis Deus exiſtit? quot ſuas perfectiones intelligit, & quot illas intelligit? ne circulum committam, & iterùm ex intellectione ad exiſtentiam recurram, has pauculas lineas ſubſcribo.

Fundamentum Grammaticum.

Duplicem eſſendi & exiſtendi modum habet Abecedarius. ABecedarius duplicem eſſendi modum habet: alterum intrinſecum, & adæquatum; alterum extrinſecum & inadæquatum: intrinſecus identicus; extrinſecus activus eſt. Ad intra (ſic placet loqui, non enim occurrit ſignificantior vox) noſter Abecedarius eſt omnis Littera: & ad extra, cùm vocem profert, eſt aliquas litteras

Duplex conſideratio litterarū. HInc patet litteras bifariam poſſe conſiderari; ad intra (hoc eſt, in Abecedario) & ad extra (hoc eſt in dictionibus diverſis extra Abecedarium dictis aut ſcriptis) nulla eſt dictio, cujus omnes litteræ non ſunt in Abecedario, & nulla eſt dictio, quæ omnes contineat litteras, & hanc ob rem Abecedarius ſe habebit ad quamcumque dictionem tanquam totum ad partem præciſivè ſumptam. Conſultò præciſionem expreſſero, quia pars formaliter ſumpta dicit diſtinctionem aut etiam carentiam compartis, & hujuſmodi diſtinctio aut carentia nunquam reperitur in Deo. *Partis conceptus.*

Parallelum Theologicum.

CCC LXVIII. *Duplicem eſſendi & exiſtendi modum habet Deus* DEus duplicem eſſendi modum habet: alterum intrinſecum, & adæquatum; alterum extrinſecum & inadæquatum: intrinſecus eſt identicus; extrinſecus activus eſt. Ad intra (ſic loquuntur Theologi) Deus eſt omnis perfectio, & ſublatis imperfectionibus Deus eſt omnis formalitas & omnis realitas; nulla enim eſt perfectio poſſibilis aut intelligibilis, quæ non reſpiciatur in Deo: & nihil eſt in Deo, quod non ſit Deus. Ad extra Deus cùm

plantam

plantam creat, tametſi non ſit planta, eſt plantam, hoc eſt, plantam producit.

Quid ſint creaturæ poſſibiles.

EſT mirabilis creaturatum poſſibilium aut etiam exiſtentium conceptus, qui in multis reperitur Authoribus. Diſtinguunt eas à Deo, voluntque caſdem à Deo reſpici, quaſi ille eſſet hîc, & illæ ibi: ſed quàm ſit abſurda hæc imaginatio, ille ſcit, qui divinam eſſentiam aut in rationis tabulis, aut in veterum libris rimatur. Ut poſſibilem creaturam benè intelligam, litteram poſſibilem meditor. Extra Abecedarium nulla eſt littera, & extra Deum nulla eſt poſſibilitas (ſeu activam, ſeu paſſivam eam vocem) tota enim creaturatum poſſibilitas deſumitur à creatrice potentiâ. Sed de hoc jam ago.

ARTICULUS V.

De Creaturis poſſibilibus.

CCCLXIX Non omne poſſibile eſt producibile.

LAtiùs patet poſſibile, quàm producibile. Deus enim actu eſt, adeòque etiam poſſibilis eſt, & tamen producibilis non eſt. Poſſibilitas igitur duplex eſt; intrinſeca & extrinſeca: intrinſeca competit uni & ſoli Deo, qui independenter à quocumque extrinſeco exiſtens eſt: extrinſeca competit creaturis, quæ à Deo exiſtentiam recipiunt. Et quidem creaturas poſſibiles ad duas claſſes reduco: aliud eſt enim creaturam eſſe poſſibilem, & aliud eſſe purè poſſibilem: poſſibilis eſt quæcumque præterita, futura, præſens: & purè poſſibilis ea ſola, cui non repugnat exiſtentia, at in nulla temporis differentiâ illam eſt habitura. Sanè exiſtentiam Thomiſtæ & alii multi Authores etiam realiter ab eſſentiâ diſtinguunt: alii tantùm modaliter: & Scotiſtæ, ut harum duarum formalitatum diſtinctionem exponant, ad Ens diminutum confugiunt, & illud tam diverſis, aut etiam adverſis modis explicant, ut Ens poſſibile Scotiſtarum non videatur poſſibile. Illud urbanè nonnulli oppetunt, qui tamen fruſtrà Cenſuris commaculant ſubtilium Theologorum doctrinam, qui non ſunt condemnandi aut etiam arguendi de opinione, quam nunquam propugnant: quòd enim multi illis adfingunt, aliquid eſſe (hoc eſt exiſtere) quod non ſit creatum à Deo, Scotiſtæ non dicunt. Carent vocabulis; & quia ingenioſi ſunt, exuberant ſubtilibus conceptibus; & mentem ſuam exponerent, ſi juxta Dialectum Scholaſticam, quâ ego utor, omitterent hanc propoſitionem, *Creaturæ poſſibiles, antequam producantur, ſunt*; & reponerent iſtam, *Creaturæ poſſibiles, antequam producantur non ſunt, ſed ſunt*: hoc eſt, habent ſua prædicata eſſentialia, & poſſunt à Creatore produci.

An ab eſſentia exiſtentia realiter diſtinguatur?

Ens diminutum.

An aliqua cenſurâ ſit dignum?

Creaturæ poſſibiles ſunt.

Fundamentum Grammaticum.

CCCLXX Quid ſyllaba poſſibilis ſit

SI non loqui ad extra vellet Abecedarius noſter, poſſet: & poſſet aliqua dicere & aliqua tacere, ſi vellet: ſuppoſui enim illum eſſe quemdam Genium liberrimum, & ſapientiſſimum. Sed interrogas. Quidnam ſit dictio pronunciabilis, ſeu dictio poſſibilis? Danturne extra Abecedarium aliquæ litteræ poſſibiles ab Abecedario condiſtinctæ, ad quas Abecedarius dicat relationem potentis eas proferre; quæ ad Abecedarium dicant correlationem potentium ab illo proferri? Nugæ, nugæ. Abecedarius omnes litteras complectitur, omnes, omnes; poſſibiles & exiſtentes: & præter eas, quæ ſunt in Abecedario, hoc eſt, præter omnes litteras (nihil enim aliud Abecedarius eſt, quàm omnes litteræ) nulla eſt littera. Genius iſte Abecedarius, quia dicit & profert ad intra omnes litteras, exiſtit: & quia dicit & profert ad extra aliquas, loquitur. Et cùm dicit ad extra, nihil aliud omninò facit, quàm emergere ad alium inadæquatum modum ſonandi ſeu eſſendi. Litteræ igitur S, V, M, ſi concipiuntur ut identificatæ omnibus reliquis, ſunt realiter integer Abecedarius: ſi ut replicatæ extrinſecùs (replicatæ, inquam, quia cùm inſunt dictioni, non abſunt, nec abeſſe poſſunt Abecedario) & ut diſtinctæ à reliquis, ſũt dictio SVM, quæ eſt diſtincta realiter à proferente: ſi ut replicabiles extrinſecùs & realiter diſtinguibiles, ſunt dictio SVM poſſibilis & pronuntiabilis. Si tandem concipiuntur ſimul ab identificatione & etiam

Abecedarius eſt omnes litteræ.

Prolatio duplex: ad intra & ad extra.

Litteræ replicantur ad extra: nota id bene.

Digitized by Google

etiam diſtinctione præciſæ, ſunt litteræ ſecundum ſe, quæ tam in Abecedario, quàm in dictione reperiuntur.

CCCLXXI. *An & quomodo eſſentia ab exiſtentiâ diſtinguatur?*

HÆc ſunt facilia, & in cauſâ, ut creaturarum poſſibilium conceptus, qui obſcuriſſimus erat, facilis & clarus reddatur. Qui realiter aut etiam modaliter eſſentiam ab exiſtentiâ diſtinguunt, peſſimo præjudicio laborant, videnturque incapaces, qui poſſint verum conceptum poſſibilitatis habere: nos autem ſupponentes nec realiter nec formaliter (imò nec ex naturâ rei, aut etiam ratione ratiocinatâ) eſſentiam diſtingui ab exiſtentiâ, liberiùs & meliùs procedemus. Ergo conceptus Theologicos ad hanc communem doctrinam conformatos, Fundamentis Grammaticis attemperemus.

Parallelum Theologicum.

Deus eſt agens liberũ.

SI nihil producere ad extra vellet Deus, poſſet: & poſſet aliqua producere, & alia non producere: eſt enim abſolutus & liberrimus Dominus: ſed interrogas. Quidnam ſit perfectio creabilis? quid creatura poſſibilis? Dantur-ne extra Deum aliquæ perfectiones ut formalitates poſſibiles à Deo condiſtinctæ, ad quas Deus dicat relationem potentis eas producere, quæ ad Deum dicant relationem potentium ab illo produci? Nugæ, nugæ. Deus omnes perfectiones complectitur, omnes, omnes: poſſibiles & exiſtentes: & præter eas, quæ ſunt in Deo, hoc eſt, præter omnes perfectiones (nihil enim aliud eſt Deus, quàm omnes perfectiones) nulla eſt perfectio. Deus quia ad intra eſt omnis perfectio, exiſtit: & quia ad extra eſt aliquas perfectiones, eas producit: & cùm eſt ad extra ſeu producit, nihil aliud omninò facit, quàm activè emergere ad alium inadæquatum modum eſſendi. Perfectiones igitur, Entitatis, Exiſtentiæ & Vitæ, ſi côcipiantur ut identificatæ omnibus reliquis, ſunt realiter integer Deus. Si ut replicatæ, extrinſecùs (replicatæ inquã: quia cùm inſunt creaturæ, nõ abſunt, nec abeſſe poſſunt Deo, & diſtinctæ à reliquis, ſunt Planta: quæ eſt diſtincta realiter à creatore. Si ut replicabiles extrinſecùs, & realiter diſtinguibiles, ſunt poſſibiles. Et tandem, ſi concipiantur ſimul ab identificatione & diſtinctione præciſæ, ſunt formalitates & perfectiones intellectæ ſecundum ſe, quæ tam in Creatore, quàm in Creaturâ reperiuntur.

CCCLXXII. *Quid ſit Ens poſſibile?* *Continet omnes perfectiones.* *Quid ſit creare?* *Quacumque perfectio quatuor modis poterit cõſiderari.* *An detur conceptus Entis Creatori & Creaturæ communis.*

Quid fuerit ante creationẽ Mundi?

EX hoc creaturarum poſſibilium conceptu multa poſſunt & debent deduci, quæ magnas conſequentias inferent in multis materiis Theologicis. Correſpondet hæc idea illi, quam nos docent Veteres Patres, apud quos ante creationem Mundi, præter Creatricem Potentiam nihil erat: & quidem ſi nihil erat, nec Entia diminuta, nec Eſſentiæ, nec creaturæ poſſibiles à Deo realiter diſtinctæ erant.

ARTICVLVS VI.

De Creaturarum Poſſibiliun. numero.

CCCLXXIII. *Creaturæ poſſibiles nullo capiuntur numero determinato.*

ESſe illas finitas & determinatas aliqui Hæretici dixerũt, aut potiùs delirarũt. Eſſe categorematicè infinitas plurimi docent, quia cùm ſint ſimul in cognitione divinâ, non videntur eſſe poſſe infinitæ potentiâ, & hanc ob rem apud plurimos Theologos juniores lego eſſe infinitas actu. Alii, qui philoſophantur ſubtiliùs exiſtimant eas non eſſe infinitas, ſed indefinitas: eſſe plures omni numero determinabili (hoc eſt, ut Peripatetici loquuntur, non tot quin plures) & hanc ob rem eſſe infinitas ſyncategorematicè. Quid nos debeamus dicere, examinabimus & pronuntiabimus.

Sunt indefinita: hoc eſt, infinita ſyncategorematicè.

Funda-

Fundamentum Grammaticum.

Quot ſunt litera poſſibiles?

QVot autem ſunt dictiones poſſibiles? Multæ, multæ. Poſſibiles ſunt Vnilitteræ, Bilitteræ, Trilitteræ: &c. tot inquam (nota id benè) ut qui ſolius Abecedarii quiditatem & combinationes penetret, & comprehendat, omnes linguas & libros ſcriptos & ſcriptibiles ſit comprehenſurus.

Ex comprehēſione Abecedarii quid ſequaturr

CCCLXXIV. *Quot ſint dictiones monoſyllabas ſundo Latino etiam Abecedarium.*

DE dictionum numero in Grammaticâ Methodicâ diſputo, & Articulo agens de Monaſyllabis reperio dictiones conſonantium

Senarum	2,648 3000,000.
Quinarum	134;400,000.
Quaternarum	6;720,000.
Ternarum	;336,000
Binarum	16800
Singularom	,840.
Nullarum	42.

& ſummam 2, 829; 473,682

Er quantus erit, quæſo, numerus dictionum Dyſſyllabarum, Triſyllabarum, Tetraſyllabarum, &c? Ferè inoumerabilis. Quoniam 2, 829; 473, 682. ductæ in ſeipſas dabunt dictionum dyſſyllabarum numerum; qui doctus iterùm in numerum 2, 829; 473, 682. metietur multitudinem triſyllabarum. Et ſic deinceps. [Ego feſtino, alius, qui minoribus ſit implicatus negotiis, poterit ad leges præfixas numeros illos computare.]

Quot diſſyllaba, & triſyllaba, &c.

Parallelon Theologicum.

Poſſibiles creaturæ ſint omnis syncategorematicè infinitæ.

QVod autem ſunt creaturæ poſſibiles? Multæ, multæ; imò ſyncategorematicè infinitæ: unius, duarum, trium, &c. perfectionum, & in ſingulis perfectionum numeris ſeu ſpeciebus (nam ſpecies ut numeri ſunt) ſingularitates ſunt innumerabiles. Tot, inquam, ut qui ſolius Dei eſſentiam intueatur, non modò hunc Mundum, ſed omnes poſſibiles ſit comprehenſurus.

CCCLXXV. *Poſſibilium perfectionum combinationes.*

SI duæ tantùm eſſent perfectiones poſſibiles nimirùm A & B. eſſent quatuor creaturæ poſſibiles, videlicet A. B. AB. BA. duæ ſimplices & duæ compoſitæ.

Si perfectiones poſſibiles eſſent tres: videlicet A. B. C. eſſent creaturæ ſimplices A. B. C. duplices; AB. AC. BA. BC. CA. CB. & triplices ABC. ACB. BCA. BAC. CAB. CBA.

Si eſſent quatuor vel plures numerus ex variâ combinatione mirabiliter creſceret: quam ob rem, ſi poneretur aliquis magnus creabilium perfectionum numerus, infinito propemodum exceſſu creaturæ poſſibiles eſſent multiplicandæ. Cùm igitur perfectiones poſſibiles ſint infinitæ (ſyncategorematicè ut opinor, aut etiam categorematicè, ut alii volunt) ſi ducantur in ſe vicibus infinitis, quanta erit creaturarum poſſibilium multitudo, Ille ſolus comprehendere poteſt, qui condere.

Quàm multa & infinita etiam extra ſe noſcat Deus

ARTICULUS VII.

De Eſſentiâ & Attributis Dei.

CCCLXXVI. *Multum hoc commune cum natura parum.*

DEum hucuſque in Abecedario meditatus, multum didici, quæ fortè ignorant plurimi, qui ſe dirigunt ſublimioribꝰ rerum exemplis. Ut video, Parallela me juvant, & ut me etiamnum explicem, utar hoc parallelo. Quærunt theſaurum duo, inveniunt duo, clauſum tamen. Theca igitur eſt reſerenda ut erui poſſit. Habet Franciſcus clavem auream, magnâ arte elaboratam, Smalto nobiliſſimo pictam, non huic, ſed aliis ſeræ congruentem: habet Theodorus ligneam, aptam tamen. Et uter, vel me judice felicior? uter meliùs inſtructus? Mihi Auguſtinus quarto de doctrinâ Chriſtianâ, *Quid obeſt clavis lignea, ſi per eam, id quod volumus, licet aperire?* Et

Clavis lignea interdum eſt melior clavi aurea.

Fran-

Digitized by Google

CCCLXIX. *Vt ad longè distantia veniamus, debemus transire per media.*

AGo Deo ſummas gratias, quòd Ideas repererim, quæ tantâ fælicitate & ſecuritate me poſſint ad eundem conducere, & in re tam obſcurâ tantâ luce iuvare. Nolo uno inſultu tam longam diſtantiam percutrere, ſed utar intermediâ aliquâ Meditatione, ut cooceptus adquiſiti firmentur, & præparetur animus, ut ad veritates Grāmaticas Theologicas poſſit Reſolutiooes conformare. Sed quo pergam, ut intentum obtineam? An ad Geometriam, an ad Phyſicam? Ad neutram: agam tamen de corpore, quod ſi finitum eſſrt, deberet pertinere ad utramque.

Radius Geometricus.

CCCLXX. *Quid ſit figura? An corpora infinita illam habeant?*

UT firmiùs dictis hæream, eam Geometriæ partem ingredior, quæ de figuris & peripheriis tractat. Et intetrogo, *Quid ſit figura?* Eſt, quæ dat corpori terminos, initium, finem, &c. Ergo, ſi daretur aliquod corpus infinitum, ſicut nec terminorum, ſic nec figurarum eſſet capax. Careret igitur omni figurâ & circumferentiâ Corpus iſtud, aliàs enim non eſſet immenſitate præditum. Et quid retineret? Centrum. Vbi? ubique: centrum enim in medio eſt, & quodcumque punctum Corporis infiniti eſt in medio (ſaltem negativè, non enim plus habet ex unâ parte quàm ex aliâ) Hoc quidem Corpus, quamdiù immenſum, unicum eſt: poſſet tamen, dividi in plura, & pluribus terminari figuris, ſi ſemel infinitate privaretur. *An ſint poſſibilia duo infinita?*

Dei deſcriptio à Mercurio Triſmegiſto tradita. Hinc incipio intelligere, cur Deus à Mercurio ter maximo dicatur eſſe *ſphæra intelligibilis, cuius centrum ubique eſt, & nullibi circumferentia*: non enim reperire quis poterit deſcriptionem Divinæ dignitati conformiorem: ſed de hoc ſtatim.

Proſcripſimus omnes figuras (rectilineas, circulares, &c.) à Corpore infinito, quod contemplamur: quia involuunt initium finemque, & Corpus hoc, ſiquidem eſt infinitum, principio & fine caret.

CCCLXXI. *Deſcribitur corpus immenſum.* Ergo immenſum hoc Corpus ad quandam molis unitatem reducitur, in quâ hypotheticè & eminenter omnes figuræ (rectæ & curuæ) inveniuntur: Illud ergo liceat attentè inſpicere, & ſic effari. [Corpus hoc infinitum, omnium figurarum Geometricarum perfectiones eminenter complectitur. *Prima hypotheſis.* Eſt immenſum, & ideò caret circumferentiis, hæ enim ſerviunt corporibus finitis à principio & à fine; & Corpus immenſum principio & fine caret. Eſt infinitum: & ideò in ipſo ſollidæ figuræ (regulares & irregulares) coincidunt: earum enim diſcrimen pendet à terminis latitudinis, altitudinis & profunditatis. Eſt ergo Corpus unicum. Eſt ſimpliciter indiviſibile: at hypotheticè (nota hoc) diviſibile: ſi enim careret infinitate, poſſet in portiones differentes dividi; & hæ poſſ. nt hinc inde punctis, lineis, aut ſuperficiebus cuiuſcumque figuræ terminati.] *Secunda hypotheſis.*

MUltam doctrinam dedit mihi Fundamentum Grammaticum; & Geometricus Radius multam lucem; hunc alibi uberiùs expendo; hic propoſui ſolummodò, ut firmando priora, poſteriora fundarem. Ergo his ideis præventus, audentior fio, & ad Divinam Majeſtatem accedo, & ad ejuſdem memoriam provolutus in genua, Unitatem Infinitam adoro, & ſic inquam.

Parallelum Theologicum.

DEus eſt Ens infinitum. An ſubſtantia, vel accidens? Sicut conſonantes (quæ litteræ accidentales ſunt) terminant hinc inde vocalem, & in æternæ durationis ſyllabâ reperiri non poſſunt; & ſicut figuræ (corporis accidentia ſunt) terminant molem, & in infinito corpore non reperiuntur: ſic accidentia CCCLXXII. *Quid ſit Deus? An ſit accidens?*

&modi modum & limitem ponunt ſubſtantiæ, & Deus, ſiquidem infinitus eſt, non ſolùm non poteſt eſſe Infinitum accidens, ſed neque Infinita ſubſtantia, accidentibus prædita. Eſt ergo nuda & ſimplex ſubſtantia omnium modorum & accidentium expers, ſolâ ſuâ unitate, hoc eſt, infinitate contenta.

An Infinitas ſit quædam unitas?

An accidentium capax ſit?

An duo infinita repugnent?

Vocatur ab Hebræis יהוה IEOVA; à Græcis A & Ω: & à Mercurio Triſmegiſto dicitur *Sphæra intelligibilis, cuius centrum ubique eſt, & nullibi circumferentia.*

Alpha & Omega: principium & finis.

An nomen Dei naturalem ſignificationem habeat?

Porrò IEOVA nomen eſt ſubſtantiale Dei, & videtur non carere ſignificatione naturali: nam ſicut in hoc Divino nomine omnis littera ſubſtantialis includitur, & omnis accidentalis exulat (continet enim nomen hoc omnes vocales, & nullam conſonantem omninò) ſic in Deo nulla ſunt accidentia, & nulla abeſt ſubſtantialis perfectio. Dicitur hoc nomen IEOVA ineffabile, & meritò: ut enim obiecto correſpondeat, & legitimè proferatur, debent omnes vocales ſonare ſimul per modum ſimpliciſſimæ ſyllabæ: nam in Deo, licet ſint omnes perfectiones ſubſtantiales, ſunt per modum unius, & non per modum plurium ſunt: tutiùs enim procedimus, quando illas ne ratione quidem ſeparamus.

S. Ioannes Theologus & Evangeliſta Deum nominare A Ω Græcos docuit: quia ſicut principium & finis claudunt totam lineam; & ſicut A & Ω (prima & ultima litteræ ſunt Alphabeti) claudunt omnes litteras, ſic Eſſentia & Infinitas (Deus enim *Ens infinitum* definitur, ſi definitur) claudunt omnes perfectiones poſſibiles & cogitabiles.

An Deum poſſit definiri?

CCCLXXIII. Hinc patet Deum eſſe Corpori immenſo ſimilem, & hoc ſymbolo ſublatis characteriſticis imperfectionibus meliùs, quàm aliis plurimis Eſſentiæ Divinæ infinitatem explicari. Eſt enim Deus ſubſtantia, non ſolùm intelligibilis, ſed & intellectiva; & ſicut Corpus immenſum omnem figuram haberet hypotheticè, & nullam actu aut formaliter; ſic etiam Deus omnem creatam aut etiam creabilem perfectionem, omnem diſtinctionem aut multiplicitatem, omnem prioritatem aut inæqualitatem complectitur hypotheticè, non verò formaliter & actu: actu enim & formaliter eſt unica ſimpliciſſima perfectio, quæ *Eſſentia infinita*, aut uno nomine vocatur *Deitas*. Hinc etiam patet, cur Deus, ex ſuppoſitione quòd ſit ſphæræ ſimilis, dicatur habere centrum ubique, & nullibi circũferentiã: centrum enim eſt punctum in quod omnes radij concurrunt, & circumferentia eſt terminus ultra quem ſphæra non egreditur. Et, ſi in Deo quæras perfectionem, in quam cæteræ confluant & coincidant? reſpondebo, eiuſmodi perfectionem ubique, hoc eſt, in quâcumque Dei formalitate reperiri: quæcumque enim Divina formalitas eſt infinita, adeòque cæteras univerſas complectitur. Si autem quæras Divinæ perfectionis terminos? reſpondebo illos nullibi eſſe, quoniam ſunt nulli.

Corpori infinito Deus eſt ſimilis.

Deus eſt ſphæra, cuius centrũ ubique eſt, & nullibi circumferentia.

An Deum multas perfectiones habeat aliut?

An litteræ conſonæ ſint poſitivæ?

Litteræ conſonæ ſunt quædam Vocalium accidentia, ut diximus; & illis, qui ſuperficie tenus rem examinant, poſitivæ quædam pronuntiationes videbuntur: at nos, qui rem altiùs diſcuſſimus, ſcimus eaſdem eſſe puros pronunciationis terminos: ſyllabam enim, quæ ab æterno in æternum ſonaret, nulla conſonans comitaretur. Etiam aliquos rapit figurarum diverſa pulchritudo: nam poſt Ariſtotelem Peripatetici univerſi accenſuerunt Figuras Prædicamento Qualitatis; & tamen, ſi res diſcutiatur exactè, in negativo illæ conſiſtunt: ideò enim lineæ talem aut tantam proportionem aut proportionalitatem obſervãt, quia maiores non ſunt. Ergo mirum non erit, ſi omnes humanæ perfectiones conſonis conſonent, & figuris ſint ſimiles; ergo nec mirum erit, ſi nobis videantur poſitivæ, cùm tamen formaliter ſumptæ meræ ſint poſitivarum perfectionum carentiæ, & Entis contractiones ſeu termini. Unde, ſicut ſyllaba principio & fine carens conſonantem admittere non poteſt: & ſicut corpus immenſum figuram habere non poteſt: ſic etiam in Phyſicâ, ſi materia diceret perfectionem infinitam, non ſolùm non eſſet pura potentia, ſed nihil retineret potentiæ; unde eſſet purus actus Phyſicus; adeòque nec per formam

Syllaba perpetua habere conſonantes non poſſet.

An imperfectiones dicant aliquid poſitivum quàndoque?

Qualis eſſet forma, ſi

mam ſubſtantialem, nec per accidentalem completi poſſet. Ergo in Theologia, ſiquidem quæcumque Divina formalitas (rationis ratiocinantis formalitates nunc admitto: at idem etiam dicerem, ſi in Deo nunc rationis ratiocinatæ admitterem formalitates) eſt infinita, erit actus puriſſimus, & nihil habebit potentiæ, & hanc ob rem per formam (ſubſtantialem, accidentalem, aut etiam modalem) compleri non poterit. Repugnant ergo in Deo accidentia. Ergo & repugnant formæ ſubſtantiales realiter ab eſſentia diſtinctæ.

materia infinitam perfectionem habe... ret

CCCLXXIV. Ergo ſicut Abecedarius Latinus unus eſt, & quia omnes complectitur litteras, ad nullam referri poteſt litteram, qua careat: & ſicut Corpus immenſum unum eſt, & quia omnem molem complectitur, ad nullam referri poterit, qua careat: ſic etiam Deus unicus eſt; & quia omnes poſſibiles (aut etiam intelligibiles, ſi has velis ab illis diſtinguere) perfectiones complectitur, cum nullâ poteſt comparari, quâ careat. Et quia ſingulæ perfectiones poſſibiles finitæ perfectionis ſunt: ſicut conſonantes in æternâ ſyllabâ, & figuræ in immenſo corpore, ſic etiam illæ eminenter & hypotheticè reperiuntur in Deo: quem tandem his verbis deſcribo. [Deus omnium rerum poſſibilium & intelligibilium perfectiones eminenter & hypotheticè complectitur. Eſt infinitus; & ideò nullam perfectionem habet in potentiâ, adeòque nullam, quæ poſſit per actum realem (ſubſtantialem, accidentalem, aut modalem) compleri: & hanc ob rem eſt purus actus. In unicam vocalem infinitam omnes vocalium differentiæ coïncidunt; in unicum Corpus immenſum omnes figuratū differentiæ coincidunt: in unicam materiam infinitè perfectam omnium formarum (ſubſtantialium, accidentalium, & modalium) differentiæ coincidunt: adeòque in unicum Ens infinitum omnes Entium poſſibilium & intelligibilium differentiæ coincidunt. Eſt igitur Ens infinitum (ſeu Deus) Ens unicum: ſimpliciter incompoſitum & indiviſibile: at hypotheticè (& nota id benè) diviſibile: ſi enim careret infinitate, poſſet in realitates varias dividi: & hæ poſſent accidentibus aut modis completi, vel determinari.]

Nulla eſt cogitabilis perfectio quâ careat Deus.

Qualis ſit Deus?

Quo modo perfectiones finitæ reperiantur in Deo?

De perfectionum coïncidentiâ.

An ſint multi Dii?

Hypothetica Dei conſideratio.

CCCLXXV. HÆc eſt Divinitaris Idea, quâ inſtituor: hic conceptus, quo ditor: hæc imago, quâ dirigor, ut Divina & humana pertractem. Omnem à Deo compoſitionem realem, quam finxit olim ſtupida nonnulla hæreſis, tanquam ſacrilegum delirium execror: compoſitionem formalem ex naturâ rei, aut formalem rationis ratiocinatæ à Scotiſtis & Thomiſtis, Viris doctiſſimis admiſſam, non intelligo, ſed neque intelligere volo; nam ſicut triangulus & circulus, ſi infiniti reddantur, coincidunt (nota id benè) ſic etiam formalitates Eſſentiæ, Exiſtentiæ, Vitæ, Intellectûs, Voluntatis, Potentiæ, &c. ſi eſſe infinitæ intelligantur, coincidunt, & ſunt intrinſecùs conſideratæ unica & ſimpliciſſima formalitas. Et quo illæ modo diſtinguentur? hypotheticè: ut ſi dixeris: [In Deo, quia infinitus eſt coïncidunt, & nullo modo diſtinguuntur: at verò, ſi per impoſſibile finitus eſſet, non coinciderent, ſed realiter juxta Platonicos, aut formaliter juxta Scotiſtas &c. diſtinguerentur.] Diſtinguentur, ut figuræ in corpore infinito: quod actu & formaliter nullam habere poteſt, & hypotheticè (eo nimirùm caſo, quo eſſet finitum) ſingulas habere poteſt. Diſtinguentur ſicut in Duodenario, Senarius duplex, Quaternarius triplex, Ternarius quadruplex, Binarius ſextuplex. Sanè in Duodenario (& hoc attentè lege, & accuratè ſubnota) nemo poterit duas formalitates aut realitates reperire, quarum altera ſit Senarius duplex, & Binarius ſextuplex non ſit: altera verò, Binarius ſextuplex, non autem Senarius duplex ſit. Et in multitudine infinitâ, ſi per impoſſibile daretur, nemo poterit diſtinguere realiter aut formaliter duas partes, quarum altera ſit Quaternarius infinitiplex, & non Quinarius infinitiplex: & altera è contrario ſit Quinarius infinitiplex, & non Quaternarius infinitiplex. Ergo in Deo, (Ente infinito) nemo poterit duas formalitates objectivè diſtinctas reperire, quarum altera ſit intellectus infinitiplex, & non ſit voluntas infinitiplex: & altera ſit volontas infinitiplex, & non ſit intellectus infinitiplex: & tamen hoc non tollit, quòd intellectus & voluntas in creaturis ex naturâ rei, aut etiam realiter condiſtinguantur: quia (ut iam ſæpè diximus & oſtendimus) cùm venîtur ad infinitatem, omnes perfectiones coincidunt.

Deus non habet partes reales:

nec formales.

Omnes perfectiones in infinitate coincidunt.

Exponitur diſtinctio hypothetica.

Contra præciſiones objectivas.

An in Deo ſint formalitates diſtinctæ.

Intellectus infinitus & voluntas infinita coincidūt.

poſſionem Verbi & Spiritus ſancti.

ctivâm ad intra) procedit Verbum & Spiritus; hic ſpiratur, illud dicitur: unde colligo Verbum & Spiritum diſtingui, non quidem eſſentialiter & naturaliter, ſed in modo exiſtendi & emanandi: quoniam Spiritûs ſancti exiſtere eſt ſpirari & procedere; Verbi autem æterni dici, hoc eſt, procedere & naturaliter ſignificare; procedere ut imaginem Patris; ejus enim productio eſt generatio Patrem exprimens & imaginans; & imaginatio & expreſſio Filium generans.

CCCLXXVIII. *Ignis dupliciter accendi poteſt. Deus de Deo dupliciter procedit.*

Duo exempla poſui; alterum vocis, alterum ignis, ut Verbi æterni proceſſionem diſtinguerem à Spiritûs ſancti proceſſione: ſicut enim poteſt eadem vox proferri ſignificativè & non ſignificativè, & idem ignis produci ſignificativè & non ſignificativè: ita ut nulla ſit in eſſentiâ aut etiam in naturâ diſtinctio, ſed tota ex parte modi procedendi ſe teneat: ſic Deus procedere poteſt de Deo, ſignificativè & non ſignificativè: ſi primo modo, dicitur; ſi ſecundo, ſpiratur; & tota diſtinctio ſe tenet ex parte modi procedendi, & nullo modo eſſentiam aut naturam attingit, omnes enim perſonæ homuſiæ, hoc eſt, coeſſentiales & conſubſtantiales ſunt.

Inter proceſſiones creatas & divinas ſimilitudo & diſſimilitudo.

Et ut rem penitiùs adhuc capiam, nonnihil addo. Inter vocem (ignem-ve) & Deum quoad proceſſionem ſimilitudinem & diſſimilitudinem reperio: *Similitudinem*, quòd ſicut eadem vox iam ſignificativè, & iam non ſignificativè (& idem ignis iam ſignificativè, & iam non ſignificative) producitur, ſic Deus (& quoad eſſentiâ idem) iam ſignificative, & iam nõ ſignificativè procedit: *Diſſimilitudinem*, quòd varietas procedendi in voce aut igne accidentalis & contingens ſit, in Deo neceſſaria perſonaliſque: duo enim diverſi procedendi modi ſunt duæ Perſonalitates, quæ Perſonas procedentes conſtituunt & realiter inter ſe & etiam à Patre diſtinguunt.

CCCLXXIX. *An omnis res ſenſibilis poſſit eſſe dictio?*

EX dictis colligo, non vocis ſolius, ſed cuiuſcumque ſenſibilis rei productionem eſſe dictionem accidentalem poſſe, & quamcumque rem productã poſſe eſſe Verbum: adeòque rem & verbum diſtingui non entitativè & materialiter, ſed in modo exiſtendi & emanandi; rei enim creatæ exiſtere eſt produci (ſic nunc dicamus) Verbi exiſtere eſt dici, hoc eſt, produci & ſignificare ſimul; videlicet, vel dici dictione productivâ, vel produci actione ſignificativâ.

Quid exiſtentia ſit?

Oſeas loquitur generando.

Hinc lux Oſeæ Prophetæ, cui cap. 1. loquit Dominus. *Vade & ſume tibi uxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationis: quia fornicans fornicabitur terra à Domino.* Obedit Oſeas Domino, & generando filios verba dixit: quia ipſa talium filiorum generatio fuit loquutio, quâ diceret, *Fornicans fornicabitur terra à Domino.* Ergo illi filii Oſeæ ejuſdem prophetæ fuerunt Verba: & quà ſibi generabantur, & quà Verba eliciebantur, & tamen realiter loquendo eadem actio, quæ fuit illorum generatio, fuit dictio.

Filii Oſeæ, ejus fuerunt Verba.

Verbi & Filii in Divinis deſtinctio.

Hinc patet quale ſit inter Filium æternum & Verbum æternum diſcrimen: nullum enim reperitur reale, nullum formale intrinſecum: quale ergo? formale extrinſecum ſeu expreſſivum: nam Pater eſt ſubſtantia realis & intentionalis: quà realis, generat: quà intentionalis dicit: & tamen eadem perſona, quæ gignitur, dicitur: & eadem actio eſt ſimul dictio & generatio. Sed cui Verbum æternum Pater æternus dicit? Sibi, Filio & Spiritui ſancto. Sibi, quia etſi fortè loqui Homo non poſſit, niſi alteri, dicere (imò etiam indicere) poteſt & ſolet homo ſibi. Pater ergo Divinus Verbũ illud æternum dicit ſibi. Et quia eadem ſecunda Perſona ſimul eſt Verbum Filiuſque, quà Verbum dicitur, quà Filius gignitur, & eſt cui Verbum dicitur: Et poſteà à Patre & Filio per Spirationem producitur Spiritus ſanctus.

Cuinam Pater loquatur.

Hinc tandem patet Incarnationis myſterium [Nota hæc, & ſingula compone cum ſequentibus] Deus enim cæteros homines producit, at Chriſtum produxit dixitque; unde Chriſtus eſt Homo & Verbum Divinum: Homo, quia eſt animal rationale, Verbum quia non ſolùm eſt homo factus, ſed & dictus à Deo: & per hanc ipſam dictionem realiter unitus Verbo æterno. CCCXC.

Chriſtus eſt perſonaliter Verbum Divinum. Verbum natum & factum.

Hinc Lucæ Hiſtorico Divino lux: apud quem cap. 2. cap. 15. *Paſtores loquebantur ad invicem: Tranſeamus uſque in Bethlehem, & videamus hoc Verbum quod factum eſt, quod Dominus oſtendit nobis.* Ergo Chriſtus quà Deus erat Verbum genitum non factum, conſubſtantiale Patri, per quod omnia facta ſunt: & quà Homo erat Verbum Caro factum & oſtenſum nobis: quà Deus erat Verbum inviſibile; quà Homo Verbum viſibile, audibile, tangibile; unde poſt reſurrectionem ſtupefactis diſcipulis juſſit ſe tangi dicens, *quia Spiritus carnem & oſſa non habent.*

Sed ex dictis videtur ſubnaſci nova quæſtio, An Filius æternus Chriſtuſque ſint duo Verba? Videretur enim quod ſic: ille enim ab æterno dicitur, & iſte in tempore. At reſpondeo eumdem dicentem eſſe, eandem dictionem, adeòque uniri Filium æternum Chriſtumque in unitate ejuſdem Verbi, & conſequenter eiuſdem exiſtentiæ, eiuſdem relativæ ſubſtantiæ, & eiuſdẽ perſonæ. Vnde verũ eſt dicere CCCXCI.

An Chriſtus ſit duo verba?

cere *Verbum hoc eſt Deus* & *Verbum hoc eſt Homo.*

Pater & Spiritus.

Inſtas tamen. Pater non eſt Filius, nec Filius Pater: Ergo nec Deus eſt Homo, nec Homo Deus. *Reſpondeo*, Patrem & Filium coincidere in ratione unius Spiratoris activi, & eſſe unum & idem non perſonaliter, ſed ſpiritaliter, hoc eſt, in ratione Principii ſpirantis activè. Addo ſimiliter ſecundam Trinitatis Perſonam & Jeſum coincidere in ratione unius Verbi, & eſſe unum & idem verbaliter.

Cur Pater & Filius non ſint una perſona?

Cur autem eſſe idem ſpiritaliter non eſt eſſe idem perſonaliter? Reſpondeo ideò Patrem & Filium non eſſe unam perſonam ſpirantem, quia antequam intelligantur ſpirantes, intelliguntur eſſe perſonæ realiter diſtinctæ. At ſecunda Trinitatis Perſona, ideò eſt Perſona, quia dicitur: quoniam *Perſonalitas Verbi*, *Generatio paſſiva*, & *Dictio paſſiva*, tria ſunt nomina & eadem objectiva formalitas.

Verbum adſumpſit non Hominem ſed Humanitatem.

Et quidem Verbo Divino unitur, non Homo, ſed Humanitas: & ideò non illi unitur Humana perſona, ſed Humana Natura: Homo enim eſt Natura non unita, in purâ enim negatione, ut docet Scotus, & nobis hodie tenere placet, (nam oppoſitum probabile eſt, & cras poterit à nobis defendi) humana conſiſtit Perſonalitas. Unde ſicut repugnat Naturam, ſic etiam repugnat id, quod verbo unitur, eſſe Hominem.

An ſubſiſtentia ſit formalitas negativa?

CCCXCII. *An filij Oſeæ ſint unica perſona.*

Dices, hinc ſequi Oſeæ filios eſſe unam perſonam: & probas, quia ſunt verbum: nam ſi natura divina & humana hypoſtaticè uniuntur, quia in eodem Verbo, illorum etiam humanitates in uno verbo uniendæ ſunt. *Reſpondeo* malam eſſe ſequelam; nam in Verbo Divino generatio eſt realiter dictio, & æterna Dei filius & Chriſtus ſunt idem Verbum ſubſtantialiter. At in humanis (& expreſsè in Oſeâ) generatio & dictio operationes ſunt accidentariæ, & realiter diſtinguuntur; nam illa eſt naturæ, & iſta intellectûs eſt actio; & ideò filij Oſeæ aut ſunt tria Prophetæ accidentalia Verba, aut unum accidentale: cùm autem Perſonalitas non ſit accidens, qui ſunt idem in accidente, non ideò erunt idem in Perſonalitate.

Quo Deus modo produxit Filium? quo creaturas?

At inquies, obſcura hæc & difficilia ſunt. Fateor, & ut opinionem intelligas, rem totam ad paucas periodos reduco. Sic inquam. Pater æternus ſecundam Trinitatis perſonam dicit ſimul & generat: creaturas cæteras produxit, condidit, creavit, non dixit: Humanitatem Chriſti & creavit & dixit. Ut ergo nos intelligere meliùs poſſimus, ſupponamus vocem *Verbum Divinum* ſignificare Chriſtum quà Deum: vocem *Ieſus* ſignificare Chriſtum quà Hominem: vocem *Chriſtus* ſignificare utrumque.

Verbum. Ieſus. Chriſtus.

Verbum ergo & Ieſus non differunt Perſonâ, ſed naturâ: nam in æterno Verbo natura Divina eſt improducibilis; & in Ieſu natura humana creata eſt. Eandem naturam Divinam habet Pater, Filius & Spiritus ſanctus; ſed diverſimodè [& hi diverſi modi illā habēdi ſunt perſonalitates, quæ perſonas conſtituunt & diſtinguunt.] Pater illā ut dicens: Verbum ut dictum: Pater & Filius ut unicū Principium ſpirans: Spiritus ſanctus ut ſpiratus. & ideò vocatur Spiritus. Quàobrem Filius Divinus Chriſtuſque, tametſi naturaliter, (hoc eſt, ſecundum naturas ſuas) conſiderati, differant toto cælo: conſiderati dictionaliter (ſeu ut alij loquuntur, perſonaliter) ſunt una & eadem perſona divina: Verbi enim perſonalitas eſt dici, & eadem dictio (aut generatio) paſſiva, quæ primariò & æternaliter Verbi Divini eſt, ſecundariò fit hominis; unde & Chriſtus eſt Verbum, adeòque Deus & Perſona Divina.

Perſonalitas eſt eſſendi modus.

CCCXCIII. *Idiomatis communicatio.*

Hinc patet, quid velint Patres & Veteres, aut etiam Iuniores Theologi ſignificare, cùm agunt de Idiomatis communicatione. Aiunt has propoſitiones, *Deus eſt homo*, *Deus naſcitur*, *Deus patitur*, *Deus moritur*, &c. & etiam iſtas, *Homo eſt Deus*, *Homo eſt æternus*, *Homo eſt omnipotens*, *Homo eſt immortalis*, *&c.* eſſe veras per cõmunicationem idiomatis. Et cuius, quæſo, idiomatis? Dictionis paſſivæ, quæ eſt hypoſtaſis ſecundam perſonam Trinitatis conſtituens, unica & eadem in Verbo Divino, & in Chriſto.

An Chriſtus à totâ procedat Trinitate?

Inferes. Ergo Chriſtus non eſt à totâ Trinitate productus, ſed à Patre ſolummodò. *Reſpondeo* concretum diſtinguendo ab abſtracto: Chriſti enim humanitas creatura eſt, & à tota Trinitate producta. At Chriſti Perſonalitas eſt Generatio illa paſſiva, quâ Verbum æternum dicitur, & ideò Chriſtus eſt Filius Dei, non adoptivus, ſed naturalis: filius quidem Dei, non Dei Spiritûs ſancti, non Dei Filij, non Dei Trini, ſed Dei Patris: quamobrem iſtæ propoſitiones ſupponunt Divinitatis & Perſonalitatis diſtinctionem; & veræ ſunt, nimirùm. *Pater generat Filium*; *Pater dicit Verbum*: *Pater communicat naturam & eſſentiam ſuam Filio vel Verbo.* Si quis diceret, *Pater dicit Filium, & generat Verbum*, verum diceret, ſed poſſet loqui ſignificantiùs. Dicimus: *Verbum* (ſeu *Filius*) *naturam humanam adſumpſit*: hoc eſt, *ad ſe ſumpſit.* Unde conſtat aliud eſſe *naturam adſumere*, & aliud *naturam creare*: illa enim ſanctiſſima humanitas, quæ in Chriſto eſt, ab omnibus tribus perſonis creata eſt, & tantùm à ſecundâ adſumpta.

Aliud eſt adſumere, & aliud creare.

Dicimus etiam, *Chriſtus non ſolùm quia eſt Deus, ſed quia eſt homo in concreto, eſt filius naturalis Dei*, nempè Patris, non Filij, non Spiritûs ſancti. Dicimus etiam, *Pater mittit Filium*, hoc eſt, dicit, generat, producit primariò & æternaliter ut Deum; ſecundariò & eſſentialiter ut hominem. Unde *Miſſio* nihil eſt aliud quàm proceſſio connotans ſecundariò aliquam temporalem circumſtantiam.

Quid ſit miſſio?

SISTE

SISTE CALAME

CCC XCIV. ET quia Præcurſori nimis longè licuit vel placuit cucurriſſe, ſiſte tandem altiora Grammatico cothurno ſunt, quæ de Deo Trino & uno dicuntur; ſiſte, quæſo, & has meditationes olim à nobis in Gymnaſio Theologico rélegi, & examinari permitte: interim, quia ſubtili acumine lineas ſubtiles exaraſti, non te contemno omninò, ſed quia ſimul & à Deo & à me fuiſti motus, nemo mirabitur, ſi bona & mediocra legerit in iſtis paginis: bona enim omnia ſunt à Deo, à me non bona. Et, ſi, (quod non puto) aliquid malum & contra Fidem Orthodoxam occurrat, ajo illud contra meam intentionem excidiſſe, illud ipſum eſſe indictum & inſcriptum jubeo, & me, ſi quando aut hîc aut alibi à labio communi diſſentio, doctrinæ facilitatem, & non novitatem ſectari & amare proteſtor. *Authoris proteſtatio.*

CARAMUELIS

LOGICA VOCALIS SCRIPTA, ET MENTALIS,

MVLTOS ET VARIOS DIALECTICANDI MODOS, Quibus ſunt uſi Plato, Ariſtoteles, & Angelicus Doctor, expendens.

EST OPUS CURIOSUM ET VARIUM, IN gratiam eorum, qui Theologica ſunt tractaturi, ſcriptum: doctrinam veterem novis inventis trutinatur, illamq; ſelectiſſimis Sacræ Scripturæ, Patrum, Theologorum, Philoſophorum, Poëtarum, & Oratorum teſtimoniis firmando & illuſtrando, pleraſque teſtimoniis eiſdem ſcientias, & præcipuè,

PHILOSOPHIAM,

RATIONALEM, PHYSICAM, METAPHYSICAM, COELESTEM, ANIMASTICAM;

THEOLOGIAM,

SCHOLASTICAM, ET MORALEM, multaſque alias concomitanter Facultates (totas aut ferè) examinat, tradit & promovet.

PROLOGUS I.

De Flavissis Veteris & NoVæ Dialecticæ, & earum utilitate & nobilitate.

GEometriam, ſcientiam pulchram, cum Logicâ aliquando comparo; & quo moroſiùs illas meditor, magis hominum genium & ingenium admiror. Illa magnitudines ſpeculatur, hæc actus mentis: illa extenſiones corporum, iſta vires & pondera rationum & argumentationũ metitur: & quia inter dimenſiones corporeas & operationes intellectuales ſumma eſt diſtantia, ajo, quantum tellurem Olympus altitudine, tantum Logicam Geometriam nobilitate ſuperare. Progredior. Geometria, ſcientia inferior, à tot eſt nobiliſſimis ingeniis culta, excultaque; à tot magnis viris promota; tot libris eruditiſſimis condecorata; ut vix videatur poſſibile addere Theorema aliquod, quod ab aliis non fuerit examinatum & demonſtratum.

Vtra (Geometria) an Logica nobilior eſt?

Cur colatur & promoveatur Geometria, & contemnatur Logica?

At Logica, licèt ſcientia ſublimior, videtur derelicta & contempta. Scripta fuerat Ab Ariſtotele Stagiritâ priùs; deinde ad ſummã redacta; tandem ad ſummulas, in quibus præter generalia præcepta, millies à Dialecticis repetita, rarò diſcuſſa, nunquam aucta aut promota, reperies. Quando meditationis alis huſcuſque transvolo, in me reducor, & totam admirationi mentem, & ſtupori totum animum pendo.

At ſe reponet aliquis, & pro Dialecticorum negligentiâ advocatus, tempus quod vulgò impenditur, ſufficiens aſſerit, ut aliqua Logicæ notitia adquiratur; & hanc ſufficere, ut quis ſcientias ulteriores adquirat, cæteras omnes ſpeculationes non eſſe neceſſarias; & quia non ſunt multiplicandi labores ſine neceſſitate, eſſe omninò omittendas. Sic diſcurrunt ignavi & quia genio vacant plurimi, & laborant perpauci,

An Logica neceſſaria ſit?

An ſint multiplicanda entia ſine neceſſitate?

pauci,

pauci,ſic multi(& heu ; nimis multi) diſcurrunt.

At ipſos in prima cultæ gentis principia impingere,clariſſimè demonſtraturus ſum. Et, ut clariùs & evidentiùs poſſim illos ex ſuis angulis eruo,& per urbem conduco.

An neceſſaria ſint turres & arces?

Admirabundis arces oculis, ſtupefactis alta palatia, eorumque extrinſeca ornamenta reſpiciunt;in quorum architectonicâ conformatione Itali; delineatione Græci(& Iones , Dores,Corinthiique præcipuè)adlaborarunt. Ingrediuntur ad aulas,& ſingularum magnitudinem,adeòque majeſtatem laudant; Divitias pendentes à parietibus celebrant,& in aulæis, quæ vel Sina ſerico & unionibus texuit,vel Perſa contonibus aureis depinxit,multa brevi tempore vident , quæ magno dilaudare vix poterunt. Hora erat prandii,& Princeps adſidebat menſæ. Proſtabat abacus metallo pretioſo ornatus;aut etiam oneratus, ſi velis. Inter argentea vaſa,aurea multa reſplendebant clenodia , & gemmis cælatæ cupidines , ut nihil pingi pulchrius , nihil poſſet magnificentius cogitari. Quod menſam attinet , erat marmorea, tecta mappis Holandicis , cibis terreſtribus,marinis,& ultra marinis inſtructa;opipara,dives, & lauta. Evacuabantur amphoræ, quæ phalernum conceperant , & parturiebant gaudia. Colloquebantur Proceres ; & licèt extéporaneo fervore , politiſſimè:ne deeſſet quidpiam,quod poſſet conducere ad ornatum.

An periſtromata? An vaſa aurea & clenodia? An menſa opipara? An eloquentia?

An admittendum aliquid ſupra neceſſitatem?

Hàc conduxi Logicę contemptores,eoſque iterum ad Gymnaſium reduco,& eorumdem abuſus & uſus ratiocinio(nam utrumque nunc liber) ſic diſcurro. Fruſtrà per plura fiunt, quæ per pauciora poſſunt: fruſtra multiplicantur entia ; ubi non ſuppetit manifeſta neceſſitas: Ergo humani condemnandi ſunt mores; & bellui approbandi. Ut à cœli inclementiis protegamur, ſpeluncæ ſufficiunt; &, ſi ſubterranea habitatio non placeat, nec Diogenis dolium arrideat, poterit domus erigi , quæ non ſuperet neceſſitatem. Cur ergo turres & arces ſuperbas tolerabimus ; ſiquidem tam ſunt calidæ & commodæ caſæ humiles ſtramine tectæ & ſuffultæ, quàm palatia ſuperba, protecta ſplendenti metallo? Ubi tot nudi pauperes ſtipem queritant, prodigalitas videtur inveſtire parietes; imò & ornare homines, ſi enim Adamo & Evæ totius mundi Dominis abſolutis, ſat fuit habere perizomata ex foliis texta; cur occupantur tot bombyces , ut expuant ſericum;tot Parcæ , ut illud in fila conforment; tot Minervæ,ut pectine telas percurrant? ſi humi recumbunt Arabes & Saraceni; cur nos ſedes & menſes tantâ curâ & impendio exornamus? &, ſi hauriendæ aquæ manus ſufficit, & ſcutellam antiquus Philoſophus judicavit ſuperfluam, cur tot quadra,orbes,diſcos, & patinas fundimus,cudimus,tornamus,dedolamus? &, ſi arborũ fructibus multi ſunt contenti inter Bráſilos;aut;ſi bi cenſeãtur barbari , ſiquidẽ in Eccleſiâ fuerũt nobiliſſimi Viri, quibꝰ in choro Benedictino accinimus, *Vobis olus cibaria Fuere, Vel legumina: Potumque lympha prabuit , Humuſque dura lectulum*: cur tot vinorum & ciborum differentiæ tanto ingenio & labore apparantur.

Solvitur objectio contra Logica divitias poſita.

Ergò,(ut nihil de polito Oratorum labio dicam,nec urgeam verba inventa ut memores exponamus conceptus,quos faciliùs & clariùs humili ſtilo , quàm alto & ſuperbo explicemus)hæc omnia omninò , ſine quibus vivere poſſemus, proſcribenda à Republica ſunt; aut, ſi retinenda; argumentum opibus Dialecticæ oppoſitum nihil perſuadet.

Politici mundi diviſio.

Rem ſic intelligo. Mundum ego Politicum in tres diſtinguo claſſes: ſub primam barbaros,pauperes ſub ſecundum ; & Principes ſub tertiam pono. Antra ſufficiunt barbaris; caſæ pauperibus;at Principum dignitas majeſtaſque palatia eminentia requirit. Si de veſtibus agendum ſit,Secotis in Virginiâ; Tuppinbiis, & Inchiſiis in Braſiliâ;quas dedit natura ſufficiunt ; quin eos vel pudor vel gravitas cogatur veſtibus artificialibus. Se Picti olim in Aogliâ penicillo veſtierint, & magna colorum varietate exornarint: & hoc ipſum fiat in multis inſulis prope Magallanicum fretum ; in quibus,qui plumis tectus Æſopicæ corniculæ eſt ſimilis, ornatiſſimus cenſeri ſolet. Et apud nos , lino & lanâ ſuam tegant nuditatem pauperes: ac byſſo principes;& aureo ſtamine contextis telis,pretioſis dentibus & nodis exornatis. Et tandem, ſi de menſâ ſit ſermo, ut barbaro parentur cibi , coquus optimus Sol. ipſe in arboribus mala;& bona in terrâ condit, ut illa lecta,& hæc eradicata Pythagoræ famem extinguat;nam ut ſedetur ſitis; ſuccurrit abundè pluvius Juppiter ; aut ſi ipſe nolit, fluvius multiplex à montibus in valles lapſus. Pauperes cultu barbaros ſuperant;& in culinâ frigidâ ; ut parent viles cibos ; igne non carent. At verò ad Regum menſas, nec cibi negligenter conditi ; nec carnes humiles portantur: quoniam majeſtas ipſa poſtulat, ut omnia ſint magnifica,opulenta & ornata.

An veſtes neceſſariæ ſint? Angli veteres non veſtiti, ſed picti. De ornatu veſtium. An aquâ & fructus vita toleranda ſufficiant? Regia Majeſtas multa poſtulat; quibus pauperes carere ſolent.

Orbis literarii diviſio.

Hac ego notitiâ præventus , in tres etiam claſſes orbem literarium diſtinguo ; quoniam barbari , pauperes, & Principes diſcurrunt per academias: & primi tanto numero,ut Joannes Calvinus inter ineptias & hæreſes plurimas nec ineptè nec hæreticè dixerit ; Academias interdum eſſe Noachi arcæ ſimillimas; hoc eſt, omni beſtiarum genere condecoratas. Et quidem Academici,omni genere ſcientiarũ nudi, & magno picti auditorum aut ſeniorum vocabulo (utinam non aliquando lauru ornati) dum genio indulgent , juxta inditam à naturâ Logicam dialecticantur. At præter iſtos numeroſi ſunt pauperes ; qui ab artibus ſingulis ſtipam poſtulant,& tantam impetrant, quanta ſufficiat ; ne omninò eſſe rudes dicantur. Emendicarunt à Grammaticâ articulationes,ne balbutiant;à Rhetoricâ tropos & figuras nonnullas,quibus interdum poſſint,vel ad tempus, mentiri eloquentiæ divitias ; & paupertatem ſuam transfigurare. A Logicâ paucolos terminos,ne indeterminatam linguam verſent; & à Dialecticâ pauculos modos,ad quos ſuas rationes eliment: & ſuâ paupertate contenti, carere ulteriori rerum cognitione glorientur. Noſco hominem, cui natura ingenium nobiliſſimum dedit;& tamen,ita confidit illi, ut Lo-

Academici barbari. Academici pauperes.

gicam poſitivè dediſcat, & tribus arguendi modis fretus (an ne magis extrema paupertas in Logicâ poterit inveniri?) ut olim Diogenes in Athenienſium nundinis, videns Peripateticorum Logicam (quæ tamen ſufficiens eſt, non autem opulenta & dives) *O quàm multa ſunt, quibus non egeo!* exclamat. Sit paupertate ſuâ contentus Diogenes: ſint ſuâ Scholaſtici, qui ſcientias utilitate metiuntur; nec volunt ingenium fatigare, ut vel unam veritatem addiſcant, quæ lucrum illatura non ſit: cæterùm *Magni ſcholarum Principes, Belli triumphales Duces, Pugnantis aulæ milites, Lyceique clara lumina,* præter illa quæ in uſu, habere debent arma, quæ exercitibus numeroſis ſufficiant. Dabit illa Dialectica: Ars nimirùm eximia, imò immenſa; quæ ſi debitam curam adhibeas, ſimiles Peripateticorum continuo, nunquam habitura ſit finem. Unica putabatur olim, nimirùm apud illos, qui ductu naturæ contenti, naturali utebantur, nondum excuſſâ terminorum confuſione & barbarie. Artem ingenio addidit Zeno, & in ſermone, quem θεωρίζοντα vocant, ſeptem Dialecticas (ſubintelligo argumentandi Modos) ſe inveniſſe gloriatur. Paucolos (nempè duodecim) ſubjunxit Ariſtoteles, quem Peripatetici exiſtimant poſuiſſe terminos, ultra quos nemini ſupervenire liceat. At nos in Orbe Dialectico vaſtiſſimos oceanos deteximus, & ultra illos ditiſſimas & pulcherrimas Indias. Navarchus ſum, & ad novas regiones ignavos & barbaros nullos conduco: ſed nec conduco genios pauperes, qui ſuâ ſunt egeſtate contenti. Quoniam nec illi me, nec ego illis indigeo: ut enim paupertatem ſuam tolerent, pauca ad victum & amictum, pauca ad linguæ ornatum, pauca ad luctam literariam ſufficiunt. Aliter omnia pauperes, omnia aliter Principes factitant: & quæ enim pauperi ſuperflua ſunt, ſolent non ſufficere Principi.

An ſcientiæ ſint addiſcendæ propter lucrum? — Quàm ſit diverſa Dialectica? — An ſit unica? — Zenonis Dialectica ſeptem. — Modi Peripatetici. — An præter illos alii ſint? — Qui poſſint doceri Dialecticam.

Tu igitur, Amice Lector, rem conſidera: & candidè tuam mentem explica. In militiâ Academicâ Luctatores, Velites, & Cataphractarios invenies. Lucta occupat homines nudos; eos videlicet, qui Logicæ naturali fidentes audire ſolent, ſed in-pariter nudos. Velites, quibus levis armaturæ milites accenſere poterimus, armis non onerantur, ut ſi non poſſint vincere, poſſint elabi; & fugiendo nō vinci. At Cataphracti, muniti undique, armati ferro, inſtructi calybe, multa habēt, quæ onerēt, at eadē ſe tutantur & ornā. Ergo, candide Lector, qui nomen das literariæ militiæ, & in academico pulvere triumphare intendis: exponas, quæſo, qualiter concertare lubebit. Si luctari placeat, arma ſufficiunt naturalia; manus, brachia; hoc eſt, naturalis Dialectica, & fervor naturalis ingenii, ſed, quid faciendum erit nudo, ſi ſe opponant armati? Militiam hanc & gymnaſium deſerere, & arma ſumere. Levia, an gravia? ſi inter velites & levis armaturæ Milites merere placeat, levis faciliſque notitia argumentationum ſufficiet: at verò, ſi non ſolùm Cataphractis intereſſe, ſed etiam præeſſe deſideres, oportet armamentaria Logica confortmare, quibus acies integras poſſis retundere, ſi hoſtiles ſint; & poſſis integras, ſi amicæ ſint, munire, tutari, & ornare. Loquar clariùs. Exponas, inquam: an auditor ſit, aut profeſſor: ſi primum, ſufficit tibi Dialecticæ communis notitia, quam dedimus num. 1217. & alii Philoſophi tradunt. At verò, ſi velis habere, non tam Doctoris, quàm docti viri gloriam; ſi cum authoritate arguere, reſpondere, & docere, debes nihil neſcire quod poſſet ſtudio comparari. Ut pauper in Dialecticâ ſis, pauca requiro: non enim pauper dicitur, qui multa habet: ut verò dives & opulentus ſis, & magnificè dialecticeris, quod præter D. Thomam, etiam Theologi nonnulli faciunt, non modò labore & ingenio, ſed & indiges omnium formarum & modorum notitiâ, quâ Ariſtoteles caruit.

Militia Academica triplex. — Luctatores. — Velites. Armati levitèr. & Cataphracti. — Luctantiũ arma. — Velitum arma. — Cataphractorum arma. — Multa poteſt ſine notâ ignorare diſcipulus, quæ Magiſter non poteſt. — An Ariſtotele doctior eſſe poſſis aut debeas?

Dum has lineas exaro, & finem imponere huic diſcurſui feſtino, ſuccurrit illud vulgatiſſimum carmen:

Dat Galenus opes, dat Iuſtinianus honores:
Pauper Ariſtoteles cogitur ire pedes.

quod ſic torqueo, aut expono. Si eſſe dives & habere honorem in orbe literario volueris: ſi, ſicut Juſtinianus in Politico mundo, ſic in literario eminere; ſi inter ordinis Equeſtris cuneos laureâ triumphali redimiri, admittenda eſt Galeni forma: quæ bene ſemel intellecta & expoſita Dialecticas opes profundit: quæ Proteo ſimilis, millies transfigurata & transformata, rectè & obliquè expreſſa, tot & tam varias argumentandi normas exhibet, ut nemo poſſit congregare univerſas: ſi verò pauper eſſe, & in Peripatu ſeu peditatu militare, aut reptare, ſufficiunt Ariſtotelis meditationes quas bonas & exactas; at totius Logicæ partem centeſimâ minorem edico. Sed ubi inveniam, inquies, ſyllogiſmorum multiplices illas conformationes, quas Stagirita ignoravit? In hoc Opere Logico, in quo antiqua novâ methodo tradita, & plurima nova & à nemine obſervata reperies.

Galeni forma omnium aliarum fundamentum, ea eſt, quæ dicitur quarta figura?

PROLOGUS II.

De priſcis & junioribus Profeſſoribus Logicæ.

An ſcientias ſcholaſticas hiſtoria juvent?

SEveræ ſunt Scholaſticæ ſcientiæ; ſuavis Hiſtoria: & ideò illarũ rigor hujus interdum benignitate temperatur. Ergo ſubtilia tractaturi, ne in primâ paginâ ſimus obſcuri has lineas de Inventoribus Logicæ & eorumdem Diſcipulis & Succeſſoribus hiſtorico ſtilo præmittamus.

Prometheus.

OMnium, quorum exſtat memoria, Logicus antiquiſſimus eſt: & quia alterius antiquio-

Plato in Philebo? quloris nulla manſit notitia, Logicæ inventor à Platone creditur & aſſeritur. Plurima ſcitè docuit, quæ poſteri Sophi amplexi ſunt. Omnes homines naturâ ſuâ eſſe Logicos dixit; *Logica duplex naturalis & artificialis.* ſed naturalem hunc humanæ rationis ardorem temerarium & præcipitem eſſe, niſi arte & conſilio regatur. Idem poſt ipſum docuit Socrates; idem Plato: idem Ariſtoteles; idem *Logica donum Dei.* hodiè docemus. Affirmat etiam Logicam eſſe donum Dei: & meritò; nam naturalis nobiſcum nata, debetur Divinæ clementiæ: etiam artificialis interdum miraculosè inditur & infunditur: & cùm labore & ſtudio adquiritur, etiam omnipotens miſericordia cooperatur.

Exponitur Promethea fabula Fingitur Prometheus, poſt diluvium, anno mundi (juxta computum Theodori Zuingeri in Theatro vitæ humanæ volumine IV. libr. IV, pag. 1175.) M D C. hominem igne illo cœleſti formaſſe effigiem moderantum cuncta deorum. Ergo primos logicæ artis magiſtros, deos fuiſſe, Plato autumat, eorumque internuncium & interpretem Prometheum facit, id eſt, in Sacris literis Noenm. Hic enim poſt diluvium, humani generis inſtaurator eſt: ut Hebræorum gloria hæc logica teſtimonio Platoris eſſe videatur.

Profectò homo, Animal rationale eſt, & quidem, qui imperfectè ratiocinatur, homo videtur imperfectus: Ergo, qui neſcit ratiocinari, eſſe homo neſcit, & qui methodum ratiocinandi docet, rationem indit, ac hominem reficit vel facit. Sic igitur hominis conditor Pro- *Hominum conditorem, Prometheum, Saturnumque dici.* metheus fuit; ſic etiam in Italiâ Saturnus, de quo Ovidius,

Hic genus indocile & diſperſum montibus altis
Compoſuit, legeſque dedit, Latium que vocari
Maluit, his quoniam latuiſſet tutus in oris.

Parmenides.

An Logica metricè, & Metrica modo quo- logisat Xenophanis, & Diochetæ Pythagoræi auditor fuit. Logicam magnifecit, illamque carmine eleganti honorsvit. Verſus hos paucos exſcribo:

-- Oportet verò te omnia cognoſcere,
Partim quidem veritatis ſuaſu facilis accuratam ſententiam,
Partim mortalium opiniones: quarum non jam fides vera.

Deinde judicium opinione fieri prohibet, ex accurata veritate fieri admonet:

Ne te Deus ancipitem viam iuxta hanc cogat,
Ut iudices inconſiderato oculo, & reſonante auditu,
Et linguâ, ſed ratione perpendas ambiguum argumentum.

Atque hunc poëtam, Logicæ etiam Philoſophiæ magiſtrum fuiſſe, argumento eſt Platonis Logicus dialogus, nomine *Parmenidis* inſcriptus; cujus tota diſputatio ad Logicam artem attinet.

Zeno Eleates.

An ex ſermo Zenonis perat Parmenidis auditor, quia vel ad veterum artes tantum adjecit, aut eas diſperſas in unum corpus redegit, Logicæ artis apud Laertium octavo & nono libris, teſte Ariſtotele, inventor efficitur. Ac quamvis Zenonis monumenta omnia perierint, tamen ejus veritatis licet à Platone quiddam agnoſcere, apud quem Parmenides ſignificat Socratem in dialecticis à Zenone fuiſſe inſtitutum. Zenonis Logica, Platonis dialogis multa continentur: ut in Parmenide, rei de qua agitur, ortum, motum, accidentia, interitum: id eſt, cauſas, quibus res generatur & effecta, & adjunctas accidentias, & oppoſita, quibus res corrumpitur & interit. Item comparatorum genera, ſimile, diſſimile, majus, minus, par: item de genere & ſpecie atque ideis plurima ibidem diſputatio eſt: ut in Sophiſta & Politico, de genere rurſus & ſpecie, toto item, & parte, itemque de dividendi ratione & lege. His enim duobus dialogis Socrates à Zenone logicis dividendi & definiendi legibus informatur. *Olim tota Phyſica: iam tota Metaphyſica ſolet dilucidari in Logicâ.*

Democritus.

Abderites, & major Socrate fuit. An & ipſe Dialecticus? Non illum Laërtius ad hanc claſſem reducit: at librorum, quos dicitur compoſuiſſe tituli, eundem Logicum fuiſſe teſtantur.

Protagoras.

Etiam Abderites, Democriti diſcipulus, Sophiſticen exercuit, & de nominibus primus litigare, ſuperficiale illud contentionis genus inducere cepit. Unde de eo Timon, *Initium Scholæ Nominalis.*
Πρωταγόρης τ' ἐπίμικτος ἐριζέμεναι εὖ εἰδώς.
Socraticum dicendi genus primus movit, & Antiſthenis rationem, qua demõſtrare nititur contradici non poſſe, ut Plato in Euthydemo inquit, ἄθεος fuit. Laert. lib. 9. Ejus argutias in Philoſophia oſtendit Ariſt. & Plato in Protagora.

Hyppocrates.

Sunt hodie Multi in noſtrâ Europâ Medici, qui ſe doctiſſimos putant, cùm tamen prima Dialecticæ fundamenta non ſciant. Et, ne dicantur notitiâ neceſſariâ carere, eamdem quam ignorant contemnunt, & pronunciant Medicum non egere Dialecticâ. Non illi hunc hauſerunt errorem ab Hippocrste, qui ſummo ſtudio Dialecticam didicit & docuit: imò veterem artem correxit, nam inventionis & diſpoſitionis partes propoſuit: ſimilitudinem & diſſimilitudinem commendavit; vitia diviſionis in veteribus (ut Galenus ait) ſtudiosè reprehendit: imò verò effectorum, adiunctorum, unà cum methodicâ & artificioſâ diſpoſitionis formâ, locum comprehendit. Quæ cùm à Socrate in Phædro medici & oratoris inducta collatio eſſet, producuntur. Eum certè Plato Methodi parentem appellare non veretur. Galenus verò *lib. 5. Meth. cap. 10.* omnium Methodorum auctorem facit; licèt non omnia methodicè ab eo in arte medica pertractata aſſe- *An Medicus egeat Dialecticâ?* *Pater methodi.*
gat libro ſexto, capite quarto, & libro 9. cap. 8.

Fuit patriâ Cous & tantâ ſuo ævo apud exte-

ſtore nota, procax & petulans appellatus eſt. Fuit enim diſputator acer, & Demoſthenem oratorem formavit: ut ſibi à ridiculis & novis & populo ingratis caveret (teſte Plutarcho in vitis Decem oratorum) ſed diſſenſit ab Ariſtotele, ejuſque multa decreta labefactavit. Eubulides, ALEXINUM Elienſem diſcipulum contentioſiſſimum, ſucceſſorem reliquit, Zenoni infeſtiſſimum. In eadem ſecta fuit DIODORUS Cronus, primuſque occultum & cornutum diſputationis genus, Ceratinas quæſtiones inveniſſe exiſtimatur. Ex eadē ſchola fuit CLITOMACHUS Thurius, qui primus de axiomatis & categorematis ſcripſit.

Alexinus. *Diodorus.* *Clitomachus.*

Stilpo.

An Dialectica & Rhetorica poſſint conjungi?

MEgarenſis Philoſophus, & Euclidis diſcipulis, majores omnes ſuos inventione Dialectica, & ornatu Rhetorico ſuperavit, ut Græcia tota in ejus laudes & intenta & effuſa diceretur μεγαρίζειν. Contra veterem Philoſophiam, quam prodigo Genio ſtabilitam Priores tradiderant, acerrimè & ingenioſè invectus, ſpecies univerſas rerum ſuſtulit, & quæcumque ſentimus aut videmus, ſolo differre numero, audentiùs quam par erat aſſeruit: nam ſaltem rationalis anima, neganda lapidibus, plantis & brutis, & concedenda hominibus pluſquàm numero diſtinguitur ab aliis formis.

Localis Philoſophiæ principium.

Menedemus.

An dentur propoſitiones negativæ? Vide numer. 2252.

NIhil novum ſub ſole. Ante annos triginta, adhuc puer, incepi propoſitiones negativas à Logicà mentali reiicere, imò à vocali etiam, & me poſſe aut debere putabam. Mirabar rem tam claram & certam à nemine fuiſſe obſervatam: ſed jam tandem Menedemus occurrit, Platonis atque etiam Stilponis Auditor, & ejus Scholæ poſtremus (quam & ſub illud tempus in uſu promotiones & gradus, quibus ingenia generoſa foventur.) tollebat axiomata negantia, ad affirmantia recurrebat, & quibus nec omnia ipſe ſed ſola ſimplicia amplectebatur. Heraclides tamen ſcribit Dialecticam contempſiſſe. In diſputationibus autem ita pugnax erat & fortis, ut livor in oculis exprimeretur. Atque huiuſmodi logica Euclidea, de categorematis, axiomatis, ſophiſmatis, degeneravit à Socratis logica, & ad ſophiſticam nonnihil inclinavit: fortis tamen ac robuſta fuit.

Antiſtenes.

INter literas Athenis natus & innutritus, inter Socraticos ſuaviſſimus & acutiſſimus. Audivit Cynicos & Stoicos, Dialecticam ſummoperè excoluit, & de illâ etiam ſcripſit quædam Laertio teſte. Habuit ſucceſſorem Diogenem, qui etiam Logicam amavit & coluit.

Laertius lib. 6.

Zeno Citticus.

Aliqui Zenones duo et confundunt.

AUditor Cratis Tebani Magiſtro clarior, auctor Stoicæ Sectæ. Diligenter cum Philone Dialectico ſeſe exercuit. Scripſit univerſalia, de toto, de dictionibus, de artificioſa ſolutione & reprehenſione. Cleanthes Aſſius Zenonis diſcipulus logicos libros plures conſcripſit, quam magiſter. De Dialectica, de Categorematis, de ratione, de judicando, de modis, id eſt ſyllogiſmorum figuris (ſic enim Stoici loquebantur) de propriis, de ambiguis, de arte, quomodo Philoſophi philoſophari debeat, de chriis, de exercitationibus. Sphærus Cleanthis auditor fuit, ex cujus libris ad Logicam referri videntur, de Arte dialecticâ, de Categorematis, de ratione, de affectionibus (ſic enim interdum ab Ariſtotele vocantur accidentia) de iis quibus contradicitur, de ſimilibus, de definitionibus, de opinione, de exercitionibus, de ambiguitatibus, de Erethriacis philoſophis, id eſt, Pyrrhoniis. Sed omnium non modo Stoicorum, verum etiam logicorum omninò magiſtrorum πολυγραφώτατος Chryſippus Solēſis, Cleathis ſucceſſor, libros 371. logicos, ut Laertius affirmat, ac præterea multos conſcripſit: tantumque ob hanc artem in Græcia nomen habuit, ut plerique dicerent, Deos, ſi dialecticâ uti vellent, non alias q̃ Chryſippæâ uſuros eſſe.

Cleanthes. *Sphærus.* *Chryſippus.*

Pythagoras.

Pythagoræ metempſychoſis.

NIl ſcripſit, quod exſtet; imò multorum ſententiâ nil omninò; & ideò mentem ejus in libris aliorum venamur. Samius fuit, & Italicæ Philoſophiæ inventor; & ſi vulgo credimus, τῆς μετεμψυχώσεως, id eſt, transfuſionis animarum in alia corpora primus adſtructor. Omnia animalia eſſe ejuſdem infimæ ſpeciei; omnes plantas ejuſdem; ejuſdem omnia corpora inanima, docuit; & ſolet hodie à multis congruè exponi, & à multis explodi. Si fuerit Ezechiel, quod nõnulli opinantur, ejus Philoſophia ſummæ omninò authoritatis eſt, & quæ contra rationem aut fidem irrepſerunt, diſcipulis tribuenda, non magiſtro; ſæpe enim contingit doctè ſcripta in abſonos ſenſus torqueri, ut mirum non ſit vivæ vocis oracula potuiſſe tot annorum & bellorum injuriâ eſſe transfigurata. Puto eum corporum Reſurrectionem docuiſſe, nec aliud intellexiſſe μετεμψυχώσεως nomine; & ejus Auditores rem non bene intellectã in chimæram vertiſſe, & prodigioſum paradoxa ad poſteros ſuos derivaſſe.

An Pythagoras fuerit Ezechiel? *Corporum reſurrectio.*

Architas.

Plato periclitatur. *Prædicamentorum Inventor.*

PAtriâ fuit Tarentinus, ſectâ Pythagoræus, ingenio nobilis, & amicus Platonis; ipſe ille, qui hunc Divinum Philoſophum, cùm à Tyranno Dionyſio erat necãdus, epiſtolâ monuit & eripuit. Princeps ſuæ urbis fuit, & in omni virtutũ & ſcientiarũ genere erudititiſſimus. Hic Categoriarum, quas nonnulli referunt ad Ariſtotelem, inventor: in ipſis ſummam ingenii felicitatem demonſtravit. Has Categorias poſt Ariſtotelem omnes ſunt Peripatetici complexi. Scripſit etiam Philoſophiam, quam Ariſtoteles Commentario illuſtravit.

Plato.

An Plato ſenſa Socratis

SOcratis ſcripta non habemus; at ejuſdem opiniones legim⁹ in Platone; nec ideò tenebimur

[illegible] profeſſori, an potius perſecutori?

bimur eas ſequi, multæ enim prodierunt ad huc vivente Socrate, quas ipſe negavit ſuas eſſe. Edebat libellos varios Plato, ſcriptos calamo eloquentiſſimo, quos cum legeret Socrates, dicitur exclamaviſſe, *O quàm pulchrè de me mentitur iſte adoleſcens.*

At quæ Socratis opinio non ſit, Platonis erit. Sed quid inde. *Amicus Plato,* ait Ariſtoteles, *ſed magis amica veritas.* Non vidi unqoam in publico gymnaſio argumentum à Platonis teſtimooio diduci, atque ideò nullius indignatiooem incurret, qui illum oegligat.

Ariſtoteles.

Quantus fuerit?

SÆculo altero in ſummo pretio fuit, at hodie liberrimè à multis reiicitur. Ejus ego Lovanij authoritates in diſputatione ad lauream admittere noloi, nec fuit qui muſſitaret contrà. Multa acutè diſſeruit, pauca ſolidè; ingenio enim eximio polluit, at caruit Præceptoribus, à quibus bene inſtitueretur. Iam omnia aguntur aliter. Olim, qui vel unicum Dogma plauſibile invenire potuerat, ſapiens erat. Illud profitebatur totâ vitâ; & ſiquid alind diſſerebat, illud eo fine ut ſuum dogma illuſtraret. Iam hodie Dogmata plurima unâ die cudimus, fundimus aliâ, & quia multorum juvamur laboribus, omnes Artes & ſcientias promovemus. Sunt multi, qui gloriaotur nomine Aotiariſtotelis, quibus diſplicent omnia quæ in Peripatu: ex his oon Ego. In Ariſtotele ſemper placet ingenium, at iniquior adverſus antiquiores Philoſophos ſemper diſplicet animus: ex ejuſdem ſententiis nec placent, oec diſplicent omnes; quoniam multæ fortiſſimè, & multæ leviſſimè probantur. Noo ago Peripateticorum hoſtem, tametſi oec eſſe oec dici velim Peripateticus. Unicam veritatem quæro; veracitatem amo; & ſicubi illam ſit aſſequutus Ariſtoteles, ſicubi iſtam ſervaverit, ab illo ſum.

Qualis fuerit?

Averroës.

Commentator.

HIſpanus fuit, & *Commentator* vulgò dicitur, quod Ariſtotelem Commentariis, quæ illo ævo fuerunt plauſibilia, illuſtravit. At hoc eſt obſervandum in illo, quod ſicut D. Thomas, Scotus & alij Catholici Interpretes illum ad Dogmata Chriſtianæ Religionis inclinant, ut Theologicis ſerviat, ſic illum Averroës torſit ad Alcoranum, ut talem Philoſophiam protenderet, qualem laudarent Mahometani. Et hanc ob cauſam hodie eius authoritas non admittitur in Scholis Chriſtianis.

An Ariſtoteles Mahometo faveat?

Galenus.

Schola Medicorum duplex.

IN pretio eſt apud Medicos, qui Galeniſtæ dici volunt, & ab Empyricis & aliis ſectis Medicorum diſtingui. In diſputatione Academicâ debet admitti, quoniam Paracelſiſtæ hocuſque in nullâ Univerſitate Scholam habent. At ſi Medicus eſſem, & Galeno ſubſcriberem, ejuſdem teſtimonia admitterem, quàdiu doctrinæ meæ non repugnarent; quod ſi repugnare viderem, iſtere errorem dicerem, & textum debere corrigi ad meam ſententiam: quoniam Galeni opera adhuc eo vivo tam negligenti manu ſunt ſcripta, tam barbarâ in alias ſunt linguas tranſlata, ut ipſe contra Amanuenſes & Interpretes debuerit Proteſtationem edere libro de propriis libris ſub initium. Inter alios ille liber magno eſt labore & ingenio conſcriptus, quod omnia Opera Hippocratis ad ſeriem Dictionarij reducit.

Galeni opera corrupta ſunt.

Porrò multa ſunt in Galeno laude digna, & quia centum & quadraginta annis vixiſſe dicitur, eum plurimi certiorem habuiſſe Medicinam, quàm Paracelſum, qui viridi ætate defecit, opinantur. Hunc tamen defendit Helmontius, impugnat Sennertus; è quibus aliis alter diſplicet, aliis uterque.

Alij Authores.

D. Thomas.

PRæter iſtos poſſem multos adducere (priſcos, iuniores) qoos omitto; non quod minores ſint, ſed quod notiores. Quantum Logica Angelico Doctori debeat, pars V. Logicæ Vocalis demõſtrabit, nimirùm à numer. 1863; tota enim eſt ad mentem Angelici Doctoris facta. Scotus multa ſubtilia ſcripſit, quæ ignorari non debent. Etiam Auguſtinus Nyphus, qui apud Leonem X. in pretio fuit, & familiâ Medicæâ ob laudem ingenii donatus.

Scotus.

Nyphus.

Scripſerunt Logica his annis ultimis Patres Carmelitani, Petrus Hurtado, Harlæus, Patres Ieſuitæ, Conimbricenſes, Complutenſes, Rodericus Arriaga, Ioannes de S. Thoma, Valerianus Magnus, Ioannes Lalemandetius, Thomas Compronus, Franciſcus Bonæ-ſpei, & alij, qui à diſcipulis & profeſſoribus cum utilitate leguntur.

Alij.

LOGICAM AUDITURIS.

VEteres facilitati conſulentes addiſcentium memoriam verſibus nonnullis adiuverunt; quorum uſus eſt in Logicis frequens & ſummè neceſſaria cognitio. Ipſi inter cætera, quæ addiſcuntur ad ſenſum, debent ſciri ad literam, quoniam error vel unius characteris interdum poteſt & ſolet perturbare diſcurſum. Propoſitionum Quantitates Carmina ſubſequentia diſtinguunt,

Aſſerit

Aſſerit AU, *negat* EU, *cum ſigno quolibet ambæ.*
Aſſerit A, *negat* E, *ſed univerſaliter ambæ.*
Aſſerit I, *negat* O, *ſed particulariter ambæ.*
Aſſerit Æ, *negat* œ, *indefinibiliter ambæ.*
Aſſerit IR, *negat* IX, *ſed ſingulariter ambæ.*
Aſſerit Y, *negat* U, *ſed excluſibiliter ambæ.*

Pro Propoſitionum Converſione ſciri debent hi Verſus.

Simpliciter FECI, *convertitur* EBA *per accid.*
ACTIO *per contrap. Sic fit converſio tota.*

Dialecticam variæ ab aliis digeſtam, & verſibus diverſis traditam, nos ad iſtos reduximus.

{Bammada, Camene, Digmagni, Figmeno: *nec non*
{*Pone indirectos* Feſapor, *atque* Feſiſor.
{Barbara, Celarent, Darii, Ferio; *hisque reflexos*
{*Addere debebis* Fapeſmor *atque* Fiſeſmor.
{Ceſare, Feſtino, Dácoro *aut* Barocco, Cameſtres;
{*Atque indirecti* Frimeſor, *atque* Domaccor.
{*Tertia ſubſequitur*, Datiſi, *cui iunge* Darapti,
{Felapton, Diſamis, Dócamo *aut* Boccardo, Feriſon:
{Fapelmor *refluit*, Fiſmeror, *atque* Dacoccor.

Conſequentias ſecundarias deducit ſecurè Carmen ſubſequens.

Oſtende eſt: dat A millir, E conferor, I vir.

Syllogiſmorum reductioni, quam Oſtenſivam vocant, hoc ſervit Diſtichon,

S. *vult ſimpliciter: converti vult* P. *per accid.*
M. *vult tranſponi:* CC *ad impoſſibile duci.*

CARAMUELIS

LOGICA VOCALIS.

CCCXCV. *Quinam olim primum inſtrumenti invenerit?*

ARtificum officinas ingrederis, & Aurifices, Argentifices, Lapidicidas, Lignarioa, ut alios centenos omittam, uti ferreis inſtrumentis obſervas, & miraris, & unde illa nacti fuerint, inquiris. Et amandaris ad fornaces Calybum & Cyclopum, qui malleo & limâ omnibus aliis Artificibus, malleos, limas & cætera Inſtrumenta conformant. Hîc iterum miraris, & quæris, Unde Calybes, Cyclopesque nacti Inſtrumenta fuerint, quibus cætera apparant & elimant? Hanc Quæſtionem ſibi olim propoſitam, Rabbini commento mirabili, ut cætera ſolent, apud Abulenſem, expediunt. Aſſerunt enim Deum primo homini, quem omnium Artificum voluit eſſe Magiſtrum, cælitùs facta donaviſſe Inſtrumenta, quibus ipſe paulatim alia multiformia conficeret, & Nepotes pro ſingulorum captu & genio diverſas Artes ingenioſè doceret. Ego id non urgeo, ſcio Deum; Sapientiam ſuam noſtræ ignorantiæ, & Omnipotentiam ſuam noſtræ impotentiæ attemperare; nec mirarer, ſi primo homini inſtrumenta dediſſet, quibus poſſet cætera fabricari. Sed quia id non conſtat ex Divinis Hiſtoriis, & Thalmudicæ carent authoritate, tuũ dubium relinquã in medio, & te conducã ex Artib⁹ ad Scientias; quæráq; An illæ Inſtrumẽtis utantur? Utũtur illæ plurimis, & p̃cipuè Definitione, Diviſione, & Argumentatione. Et unde, quæſo, hæ potẽtiſſima

Abulenſis cap. 22. Geneſ. quæſt. 10. P. Carolus Grobes.

donec initio ſua Philoſophia.

Thalmudi narrationes ſunt fabula.

An Scientia inſtrumentis indigeant?

ſimaInſtrumenta ſunt nactæ? A Logicâ. Ergo cujs adeamus Officinam; & quo ipſa modo hæc formet Inſtrumenta, videamus. Ingredimur, videmus, conſideramus, admiramur. Hæc ipſa Inſtrumenta format Logica definiendo, dividedo, & argumentando. Quid ſit Definitio dilucidè & clarè definit. Diviſionem in genera & ſpecies dividit. Et argutè probat Argumentationum formas eſſe legitimas & efficaces. Ut ergo Definitionem, Diviſionem, & Argumentationem conficeret, Definitionem, Diviſionem & Argumentationem priùs habuit. Unde igitur hæc Inſtrumenta? Si ſibi confecit illa Logica: aliis illa Inſtrumentis confecit, de quibus quæram, An ſint data vel facta. Si & hæc à Logicâ elimata aſſerantur, in infinitum itur; aut ſi proceſſum velis eſſe finitum, aſſerere omninò debebis prima Inſtrumenta non fuiſſe humanitùs confecta, ſed divinitùs data. Quid mali ergo, ſi Naturalem Logicam ab Adquiſitâ diſtinguamus? Quid, quæſo, abſurdi, ſi Adquiſitam ita à Naturali dependere dixerimus, ut nunquam adquireretur Ars, ni Natura iuvaret? Et quid denique temeritatis, ſi totam Naturalem Logicam Creatori deberi dicamus? Agamus ergo gratias Omnipotenti Numini, quòd non ſolum condiderit Hominem intellectivum, ſed & Logicâ inſtructum Naturali, quâ, ſi utatur, nanciſci Artificialem poſſit, & omnium Scientiarum ſecretas abyſſos penetrare. Et quis optimus agendi gratias modus? Uti divinitùs indultâ gratiâ: nam divino favore non uti, eſt abuti; & omnis abuſus condemnatur. Utamur igitur Naturali Dialecticâ, & hoc Inſtrumento à Naturâ (hoc eſt, à Deo) conceſſo, ſciendi Inſtrumenta perfectiora formemus, quæ *Logicam Adquiſitam* vocabimus; ut tandem iſtis Adquiſitis cæteras Scientias adquiramus.

An Inſtrumenta Logicæ formentur aliis Inſtrumentis?

Proceſſus infinitus rejicitur.

Dividitur Logicam Naturalē & Artificialem.

Illa Deo, hæc debetur induſtriæ.

Quo modo ſint agendæ gratiæ?

Logica eſt ſciendi inſtrumentum.

ARTICVLVS I.

De Logicæ Etymo & Definitione.

Quid ſint voces?

VOcum ratio contemnenda non eſt: voces enim, teſte Ariſtotele, ſymbola rerum debent eſſe: ideò in Cratylo Divinus Plato etymologiam commendat, eamque docet eſſe eſſentiæ indicem & expreſſionem proprietatum. Academicorum primo Cicero, *Verborum etiam explicatio probatur; id eſt, quâ de causâ quæque eſſent ita denominata.* & ratio poteſt à communi pronuntiato deſumi; quoniam *conveniunt rebus nomina ſæpè ſuis.* Horum igitur Philoſophorum inſiſtentes veſtigiis, Logicæ etymon examinabimus. CCCXCVI.

Quanti faciendæ ſit etymologia.

Stando communi ſententiæ *Logica* græca vox eſt, & dicitur à λόγος, quod *Sermonem & Rationem* ſignificat. Hinc patet Logicam eſſe duplicem, Vocalem & Mentalem; illamque motus linguæ dirigere, hanc motus mentis. Invenio in Scholis binas ſectas: quoniam aliqui mera nomina curant, alij meros conceptus; (illi *Nominales*, & iſti *Rationales* vocantur.) at nos meros conceptus Angelis diſcutiendos relinquimus; brutiſque voces alogas. Homo corpore & animo compoſitus, ſe debet linguâ & mente iuvare, ita ut vocaliter ratiocinetur, & rationabiliter eloquatur. Ideò ego impræſentiarùm duplicem tradam Logicam, videlicet Vocalem & Mentalem; illamque priùs, hanc poſteriùs, quoniam Ordo doctrinæ poſtulat, ut à notioribus ad ignotiora procedamus, & voces conceptibus notiores ſunt. His etiam interſeram ſcriptam, ut nihil maneat, quod non ſubeat examen.

Λόγος rationem & ſermonem ſignificat.

Nominalium & Rationalium Secta.

Logica unde dicta?

Logica duplex: vocalis & mentalis.

Et his Scripta adiungi poteſt.

CCCXCVII. MIrabitur fortaſſe Lector, cùm videat Vocalem Logicam à Mentali, aut etiam Scriptâ diſtingui; & quod magno à nobis conformatur conſilio, optabit eſſe aliorum Authorum traditioni conforme. At Ego cogor à Philoſophis univerſis abire, & dum ipſi confundunt toto cælo diſtincta, adlaborare debeo, & ab aliis magno ſtudio intertexta, induſtriâ magnâ ſeparare. Aliter Lingua, & aliter Mens operatur: & quia voces conceptibus notiores ſunt, à vocibus ſumemus exordium. Pueris, (Grammaticis, aut ſummum Rhetoribus) hæc folia ſcribimus; & ſi de Nomine, Verbo, & Oratione diſſeramus, intelligemur facilè: Si verò de Intellectûs Operationibus, Speciebus impreſſis, & expreſſis, de Habitibus & Diſpoſitionibus, & multis aliis qualitatibus intentionalibus, quas aut tradunt, aut notas ſupponunt Iuniores primâ paginâ, videbimur agere Perſicè, audiemurque cum tædioſo faſtidio, ſed nullatenùs intelligemur. Nec hinc velim doctè ab aliis ſcripta à noſtræ Scholæ Studioſis contemni, Majores enim veneror, & cùm agitur de eorumdem Inventis, minores alloquor; & ne temerè, conceptum quem olim à te didici,

Cur Vocalem Logicam à mentali diſtinxerim?

In tradendâ Logicâ præceps Iuniorum eruditio damnatur.

Nemo debet alios Philoſophos contemnere aut vituperare.

Vir,

Vir, Celtiberi non tacende Gentibus,
Noſtraque laus Hiſpaniæ,
repono. Commendo igitur omnes Philoſophiæ Rationalis Magiſtros, & Dialecticæ Studioſis aio:

Martialis.

Illa quidem laudent omnes, mirentur, adorent:
Sic opto. Laudent illa, ſed iſta legant,

quæ Diſcipulorum captui, & ingenio ſunt attemperata. Ad culmen tendimus; & ſecuriùs & citiùs gradatim, quàm ſaltim adſcenditur. Nuſcamus, dirigamuſque hoc operationes linguæ, (hoc eſt, Logicam Vocalem ſcire) & his notitiis exornati & inſtructi Logicam Mentalem inibimus, in eâque tam multa detegemus arcana, tam mira & tam rara prodigia, ut illam non iam promoviſſe, ſed etiam inveniſſe dicamur. Sed hoc Lectorum committamus judicio, & nos breviter aliquid de Logicæ etymo ſubjungamus.

Multa in Logicâ nova, & omnia clarè demonſtrata reperies.

CCCXCVIII. Nam, ſi placet vocum derivationem aut harmoniam ſpeculari, adhuc affirmare poterimus Λογικὴν dici, quaſi Λογχικὴν, *Bellatricē*, & meritò; eſt enim militaris facultas, ſine quâ in Scholis nullus conflictus generosè inſtituitur, nulla victoria gloriosè reportatur. Ipſa enim apprehenſionum clypeo præmunita, lanceam ſyllogiſticam torquens, propugnat veras, & falſas Poſitiones expugnat.

Logica ſa- ... militaris.

Multorum, qui de Logicis Terminis diſſerunt, diſputationes omni termino carent. Alii qui, dum luxurianti Stylo, verborum phaleris, dictionum lenocinio & floridis ſermonum adulteriis inſudant, potiùs Rhetoras, quàm Logicos agunt. At Ego brevitati ſtudebo, Λογισμὸς enim dicitur *ſupputatio*, ut ſciamus non fore Logicos verborum prodigos, ſed prudentes & parcos.

Logicum ſtudere tenetur brevitati.

Si nomen Logicæ, à linguâ primâ (quam *Sanctam* nominant) velis deducere, reperies notiſſimam radicem לאך *Lach*, hoc eſt, *Ablegare, Legare*, cui cognatæ ſunt הלך & ילך *Ambulare*, unde לאכה *Præmiſſa, Præcurrens, Legata, Allegata, Angelus, Caduceatrix* eſt Logica, & hanc ob rem Mercurio ſacra.

An nomen Logica à linguâ hebraicâ derivetur?

ARTICULUS II.

De Logicæ Simplicitate.

Non inquiro, An dentur Habitus ab Intellectu ipſo diſtincti? & ſi dentur, An conſiſtant in qualitate aliquâ Mentem facilitante, an verò in ſpecierum multitudine? Scio enim has controverſias, tametſi ſummâ litterarum jacturâ à Iunioribus ad limina Scientiarum traductas, non pertinere ad Logicam, ſed debere à Philoſophis in libris de Animâ rationali tractari. Sed inquiro ſolum modò, An objectum Logicæ ſit aliqua res ſpecifica, an generica potiùs ut *Animal*, quod de Homine & Bruto prædicatur. CCCXCIX.

Habitus multifariam expoſiti.
An diſtinguantur à mente? an ſint veræ & reales qualitates?
An objectum Logicæ ſit genericum an ſpecificum?

Pro reſolutione eſt adnotandum, tres eſſe operationes Intellectûs, & ſingulas directione indigere; videlicet, Apprehenſionem ſimplicem, Iudicium, & Diſcurſum: eiſque in linguâ correſpondere alias tres; nimirùm, Dictionem, Propoſitionem, & Argumentationem; quibus correſpondent totidem operationes calami: omnia enim, quæ proferuntur linguâ, poſſunt & ſolent calamo etiam ſcribi. Hinc patet triplicem eſſe Logicam; Mentalem, Vocalem, Scriptam; & quamcumque ſubdividi in tres partes, ſaltem extrinſecùs diſtinctas; quarum prima agit de Terminis, ſecunda de Propoſitionibus, & de Argumentationibus tertia.

Operationes mentis tres, linguæ, calami.
Logica triplex.
Mentalis, Vocalis, Scripta. Et unaquaque tres etiam partes habet.

Sed quam primò tradémus? Vocalem. Sumendum enim exordium eſt à facilioribus notioribuſque; & puero, qui, ut paulò ante monuimus, vix valedixit Priſciano, Nomina & Verba ſunt notiſſima & familiariſſima, at intellectuales conceptus, ne quidem ex nomine noti.

A notioribus & facilioribus iſt incipiendum.
Logica Vocalis ante reliquas tradenda eſt.

CCCC. IDeò à Logicâ Vocali incipio, quia juventuti obrutæ ſub initium graviſſimis quæſtionibus, & quas intelligere tunc non poſſit, condoleo, & viam faciliorem aperire deſidero. Id noverunt & præſtiterunt ante me etiam olim innumeri; quoniam Ariſtoteles Libros de interpretatione, ſeu de Logicâ Vocali præmiſit; Porphyrius de quinque Vocibus evulgavit Iſagogen, quos Peripatetici ſequuti inſudarunt Vocibus explicandis. Ante annos centum Auguſtinus Hunæus edidit Prodidagmata de Dialecticis Vocum affectionibus & proprietatibus; Iſagogen de multiplici Vocum apud Dialecticos uſitatâ diviſione, & Erotemata de diſputatione Vocali, quæ Hunæi Opuſcula tam libenti animo Orbis litteratus ſuſcepit, ut fuerint impreſſa Lovanij ſub annum 1552. recuſa Romæ anno 1553.

An noſtra ſit traditio & inſtituendi ſiſtere ... Logica vocum Vocalis fuit. Egerunt de Vocibus Ariſtoteles,
Porphyrius, & c. Hunæus.

num cònditor, Rhetor conditor; Hiſtoricus narrat, & Dialecticus probat. Tandem Poëta verſus ſuos ligat numeris; qui ſi accentus reſpiciant, erunt Rhythmici; Metrici autem, ſi ſyllabarum quantitatem concernant: & vocabuntur σύμφωνοι, ſi vel cantentur enarmonicè, vel ſimiliter cadant.

Muſica.

Ergo Dialectica aut Logica Vocalis (duo enim hæc nomina eamdem omninò Facultatem ſignificant) *Scientia eſt, quæ docet quomodo dictionibus uti debeamus, ad veritatem inveniendam & perſuadendam.* Et quidem verum invenîmus; cùm perſuademus illud nobis; illudque perſuademus aliis, cum media ponimus, quibus verum inveniant.

Quid ſit verum invenire. *Logica ſecunda definitio, premâ clarior.*

Hinc patet objectum vocalis Dialecticæ eſſe voces prout ordinabiles & dirigibiles ad inveniendam & perſuadendam veritatem.

Logicæ vocalis objectum.

CCCCIII. *Statuto Quæſtionis. Objectum duplex, materiale & formale.*

Cùm Logicæ objectum inquirimus, materiam illam inveſtigamus, quam omnia reſpiciunt Theorcinata, quæ *Logica* propriè vocantur. Objectum eſt duplex, Materiale & Formale. Illud eſt, quod à potentiâ attingitur hoc eſt ratio ſub quâ attingitur. Verbi causâ. Columnã reſpicis, & viſionis objectũ materiale eſt lapis, qui reſpicitur; formale autẽ eſt color; quia lapis, non quidem quà lapis, ſed quà coloratus reſpicitur. Placuit primis Nomenclatoribus Materiale *objectum quod*, & Formale *objectum quo*, dicere majoris brevitatis gratiâ, quorum utemur Lexico, eſt enim loquendum cum multis.

Objectum quod & quo.

Hinc patet, quid debeamus dicere aut ſcoriare, de tribus Authorum ſententiis, quæ in ſcholis ſunt celebres: quarum prima eſt Nominalium, Realium ſecunda, & Thomiſtarum tertia.

Tres Authorum ſententiæ.

PRIMA.

Nominales affirmant Logicæ ſolas voces objici, eamque circa vocum coordinationem diſpoſitionemque verſari. Hanc opinionem Nominalibus injuſtè imponi inclamat Hurtadus *diſp. 1. Log. §. 22.* ibique magno niſu Okamum vindicat & ejus aſſeclas. Sanè, ſi hæc ſenteotia Okami non eſt, in hoc nec ipſe Nominalis eſt; Schola enim nominalis non eſt quæ Okamica, ſed quæ omnes quæſtiones ex nominum etymo dirimit. Rhetor Ariſtides non ſolùm Logicam, ſed & ipſam Dialecticam (ſi fortè hanc diſtinguebat à Logicâ) cenſebat eſſe nominalem, *Putabam ego*, ait, *non admodum hat eſſe diverſa, verùm Dialecticam partem quamdam eſſe Rhetorices, quemadmodum eſt Interrogatio ſermonis totius; & ſicut curſores norunt incedere, non tamen omnes qui incedunt currere; eodem prorsùs modo ad Dialecticos habere ſe Oratores.* Alcinous non vult Logicæ nominum fabricam committere, ſed uſum, libri de doctrinâ Platonicâ c. 5. ſic inquit. *Vt clavum efficere fabri, uti autem rectè Gubernatoris eſt, ſic quoque nominum formator quemadmodum oportet nominibus utetur, ſi tanquam præſente Dialectico id fecerit.*

Nominalium ſchola, quæ? *An Logica diſtinguatur à Dialecticâ? An Dialectica ſit pars Rhetoricæ?* *Tribus, quæ Grammaticae formas, Logicus utitur.*

SECUNDA ſententia. *An mentis operationes ſint objectum Logicæ?*

Plato *dialogo de Iuſto* affirmavit eſſe objectum Logicæ mentis operationes dirigibiles; cui ſaltem per locum extrinſecum ſubſcribere videtur Alcinous *libri de huius Philoſophi doctrinâ c. 2. & 5.* & omnes Academici. Hæc opinio adrriſit Auguſtino *2. de doctrinâ Chriſtianâ c. 37.* Iſidoro *lib. 2. Etymol.* Boëtio *in Citer. topic. libr. 1.* quos ex junioribus ſequuti ſunt Caucrus *tract. 1. diſp. 1. dub. 2.* Soarius *diſp. 1. ſect. 4. & diſp. 54. ſub initium.* Conimbricenſes *quæſt. 5. proœmiali art. 2.* Murcia *ibid. quæſt. 2.* Hurtadus *diſp. 1.* Fonſecâ *2. Metaphyſ. cap. 3. quæſt. 1. ſect. 5.* & ſi ſincerè loquamur eſt mens expreſſa Divi Thomæ, qui *initio poſter.* ſic ait, [*Ars quædam neceſſaria eſt, ut ſit directiva ipſius actûs rationis, per quam homo in ipſo rationis actu ordinatè, faciliter & ſine errore procedat, & hæc eſt, ARS LOGICA, id eſt, RATIONALIS SCIENTIA, quæ non ſolùm rationalis eſt ex hoc quod eſt ſecundum rationem, quod eſt omnibus Artibus commune; ſed etiam ex hoc quod eſt circa ipſum actum rationis ſicut circa propriam materiam.*] quæ verba ita clara ſunt, ut in Thomiſtarum ſententiam retorqueri non poſſint. Sæpè contingit à D. Thomâ & aliis Doctoribus aſſeri Logicam verſari circa Entia rationis, ſed tunc Entium-rationis nomine intelligunt illa, quæ ratio concipiendo producit, talia ſunt omnes operationes intellectûs, quæ dicuntur à Logicâ dirigi & gubernari.

Thomiſtæ contra D. Thomam. *Operationes mentis dici ſolent Entia mentis.*

CCCCIV. *TERTIA ſententia. An Ens rationis ſit objectum Logicæ?*

Thomiſtæ tunc putant ſe benè exponere Angelicum Doctorem cùm duriùs difficiliùſque: & tametſi ipſe proteſtetur contrarium, Ens rationis (hoc eſt, Ens chimæricum) eſſe Logicæ objectum affirmant, citantque S. Thomam *4. Metaph. lect. 4. & opuſc. 42. c. 2. & 1. Poſt. lect. 20. & opuſ. 56. & opuſ. 70. q. 7. a. 1. & 3.* Ita Cajetanus, Sotus Navarrete, Arauxus, Maſius, Sanchez, Gallegus, Sabelluſ, Soncioas, Flandria, Hervæus, quos citant & ſequuntur Complutenſes *diſp. 1. Log. q. 2. n. 17.* aſſerentes, ſe nec vel unum legiſſe Thomiſtam, qui hanc ſententiam non habeat. Eandem propugnant præter Thomiſtas plures alii; eam tenet Toletus *in proœm. Log. q. 5.* Oña *ibid. q. 1. art. 5.* Rubius *ibid. q. 6.* Salas *t. 2. q. 54. diſp. 7. ſect. 2.*

Summus inter omnino falsò Thomiſtarum conſenſus.

Et quidem Nominales & Academicos ſeu Platonicos ego facillimo negotio compono, affirmans duas dari Logicas; alteram Vocalem, Intellectualem alteram; priorisque objectum Nominales, & poſterioris objectum Platonicos dilucidaſſe.

Earundem opinionum concordia.

Profectò Thomiſtarum ſententia corruere debet Entibus rationis negatis; niſi fortè illam ſcientiam, quæ non dari Entia rationis monſtrat, Logicam velimus nominare. Non dari Entia rationis nunc ſupponere licet, quod inferiùs evidenter probabitur.

Non dantur Entia rationis. Vide Paralogiſmos quam inferiùs ponemus.

CCCCV.

Cognito objecto Logicæ optimè eam ab aliis ſcientiis diſtinguemus, tuebimurque omnia illa quæ in Textu præmiſſa; eadem placet illuſtrare & firmare verbis Auguſtini Hunæi in Prodidagmatibus, mihi pag. 9. in quâ Quodnam ſit inter Grammaticas & Dialecticas præ-

Grammatica & Dialectica differentia

prietatea (denominationes, ſeu ſecundas intentiones) diſerimen .| inveſtigat, & ait. [QUEM AD MODUM nomini Qualitatem, Comparationem, Declinationem, & ſimilia accidere docet Donatus: [*& quemadmodum alii docent eidem Nomini accidere Numeros; (Singularem, Pluralem) Caſus ſex (Nom. Gen. Dat. Acc. Voc. Abl.) Genera ſeptem (Maſc. Fæm. Neutr. Commune duum, Comm. trium, Ambig. Epicœn.) & Verbo accidere quatuor Conjugationes* (âre, ēre, ĕre, îre) *quatuor Modos (Indicativum, Imperativum, Subiunctivum, & Infinitivum) Tempora ſex (Præſ. Præt. Imp. Præt. perf. Præteritum pluſquamperf. Fut. imp. Fut. perf.) duos Numeros (Sing. Plur.) tres Perſonas (Primam, Secundam, Tertiam.) &c.*] ita Dialecticus monet, vocibus accidere Acceptionem technicam, ſimplicem & perſonalem (*materialem, formalem ſecundæ intentionis & formalem primæ intentionis:*) item Ampliationem, Reſtrictionē: denique Appellationem & Expoſitionem: Quarum affectionum nonnulla nomina fatemur quidem parum eſſe Latina, quia tamen ſunt in ſcholis trita, & rem ipſam ſatis commodè declarant, retinenda putavimus, ne ullas huic arti, quam illuſtrare conamur, citra neceſſitatem offunderemus tenebras: nā & in Dialecticâ, & omni aliâ diſciplinâ in primis obſervandum, ut, ſi utrumque haberi non poſſit, doctrinæ potiùs perſpicuitati atque veritati, quàm inani verborum, quamvis elegantium, nitori ſerviatur. Accidit enim ſæpè illud: *Ornari res ipſa negat, contenta doceri.* Neque tamen propterea paſſim cum vulgo ſophiſtarum, citra omnem neceſſitatem, à ſermonis Latini puritate recedendum arbitramur. *Sed ad rem veniamus.* Hoc inter Dialectica & Grammatica vocum accidentia intereſt, quòd horum cognitio ad ſermonis puritatem tuendam pertineat; illorum verò notitia ad veritatem orationis; & argumentationis firmitatem perſpiciendam atque conſervandam, ſit neceſſaria. Quemadmodum igitur Grammaticus dum purè & emendatè loquendi normam tradere ſtudet, minutias illas, Quot ſunt genera nominum, quot declinationes, quot caſus & ſimiles vocum affectiones, ſine quarum cognitione ſermonis puritas, nec intelligi quæſit, nec intellecta conſervari poſſit, primùm tractat: ita & Dialecticus has vocum affectiones initio præmittere conſuevit; quibus mutatis, etiam veritas in oratione aut falſitas mutatur: & in argumentationibus variatur conſequutio. Nec magis Dialecticus ſine acceptione Technicâ, Simplici, aut Perſonali; (*Materiali; Formali ſecundæ; & Formali primæ intentionis.*) ſine Reſtrictione, Ampliatione, cæteriſque id genus verborum affectionibus, judicare poterit de pronuntiatorum veritate atque falſitate, aut adulterinam argumentationem à legitimâ diſtinguere atque ſeparare, quàm Grammaticus ſine notitiâ generis, declinationis, caſûs, coniugationis, & ſimilium, de ſermonis probatâ & emendatâ conſtructione. Unde ſicut ineptus ſermo eſt, *Mulier malus*; ita hæc argumentatio eſt vitioſa, *Homo eſt ſpecies: ergo vel Ioannes eſt ſpecies, vel Petrus, & ita de aliis.* Ratio in promptu eſt, & latius poſteà ſuo loco explicabitur: quia ex voce, quæ pro *eidêa* ſeu ſpecie accipitur, non licet inferre ejus individua: quod dicere ſolent, *Non licet argumentari ab acceptione technicâ, aut ſimplici ad perſonalem: ſicut nec contra à perſonali ad technicam aut ſimplicem.*] Hæc omnia Hunæus: quæ quia appoſitiſſima ſunt, poterunt iterum & iterum relegi.

An ſint minùs Latini Dialecticorum termini?

Res ipſa majoris ſunt habenda quàm voces.

Non eſt loquendum barbarè ſine neceſſitate: cùm hæc urget, barbarus eſſet, qui barbarè non loqueretur.

Quid agat Grammaticus?

Quid Dialecticus.

Ex una acceptione termini ad aliam in argumentatione tranſiri non poteſt.

QUÆSTIO I. INCIDENS.

An Summulæ ſint neceſſariæ?

CCCCVI. *Opinio Roderici Arriaga.*

SIc Arriaga Controverſiam reſolvit. *Decreveram de Summulis nec verbum facere: res enim eſt valdè trita, nec magni momenti; & in Logicâ, ſi quid dignum eſt ſcitu, ex propoſito diſcutiendum.* Ita in Proœmio.

At ego in ſingulis verbis multa, quæ objiciā, & opponam reperio. Primò enim Summulas eſſe rem valdè tritam, eſt falſum; ignorantur à plurimis, qui laureâ Theologicâ condecorantur. Se nec ſemel audiviſſe, annorum viginti aut plurium ſpacio, vel unicum ſyllogiſmum ad impoſſibile duci, ait Arriaga; qui cùm ſæpè bonas conſequentias negari audierit (id enim crebrò fit) tenebitur dicere, illos Argumentatores ignoraviſſe ſummulas, adeòque harum notitiam non eſſe rem valdè tritam in ſcholis. Scientibus loquor. Sunt multi, qui vix argumentantur in formâ; & hi omnes ad materiam recurrunt, quia formare ſyllogiſmos ignorant; quod ſcirent, ſi ſummulas non ignorarent.

An Summulæ res tritæ?

An in Scholis ad impoſſibile ſyllogiſmi ducantur.

Secundò falſum etiam eſt, rem eſſe non magni momenti. Tollat Arriaga Summulas, & me doceat quâ arte movebit calamum linguam ve, ut ſuas opiniones perſuadeat, & contrarias impugnet. Et ſanè alterius opinionis fuiſſe Vazquezium Compluti à meis Profeſſoribus & Inſtitutoribus didici: eorum enim teſtimonio Vir ille ſummus, & tantarum victoriarum Pugil, veſpere dum iret cubitum (& hoc quotidiè) aliquid legebat in ſummulis.

Summulæ valdè ſunt neceſſariæ.

Tertiò rideo, cùm illeà Summulis appellat ad Logicam: Quæ enim in mundo Logicâ diſtincta à Summulis? Summulæ ideò hoc nomē ſortitæ, quòd ſint Summa & Compendium Logicæ, adeòque eadem debent utrobiq; tractari, ſed quæ in Summulis breviter, uberiùs & fuſiùs in Logicâ. Et hîc obiter notari volo eam, quam tradit & Logicam vocat Arriaga, non eſſe Logicam, ſed quoddam potius librorum Animaſticorum & Metaphyſicorum Compendium (ſi Compendium vocari liber poteſt in quo ſingula tam fuſè & curioſè tractantur) ſed quia in hoc non ſolus ille peccat, non debet ſolus impugnari.

An non diſtinguantur à Logicâ?

An ſit Logica, quæ hodie vocatur Logica?

QUÆSTIO II. INCIDENS.

Sit-ne Logica practica, an ſpeculativa?

CCCCVII. *Multæ quæſtiones ſunt de nomine, quæ videntur de re.*

EſT de nomine quæſtio, quæ putatur de re: & præcipuè inter Scotiſtas & Thomiſtas. Hoc non omnes fatentur: Sed, qui ſinceræ doctrinæ navant operam, id negare non poſſunt. Logicā

Menta-

Mentalem eſſe directivam operationum mentis;& analogicè Vocalem & Scriptam operationum linguæ & calami menti correſpondentium, certum eſt; incertum, an hoc ſufficiat, ut practica aut ſpeculativa dicatur. In Theſibus propugnatis Pragæ in Archiepiſcopali Seminario die Auguſti viceſimâ-ſecundâ; nimirùm à D. Carolo Zeman Ciſterrienſi, Præſide R.P. Bernardino Hygino Ordinis Min. S. Franciſci Strictioris obſervantiæ, Hiberno, Philoſophiæ Profeſſore Ordinario, obſervavi aliqua, quæ poterunt nobis prodeſſe. Erat titulus. *Theſes ex univerſa Ariſtotelis Stagyritæ Philoſophiâ ad mentem Doctoris ſubtilis Ioannis Duns Scoti.* Et

Schola Ariſtotelis dividitur in Thomiſticam & Scotiſticam. docetur Scotiſtarum ſcholam non eſſe aliam ab Ariſtotelicâ, licet ſit alia à Thomiſticâ, ſed Thomiſticam, Scotiſticamque duas eſſe ſectas in eâdem ſcholâ Ariſtotelis: utrobique enim admittuntur teſtimonia Philoſophi, licèt utrobique diverſâ ratione exponantur. Sed hoc faciamus miſſum, & veniamus ad rem. Lego Theſi II. *Cum de ſignificata Vocis* Praxis *adhuc ſub indice lis ſit: nobis intereà ſufficit deciſio Doctoris* *Quid Scoto ſit Praxis?* *ſubtilis aſſerentis eſſe actum alterius potentiæ ab intellectu, natum elici conformiter rationi: Nulla ergo intellectûs eſt ſic praxis, quantumvis reduplices ut imperata.* Ecce Hyginus fatetur quæſtionem eſſe nominalem.

Quid cæteris? Quid Scotiſtæ intelligant nomine *Praxis* jam vidimus, ut cæteri quodcumque opus, à quacumque illud potentiâ oriatur, Praxim nominant.

Quæſtio principalis reſolvitur. Stando igitur Scotiſticæ ſignificationi vocabuli, dicam Logicam mentalem eſſe ſpeculativam; at verò Vocalem & Scriptam practicas; & quia ſunt ipſæ analogæ, in conſequentiam perſentiſcerem, & caperem aliquid alterare.

Ergo alteremus vocabuli ſignificationem, & dicamus omne arte factum eſſe praxim. Cùm igitur æquè Mentalis, Vocalis ac Scripta apprehenſiones, propoſitiones, & argumentationes arte faciat, æquè erunt practicæ iſtæ ſcientiæ.

NOTA.

CCCCVIII. SEd objicis, me damnaſſe Juniores, qui quæſtiones difficiles, & à Logicâ alienas ipſo limine Dialecticæ tractant; & tamen eaſdem vel ſimiles poſuiſſe & explicaſſe: Et reſpondeo, me ſcripſiſſe hos Procemiales Articulos non Diſcipulis, ſed Magiſtris; quibus meam ipſam ſententiam perſuadere non poſſem, niſi multa præmitterem, quæ ad Logicam Vocalem non pertinent. Me tandem ad illam venire, & ante limen ipſum te Diſcipulum, te Præceptorem monitum eſſe velle, me in Articulis ſingulis Textum & Notas diſtinxiſſe: illum ad longum & majore charactere, haſque in duabus columnis, & litterâ minore exaraſſe. Et cur ita *Cur ſint ſinguli Articuli in Textum & notas diſtincti?* diſtinguo? Quia Textum à Diſcipulis legi deſidero; Notas à Præceptoribus; vel ſi à Diſcipulis, poſtquam totum Textum didicerint; multa enim explicantur in Notis, quæ eruditionem ſapiunt, multa quæ magnam notitiam & *Multa ſcire debet Magiſter, quæ poteſt, aut etiam aliquando debet ignorare Diſcipulus.* doctrinam requirunt: quæ ſcire præceptoribus expedit, quæ Diſcipulis, ne obruantur ſpeculationum aut exemplorum multitudine, expedit ignorare. *Omiſſis ergo præcedentibus hinc incipiat Diſcipulus, & intermittens paginas, in binas columnas exciſas, Textum ſolùm attentè legat, & memoriæ fideliſſimè mandet.*

LOGICÆ VOCALIS

PARS I. DICTIONARIA.

De Terminorum ſeu Dictionum naturâ & paſſionibus diſſerens.

CCCCIX. *Prima Operatio.* *Lingua prima operatio, Dictio eſt; Mentis, Apprehenſio, quam ob rem in prima noſtra Logicæ Vocalis parte de Dictionibus acturus ſum, quæ ſunt Propoſitionum elementa.* *Reſolutio Logica.* *Syllogiſmus in Propoſitiones reſolvitur, Propoſitio in Dictiones, quæ ideò nominantur* Termini, *Quid ſint termini* *quia ulteriùs non deſcendit, quæ à Logicis inſtituitur, Analyſis. Dictio reſolvitur in ſyllabas, & iſtæ in Litteras: at eiuſmodi Reſolutiones non ad Logicam, ſed ad Grammaticam & Orthographiam, quas Logica ſupponit, ſpectant:* *Reſolutio Grammatica & Orthographica.* *ubi enim deſinit Orthographus, inde Grammaticus exordium ſumit: & ubi deſinit Grammaticus, inde incipit Logicus: & ubi Logicus deſinet, (ſi nomina accipiantur ſtrictè) inde incipiet Dialecticus.* *Ubi deſinit ſcientia ſubalternans, inde ſubalternata incipit.* *Nec contra militat Deſcriptio Elementaria ſeu Litteraria, quam nunc tradimus, quoniam illa in Orbe Logico non eſt indigena, ſed hoſpes, quæ ad majorem altitudinem Pali eruditè tranſlata, à libris Rhetoricis & ut vagatur & peregrinatur.*

ARTI-

ARTICULUS I.

De Terminis.

Ex ipſo modo tradendi Logicã, videtur Ariſtoteles fuiſſe ejus Inventor: ait enim Terminũ voco: & non Terminum vocant: Ergo ipſius eſt Inventoris, jure & nomina impoſuit ſecundis intentionibus Logicis

CCCCX. *Quid ſit Terminus?* ARiſtoteles *Libr. 1. Priorum* terminum definivit his verbis, *Terminum voco in quem reſolvitur propoſitio, ut prædicatum & de quo prædicatur appoſito vel ſeparato eſſe.* Hanc definitionem clarioribus verbis Juniores perſtrinxerunt, quibus *Terminus eſt extremum propoſitionis.* Sed, ſi benè examines, hæ duæ definitiones non ſunt omninò eadem; quia terminus bifariam poteſt ſumi, reſolutoriè & compoſitoriè. Si turris erigatur, capitellum eſt fabricæ terminus; ſi proſternatur, fundamentum eſt terminus deſtructionis. In propoſitionis ſyntaxi analogicè philoſophabor. Dictiones ſeorſim ſumptæ ſunt principia & elementa, ex quibus componitur propoſitio, cujus termini aut extrema ſunt ſubjectum & prædicatum, ut in hâc propoſitione *Homo eſt animal*, quæ, ſicut Linea duobus punctis, ſic illis terminis *Homo* & *animal* clauditur. In reſolutione aliter procedendum eſt, voces prout ſunt connexæ non ſunt reſolutionis termini, actualis enim propoſitio reſolubilis eſt, non autem dicetur reſoluta, quouſque nexu ſublato maneant illæ voces *Homo* & *Animal*, in quas illa reſolvitur.

An dictiones, quæ extra propoſitionem ſunt, ſint termini? Hinc deciditur curioſa difficultas à paucis annis excitata, quæ inquirit, An dictiones, quæ extra propoſitionem ſunt, ſint termini? Cui dubio nec affirmativè, nec negativè reſpondebitur. Nam, ſi agamus in ſenſu compoſitorio, termini propoſitionis (nempè quà compoſitæ) ſunt voces quæ illam actualiter conſtituunt: & voces, quæ ſunt extra propoſitionem, ſolùm dici poterunt termini in actu primo, quia poſſunt componere propoſitionem, & componendo terminare. Si verò agamus in ſenſu reſolutorio, termini propoſitionis (nempè quà reſolutæ) ſunt voces, quæ non ſunt actualiter in propoſitione: & illæ quæ actualiter illam conſtituunt, erunt termini in actu primo; poteſt enim in eas diſſolvi propoſitio, & hâc destructâ adhuc illæ voces manebunt tanquam veteris ædificii rudera, & termini reſolutionis

CCCCXI. *De ſignificationum abuſu.* MAgnus hodiè in ſcholis communiũ terminorum abuſus: magna ſupponendi libertas. Omnes volunt docere, nemo diſcere: & tametſi omnes utantur eiſdem vocibus, ſinguli eas pro rebus diverſis accipiunt. Antiqua & præſcripta eſt Peripateticæ acceptionis poſſeſſio: at non obſtante hâc multorum annorum præſcriptione, noſtro ævo Lullius, & poſt eum Petrus Ramus cœperunt obloqui, & Peripatetico dicere.

Martialis lib. 1. Epigram 43.

Si tibi Miſtillus *coquus Æmiliane vocatur,*
Dicetur quare non Taratalla *mihi.*

De Lulliano & Ramæo terminorum agone. Eram olim Lovanii, & cùm quiſpiam me ſenior terminorum obſcuritate vellet implicare aut decipere, ut ſcholaſticè & non chymicè loqueretur indixi. *Ergo non licet mihi accipere terminos in ſignificatione, quâ voluero?* Et diſtinxi: *Ex ſuppoſitione, quod malè loqui velis, licet: ex ſuppoſitione autem, quod benè loqui velis, non licet. Conſuetudo enim iura præſcribit labiis, & loquendum cum cæteris eſt.*

ARTICVLVS II.

De Subjecto & Prædicato,

CCCC XII. *Quid ſit Subjectum? Quid Prædicatum?* PRinceps termini diviſio eſt quâ bipertitur in Subjectum & Prædicatum. Subjectum appellant Dialectici *nomen de quo aliud dicitur:* Prædicatum verò, *quod dicitur de alio.* Vel clariùs. Subjectum dicunt, *quidquid antecedit copulam*, Prædicatum, *quod illam ſequitur.* Copulam *ipſum EST, & Adverbia quæ illud comitantur.* Verbi gratiâ in hâc propoſitione, *Homo eſt animal.* quàm ſæpè re-

ponere

ponere debui; *Homo* eſt ſubjectum, *Animal* prædicatum; & *Eſt* copula. Et in hâc *Homo niger eſt hodie contemptus ab omnibus.* erit *Homo niger* ſubjectum; *Contemptus ab omnibus* prædicatum: & *Eſt hodiè*, copula.

An ſit generis in ſpecies hæc diviſio

Diviſionem termini in Subjectum & prædicatum eſſe generis in ſpecies Complotenſes *in Logic. 1. de term. cap. 3.* affirmant: probantque. Quia terminus eſſentialiter eſt pars propoſitionis, & pars quatenus pars eſſentialiter dividitur in materialem ac formalem: Ergo terminus eſſentialiter dividitur in ſubjectum & Prædicatum; quorum alterum, ſcilicet Subjectum eſt pars materialis propoſitionis; alterum verò, ſcilicet Prædicatum, eſt pars illius formalis.

An diviſio ſubſtantiæ incompleta in materiam & formam, ſit generis in ſpecies?

Opinio Complutenſium vera non eſt, & ratio adiecta ipſam omninò expugnat. Nam ſubſtantia incompleta, ſeu pars ſubſtantialis, dividitur in materiam & formam, non tamen in eorum ſententiâ ut genus in ſpecies: ſanè terminus pars propoſitionis, ſeu propoſitio partialis eſt, & ut ipſi fatentur, debet in ſubjectum & prædicatum dividi, quâ diviſione incompleta ſubſtantia in materiam & formam.

Corpus in homine non poteſt eſſe anima forma: nec anima corporis materia.

Si altiùs hoc contempleris, minorem differentiam reperies inter ſubjectum & prædicatum quàm inter materiam & formam ſubſtantialem. Nam ad conſtituendum hominem ex. gr. requiruntur duæ partes (corpus, anima) quarum altera (corpus) neceſſario eſt materia, & eſſe hominis forma non poteſt: & altera (anima) ita eſt forma, ut non poſſit corporis eſſe materia: cæterùm ad componendam, *primò* neceſſarii ſunt duo termini, puta *Homo* & *Animal*, quorum neuter petit eſſe ſubjectum, & neuter eſſe prædicatum. *Secundò* eſt neceſſaria copula, quæ eſt relatio identificationis, quæ fundatur ſubiecto, & reſpicit intrinſecè prædicatum: hæc eſt quæ ſignificatur verbo ſubſtantivo, quod *Copula* à Logicis dicitur quòd terminos propoſitionis copulet. Si hæc copula fundetur *Homine*, & reſpiciat *Animal*, ut cùm dicimus *Homo eſt animal*, erit *Homo* ſubiectum: ſi fundetur *Animali*, ut ſi diceres, *Animal eſt homo*, erit *Animal* ſubjectum & *Homo* prædicatum.

Hinc patet Terminum eâdem diviſione dividi in ſubiectum & prædicatum, quâ Relativum in fundamentum & connotatum; quam non video cur generis in ſpecies debeat appellari. Qualis ergo eſt hæc diviſio? Subiecti in accidentia: quia his vocibus *Homo* & *Animal* accidit eſſe ſubiectis vel prædicatis: tam enim liberum eſt mihi dicere *Animal eſt homo*, quàm *Homo eſt animal*.

Hæ ſecundæ intentiones ſe tenent ex parte linguæ & calami.

CCCCXIII Hic obiter notandum eſt, in mente non dari ſubjectum & prædicatum; nam vel propoſitio eſt ſimplex qualitas, quod multi probabiliter aſſerunt; aut eſt compoſita, quod etiam probabile eſt: & tamen alterutro modo philoſophemur, cùm mens concipit omnem hominem identificari alicui animali, tam dicit aliquam ſpeciem animalis eſſe omnem hominem, quàm omnem hominem eſſe aliquam ſpeciem animalis. Ergo ſic diſcurrendum eſt, Propoſitio mentalis dicit duos terminos unitos, quorum neuter potiùs quàm alter ſubiectū aut prædicatum eſt; quia utrumque ſimul concipit & ſignificat. At lingua, priùs unum profert, & poſteriùs alterum; & quem priùs pronuntiat, *Subiectum*; & quem poſteriùs, *Prædicatum* appellat. Quod illuſtro & confirmo hoc exemplo. A-B reſpicis. A parte rei non eſt niſi unum totum. Intellectus totum concipit, quod eſt à parte rei; nec duos actus efformat, alterum quo cognoſcat A uniri ipſi B. alterum quo cognoſcat B uniri ipſi A. at linguâ tres actus formamus videlicet. *A & B uniuntur inter ſe, A unitur ipſi B. & B unitur ipſi A.* poſteriores clauduntur in primo; & primus mentali propoſitioni æquivalet.

ARTICULUS III.

De Subſtantivo nomine.

Nomen ſubſtantivum teſte Doctore Angelico libr. periherm. CCCCXIV
lect. 5. *eſt dictio, quæ ſignificat rem, per modum per ſe ſtantis (negativè.)* ſed hæc definitio multis diſplicet. *Albedo*, inquiunt, eſt nomen; non tamen ſignificat rem per modum per ſe ſtantis: ergo corrigenda eſt nominis definitio, quam tradidit Doctor Angelicus. Minorem probant. Nomen enim *Albedo* ſignificat rem, ut verè eſt,

Quid Nomen ſubſtantivum ſit

re eſt: ipſa autem albedo non eſt ens-per-ſe, nec per ſe ſtat, ſed ſubjecto adjacet: ergo.

Quid ſit per ſe ſtare. *An nomen careat tempore.* *An quantitas ſit forma.* *Probabile eſt quantitatem quantitate ſuſtentare.*

Sed hoc ratiocinio non obſtante Thomiſtica definitio retinenda eſt: quia *ſtare* bifariam poteſt ſumi, primò prout ſucceſſioni temporis opponitur; ſecundò prout opponitur adjacentiæ. Si *ſtare* ſumatur priori modo D. Thomæ verba æquivalent Ariſtotelicis; Philoſophus enim cap. 2. lib. 1. perihermen. aſſeruit *Nomen eſſe vocem ſignificantem ex inſtituto ſine tempore.* Si *ſtare* ſumatur poſteriori modo, adhuc verba D. Thomæ ſunt vera, quia ſubjectum ſemper concipitur quaſi ſuſtentans prædicatum. & ſi concipiatur res, quæ ſit accidens, non concipitur quidem quà forma, ac propterea nec quà accidens, ſed quà ſubjectum & ſuſtentans. Quantitas autem, verbi gratiâ, quà colorem ſuſtentans non eſt forma, ergo per ſe ſtare concipitur ſaltem negativè, hoc eſt, non concipitur quà inhærens ſubjecto.

Quid nomen ſubſtantivum, quid adjectivum.

Ex hac doctrina facili negotio poterimus veras nominum & verborum definitiones efformare. Nomen igitur prout abſtrahitur à ſubſtantivo & adjectivo, *Eſt vox, quæ ſignificat rem ut per ſe ſtantem,* hoc eſt, *quà non includentem formaliter ipſum Quando*; quam ſi apprehendas per modum ſtantis per ſe negativè, hoc eſt, ut non adjacentem, erit ſubſtantivum: adjectivum autem, ſi illam concipias primò quà non includentem formaliter ipſum *Quando*, ſecundò quà ſubſtantivo adjacentem; tertiò quà ſtantem per ſe, hoc eſt verbum ſuſtentantem, aut potentē ſuſtentare, quorum prius (hoc eſt, ſuſtentare) nomini accidit, cùm eſt actualiter ſubjectum in aliquâ aſſertione; poſterius (hoc eſt, poſſe ſuſtentare) nomini eidē etiam extra propoſitionem convenit, quia ſemper ſubjectum eſſe poteſt.

Subjectum partiale & totale. *Verbum ſubſtantivum & adjectivum.* *Verbum ſubſtantivum & prædicatum æquivalent verbo adjectivo.*

In hac propoſitione *Homo albus eſt legens*, Terminus *Homo* eſt ſubſtantivus, quia non concipitur ut adjacens alteri, ſed ut per ſe ſtans negativè, imò & ut ſuſtentans poſitivè, ſuſtentat enim albedinem. Terminus *albus* eſt conſignificativus, adjacet Homini tanquam patienti & potentiæ receptivæ, & nihilominùs ſuſtentat verbum, & quà id ſuſtinet, per ſe ſtat negativè, hoc eſt, non adjacet alteri. Ex utroque coaleſcit hic terminus *Homo albus* qui eſt integrum ſubjectum, & ſuſtentat prædicatum illud *legens*. Duæ illæ voces *eſt legens* ſimul ſumptæ (aut breviùs *legit*) ſunt verbum: hoc eſt vox, primò ſignificans rem includentem formaliter ipſum *Quando*; ſecundò exprimens operationem adjacentem ſubjecto non quà potentiæ receptivæ, ſed quà activæ; tertiò nullo modo concipiens rem per ſe ſtantem, hoc eſt, nec concipiens illam ſtare per ſe poſitivè, nec ſtare per ſe negativè.

An tempus eſſentiale ſit verbo? An etiam nomini? *Nota ſemper aliud eſſe ſignificare tempus, & aliud ſignificare cum tempore.*

CCCCXV. Ratio temporis (aut potius ipſius *Quando*) verbo eſſentialis eſt, nomini accidentalis aut potiùs materialis: non poteſt dari verbum ſine tempore; nomina autem plerumque carent tempore, & ſi id aliquando imbibant, imbibent contingenter & materialiter, ut patet in his propoſitionibus, *Dies heſterna iam tranſiit*, ſubjectum eſt *Dies heſterna* licet auferres tempus (ſeu potiùs *Quando*) nempè illud epithethon *heſterna*, adhuc propoſitio ſubſiſteret, maneret enim *Dies tranſiit*; ſed ſi à verbo *Quando* abſtrahas, nec verbum nec propoſitio remanebit. Hinc patet retinendas vulgares definitiones eſſe, nimirùm *Nomen eſt vox ſignificans ex inſtituta ſine tempore, cuius nulla pars ſignificat ſeparata, ut* Homo, *Arbor*: Ariſtot. 1. de interpret. cap. 2. *Verbum eſt vox ſignificans ex inſtituto cum tempore, cuius nulla pars ſignificat ſeparata, ut Amo, Lego*: Ariſt. ibid. cap. 3. & notandum aliud eſſe *ſignificare Tempus*, & aliud *ſignificare cum tempore*, primum enim competit etiam Nomini, ſecundum verò ſoli Verbo: cùm dictio ſignificat *tempus*, tempus ſe tenet ex parte objecti, ut videre eſt in his vocibus *Annus, Menſis, Dies, Hora*, &c. & cùm dictio ſignificat *cum tempore*, tempus ſe tenet ex parte ipſius vocis ſignificantis, ut cùm dicimus, *Amat, Amavit, Amabit*, &c.

Significare tempus, & ſignificare cum tempore diverſa ſunt: quomodo differunt?

Multa ſunt quæ verbis explicare non poſſunt, exemplis poſſunt. *Quid ſit candor?* *Notetur bene.*

CCCCXVI. VOlui Nomen & Verbum explicare, & ut video, rem facilem difficiliorem reddidi. Multa ſunt, quæ pingui Minervâ clariùs dicuntur, quàm ſubtili. Rem illuſtro. Poſtulas quinam ſit ille color, qui à Latinis *Candidus* dicitur; & reſpondet Franciſcus eum eſſe, qui viſum illuminando diſgregat, & diſgregando dilucidat: & Antonius, eſſe colorem nivis. Porrò tibi reſpondit Franciſcus ſubtiliùs doctiuſque; at Antonius & breviùs & clariùs & faciliùs. Ejuſmodi multæ ſunt quæſtiones in Logicâ, quod *libr. 3. cap. 37. de doctrina Chriſtiana*, optimè obſervavit Auguſtinus. *Tanquam, ſi quiſpiam volens dare præcepta ambulandi, moneat*

non

non eſſe levandum pedem poſteriorem; deinde minutatim, quemadmodum articulorum & poplitum cardines oporteat movere, deſcribat; vera enim dicit, nec aliter ambulari poteſt. Sed facilius homines hoc faciendo ambulant, quàm animadvertunt cum faciunt, aut intelligunt cùm audiunt. Qui autem ambulare non poſſunt, multò minus ea curant, quæ nec experiendo poſſunt attendere. Itaque citiùs ingenioſus videt, non eſſe ratam concluſionem quàm præcepta eius capit: tardus autem non eam videt, ſed multò minùs quod de illâ præcipitur. Sic Ego, poſtquam multa legi de Nomine, multa de Verbo; multa dixi, multa ſcripſi, video omnia ipſa eſſe quidem vera, ſed difficilia, & quæ non poſſint ſatis illorum eſſentias explicare. Semper enim manere videntur ſcrupuli, & rationes plurimæ, quæ poſſint obijci. Quam philoſophicè minùs expedio, controverſiam reſolvo & decîdo grammaticè; Nomenque & Verbum ob oculos pono, & rem totam exemplis potiùs quàm definitionibus explico. Nomen enim eſt, id quod declinatur per caſus; ut *Dominus, ni, no.* & Verbum, id quod conjugatur per tempora, perſonas & modos, ut *Amo, as, at. Amare, avi, atum.* Res eſt facilis & Grammaticis nota; nec debet novis ſpeculationibus obſcurior reddi. Sequor Hurtadum *diſp. 3. ſect. 1. & 2.* Verbi & Nominis dialecticas definitiones reiicientem, & utentem grammaticâ; quem fruſtrà impugnat Lalemandetius *in Iſagoge, part. 1. partitione ſextâ, colum.* 25. non enim dicimus Nominis Verbique dialecticas definitiones, quibus utitur Schola, malas, ſed grammaticas clariores & faciliores eſſe.

Rem exemplis expedio. *Nominis & Verbi grammatica definitiones.* *Definitiones Grammaticæ Dialecticis clariores ſunt.*

ARTICULUS IV.

Diſcrimen Adjectivi & Subſtantivi nominis.

CCCCXVII. SVbſtantivum nomen ſignificat rem per modum per ſe ſtantis, ſaltem negativè aut præciſivè, juxta ea quæ ſuperiùs tradidimus. Adjectivũ verò habitudinem ad rem ſignificatam nomine ſubſtãtivo ex quo duxit origine ſignificationis. Idcircò vox *Homo* ſignificat ipſum hominem per modum ſtantis per ſe; *Humanum* verò rem habentem habitudinem ad hominem. *Humanum* ergò in recto eſt Ens affectum habitudine ad hominem: *Humanum* enim nihil aliud eſt quàm *Ens hominis.*

Nominis adjectivi & ſubſtantivi differentia. *Concipitur per modum per ſe ſtantis non cùm concipitur ut non-adjacens, ſed cùm non concipitur ut adjacēs.*

Objectio. Dices: hâc expoſitione benè clareſcere omnium adjectivorum ſignificationem, ſi Ens ipſum excipimus, cuius conceptus præſupponitur: cùm autem Ens ſub acceptione ſuâ latiſſimâ ſit etiam adjectivum, videtur non eſſe expoſita natura adjectivi ut ſic, ſed ſolùm talis adjectivi.

An Ens poſſit ſumi adjectivè? Quid ſit Ens adjectivum?

Omnia, quæ obiiciuntur admitto. Dico igitur ſuppoſito conceptu Entis-adjectivi omnia adjectiva facili negotio explicari, quia *Cæſareum* erit quod eſt Cæſaris, *Romuleum* quod Romuli, &c. Conceptum autem Entis-adjectivi exponam in Metaphyſicis; nunc obiter dico Ens-adjectivè eſſe *id quod eſt Entis*

CCCCXVIII. NOmen in Subſtantivum Adjectivumque diviſimus; & utrumque adhuc poſſumus ſubdividere. Nam ſubſtantivum vel eſt ſpeciale alicuius individui, & tunc dicitur *Proprium*, vel eſt totiùs generis aut ſpeciei, & tunc dicitur *Appellativum.*

Subſtantivorum & Adjectivorum differentia.

Proprium, & Appellativum. Propria ab Appellativis diducebantur, & dividebantur in Prænomina, Nomina, & Agnomina ſive Cognomina. Nomina erant toti familiæ propria; ut *Cornelius, Iulius, Anitius.* [Hæc hodie Latini *Cognomina*, Hiſpani *ſobrenombres* appellant.] Prænomen diſtinguebat unum ab altero in eâdem familiâ; & non plenè, ſed unâ aut alterâ literâ prænotabatur; ut *C. Cæſar; Gn. Pompeius.* nec deerat impoſitionis ratio. *Quintus* enim dictus, qui quinto loco natus; *Sextus*, qui Sexto: *Gneus*, vel dicebatur qui inſignis corpore, vel fortè, qui familiæ futurus parens; quoniam *γίγνεσθαι generare* eſt: *Lucius*, qui ſub auroram natus, &c. alij ex adoptione aut hæreditate prænomina acceperunt: alij ob rationes alias. Hunc etiam hodie morem aliqui Studioſi antiquitatis revocarunt; nam ante paucos annos Ericius Puteanus octavum natu filium, *Vrbanum Octavum* dici voluit, imitatus Nomenclatores veteres, & ſuam erga Urbanũ VIII. Summum Pontificem devotionem teſtatus. Inter Agnomen & Cognomen nullam differentiam reperit Cicero; nullam Ego. Illud superveniebat à virtute, à fortunâ; à corpore, à provintiis, ab ætate & ab artibus. Sic *Pius*; *Superbus*; *Magnus*; *Pulcher*: *Craſſus*; *Africanus*; *Germanicus*; *Senior*; *Iunior*, *Major*, *Minor*; *Pilumnus*: &c. Nec hodie hæc ſunt obliterata omninò, quoniam cùm dicimus;

Prænomen, Nomen, Cognomen vel Agnomen. *Quintus. Sextus. Gneus.* *Lucius.* *Vrbanus Octavus Puteani Filius.* *An Nomen & Agnomen differant? Vnde ſumantur?*

An hodie uſurpemus Agnomina?

Philippum I. Auſtriacum Pulchrum. Ferdinandum II. Auſtriacum Pium. &c. videmur imitari Romanos: nam *Auſtriacus* eſt nomen familiæ, *Philippus* & *Ferdinandus*, ſunt Prænomina. *Primus Secundus*, &c. ſunt adhuc differentiæ Prænominum; & tandem *Pulcher, Pius*, &c. ſunt cognomina.

CCCCXIX. *Adjectiva nomina.*

A Subſtantivis Adjectiva exoriuntur, quorum multæ ſunt claſſes, quas eruditè expendunt qui rebus Grammaticis inſudant. Philoſophus non poteſt non noviſſe ſequentes.

Poſſeſſivũ.

Poſſeſſivum dicitur, quod ad alium pertinet ut dominum. Ita *Evandrius enſis*, idem eſt, ac *Evandri enſis*.

Materiale.

Materiale, quod denominatur à materiâ, ut *Columna marmorea*, idem eſt ac *ex marmore facta*.

Formale.

Formale, quod denominatur à formâ; intrinſecâ quidem, ut *Album*, hoc eſt, *Ens affectum albedine*; extrinſecâ verò, ut *dexterum*, hoc eſt, *constitutum ad animalis dexteram*.

Forma duplex.

Adjectiva Theologica.

His adde *adjectivum Theologicum*; veteres enim Patres defectu vocum nomina ipſa ſubſtantiva adjectivè ſumpſerunt; quo ſenſu voluit olim aliquis dicere Patrem, Filium & Spiritum-ſanctum eſſe Deos, hoc eſt, Divinos: & Patrem Filiumque eſſe Spiratores, hoc eſt, Spirantes. Prima phraſis unius Magni Præſulis fuit; & ſecunda Auguſtini; multæque occurrunt ſimilea, quæ hâc obſervatione explicantur, aut ſaltem eruditè excuſantur. Excuſantur, inquam: non enim nobis illis uti licebit, cùm nulla nos cogat neceſſitas, quæ fortè Doctores antiquos coëgit.

Illis uti non licet.

ARTICULUS V.

De Verbô Subſtantivo.

CCCCXX. *Nominis & Verbi differentia.*

VErbum, ut diximus, *eſt vox ſignificans cum tempore*. Qualiter differat à Nomine, Iam expoſuimus: at hìc placet adjungere notiſſimum aliud diſcrimen: differt enim Verbum à Nomine, quod hoc ſine illo poſſit eſſe, non verò contra. Cùm dicimus *Petrus*, ſtatim concipimus Petrum, & quieſcimus; ſed cùm dicimus, *Sum, Es, Eſt*, &c. neceſſariò intelligitur *Ego, Tu, Ille*, &c. Verbum Subſtantivum eſt ſubjecti & prædicati copula, & ut *libr. 1. Perihermen. cap. 3.* benè notavit Ariſtoteles, *conſignificat quandam compoſitionem, quam ſine partibus non eſt intelligere*. Cum dicimus *Eſt*, importatur quædam compoſitio nominum, quia ſtatim inquiritur, quis ſit ille, qui eſt? & quid ſit? nec quieſcit animus, quouſque audiat *Petrus eſt albus*, tunc enim utrumque cognoſcit.

An Nomen carere Verbo poſſit: an Verbum Nomine?

Quid ſubſtantivum Verbum ſit

CCCCXXI. *Objectio prima.*

An ſint verba, quæ ſine tempore ſignificent?

SEd obiicies. Dantur verba quæ careant *quando*: ergò malè fuit verbum diffinitum. Aſſumptum probant hæ dictiones, *Legere, Amans, Amaturus*.

Reſpondeo hæc non eſſe verba, ſed nomina verbalia; *Legere* enim idem eſt ac *lectio*, hæc enim aſſertio, *Volo legere*, æquivalet huic, *Volo habere lectionem*. Reliqua ſunt participia, quæ non debent excludi à ratione nominum. Addo non carere illa tempore, aliud enim eſt *Eſſe*, aliud *fuiſſe* vel *fore*, & tamen totum diſcrimen in tempore eſt.

Objectio ſecunda.

Obiicies iterùm: dantur nomina quæ imbibant quiditativè *quando*, ut cùm dicimos: *Præteritum tranſit, Futurum veniet, Præſens tranſit, Amavit, eſt tertia perſona*: malè ergò ponitur diſcrimen inter nomen & verbum.

Suppoſitio materialis, quæ

Reſpondeo in hâc poſitione, *Amavit, eſt tertia perſona*, ſubjectum ſupponi materialiter, juxta ea, quæ diximus; ac propterea *quando* ibi non includi formaliter & per modum copulæ identificantis. Eodem modo alias propoſitiones expono, vox enim *Præteritum* nomen eſt; quia licet *quando* includat, includit purè materialiter, non verò formaliter & per modum copulæ inter duo extrema. Subjungo aliud eſſe ſignificare tempus, & aliud ſignificare cum tempore; quam ob rem, licèt daremus multa eſſe nomina, quæ ſignificant tempus, non eſſemus ideò conceſſuri dari vel unum, quod ſignificaret cùm tempore; quia id verbis ſolummodò competit.

Significare tempus, & ſignificare cum tempore diverſa ſunt.

NOTA I.

CCCCXXII. *An aliqua creatura careat tempore?*

HÆc omnia quæ de *Verbo* & *Quando* ſunt dicta, ordinem rerum naturalium reſpiciunt, nulla enim eſt creatura quæ careat *Quando*, nulla quæ tempore. Cæterùm, quia probabilis eſt illa D. Thomæ ſententia, quæ aſſerit tempus & quando realiter à Corporum exiſtentiâ diſtingui, poſſeque divinitùs fieri hominem, qui nuſquam & nunquam exiſtat, & tamen verè & realiter exiſtat; volo hanc ipſam opinionem ſupponere, & recognoſcere ea, quæ de Verbo ſunt dicta. Sic diſcurro.

An ſimul exiſtere & tempore carere poſſit

Si omnia corpora Deus ornari exiſtentiâ, & tempore carere vellet, nullum eſſet *quando* inte-

in rerum naturâ, nullum tempus. Ergo in tali caſu malè definiretur Verbum à dicente, *eſſe vocem ſignificativam cum tempore*. Ergo aliter definiri deberet.

Dantur aliæ definitiones. Quid ſit Verbum. Quid nomen. Sed quo modo? Meliùs id ſcirem exponere grammaticè quàm logicè; dicerem primò, in tali caſu tolli debere omnia tempora, quibus hodie utuntur Grammatici, & ponendam unicam inflexionem omni carentem tempore. Dicerem ſecundò: Verbum *eſſe vocem, quæ variatur per perſonas & numeros*; adderem Nomen *eſſe vocem, quæ variatur per numeros & caſus*. Si tandem dialecticè cogerer definitionem Verbi tradere, dicerem Verbum ſubſtantivum *eſſe copulam ſubjecti & prædicati*: *Quid Verbum ſubſtantivum.* nam in hâc propoſitione *Petrus eſt legens*, ſi ſingulæ partes dialecticè denominentur, *Petrus* eſt ſubjectum, *Legens* eſt prædicatum, *Eſt* eſt copula ſeu verbum ſubſtantivum: *Quid adjectivum.* adderem verbum adjectivum includere copulam & prædicatum.

NOTA II.

CCCCXXIII. *Latini primi Nomenclatores quales. Philoſophi ſæpè carent vocabulis.* Latini Idiomatis Inſtitutores Politici fuerunt, non Philoſophi; & ideò caſus Nominibus & tempora Verbis adſcripſerunt, quibus uſus indigebat humanus. Et Philoſophi, quando ſubtiliter tractamus ſingula, hæremus; & defectu vocum circumloquimur; & quia dictiones alienâ ſignificatione cogimur uſurpare, aut obſcuri ſumus, aut Lectores in ſenſus æquivocos trahimus. Hinc eſt, quod quo calamum Philoſophicum mihi paraverim, Grammaticas Inſtitutiones, quas alij tradiderunt, complerem, & ob oculos ponerem. Non eſt animus omnia Verba aut complere, aut corrigere, nam Adjectiva poſſunt reduci ad Subſtantivum, quo correcto cætera poterunt tolerari. Illud ergo ſic corrigo, Sic ſcribo. Sic explico.

Modi verbi ſubſtantivi. Verbum *Sum, es, fui.* habet quinque Modos (nimirùm, Metaphyſicum, Indicativum, Imperativum, Subjunctivum, & Infinitivum; Primus non habet Tempora, ſed Conſiderationes: at cæteri habent Tempora. Præteritum, Præſens & Futurum) excipe interim Imperativum, qui caret præterito, ſi ad præteritum nulla eſt potentia. *An Imperativus habeat præteritũ? An in ad præteritum ſe extendat potentia Divina?* Sed quia Deus æquè ad præterita, quàm ad futura potens eſt, non caret omninò præterito: velaliàs ſtriderent multæ Eccleſiæ Orationes, quæ fiunt in Miſsâ pro defunctis, quia in inferno nulla eſt redemptio. Non ergo oramus Deum, ut defuncti animam ab orco eruat; ſed ne permiſerit, ut in orcum ſit lapſa: oramus ergo rem præteritam, quæ vires potentiæ Divinæ non excedit. His poſitis ad Verbi Subſtantivi inflexionem veniamus.

MODUS METAPHYSICUS.

CCCCXXIV. *Inflexiones Metaphyſicæ Verbi Subſtantivi.* *Conſideratio eſſentialis.* Sam, *Ego ſive exiſtam ſive non, conſideratus ſecundum prædicata eſſentialia ſum (puta, Animal rationale)* Sas, ſat: ſamus, ſatis, ſant. *& ſumitur præciſivè & negativè: hoc eſt præſcindendo aut etiam negando exiſtentiam.* *Reſpondent Eſſentiæ, Poſſibilitati: Exiſtentiæ:*

Conſideratio exiſtentialis. Sem, *Ego quidem exiſto in rerum naturâ, ſed certo tempore*, Ses, ſet: ſemus, ſetis, ſent.

Æternitati. *Conſideratio æterna.* Sym, *Ego per durationem ſimultaneam & indiviſibilem omni præterito, omni præſenti, & omni futuro ſum præſens*, Sys, ſyt: ſymus, ſytis, ſynt. *Utor y & non i. ut diſtinguam conſiderationem iſtam à præſenti Modi Subjunctivi. Huc propriè non pertinent omnes propoſitiones quidditativæ ſed divinæ, ut* Pater ſyt generans Filium, *unde illud Pſalmi,* Ego hodie genui te, *ſi ad Metaphyſicam dialectum transferatur, erit*, Ego ſym generans te. *Sed quò pertinent creatæ poſitiones quidditativæ? ad conſiderationem primam: dicimus enim.* Animal ſat vivens ſenſibile; Homo ſat animal rationale.

Tempori ab æterno in æternũ duranti: Poſitivè. *Conſideratio ampla.* Som, *Ego per durationem ſucceſſivam ſemper fui, ſemper ſum, ſemper ero*, Sos, ſot: ſomus, ſotis, ſont. *Hæc eſſendi conſideratio convenit Mundo Peripatetico; & conveniret cuicumque creaturæ, quæ eſſet ab æterno & in æternum. Sumitur hæc etiam amplitudo negativè; & tunc convenit propoſitionibus, quæ æternæ veritatis dicuntur: hæc enim propoſitio*, Homo ſat animal rationale, *negativè.* *æquivalet huic*, Nullum fuit tempus, nullum eſt, nullum erit, in quo fuerit verum dicere, Homo non eſt animal rationale. *Hæc etiam amplitudo ſumitur æviternè*; *æviternè.* *cùm enim agimus de creaturis quæ ſunt immortales de facto, caret illâ extenſione præteriti; nulla enim creatura ab æterno fuit condita: quamobrem hæc propoſitio* Angelus ſot, *æquivalebit huic*, Angelus ſemper eſt, & ſemper erit.

Conſideratio præciſa. Sum, ſos, ſut; ſumus, ſutis, ſunt. *Præciſionĩ* *Hic non eſt timenda æquivocatio, nam utemur frequentiùs certâ perſonâ ſingulari. Hoc tempus eſt aoriſtuum, & à præterito, præſente, & futuro præciſum; nec poteſt verbo aliquo Latino explicari,*

MODVS INDICATIVVS,

CCCCXXV. *Præteritũ præſenti eſt prius.* *Tempus ante præteritum.* Fueram, fueras, fuerat: fueramus, fueratis, fuerant. *& vocatur Præteritum plus quam perfectum.*

Præteritum perfectum. Fui, fuiſti, fuit: fuimus, fuiſtis, fuerunt vel fuêre.

Præteritum imperfectum. Eram, eras, erat: eramus, eratis, erant.

PRÆSENS. Sum, es, eſt: ſomus, eſtis, ſunt. *Et hoc poſſemus dividere in perfectum, & imperfectum ſi vellemus.* *Quot tempora præcedunt præſens, tot ſequuntur,*

Futurum imperfectum. Ero, eris, erit; erimus, eritis, erunt.

Futurum perfectum. Hoc tempore caret indicativus, & loco illius ſolet ſubrogare imperfectum, vel pluſquam perfectum. Si è re eſſet aut indigeremus iſto tempore, poſſemus dicere, Fuy, fuyſti, fuyt; fuymus; fuyſtis, fuyerunt, *vel* fuyêre. *Sed poſſumus illo carere.*

Tempus poſt futurum. Fuero, fueris, fuerit: fuerimus, fueritis, fuerint. *Poſſet dici Futurum pluſquam perfectum. Et bone Deus! quàm eſt*

varia huius temporis apud Iuniores & Veteres ſignificatio!

MODVS IMPERATIVVS.

An ſit præteritum in Imperativo?

In futuro, & Præſenti (aut etiam in Præterito, ſi oremus Deum) habet, Es vel eſto. eſto : eſte vel eſtote; ſunto.

MODS SVBIVNCTIVVS.

Subiunctivi obſcuritas.

Vix illo indigent Scholaſtici : eſt valdè æquivocus & varius; nec habet tempus, quod non luxetur ad diverſa tempora, & interdum oppoſita. Vide mea Grammatica Scholaſtica num. ubi multa de hoc Modo edisſerui.

MODVS INFINITIVVS.

Præteritum. Fuiſſe.
Præſens & Imperfectum. Eſſe.
Futurum. Fore. Futurum eſſe.

Gerundia. Eſſendi, eſſendo, eſſendum, eſſendo. *Hic nec Oratores, nec Poëta, ſed Scholaſtici frequentiſſimè utuntur.*

Ens, *eſt nomen ſubſtantivum.*

Flavius fuit primus, qui Ens extulit.

Ens, *eſt adiectivum: & participium præſentis: debetque à ſubſtantivo diſtingui, vel nos ſæpè in magnos labyrinthos inferre.*

Futurus, *eſt participium futuri.*

Hæc eſt Verbi ſubſtantivi coniugatio, quâ in Philoſophicis, quâ in Theologicis uſurus ſum, cujus defectu multi Authores contra D. Thomam exclamant, quando agitur de Duratione Divinâ, quando de creaturarum præſentiâ in menſurâ æternitatis, quando de corpore carente tempore; quibus controverſiis ſubtiliſſimis explicandis & dilucidandis Indicativus non ſufficit. Ergo quia Metaphyſico Modo ſpecialiter indigere videmur, hoc carmen addo, quod quinque eſſendi modos, ſeu quinque unius & ejuſdem rei conſiderationes complectitur. CCCC. XXVI.

Ob defectum Modi Metaphyſici ſunt multæ difficultates in Scholis ſpeculativis.

1. 2. 3. 4. 5.
Res eſt, exiſtitque æternùm, ſemper, & Unquam.
A E Y O V

Illud pono, ne ordo conſiderationum oblivioni mandetur.

Hoc modo Author eſt uſurus.

His conſiderationibus vix in Logicis utar, at in Metaphyſicis & Theologicis ita frequenter, ut graviores de Quiditate, Immenſitate, Æternitate, Libertate, Prædeſtinatione & Trinitate controverſiæ ad has conſiderationes debeant neceſſariò reduci.

Hos quinque modos ſufficientes exiſtimo, at ſi maior diſtinctio placeat his carminibus utere

1 2 3 4 5
Res eſt, exiſtit, æternum, ſemper, & unquam.
6 7 8 9 10
Æquivocè, haud aliud, idem, poſſibile, ſi ſit.
11 12
Infert, eſt ſimilis, &c.

Sed quia quinq; priores modi videntur omninò ſufficere, illis & nos poterimus eſſe contenti: quod ſi uti cæteris placeat, etiam illis uti poterimus, & ad numeros & leges ſequentes explicare. Nam

Eſſe æquivocè.

Sextus eſſendi modus eſt æquivocus, qualis hodie in verbo *eſt* reperitur: in octavo iſto modo ipſamet æquivocatio exprimitur, idem enim eſt dicere, *Deus & creatura ſunt* (6.) quàm dicere, *ſunt quidem, ſed æquivocè.*

Eſſe negativè.

Septimus eſt negativus : & juxta illum hæc poſitio, *Materia prima præciſa ab omni quantitate eſt* (7) *una.* æquivalebit huic *eſt una negativè.* & reſpondebit Angelici Doctoris opinioni.

Identificari.

Octavus reſpicit identificationem poſitivam, qualem Scotiſtæ & Thomiſtæ & quotquot præciſiones obiectivas admittũt, cognoſcunt inter formalitatem: hæc enim, Aſſertio, *Rationale eſt* (8) *animal*, æquipollet huic, *Rationale identificatur animali.*

Non repugnare: Eſſe poſſibile.

Nonus modus concernit ſtatum poſſibilitatis; nam cum ſcribimus *Alius mundus eſt* (9) illud *eſt* non dicit exiſtentiam, ſed non repugnantiã tantummodò : & illa propoſitio æquivalet huic, *Mundus alius poſſibilis eſt.*

Eſſe conditionaliter.

Decimus modus conditionalis eſt, & ad illum poſſumus & ſolemus propoſitiones eſſentiales reducere: hæc enim, *Triangulus habet tres lineas.* poteſt exponi per hanc, *Si aliquis triangulus exiſtit, tres lineas habet; nec enim extitit. nec exiturus eſt aliquis, qui plures aut pauciores habeat.*

Inferre.

Undecimus modus eſt illativus, unde illud Peripateticorum Pronunciatum, *Generatio unius eſt* (11) *corruptio alterius*, æquipollet huic, *Generatio unius infert corruptionem alterius.*

Eſſe metaphoricè.

Et ultimus eſt metaphoricus, & ex metaphoris in ſenſu rigoroſo explicatis multi errores ſunt orti. Conſidera ſequentes Poſitiones: *Vicit* (12) *leo de tribu Iuda.* &c. *Ambulabat* (12) *Deus ad auram poſt meridiem.* &c. *Pœnituit* (12) *Deum feciſſe hominem.* &c.

ARTICVLVS VI.

De Verbo adiectivo.

Quid adiectivum verbum ſit

ALiqui valdè prolixè explicant diſcrimen inter verbum ſubſtantivum, quale eſt *Sum, es, &c.* & adiectivum quale eſt *Lego, legis &c.* nos verò facili negotio expediemus. Sit concluſio. *Verbum adiectivum eſt compoſitum ex verbo ſubſtantivo & prædicato.* Et probatur: quoniam in hâc propoſitione *Petrus eſt Legens, Petrus* ſubjectum eſt, *Legens* eſt prædicatum, & verbum ſubſtantivum copula: eidem verò propoſitioni æquipollet hæc *Petrus legit,* ecce illud *legit* eſt idem ac *eſt legens*: ergò verbum adiectivum eſt compoſitum ex prædicato & copulâ. CCCCXVIII. *Subſtantivi & Adiectivi Verbi diſcrimen.*

Scio eſſe aliquos, qui docuerint verbum *eſt* eſſe prædicatum: alios, qui moderatiùs, ſe illud tenere ex parte prædicati, ſed quia ipſi dum multa argutè immiſcent, tandem incidunt in quæſtionem phyſicam vel de nomine, non eſt cur Studioſos pluribus in re facili onerem. Sanè incidunt in quæſtionem phyſicam, qui enim docet copulam propoſitionis, quæ eſt inter ſubiectum & prædicatum, eſſe prædicatum, eodem iure dicere poſſet unionem, quæ inter corpus & animam reperitur eſſe formam. Et ſanè incidunt in quæſtionem de nomine, quia tandem utraque controverſia (tam Logica, quàm Phyſica) à vocum acceptione pendebit. *An Verbũ eſt ſit prædicatum?* *An corporis & animæ unio ſit forma?*

CCCCXIX. QUærunt hîc aliqui, An Diviſio Dictionis in Nomen Verbumque, & Termini in Subjectum & Prædicatum, eadem ſit? Aſſerunt nonnulli, negant reliqui: & utrique armantur verbis Doctoris Angelici, quæ variè exponunt. *Libr. 1. periherm. lect.* 2. ait: *Ideò in talibus* EST *prædicatur ut adiacens principali prædicato, & non dicitur eſſe tertium prædicatum, ſed quia eſt tertia dictio poſita in Enunciatione, quæ ſimul cum Nomine prædicata facit unum prædicatum, ut ſic propoſitio dividatur in duas partes, & non in tres.* Et libr. 1. lect. 5. *ſemper* (nempè EST) *ponitur ex parte prædicati nunquam tamen ex parte ſubiecti.* Et libr. 2. lect. 3. *Verbum quod prædicatur in adiectivis.*

Verbum dari ſubſtantivum ſe tenens ex parte prædicati, & ſimul cum prædicato cenſeri Verbũ adiectivũ.

Ex his colligo bifariam poſſe reſolvi Enunciationem, videlicet, aut in Nomen & Verbum, aut in Subiectum & Prædicatum. Prima reſolutio Grammatica potiùs quàm Logica eſt: ſecunda eſt verè Logica. Cùm Grammaticè Enũciatio reſolvitur, reſolvitur in duas partes; Nomen, Verbum: cũ Logicè, in tres; Subjectũ, Prædicatũ, Copulã. Copula in Verbis adjectiviſe tenet ex parte prædicati, non quod ſit prædicatum verè, ſed quod uno & eodem vocabulo copula & prædicatum ſignificetur. Et hinc patet, quo ſenſu fuerit loquutus D. Thomas.

Propoſitionis enuntiativæ diviſio apud Grammaticos & apud Logicos.

Ex dictis evidenter colligitur non dari mentaliter verba adiectiva, ſed omnia eſſe purè ſubſtantiva: homines enim compendii gratiâ voluerunt, quod ſimplex dictio multis conceptibus æquivaleret: Nam ſicut *Nemo* eſt idem ac *Nullus homo*: *Equidem* eſt *Ego quidem*; *Nudius tertius, nunc eſt jam dies tertius*; *Dieſpiter*, *Diei eſt pater*: Sic etiam *Legit* eſt idem ac *eſt-legens*. Et ratio eſt; Quia vel Propoſitio mentalis eſt ſimplex vel compoſita qualitas. Si compoſita, habebit tres partes ſubjecto, copulæ & prædicato correſpondentes. Si ſimplex, diſtinguetur extrinſecè penes diverſa connotata, & ſicut à parte rei alia eſt formalitas ſubiecti & alia prædicati, ſic alia copulæ. [Utrùm hæc ipſa ſubjecti & prædicati identificatio ſit poſitiva, aut negativa, ſuo loco uberiùs explicabimus.] *An dentur Verba adiectiva in mente?* *An identificatio ſit poſitiva?*

Sit ergo Reſolutio, *non eſſe eandem diviſionem termini in Nomen & Verbum, & in Subiectum & Prædicatum.* *Diſſolutio quæſtionis.*

ARTICULUS VII.

De Terminis Infinitis.

NOmen infinitari dicitur, cùm afficitur præviâ negatione; ut *Non homo,* hoc eſt, *Ens quod non eſt homo.* Verba nunquam infinitantur, ut benè advertit D. Thomas *libr. 2. periherm. lect. 3.* quia ſi ipſis negatio altera præponeretur, propoſitio eſſet omninò negativa, ut *Petrus non eſt equus, Lapis non vivit.* CCCCXXX. *Quid ſit Infinitatio? An poſſint Verba infinitari?*

Omnis negatio eſt in ſubjecto.

Ut hoc meliùs percalleas adnotato, non poſſe concipi negationem aliquam ſine ſubjecto, ideò cùm dicimus *Animal irrationale*, intelligimus animal affectum rationalitatis negatione; cùm dicimus *Non-equum*, intelligimus ſaltem Ens cum negatione equinitatis, reliquum, ſi diceremus *Non-ens*, quid poneremus pro ſubjecto? quidquid poneretur eſſet Ens, ac propterea eſſet ſimul *Ens & Non-ens.*

implicare, quid ſignificet hæc vox, Nihil, de quâ in Metaphyſica multa ſumus dicturi.

Non omnis univerſalis convertitur per contrapoſitionem.

Hinc patet hanc propoſitionem *Omnis homo eſt animal* per contrapoſitionem, de qua agam infrà, converti in hanc, *Omne non-animal eſt non-homo*: hanc verò *Omnis homo eſt ens*, per contrapoſitionem converti non poſſe; quia ſi diceretur, *Omnis non-ens eſt non-homo*, formaretur linguâ propoſitio de ſubjecto non ſupponente, ut dicitur; ac propterea eſſet linguæ monſtrum, ac merus verborum allogiſmus.

Nota hoc bene.

CCCCXXXIII. Sunt aliqui, qui Ens infinitari poſſe affirment, ſed & ipſi *Entis* nomine non intelligunt ſupremum Entis prædicatum, ſed aliquod aliud ſubalternum: Ens enim quâcumque differentiâ contractum infinitari poſſe, certum eſt. Nam ſi *Ens* pro *Exiſtente* accipiatur, ſicut *Non-exiſtens*, ita dici poſſet *Non-ens*, nec ulla involveretur contradictio; quia cùm in tali caſu diceremus, *Ens quod non eſt ens*; vox Ens acciperetur diverſimodè; primo nimirùm loco pro Ente abſtractiſſimo, & ſecundo pro Exiſtente, ſeu Ente contracto. Sic erat intelligendus Diogenes quando dicebat, *Homines quæro. Homines qui ſint homines.* aureo enim ſæculo *homines*, hoc eſt, Rationalia animalia, erant *homines*, hoc eſt, humani, boni, juſti, & ductum rationis ſequentes, qui tamen hodie, quia inhumani, mali, injuſti & abutentes ratione ſunt, non ſunt digni, qui *homines* nominentur.

Ens ſubalternum poteſt infinitari.

Laertius lib. 6.

An omnes homines ſint homines?

N O T A.

Hæc diximus ſtando communi Logicorum ſententiæ, quæ propoſitionem negativam, qualis eſt, *Petrus non eſt lapis*, à Propoſitione de prædicato infinito, qualis eſt, *Petrus eſt non lapis*, diſtinguit. Sed, ſi quæras, an hæc ipſa communis ſententia ſit vera? reſpondebit inferiùs libellus, cui titulus *Herculis Logici labores tres*, in quo labor primus illas coïncidere oſtendet, & totam communem Logicam debere alterari, aut mutari. Interim prudens & cautus Præceptor permittat ſuis diſcipulis ſupponere has duas propoſitiones diſtingui, quia aliàs mirum in modum eorumdem ingenia perturbabit: interdum enim, quæ minùs probabilia ſunt, cum maiori fructu traduntur, quàm quæ probabiliora judicantur.

An hæ duæ propoſitiones, Petrus non eſt lapis, & Petrus eſt nõ lapis, diſtinguantur?

An probabiliora ſemper ſint meliora?

ARTICVLVS IX.

De termino Directo, & Reflexo. Vltimo & Non-ultimo.

Mentalis terminus in directum & reflexum dividitur. Prior habetur de ipſomet conceptu objectivo immediatè: poſterior verò eſt cognitio cognitionis. Verbi causâ. Conceptus quo cognoſco hominem, dicitur terminus mentalis directus: ille autem qui reflectitur in cognitionem, quæ cognoſcebat hominem, vocatur reflexus. Et ut loquamur conſequenter, ſic oportet diſcurrere. Aliud eſt *me intelligere lapidem*, & aliud *ſcire me intelligere lapidem*. Ergo aliud erit me loqui de ſyderibus, & aliud dicere me loqui de ſyderibus: Dicendum igitur eſt, eum habere cognitionem reflexam, qui ſcit ſe ſcire, intelligit ſe intelligere, cognoſcit ſe cognoſcere: & per conſequens, illum loqui reflexè aut uti loquutione reflexâ, qui ſe dicere dicit, ſe proferre profert, & ſe pronunciare pronuciat. CCCCXXXIV.

Conceptus directus & reflexus.

An idem conceptus poſſit ſuper ſe ipſum reflecti? Examinabitur inferiùs in Logicâ Mentali.

An dentur voces reflexæ: & quid illæ ſint?

TERMINVS iterùm aliàs eſt *Vltimus*, aliàs *Non ultimus*; ratio nominum eſt, quod concepto objecto non poſſumus ulteriùs progredi, ſed cognoſcendo cognitionem adhuc poſſumus progredi ad objectum. Hinc eſt quòd multi etiam voces illas, quæ dictiones, ſcripturas, & reliquas voces ad placitum reſpiciunt, terminos non-ultimos appellent: vox enim quæ aliquam dictionem aut etiam ſcripturam ſignificat, ultra dictionem aut ſcripturam progreditur ad vocis aut ſcripturæ objectum ſignificandum. Alii terminum non-ultimum vocant objectum, ultimum cognitionem; quia cognito objecto adhuc poſſum cognoſcere.

Quæſtiones quæ ab æquivocatione oboriuntur, facilius & utilius tolluntur, ſolvuntur. Nodum Gordium

Carere poſſum nominibus Vltimi & Non-ultimi.

 me

quem ſolvere Alexander nõ potuit, potuit rumpere, & ſolvere. me illud concipere. Idcircò libentiùs uteter nominibus *Directi* & *Reflexi*, quàm *Vltimi* & *Non-ultimi*, ne diſcurſus æquivocatione laboraret.

HIc quæſtio difficillima occurrit. An-ne uu' & de actus poſſit eſſe ſimul directus & reflexus? De mentali agam inferiùs, cùm mẽtalia tractavero: de vocali nõnihil hîc ſubſcribo.
CCCCXXXV. *Suppoſitio materialis eſt duplex.* PUTO PRIMÒ voces materialiter ſũptas, nõ ſẽper ſeipſas ſingulariter ſignificare; quoniã q dicit, *Vox Homo eſt diſſyllaba*, non dicit eſſe diſſyllabam illam ſolam ſingularem vocem *Homo*, quam profert; ſed quamcumque vocem *Homo*, à quocunque illa proferatur. *Vniverſalis,* Ergo ſiquidem vox illa prolata eſt ſingularis & objectum eſt univerſale (nempè illud, quod prædicabitur de pluribus vocibus Homo) certum eſt non ſignificare ſeipſam.

& ſingularis. PUTO SECUNDÒ, poſſe dari caſum, in quo dictio ſignificet ſe ipſam. Sic eum propono. Petrus totâ vitâ ſuâ nullum verbum Græcum protulerit, & tandem modò dicat, *Hæc vox ἄνθρωπος, eſt prima Græca, quàm protuli.* Hæc propoſitio erit vera; & interrogo quid ſit objectum illius prioris termini: nam vel eſt ipſa vox ἄνθρωπος quam profert, vel alia: non alia, quia eſſet propoſitio falſa: ergo illa ipſa: ergo evidens eſt, quòd nomen ἄνθρωπος in propoſitione datâ ſeipſum ſignificet.

PUTO TERTIÒ, vocem ἄνθρωπος in exemplo poſito non eſſe reflexam, ſed ſignificare materialiter, hoc eſt, ſeipſam.

PUTO QUARTÒ. Hanc, *Petrus currit*, eſſe orationem directam; hanc: *Ego dixi Petrum currere*, eſſe reflexam: & priorem eſſe poſterioris objectum: ac propterea in hoc caſu non eſſe eamdem vocem directam ſimul & reflexam. *Oratio directa & reflexa,*

PUTO QUINTÒ, poſſe dari caſum, in quo eadem vox ſit directa & reflexa. Siſtatur Paulus, qui totâ vitâ nullum verbum protulerit, iſque dicat: *Ego loquor Latinè.* An-non verè? Et ſi verè; an-non hæc ipſa propoſitio reflectitur ſuprà ſe ipſam? nam ſi benè conſideres, hæc propoſitio non ſignificat aliquid à ſe diſtinctum, nam eſſet falſa, & ſupponitur vera. Sed nec ſumitur hîc materialiter, quia materialiter ſumpta non eſſet propoſitio integra, ſed extremum alius propoſitionis, ut ſi diceret aliquis, *Ego loquor latinè, eſt enunciatio affirmativa.* Ergo eſt reflexa. *poſſunt concidere.*

ARTICVLVS X.

De Termino Complexo & incomplexo.

INcomplexus idem qui ſimplex; complexus autem qui compoſitus. Simplices ſunt *Homo, Equus, Leo*, Compoſiti *Homo albus, Equus velox, Leo afer.* Et dicendum illum terminum complexum dici cujus partes ſeparatæ ſignificant id quod in toto, ut conſtat in hoc termino, *Homo albus*: illum verò incomplexũ cujus partes vel ſeparabiles non ſunt, vel ſeparatæ nihil ſignificant, vel ſi quidpiam ſignificant, non eodem modo ſeparatæ quo conjunctæ. *CCCCXXXVI. Terminus ſimplex & compoſitus.*
Dabo exempla: vocis *Pax* partes ſeparabiles non ſunt, quia ſine vocalibus conſonantes pronũciari non poſſunt; vox *Aula* poſſet in partes dividi, ſed hæ nihil ſignificarent: vox autem *Dominus* dividi poteſt in ſignificativas (nempè *do* & *minùs*) hæ tamen non ſignificabunt diviſæ, quod ante diviſionem. *Simplex & triplex,*

CCCCXXXVII. *Terminus Complexus & incomplexus ſubdividitur.* SI rem accuratiùs inſpiciamus, adhuc poterimus Terminum Complexum & Incomplexum ſubdividere: occurrit enim aliquando I. Terminus ſimplex ſignificatione, & compoſitus pronuntiatione: II. ſimplex pronuntiatione & compoſitus ſignificatione: III. ſimplex utroque modo: IV. ſimplex neutro. *Pono exempla.*

Species diviſio. Dicis ſpeciem dividi in ſubjicibilem & Prædicabilem. Et poſtulo dari nomina quibus indigitentur. Caret inquies, Lingua Latina ſimplicibus, & debemus has duas ſpecies (utraque tam ſimplex eſt, quàm Homo) nominibus compoſitis ſignificare. Ergo *ſpecies ſubjicibilis* unicum nomen eſt, ſignificatione ſimplex, & pronuntiatione compoſitum. Hic ALIQUID obſervandum occurrit. Jubeor ſpeciem eandem definire, & dico, *Species ſubjicibilis eſt ſpecies ſubjicibilis.* An-ne hæc eſt bona definitio, & non potiùs propoſitio identica? *Multæ ſunt bonæ definitiones, quæ videntur poſitiones identicæ.* Eſſe definitionem bonam aſſero, eſſe identicam propoſitionem nego. Ut meliùs rem intelligas, pone ſpeciem illam ſubjicibilem vocari *ſpeſubiam*; an-non in tali caſu tam eſſet bona definitio, *ſpeſubia eſt ſpecies ſubjicibilis* quàm hæc, *Homo eſt animal rationale*? *Nota hoc benè.* Ergo etiam hæc, *ſpecies ſubjicibilis eſt ſpecies ſubjicibilis*, eſt bona definitio; quia prædicatum eſt genus & differentia ut antea; & ſubjectum non eſt genus & differentia, ſed ſpecies: quia vocabulorum defectu huic voci *ſpecies ſubjicibilis*, quam *ſpeſubia* loco ſobrogo, illam ſpeciem contractam ad ſubjicibilem, præcipitur ſignificare. CONFIRMO altero exemplo. Excidat à Linguâ Latinâ nomen *Homo*, quî dicemus *Homo eſt animal rationale*? Dicemus, *Animal-rationale eſt animal rationale*, & tunc

tunc prædicabimus genus & differentiam de ſpecie: aliter *Animal rationale* ſumeretur in prædicato, aliter in ſubjecto: nam in ſubjecto ſumeretur pro voce *Homo*, quæ excidiſſe ſupponitur; nec volumus aliud ip ſam, nec aliter ſignificate: & tamen certum eſt vocem *Homo* non genus & differentiam, ſed ſpeciem exprimere. Ergo in tali caſu vox *Animal rationale*, eſſet ſimplex ſignificatione, & pronuntiatione compoſita.

Contra vox *Nemo*, eſt ſimplex pronuntiatione & ſignificatione compoſita; æquivalet enim huic, *Nullus homo*. Ejuſdem generis ſunt *Iuppiter*, id eſt, *Iuvans pater*, *Nudius tertius*, id eſt, *Nunc eſt dies tertius*: & aliæ ſimiles.

Nemo, Iupiter, Nudius tertius, &c.

Significatione & pronuntiatione ſimplex terminus eſt *Homo*, *Animal*, *Corpus*: & utraque compoſitus, *Homo albus*, *Animal nigrum*, *Corpus magnum*, &c.

Terminus utroque modo ſimplex. Terminus utroque modo compoſitus.

ARTICULUS XI.

De Categorematico & Syncategorematico.

Varia ſunt Dialecticorum hic ſententiæ: ſed quia tenuis eſt, volumus ſtare à ratione, nec multum [illegible] opinionum curare.

TErminus ſimplex aut incomplexus in Categorematicum & Syncategorematicum dividitur; ſive quod idem eſt, in ſignificativum & conſignificativum. Significativa dicuntur omnia ſubſtantiva, ut *Homo*, *Leo*; Conſignificativa verò omnia adjectiva, ut *omnis*, *nullus*, *aliquis*, *uterque*, &c. Item *Albus*, *niger*, *purpureus*, ſemper enim ſupponitur ſubjectum cui hæc adjiciantur, & ideò vocantur *adjectiva*. Ad Conſignificativa etiam ſpectant *Adnomina* (adverbia illa vocantur, quæ nomina afficiunt, ut cùm dicimus, *Cœlitus-doctum*, *prodigè-dicacem*, &c.) ut videre eſt in hâc propoſitione *Homo divinitùs-inſtructus prædicat*. CCCCXXXVIII.

Omnia adjectiva ſunt ſyncategorematica.

Adnomen quid?

Nominales præter Categorematicum & Syncategorematicum cognoſcunt *Mixtum*, qui utroque componitur, ut *Nemo*, Nullus homo, *Equidem*, Ego quidem.

Terminus mixtus?

CCCCXXXIX. SUnt, qui mordicùs velint defendere hæc tantùm nomina, *Omnis*, *Nullus*, *Aliquis*, vocari ſyncategorematica; at adjectiva categorematica vocatum iri. Sed immeritò, tam enim conſignificat *Omnis*, quàm *Albus*; utrobique enim debet ſubſtantivum aliquod intelligi. Quoniam, ſi tu audita hâc propoſitione, *Omnis currit*, non quieſcis, ſed interrogas, an omnis homo? an omnis equus currat? &c. Sic ego auditâ hâc, *Albus currit*, hæreo, & interrogo, quis albus currat? An-ne albus homo? an albus equus? &c.

Omnis, Nullus, Aliquis.

Hæc pauca in quæſtione purè Nominali adnotaſſe ſufficiat; exſcribam tamen verba, quibus P. Philippus du Trieu hunc articulum claudit. *Hac viſum eſt paucis adnotare*, ait, *quia de hac re Dialectici admodum variè loquuntur.*

Philippus du Trieu.

Ut autem omnem æquivocationem vitemus, illas conſignificantes, *Quilibet*, *Omnis*, *Nullus*, *Ullus*, *Aliquis*, vocemus *Pronomina ſyncategorematica*; & reliquas adjectivas Nomina ſyncategorematica.

Nomina & Pronomina ſyncategorematica.

An-ne hæ voces, *Omnis*, *Nullus*, *Ullus* & ſimiles, ſint Pronomina? Affirmo dialecticè & ſignificationem reſpiciens; quia æquivalent iſtis, *Quilibet*, *Quilibet non*, *Aliquis*, quas eſſe Pronomina manifeſtum eſt.

Pronomina dialectica & grammatica.

ARTICULUS XII.

De termino Communi & Singulari: de Univerſali copulativo, Diſtributivo, & Prædicabili.

ITerum terminus incomplexus dividitur in communem & ſingularem. Communis eſt, *qui multa ſingularia ſignificat*; ſingularis, *qui unum ſingulare*. CCCCXL.

Quid ſit ſingularitas, & quotuplex.

Porphyrius *in introduct. ad prædicam. Ariſt. cap. 3.* definit ſingulare ſubſtantiæ eſſe *id, cuius collectio proprietatum non reperitur in alio*. Hinc ſequeretur ſingularitatem in collectione accidentium conſiſtere, & mutatis accidentibus mutari numero ſubſtantias; & ſubſtan-

Poſſet aliquis ingenioſius ſignificare, totum de Univerſalibus de-

Erinam ad mentem Porphyrii ſcribere, quoniam hec doctrina Porphyrii obtinuerat Pariſiis tempore Petri Abailardi. ſtantiam ab omni accidente præciſam eſſe mentalem: quæ omnia falſa. Interim hæc opinio ante annos quingentos obtinuit, ſed cum aliqua Limitatione; non enim omnia accidentia credebantur ad individuationem requiri, ſed decem, quæ clauduntur hoc diſtico. *An in accidentibus conſiſtat?*

Cognomen, Sydus, Tempus, Complexio, Sanguis,
Patria, Conſocÿ, Forma, Figura, Locus.

Mihi ſingularitas eſt duplex: materialis, formalis. Illa, quæ unicè admittitur ab Ariſtotele, ſigillum quantitatis eſt; omnibus enim formis idem eſt eſſe ſingulares, ac efficere talem potentiam, unde ubicumque non dentur plures potentiæ receptivæ, forma non multiplicabitur numero, ſeu materialiter. At ſingularitas formalis eſt ultima differentia contrahens. *Singularitas eſt duplex,*

Terminus communis ſubdividitur in Collectivum & Univerſalem. Collectivus multos ſignificat per modum unius, & de nemine prædicatur in particulari, ut *Collegium, Civitas, Reſpublica, Familia, Genealogia*: termini enim collectivi ſunt, qui multos homines ſignificant, ſed de nullo poſſunt prædicari: non valent enim hujuſmodi propoſitiones *Petrus eſt Collegium, Ioannes eſt civitas, Alexander eſt reſpublica.* *Terminus Collectivus & Univerſalis.*

Diſtributivus & Copulatīvus. Huc revocari poterit ille terminus, qui univerſalis collectivus, ſeu copulativus, aut aliàs, univerſalis Arithmeticus) dicitur, quia de nullo etiam in particulari prædicatur, nobis exemplo ſit iſta propoſitio, *Omnes Apoſtoli ſunt duodecim,* è qua non inferes, *Ergo Petrus eſt duodecim, Ioannes eſt duodecim, &c.*

Vnivoci, & Prædicabile. Univerſalis diſtributivus, idem qui Vnivocus, eſt *unum in multis*, ut *Homo, Animal.* Ipſi accidit eſſe prædicabile. Prædicabile definitur *unum de multis.*

CCCCXLI *Externi ſingularis characteres.* DEcem proprietates, ut individua diſtingueremus, poſuimos; & alii ſunt paucioribus etiam contenti. Hæ ſeptem à Saoderlono enumerantur,

Forma, figura, Locus, ſtirps, nomen, patria, tempus.

quem ita volumus intelligi, ut non aſſerat his proprietatibus individuum conſtitui, ſed ab hominibus, qui Ecceitatem conſtitutivam non intuentur, internoſci.

Quo modo individua à nobis politicè & vocaliter poſſint diſtingui? Sanè homo individuus & ſingularis cognoſcitur ex nomine, ut *Cicero*: ex demonſtratione, ut *Hic homo*: ex periphraſi, ut *Romanæ eloquentiæ princeps*: ex antonomaſiâ & excellentiâ, ut *Orator*: omnia enim hæc nomina unum & eundem Ciceronem ſignificant.

Individuū vagum. An diſtinguatur à ſpecie? Supra ſingularia eſt individuum vagum & indeterminatum, ut *Aliquis Homo*, qui in multorum opinione non diſtinguitur ab univerſali.

Sed & alii ſupra individuum vagum univerſale ſtatuunt, & ipſis *Aliquis Homo* eſt aliquid contractius quàm *Homo.*

Species vaga An diſtinguatur à Genere? Sicut ſub ſpecie ponitur Individuum vagum, ſic etiam ſub Genere ſpecies vaga debet poni (puta *Aliquod Animal*) quam aliqui dicent diſtingui à Genere, aliqui non diſtingui.

De individuis generis. An deorsum individua immediata generi, alibi diſputaturus ſum.

De ſingularitate materiali & formali. De ſingularitate materiali & formali non ſum dicturus multa: at ne nihil poſuiſſe dicar, hoc mirum addam: videlicet, Contentioſa Thomiſtarum & Scotiſtarum diſſidia, examinantia, *An omnes Angeli diſtinguantur ſpecie? An eſſe poſſint duo diſtincti puro numero?* non eſſe de re. nam ſi omnis ſingularitas materialis ſit, quod voluit olim Plato, & Ariſtoteles, quæcumque formalitatum diſtinctio erit ſpecifica, & hanc ob rem repugnabunt duo Angeli diſtincti numero, repugnat enim illos diſtingui ſubjecto aut materiâ. Quod ſi omnis ſingularitas ſit formalis, poterunt eſſe multi Angeli diſtincti numero. Ergo Thomiſtæ & Scotiſtæ in re conveniunt, aſſerunt enim Angelos per formales quaſdam ultimas differentias diſtingui: & tota differentia in hoc eſt, quòd has ultimas differentias Thomiſta appellat ſpecificas, & Scotiſta individuales. Hoc recogita, & eſſe valde verum invenies. *De Angelis. An omnes diſtinguantur ſpecie? An poſſibiles ſint diſtincti numero?*

ARTICULUS XIII.

De Terminis Prædicabilibus.

DE Prædicabilibus conſcripſit Porphyrius curioſiſſimam Iſagogen; quæ hodie eſt illuſtrior commentariis doctiſſimis Juniorum: de ipſis ego in Metalogicis & Metaphyſicis uberiùs; nunc obiter. CCCCXLII.

Quinque ſunt ſpecies Prædicabiles. *Genus, Species, Differentia,* *Prædicabilium numerus.*

An & quando ſubjectum & prædicatum conveniant

ſentia , Proprium & Accidens. Vt eas altiùs intelligas , adnotato ſubjectum & prædicatum convenire in recto,& differre in obliquis. In recto dicunt *Habens*, in obliquo *id quod habent*: Homo enim *habens humanitatem* eſt,& Rationale *habens rationalitatem.* Omnia præ-dicabilia conveniunt in recto, quod eſt *Habens* & in obliquis differunt , quia idem eſt dicere *Homo eſt animal* , ac *Habens humanitatem* (ſeu Habens *animalitatem & rationalitatem*) *eſt habens animalitatem.* His ſummis labiis prælibatis,quæ inferiùs ad longum deducentur,faciliùs percallere poterimus Prædicabilum ſingulas definitiones.

Quid ſit concretū? An ſuppoſitū habens naturam: an natura in ſuppoſito?

Definitio Generis.

GENVS eſt, *quod prædicatur de multis differentibus ſpecie, quiditativè-materialiter* , ut Animal , quod de Homine , Equo & Leone qui differunt ſpecie , dicitur.

Definitio Speciei.

SPECIES eſt, *quæ prædicatur de multis differentibus tantùm numero quiditativè adæquatè.* ut Homo, qui dicitur de Alexandro, Cæſare, Cyro, Philippo, & aliis numero purè differentibus. Nota illud *tantùm.* Et collige Animal reſpectu hujus equi & hujus hominis non eſſe ſpeciem , quia hic equus & hic homo, non differunt tantùm numero,ſed plus quam numero. Et collige iterùm Animal reſpectu Petri & Pauli non eſſe ſpeciem,quia Petrus Pauluſque differunt tantùm numero , & hæc prædicatio, *Petrus eſt animal* tametſi ſit quiditativa, non eſt adæquata & immediata. Et quid quæſo , eſt prædicari adæquatè ? Variant authores,& ego poſſem id variè exponere,& variis ſcholis varias Reſolutiones conformare. Cæterùm , ut me attemperem univerſis reſpondeo , tunc prædicationem vocari adæquatam,cùm prædicatum continet totam eſſentiam ſubjecti universalem. Circulum commiſi, jam video; ſed non poſſum alio modo commodiori rem intricatam explicare.

Quid ſit propoſitio adæquata

Definitio individui.

INDIVIDVVM eſt, *quod tantùm de uno prædicatur:* & cùm ſic definitur, ob oculos ponitur individuum determinatum, ut *Petrus, Paulus*, &c. quoniam Individuum vagum vix ſolet a ſpecie diſtingui, videtur enim ferè idem eſſe, *Petrus eſt homo* & *Petrus eſt aliquis homo.*

CCCC. XLIII.

Definitio differentiæ.

DIFFERENTIA eſt, *quæ prædicatur de pluribus differentibus quiditativè formaliter* , & eſt duplex, Subalterna & Atoma; illa de differentibus ſpecie dicitur, hæc de differentibus numero. Dabo exempla. *Senſibile & Vitale*, ſunt differentiæ ſubalternæ; Senſibile de homine, equo, leone, & aliis conſpeciebus dicitur: Vitale de plantâ & animali. *Rationale*, autem, *Rugibile, Hinnibile*, &c. ſunt differentiæ atomæ, quia de individuis ſolùm ut univerſales prædicantur.

Dicunt Authores differentiam prædicari *in quale quid*, & meritò; prædicatur enim de genere *in quale*, de ſpecie *in quid*; at nondum de pluribus & ut univerſalis: cæterùm ut univerſalis prædicatur de inferioribus ſpeciei , quam conſtituit, & tunc *in quid formaliter.* Pono exempla. *Animal eſt rationale* , *Homo eſt rationalis, Petrus eſt rationalis.* & dico primam prædicationem eſſe *in quale* , ſecundam *in quid*; neutro modo prædicari de multis. Et ſubjungo in tertiâ prædicari *quiditativè formaliter.*

An differentia prædicetur ut quale quid?

Speciei compoſitio.

Species ex genere & differentiâ componitur, ex illo quidem materialiter, & ex hoc formaliter: ut patet in Homine, ipſe enim eſt Animal rationale : materialiter quidem dicit formalitatem Animalis, ſed rationalitatem formaliter. In Individuo autem tota ſpecies imbibitur, neque hoc aliquid dicit præter ſpeciem & quantitatem individualem, quâ individuum redditur. Et quid iſta ? Variant Authores; in Metalogicis examinabitur.

Sed cur hæc poſitio, Petrus eſt homo, eſt adæquata?

Hinc patet hanc prædicationem *Petrus eſt homo*, eſſe *in quid*, & adæquatam, tota enim quiditas univerſalis Petri prædicatur: hanc autem, *Homo eſt animal* eſſe *in quid* ſed inadæquatam, quia ſolùm dicitur de homine id quod homo habet materialiter: hanc verò *Petrus eſt rationale* eſſe quiditativam, inadæquatam formaliter, quia prædicat de Petro partem ejus formalem: hanc *Petrus eſt Petrus*, eſſe identicam quia nihil eſt in ſubjecto, quod non ſit etiam in prædicato. [Et hîc obiter addo hæcceitates apud plurimos eſſe formalitates , & non meras repetitiones, quos ſi ſequi velimus , poſſemus dicere, hæcceitatem eſſe ultimam differentiam formalem, & ſecundum Prædicabile etiam prædicari incompletè].

An propoſitiones ſecundi Prædicabilis ſint incompletæ?

Definitio Proprii.

PROPRIVM eſt *quod prædicatur de pluribus, quorum ſingulis convenit ubique & ſemper.* Sub tanto rigore hoc nomen debet accipi, ut hoc Prædicabile conſtituat

Digitized by Google

ſtituat. Tale eſt *Riſibile*, competit omni & ſoli homini ubique, ſemper & cuicumque. Differentia & Proprium & Species ſunt invicem convertibilia; valent hæ conſequentiæ *Omnis homo eſt rationalis; ergo omne rationale eſt homo. Omne rationale eſt riſibile; ergo omne riſibile eſt rationale.* *Materia convertibilis, quæ*

Definitio Accidentis ACCIDENS eſt *quod prædicatur de pluribus accidentaliter*, ut *Album & Nigrum*, ut cùm dicimus, *Petrus eſt albus*, & *Franciſcus eſt niger*.

CCCC-XLIV. *Dubium I.* PEtis, an-ne ſit quinti Prædicabilis hæc propoſitio, *Album eſt coloratum?* Ego eſſe primi reſpondeo; eſt enim eſſentialis, in quâ genus dicitur de ſpecie: nam *Coloratum* genus eſt reſpectu *Nigri* & *Albi*.

Dubiũ II. Petis etiam, cujus prædicabilis ſit hæc, *Animal eſt homo?* Et reſpondeo eſſe quinti; quia ſicut homo poteſt albus eſſe & non eſſe; ita etiam animal poteſt eſſe & non eſſe homo.

Dubiũ III. Petis denique, utrùm hæcceitas ſit differentia formalis? Et reſpondeo eſſe varias ſententias: Platonicos individuare materiam quantitate, formas ſubjecto. Formaliſtas diſtinguere formaliter ſpeciem & individuationem. Modiſtas eam eſſe realem modum tenere. *Nota hoc bene.* Negativos ad meras negationes recurrere. Addo Logicis perinde eſſe: quia quidquid hæcceitas ſit, nomen ſingulare eodem modo ingreditur propoſitionem, eodem modo ſubjicitur & prædicatur.

Iuliani Prædicabilia.

Quis ille, & qualis fuerit. FUit Julianus Pelagii diſcipulus, qui ſi tantâ humilitate, quanto ingenio valuiſſet, potuiſſet multa bona præſtare, ut conſtat ex Epiſtolâ B. Auguſtini ad Quodvultdeum Diaconum. *Auguſtin. Epiſt. 4.* Octo libros contra eundem Auguſtinum & Catholicam Religionem ſcripſit: quos ipſe S. Doctor Alipii hortatu recognovit & impugnavit. *An perierit liber Auguſtini contra Julianum.* An hæc ipſa impugnatio perierit, an verò ſit ille ipſe Liber, quem Claudius Menardus Andium Proprætor Pariſiis anno 1617. evulgavit, & Michael Paludanus caſtigavit, & recudi curavit Lovanii anno 1642. alibi aptiùs examinabitur: hîc enim ingredi eam quæſtionem non volo, nec diſcutere, An ſufficiat mera unius aut alterius hominis Authoritas, ut hic Liber, tametſi inventus anno 1617. eſſe B. Auguſtini credatur? *De libris Veterum Patrum noſtro ævo inventis.* Igitur Liber iſte, ſive Auguſtini ſit, ſive alius potius qui ſcripſit poſt Tridentinam Synodum; *Opus Imperfectum.* Opus Imperfectum inſcribitur, & Introducit Julianum dicentem, & Auguſtinum reſpondentem: & ut video Julianum aliâ utentem Dialecticâ longè diverſâ ab eâ quam hodie in ſcholis dictamus. Fortè alia ſubnotabo alibi, hîc de Prædicabilibus aliqua ſubſcribere placuit. Sic lego libr. 1. num. 35.

CCCC-XLV. *Julianus Prædicabilia enumerat.* JULIANUS DIXIT. *Ne ergo in infinita volumina extendatur oratio, ſic harum de quibus agimus rerum, GENUS, SPECIES, DIFFERENTIA, MODUS, QUALITASQUE cernatur; imò ſollicitiùs utrum ſint? unde ſint? quid etiam mereantur, & à quo? Hoc enim modo nec diu per diſputationum anfractus errabitur: & certum quod teneri debeat, apparebit.* *Ironia.* AUGUSTINUS RESPONDIT. *Ideò contra unum librum meum libros octo ſcripſiſti, quia per tua compendia Dialectica diu diſputare noluiſti.*

An conciliari poſſint Porphyrius & Julianus Stat igitur in Juliani Dialecticâ eſſe prædicabilia, GENUS, SPECIEM, DIFFERENTIAM, MODUM & QUALITATEM. Si, quam Porphyrius *Proprietatem* appellat, MODUM nominet; & quod ille *Accidens*, ipſe QUALITATEM dici malit, erit quæſtio de nomine, & ſentiet nobiſcum Julianus. Ut igitur indagare poſſimus, quo ille loquatur ſenſu, cenſuram S. Auguſtini relego, & quî Julianus ipſe doctrinâ ſuâ abutatur, aut utatur examino. Sed ut video, in allegatis verbis S. Doctor Dialecticam Juliani irridet, & ucto Librotum uberratem compendium ironicè vocat; inſinuatque Antagoniſtam ſuum veriùs eſſe Rhetorem, quàm Dialecticum; hiſque locis uti ad dilucidandum & deſcribendum potiùs, quàm ad argumentandum. *Julianus fuit Rhetor non Dialecticus.* Idipſum confirmat Julianus, qui num. 38. & 39. ſic infit. *Hæc igitur auguſta virtus, expunctrix uniuſcujuſque meritorum, in operibus quidem imaginis Dei, id eſt, humanæ Animæ, pro creaturæ ipſius modo & viribus emicat: in ipſo verò Deo, omnium, quæ ſunt, ex nihilo conditore, immenſo & claro, pro æterno orbe reſplendet. Origo eius Divinitas eſt. ætas eius Æternitas, & æternitas ultrò citrò neſcia vel deſinere vel cæpiſſe.* *Sed quid æternus orbis?* *Vt ergo* GENUS *eius (quo nomine nihil aliud quàm originem intelligi volo) Deus eſt: ita* SPECIES *eius in legum promulgatione iudiciorumque apparet effectibus.* *Genus.* *Species.* DIFFERENTIAM *verò non abſurdè intelligere poſſumus variam pro opportunitate temporum diſpenſationem. Verbi gratiâ; quæ de pecoribus in veteri teſtamento fuerant impetrata, id tunc pertinebat ad reverentiam iuſſionis: nunc verò in dictorum diſſimulatio ita ſervit iuſtitiæ præcipientis, ut tunc oblatio ſerviebat.* *Differentia. Eadem res diverſis temporibus ſolet interdici & indici* MODUS *eius eſt vel ſtatus, quòd nec cuiquam ampliùs, quàm vires patiuntur, indicit; vel quòd miſericordiam non retundit.* *Modus.* QUALITAS *autem eius intelligitur, per quam pijs mentibus ſapit dulciter.* *Qualitas.* *Eſt igitur procul dubio Iuſtitia, ſine qua Divinitas non eſt; quæ ſi non eſſet, Deus non eſſet. eſt autem Deus, eſt itaque ſine ambiguitate Iuſtitia.* *Juliani conditionalis ſyllogiſmus* *Non eſt autem aliud, quàm virtus omnia continens, & riſtituens ſuum unicuique ſine fraude, ſine gratiâ; conſiſtit autem maximè in Divinitatis profundo.* Legit oculis Theologicis hanc periodum B. Auguſtinus, & Juſtitiæ rigorem commendat & tamen meritò condemnat Julianum, quòd Gratiam neget; qui enim cùm iraſcitur, miſericordiæ recordatur, ita eſt juſtus, ut & clemens & miſericors ſit: nam tametſi Juſtitiæ, quâ carere Deus nequit, Injuſtitia opponatur, Benignitas, Charitas & Miſericordia non opponitur. *Theologicè huius doctrinæ examen.* Et hoc eſt illud Divinitatis profundum, quod dilucidavit Paulus dicens, *Neque volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei*, & quod Julianus penetrare non potuit. *Divinitatis profundũ quid? Rom. 9.16.*

At Ego

Dialecticorum exa- ... locorum confuſum.

At Ego eandem periodum oculis Dialecticis relego, & cognomines hos locos aliter à Iuliano, & aliter accipi à Porphyrio reperio. Iuliano enim GENUS eſt rei origo: SPECIES rei eſſentia; DIFFERENTIA, rei diviſio: MODUS rei ſtatus; & QUALITAS eſt rei effectus. Loci ad amplificandum & dilucidandum aptiſſimi; quorum uſus præcipuus in Deſcriptionibus poterit eſſe; ut inferiùs uno aut altero exemplo confirmabimus.

ARTICULUS XIV.

De termino primæ & ſecundæ intentionis.

CCCCXLVI. *Quid primò & ſecundò intentionaliter voces ſignificent? An ſecundæ intentiones ſeu denominationes ſint Entia rationis?*

VOces primò intentionaliter ſignificant res ipſas ſecundùm ſe; ſecundò-intentionaliter denominationes Logicas *Subjecti* & *Prædicati*, *Antecedentis* & *Conſequentis*, *Maioris* & *Minoris Concluſionis*, &c. Item Grammaticas, *Nominis*, *Pronominis*, *Verbi*, *Præpoſitionis*, *Adverbij*, *Interiectionis*, *Coniunctionis*, &c.

Relationes Logicæ ſunt reales.

Sunt, qui putent has ſecundas intentiones eſſe Entia-rationis; eſſe autem reales & veras relationes, ſimiles Paternitati & Filiationi nunc breviſſimè oſtendo: nam in hac propoſitione, *Homo eſt animal*, ſunt tres voces realiter diſtinctæ: ergo habitudo primæ ad ultimam, & ultimæ ad primam, & copulæ ad utramque, ſunt relationes inter extrema reali et diſtincta: ſunt ergo relationes reales. Idem dicam de argumentatione aut ſyllogiſmo: nam propoſitiones realiter diſtinguuntur, & inter terminos realiter diſtinctos interſunt relationes reales.

CCCCXLVII. *Secundæ intentiones Grammaticæ.*

IN idiomate Latino v. g. prima hominum intentio fuit, conceptus ſuos æquipollentibus vocibus exprimere: ſed ut Artem Ignorantibus traderent, voces ſimiles ad ſingulas claſſes reduxerunt, & ſecundo decreto & intentione claſſes denominarunt, dicendo, omnes huius claſſis dictiones eſſe *Nomina propria*; omnes illius ordinis voces eſſe *Nomina appellativa*: huic albo inſcribi *Verba activa*, illi *paſſiva*, &c. nec aliter factum in Logicâ. Obſervarunt Facultatis ingenioſæ Inventores, talem modum diſcurrendi eſſe irrefragabilem, habere tres propoſitiones: &c. illumque & omnem ſimilem, *Syllogiſmum* vocarunt. Omnem Syllogiſmum viderunt duo ponere, & unum inferre, & ideò illū in tres *Propoſitiones*, hoc eſt, in duas *Præmiſſas* (*Majorem* & *Minorem*) & *Conſequentiam* diviſerunt: & ſingulas propoſitiones in duos *Terminos* (*Subjectum* videlicet & *Prædicatum*.) & hæ, nec non aliæ eiſdem ſimiles, ſunt voces, quæ ſecundæ intentionis, aut ſecundæ impoſitionis nominantur.

Secundæ intentiones Dialecticæ. *Syllogiſmus.*

ARTICVLVS XV.

De Abſoluto & Relativo.

CCCCXLVIII. *Quid ſit terminus abſolutus? quid relativus?*

An dentur Entitates abſolutæ?

ABſolutus terminus dicitur, qui nihil extra ſe connotat, ut *Homo*, *Equus*. Relativus verò qui aliquid extra ſe reſpicit, ut *Pater*, *Senior*, quorum prior filium connotat, & poſterior juniorem. [Fortè nullum eſt nomen abſolutum; fortè nulla eſt in mundo creato abſoluta realitas; ſed hoc nec examino, nec urgeo, ſed ſtans communi opinioni, quæ terminos abſolutos admittit, hanc ſententiam confirmo.]

Expenam Relationis eſſentiam uberrimè alium.

Doctrina de Relativis valdè neceſſaria eſt, & vix ſine ea poſſent decîdi vel minimæ difficultates, eam expendo ſuo loco.

Fundamentum & terminus. Rectum & obliquum.

Eſſe relativum, eſt idem ac *referri ad aliud*, *reſpicere*, *connotare*, aut *habere habitudinem*. Subjectum relationis communiùs vocatur *Fundamentum*; ſcopus, in quem relatio collimat, vocatur *Terminus*, ſeu *Connotatum*. Nonnunquam relationis ſubjectum dicitur *Rectum*, terminus *Obliquum*. Hæc dicta ſunto, ut Authores, qui variè loquuntur, perfectè intelligamus.

DE Relatione multa & varia Iuniores, multa & nos ſubſcribemus inferiùs: nunc breviter ponemus ob oculos pleraſque Relationes Dialecticas. Sic inquam;

Omnis homo eſt animal rationale;
Omne riſibile eſt homo;
Ergo omne riſibile eſt animal rationale.

Enumerantur Relationes Dialecticæ.

Totus iſte Diſcurſus *Syllogiſmus* vocatur. Prima & ſecunda propoſitio ſimul ſumptæ ſunt *Antecedens*, tertia *Conſequens*. Prima eſt *Maior*, ſecunda *Minor*, Tertia *Conſequentia*. Homo eſt *Maior extremitas*; Riſibile eſt *Minor extremitas* & Animal Rationale *Medium*. In ſingulis propoſitionibus prior terminus *Subiectum* eſt, *Prædicatum* poſterior. Animal eſt *Genus* Homo *Species*, Rationale *Differentia*, Animal rationale *Definitio*, Riſibile *Proprium*; & omnis Logica denominatio *Accidens*. Hæ ſunt Relationes Dialecticæ; hæ Intentiones ſecundæ; quas immeritò *Entia rationis* nominnes; nam inter extrema realia, & realiter diſtincta (omnes enim hæ voces reales ſunt, & realiter diſtinctæ inter ſe) ſunt Relationes reales & veræ collocandæ. [Ecce unico ſyllogiſmo clauſimus omnes ferè ſecundas intentiones Logicas.]

An ſint Entia rationis?

ARTICULUS XVI.

De termino Concreto, Subſtrato, Subſtracto & Abſtracto.

Quid Homo ſit?

CCCCL. *Singulæ denominationes explicantur.*

HOmo eſt *Habens humanitatem*. Humanitas, quæ habetur, eſt *Abſtractum*; Suppoſitum quod illam habet, nominatur *Subſtratum* & *Subſtractum*. Subſtratum quidem, quia ſub Humanitatem ponitur & ſternitur; Subſtractum autem, quia cùm præciditur, ab Humanitate ſuccidi videtur & ſubſtrahi. Hæ ſunt partes, quibus Totum componitur, quod *Concretum* vocatur.

Rebus ipſis cognitis voces quis poſſit ignorare? Nam Terminus Subſtratus, *eſt vox, quæ ſuppoſitum aut ſubiectum ſignificat quà tale*. Abſtractus *eſt vox, quæ ſignificat naturam habitam*; & Concretus, *eſt vox, quæ utrumque*, nimirùm ſuppoſitum aut ſubiectum in recto & naturam ſeu formam in obliquo.

Eadem res poteſt eſſe ſimul totum & pars.

Notari debet eamdem entitatem poſſe eſſe Subſtratum & Concretum, Partem & Totum, ſed diverſo reſpectu; nam Homo eſt totum & concretum ſecundùm ſe conſideratus; at reſpectu Æthiopis (aut Hominis nigri) pars eſt; eſt enim ſubiectum, ſubſtractum & ſubſtratum nigredinis.

Idem terminus poteſt eſſe ſimul Abſtractus & Subſtractus.

Hoc modo hæc tria nomina (Concretum, Subſtratum & Abſtractum) exponuntur & comparantur; notare tamen debeo etiam Concreta ipſa Vniverſalia vocari *Abſtracta*, & ab aliquibus ipſa Singularia *Concreta*; ad quorum labium *Petrus* Concretum eſt, *Homo* Abſtractum.

De Vniverſalibus & Singularibus Concretis & Abſtractis.

CCCCLI. *An concretum dicat in recto naturam, an ſuppoſitum? Scholarum diſſidium.*

SIc ſemper Ego: ſic & nobiliores Thomiſtæ; perit enim Logica, ſi Natura in recto, & Subſiſtentia in obliquo ponatur. *Homo eſt*, inquam, *Perſona habens humanitatem*; at contra multi Scotiſtæ reponunt, *Homo eſt Humanitas habens perſonalitatem*. Porrò ſi forma aut natura in recto ponitur, pleræque propoſitiones, quæ à nemine negantur, ſunt falſæ. An-non iſtæ apud omnes ſunt veræ? nimirùm, *Deus eſt homo*, *Verbum non eſt Spiritus ſanctus. Homo Æthiops eſt niger. Cygnus eſt albus.* Reſolvamus igitur hæc concreta ponendo naturam aut formam in recto, & ſuppoſitum in obliquo. An-non debebimus dicere? *Deitas habens perſonalitatem eſt humanitas habens perſonalitatem. Deitas habens perſonalitatem Verbi non eſt Deitas habens perſonalitatem Spiritus ſancti. Humanitas Æthiopis eſt nigredo. Natura Cygni eſt albedo. &c.* omnes iſtæ poſitiones ſunt falſæ. Et tamen omnes erunt veræ, ſi naturæ aut formæ in obliquo, & ſuppoſita in recto ponantur. Ergo ſic reſolvi debent Concreta, quæ ſuperiùs poſuimus. Videlicet: *Perſona habens Deitatem eſt perſona habens humanitatem. Perſona Verbi non eſt perſona Spiritus ſancti. Perſona humana Æthiops eſt perſona nigra. Suppoſitum illud, quod habet cygneitatem, habet etiam albedinem.* Et omnes, ſi ſic exponantur, ſunt veræ. Ergo, ſiquidem aliter veræ non ſunt, ſic debent tantummodò exponi.

Quo modo concreta reſolvantur?

Concreta dicere in recto Suppoſitum ſeu Subſiſtentiam & in obliquo naturam, inſtantiæ poſitæ iam clarè demonſtrant, ut non videatur oppoſitum, ſtando rationi, probabiliter poſſe defendi. Sed quia ratio etiam authoritate firmatur D. Thomam produco, qui 1. *p. q.* 39. *art.* 1. contra ſuam doctrinam ſic obiicit. *Nihil ſubiicitur ſibiipſi. Sed perſona ſubiicitur eſſentiæ. Vnde ſuppoſitum vel hypoſtaſis nominatur. Ergo perſona non eſt idem quod eſſentia.* Et ſequenti art. *Non conſuevit dici quòd perſona ſit eſſentia, ſed magis quod eſſentia ſit perſona. Ergo neque convenienter videtur dici quod tres perſonæ ſint unius eſſentiæ.* Et poſteà iterum art. 3. *Sicut hoc nomen, Deus, ſignificat habentem Deitatem; ita hoc nomen, perſona, ſignificat ſubſiſtentem in naturâ aliquâ intellectuali. Sed dicimus tres perſo-*

Suppoſito natura ſupponitur.

Eſſentia eſt perſona.

Deus eſt Perſona habens Deitatem, non verò Deitas habens perſonalitatem.

perſonas. Ergo eâdem ratione dicere poſſumus tres Deos.

Sunt de humanis humanorum, ſic etiam de divinis divinitatis, eſt philoſophandum. Subſiſtentia ſuppoſita.

Ad has objectiones reſpondet S. Doctor, ita tamen, ut illibata maneat poſita Conerctorum doctrina. Ad primam objectionem reſpondet, *quòd rebus divinis nomina imponimus ſecundum modum rerum creatarum. Et quia natura rerum creatarum individuantur per materiam, quæ ſubjicitur naturæ Speciei, inde eſt quod individua dicuntur ſubjecta vel ſuppoſita, vel hypoſtaſes. Et propter hoc etiam divinæ perſonæ ſuppoſita, vel hypoſtaſes nominantur; non quòd ibi ſit aliqua ſuppoſitio vel ſubjectio ſecundum rem*, Ergo ad meotem D. Thomæ dicendum eſt primò, Subſiſtetias humanas realiter ſupponi, & divinas formaliter: & ſecundò ſubſiſtentiam eſſe illam in corporibus realitatem quam aliqui vocant *Materiam*. Nam etiam hodie à plurimis naturam vocari *formam*, certum eſt.

Subſiſtentia eſt materia.

CCCCLII *Res terminis & exemplis notiſſimis debent tradi.* Ad ſecundam reſpondet, *quòd forma abſolutè accepta conſuevit ſignificari, ut eius cuius eſt forma; ut Virtus Petri. E converſo autem res habens formam aliquam non conſuevit ſignificari ut eius, niſi cum volumus determinare, ſeu deſignare formam. & tunc requiruntur duo genitivi, quorum unus ſignificet formam, & alius determinationem formæ; ut ſi dicatur* Petrus eſt magnæ virtutis (*hoc eſt*, Petrus habet magnam virtutem) *Vel etiam requiritur unus genitivus habens vim duorum genitivorum, ut cùm dicitur*, Vir ſanguinum eſt iſte (*id eſt, effuſor multi ſanguinis.*) *Quia igitur eſſentia divina ſignificatur ut forma reſpectu perſonæ, convenienter eſſentia perſonæ dicitur, non autem è converſo. &c.* Vide hîc Doctorem Angelicum ſublimem quæſtionem Theologicam reſolventem è principiis Grammaticæ, ut mireris noſtros Philoſophiæ Præceptores, qui in ipſo Dialecticæ limine dedignantur Grammaticam, & tametſi Angelici non ſint, ad conceptus appellant, & dicunt ſe raptos uſque ad cælos, & habere ſublimes & abſtractas ideas, quas non licet homini verbis exponere. Vide etiam (& hoc præcipuè noſtra intereſt) naturam divinam concipi ut formam, & hypoſtaſim ut materiam; illam ut rem habitam, hanc ut habentē.

An Theologia aut etiam Philoſophia poſſit tradi grammaticè?

Natura habetur, & Suppoſitum habet. Deus, habens Deitatem.

Ad tertiam non negat *Deum* exponi *Perſonam habentem Deitatem*, ſed colligit perſonam dici à perſonalitate, & quia ſunt tres perſonalitates, eſſe tres Perſonas; & futuros fuiſſe tres Deos, ſi darentur tres Divinitates.

Regula

Hâc doctrinâ præmiſſa hanc Regulam generalem pronuntio; *In omni propoſitione verâ, oportet ut idem omninò dicat in recto ſubjectum, quod Prædicatum; & ut tota varietas ſe teneat ex parte obliquorum.* Hæc concluſio valdè neceſſaria eſt, & quæ relegi debeat, nam multas conſequentias parturit, ut inferiùs videbitur. At nunc antequam ponam calamum, ductus conſequentiâ doctrinæ, aliquas poſitiones expono.

maximè notanda.

Homo eſt animal, eſt primi Prædicabilis, & reddit hunc ſenſum, *Habens humanitatem* (id eſt, *animalitatem*, & *rationalitatem*) *eſt habens animalitatem*. Et eſt tam vera quàm hæc, *Habens togā & pileum, eſt habens togā*. Quid faciliùs?

Prædicabile Primū.

Petrus eſt homo, eſt ſecundi Prædicabilis, & exponitur, *Habens humanitatem & petreitatem eſt habens humanitatem.*

Secundum.

Homo eſt rationale eſt tertii Prædicabilis, & æquivalet huic, *Habens humanitatem* (id eſt, *animalitatem & rationalitatem*) *eſt habens rationalitatem*: quæ eſt vera; habet enim alterum, qui utrumque. Huc pertinet etiam hæc propoſitio, *Petrus eſt rationale*, quæ poteſt analogicè exponi.

Tertium.

At poſtulas, An differentia ſubſtantivè, an verò adjectivè dicatur? hoc eſt, An debeamus aſſerere, *Hominem eſſe rationale*, an verò *Hominem eſſe rationalem*? Reſpondeo illos, qui dixerint hanc, *Homo eſt animans*, eſſe primi Prædicabilis; & hanc; *Petrus eſt humanus*, ſecundi; eoſdem poſſe dicere hanc, *Petrus eſt rationalis* eſſe tertij: at qui dicunt, *Homo eſt animal*, & *Petrus eſt homo*, debere conſequenter dicere, *Petrus eſt rationale.* CCCCLIII

An differentia prædicetur ut quid, an ut quale?

Homo eſt riſibilis, quæ ad quartum ſpectat, iſti, *Habens humanitatem eſt habens riſibilitatem*, æquipollet.

Prædicabile quartum.

Et tandem hæc, *Homo eſt albus*, huic, *Habens humanitatem eſt habens albedinem*; & ſpectat ad quintum Prædicabile.

Quintum.

In quibus omnibus propoſitionibus ſemper videns nihil in recto dici à ſubjecto, quod à Prædicato non dicatur: quoniam in utroque unum & idem *habens* eſt.

Petis, An prædicentur abſtracta de abſtractis? Et negativè reſpondeo: quia non habent rectum commune in utroque propoſitionis termino; Hæ enim ſunt veræ, *Homo eſt animal*, *Homo eſt albus*, hæ malæ, *Humanitas eſt animalitas*, *Humanitas eſt albedo.* nam hæc ultima falſa eſt, & penultima aut falſa, quod plurimi putāt, aut ſaltem non formalis, q̄ malunt alij. SUFFICIAT hæc breviter perſtrinxiſſe, quæ ſuo ſunt loco uberiùs & firmiùs retractanda.

Abſtracta de abſtractis.

Vide in Metalogica, quæ dixero de Prædicabili.

ARTICULUS XVII.

De Termino intrinſecè & extrinſecè denominante; item De Termino denominativo.

SVbiectum aut Suppoſitum à formá denominatur tale adjectivè, qualis eſt forma ſubſtantivè; ut à pietate nomine ſubſtātivo, adjectivè diceris *Pius*, à gratia *Gratus*, à fide *Fidus*, & à fidelitate *Fidelis*. Hæc forma denominans, aut intrinſeca aut extrinſeca eſt, & ideò contingit aliàs eſſe denominationem intrinſecam, & aliàs extrinſecam; intrinſecè enim denominaberis *Albus*, *Calidus*, *Doctus*, nam albedo, calor, doctrina, tibi intrin- CCCCLIV

Ariſt. in Categ. c. 1.

Forma denominans, alia eſt intrinſeca, & alia extrinſeca.

intrinſecæ ſunt: extrinſecùs verò *Dexter, Viſus*, &c. nam animalis dextera & oculi, à quibus denominatis, tibi extrinſeca ſunt.

Ariſt. in Categ. c. 6.

Huc Denominativi referri poſſunt debentque, termini illi, qui ab aliquo nomine habent appellationem ſolo caſu differentem; ut cùm dicimus

Abſtractum	*Denominans*	*ALBEDO.*		*Et in ſingulis duo numeri*
Concretum	*Caſus primus*	Albus.		*(ſingularis pluralis) &*
	Secundus act.	Albatio.	Albatio, *paſſ.*	*in utroque ſex noti caſus*
	Tertius act.	Albativus.	Albabilis. *paſſ.*	*(Nominat. Gen. Dat.*
	Quartus act.	Albans.	Albatus *paſſ.*	*Acc. Voc. Abl.) repe-*
	Quintus act.	Albaturus.	Albandus. *paſſ.*	*riuntur.*

Quibus adjunge caſus plures pauciores-ve (puta, Inchoativos, Frequentativos, &c.) ſecundum proprietatem ſingulorum idiomatum.

Non ſunt multiplicanda entia ſine neceſſitate.

Circa Denominationes hoc cordi habere debes, ut non multiplices intrinſecas formas ſine causâ; qui enim dicit, *Fruſtrà fiunt per plura, quæ per pauciora poſſunt*, etiam dicere debet, *Fruſtrà formæ ponuntur intrinſecæ ad ſalvandas denominationes, quæ ſalvare forma extrinſeca aut poſitione aut remotione poſſunt.*

Non eſt ponenda intrinſeca forma, ubi extrinſeca ſufficit.

Hâc veritate abutuntur Hæretici, ut gratiam habitualem impugnent. Sic enim arguunt. [Ubi forma extrinſeca ſufficit, intrinſeca ponenda non eſt. At ſufficit juſtitia & gratia Chriſto intrinſeca, ut nos juſti & grati (nimirùm extrinſecè) dicamur: ergo non debemus aſſerere unumquemque hominem pium & juſtum habere ſuam particularem gratiam intrinſecè inhærentem, à quâ denominetur juſtus, gratus & ſanctus.]

An gratia juſtificans ſit forma intrinſeca?

Quod ſatis

Et reſpondeo me omnia admiſſurum fuiſſe, ſi aliter ab Eccleſiâ Romanâ non inſtruerer. At modò ab illâ doctus, dico poſſe quidem hominem per extrinſecam condonationem abſolvi, at non firmari, roborari, curari; adeoque Dei liberalitate obtinuiſſe gratiam, quâ intrinſecè roboraretur, & juſtificaretur. Rem illuſtro. Peccaverit in Cæſarem Petrus ex merâ paupertate; ſi Cæſar injuriam condonet, adquiret gratiam Cæſaris; moralem, extrinſecam; non verò intrinſecam, præſervativam & corroborativam. At ſi Cæſar, ignoſceret illi ditando, & ignoſcendo ditaret; tunc illi gratiam poſitivam & roborativam concederet, quæ minueret occaſionem & motivum peccandi. Exemplum ad Deum transfero; quia non ſolùm condonat culpam, ſed animam ditat, gratiâque juſtificante & roborante exornat.

eſſet Redemptioni & Juſtificationi, non erat ſatis Dilectionis. Auguſt.

ARTICULUS XVIII.

De Terminis inter ſe Comparatis.

Hucuſque conſideravimus ſingulos Terminos, placet nunc binos aſſumere & examinare. Multi ſunt modi, quibus comparari ipſi poſſunt, ſed proponam præcipuos. CCCCLVI

Diſparati.

Termini diſparati, nec oppoſitionem, nec connexionem habent, ut *Album & Liquidum*; nam albedo & liquiditas poſſunt ſimul adeſſe & abeſſe; lac enim & eſt album & liquidum; alabaſtrum, album & non liquidum: atramentum, liquidum & non album, & magnes nec albus, nec liquidus eſt.

Convertibiles.

Convertibiles, ita ſunt connexi, ut ſeparati nequeant; ita *Homo, Rationale*, & *Riſibile*; ideò enim dicuntur convertibiles, quia inter ſe converti poſſunt, nam *Omnis homo eſt rationalis, & Omne rationale eſt homo*; &c.

Oppoſiti. De oppoſitione terminorum rodibus formo inferius.

An eſſe poſſint duo montes ſine valle interrogat. Negavit totus orbis literarius huc uſque; at iam poteſt demonſtrari contrariũ.

Oppoſiti, de ſe non poſſunt prædicari: & ſunt vel *Incompoſſibiles*, ut duæ formæ ſubſtantiales non ſubordinatæ in opinione eorum, qui formas ſubſtantiales materiales incomponibiles admittunt; vel *Contrarij*, ut duæ qualitates, quæ eo ſenſu vocabuntur contrariæ, quo ſimul abeſſe, non tamen ſimul adeſſe queant; vel *ſubcontrarij*, & iſti ſimul adeſſe poſſunt, at ſimul abeſſe non poſſunt: vel *Repugnantes*, ut forma & privatio; quæ nec ſimul adeſſe, nec ſimul abeſſe poſſunt, etiam de potentiâ abſolutâ; vel *Relativi*, ut pater & filius, mons & vallis. &c.

Vt magis & minùs communes ſe habere dicuntur Genus & ejus Species, ut Animal & Homo: patet enim Homine latiùs animal; nam tametſi omnis homo ſit animal, non omne animal eſt homo.

Excedentes, Exceſſi.

Vt excedentes & exceſſi ſe dicuntur habere, qui aliquando ſimul reperiuntur, aliquan-

aliquando ſimul deſiderantur, & aliquando ſorſim ſunt, ut *Homo* & *Albus*. Scythæ enim & homo & albus eſt: Æthiops homo eſt, ſed non albus; & Corvus, nec homo eſt, nec albus. Et hi termini non multùm à Diſparatis differunt. Sed cur Excedentes & Exceſſi vocantur? Quia *Album* & *Rationale* inter ſe collati, ſe excedunt, exceduntur que: nam Europæi ſumus albi & rationales: Æthiopes rationales ſunt, non tamen albi: & tandem Cygni, albi, non verò rationales ſunt.

Simpliciter, ſecundum quid.

Termini, alij denominant ſimpliciter, alij ſecundum quid. Simpliciter quando forma omnes partes ſubjecti capaces informat; ſecundum quid, quando latiùs poſſet aut deberet extendi. Sic Germanus dicitur albus ſimpliciter, tametſi habeat crines ruffos vel nigros, oculos cæruleos vel virides, labia rubra; quia his corporis partibus non debetur albedo. Sic etiam ſimpliciter dicitur videre, qui duobus oculis videt, tametſi non videat nare, digito, pede; his enim & ſimilibus membris videre non debet. At Æthiops, qui tantùm dentes albos habet, cùm poſſet & deberet totum corpus (nigredo enim illa non ab exigentiâ naturæ, ſed à Solis violentia provenit) dicitur albus ſecundum quid. Sic luſcus videns ſecundum quid. Hinc ad mores; ille actus, qui in una aut altera circumſtantia deficit, & in reliquis legi divinæ conſonat (talis eſt eleemoſyna, quæ propter vanam gloriam erogatur) dicitur bonus ſecundum quid. Et ille, qui ex parte aliquam facultatem intelligit, doctus ſecundum quid. Owenus lib. 1. ad Henricum Epigr. 41.

Nota hoc.

An unum & idem actu eſſe poſſit ſimul bonum & malum?

An unus & idem homo eſſe poſſit doctus indoctusque.

Stultus es & ſapiens: quis credat Gaure? ſecundum.
Quid ſapiens. Stultus. quomodo? Simpliciter.

CCCCLVII.

IAm poſueram calamum, & volebam ad ſecundam Dialecticæ partem tranſire: hærere tamen jubeor, nam inquiris, Unùm omnis forma poſſit ſubjectum denominare ſimpliciter & ſecundum quid? Et reſpondeo aſſertivè; niſi ſit tale ſubjectum, quod intrinſecè & extrinſecè ſit indiviſibile, quale nemo proponere poterit. Poſui exemplum in bonitate eleemoſynæ, & tu illud reiicis, quia *Bonum ex integra causâ, & Malum ex quocumque defectu*. Non terreor tamen, ſed iterùm dico; dari actus ſecundum quid bonos & ſecundum quid malos, vix aliquem ſimpliciter malum, & paucos ſimpliciter bonos. Et quia hoc omnino certum eſt, &. ſi ſtemus rationi, unicè verum; axioma illud reſcribo. *Bonum adæquatum, aio, ex integrâ causâ; & Malum inadæquatum ex quocumque defectu.* Ac per conſequens *Bonum inadæquatum ex partiali causa, & Malum adæquatum ex omni defectu.* Cui ſi inſiſtas principio, qui tibi contrarium ſuaſerit, erit Magnus Apollo.

An unus & idem numero actus poſſit eſſe ſimul bonus & malus?

An bonum fit ex integrâ causâ, & malum ex quocumque defectu?

LOGICÆ VOCALIS

PARS II, JUDICATIVA.

De Propoſitionum naturâ & paſſionibus diſſerens.

CCCCLVIII. *Quid ſit Oratio?*

An oratio ſit vox? An ſimplex? An omnis vocum agglomeratio ſit oratio.

SIc Orationem Ariſtoteles, ſic Peripatetici deſiniunt, Oratio eſt, inquiunt, vox ſignificativa ad placitum, cuius pars aliqua ſeparata ſignificat: vel ut dictio, vel ut affirmatio aut negatio. *Et ſtatim ſubdubitas, quâ ratione ſit verum, quod oratio ſit vox, videtur enim potiùs vocibus componi, quàm vox eſſe. Nyphus apud Lalemandetum* Apparatûs Iſagogici part. 2. particione 1. num. 1. column. 45. *varias ſolutiones adducit. & eam cæteris præfert, quæ docet Orationem non eſſe vocem ſimplicem ſed compoſitam, ex vocibus non qualibuſcumque, ſed congruentibus inter ſe: hæ enim,* Verùtamen, abſq; præter, *voces ſignificativæ ſunt, & tamen Orationē non conficiunt, quia ſenſu carent; quam obrem, nō omninò debet Hurtadus condemnari, qui* diſp. 3. ſect. 3. *ad Grammaticā ſpeculativā recurrit, ut eſſentiam Orationis exponat, ait que eā eſſe congruentiam nominis cū verbo, quia ſublatâ congruentiâ Oratio remanere nō poteſt. Hurtadum Lalemandetius hâc cēſurâ perſtringit,* Mendoza (hic eſt Hurtad⁹) ſemper ſibi ſimilis, ut à trito recedat itinere, ſingularisque appareat, definitionem communem Ariſtotelicam Orationis, communiter receptam, tanquā ineptam reiicit, & ad Grammaticalem refugit. *Sed Lalemandetij pace, dicam liberè me Hurtadum cognoviſſe Salmanticæ, Virum probum & doctum, & qui ab univerſis fiebat maximè. Scripſit, & à Peripateticis abiit, non ut ſingularis videretur,*

In his quæſtionibus meritò ad Grammaticam recurritur. Hurtadus ſingularitatis notatus.

Qualis fuerit?

Cur à Peri

ripatetici necessoret *videretur, ſed ut dedoceret errores, quos ſuperſtitioſa erga Ethnicum reverentia in omnes Scholas invexerat. Scio non ubique eum votis propriis & exſpectationi noſtræ ſatisfeciſſe: at hic non debet condemnari: quicumque enim ſincerus & indifferens ſit, candidè pronunciabat, Hurtadi definitionem claram eſſe, & Ariſtotelis obſcuram: illam nullis, hanc objectam multis difficultatibus. Interim quia incepimus adquieſcere Peripateticis, Ariſtotelis definitionem defendamus & expendamus. Ergo particulas ſingulas conſideremus, definitionisque ad hanc reducamus paraphraſim.* [*Orationis definitio.* Oratio eſt vox, non quidem ſimplex, ſed compoſita: ſignificativa, non quidem naturaliter, ut Plato aſſeruit, in Cratyllo; ſed ad placitum, ut Ariſtoteles perſuadet: cuius aliquando omnes, ut cùm dicimus, *veni huc Petre*; vel ſaltem aliqua pars, ut cùm *Blictri eſt ſyndapſus*, ſignificat ſeparata] *Ubi & Ego decircinavi ultima Ariſtotelis verba, quæ nec ſibi cohærere nec mihi ſervire videbantur.*

Orationis diviſio. *Oratio eſt duplex; alia enim aliquid affirmat, aut negat, alia contrà. Et hanc ipſam diviſionem inſinuant illa ultima definitionis verba*, vel ut dictio, vel ut affirmatio aut negatio. *Affirmativa aut negativa ſunt Orationes, quæ pertinent ad Indicativum, ut* Petrus currit, Ioannes non eſt lapis; *carent hâc perfectione, Interrogativa, Imperativa, Optativa & aliæ ſimiles; ut,* Quouſque tandem abutêris Catilina patientiâ noſtra? Vade ad aſſeclas tuos, & viros honeſtos ne graves. Utinam enim natus non fuiſſes Romæ; nec glorioſum vocabulum ſceleribus odioſum redderes. *&c. Omiſſâ igitur Oratione, quæ nil negat aut aſſerit, quam Grammatici formant & exornant Rhetorici, de Affirmativa, (imò de Negativâ, ſi fortè ab alterâ diſtinguatur) agamus, eiuſque eſſentiam paſſiones & proprietates explicabimus.*

ARTICULUS I.

De Propoſitionis eſſentiâ.

CCCCLIX. *Propoſitionis definitio.*

Quid in propoſitione eſſentiale, & quid accidentale ſit?

DEfinitur, *Oratio prædicans unum de alio.* Et componitur ex ſubjecto, copulâ & prædicato, *Homo eſt animal.* Cùm dividitur in affirmativam & negativam (Sto reſolutioni ſumptæ ſuperiùs) per differentias intrinſecas dividitur, quia ipſi eſt intrinſecum affirmare aut negare: ſecùs autem cùm dividitur in veram & falſam, accidit enim propoſitioni eſſe veram.

In Aſſerentem & negantem dividitur: & membra diviſionis explicantur.

Affirmans illa dicitur, cuius copulâ non inficitur aliquâ negatione, ut *Equus eſt hinnibilis*, maneret etiam aſſerens licèt utrumq; extremũ afficeretur negatione, modò copula libera remaneret, ut *Non-equus eſt non-hinnibile.* Negativa propoſitio dicitur, quæ habet negationem copulam afficientem, ſive negatio ſit particula non, & immediatè verbum antecedat, ſive ſit in alio ſigno imbibita, ut *Nullus homo eſt lapis*, negatio enim imbibitur in ſigno *Nullus*, illa enim aſſertio æquivalet huic, *Omnis homo non eſt lapis.*

Quid ſit veritas & falſitas in propoſitione. *Dividitur & in veram & falſam.*

Propoſitio vera eſt illa, quæ enunciat rem ut eſt, ut *Omnis homo eſt rationalis*, falſa verò quæ enuntiat rem aliter quàm eſt, *ut Nullus homo eſt rationalis.*

Negatio duplex, negans & infinitans.

Hinc patet Negationem eſſe duplicem; Negantem & Infinitantem: ab illâque affici vel ſubiectum, vel prædicatum, vel utrumque (ut *Non-homo caret viſibilitate, Petrus eſt non-lapis, Non-animal eſt non ſenſibile*) & ab hâc copulam, (ut *Equus non eſt Platanus.*)

Exponuntur examini tres propoſitiones.

Hoc legis, & ut penitiùs rem intelligas, quæris, Quænam ſit differentia inter Propoſitiones Infinitas & Negativas? Tres examini ſubiicis. Prima eſt, *Non-homo eſt carens rationalitate*, ſecunda, *Homo eſt non-lapis*, tertia, *Homo non eſt lapis*: & doceri vis, quomodò ipſæ conveniant, & quomodò diſtinguantur inter ſe?

Concludimus diverſas eſſe.

Reſpondeo inter primam & ſecundam eſſe latum diſcrimen; quoniam in primâ negatio afficit ſubiectum, & in ſecundâ prædicatum. Major eſt omninò difficultas de tertiâ; an diſtinguatur à ſecundâ? Reſpondeo illas omnium opinione diſtingui; quoniam negatio, quæ in ſecundâ afficit prædicatum, inficit in ultimâ copulam, efficitque ut propoſitio non ſit affirmativa, ſed negativa. Oportet Iuniores loqui cum multis, eâdem enim efficaciâ ſyllogiſmi concludent, ſive communi inſiſtamus ſententiæ, ſive ſpecialem ineamus; & tamen apud eos, qui communem ſciant & ſpecialem neſciant, fortè eſſet de fallacia ſuſpectus arguendi modus, qui propoſitiones negativas negaret.

Præſtat aliquando manere in communi ſententiâ, licet minùs probabili. *De hac materiâ agemus inferiùs in libello ſpeciali.*

Vocali

CCCCLX. VOcali Logicæ, quam expendo, ſubjungam ſpecialem Tractatum, ubi oſtendetur has duas Propoſitionea, *Petrus non eſt lapis*, & *Petrus eſt non-lapis*, æquè eſſe æquipollentes, ac ſunt iſtæ, *Nullus homo eſt animal*, & *Omnis homo non eſt animal*. Et ex hac veritate deducentur multa curioſa variaque in Converſionum, Oppoſitionum & Argumentationum materiâ. Jubeo tamen juniorem ſtudioſum inſtitui prius in doctrinâ communi, quæ apud nos bona eſt; vocalem enim Logicam tradimus, & has Propoſitiones *Petrus non eſt lapis*. & *Petrus eſt non-lapis* vocaliter diſtingui certum eſt.

An mentaliter propoſitiones negativæ

Conſultò dixi apud nos communem doctrinam eſſe bonam; illam enim nos benè defendimus, & nobiſcum quotquot dicuntur Nominales; at illi qui præter mentalem, nullam Logicam noſcunt, communi doctrinæ ſtare nequeunt; illæ enim duæ propoſitiones, quas vocaliter diſtingui eſt evidens, mentaliter non eſſe diſtinctas inferiùs demonſtraturus ſum. Sed nihilominùs majoris claritatis gratiâ in totâ Vocali Logicâ eſſe illas vocaliter diſtinctas ſupponamus.

An duæ ſemper negationes affirment?

CCCCLXI *Reſolutio.* SI rigoroſè loquamur, binæ affirmant, & hoc præcipuè in ſermone Latioo. Unde *Non-nullus* eſt Quiſpiam, & *Non-nihil* eſt Aliquid. At Oratores Patreſque, imò & Philoſophi nonnunquam.

Non omnes rigoroſe loquuntur.

Rigorem iſtum non obſervât: unde optimè Hunnæus in Prodidagmatibus ſic inquit. [Advertant ſtudioſi uſum Negationis quamvis frequentet, non ſemper tamen iis, quæ modò dicta ſunt, conſentaneum eſſe. Conſtans enim non eſt, ſed valdè varius, cùm apud Græcos, cùm apud Latinos negationis uſus: ut cùm apud Ariſtotelem legimus in Categoriis, [illegible] quod ſic quædam antiqua verſio reddidit, *Determinatum nullum nulli eſt contrarium*. Quo loco non voluit interpreſſe hanc denotare ſententiam, (*determinatorum quodlibet alicui eſt contrarium*;) ea ſiquidem & abſurdiſſima eſt, & cum Ariſtotelicâ doctrinâ ex diametro pugnat, ſed illam quam eruditiores interpretes expreſſerunt his verbis: COL. *Illud profectò verum eſt, definitis quantitatibus nihil adverſari*. ARG. *Nihil eorum quæ definita ſunt quantitatis, cuiquam prorſus adverſari videtur*. Quapropter ſciendum eſt, Latinos Scriptores nunquam Græcorum morem hâc in parte imitari, apud quos frequés & familiare eſt, ut duæ negationes vehementiùs negent: ſecundum quem morem accipienda ſunt antiqui illius interpretis Ariſtotelici jam citata verba, hoc videlicet ſenſu, *Omninò nulla quantitas habet aliquod contrarium*. Interdum unica negatio idem efficit quod duæ: ut ſi dicas, *Non audit vel parentem*, perinde eſt ac ſi diceres, *Neminem audit, ne parentem quidem*. Interdum tribus negationibus nihilo plus efficitur, quàm duabus aut unicâ; idem enim valent iſtæ tres Orationes, *Non veretur neque homines, neque Deum*: *Neque Deum, neque homines veretur*: *Non veretur aut homines aut Deum*. Conduplicare negationem majoris vehementiæ causâ, non Græcorum tantùm, ſed etiam Latinorum more receptum eſt, ſi modò ipſa negatio non iteretur ſola. Exempli causâ, magnam vehementiam habet iſtud negandi genus, *Non faciam, non inquam*, quæ omnia Grammatici eruditiores latiùs perſequi ſolent.]

Aliquando duæ negationes fortiùs negãt. Videlicet in Lingua Græca.

Latinâ.

Hiſpanâ.

In linguâ Hiſpanicâ duas negationes fortiùs ſæpè negare certum eſt, patet in his propoſitionibus. *No é viſto a nadie*. *No lo haré de ninguna manera*. *No é hecho nada*. quas ſic transfero ad litteram, *Non vidi neminem*. *Non faciam nullo modò*. *Non feci nihil*. Si ad ſenſum. *Neminem vidi*. *Prorſus non faciam*. *Nihil effeci*. eundem loquendi modũ aliæ etiam nationes Hunc obſervant. Ait Luſitanus, *Eu no vi a nigem*. Italus, *Io non ho viſto niſſuno*. Belga, *Ick en hebbe niemant gſien*. Gallus, *Ie n' ay rien dit*. Bohemus: *Zadnelio ſem nevvidel*: *Nicz ſem nevvidel*. Polonus, *Zadnegom nie vvidzial*. Anglus, *I did not ſee nothing*. Ibernus, *Ni acheme eu mune*. & ſic nationes aliæ.

An aliquando negatio aſſerat?

NUnquam, ſi loquamur exactè. Interim occurrit mihi Valerii Martialis Epigramma XVIII. libr. VII. in quo negatio ſupponitur pro affirmatione. Ipſos verſus ſubſcribo CCCCLXII.

Hæc eſt illa dies, quæ magni conſcia partûs,
Lucanum populis, & tibi Polla dedit;

Heu Nero crudelis, nullâque inviſior umbrâ!
Debuit hoc ſaltem non licuiſſe Tibi

Nullus, dum accipiatur pro Omnis, &c.

Fuit Lucanus Pollæ filius, Senecæ Nepos; bellum inter Cæſarem Pompeiumque fœlici carmine deſcripſit; tragædias nonnullas evulgavit, & multa alia, quæ hodie non exſtant. Periit inciſâ juſſu Neronis venâ, deſignatus jam Conſul. Ejus Natale celebrat hoc Epigrammate Martialis, & in Neronem invehitur, quem vocat *Inviſiorem nullâ umbrâ*. hoc eſt *omni umbrâ*; ubi *nullum* pro *omni* accipi manifeſtum eſt.

Quis & qualis Lucanus fuerit?

An detur Copula aſſerens, & tamen purè negativa?

AD Propoſitionum perfectiorem notitiam, addendum eſt Copulam Authorum opinione eſſe duplicem: Aſſerentem, Negantemque: ut *Eſt*, *Non eſt*, in his propoſitionibus *Petrus eſt animal*, & *Ferdinandus non eſt lapis*. Conſidero igitur affirmativam copulam (nimirum *eſt*) & quæro an entitativè poſitiva ſit ſemper? Hic eſt quæſtionis ſenſus: & alibi aliquid ſubtiliùs aſſerturus, inibo facillimam viam, pronuncio copulam *Eſt* objectivè ſumptam dividi in Poſitivam videlicet & Negativam. Poſitiva eſt, quæ terminos poſitivos connectit, ut ſi dicamus, *Homo eſt animal*: copula enim quæ hominem animali identificat, poſitiva eſt. Negativa, quæ terminos negativos coniungit, ut ſi dicamus, *Cæcitas eſt carentia viſûs*.

Copula eſt alia poſitiva & alia negativa.

CCCCLXIII. Hanc doctrinam dilucidè exponit Arriaga *Tract. de Scientiâ Dei, diſp. 19. ſect. 6.* numero enim 32, interrogat, An, & quo modo Deus negationes cognoſcat? Reſpondet illas à Deo cogno-

Quo Deus modo negationes cognoſcat?

cognoſci:non quidem ut formas poſitivas, ſed ut negativas. Et quia multi ſunt, qui Deum putant negationes ut formas quaſdam poſitivas apprehendere, illorum nomine hanc in ſe

Quo modo cognoſcatur Cæcitas?

objectionem explodit. Sic inquit. [Si Deus dicit, *Petrus eſt cæcus*, per quaſcumque ſpecies determinetur ad id dicendum, affirmat ibi identitatem Petri cum cœco, Atqui cùm re negativâ, ſeu cum eo quod non eſt, nulla datur identitas, ut per ſe patet; Ergo Deus in illo judicio (niſi velis dicere illud eſſe falſum) debet ſignificationem vocis *cæcus* ad modum prædicati poſitivi intelligere, ut illud identificet

Quo tenebras?

cum Petro. Præterea ſi dicit *Tenebræ exiſtunt*, (accipiat undecumque velis ſpecies) affirmat exiſtentiam tenebrarum: atqui quod non eſt non habet exiſtentiam: Ergo illa cognitio eſt falſa & repugnans Deo.] Huic objectioni

An nos cognoſcamus negationē per modū formæ poſitivæ

num.36. reſpondet dicens. [In eâ cognitione non eſt ullum abſurdum: argumentum enim adverſariorum non urget: nam quando Deus dicit, *Privatio eſt carentia*, illud *eſt* non concipitur à Deo, quaſi copula poſitiva; hoc enim ideò à nobis fit, quod concipimus nega-

Copula negativa.

tionem per ſpecies rei poſitivæ, cùm nullas habeamus: ſed Deus affirmat copulam negativam, ſicut ipſa extrema negativa ſunt. Quo

An Ens ſit æquivocū?

reſpondetur replicæ à nobis factæ num.33. & 34. pro quo adverte, ſicut ens prout abſtrahit à poſitivo & negativo eſt æquivocum: ita & copulam, prout abſtrahit à poſitivâ & negativâ,

An copula ſit æquivoca?

eſſe æquivocam, & ut talem cognoſci à Deo, & conſequenter ſine univocatione cum entitate aut copulâ poſitivâ quando affirmatur negativè aut è contrario: nos autem quia quærimus ibi ex parte objecti aliquam entitatem veram, dum illa nobis non proponitur ante oculos, non poſſumus capere quod ſit objectum illius actûs; ſicut in ſimili notavi de ente rationis in

Quid ſit creatura poſſibilis? An aliquid ſit poſſibile?

Metaphyſicâ, imò & de creaturis poſſibilibus; ſi volumus enim dare aliquid de præſenti verum & reale quod ſit objectum actûs. Et inde multi dixerunt poſſibilitatem creaturarum eſſe aliquid de præſenti, & ens rationis dixerunt eſſe ipſa objecta realia, prout denominata ab actu intellectûs: at ſicut falluntur in hoc, & de

Quid ſit Ens rationis?

præſenti objectum illorum actuum, *Petrus eſt poſſibilis*, *Chimæra repugnat*, nihil eſt, ita & dico objectum actûs quo Deus dicit, *Privatio eſt carentia in ſubjecto capaci*, nihil eſſe poſitivum, ſed negativum; quod ex terminis ipſis ita manifeſtè apparet, ut ſi in aliquâ propoſitione per ſe notâ debemus unquam ſiſtere, ſiſtendum ſit in hâc, *Carere formâ eſt nō habere formam*: nec eſt ibi quærendum aliquid aliud, quàm ipſum non habere, & illud eſt carere, ſicut homo eſt animal rationale.] Sic Arriaga: cujus doctrina ut ſummè probabilis teneri poteſt.

ARTICULUS II.

De Propoſitionum materiâ.

CCCCLXIV. *Materia neceſſaria.*

Eſt quadruplex; neceſſaria, infallibilis, convertibilis, & contingens. NECESSARIA illa eſt, in qua prædicatum ita ſubjecto convenit: ut nec divinitùs poſſit non convenire: tales ſunt omnes prædicationes, quæ fiunt in primo, ſecundo & tertio prædicabili: ut *Homo eſt animal*, *Petrus eſt homo*, *Paulus eſt rationalis*, quæ ita ſunt veræ, ut nec de potentia Dei abſoluta reddi poſſint falſæ: non enim poteſt Deus facere vel unum equum inſenſibilem, aut vel unum hominem inanimatum. Hæc neceſſaria

Neceſſariū & impoſſibile coincidunt: cui enim neceſſarium eſt eſſe, eſt impoſſibile non eſſe: & cui eſt impoſſibile eſſe, huic eſt neceſſariū non eſſe.

remota aut impoſſibilis

materia in naturalem & remotam ſubdividitur. Si prædicatum neceſſariò conveniat ſubjecto, dicitur naturalis; remota, ſi neceſſariò diſconveniat. Naturalis materiæ exempla ſunt, *Homo eſt vivens*, *Equus eſt animal*, remotæ verò, *Homo eſt lapis*, *Equus eſt leo*; quia ſicut eſt neceſſarium hominem eſſe viventem, ita & hominem, quà hominem non eſſe lapidem. Conſultò iſtam reduplicationem pono: quia tametſi repugnet Deum quà Deum eſſe poſſibilem mortalemque, non tamen repugnat eum alienam naturam aſſumere, ratione cujus ſit mortalis. Unde homo, ſi lapidis naturam aſſumeret, eſſet quidem verè lapis, ſed non quà homo. An iſte caſus eſt poſſibilis, & una humana ſubſtantia poteſt duas aut plures Naturas ſuſtentare? Reſpondeo eſſe quæſtionem alius loci, nec decidendam à Dialecticis: cui ſufficiat ſcire, hîc nihil poſſe demonſtrari.

An ſicut Deus eſt homo, ſic homo poſſit eſſe lapis

CCCCLXV. *Infallibilis.*

MATERIA INFALLIBILIS, neceſſaria non eſt, ſed libera: includit omnia illa prædicata, quæ poſſunt quidem non convenire ſubjecto, conveniunt tamen, ut *Prædeſtinatus ſalvabitur*, ſalus & prædeſtinatio infallibiliter conjunguntur, non tamen neceſſariò; poterit enim prædeſtinatus condemnari, non tamen condemnabitur. Cognitio hujus materiæ eſt valdè neceſſaria intelligendis diſputationibus, quæ circa libertatem Divinam aut Humanam ſubtiliter moveri ſolent.

CON-

CONVERTIBILIS MATERIA perfectiſſima eſt, in ea ita prædicatum competit ſubjecto, ut ſoli competat, omni & ſemper. In tali materia eſt differentia & proprium reſpectu inferiorum. Valent hæ conſequentiæ, *Omnis homo eſt rationalis: ergo omne rationale eſt homo. Omne riſibile eſt admirativum, ergo & omne admirativum eſt riſibile:* Non verò iſtæ, *Omnis homo eſt ſenſibilis, ergo omne ſenſibile eſt homo. Omnis Philoſophus eſt riſibilis: ergo omnis riſibilis eſt Philoſophus.*

Convertibilis.

CCCC. LXVI. Omnia, quæ ſunt in materia propria, ſunt etiam in convertibili, non verò è contra, quia differentia & ſpecies convertibiles ſunt, & tamen neutra eſt proprietas alterius. Proprietates dicimus illas, quas definivit Ariſtoteles in quarto modo, unde & *Proprietates in quarto modo* nominantur; hæ ex vi legis ordinariæ non poſſunt non competere ſuis ſubjectis; utrùm de lege abſolutâ, diſputatur.

An ſpecies de potentia abſoluta proprietatibus carere poſſit.

Contingẽ. CONTINGENS dicitur illa connexio quæ eſt accidentalis, & fallax, ut hominis & albedinis, aëris & frigoris, & ſimiles.

Modales, ſi vera, etiã ſunt neceſſaria. Omnes propoſitiones, cujuſcumque materiæ illæ ſint, tranſibunt in neceſſarias, ſi addatur materiæ charactericum, omnes enim hæ aſſertiones neceſſariæ ſunt, videlicet *Homo neceſſariò eſt animal, Lapis neceſſariò eſt non ſentiens, Equus convertibiliter eſt hinnibilis, Homo propriè eſt riſibilis, Lapis albus accidentaliter eſt albus, Prædeſtinatus ſalvabitur infallibiliter,* quorum & ſimilium tam neceſſaria eſt veritas, ut nec divinitùs falſæ eſſe poſſint,

CCCC. LXVII. *Materia Impropria.* SOlent aliqui addere Materiam Impropriam & Comitativam, quas utiliter quis cognoſcere poterit. IMPROPRIA eadem ac Metaphorica, cùm prædicatum vi alicujus tropi aut figuræ rhetoricæ ſubjecto adſcribitur, ut cùm dicimus *Prata rident, Lætantur ſegetes, oceanus ſuperbeſcit.* CONCOMITATIVA materia eſt, quando unum de altero affirmatur in recto, ideò tantùm, quòd neceſſariò cum illo exiſtat; ut *Generatio unius eſt corruptio alterius*; quod axioma ſententiâ Peripateticorum verum eſt, non quòd corruptio ſit idem formaliter ac generatio, ſed quòd eam neceſſariò comitetur. Ita Philippus du Trieu *tract. 1. part. 1. c. 2. art. 1.* At ego ſuadebo, ut nemo in materiâ comitativa loquatur; valdè enim ipſa à rigore philoſophico remota eſt. Nec adhuc illa admiſsâ, putabo exempla à Peripateticis allata eſſe vera; nam generatio lucis nullius rei eſt corruptio; & fortè corruptio ſeu mors (aut hominis aut bruti) nullius formæ cadaverinæ poſitivæ eſt generatio,

Concomitativa.

An ingeneratione lucis, aut morte hominis, etiã aliusve cujuſcumque animantis, aliqua forma corrũpitur?

ARTICULUS III.

De Propoſitionum Quantitate.

Rejicitur ſententia Iuniorum. QUantitas dat eſſentiæ extenſionem & partes; unde non ſine admiratione lego Philoſophos nonnullos Iuniores, qui ita abutuntur vocabulo, ut dicant Quantitatis eſſentiam in impenetrabilitate conſiſtere. Nam cùm interrogo, quanta ſit iſta Virga; non interrogo, quàm impenetrabilis ſit, ſed quàm longa ſit. Quantitati, ſi benè loquamur, non Impenetratio reſpondere poteſt, ſed Tantitas: roganti enim, Quanta ſit iſta Virga? reſpondetur eſſe tantam aut tantam, hoc eſt tam magnam. Huic ergo doctrinæ inſiſtentes Dialectici Propoſitionis magnitudinem *Quantitatem* vocarunt, & Propoſitionem in Indefinitam, Univerſalem, Particularem & Singularem diviſerunt; ipſaſq; diſtinxerunt his ſignis ſyncategorematicis, *Omnis, Aliquis, Iſte.* CCCC. LXVIII.

Quantitas non eſt impenetrabilitas, ſed magnitudo

Propoſitionum magnitudo.

INDEFINITA eſt, quæ habet indeterminatam quantitatem, hoc eſt, quæ omni ſigno caret; ut, *Homo eſt animal.* *Indefinita.*

UNIVERSALIS eſt, quæ omnes diſtributivè complectitur, & afficitur hoc categoremate *Omnis*, cui æquipollent *Quilibet, Unuſquiſque, Quicumque*, aut his contrariis, videlicet hoc ſigno, *Nullus*, aut etiam *Nec aliquis, Ne unus quidem*, &c. *Univerſalis.*

PARTICULARIS eſt cujus ſubjectum afficitur ſigno particulari, ut *Aliquis homo deambulat.* Signa particularia ſunt, *Aliquis, Non nullus*, itẽ *Non omnis*, &c.

Inde-

Quantitas virtualis, aut eminentialis. Indefinita, ut benè notârunt Complutenſes, *libr. 2. de propoſ. cap. 3. §. ſecundo.* ſi materia ſit neceſſaria aut propria, æquivalet univerſali, ſi contingens, particulari: quod non ita intellige, ut illam eſſe aut univerſalem aut particularem exiſtimes, ſed ut ex illa inferas, nimirùm in materia neceſſaria aut propria univerſalem & particularem, & in contingente particularem: ſunt enim bonæ hæ conſequentiæ. *Quibus indefinita æquipollent.*

Eſt vera hæc propoſitio, Homo eſt animal;
Ergo etiam iſta, Omnis homo eſt animal.
Ergo etiam iſta, Aliquis homo eſt animal.
Eſt vera hæc propoſitio, *Homo eſt riſibilis*;
Ergo etiam iſta, *Omnis homo eſt riſibilis.*
Ergo etiam iſta, *Aliquis homo eſt riſibilis.*
Eſt vera hæc propoſitio, Homo eſt albus;
Ergo etiam iſta, Aliquis homo eſt albus.

SINGULARIS eſt, cujus ſubjectum afficitur ſigno ſingulari, ut *Petrus ludit*; *Hic homo deambulat*; *Homo A legit*; *Equus B currit*, &c. Signa ſingularia ſunt omnia demonſtrativa, nempè *Hic, iſte, ille*; item nomina individuorum propria; hominum, ut *Petrus*, *Paulus*, *Franciſcus*; equorum, ut *Zephyrus*, *Favonius*, *Velocius*, &c. vel quæ pro propriis ſupplent, A, B, C, &c. Item quæcumque characterica, ut *Filius Virginis*, ſignificat Chriſtum, nemo enim præter ipſum à Virgine fuit natus; *Primus homo* eſt Adamus, quo nemo prior, &c. [Et hîc obiter: ſi Zephirus, Favonius, &c. nomina Equorum ſunt, quid mirum, ſi Equæ Beticæ concipere à ventis dicantur?] *Singularis. An equæ in Hiſpania concipere ſoleant ex ventis?*

CCCC-LXIX. *Intrinſeca Propoſitionum quantitas. Subjecti, & prædicati quantitas.* AUthores omnes agunt de Quantitate ſubjecti, ſed quia etiam prædicatum poteſt ſuâ Quantitate affici, has lineas ſubſcribere libuit.

Dico igitur has propoſitiones quantitate differre; videlicet, *Omnis homo eſt albus*, *Homo eſt albus*, *Aliquis homo eſt albus*, *Hic homo eſt albus*. Item has, *Aliquod Animal eſt omnis homo*, *Aliquod Animal eſt homo*, *Aliquod animal eſt hic homo*. Unde, ſi quæris, quanta ſit hæc poſitio, *Petrus eſt nullus lapis?* Reſpondebo eam eſſe ſingularem ſubjectivè & prædicativè univerſalem.

Quantitas extrinſeca. Datur etiam in propoſitionibus externa Quantitas, quæ omninò contemni non debet. Pono exemplum, *Paulus eſt omnia omnibus*, *Franciſcus placet nemini*. *Symmachus defendit innocentes*, *Odoacer promovit aliquos Catholicos*, *Theodoricus condemnavit Boëtium*, quarum quantitas extrinſeca eſt, & æquè poteſt ad regulas oppoſitionis reduci, quàm ſolet quantitas ſubjecti: nam ſi per anticipationem aliquid prælibare licet, putarem has propoſitiones, *Omnis homo eſt albus*, & *Aliquis homo non eſt albus*, non minùs opponi contradictoriè, quàm iſtæ, *Omnes vidi*, *Aliquem non vidi*; aut iſtæ, *Paulus omnibus eſt omnia*, *Paulus alicui non eſt omnia*, vel *Paulus omnia eſt omnibus*, *Paulus aliquid non eſt omnibus*. Sed de Propoſitionum oppoſitione agam inferius; nunc ſufficiat hæc pauca prælibaſſe. *De quantitate & oppoſitione obliquorũ inferius in Logica obliqua diſputabo. Oppoſitio prædicatiuarum & intrinſecarum Quãtitatum.*

De Indefinitarum quantitate.

CCCC-LXX. *An Indefinita omni quantitate careant?* INdefinitæ videntur omni quantitate carere, aut ſaltem ab omni præcidi, & tamen implicitè aut virtualiter interdum quantæ dicuntur, & ideò nonnulla addemus, quibus hanc materiam accuratiùs tradamus.

PHiloſophi ſic ſolemus diſcurrere. *Si materia ſit neceſſaria aut remota*, (quoniam neceſſariò non ſunt, quæ impoſſibilia, & ideò meritò ſolent neceſſariis adſcribi) *indefinita æquivalet univerſali: & ſi contingens materia ſit, particulari.* Hinc putamus hanc propoſitionem *Homo eſt animal* æquivalere huic *Omnis homo eſt animal*, & hanc *Homo eſt albus*, huic, *Aliquis homo eſt albus.* *Communis opinio.*

CCCC-LXXI. *D. Bernardi opinio.* PRodierunt Pariſiis libri duo, eò tendentes ut probent Eccleſiam bicipitem eſſe, Chriſtumque Petro & Paulo æqualem authoritatem conceſſiſſe. Damnantur ab Innocentio X. Bullâ 24. Januarii anni 1647. editâ; & refutantur ab Arriagâ *tom. 5. diſp. 8.* Dianâ *tract. ſpecials*, & ab aliis. Arriaga contra Gallos D. Bernardum etiam Gallum, producit: qui *libr. de conſider. ad Eugenium cap. 8.* nullum eſſe, qui Petro non ſit ſubditus colligit ex illa indefinitâ Matthæi 16. & Joannis ultimo, videlicet, *Paſce oves meas*, eam univerſali æquipollere certiſſimè & doctiſſimè ponens. Pronunciat igitur Bernardus omnes Apoſtolos, adeòque ipſummet Paulum fuiſſe ſubditos Petro: & ſic infit. *Unde id probem, quæris? Ex verbo Domini. Cui enim, non dico Epiſcoporum, ſed etiam Apoſtolorum ſic abſolutè & indiſcretè tota commiſſa ſunt oves? Si me amas Petre paſce oves meas. Quas? illius vel illius populi, civitatis, aut regionis, aut certè regni? Oves meas, inquit. Cui non planum deſignaſſe aliquas, ſed deſignaſſe omnes? Nihil excipitur, ubi diſtinguitur nihil.* Hinc prodire videtur illud Legiſtarum Axioma, *Ubi lex non diſtinguit, nec nos debemus diſtinguere*: hinc demonſtrari clarè interdum etiam in materiâ contingenti Indefinitam æquivalere Univerſali. *An Eccleſia ſit biceps? An Petrus, Paulusque ſint veræ & legitimæ Romanæ Eccleſiæ capita? An Indefinita Univerſalem colligit D. Bernardus? An nihil omnino exceptum ubi nihil diſtinguitur?*

Phili-

PHilibertus Marchinus Novarienſis *libro de Sacramento Ordinis tract. 1. part. 1. pag. 6* Sic de

CCCCLXXII. *Verum o. pus. Aponeri has diſſicultas tractatur. Doctrina ſatis digna, & à paucis tractata.*

harum poſitionum ſignificatione, aut etiã quãtitate diſcurrit. [Neverò quis præallegatis decretis oppoſitam ſententiam, quam probabilem eſſe diximus, veluti fidei noſtræ dogmatibus repugnantem damnet, non abs re erit, ſi caſus omnes, in quibus propoſitio indefinita vim habet, vel non habet univerſitatis, in medium adducamus, quæ doctrina à paucis tacta, non ſolùm utiliſſima, ſed propter frequentes & quotidianos eventus valdè neceſſaria eſt.

CCCCLXXIII. Certum ſit igitur imprimis, propoſitionem indefinitam, qualis eſt illa utriuſque concilii, ab univerſali multum differre: nam Ariſtoteles *in principio priorum, & in libro Perihermenias*, docet Propoſitionem univerſalem eſſe eam, quæ omni aut nulli ineſſe ſignificat, ut *Omnis homo videt, Nullus homo videt*. Indefinitam verò illam eſſe, quæ ineſſe aut non ineſſe ſignificat ſine ſigno univerſali aut particulari; ut *Homo legit, Homo ambulat*. Cùm ergo indefinita propoſitio ab univerſali ex propriâ naturâ differat, non ſemper indefinita univerſali æquipollebit: quod ſi interdum æquipollebunt, hoc non tam ex naturâ indefinitæ enunciationis, quàm ex materiâ ſubjecti pendebit.

Univerſalis & indefinitæ differentia. An & cur æquipolleant?

CCCCLXXIV. Primus ergo caſus, in quo indefinita univerſalis vim habet, eſt, cùm Propoſitio agit de materiâ neceſſariâ: ut ſi dicas *Homo eſt rationalis*, perinde eſt ac ſi dicas, *Omnis homo eſt rationalis*. Vel, *Triangulus habet tres angulos*, idem valet, ac ſi dicas, *Omnis triangulus habet tres angulos*.

Indefinita in materiâ neceſſariâ univerſali æquipollet.

Secundus caſus eſt, quando propoſitio indefinita eſt de re impoſſibili, ut ſi dicas: *Homo non eſt equus*? perinde eſt ac ſi dicas, *Nullus homo eſt equus*, quia impoſſibile eſt aliquem hominem eſſe equum: unde in materiâ neceſſariâ & impoſſibili particularis propoſitio vim habet univerſalis: & ideò, ſi particularis erit vera, etiam univerſalis erit vera: ſi particularis erit falſa, etiam univerſalis erit falſa: nam ſicut hæc eſt falſa & impoſſibilis, *Quidam homo eſt equus*, ita etiam hæc, *Omnis homo eſt equus*: & ſimiliter, ſicut hæc eſt vera, *Quidam homo eſt diſcurſivus*, ita ratione ejuſdẽ prædicati æquipollet iſti, *Omnis homo eſt diſcurſivus*.

Item in materia impoſſibili. Aliquando & particularis ad univerſalem ſit conſequentia? Hinc patet aliter in materia contingenti, & aliter in neceſſaria eſſe dialecticandum.

Tertius caſus eſt, quando propoſitio indefinita eſt negativa, tunc vim univerſalis continet: nam cum negatio ſit naturæ malignantis, talis eſt ejus vis, ut prædicatũ ab omni ſubjecto ſub illâ contenta amoveat & deſtruat; & ideò reddit propoſitionem univerſalem, ut etiam notavit Titelmannus *libr. 3. Dialectica cap. 8*. Exemplum ſit, *Homo non eſt capax beatitudinis*, idem eſt ac ſi dicas, *Nullus eſt capax beatitudinis*.

De quantitate indefinitæ negativæ. An univerſali æquivaleat?

Quartus caſus eſt, cùm Propoſitio indefinita à lege communi ſive municipali profertur: tunc univerſali æquipollet: quia præſumitur, Legiſlatorem velle omnes ſuos ſubditos tali lege adſtringi; ſecùs, ſi ceſſet talis præſumptio, ut contingit in uxore, filiis aut filiabus Legiſlatoris, quæ ejuſdem legibus non ſemper aſtringuntur. Quare ex mente ejuſdem & ex materiâ ſubjectâ pendet indefinitam univerſali æquipollere, ſit exemplum: Rex legem fert, ut *ferens arma rotata morte puniatur*; idem eſt ac ſi dicas: *Omnis arma rotata ferens morte mulctetur*.

De lege indefinita: an ſit univerſalis?

Caſus autem, in quibus ab indefinitâ ad univerſalem arguendo nihil concluditur, tres eſſe invenio.

CCCCLXXV. *An liceat arguere ex indefinita ad univerſalem?*

Primus, cùm propoſitio indefinita eſt de re contingenti: ut, ſi dicas, *Homo eſt Muſicus*: non idem eſt, ac dicere: *Omnis homo eſt Muſicus*; quia contingit hominem eſſe Muſicum.

Indefinita contingens.

Secundus caſus eſt, quando propoſitio indefinita eſt de materiâ odioſâ; ſecùs ſi de favorabili. Ita Bart. *l. ſi pluribus*. & Fel. *in cap. Audiuis. num. 24 in cap. ult. de treguâ & pace.*

Indefinita odioſa, & favorabilis.

Tertius, quando propoſitio indefinita, ſi ſignificationem univerſalem haberet, pravum vel abſonum redderet intellectum: ut ſi dicas: *Curiales ſunt ſimulatores*: non intelligitur de omnibus nullo prorſùs excepto.

Abſona. Quales aulici ſint?

CCCCLXXVI. Hinc patet non benè ſentire eos, qui dicunt in materia doctrinali indefinitam univerſali ſemper æquipollere: hoc enim verum eſt quando materia ſubjecta, vel Concilii intentio hoc exigit. Et ratio à Concilio adducta, vel Scripturæ teſtimonium æquè in utroque caſu militant: ſecùs ſi materia ſubjecta id non patiatur, vel intentio Concilii varia eſſe colligatur, vel ratio ab eodem adducta, vel Scripturæ teſtimonium non eodem modo in utroque caſu procederet, ſicut contingit in caſu noſtro. Nam cùm Concilii mens eſſet definire ſeptem eſſe Eccleſiæ Sacramenta, & intra hæc Ordinem eſſe enumerandum; dum dicit: Sextum Sacramentum eſt Ordinis; ad hujus indefinitæ propoſitionis veritatem ſufficit, ſi verificetur de principalioribus ordinibus, nempè de Presbyterio & Diaconatu, quos eſſe ſacramenta libenter concedimus: non eſt autem neceſſe verificari de Subdiaconatu & aliis minoribus Ordinibus, quos eſſe Sacramenta ex Concilio efficaciter colligi nequit. Nec refert Concilium eodem contextu & aliorum etiam Ordinum formam & materiam declaraſſe: nam non ſolùm Sacramenta, ſed etiam Sacramentalia propriam habent interdum materiam & formam; & ideò non eſt mirum, ſi, dum Concilium majorum Ordinum materiam & formam expreſſit, etiam minorum meminerit, tanquam ad majores diſponentium, etiamſi iſti non Sacramenta, ſed Sacramentalia ſint. *Hucuſque Philibertus Marchinus, cuius de Subdiaconatu ſpiritus nẽ nõ approbo, ſed modum tantùm dialecticandi, quo utitur in exemplum produxi.* Cæterùm ſacramentalia conſtare materiâ & formâ propriâ, quod ille aſſerit, negaturus non erit, qui videat in promotionibus & contractibus etiam Politicis materias & formas proportionatas reperiri, de quibus diſſeram in Philoſophicis.

Indefinita doctrinalis, an ſemper æquivaleat? An omnes Ordines ſint ſacramenta? An Subdiaconatus ſit ſacramentum? An non ſolùm Sacramenta, ſed etiam Sacramentalia conſtent materiâ & formâ. An contractus Politici conſtent materiâ & formâ.

N O T A.

PRonomina poſſeſſiva *Meus, Tuus, Suus, Noſter, Veſter*, & termino indefinito adjuncta interdum illum ampliant & univerſaliter ſumi præcipiunt. Sic Petrus moriens, in teſtamento ſcripſit; *Adalberto relinquo meas boves, Ioanni meas oves, Friderico meos agros, & Anſelmo meos*

De Pronominibus Meus, Tuus, Suus, Noſter, Veſter. An ſint univerſalia?

Quæ captiva, nō ſuntvera.

VAria ſunt ingenia hominum, etiam doctorum: multi enim præjudiciis præventi benè judicare non poſſunt, multi nolunt. Reperio apud Veteres multa, apud Iuniores aliqua, de Veritate, quæ non ſunt vera: & hanc ob rem Articuli præſentis Textui has periodos & quæſtiones ſubſcribo.

An detur Veritas?

CCCCLXXIX. *Humanis operationibus ſubſunt.*

ALiud eſt non dari Veritatem, & aliud non poſſe cognoſci; actus enim merè interni ſub humanum judicium non cadunt, & volitiones liberæ ne angelis quidem innoteſcunt, & tamen ſunt in rerum naturâ. Quamobrem crediderim omninò hanc eſſe malam conſequentiam, *Veritas actualis cognoſci non poteſt Ergo nō datur*. Quod ſi mordicus velis omnē veritatem negare, debebis & mihi reſpondere. Ergo Sic diſcurro. [Ego dico ꝙ detur Veritas, tu quod nō detur. Ergo falſum dico, & tu verū. hæc propoſitio, *Non datur Veritas*, ꝗ tueris, Ergo eſt vera. Ergo datur Veritas; patet conſequentia, quia ſicut ſublatâ albedine tollitur omne album, ita ſublatâ veritate tollerentur omnes propoſitiones veræ: at non tolluntur omnes veræ, quia tua reſponſio manet, quæ eſt vera; ergo datur Veritas.] Hæc mihi videtur argumentatio evidens, & idcircò *dari Veritatem* puto eſſe per ſe notum, & per ſe demonſtrabile; ſed quia etiam phyſicè & practicè probari poterit, eundem diſcurſum ſic confirmo. [Si te Petrus ſceleratum eſſe deliret, eundem eſſe calumniatorem aſſeres; ſi dicas Petrum mentiri, pro me ſtabis & mihi adquieſces, Ergo datur Falſitas Veritaſque; iſtis enim ſublatis, aſſerere & negare perinde eſt.] Manet ergo hanc poſitionem, *Datur in rebus veritas*, eſſe tam clarè veram, ut non poſſit negari.

Dari veritatem demonſtratur.

An Veritas ſit cognoſcibilis?

CCCCLXXX. *Demonſtratur poſſe aliquas propoſitiones veras cognoſci, & à falſis diſtingui.*

SEd quid, ſi dicas, eſſe certum dari propoſitiones veras, falſaſque, at humanitùs diſcerni non poſſe? Interrogabo, an-ne idipſum, quod dicis, ſit verum? & ſi ſit, habebis jam unam propoſitionem determinatè veram, quàm diſtinguas à falſis. Scio nonnullos olim Academicos tuæ ſententiæ adhæſiſſe [Vide Ciceronem in *Academ. libr.* 19. S. Auguſtinum *de Civit. Dei. cap.* 4. & *libr. contr. Academicos.*] Sed in hoc à Platone illos deſeciſſe pronuncio: quoniam tametſi Plato [aſſerente Plotino *libr.* 4. *Enn.* 6. Ficino *ibid.* & *in Convivium Platonis*, Eugubino *de perenni Philoſ. cap.* 8. Clemente Alexandrino *libr.* 5. & Euſebio Cæſarienſi *libr.* 2. *præp. ev. c.* 12.] duos eſſe mundos, ſenſibilem & intelligibilem & Opinionem in illo, & in hoc Veritatem reſidere docuerit; non ideò dari Veritatem negavit, aut eſſe incognoſcibilem aſſeruit; ſed potiùs reſolviſſe dignoſcitur, Veritatem evidenter & opinativè cognoſci; opinativè per ſenſus, & evidēter per mentē & intellectuales facultates: quoniam Homo quà animal, ſenſibilis quidam mundus eſt; & quà rationalis, quidam mundus intelligibilis: & ipſe ſemper opinatur cùm ſenſuum experientias ſupponit; & tunc tantùm evidenter concludit, cùm per ſe notas poſitiones præmittens, legitimam conſequentiam diducit.

Academicorum error. *Plato defenſus.* *Mundus duplex; ſenſibilis & intelligibilis.* *An ſenſuū noticia ſit evidens.*

Platonem pro te non poſſe allegari vidiſti: at ſi Arcecilam cites, non morabor merò contradicendi genio ductum, qui eſſet ſtatim veras Propoſitiones admiſſurus, ſi illas Zeno negaret. Eum *Ignorantiæ Magiſtrum* nuncupaverunt veteres; cui ſi dare operam velis, non hanc modò, ſed & alias ignorantias docebetis.

Magiſter ignorantiæ.

CCCCLXXXI. *Pythagoras defenſus & expoſitus.*

Qui Arcecillam à te ſtare permitto, Pythagoram advocari non patiar, nō enim Veritatem eſſe cognoſcibilem, ſed debere Phyſicos Veritatis cognitione tumeſcere, cùm *Philoſophus* voluit dici, negavit. Floruit Pythagoras in ignorantiſſimo ſæculo, inter barbaros & apud paucos doctos, ſummè ſuperbos & elatos & volens eorumdem arrogantiam remittere, non ſe Σοφὸν *ſapientem*, ſed Φιλόσοφον, *ſapientiæ amatorem* vocavit. Fortè ipſa vox Φιλοσοφία non tam *Amorem Scientiæ*, *ſed Scientiam Amoris* ſignificat, quod alibi uberiùs expendo: quòd ſi hæc vocis ſignificatio arrideat, non ignorantiam ſuam Pythagoras coram Rege Leonte, ſed ſuam fuit ſapientiam proteſtatus.

Quid ſignificet Φιλοσοφία. Vide libellum proœmialem quem Curſui Morali præmitto.

Nec Socratem citari patiar, qui ſi hoc unicum ſciebat, videlicet ſe nihil ſcire, niſi univerſalem illam contraxerit exceptionem, contradictoria omninò ſciebat. Puto enim hoc Socratis aſſertum non fuiſſe dogma Philoſophicum, ſed animi demiſſi argumentum, nam etiam hodie homines docti, cùm ab eruditione commendantur, ſe nihil ſcire pronunciant; & eorum verba in Scholaſtico rigore non capimus.

Socrates etiam defenſus.

Quòd ſi aliquis veterum videatur dicere Veritatem humanitùs cognoſci nō poſſe, cenſendus *Impoſſibilitatis* nomine difficultatem ſummam intellexiſſe, quam non negamus. Ardnum portò & difficile vel unam veritatem benè ſcire; ita laborioſum moleſtumque, ut Empedocles in puteo altiſſimo latere veritatem dixerit: & Anaxagoras tot noctibus & tenebris illam occuli, ut face ſe legere pronunciaverit.

Summè difficilia, ſunt impoſſibilia moraliter. An invenire veritatem ſit arduum.

Quid ſit Veritas? & quid ſit Falſitas?

CCCCLXXXII. *Propoſitio vera.*

SI tollantur logomachiæ, hæc quæſtio facili negotio reſolvetur. *Ab eo quod res eſt vel non eſt. propoſitio dicitur vera vel falſa*, ait Ariſtoteles in *Prædic. cap. de ſubſt.* Ergo propoſitio vera illa eſt, *quæ enunciat rem ut eſt*; & falſa, *quæ enunciat aliter quàm eſt*. Si enim dico, *Nix eſt alba*, rem enuncio prout in ſe eſt; ſi autem dicerem, *Nix eſt nigra*, enunciarem aliter quàm in ſe eſt; quia nix in ſe ipsâ non eſt nigra, ſed alba. Eſt ergo Veritas, id quo propoſitio vera conſtituitur & diſtinguitur ab omni falsâ. Videlicet *adæquata ſimilitudo actûs ſignificantis & rei ſignificatæ.* nam, ſi non ſunt identificata à parte rei omnia ea, quæ dicuntur in recto, propoſitio erit falſa.

Falſa. *Definitio veritas.* *In propo-*

ſitionis veſtra omnia quæ in vitio poſita, debent identificari.

falſa. Nec hic puto latere aliam difficultatem. Conſono D. Thomæ 1. *p. q.* 16. *art.* 1. 2. & 8. & 1. *contra Gentes cap.* 59. & 60. Soncinati 6. *Metaph. quæſt.* 17. Ægidio *quodl.* 4. *q.* 7. Cajetano 1. *p. quæſt.* 16. *art.* 2. Ferrarienſi 1. *contr. Gentes cap.* 59. & aliis.

Vbinam reperiatur Veritas? Vbi Falſitas?

CCCCLXXXIII. *Res indiviſibilis qualiter noſcatur? An dentur Entia rationis indiviſibilia.*

RES indiviſibilis, aut non attingitur, aut benè attingitur; rideo enim cùm audio homines, qui dicunt ſe Entia rationis ſimplicia concipere; quia nec id ipſi probare poſſunt, nec ego teneor admittere. Qui tam perſpicaci ingenio præditus, ut entitatem ſimplicem valeat concipere, quam Deus facere nequeat (id enim requiritur, ut ſit Ens rationis; quia poſſibilia non ſunt entia rationis, ſed realia.) valebit etiam videre ſonos & colores audire; & propterea, ſicut olim Heraclides, qui ſe dicebat vidiſſe hominem lapſum è Lunâ, à prudentibus Diſputatoribus, non multo verborum ſtrepitu, ſed leni & urbano ſubriſu dimittetur.

Vidit hominem lapſo è lunâ Heraclides.

An in apprehenſione ſit error?

Dico igitur in apprehenſione ſimplicium falſitatem aut errorem non eſſe. At addo in compoſitione mentem errare poſſe, cùm ea intellectualiter connectit, quæ realiter non connectuntur. Pono exemplum. Conſidero *Hominem, Lapidem, Animal.* & hucuſque non erro; progredior ad horum compoſitionem terminorum, & coniungo hominem cum lapide, *Homo eſt lapis.* & hic iam labor, quoniam hi duo termini, qui mente (calamo vel linguâ) coniunguntur & identificantur, diſtinguuntur realiter à parte rei. Ad me redeo, & non iam Hominem Lapidi, ſed Animali coopto, & dico, *Homo eſt animal*, & ſcopum attingo, & rem enuncio ſicut eſt.

An in judicio?

An componat apprehenſio?

Sed inquiris, An omnis compoſitio ad ſecundam mentis operationem pertineat, an etiam detur diviſibilium apprehenſio? Et reſpondeo duas eſſe Logicorum ſententias; quarum PRIMA, ideò Apprehenſionem vocari ſimplicem aſſerit, quòd ſit ſimplicium: & à primâ mentis operatione omnem ipſa compoſitionem excludit, vultque hanc poſitionem *Homo albus eſt coloratus*, eſſe hypotheticam, & æquivalere huic, *Homo, qui eſt albus, ipſe eſt coloratus.* SECUNDA autem compoſitionem apprehenſivam à judicativâ diſtinguit, docetque aliud eſſe dicere *Homo albus*, ac dicere *Homo eſt albus*.

Reſolutio.

Et ego rem benè conſiderans tametſi inter has duas orationes, *Homo albus* & *Homo eſt albus*, ſummã differentiã reperiã; inter has, *Homo albus* & *Homo, qui eſt albus*, nullam queo reperire; nec intelligere, quî poſterior ſine judicio fieri poſſit? Anne in hâc, *Petrus, qui eſt albus, currit*, duplex eſt judicium? & ſi duplex, Eſt-ne Propoſitio hypothetica? Nego hoc ultimum: illudque prius in medio relinquo alibi examinandum.

Quo ſcire modo aliquis poſſit, Vtrùm Propoſitio ſit vera vel falſa?

CCCCLXXXIV. *An materia habeat partes ſeſe An illas recipiat à quantitate.*

PONis hanc, *Materia prima præciſa à quantitate habet partes?* Et inquiris, An ſit vera vel falſa? Sed quia Thomiſtæ veram dicunt, doceri vis, quâ ipſi arte repererint eam veram eſſe: & quia contrà Scotiſtæ eamdem falſam affirmant, tibi poſtulas ſubminiſtrari inſpicillum, quo in illâ detexerunt latentem falſitatem. Porrò rem difficilem poſtulas: ſed poſſibilem.

Trapezontij circularis ſententia.

Trapezontius ita judicium ſuum inſtituit: Affirmativa, inquit, vera eſſe cognoſcitur, ſi oppoſitum conſequentis antecedenti repugnat; falſa autem eſt propoſitio ſcilicet connexa, ſi non repugnat. Vera eſt quæ dicit, *Si homo eſt, animal eſt*, quandoquidem huius oppoſitum quod eſt, *non eſt animal*, ei planè repugnat, quod dicit *homo eſt*: falſa autem hæc, *Si homo eſt, album eſt*, nam *non album* eſſe haudquaquam ei repugnat, quod eſt *hominem eſſe.* At verò ſi negativa fuerit, vera-ne an falſa ſit ex affirmativa facilè deprehenditur, negatione remotâ. Quocirca vera hæc eſſe iudicatur, quæ ita proponitur, *Non ſi homo eſt, quadrupes eſt*: quia ejus affirmativa falſa eſt, quæ talis: *Si homo eſt, quadrupes eſt.* Ita ille apud Rodolphum Goclenium in expoſitione Dialecticæ Petri Rami.

Reiicitur.

Sed hoc ipſum circumloqui eſt, & poſt ambages in eamdem difficultatem recidere. Peto, an hæc propoſitio, *Homo eſt animal*, ſit vera? Iubet illam Trapezontius converti per contrapoſitionem, & examinari an hæc, *Non animal eſt non homo* ſit propoſitio vera; aut etiam quod idem eſt, an hæc illatio, *Eſt non animal, ergo eſt non homo*, aut etiam hæc *Non eſt animal, ergo non eſt homo*, ſit bona. Et ego reſpondeo me id neſcire, id me quærere; & qui rogabam, an ſit propoſitio vera *Homo eſt animal*, jam rogare an ſit vera, *Quidquid non eſt animal, non eſt homo*; & luce, quâ regar, egere. Non ergo à Trapezontio doceor, ſed à Pilato ad Herudem, ut iterùm remittar ad Pilatum, ablêgor.

CCCCLXXXV. *Vera ſententia. inveniendæ veritatis methodus.*

Reſpondeo igitur magni eſſe moliminis invenire vel unam propoſitionem certò veram; & hanc unicam patêre viam. Omnia Principia indubitata, quæ per ſe demonſtrantur, interlege: illa miſce, & ex binis & binis in legitimâ formâ conſequentias edue, *quas evidenter veras* nomina: ejus contradictorias dic *evidenter falſas.* Et poſitiones reliquas, ſi gravibus rationibus innitantur, probabiles; ſi levibus, aut nullis, dubias.

Sic poterit diſcurrere Scotiſtæ Thomiſta ex aliis fundamentis poterit eamdem poſitionem examinare, & Scotiſta reſpondere.

Hinc ad propoſitionem ſub initium poſitam rediens, ſic diſcurre. [Quidquid non repugnat, eſt poſſibile: at non repugnat materia, quæ habeat entitativas partes independenter à quantitate, aut ab alio accidente quocumque, Ergo poſſibilis eſt talis materia. Ergo datur de facto talis materia. Minor ſuadetur clarè; quoniam ex talis materiæ poſitione non ſequentur duæ contradictoriæ: vel illa adſigna. Secunda Conſequentia (tametſi non videatur bona primâ fronte)

te) probatur. Quia non ſont multiplicanda entia ſine neceſſitate, & illud accidens, quod dat materiæ entitativas partes neceſſarium non eſt.] Ecce vides, quo modo ad Principia per ſe nota recurritur, cùm exploratur, An propoſitio ſit vera vel falſa.

ARTICULUS V.

De Propoſitione Categoricâ & Hypotheticâ.

CCCCLXXXVI. *Graviſſimam Theologicè controverſia ab ignorantiâ hypotheticarum naſcuntur: ergo attentè Articulos ſequentes perlege.*

EAdem eſt Categorica quæ ſimplex, quæ incomplexa, ut *Petrus currit*; rem ſignificat independenter à quâcumque aliâ propoſitione. Hypothetica dicitur quæ ex multis propoſitionibus componitur, ut, *Petrus ſedet vel non ſedet*; quæ eſt vera, licet Petrus non ſedeat. Vocatur Hypothetica, quia frequentiùs conditionalis eſt (ut, *Si Petrus currit, movetur*, quia non erit verum dicere, quòd Petrus moveatur, niſi ex hypotheſi quod currat) ſumptâ denominatione à ſignificato ce ebrioti. Hypothetica igitur propoſitio ſubdividitur in *Complexam, Diſiunctam, Excluſivam, Exceptivam, Comparativam, Superlativam, Cauſalem, Reduplicativam, Temporaneam, Localem, Mixtam, & Conditionalem.*

Exponitur quid ſit hypothetica. *Unde denominetur?* *Ejus ſpecies.*

CCCCLXXXVII. *An hæc, Petrus, qui currit, moveatur, ſit hypothetica? Paradoxo in hâc quæſtione non multum poſſe dici, quod ad Logomachiam non ſpectat.*

HÆc, *Petrus, ſi currit, movetur*: eſt hypothetica; categorematica hæc, *Petrus, qui currit, movetur*, nam æquipollet huic, Petrus currens movetur, quæ neque eſt complexa, nec reduplicativa, nec temporanea, nec localis, nec conditionalis; adeòque nec hypothetica. Hinc patet non omnem Propoſitionem, quæ multa verba habet eſſe hypotheticam, ſed illam, quæ multa prædicata, nam in hâc propoſitione, *Vir, qui non abiit in conſilio impiorum, & in viâ peccatorum non ſtetit, & in cathedrâ peſtilentiæ non ſedit, eſt beatus*, quæ categorica eſt. Omnia illa verba *abiit, ſtetit, ſedit*, ſe tenent ex parte ſubjecti, cui contrarium accideret, ſi diceremus, *Petrus movetur & currit*; *Petrus movetur vel currit*; *Petrus movetur ſi currit*; *Petrus movetur quia currit*. &c.

Pſalm. 1.

ARTICVLVS VI.

De Complexâ.

CCCCLXXXVIII. COmplexa componitur duabus propoſitionibus ſimpliciter ſibi coniunctis particulâ *Et* interiacente, ut *Petrus currit, & Paulus loquitur*. Duo quidem enunciat, nec ſufficeret quod alterutrum eſſet verum, ut ipſa eſſet vera, ſed eſt opus ut ſit verum utrumque; quia ſi vel Petrus non currat, vel Paulus non loquatur, non erit verum dicere *illum currere & hunc loqui.*

Complexa etiam dicitur Copulativa. *Quid requirat, ut vera ſit?*

His adiunge illas quæ conſtant pluribus ſubjectis, ut *Petrus & Paulus deambulant*, quæ, quia æquivalet huic *Petrus deambulat & Paulus ambulat*, petit utrumque verum eſſe; unde ſi vel unus, vel alter non deambulet, erit omninò falſa.

Item illas, quæ ſimplici ſubiecto & duplici prædicato conſtant, hæc enim, *Petrus ſedet & comedit*, ut verificetur, non ſolùm poſtulat, ut Petrus comedat, non ut ſedeat, ſed ut utrumque faciat.

Hinc patet complexas poſſe ad tres claſſes reduci: aliæ enim habent unicum ſubiectum, & duplex prædicatum: aliæ duplex ſubiectum & unicum prædicatum: & tandem aliæ duplex ſubiectum & duplex prædicatum. Omnia patent ex exemplis poſitis.

Complexarum diviſio.

CCCCLXXXIX. DEſumis illud exemplum, quo fui uſus paulò antè, & inquiris; an ſit idem dicere, *Petrus, qui currit, movetur*, ac *Petrus currit & movetur*?

Et ego negativè reſpondeo: & ratio eſt, quia in poſteriore, quæ eſt hypotetica, duo affirmo, videlicet & Petrum currere & Petrum moveri; at in priore alterum ſuppono, & alterum aſſero. Quamobrem, ſi Petrus non curreret, eſſet falſa poſterior; at prior non jam falſa, ſed de ſubjecto nõ ſupponente diceretur. Aliud enim eſt Propoſitionem eſſe falſam, & aliud carere ſubjecto: hæc enim propoſitio eſt falſa, *Nix eſt nigra & frigida*: at hæc *Nix nigra eſt frigida*, eſt quidem vocalis propoſitio, ſed caret ſubjecto, non enim datur nigra nix, cui frigus convenire dicatur.

ARTICVLVS VII.

De Diſiunctivis.

CCCCXC. DIſiunctiva, ſive prædicatum ſit idem, ſive diverſum, poſtulat connexionem diſiunctivam (nempè *Vel* aut aliam ſimilem) ut *Cæſar vincit, vel Pompeius aggreditur*; *Antonius vel Aurelius fugit*; *Petrus vel ſed & vel deambulat; Vidi Caium vel Lelium*: quarum ſingulæ duo dicunt; ſed quia aſſerunt diſiunctivè, erunt veræ, ſi ſit alterum verum; falſæ, ſi neutrum. Prima enim concedenda eſt, ſi Cæſar vincat, licet Pompeius non aggrediatur; & ſi is aggrediatur, licet non vincat Cæſar: de reliquis pariformiter philoſophare. *Qui frequiratur ut ipſa ſit vera vel falſa.*

Ut diſiunctiva falſa ſit, requiritur ut neutra pars ſit vera; Ratio eſt; quia ut conſtat ex dictis, ſi alterutra pars eſſet vera, non eſſet falſa.

CCCCXCI. *Diſiunctiva & Copulativa diſtinctio. ET ſæpè ſumitur pro VEL & contrà.* COmplexam (copulativam) à Diſiunctiva diſtinguit coniunctio *Et* & *Vel*; illam prima conſtituit, & hanc ſecunda: ſed oportet notare eſſe nonnunquam in earum ſuppoſitione abuſum; ſæpè enim *Et* pro *Vel*, & *Vel* pro *Et* à multis Authoribus ſumitur. Sunt etiam in Sacrâ Paginâ propoſitiones, in quibus (ſenſu id neceſſariò exigente) *Et* ſumimus diſiunctivè, & *Vel* copulativè. In Divi etiam Benedicti Regulâ exempla occurrũt; ſed quia hoc annotaſſe ſufficiat, lege in mei Commentarij fine libellum appendicem, qui inſcribitur, *Nomenclator Regulæ Benedictinæ*, verbo *Vel*, ubi nonnulla exempla dantur.

Propoſitiones diſiunctivæ frequentiſſimè occurrunt. Ovidius citatus à Goclenio,

Aut mihi continget fœlix audacia ſalvo,
Aut mors ſollicitis finis amoris erit.

Cujus conceptum urſiſſe videtur Princeps Emanoël ductutus in uxorem Æmiliam Naſovicam Mauritij Principis Auriaci ſororem; curavit enim pingi Seraphimum, & inſcribi *De mi vida, o de mi amor*. acutè omninò; nam ſeraphimus hiſpanicè vocat *Serafin*, hoc eſt, erit finis. Ac ſi diceret. *Ipſa aut mea vita, aut mei amoris erit finis*. Virgilius 1. Georg. *Emblema figuratum.*

Illius ut perhibent, aut intempeſta ſilet nox *Zona frigida.*
Semper, & obtentâ denſantur nocte tenebræ,
Aut redit à nobis aurora diemque reducit.

Et Martialis libr. 5. Epigramm. 1. ad Cæſarẽ

Hoc Tibi Tibi Palladiæ ſeu collibus uteris albæ,
Cæſar, & hinc Triviam proſpicis, inde Thetin.
Seu tua Veridicæ diſcunt reſponſa Sorores,
Plana ſuburbani quà cubat unda freti.
Seu placet Æneæ nutrix, ſeu filia Solis,
Sive ſalutiferis fertilis Anxura aquis
Mittimus, ô rerum felix tutela, ſaluſque
Soſpite quo gratum credimus eſſe Iovem.
Tu tantùm accipias, ego Te legiſſe putabo,
Et tumidus Gallâ credulitate fruar.

Muſa diſcunt ab Imperatoribus.

Sed etiam apud eumdem Martialem multi ita intelligunt Epigramma VI. Prooemij, ut judicẽt in eo *Vel* pro *Et* uſurpari. Verſus ipſos propono. *An Mecænates legãt libros?*

Qualiter in Scythicâ religatus rupe Prometheus
Aſſiduam undo pectore pavit avem.
Nuda Caledonio ſic pectora præbuit urſo,
Non falsâ pendens in cruce Laureolus.
Vivebant laceri membris ſtillantibus artus,
Inque omni nuſquam corpore corpus erat.
Denique ſupplicium dederat necis illo paterna,
Vel domini jugulum foderat enſe nocens.
Templa vel arcano demens ſpoliaverat auro,
Subdiderat ſævas vel tibi Roma faces.
Vicerat antiqua ſceleratus crimina fama;
In quo, quæ fuerat fabula, pœna fuit.

Pœna Laureoli: hoc eſt Latronis Laureolum agentis. Notetur iſte verſus. Vel pro Et.

ARTICULUS VIII.

De Excluſiva.

CCCC-CXII. HYpotheticaetiam eſt, & duas vel tres categoricas poſitiones complectitur; hæc enim *Solus iuſtus eſt fœlix*, æquivalet huic, *Inter homines ſolus iuſtus eſt fælix*; & imbibit has; *Iuſtus eſt homo, Iuſtus eſt fælix*; *Nullus præter ipſum fælix eſt*. Signa excluſio- *Quid illa ſit: & quot ſimplices propoſitiones complectatur?*

cluſionis ſunt, *Solus, Unicus, Solùm, Tantùm, Tantummodò*; & quia omnia videntur Vniverſalia, inquiris, An poſitio, quæ non excluditur, intelligenda ſit univerſaliter, an particulariter? hoc eſt, An in iſta, *Solus iuſtus eſt fælix*, includatur hæc, *Omnis iuſtus eſt fælix*, An ſolùm hæc, *Aliquis iuſtus eſt fælix*? Reſpondeo dari tres affirmantium excluſivarum formas; videlicet, I. *Omnis & ſolus iuſtus eſt fælix*. II. *Solus iuſtus & non omnis eſt fælix*. III. *Solus iuſtus eſt fælix*. in ſingulis reperio binas propoſitiones, alteram quæ fælicitatem excludit à non juſto, alteram quæ eamdem iuſto adſcribit: illa prior ſemper eſt univerſalis, hæc autem poſterior in prima forma eſt univerſalis, in ſecunda particularis, & in tertia indefinita. Excluſivarum negantium plures ſunt formæ: pono aliquas, I. *Non tantum homo eſt animal*. II. *Homo quidem eſt ſenſibilis, ſed non tantùm*. III. *Solus animus rationalis non moritur*. IV. *Virgilius eſt tantùm Poëta*. V. *Homerus eſt unicus Poëta*. VI. *Iuſtinus fuit Catholicus, præterea nihil*. &c. quæ omnes analogicè & pariformiter debent exponi.

An excluſivæ ſint univerſales. — *Excluſiva diviſio.*

CCCCXCIII. *Exempla reponuntur & exponuntur.*

EXemplis omnia meliùs intelligi poſſunt quàm regulis. Hæc propoſitio, *Omnis & ſolus avarus eſt pauper*, æquivalet huic, *Omnis avarus eſt pauper & præter ipſum nemo pauper eſt.*

Hæc, *Solum rationale animal, non tamen omne, videt Deum*, æquipollet huic, *Aliquod animal rationale videt, & aliquod non videt Deum; & nullum animal irrationale videt Deum.*

An virtus immortalis ſit

Illud Plauti, *Sola virtus expers ſepulchri eſt*, exponi debet indefinitè; videlicet, *Virtus non moritur, & omnia præter virtutem moriuntur.*

Illud Ovidij, *Omnia perdidimus, tantummodò vita relicta eſt.* has duas complectitur enunciationes. *Vita non eſt perdita, ſed omnia præter vitam perdita ſunt.*

Iſta aſſertio, *Non tantùm homo eſt animal*, exponi debet ſic, *Homo quidem eſt animal, & aliquid præter hominem etiam eſt animal.* Et hîc obiter veterum Dialecticorum errorem incuſamus, à quibus poſita aſſertio ſolebat ſic exponi, *Vel nullus homo eſt animal, vel aliquid aliud ab homine eſt animal.* Sed videant Eruditi, (ait Hunnæus, quem contra Dialecticos ſeniores ſequor) An non ſecundum uſitatam Latinè loquentium conſuetudinem hæc ſit falſiſſima, *Non tantùm homo eſt lapis*, Cuius tamen expoſitio, ſi veterem exponendi modum ſequamur, erit vera: ſic enim ſequendo illum modum exponi deberet, *Vel nullus homo eſt lapis, vel aliquid aliud ab homine eſt lapis*; nobis autem vehementer abſurdum videbatur tantam eſſe diſſonantiam inter orationem exponendam & ejus expoſitionem, ut alteram ſenſus communis tanquam falſam condemnaret; alteram veriſſimam pronunciaret. Quapropter nemo mirari debet noſtram in hâc parte receſſionem à veteri ſcholarum doctrinâ.

Exploditur antiquorum ſententia.

CCCCXCIV. *Exemplum Appellationis. Excluſivis locum habere.*

Iſta, *Non tantùm aliquis homo eſt animal*, videtur eſſe æquivoca, nam ſi illud *non tantùm* afficit pronomen, videretur involvere aliquam adverſativam, nimirùm, *Non tantùm aliquis, ſed etiam aliqui, immò plurimi, immò omnis homo eſt animal.* Si afficit prædicatum videretur exprimere, *aliquem hominem non ſolùm eſſe animal, ſed etiam aliquid aliud, hoc eſt rationale.*

Cum dico, *Tantùm Deus non eſt creatura*, ſubintelligo, *Deum non eſſe creaturam, & eſſe creaturas omnes ret præter Deum.*

Hæc, *Virgilius fuit tantùm Poëta*, ſupponit, *Eum fuiſſe Poëtam, at aliis nobilioribus ſcientiis caruiſſe.* Et eodem modo exponi debet illa, *Iuſtinus erat tantùm Catholicus* à quâ multùm differret iſta, *Tantùm Iuſtinus erat Catholicus*, hoc eſt, *Solus Iuſtinus erat Catholicus.*

Qualis fuerit Iuſtinus Imperator?

CCCCXCV. *De Terminis collatiogis ſuperius. Affirmationes & negationes relativæ.*

Et tandem iſta. *Homerus unicus fuit Poëta*, congruè poſſet exponi, *Ita in re metricâ Homerus excelluit, ut cæteri aliàs illuſtres, ſi cum eo conferantur, non eſſe Poëtæ dicendi ſint*. Et eodem modo exponi deberet iſtæ: *Solus Deus eſt Subſtantia, Solus Deus eſt juſtus, Solus eſt bonus.* quoniam cum ejus æternitate collati homines, etſi longævi, videntur aut momento extitiſſe, aut non eſſe per ſe, ſed per accidens: & cum ejus ſanctitate compoſiti, etſi ſanctiſſimi, videntur à pietate abeſſe infinitâ diſtantiâ.

Authores, ut rem exaggerent, aſſertis excluſivis utuntur. De Hermete Martialis *libr. 5. Epigramm. 25.* videlicet

Hermes Martij ſæculi voluptas,
Hermes omnibus eruditus armis.
Hermes & gladiator & magiſter.
Hermes turba ſui tremorque ludi.
Hermes quem timet Ælius, ſed unum.
Hermes cui cadit advolans, ſed uni.
Hermes vincere, nec ferire[1]. doctus.
Hermes ſuppoſititius ſibi ipſi.
Hermes divitiæ 2. locariorum.
Hermes cura laborque ludiarum.
Hermes belligerâ ſuperbus 3. haſtâ
Hermes æquoreo minax 4. tridente.
Hermes caſſide 5. languidâ timendus.
Hermes gloria Martis univerſi.
Hermes omnia ſolus & ter unus.

1. *Legebatur* vincere ſed ferire, *at malim nec ferire legit I. Lipſius.* 2 Locariorum *habent alia M. SS.* 3. 4. 5. *Samnitem, Retiarium, & Andabatum ubi Lipſius intelligit.*

QUÆSTIO INCIDENS.

An excluſiva ab exceptiva diſtinguatur?

CCCC. XCIX. PUto has propoſitiones non in mente, ſed in linguâ aut etiam in Chartâ diſtingui: puto illas coincidere: & poſſe in ſe mutuò converti. Quod ipſum nullo alio modo meliùs potero demonſtrare, quàm exempla nonnulla ſubjiciendo.

Solus homo eſt riſibilis.
Tantùm homo eſt riſibilis.
Nullus, niſi homo eſt riſibilis.
Nullus præter hominem eſt riſibilis.
Nullus excepto homine eſt riſibilis.

Ecce habes ob oculos quinque propoſitiones quarum duæ priores ſunt exceptivæ, tres poſteriores excluſivæ; & tamē omnes æquipollentes.

ARTICULUS X.

De Reduplicativâ.

D. DIffert à cauſali, quod ſit quaſi cauſalis intrinſeca, ut cùm dicimus, *Petrus quà albus diſgregat viſum*: quæ ut vera evadat, requirit *primò* ut Petrus albus ſit, *ſecundò* ut viſum diſgreget, *tertiò* ut albedo ſit cauſa hujuſmodi diſgregationis; ex quibus; ſi vel unum deficiat, non erit vera. Si dicerem, *Sanguis quà albus viſum diſgregat*, formarem vocis monſtrum, & ſermonis chimæram: nō enim datur ſanguis albus, ac proptereà mea aſſertio eſſet de ſubjecto non ſupponente. Si re altiùs conceptâ ſubjungerem *Lac quà dulce diſgregat*, aſſererē illud eſſe dulce, & diſgregativum; & utrumque eſt veriſſimum; ſed his non obſtantibus adhuc reduplicativa eſſet falſa, quia dulcedo non eſt diſgregationis cauſa. Ergo valdè cautè debent hujuſmodi Reduplicativæ & Cauſales admitti.

Exponitur reduplicatio.

Cautè debet admitti

DI. SUnt, qui reduplicationem ſecundariò reduplicant ſui honoris prodigi; quis enim in diſputatione reduplicationis reduplicationem probaret? Vidi ſemel Salmanticæ adhuc juvenis Virum maximè autoritatis à puero reſpondente in primâ diſputationis conſequentiâ triumphari. Affirmabat Theſis; quæ controvertebatur, Deum eſſe volitivum. Reſumpſit argumentum Eximius Dominus N. *Si Deus eſſe volitivus aſſeritur, maximè quia eſt intellectivus; ſed hæc ratio non urget; ergo.* Alter reſpondet ad majorem dicens, nego illud *maximè*. Argumentator, aliàs minorem probaturus, verbis reſpondentis perculſus, *Probo igitur*, ait, *quòd Deus ſit volitivus quia intellectivus*. Reſponſalis ad eum, *Hoc non negavi.* Tunc Argumentator, *Probabo igitur*, ait, *non benè inferri Deum eſſe volitivum ex eo quod intellectivus aſſeratur.* Et reſponderis, *Nec hoc ipſe negavi*: negavi illud MAXIME, & hoc unicè probari oportet. Propoſitio erat hæc. [*Si Deus eſſe volitivus aſſeritur, maximè quia eſt intellectivus.*] *Deum eſſe intellectivum aſſero, eum eſſe volitivum confiteor, intellectum voluntatem inferre non denego, nego tamen illum maximè inferre, dantur enim aliæ rationes, ex quibus Dei voluntas cognoſcitur. Si admittamus in Deo prioritates rationis, à priori ex Aſſeitate, ex eſſentia infinitate: à poſteriori ex Spiritûſſancti proceſſione voluntaria, ex Verbi generatione non invitâ; ab effectibus etiam & creaturis Dei voluntatem æſtimamur & inferimus: quæ rationes (ſive aquè efficaces ſint, ſive non ſint) ſimul conjunctæ majus pondus habent, quàm qualibet in ſingulari. Ex ſolo intellectu robuſtè infertur voluntas; robuſtiùs verò ex intellectu & reliquis motivis ſimul. Dico igitur Deum eſſe volitivum, ſed non maximè quia eſt intellectivum; ſed maximè quia non ſolùm eſt intellectivum, ſed etiam quia eſt à ſe, quia eſt in omni genere infinitus, quia verbum non invitus generat, & Spiritumſanctum tanquam pondus producit. Mundum creat, & quotidiè novis effectibus exornat. Reſtat ergo probandum Voluntatem divinam efficaciùs inferri ab unâ ratione ſeorſim quàm ab hac & reliquis omnibus ſimul.* Quis mortalium tantæ Spartæ ſufficeret? Secuta fuit vulgi Academici acclamatio, confirmata ſeveritate Præſidis dicentis, *Mem reſponſalis doctiſſimè negavit illud Maximè, veſtra intererit illud probare robuſtiſſimè.* Fit ſecunda acclamatio, & illud MAXIME negatum tunc nunquam potuit probari.

An poſſit Reduplicativum iteratò reduplicari

Quid ſignificet maximè?

An Deus ſit volitivus ideo quia intellectivus

Vbi non obſervatur ſevera argumentandi methodus, ſimiles reduplicationes impunè ſolent tolerari.

DII. DUm recognoſco has lineas, occurit quædam R. P. Franciſci Bonæ Spei Carmelitæ periodus; quæ indiget expoſitione aut impugnatione, ſi velis. Ipſe enim tract. 2. Logicæ diſp. 4. dub. 6. num. 471 ſic ait: *Species ſubjicibilis, ut ſubjicibilis ſpecificativè, ſemper eſt univerſalis.* Et num. 480. *Species ſubjicibilis, ut ſubjicibilis reduplicativè, non eſt univerſalis:* Ajo repugnare ut ſpecies ſumatur ut ſubjicibilis; & ſimul ſumatur ſpecificativè; quia illud *ut* eſt particula reduplicativa. Specificativè enim ſumitur quādo concipitur *ſpecies, quæ eſt ſubjicibilis*: & ſumitur reduplicativè, quando concipitur *ſpecies prout ſubjicibilis*, & hæc tam clara & certa ſunt, ut pluribus non videantur egere.

An & quâ ſenſu ſpecies ſubjicibilis ſit univerſalis

Senſus ſpecificativi & reduplicativi diſtinctio.

ARTICULUS XI.

De Cauſali.

DIII.

Sunt Cauſales & Reduplicativa rarò clara, rarò vera, & ſæpè prudentiùs neganda.

ERrat, qui Cauſales admittit inconſideratè. Multæ hypotheticæ aliàs veræ, falſæ evadent, ſi cauſales reddantur. Hæc, *Pariſiis habitat Rex Gallus, Anglus Londini*, vera eſt: eritque falſa, ſi fiat cauſilis, additâ particulâ *Quia*, aut aliâ cauſalitatis notâ; ut ſi diceres, *Quia Pariſiis habitat Rex Galliæ, habitat Londini Angliæ Rex*, efferres propoſitionem falſam; non enim ideò Londini eſt aula Monarchæ Angli, quòd aula Chriſtianiſſimi Pariſiis ſit, ſed propter alias conſiderationes, ex quarum vi etiam mutatâ aulâ Gallicâ, adhuc Anglica Londini remaneret.

Suaderem diſputantibus ut à cauſalibus, quà poſſent, abſtinerent, quia expoſitæ ſunt millenis exceptionibus, & faciliùs negantur, quàm probantur. Suaderem reſpondenti, qui vel mediocri ingenio polleret, ut Cauſales, Reduplicativas, & hypotheticas ſimiles, ſi meridie mero clariores non fuerint, abſolutè negaret.

DIV.

Cauſalis impropria.

AMo rigorem, & vellem ita ſcribere, ut ab omnibus poſſem intelligi; ſed quia laxiùs multi, non-nihil de Cauſali impropriâ ſum ſubſcripturus. Philippus du Trieu *in ſua Dialectica tract. 1. part. 1. cap. 2. art. 1.* hæc habet.

An effectus poſſit de cauſa prædicari? an cauſa de effectu?

[Prædicatio Cauſalis eſt, inquit, in quâ effectus de ſuâ causâ, vel cauſa de ſuo effectu in recto prædicatur, ut hæc, *Præſentia Solis eſt dies*: nam dies eſt effectus præſentiæ ſolis. Item hæc, *Dies eſt præſentia Solis*: ſicut enim in priori effectus de causâ, ita in hâc causâ de effectu prædicatur. Quomodo oſtendam copulam in prædicatione cauſali ſumi impropriè? Quia verbum ſubſtantivum *eſt*, propriè ſignificat identitatem rei per ſubjectum & prædicatum in recto ſignificato, ut cùm dico, *Paries eſt albus*, ſignifico parietem & rem affectam albedine eſſe eamdem rem: at verò in propoſitione cauſali verbum ſubſtantivum non ſignificat illam identitatem, ſed proceſſum unius ab altero, ut cùm dico *Præſentia Solis eſt dies*, non denoto præſentiam Solis eſſe propriè ipſum diem, ſed efficere diem.] *Sic ille.*

Quid copula Eſt, propriè ſumpta ſignificet?

quid cauſaliter?

Hæc ejus obſervatio tametſi in Linguâ Latinâ rarò aut nunquam videatur habitura eſſe locum, at in Hebræâ frequentiſſimè proderit; unde cùm Textus ſacer Veteris Teſtamenti Hebræus ſit, operæ pretium erit breviter Inſinuare eſſe ſaltem ſex apud Hebræos, aut voces aut conjugationes, quæ vix litteris differunt.

DV.

Præcipuæ Hebræorũ Conjugationes.

Activè, *Pahal. Pihel. Hiphil.*

Paſſivè, *Niphal. Pual. Hophal.*

in quibus verbũ per gradus exponitur; in primâ intranſitivè, tranſitivè in ſecunda, & cauſativè in tertiâ. Sic לָבָן Laban, *Fuit albus*; לִבֵּן Liben, *Dealbavit*; הִלְבִּין Hilben, *Fecit dealbare*. Hinc multa teſtimonia obſcura lucem habent.

Geneſ. 22. 12.

Abrahamo jam jam filio immolaturo ait Deus, *Non extendas manum tuam ſuper puerum, neque facias illi quidquam, nunc cognovi quòd times Deum.* Noto illud *Nunc.* Anne Deus de novo incepit ſcire quæ antea ignorarat? minimè. Quo ergo modo intelligi poſſunt hæc verba? Aliqui ad metaphorã, alii ad virtualitates & moralitates; alii magis acutè, at minùs ſolidè ad *nunc æternitatis* recurrunt; ſed ego faciliùs & clariùs juxta præſentem doctrinam affirmo illam aſſertionem, *Nunc cognovi quod times Deum*, æquivalere huic, *Nunc fui cognoſcens, quod timeas Deum*; & illud *Fui* ſumi cauſaliter, & in *Hiphil* (non in *Pahal*, nec in *Pihel*) & exponi *Nunc feci ab omnibus cognoſci, quòd timeas Deum.* Sic M. Marinus Brixianus in ſuâ Arcâ Nohæ: quæ doctrina ſummè erit utilis Interpretibus veteris Teſtamenti.

An Deus aliquando de novo cognoſcat?

Cauſalis à non cauſali differt; multæ enim, quæ aliàs eſſent veræ, falſæ ſunt, ſi cauſaliter efferantur. Verbi gratiâ. Hæc propoſitio eſt vera, *Aliquis homo eſt Theologus & Auſtriacus*; falſa hæc, *Aliquis homo quia eſt Theologus, eſt Auſtriacus*, item & hæc, *Aliquis homo eſt Theologus, quia eſt Auſtriacus.*

Similitudinaria Propoſitio.

Similitudinaria propoſitio differt omninò à non ſimilitudinariâ, Petrum enim accuſatum de homicidio defendo, ſi dico, *Ita occidit Petrus Ioannem, ſicut Magnum Turcam*, non tamen defendam, ſi dixero, *Occidit Petrus Ioannem & Magnum Turcam.*

DVI.

An detur peccatum originale?

An illud S. Paulus cognoverit?

Hâc doctrinâ præmiſſâ, quæ ab omnibus admitti debet, proponis verba Cõcilii Tridentini, quod ſeſſ. V. agens de peccato originali ſic inquit. [*Si quis Adæ prævaricationem ſibi ſoli & non eius propagini aſſerit nocuiſſe, &c. anathema ſit. cùm contradicat Apoſtolo dicenti, Per unum hominem peccatum intravit in mundum, &c.* Et infers Patres falſificaſſe Pauli textum: quod ſic probas. Nam Pauli propoſitio eſt cauſalis & ſimilitudinaria: at propoſitio, quam citat Concilium, non eſt cauſalis, neque ſimilitudinaria; ergo Propoſitio, quam citat Concilium, non eſt Pauli. Probatur major, quia non dixit Paulus, *Per unum hominem peccatum intravit in Mundum, &c.* Sed, *Propterea, ſicut per unum hominem peccatum*

intra-

intravit in mundum, &c. Ergo Concilii Tridentini Patres delendo illud *Propterea*, unam illam cauſalem tranſfigurarunt in nõ cauſalem, & delendo illud *Sicut*, unam ſimilitudinariam. Ergo falſificatur textus Pauli.

DVII. Reſpondeo primò, illud *Propterea* non eſſe ibi particulam cauſalem, ſed illativam, & æquivalere particulæ *Ergo*, quæ poteſt omitti ſine mutatione ſententiæ; non enim alteratur ſenſus ſi tu dicas, *Ergo Petrus currit*, hoc eſt, *Profectò Petrus currit*, & dicatis dixiſſe, *Petrus currit*, ponitur enim illud *Propterea* ut gerat conjunctionis vices, & jungat priora cum poſterioribus, ac ſi diceret Paulus, *ſanè propter ea quæ dicta ſunt, ſic progredior. Sicut per unum hominem peccatum, &c.* Quòd ſi adhuc velis illud *Propterea* eſſe cauſale, dico potuiſſe omitti ſine detrimento ſententiæ, manet enim unum *Per*, quod eandem cauſalitatem exprimit, nam æquivalet particulæ *Propter*, cùm dicitur *Per* (propter) *unum hominem peccatum intravit in mundum, & per* (propter) *peccatum mors, &c.*

An voc Propterea ſemper cauſalis ſit

An particulæ cauſales poſſint omitti ſine detrimento ſententiæ?

DVIII. Reſpondeo ſecundò, non eſſe deletam à Concilio particulam ſimilitudinariam; nam hæc propoſitio, *Sicut nix eſt alba, ita & lac*, æquipollet huic, *Nix eſt alba, & ita lac*, & idem eſt ponere *ſicut* & *ita*, quàm ponere *ita* ſolummodò; & illud priùs fecit Paulus, & Concilium, quia in citationibus amatur compendium, hoc poſterius. Hæc enim, quam ex Paulo ponit Concilium, etiam ſimilitudinaria eſt. Ait enim, *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccaverunt.* Nota illud *& ita*, ut ſcias manere adhuc ſimilitudinariam illam propoſitionem, tametſi deleatur illud *Sicut*.

De particulis Sicut, & Ita.

ARTICULUS XII.

De Locali.

DIX. TEmporaneæ eſt aſſimilis. ut, *Adoravimus, ubi ſteterunt pedes ejus.* Tria requiruntur, ut ipſa evadat vera: primum ut adoraverimus: ſecundum; ut pedes ejus ſteterint; tertium, ut idem locus fuerit ſtationis & adorationis. Huic ſimiles ſunt, *Cucurrit uſque ad locum, in quo occiſus fuit Alexander; Egreſſus eſt ab arce, in qua de ſumma imperii deceptatum fuit*, &c.

Quid requiratur, ut vera ſit?

DX. PSalmo CXXXI. verſ. VII. inquit Propheta Rex, *Introibimus in tabernaculum eius; adorabimus in loco ubi ſteterunt pedes eius*, & de Chriſto Domino intelligit, & ſic nos etiam ſtando litterali ſenſu. At quia accommodatiuus etiam ſenſus devotionem excitat, & eruditione non caret, unam aut alteram periodum ſubſcribo.

Floret Antuerpiæ virtute & litteris S. Michaelis Cœnobium, cui præeſt D. Chryſoſtomus de Stellâ, Vir verè magn⁹, in quo verificatur illa Maxima, *Conveniunt rebus nomina ſæpè ſuis*, Hic ergo antiquum ſacellum Monaſterii, in quo ſactam rem egiſſe S. Norbertum traditio certiſſima eſt, eidem Patriarchæ dedicavit, & inſcripſit: ADORABIMUS IN LOCO UBI STETERUNT PEDES EJUS. Quæ poſitio, ut ſit vera, poſtulat eundem omninò locum, quem nos indignâ plantâ terimus, fuiſſe honoratum & nobilitatum pedibus S. Norberti.

S. Norbertus Antverpienſium Apoſtolus ibidem in ſacello, jam ſibi dicato, celebrabat.

Huc ſpectat Epigramma LXI. libri VIII. Martialis, quod ad Domitianum ſcribitur, videlicet.

Hic ubi Fortunæ reducis fulgentia latè
Templa nitent, fœlix area nuper erat.
Hic ſtetit Arctoi formoſus pulvere belli
Purpureum fundens Cæſar ab ore iubar.
Hîc lauro redimita comas & candida cultu
Roma ſalutavit voce manuque Ducem.
Grande loci meritum teſtantur & altera dona;
Stat ſacer edomitis gentibus Arcus ovans.
Hic gemini currus numerant elephanta frequentem;
Sufficit immenſis aureus ipſe iugis.
Hæc eſt digna tuis Germanice Porta triumphis:
Hos aditus urbem Martis habere decet.

ARTICULUS XIII.

De Temporaneâ.

DXI. COmponitur duobus aſſertis in quibus tempus unius actionis ad tempus alterius comparatur, ut patet in ſequentibus: *Quando legebas, eram præſens. Quando Gelius venit, non erat in civitate Simplicianus. Ab eo tempore, quo intraſti Romam, ægrotaſti; Quouſque incepiſti*

Quot ipſa poſitiones contineat?

cepiſti evolvere Platonem, doctus dici non poteras. Tria etiam requiruntur ut hujuſmodi aſſertiones ſint veræ; quoniam, cùm dico, verbi gratiâ, *Manſi Romæ quouſque Alexander venit*, tria aſſero: primò me manſiſſe Romæ, ſecundò Alexandrum veniſſe, tertiò me non eſſe Româ egreſſum antequam adventaſſet ille: ex quibus, ſi vel unum ſit falſum, tota hypothetica erit falſa.

SUfficerent exempla poſita; at quia Martiali, Hiſpano Viro, debeo contra Criticos patrocinium, ejus verbis textum dilucido, & defendo libr. 3. Epigramm. 10. ad Næviam

Dum non vis leporem, dum non vis carpere mulum,
Et plus quàm patri Nævia parcis apro:
Accuſas, rumpiſque coquum, tanquam omnia cruda
Attulerit, nunquam ſic ego crudus ero.

Crudus. Indigeſtus.

Hoc eſt; *Dum omnia è menſâ removes, coquum accuſas quòd cruda miſerit, & quoniam hoc prætextu omnia removes, & ego nihil comedo, nunquam ero crudus, hoc eſt indigeſtus.* INDIGESTUS & CRUDUS Synonimæ ſunt voces; quarum magis eſt Latina poſterior, at prior communior. D. Benedictus in Regulâ cap. 8. *Octavâ horâ noctis ſurgendum eſt, ut modicè ampliùs de mediâ nocte pauſetur, & iam digeſti ſurgant.* Cic. 2. de fin. *Aſoti, qui menſam vomant, crudique poſtridie ſe rurſus ingurgitent.* Cicero de Senect. *Caret vinolentiâ, cruditate, & inſomniis.* Errant igitur, qui legunt, *ſemper ſic ego crudus ero.* hoc eſt, *ieiunus.* nam hæc vox contrarium omninò ſignificat.

Martialis propugnatio.

Solet eleganter tempus ad futurum traduci. Ovidius libr. 1. Elegiar. æternitatem ſic promittit.

Æterna durationis deſcriptio.

Vivet Mæonides, Tenedos dum ſtabit & Ide
Dum rapidas Simois in mare volvet aquas.
Vivet & Aſtræus, dum muſtu uva tumebit,
Dum cadet incurvâ falce reſecta Ceres.
Donec erunt ignes, arcuſque Cupidinis arma,
Dicentur numeri culte Tibulle tui.

Quibus verſibus non ſignificat *Quando*, ſed *Quamdiu*,

ARTICVLVS XIV.

De Hypotheticâ Mixtâ.

DXIII. EX locali & temporanea & cauſali fiunt commixtiones variæ, ſed exponam unam propoſitionem, ut aliæ analogicè poſſint examinari. *Quia Cæſar culmen montis tenebat, ipſa die Pompeius expugnavit montem oppoſitum.* Multa requiruntur ut hæc aſſertio concedatur. Primò debuit Cæſar culmen illius montis tenuiſſe; debuit ſecundò eſſe alius mons ipſi oppoſitus. tertiò debuit is propugnari militibus, non enim expugnari dicitur quod à nullo defenditur; quartò, debuit Pompejus hunc montem occupaſſe, quintò debuit id feciſſe eadem die; ſextò debuit ideò feciſſe, quia Cæſar culmen alterius occupabat. Ecce ſex ſunt propoſitiones requiſitæ ad verificationem huius hypotheticæ, quarum, ſi vel una ſit falſa, neceſſarium eſt Hypotheticam, non eſſe veram.

Mixtiones variæ.

Ad ſex ſimplices poſitiones reducitur.

DXIV. TEmpus & locus ſummam analogiam conſervant, & frequentiſſimè cooptantur. Martialis libr. 4. Epigramm. 5.

Temporis & loci analogia.

Dum petit è Baulis mater Cærelia Baias,
Occidit inſani crimine merſa freti.
Gloria quanta perit vobis! Hæc monſtra Neroni,
Nec quondam juſſa præſtiterat is aqua.

Quæ, ut vera ſint, plurima poſtulat & varia, è quibus ſi vel univerſalis deſit, aſſertio Martialis falſa eſt.

Hinc patet ejuſmodi propoſitiones ſive affirment, ſive negent, crebriùs eſſe falſas, quàm veras: nec debere in diſputatione admitti ſine maturo examine.

An ejuſmodi propoſitiones ſint frequentiùs falſæ

Addo aliud Epigramma in gratiam eruditi Lectoris. Idem Martialis libr. 6. num. 29.

Dum tibi felices indulgent Caſtrice Baiæ,
Canaque ſulfureis Nympha natatur aquis.
Me Nomentani confirmant otia ruris,
Et caſa iugeribus non onerosa ſuis.
Hic mihi Baiani ſoles, molliſque Lucrinus;
Hic noſtra mihi ſunt, Caſtrice divitiæ.
Quondam laudatas quacumque libebat ad undas
Currere, nec longas pertimuiſſe Vias.
Nunc urbis vicina iuvant, facileſque receſſus,
Et ſatis eſt, pigro ſi licet eſſe mihi.

ARTI-

ARTICULUS XV.

De Conditionali.

HÆc Poſitio, *Si Petrus curreret, moveretur*, conditionalis eſt; & ut ſit vera, non poſtulat, quòd Petrus currat, nec quòd moveatur; ſed potiùs quòd non currat; ita tamen ſe res habeat, ut ſi currat moveatur, quia currit. Noto illud *quia*; quoniam in conditionalibus Antecedentis & Conſequentis (intrinſeca aut extrinſeca) debet eſſe connexio; non enim ſtat hæc Propoſitio, *Si Paul maneret Pragæ, ſanguis erit Purpureus*; purpureus enim erit, ſeu maneat, ſeu non maneat Paulus, quia inter colorem ſanguinis & Paulum nulla datur connexio.

Ejus ſignificatio exponitur

DXV. Dantur multæ Conditionalium formulæ; ſed unam aut alteram propono. I. *Si Petrus currit, movetur.* II. *Si currat, movebitur.* III. *Si curreret moveretur.* Et præter materiam neceſſariam, dantur aliæ materiæ. Pono exempla, *Si Petrus eſſet homo, ambularet. Si eſſet equus, hinniret. Si eſſet ens rationis, non eſſet obiectum Logicæ. Si Auguſtinus eſſet Deus, Deus eſſet Auguſtinus. Si Ioannes eſſet dies Dominicus coleretur ab omnibus, &c.* quarum cognitio tametſi videatur ad Logicam, aut fortè ſpectare ad Grammaticam, omnes vexat Theologos, & ſummas patitur difficultates. Alibi tem tractaturus uberiùs, hæc inſinuaſſe potiùs, quàm tractaſſe ſufficiat.

Diverſa Conditionalium forma.

Si hujus Articuli doctrinam ignoras, fruſtrà & temerè Theologicas ſcholas ingrederis.

DXVI. *Quàm neceſſaria ſit Conditionalium Poſitionū cognitio.*

ANtè annos ecotum vix erat neceſſaria Conditionalium aſſertionum cognitio; jam vix aut ne vix quidem poſſumus theologicè loqui ſine conditionatis; quam ob rem debemus illarum naturam & ingenium perquirere, ut analogicè aut de conditionatis Dei decretis, aut de mediâ ſcientiâ, voluntate, providentiâ, prædeſtinatione, gratiâ, auxiliis, peccatiſque philoſophemur.

Conditio illativa.

Omnis conditionalis debet eſſe illativa, & exponitur particulâ *Si*, ut cum dicimus *Si equus eſſet homo, eſſet animal rationale.* Omnes Conditionales, quæ fiunt in materiâ neceſſariâ, eſſe illativas ſeu cauſales admittit Hurtadus *diſp. 1. Sum. §. 9.* ut *ſi currit, movetur.* ubi curſus cauſa eſt motûs, & poſſent adjungi nonnullæ æquivalentes, quales ſunt *Quia currit, movetur; Currit, ergo movetur; Dum currit, movetur. Ubi currit, movetur; Quatenus currit, movetur;* &c. Tranſiens verò ad conditionales contingentes, ſic ait, *Aliæ hypothetica ſunt in materia contingenti, in qua conditio ſeu antecedens requiritur ad effectum, ut aliquomodo principium illius, ſed ex quo effectus non ſequitur neceſſariò ſed contingenter.* Ergo ſi Hurtadus ſtet huic poſitioni, tenebitur aſſerere, omnes conditionales eſſe falſas, *Si Turca dormiret, Petrus ſederet; Si Antonius comederet, turris caderet; Si Favonius flaret, ego dormirem; Si Ioannes hoc vitrum frangeret, Antonius ſalvaretur,* & ſolum illas eſſe veras, quæ habent aliquam connexionem moralem.

naturaliter, moraliter.

Conditionales falſæ.

DXVII. *Exponitur veritas. Connexio realis & moralis: intrinſeca & extrinſeca.*

Ut hoc altiùs percalleas adnotato Conditionales omnes Hypotheticas Cauſales eſſe; nec veras poſſe dici, ni conditio conſequentis ſit cauſa. Cauſam in phyſicam & moralem docti omnes dividunt; & ideò Conditionalium aliæ habebunt connexionem phyſicam, aliæ moralem; ſive quod idem eſt, aliæ intrinſecam, & aliæ extrinſecam. Hæc conditionalis, *Si Sol lucet, dies eſt*, habet partes phyſicè & intrinſecè connexas, quia in ſe ipſis habent hæ propoſitiones ſympathiam & neceſſariam connexionem. Decreto ſuo infallibili dicit Deus, *Si David remaneat Seila, Seilitæ prodent eum*, & hæc conditionalis habet partium connexionem, non quidem neceſſariam, quia non ſequitur neceſſariò ex eo quòd David Seilæ maneat, eum eſſe à Seilitis prodendum. Ipſi enim poſſent ipſum tueri & propugnare; Sed unde connexionem habent antecedens & conſequens? Reſpondeo duas eſſe hoc ſæculo celeberrimas Authorum ſententias, de quibus diſputare non volo, ſed ſummariè tractare.

DXVIII. PRIMA OPINIO, quam Patres Societatis tuentur, intrinſecam connexionem reperit, liberam tamen: ſciebat enim Deus, juxta hos Authores, ita eſſe affectos erga Davidem Seilitarum animos, ut ſi in urbe manſiſſet, eſſent eum infallibiliter tradituri. Scientia hæc, quâ Deus has liberas conditiones cognoſcit, *Media* dicitur, poſitur que inter ſimplicem Intelligentiam & Viſionem.

Scientia media.

SECUNDA OPINIO, quam Patres Dominicani eſſe S. Auguſtini & Angelici Doctoris exiſtimant, hanc ſcientiam mediam rejicit, & ad decreta conditionata recurit, docetq; in illa Conditionali, de quâ agimus, antecedens & conſequens habere connexionem merè extrinſecam; nimirùm in Decreto Divino. Deus enim qui aliter poterat rem ipſam diſponere, decrevit Davidem iri proditum, ſi apud Seilitas remanſiſſet.

Decreta conditionata.

DXIX. Hinc patet PRIMÒ nullas in Thomiſtarum ſcholâ contingentes conditionales propoſitiones

Quoniam conditio-...

nales ſint veræ?

tiones eſſe veras, de quibus non eſt aliquod Divinum decretum. Præter decreta divinitùs revelata in Biblis, nulla alia authenticè ſunt nobis nota: unde qui ad Thomiſtarum mentem in hâc materiâ procedere voluerimus, conditionales illas contingentes, quæ in Biblis reperiuntur, concedemus nullas alias. Hinc conſtat non eſſe admittendas has enunciationes hypotheticas, *Si Petrus eſſet Romæ, rideret; ſi eſſet Conſtantinopoli, ambularet: ſi Turca ſurgeret, Paulus dormiret; &c.* Nec has (& hoc fortè mirabilius cenſebitur) *Si Petrus eſſet Romæ, non rideret: ſi eſſet Conſtantinopoli, non ambularet; ſi Turca ſurgeret, Paulus non dormiret; &c.* Non ſunt concedendæ priores, quia exprimunt connexionem conditionis & conſequentis in rebus, in quibus nulla eſt naturalis aut moralis, nec intrinſeca aut extrinſeca. Eſſe Petrum Romæ & ridere, connexionem naturalem & internam non habent, ut ex ſe patet; quia & poſſet eſſe Romæ, & non ridere, & ridere quin eſſet Romæ: non habet connexionem extrinſecam aut moralem, quia non datur voluntas Dei decernens eum riſurum fuiſſe ſi Romæ eſſet: nulla igitur harum contingentium conditionalium connexio eſt. Non ſolùm hæc aſſertio, *Si Petrus eſſet Romæ, rideret*, falſa eſt, ſed etiam hæ: *Si Romæ non eſſet, rideret; Si Romæ eſſet, non rideret: ſi Romæ non eſſet, non rideret.* Ex quibus nulla concedi poteſt; in nullâ enim conſequens intrinſecè aut extrinſecè connectitur cum antecedenti.

Quæ, & quot ſint decreta Dei?

Sublato decreto omnes conditionales aſſerentes & negantes ſunt falſæ.

Sed dices, has, *Si Petrus eſſet Romæ, rideret; ſi eſſet Romæ, non rideret*, eſſe contradictorias, & alteram neceſſariò veram; addes Petrum indigere decreto & conſenſu divino ut rideat; at verò, ut non rideat, nullo omninò indigere; quia non ridere eſt non operari, & ad non operandum nullus concurſus aut prædeterminatio requiritur.

DXX. *Operationi liberæ omiſſio libera non opponitur contradictoriè.*

Et ego ut ab hoc ultimo incipiam, dicam aliud eſſe non ridere, & aliud non ridere liberè, aliud non ridere abſolutè, & aliud ideò non ridere, quia talis circumſtantia ponitur; primò ſenſu concedo quidquid dicis, at conditionales ponuntur in ſecundo ſenſu.

Ad alterum reſpondeo illas non eſſe contradictorias. Aut ſi dubitas adhuc, loco illius *Si*, pone *Quia*, & eaſdem aſſertiones reſume. An-non hæ nempè, *Quia eſt Romæ Petrus, deambulat; Quia non eſt Romæ, deambulat; Quia eſt Romæ non deambulat; Quia Romæ non eſt, non deambulat*; & ſimiles aſſertiones ſunt falſæ? Omnes equidem. Ergo analogicè philoſophemur de Conditionalibus: quoniam ſicut ad hoc, ut Cauſalis ſit vera, requiritur, quod antecedens ſit phyſica conſequentis cauſa; ſic etiam in Conditionali requiritur, quod antecedens ſit conditio illativa conſequentis ex vi interjacentis connexionis intrinſecæ aut extrinſecæ: unde ſublatâ omni connexione nec cauſales, nec conditionales poterunt verificari. Conditionales bifariam poſſe eſſe falſas (nempè poſitivè & negativè) oſtendo inferiùs.

DXXI. *Cur ſint veræ conditionales*

Hinc patet ſecundò, omnes conditionales contingentes veras (hoc eſt, illas, quarum connexio non eſt intrinſece ipſis terminis, ſed extrinſeca, nempè in decreto & divinâ voluntate conſiſtens) dicere veritatem infallibilem, & hanc ob efficaciam Divinæ voluntatis decernentis unam rem ponere cùm poſuerit aliam. Si Seilæ remanſiſſet David, fuiſſet traditus, non tamen neceſſariò ſed liberè: erat enim, non quidem neceſſarium ſed infallibile ipſum, ſi remanſiſſet ibi, fore proditoriè tradendum: hæc autem infallibilitas pendebat à Decreto Dei, quod verbis exprimeret, ſi diceret, *Decerno quòd David tradatur Sauli à Seilitis, ſi maneat Seilæ.*

contingentes

DXXII. *Soti verba, quæ Hurtadus citat, non videntur agere pro ſocietatis opinione.*

Hurtadus citatæ diſputationis §. 11. nos invitat ut attentè audiamus verba Soti Doctoris Salmantini, quæ celebre priùs dixerat, & ante certamina de efficaciâ gratiæ ſcripſiſſe aſſeruerat. Sunt verba Soti, quæ ipſe expendit; *Ad veritatem hujus [Si viceris in diſputatione, dabo tibi librum] requiritur quòd nõ vincas in diſputatione quin dem tibi librum: unde non requiritur quod antecedens & conſequens ſint aliquando vera, & in hoc convenit promiſſiva cum illativa; nec requiritur quòd ſit bona conſequentia quia ſcilicet antecedens non poſſit eſſe verum ſine conſequenti, & in hoc differt ab illativa, ſed ſolùm quòd antecedens non erit verum ſine conſequenti; itaque non requiritur quod oppoſitum conſequentis repugnet cum antecedente, aut conſtituat copulativam impoſſibilem; ſed conſtituat copulativam, quæ nunquam erit vera; in quo manifeſtatur differentia inter promiſſivam & illativam. Ex quo ſequitur primò, quòd conditionalis promiſſiva eſt contingens, verbi gratiâ, ſi tu viceris in diſputatione, & ego non dederim tibi librum, dicta conditionalis eſt falſa; ſed ſi tunc dedero, illa eſt falſa, ſed ſi tunc dedero, illa eſt vera. Sequitur ſecundò multas eſſe conditionales promiſſivas, de quarum veritate nobis non poteſt conſtare, ſed Deus ſolus ſcit, veræ ne ſint, an falſæ?* Hucuſque Sotus, cujus doctrinam addit Hurtadus, verbum pro verbo traditam à P. Ludovico Molinâ, omnes Patres Societatis propugnare.

DXXIII.

Sanè ſi hoc eſſet verum, nec ipſi ſcientiam mediam defenderent, nec decretis contradicerent conditionatis. Sotus cognovit duo propoſitionum conditionalium genera; vocavit *illativas* eas, in quibus antecedens neceſſariò inferebat conſequens; ut *Si equus eſſet homo, eſſet riſibilis*: vocavit autem *promiſſivas* eas, in quibus antecedens & conſequens non habent connexionem neceſſariam aut intrinſecam, ſed pendentem à promiſſione & decreto voluntatis. Addit tunc nos tandem ſcire, an ſint veræ, cùm de facto ponitur antecedens ſeu conditio: quia ſi tunc etiam ponitur conſequens vera eſt aſſertio, falſa aliàs. Subjungit eſſe plurimas, quarum qualitas (videlicet veritas aut falſitas) Deo uni & ſoli (nempe quia ab ejus tuo & ſuo decreto dependent) eſt cognita. Cæterùm conditionales illæ contingentes, quæ promiſſivæ nec illativæ ſunt, ſed omninò diſparatæ, & inconnexæ (ut *Si Petrus Lovanii dormiret, Magnus Turca Conſtantinopoli cantaret*) veræ non ſunt, etiamſi contingeret poni conſequens cùm antecedens; quia extrema illa inter ſe ne conditionalem quidem connexionem habent: & Deus, qui omnia cognoſcit ut ſunt in ſe, cognoſcit quidem, primò, An Petrus Lovanii dormiturus ſit? Secundò, An cantaturus ſit Turca? Tertiò, ſcit ſomnum Petri non eſſe in-

Duplex conditionalium genus.

trinſecam conditionem reſpectu alterius cantici; futuram tamen eſſe conditionem extrinſecam, ſi ipſe Deus diceret, *Decerno quòd Turca canat, ſi Petrus Lovanij dormiverit*: quartò, Scit ſe habere vel non habere iſtud decretum.

Conditionalis neceſſaria. Ex dictis inferes, ut hæc aſſertio, *Si leo eſſet equus, eſſet hinnibilis*, quæ ad materiam neceſſariã ſpectat, ſit vera, non requiri quòd leo futurus ſit equus, imò neque quòd talis eſſe poſſit, nec requiritur quòd futurus ſit hinnibilis; ſed ſolum requiritur quòd eſſe equum inferat eſſe hinnibilem.

DXXIV. Contingens. Non aliter de materiâ contingenti philoſophabimur. Ut ſit vera hæc aſſertio, *Si Petrus moreretur, perflaret zephyrus.* Nec requiritur quòd Petrus occidat, neque quòd Zephyrus perflet, ſed quod detur Divinæ voluntatis decretum id decernens (vel ut Sotus loquitur, id promittẽs) ex vi cuius mors Petri habeat connexionem extrinſecam, moralem (certam tamen & infallibilem) cum Zephyro: extrinſecam quidem, quia illam non habet in ſe, ſed in decreto.

DXXV. Indicativæ & ſubiunctivæ. Conditionales aſſertiones in *Indicativas & Subiunctivas* divido; quæ quidem licet eædem vulgò judicentur, ſunt valdè diſſidentes inter ſe. Conditionalis enim affirmativa indicativi modi includit ignorantiam aut ſaltem abſtractionem antecedentis, cum dicimus, *Si Petrus eſt albus eſt diſgregativus visûs*, quæ æquivalet huic, *Equidem non ſcio, aut ſaltem non affirmo Petrum eſſe album, dico tamẽ eum, ſi albus eſt, eſſe diſgregativum visûs.* *Utriuſque ſignificatio exponitur.* De Conditionalibus, quæ conſtant antecedenti negativo, analogicè philoſophandum eſt. Hæc, *Si Paulus non eſt homo, non eſt rationalis*, æquivalet huic, *Non definio utrùm Paulus ſit homo, an non? vel quia hoc neſcio, vel quia hoc nolo determinare, cæterùm certam eſſe traduco, ex hypotheſi quòd homo non ſit, illum non eſſe rationalẽ.*

In ſubjunctivo, hæc propoſitio, *Si leo eſſet homo, eſſet riſibilis*, ſupponit antecedens non eſſe: quapropter continet terminorum implicantiã hæc hypothetica, *Si Petrus eſſet animal, eſſet ſenſibilis*, nam æquipollet huic, *Si Petrus, qui quidem animal non eſt, eſſet animal, eſſet ſenſibilis*, vel ſaltẽ huic, *Sanè Petrus animal non eſt; ſed ſi animal eſſet, eſſet etiam ſenſibilis.* Unde, ſi exponatur primo modo, eſt de ſubiecto non ſupponenti, non enim datur Petrus, qui nõ ſit animal, ſi ſecundo, ſupponet falſum, nempè Petrum non eſſe animal.

Hæc negativa, *Si Petrus non eſſet rationalis, non eſſet homo*, ſupponit Petrum de facto eſſe rationalem. Quapropter qui dicit, *Si equus non eſſet rugibilis, non eſſet animal*, ſupponit falſum, quia ſupponit equum eſſe rugibilem.

Hinc facili negotio intelligere poteris, rigorem & ſignificationem hypotheticarum, quæ habent connexionem extrinſecam in Divino decreto. Dico, *Si Philippus eſſet Bruxellæ, Antonius diſcederet*; inſinuo Philippum Bruxellæ non eſſe, & Antonium nondum diſceſſiſſe; quia ſi vel ille eſſet ibibi, vel iſte iam inde diſceſſiſſet, ineptè diceretur, hunc diſceſſurum eſſe, ſi alter veniret. Non aliter in negativis; *Si ego non eſſem amicus tuus occiderem te*; eſt aſſertio, in quâ primò exprimitur me eſſe amicum tuum, ſecundò me non eſſe occiſurum te; tertiò me occiſurum te eſſe, ſi non eſſem amicus tuus. Vide illa quæ inferiùs ſubiungam, cùm de Conditionalium oppoſitione diſputabo; & has Reſolutiones curioſè meditare, illis enim tota conditionati decreti diſputatio, quàm expendit Auguſtinus, ſubnititur. DXXVI. *Exponuntur multis ſimplicibus ſingula conditionales.*

Conditionales omnes illativæ propoſitiones ſunt, non tamen omnes æquè certæ; aliæ enim infallibiliter, aliæ fallibiliter inferunt ſuas conſequentias; conſidera Categoriam.

Ponderatur ſingularum conditionalium certitudo.

Conditionalis (quæ aſſerit non eſſe ponendam unam rem, quin & alia ponatur) *aliàs eſt*,
- *Neceſſaria*: cujus antecedens & conſequens habent connexionem intrinſecam & neceſſariam; ut patet in his: *Si eſt homo, eſt animal. Si non eſt vivens, non eſt equus.*
- *contingens*; cujus antecedens & conſequens habent connexionem extrinſecam nempè aut
  - in decreto divino. Et talis propoſitio vocatur *Infallibilis*, ut *Si David manſiſſet Seile, fuiſſet traditus.* Omnia enim infallibiliter erunt, quæ Deus decrevit, non tamen omnia erunt neceſſariò, multa enim evenient liberè, ut patet in exemplo poſito,
  - in decreto humano; & talis conditionalis quà humana eſt, *Fallibilis eſt*,
    - *certa tamen moraliter*, ſi decretum ſit viri conſtantis, qui nunquam flecti aut vacillare viſus eſt.
    - *Probabilis*, ſi pendeat à promiſſione viri qui inconſtans eſt. Et dici poterit *Probabilior*, *Æquè probabilis*, *Minùs probabilis*, juxta inconſtantiæ quantitatem.
    - *dubia*, ſi conſiſtat in decreto perſonæ incognitæ, & hæc etiam ſolet *incerta* nominari.
    - *temeraria* aut *falſa moraliter*, dicetur illa, quæ dependet ab indigni hominis reſolutione, nempè à Viro qui vix aliquando ſtat dictis, aut fidem ſervat.

HÆ SUNT duæ celebriores ſententiæ, quæ ignorari non debent, quas volui dialecticè aut etiam grammaticè tradere, ut à lacte meus Philoſophus ita dialecticari aſſueſcat, ut in Theologicis nihil debeat dediſcere.

Illuſtratio.

DXXVIII. VOlo hanc totam doctrinam exemplo uno vel altero dilucidare. Ponam ob oculos Martialem & D. Thomam, illum Ethnicum, iſtum Chriſtianum, ut Philoſophia Gentilis & Catholica huius quæſtionis deciſione illuſtrentur. Sic ille Priſcum cavillatur.

Quid facerat homo, ſi eſſet leo?

Sæpè rogare ſoles, qualis ſim Priſce futurus
Si fiam locuples, ſimque repentè potens?
Quemquam poſſe putas mores narrare futuros?
Dic mihi ſi fias tu leo, qualis eris?

Ergo ad huius acutiſſimi ſcriptoris mentem æque incognoſcibilis eſt hæc propoſitio, *Caius, ſi fiat dives, erit bonus*; ac iſta, *Caius, ſi fiat leo, capiunt.* At nos ſummam differentiam inter has duas propoſitiones reperimus; omnes enim, aut plurimi ſaltem, concedunt noſci à Deo quid facturus fuiſſet Martialis, ſi divitias opulentas habuiſſet; & tamen innumeri negant ſciri à Deo, quid feciſſet Priſcus, ſi fuiſſet leo.

An id cognoſcat Deus?

Dùm ſic reſolvo, Priſcum in leonem non potuiſſe tranſire, ſtatuo aut pono veriùs vel ſuppono: quòd ſi vel hypoſtaticè vel alio quoquo modo fieri potuit ut eſſet leo, concedam Martiali paritatem.

An homo poſſit fieri hypoſtaticè leo?

Imò etiam concedam hic ipsâ poſſibilitate negatâ; ille enim non agit de divinâ ſcientiâ, ſed de humanâ; & reſpectu hominum, qui vix ſcimus, quæ ob oculos quotidie habemus, omnes futuræ (conditionatæ, aut abſolutæ ſint) æquè obſcuræ & imperſcrutabiles ſunt.

An cognoſcat futura.

DXXIX. Ad Angelicum Doctorem venio, qui in 1. p. quæſt. 14. art. 13. ſic obiicit. *Omnis conditionalis cuius antecedens eſt neceſſarium abſolutè, conſequens eſt neceſſarium abſolutè. Sic enim ſe habet antecedens ad conſequens, ſicut principia ad concluſionem. Ex principiis autem neceſſariis non ſequitur concluſio niſi neceſſaria, ut in 1. Poſter. probatur*

Qualis infertur ex principiis neceſſariis concluſio?

[Ego autem cur non poſſit ipſamet contingentia demonſtrari non video.] *Sed hæc eſt quædam conditionalis vera. Si Deus ſcivit hoc futurum eſſe, hoc erit; quia ſcientia Dei non eſt niſi verorum. Huius autem conditionalis antecedens eſt neceſſarium abſolutè; tum quia eſt æternum, tum quia ſignificatur ut præteritum.* [At datur æterna libera, & præterita interdum contingentia.] *Ergo & conſequens eſt neceſſarium abſolutè. Igitur quidquid ſcitur à Deo eſt neceſſarium. Et ſic ſcientia Dei non eſt contingentium.*

An æterna & præterita ſint neceſſaria?

DXXX. Cui objectioni ſic poſt pauca reſpondet. *Dicendum, ait, quod quidam dicunt, quod hoc antecedens, Deus ſcivit hoc contingens futurum, non eſt neceſſarium, ſed contingens: quia licet ſit præteritum, tamen importat reſpectum ad futurum: ſed hoc non tollit ei neceſſitatem quia id quod habuit reſpectum ad futurum, neceſſe eſt habuiſſe, licet etiam futurum non ſequatur quandoque.* [Sed hic videtur S. Doctor ſupponere non eſſe potentiam ad præteritum; at ego puto futurum eſſe Antichriſtum non tamen neceſſariò futurum; puto hanc propoſitionem, *Antichriſtus erit*, fuiſſe ab æterno veram; & poſſe Deũ facere ne Antichriſtus ſit, & per conſequens ut hæc propoſitio quæ vera fuit, vera non fuerit. Puto rem eſſe valdè claram, & fruſtrà æquivocationibus implicari à iunioribus: nam ſi agamus in ſenſu reduplicativo & compoſito, nec futura ſubſunt libertati divinæ; & ſi agamus in ſenſu ſpecificativo, non minùs ſubſunt futura quàm præterita.]

Prima ſolutio.

An potentia ad præteritum concedenda ſit Deo?

At Sanctus Doctor ad ſecundam ſolutionem progreditur. Sic ait. *Alij verò dicunt hoc antecedens eſſe contingens: quia eſt compoſitum ex neceſſario & contingenti: ſicut iſtud dictum eſt contingens Sortem eſſe hominem album. Sed etiam nihil eſt: quia cùm dicitur, Deus ſcivit eſſe futurum hoc contingens, Contingens non ponitur ibi niſi ut materia verbi, & non ſicut principalis pars propoſitionis. Vnde contingentia eius vel neceſſitas nihil refert ad hoc quod propoſitio ſit neceſſaria vel contingens, vera vel falſa. Ita enim poteſt eſſe verum me dixiſſe hominem eſſe aſinum, ſicut me dixiſſe Sortem currere, vel Deum eſſe, & eadem ratio eſt de neceſſario & contingenti.* [& quia hîc omnia quæ S. Doctor aſſerit videntur vera, nîl diſcutio.]

Secunda ſolutio

Ipſe tamen ſuam ſententiam ſic expendit. *Dicendum eſt, ait, quòd antecedens eſt neceſſarium abſolutè. Nec tamen ſequitur, (ut quidam dicunt) quòd conſequens ſit neceſſarium abſolutè: quia antecedens eſt cauſa remota conſequentis, quod propter cauſam proximam contingens eſt. Sed hoc nihil. Eſſet enim conditionalis falſa, cuius antecedens eſſet cauſa remota neceſſaria, & conſequens effectus contingens. Vt puta, ſi dicerem, ſi ſol movetur, herba germinabit. Et ideò aliter dicendum eſt quod quando in antecedente ponitur aliquid pertinens ad actum animæ, conſequens eſt accipiendum non ſecundum eſſe quod in ſe eſt, ſed ſecundum quod eſt in animâ. Aliud enim eſt eſſe rei in ſeipsa, & eſſe rei in animâ. Vt puta, ſi dicam, Si anima intelligit aliquid, illud eſt immateriale: intelligendum eſt quod illud eſt immateriale ſecundum quod eſt in intellectu, non ſecundũ quod eſt in ſeipſo. Et ſimiliter ſi dicam, Si Deus ſcivit aliquid, illud erit. Conſequens intelligendum eſt prout ſubeſt divinæ ſcientiæ, ſcilicet prout eſt in ſuâ præſentialitate. Et ſic neceſſarium eſt ſicut & antecedens. Quia omne quod eſt, dum eſt, neceſſe eſt eſſe, ut dicitur in 1. Perihermenias.*

D. Thomæ reſponſio.

DXXXI. Tota hæc Angelici Doctoris doctrina per ſalebras & Meandros præceps, fundatur ut vides, illo axiomate Peripatetico, *Omne quod eſt, quando eſt, neceſſe eſt eſſe*: unde concluditur Neceſſarium eſſe ut ſint, ſi à Deo eſſe futura prævidentur. Nec illa diſtinctio (videlicet, *ſecundum quod eſt in intellectu, & ſecundum quod eſt in ſeipſo.*) tollit difficultatem. Quam ob rem ego breviùs, illud axioma Ariſtotelicum aut negabo ſeverus, aut diſtinguam urbanus; nam ſi *neceſſitatis* nomine intelligant infallibilitatem, illud concedam: ſi determinationem ad unum, & carentiam libertatis, negabo. Actus enim liber ſi eſt, liberè eſt; & ſi liberè eſt, poteſt non eſſe. Et ſi poteſt non eſſe quando eſt, eſt quidem infallibiliter, & tamen neceſſariò non [illegible].

Iudicium de hoc doctrinâ.

An ſit verum illud Principium Omne quod quando eſt, necesse eſt?

Infallibilitas.

Omnis [illegible] liber [illegible] quando

Et ſi

eſt, quoſ noſſe. Et ſi cognoſcitur à Deo, cognoſciturut eſt (falleretur enim infinita ſapientia, ſi rem cognoſceret aliter quàm eſt.) ergo actus ille liber cognoſcitur à Deo ut potens non eſſe: ergo à ſcientiâ Dei nullam neceſſitatem recipiet. Hæc enim eſt bona conſequentia, *Deus prænoſcit Petrum non neceſſariò ſed liberè ſe negaturum. Ergo Petrus negabit Deum liberè & non neceſſariò; eo nimirùm modo, quo à Deo præſcitur.* Et hæc mala, *Deus prænoſcit Petrum non neceſſariò ſed liberè ſe negaturum: ergo Petrus negabit Deum non iam liberè ſed neceſſariò, contrario videlicet modo quàm præſciebatur à Deo.*

Componitur Libertas & Præſcientia.

DXXXII. Hæc ſatis. Quæ ſi fortè alicui nimia eſſe videantur, poterunt non legi vel omitti, non enim contentiosè in Logicis de Prædeſtinatione diſputabo; monebo tamen omnes illius materiæ difficultates, quæ opinione multorum inſuperabiles ſunt, naſci ex mali Dialecticâ & Philoſophiâ multo peiore; nam ſi has Poſitiones Conditionales, [*Si erit, cognoſcitur à Deo quale erit, & non aliter quàm erit: Si præſcitur à Deo actus liber, falſum eſt illum neceſſariò futurum. Si res liberè aut contingenter eſt, falſum eſt quòd ea neceſſariò eſt quando eſt; verum autem, quòd eadem quando eſt, contingenter, aut liberè eſt, adeòque infallibiliter quidem, non tamen neceſſariò eſt;*] benè intelligas, nulla erit quæſtio in materiis de Providentiâ Dei, de Prædeſtinatione, de Gratiâ, de Auxiliis & ſimilibus, in quâ vel minimam difficultatem invenias.

Unde ſuboriantur in Theologia graviſſimæ difficultates!

Hucuſque eſſentiam Propoſitionum expoſuimus & dilucidavimus; illas diſtinximus in claſſes, quas ſi velis vocare ſpecies, modò vocem rigorosè non ſumas, tibi non contradixero. Modò ad duas illas nobiliſſimas Propoſitiones (Definitivam & Diviſivam) *quæ* ſciendi Inſtrumenta *nominantur, ſubvenio: & ubi eas expoſuero, ad communes omnium Propoſitionum paſſiones & proprietates orationem convertam, & ex multis, quas poſſem ediſſerere,* Oppoſitionem, Æquipollentiam & Converſionem *deligam, illaſque accuratè explicabo.* DXXXIII.

ARTICULUS XVI.

De Definitione.

DXXXIV. DEfinitio *eſt Oratio explicans naturam definiti*, & tametſi illud unicam habeat eſſentiam, multis illa modis ſolet dilucidari; unde emanarunt varia genera Definitionum, quarum præcipuæ ſunt *Litteraria, Dictionaria, Accidentaria*, & *Eſſentialis*: quas ſingulatim illuſtrabo. Litteraria enim, ut definiti naturam & eſſentiam dilucidet, ſingulas litteras conſiderat: Dictionaria, nominis originem & derivationem inveſtigat; Accidentaria, accidentia communia & propria contemplatur. Eſſentialis, ad eſſentialia prædicata recurrit. *Quid ſit & quotuplex?*

DXXXV. DUo fulmina belli Dialectici quæ ignorantiam proſternunt Definitio & Diviſio: & ideò *Modi ſciendi* vocātur. Utra autem prior? Aperio Authorum libros, & ſummam varietatem reperio. Præponunt Diviſioni Definitionem aliqui, poſtponunt multi: & quia hæc ipſa libertas apud ipſos eſt ex lex, illas ego ad ordinem & legem ſequentem reduco: nimirùm, *Vel eſt univocum, vel æquivocum, quod explicatur: Si æquivocum, dividatur priùs, definiatur poſteriùs. Contrà, ſi univocum.* Quam ob rem, ſi diſſerendum ſit de cane, à diviſione exordium ſume: & ubi illum in cæleſtem, terreſtrem & marinum diſtinxeris, ſingulorum naturas & proprietates debitis definitionibus dilucidato. Si verò de Animali diſſerendum ſit, à definitione exordium ſume; dic illud eſſe vivens ſenſibile; definitionemque circumſcriptionibus pulchris expone. Poſteà ad diviſionem veni, & Animal in Rationale & Irrationale dividens, ſingulorum eſſentias novis definitionibus exorna.

An ſit prior definitione diviſio?

Canis prius dividitur, quàm definitur.

Animal contrà.

ARTICULUS XVII.

De legibus Definitionum.

SOlent hæ leges recenſeri, aut etiam pronunciari, cùm agitur de eſſentiali & quiditativâ Definitione: ſed quia communes omnibus, à nobis ſub initium tractantur. Multæ ſunt; ſed omnes poſſunt ad ſequētes reduci. PRIMA poſtulat, ut definitio cōveniat omni definito; hoc eſt, ut prædicetur de quocūq;, de quo illud prædica- *Omnia attentè legantur.*

tur. Exempli gratiâ ponatur hæc, *Equus eſt animal hinnibile.* cuius prædicatum debet omnibus & ſingulis equis competere. SECUNDA, ne conveniat alicui præter definitum; qua propter idem prædicatum non poteſt competere non-equo. Ex his duabus naſcitur TERTIA, nempè debere eſſe propoſitionem convertibilem ſimpliciter quâcumque quantitate Logicâ afficiatur, debere-ue valere conſequentiam à convertente ad converſam, & è contrà, ut patet in cādem definitione quantitatis ſignis alteratis, valent enim omnes hæ conſequentiæ: *Equus eſt animal hinnibile, ergo animal hinnibile eſt equus. Omnis equus eſt animal hinnibile, ergo omne animal hinnibile eſt equus. Aliquis equus eſt animal hinnibile, ergo aliquod animal hinnibile eſt equus. Hic equus eſt animal hinnibile, ergo hoc animal hinnibile eſt equus.* Etiam valerent, ſi converterentur per accidens, putà ſingularis, aut particularis in univerſalem, aut contrà: ut *Hic equus eſt animal hinnibile; ergo omne animal hinnibile eſt equus.* QUARTA, ut explicet, illuſtret & exponat naturam & quiditatem definiti, ideò debet habere prædicatum ſubjecto clarius, non enim eſſet definitio, *Animal rationale eſt homo*, cujus ſubjectum eſſet clarius ipſo prædicato. QVINTA, ut ſit brevis. Peccaret contra hanc legem, qui aliquod verbum bis repeteret: qui enim diceret, *Homo eſt animal ſenſibile & rationale*, bis *ſenſibile* poneret, nam in animalitate ſenſibilitas clauditur. Peccaret etiam contra hanc legem, qui definito quantitatem, aut particulam *&* adfingeret definitioni; non enim dicimus, *Omnis homo eſt animal & rationale* ſed *Homo eſt animal rationale.* Peccaret etiam qui ad negationes extra ſcholam negativam recurreret, cùm enim rem aliquā definire iubemur, non iubemur exponere quid res non ſit, ſed quid ea ſit. Obiter tamen nota Scholæ negativæ indulgendum, ut negationibus crebris utatur.

Si interrogeris, Quænam ſit hæc aut illa definitio? Reſponde eſſe Logicam, Phyſicam, Metaphyſicam, Moralem aut Artificialem. Si interrogeris, Qualis ſit? ne dicas eſſe veram aut falſam, ſed eſſe bonam aut malam. Ratio eſt, quia non ſufficit Propoſitionem eſſe veram, ut bona definitio ſit; propoſitiones enim veræ, ſæpè malæ definitiones ſunt, ut *Homo eſt animal bipes*; *Equus eſt animal quadrupes*; *Cygnus eſt avis alba.*

DXXXVII *An omnis definitio clarior ſit ſemper definito?*

MEditaris has leges; & quia ſolùm in quartâ reperis difficultatem, me mones, & inquiris, An ne omnis definitio ſuo definito clarior ſit?

Reſpondet D. Thomas 1. part. quæſt 85. art. 8. *Id quod ponitur in definitione alicuius per prius cognoſcitur à nobis; quia definitio eſt ex prioribus & notioribus, ut dicitur in 6. Top. ſed indiviſibile ponitur in definitione diviſibilis, ſicut punctum in definitione lineæ Linea enim, ut Euclides dicit, eſt longitudo ſine latitudine, cuius extremitates ſunt duo puncta. Et unitas ponitur in definitione numeri: quia numerus eſt multitudo menſurata per unum, ut dicitur in 10. Metaph. Ergo intellectus noſter per prius intelligit indiviſibile quàm diviſibile.* Et ſolvendo hanc ipſam obiectionem, non negat Definitionem eſſe notiorem definito, ſed punctum ingredi definitionem lineæ ut ſic, aut lineæ infinitæ. *Dicendum*, ait, *quòd punctum non ponitur in Definitione lineæ communiter ſumptæ. Manifeſtum eſt enim quod in lineâ infinitâ & etiam in circulari non eſt punctum niſi potentiâ. Sed Euclides definit lineam finitam rectam; & ideò poſuit punctum in Definitione lineæ, ſicut terminum in Definitione terminati. Vnitas vero eſt menſura numeri, & ideò ponitur in Definitione numeri menſurati; non autem ponitur in Definitione diviſibilis ſed magis è converſo.*

An in lineâ fine punctata actu, an potentiâ tantummodò? Anne dari poterit numerus immenſus, interminatus aut indeterminatus?

Sed poſſet contra quis obiicere, Illa ſunt clariora verba, quæ faciliùs intelliguntur: & tamen ſi dicas ruſticis, ut quærant in ſylvâ *unum animal rationale congregativum visûs quod fugit*; à nullo intelligêris: ſi ut quærant *unum hominem nigrum, qui fugit*, à nullo non intelligeris; Ergo clarior non eſt definitio.

DXXXVIII. *Obiectio.*

Solutio. Anatomia Dialectica.

Puto definitionem eſſe eſſentiæ anatomen; & addo eum, qui corporis ſuperficiem exteriorem novit, illud ſecando & intrinſecùs conſiderando, in cognitione proficere; at notitiam partium interiorum, ſi figuræ exterioris notitiâ careat, ſufficientem non eſſe. Sic etiam de anatome logica philoſophor: nam exiſtimo dupliciter accipi definitionem; nimirùm aut pro totâ propoſitione definitivâ, aut tantùm pro ejuſdem prædicato. Primo modo Definitio clarior eſt definito; non ſecundo: & videtur argumentum convincere, nec eſſe congruæ ſatisfactionis capax. Hâc viâ poſſet dici Definitionem Ænigmaticam clariorem eſſe ſuo definito; nam aggregatum ex ſubjecto definito, & prædicato definitivo ipſo definito clarius eſt.

An ænigma clarior...

DXXXIX

Puto etiam dici non ſolùm Propoſitionē definitivā, ſed ipſummet eiuſdem prædicatū eſſe clarius ſuo definito, nimirū, ſi verba intelligantur:

tur:

tur: illi enim, qui verba non capit, omnia obſcura videntur. Hinc veniens ad illa verba, *Quare unum animal rationale congregativum viuis.* &c. aſſero intelligi non poſſe à ruſtico, quia iſte dialecti ſcholaſticæ eſt neſcius: qui enim clariſſimè loqueretur hibernicè, non intelligeretur à me: nec tamen diceres hinc ſequi linguam hibernicam eſſe obſcuriorem cæteris, quas non neſcimus. Addo igitur definitionem, ſi æquè benè intelligatur, eſſe clariorem definito. Quâ ob rem concludo ſæpè definitionem eſſe ſuo definito obſcuriorem grammaticè: at verò logicè clariorem & illuſtriorem eſſe.

Quo ſenſu Definitio obſcurior ſit ſuo definito.

DXL. *Ruſtica definitio.*

HÆC omnia de Regulâ quartâ. Ad quintam venis, & hanc definitionem ponis. *Homo eſt animal vivum, mortale, rationabile.* Ita illum definit Ambroſius *libri de Noë & Arcâ, cap. 4. circa medium.* qui cùm non videatur novam doctrinam velle protrudere, cenſendus eſt communem illo ævo definitionem aſſumpſiſſe, malam tamen, primò enim bis ponitur vita, ipſa enim clauditur in animalitate; & ſecundo ſine causâ exponitur mortalitatis circumſtantia, non enim dantur Animalia rationalia mortalia: quoniam Angeli, juxta doctrinam, quæ hodie in Scholis obtinet, animalia non ſunt. Sunt igitur in hâc Hominis definitione duæ voces (*vivum & mortale*) ſuperfluæ.

An Angeli ſint animalia?

DXLI. Volo adhuc unam definitionem addere, quam eſſe communem invenio: cùm enim Artes liberales definimus, ſic ſolemus earum ingenium explicare. Orthographia, *eſt ars bene ſcribendi.* Grammatica, *eſt ars bene loquendi.* vel ut Ambroſius Calepinus habet, *rectæ loquela, rectæque ſcripturæ ſcientia.* Arithmetica, *eſt ars bene numerandi* Geometria, *eſt ars bene metiendi:* &c.

Quid ſit Orthographia? Grammatica? Arithmetica? &c.

Has & ſimiles omnes definitiones aliqui magnâ contumaciâ propugnant, alij magno ore condemnant: illud enim adverbium *bene,* aut *rectè* in artis vocabulo clauditur; non enim ad malè operandum fuerunt Artes inventæ. Orthographia igitur (& ſic de cæteris) *eſt ars ſcribendi:* &, ſi *ars bene ſcribendi* dicatur, bis ponetur illud *benè.*

Hoc poſtulat loquendi rigor. Cæterùm, ſi *artis* nomen, non iam rectam, ſed facilem animi diſpoſitionem ſonet, poſſet illud *bene*, quod frequenter adiungunt, ſuſtineri; at ut à puero didici, *Ars eſt, quæ mentem dirigit, & aperit, quaſdam errare non patientes vias.*

Quid ſit Ars.

ARTICULUS XVIII.

De Definitione Litterariâ.

DXLII. AB Hebræis eam didicimus: Rabbini enim per תיבות ראשי *Raſce theboth*, ſive *Dictionum capita* exponunt obſcuriſſimas difficultates. Illos imitati ſunt Græci: illos Latini: eoſdem alij. Ponamus ob oculos unam ſolam dictionem, ut cæteras ad elementa ultima reducere exactè valeamus.

Dictionum capita.

אולף	א	A	ἀνατολή.	*Oriens.*	A	Animal.
דלת	ד	Δ	δυσμη.	*Occidens.*	D	Divinum.
משיח	ם	A	ἄρκτος.	*Septemtrio.*	A	Angelicum.
		M.	μεσημβρία.	*Meridies.*	M.	Mortale.

Nomen Adam litterariè explicatur.

Hoc ergo modo Nominales nonnulli cætera hominum aut rerum appellativa aut propria in litteras curioſè dividunt; & adoptantes dictiones convenientes, producunt ſententiam, quæ quæritur. [Puto huic methodo non eſſe ſuperſtitioſè inſiſtendum: eſt enim ſummè libera, & quæ poſſit in oppoſitam ſententiam trahi.]

DXLIII. LEgebant Rabbini in Ariſtotele, *tunc rem ſciri, cùm ejus ultima elementa noſcuntur:* & ideò à rebus venerunt ad nomina, & horum ultima elementa (nempè litteras) ſpeculari, illas per capita dictionum, id eſt per dictiones, quæ ab illâ litterâ inciperent, dilucidarunt. Primus omnium homo fuit Adam; hebraicè אדם qui definitur אולף דלת משיח Olef deleth Meſciah: id eſt, *Docens adventum (portam, introitum) Meſſiæ.* Et verè ipſi fuit divinitùs revelatum incarnationis myſterium: quod ipſe filiis & nepotibus ſuis humanitùs communicavit. Hoc nomen Græci ad proprias dictiones reduxerunt, & Sybilla Oraculorum libro ſecundo Hominem quatuor Mundi cardinibus, (Orienti, Occidenti, Meridiei & Septentrioni) præficit: ejuſque univerſale imperium à nomine Adami deducit: inquit enim.

Ariſtoteles libr. 1. Phyſic. cap. 1. text. 4.

An litteratio fuerit Adamo revelata? An eam poſteris revelaverit?

Αὐτὸς δὴ θεὸς ὁ πλάσας τετραγράμματον
Ἀδάμ,
Τὸν πρῶτον πλασθέντα, καὶ οὔνομα πληρώσαντα
Ἀνατολήν τε, δύσιν τε, μεσημβρίαν τε, καὶ ἄρκτον.

Quæ carmina Senenſis Sixtus *libr. 3. Biblioth.* & alij nonnulli tranſtulerunt,

Ipſe Deus quoniam finxit tetragammaton Adam,
Qui primus fictus fuit, & qui nomine claudit
Ortumque, Occaſumque: Auſtrũq; Boreamq; rigentẽ.

An Adamus fuerit totius mundi Dominus?

An quatuor cardines mundi contineat?

DXLIV. Eorum exẽplo etiam Latini per initiales litteras expli-

An fuerit Divinus, Angelicus, Mortalis?

explicantes hanc vocem dixerunt Adamum eſſe *Animal divinum, Angelicum & Mortale.* Eſt enim Homo *Animal*, quia ſenſu prædiṫus: *Divinus*, quia gloriæ æternæ capax: *Angelicus*, quia rationis compos: *Mortalis*, quia corporeus, & elementorum diſſidio & violentiæ ſubjectus. Multa occurrerent, quæ poſſent conducere, ſed quia alibi pertractata liquidiùs, non debent reſcribi ſine causâ. Quia tamen Theologis, (hoc eſt Viris Religioſis) hæc ſcribo, addam unius nominis eiſdem familiariſſimi, definitionem litterariam, ut qui illo inſigniuntur, non ignoremus quid literis ſingulis ſignificatur. Vocem, quam explicare volo, eſt MONACHUS, quam ſi ſemel ſolvamus, poterimus ad voces ſubſequentes reducere.

Qualis debeat eſſe Monachus?

M	*Miles.*	Mens.
O	*Obediens.*	Os.
N	*Nudus.*	Nox.
A	*Amans.*	Auris.
C	*Continens.*	Cor.
H	*Humilis.*	Honos.
U	*Verax.*	Vox.
S	*Simplex.*	Sol.

Et quidem has omnes proprietates poſſidet, qui verè Monachus, ut Beatus Benedictus in ſuâ Regulâ ediſſerit. Priores Hermannus Woeſtenraedt Ordinis Sanctæ Crucis, Conventus Leodienſis Cœnobiarcha apud Benedictum Hæftenum *Diſquiſit. Monaſt. libr. 3. tract. 1. diſquiſ. 1.* libro integro illuſtravit, cuius Synopſin his verſibus complexus eſt.

Hermannus. Woeſtenraedt.

Mente clemente ſui Monachus ſi ſingula penſet
Nominis a[illegible]tè, inveniet ſibi quid ſit agendum,
Militat, Obſequitur, Nil poſſidet, Ardet amore,
Continet, eſt Humilis, Verax in Simplicitate.

Sic Hermannus; quem ego imitatus idem nomen ad poſteriores voces, & Diſticha ſequentia reduxi.

Mens *eſt plena Deo Monachus, nam criminis expers:*
Si curet Mundi phaſmata, mente caret.
Os *eſt divinis addictum laudibus ejus,*
Proximo & ut laudem detrahat, ore caret.
Nox *eſt luce carens dum quærit: dum invenit Agnum*
Divinum, lux eſt fulgida, nocte carens.
Auris *divinis ſubiecta eſt legibus: & ſi*
Contra Orci Princeps obſtrepat, aure caret.
Cor *populi eſt. Cordi illi ſit componere cunctos:*
Si populo dederit ſcandala, corde caret.
Eſt honor, *Angelis & laus Mundi; ubi criminis honores,*
Et lauri vitiis dantur, honore caret.
Vox *eſt, quæ ad Chriſtum vigil omnes ducit: ut nullum*
Arceat à Chriſti lumine, voce caret.
Sol *eſt, dum ſolus ſplendet, virtutibus: & ſi*
Res Monachus careat publica, Sole caret.

ARTICULUS XIX.

De Definitione Vocis, ſeu Etymologiâ,

DXLV. DEfinitio eſt Oratio explicans naturam rei; & Etymologia, Oratio explicans naturam nominis. Cicero Academic. 1. *Verborum explicatio probatur, id eſt, qua de cauſa quæque eſſent ita nominata, quam Etymologiam appellant.*

Etymologia exponitur.

Primò igitur, ſi vocum ſignificatio eſſet naturalis, Etymon magni deberet fieri: nam per voces ad eſſentiæ notitiam veniretur. Secundo, ut primitivæ voces fuerint ad placitum, ſi tamen ratione duce reliquæ derivatæ ſint, illud fieri etiam magni debebit: quoniam etiam hâc viâ patebit aditus ad notitiam eſſentiæ. At quoniam multæ voces conſilio, multæ caſu inventæ & impoſitæ, nimium vocibus concedendum non eſt; qui enim dixit, *Conveniunt rebus nomina ſæpè ſuis*, non *ſemper*, ſed *ſæpè* conſultiſſimè dixit, ut nos doceret hâc viâ ad veritatis notitiam non certò, ſed probabiliter, (ſi probabiliter) veniendum eſſe.

An magni fieri debeat? *An ratio deducta ab etymo ſit probabilis?*

Obiter tamen notari volo, D. Thomam frequentiſſimè ſibi obiicere rationes ab Etymologiâ procedentes, nec illas ideò contemnere, ſed admittere potiùs & exponere; unde colligo Etymologiam à ſancto Viro magni factam. At hodie in Scholis argumentum ab Etymo non admitteretur.

Quanti ſit facta à D. Thoma?

DXLVI. HÆc pauca de Etymologiâ ſint ſatis. Plura inferius daturi ſumus, cum de Etymologico Syllogiſmo agatur. Nũc breviter notare volo, aliud eſſe, quod nomen ſignificat, & aliud cuius ob cauſam nomen ponitur. Sic *Pontifex*, notū eſt nomen, & de ejus etymo duæ ſunt ſententiæ; illud enim à *poſſe facere* aliqui, & alii à *pontem facere* diducunt. Porrò, ſi ſacerdos dicitur Pontifex, quòd poſſit facere, non omnes, qui poſſunt aliquid facere, *Pontifices* dicendi ſunt; res enim alogæ & inanimæ multa facere poſſunt, nec tamen dicuntur Pontifices. Si ideò Sacerdotes ſint Pontifices dicti, quòd Soblicium pontem primùm fecerint, & ſæpè refecerint poſteà, erit *Pontifex* quaſi *Pontem faciens*; & tamen ſummi Sacerdotes dicuntur Pontifices, etſi pontes non fecerint, & latomi non dicentur Pontifices, etſi plurimos fecerint.

Ratio ſignificandi & res ſignificata differunt. Nomen. Pontifex. *Videantur Varro, Scævola, & alii.*

Ex

DXLVII. *Nomen Pontifici[illegible]*

EX *Pontificis* nomine, ad nomen *Pontificificis* devota admiratio me ducit, & ut amorem erga Virginem Matrem promoveam, rem eſſero.

: Lovanium, ſcientiarum omnium Matrem adluit & dividit fluvius non magnus, & apud forum ponte lapideo ornatus; omnes excipit, qui ex unâ civitatis regione in aliam tranſeunt. Columnam ibi ditat ſanctiſſimæ Virginis ſtatua, clara miraculis, quam *Pontificificem* nominant ob hoc prodigium. Erat Lovanii quidam juvenis, Adrianus nomine, ingenioſus, ſed obſcurus & inops. Adverſus fortunam conquerebatur & dicebat:

Mariani Emblema[illegible]

Dextra tenet lapidem, manus altera ſuſtinet alas:
Vt me pluma levat, ſic grave mergit onus.
Ingenio poteram, ſuperas volitare per auras,
Me niſi paupertas invida deprimeret.

Ut ſe toleret, & fortunæ reſiſtat, ad pontem confugit: lampade Marianâ utitur, ut dictatis ſtudeat, & à tranſeuntibus ſtipem oret. Mariana lux tam clarum illum reddidit, ut poſt Academicos honores fuerit Caroli V. Præceptor, & poſteà Epiſcopus; S. R. Eccl. Cardinalis; ac tandem Summus Pontifex eſſe meruerit; & Mariæ omnes ſuas promotiones adſcripſerit, ob quas hodie illam PONTIFICIFICEM, hoc eſt, *Pontificum factricem & fautricem* labio devoto nominemus.

Macti igitur animo, Adoleſcentes ſtudioſi, eſte Virginis Divinæ devotiſſimi. Si videantur obſcura, quæ traduntur in ſcholis, lux eſt: ſi aſpera & implicata, ductrix eſt: ſi vos premat paupertas, dives & clemens eſt; & ſi careatis Mæcenatibus, fautrix eſt. Adrianum illa ſextum ad Pontificatum promovit; & vos, ſi debitâ devotione colatur, etiam contradicente invidiâ, ad ſummas dignitates evehet.

DXLVIII. *Deipara, lux. dux. clemens. fautrix. promotrix.*

ARTICVLVS XX.

De Definitione accidentariâ, ſeu Deſcriptione.

DXLIX.

Non licet eſſentias intueri, ſed per accidentia rimari.

DIffert à definitione deſcriptio, quòd illa à priori & hæc à poſteriori procedat. (Sumo definitionis nomen ſimpliciter loquendo pro eſſentiali) & quidem Deſcriptioni debet Logicæ Studioſus aſſueſcere, quoniam Deſcriptiones plurimas auditurus in ſchola eſt, & pauciſſimas Definitiones. Latet eſſentia, illamque non intuemur, ſed per accidentia, quaſi per cancellos rimamur. Quid notius homine? Plato homo erat, & ſibi debebat eſſe notior, quàm cætera. Et tamen juſſus Hominis eſſentiam definire dixit, *Homo eſt animal bipes & inplume*, quam meritò Diogenes Cynicus definitionem irriſit, gallum gallinaceum, cui detraxerat plumas, in ſcholam protrudens, dicenſque, *Hic eſt homo Platonis*. Eſt autem Deſcriptio apud Logicos triplex, Propria, Accidentalis, Connotativa.

Facilius res deſcribimus quàm definimus.

Hominis definitio.

Deſcriptio triplex.

Quid ſit in rigore proprietas?

Propria eſt, quæ exprimens aliquam proprietatem charactericam vel in quarto modo, ut Peripatetici loquuntur, definiti eſſentiam breviter deſcribit: ut, *Homo eſt animal riſibile*, &c. Riſibilitas homini eſſentialis non eſt, eſt tamen proprietas charactetica, quæ convenit homini omni & ſoli, ubique & ſemper.

Propria.

An animantes habeant pedes?

Deſcriptio accidentalis communia accidentia conglomerat, quorum ſingula multis conveniunt, collectio verò definito: ut *Homo eſt animans bipes non alis, ſed manibus conſtans*. Eſſe animal convenit etiam brutis, omnes aves, aut ſaltem pleræque ſunt bipedes, carent alis equi, elephantes, leones, &c. manus urſi, ſimii & fortè alia animalia habere viderentur, ſed hæc ipſa membra, quæ manibus ſimilia, pedes ſunt. Cæterùm hanc accidentium collectionem nulla animans præter hominem habet.

Accidentalis.

Connotativa.

Filius Virginis quis?

Connotativa deſcriptio fit per accidentia extrinſeca, hoc eſt, per res quæ ſunt extra definitum. Ut *Chriſtus eſt filius Virginis*. Virgo, quam matrem Chriſtus connotat, entitas extrinſeca ipſi eſt, ſi eſt tamen ipſius rigoroſus character, quia naſci ex virgine ipſi uni & ſoli divinitùs conceſſum eſt. Sunt ſimiles deſcriptiones ſingularium, *Mercurius eſt argicida, Iudith a eſt Holofernicida, Eva eſt mulier è coſta extracta, Adamus eſt homo non natus*, &c. Vniverſalium, *Canis eſt vivum fidelitatis ſymbolum, ſimia eſt beſtia ſimilis homini*, vel *ſeipſam comedens. &c.* quia jam hominum communi conſenſu fidelitas exprimitur myſticè figurâ canis; & non ſcimus aliam animantem, quàm ſimiam eſſe ſimilem homini; nec ſcimus aliam ſeipſam comedere carnis aviditate.

Simia caudam ſuam comedit.

Fidelitatis ſymbolum.

De Ænigmate agam inferius.

Si accidentia, quæ recenſentur, minùs ſint nota, deſcriptio in ænigma & latebras dictionis tranſit. Philoſophi rarò Rhetoricis Deſcriptionibus vacant: nonnunquam tamen coguntur rei quiditatem circumſcribere, nempè cùm vel eam à priori non cognoſcunt, vel ipſa à priori non poteſt definiri. *Equum eſſe animal hinnibile, & Leonem rugibile* dicunt, quia ignorant quiditativam differentiam, & eam per proprietates characteristicas hinniendi & rugiendi circúlſcribunt. Deſcribunt etiam Ens, quòd cùm conceptus ſimpliciſſimus ſit, & careat partibus intrinſecis, nec Logicè, nec Phyſicè, nec Metaphyſicè poteſt definiri.

Poſſet quis docere, Equus eſt animal hinnibile eſſe bonum & eſſentialem definitionem, at hinnibile non ſignificare proprietatem aliquam Equi, ſed illam differentiam, quâ Animal ut ſit Equus contrahitur.

An definiri poſſit Ens?

DEſcriptiones, ſi bonæ, & erudiunt & recreant: ſolent fieri per cauſas, & præcipuè per Materialem, Formalem, Efficientem, Finalem, &c.

Deſcriptio per materialem cauſam.

DL. *Materia quid: Solis domus Ovidiana.*

ILlud, ex quo res eſt, *materia* dicitur; & in hâc ſignificatione ſumitur in præſenti: ſcio enim hoc nomen nonnunquam pro ſubjecto accipi: ſed hæ ipſæ acceptiones ad præſens argumentum non pertinent. Solis aulam expoſiturus Naſo ad Materiam recurrit; & ſic ait.

Regia Solis erat ſublimibus alta columnis,
Clara micante auro flammasque imitante pyropo;
Cujus ebur nitidum faſtigia ſumma tegebat
Argenti bifores radiabant lumine valvæ, &c.

DLI. *Prodierunt ante annos paucos libri duo, alter Mare clauſum, & alter Mare liberum inſcribitur. Prior Regi Britannico antiquiſſimo & potentiſſimo Navarcho, ut aut, mare clauſum aſſerit, aperit. quod univerſis poſterior libellus recludit.*

Cæſar 1. de bell. civil. deſcribit Britannicas naves, & unâ periodo Mare clauſum aperit, ſic enim inquit; *Imperat Militibus Cæſar, ut naves faciant, cujus generis eum ſuperioribus annis uſus Britanniæ docuerat: carinæ primum ac ſtatumina ex levi materia fiebant, reliquum corpus navium viminibus contextum coriis integebatur.* Semel loquitur Cæſar, & duo audio; alterum, quales ſuo ævo fuerint Britanniæ naves (nam has deſcribit) alterú tam tenui navium apparatu mare claudi à Britannis non poſſe, unde ſi illud *Clauſum mare* fortiores non ſuſtentet naves, *Mare eſt liberum.*

Pulchrè Doctor Mellifluus hominem per cauſam materialem deſcribit, ait enim libro Meditat. cap. 3 *Homo nihil aliud eſt quàm ſperma fœtidum, ſaccus ſtercorum, & cibus vermium. Poſt hominem vermis, poſt vermem fœtor, & horror, ſic in hanc ſpeciem vertitur omnis homo.*

DLII. *Deſcriptio Hominis.*

Conſonat Innocentius, qui *libr. de miſeria humana* ait. [Formatus eſt homo de luto, de pulvere & de cinere, quicumque eſt viliſſimo & ſpurciſſimo ſpermate conceptus in fœtore luxuriæ, quodque deterius eſt in labe peccati: natus ad laborem, timorem, dolorem miſerrimus ad mortem.] Et ſtatim tranſiens ad cauſam efficientem progreditur, & picturam ſuam perfecturus ſubjungit. [Agit prava, quibus offendit Deum, offendit proximum, offendit ſeipſum: agit turpia, quibus polluit famam, polluit perſonam, polluit conſcientiam: agit vana, quibus negligit ſana, negligit utilia, negligit neceſſaria.]

Deſcriptio per cauſam formalem.

DLIII. *Quid Forma ſignificet.*

NOmen formæ primò ſignificat actum ſubſtantialem informantem materiam; ſecundò actum accidentalem inhærentem ſubjecto; tertiò figuram etc. Volunt Philoſophi omnem ſubſtantiam componi ex materiâ & formâ ſubſtantialibus: & accidens eſſe formam inhærentem ſubjecto. Res eſt difficilis, nec quæ debeat modo examinari. Sed curioſitatis gratia audi Scaligerum, cujus ſententiam Chriſtophorus Cramerus in Dialectica Rami libr. 1. cap. 7. Diaſcepſi 4. proponit & exponit his verbis.

An omnis ſubſtantia compoſita ſit materiâ & formâ.

[Scaliger exercitatione 307. Sect. 12. *Neque* inquit, *eſt verum ſubſtantialis formæ ſpeciem recipi in intellectum. nunquam enim fuit in ſenſu. item nomina tu mihi lapidis, qui quotidie pedibus adverſatur, formam & Phyllida ſolus habeto.* Et eadem exercitat: ſect. 1. *quis enim me doceat*, inquit, *quid ſit ſubſtantia, niſi illis miſeris verbis, res ſubſiſtens: corpus, quod tangi poteſt. Dicatur mihi, quid eſt caninitas, aſinitas, leonitas: tam equidem notum eſt horum quidvis, quàm quod ignotum. Definiamus lapidem eſſe eum qui præpedibus eſt. nuga. Terram definimus à ſoliditate & pondere. Ignis, quid eſt? Subſtantia quæ ad cavum Lunæ fertur, hoc habes à ſenſu, quid illa ſubſtantia ſit, planè ignoras. Sed ſicut vulpes illuſa à Ciconia lambimus vitreum vas, pultem haud attingimus.* Ex his videtur deduci poſſe nullam formæ (ſubſtantialis) eſſe cognitionem.] Hæc Cramerus; qui poſteà proponit ejuſdem Scaligeri de formâ accidentali ſententiam. *Omnia accidentia*, inquit Scaliger Exerc. 325. Sect. 2. & exercit. 307. ſect. 27. *habere ſuam eſſentiam conſtatam ex potentia & actu; utrumque habere pro efficiente cauſa ſubſtantiam. neutram verò (id eſt, nec potentiam, nec ſubſtantiam) eſſe accidentis materiam veram: non potentiam, hæc enim eſt ſimilis materiæ; non ſubſtantiam. hæc enim eſt ſolidum atque integrum ſubjectum.* Et Cramerus ex hâc Scaligeri doctrinâ, *Habent igitur accidentia potentiam tanquam materiam, & actum tanquam formam, ex quo unum fiunt in ſubjecto & à ſubjecto. Sed planius dicam, Accidentia habent quidem analogon materiæ & formæ phyſicæ.* Hæc poſuero, ut videas Lector, quàm difficilis cognitu ſit materia & forma phyſica; quàm ignota accidentia. Harum rerum examen relinquere debemus Phyſicis, ſufficit enim Logico illius formæ notitia, quam Ariſtoteles ſpeciem eſſe qualitatis & a figura indiſtinctam pronunciat.

Quid forma ſit.

Quid ſit ſubſtantia? Quid corpus? Quàm ſit difficile eſſentias & ſubſtantias cognoſcere?

Quid forma accidentalis ſit.

An accidentia ſint compoſita accidentariâ materiâ & analogâ formâ.

Sit igitur PRIMA CONCLUSIO. Cùm *Logicus dicitur rem per cauſam formalem deſcribere, formæ nomine non niſi figuram intelligi.* Ita Ramus libr. 1. Dialect. cap. 7. SECUNDA, *An figura ſit qualitas, an non? Dialectico perinde eſt.* & patet, quia eodem modo ipſe ſuas deſcriptiones formabit, ſive figura ſit qualitas, ſive non ſit. TERTIA, *Dicendum nihilominus eſt contra Ariſtotelem figuram non eſſe qualitatem realiter à ſubjecto diſtinctam, ſed ipſam materiam ſub talibus demonſtrationibus poſitam.* Ita hodie politiores Philoſophi

DLIV. Quid figura.

loſophi, quorum videtur ſententia demonſtrari. Quod ſi quis has dimenſiones velit *qualitatem* vocari, de vocibus non diſputabo. Pono exemplum.

DLV. *Deſcriptio animæ.* Anima facta eſt ſimilis Deo, quia immortalem & indiſſolubilem fecit eam Deus. Imago ergo ad formam pertinet, ſimilitudo ad naturam. *Auguſt. libr. de quantitate animæ.*

Deſcriptio per cauſam finalem.

DLVI. *Deſcriptio Hominis.* FInis eſt cujus gratiâ res fit. Et eſt characteter, vi cujus ſolent res internoſci: ut ſi dicas *Hominem eſſe intellectualem animantem, creatam à Deo, ut piè vivat in terris, & in cælis calcet ſydera, & beatificâ viſione fruatur.* Sic Cicero in defenſione Ligarii, Tuberonem (ab hoc enim accuſabatur ille) producit, & ejus in Cæſarem invidiam depicturus ad cauſam finalem recurrit. *Invidia Tuberonis.* *Et certè, ait, contra ipſum Cæſarem eſt congreſſus armatus. Quid enim, Tubero, tuus ille diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? cujus latus ille mucro petebat? quis ſenſus erat armorum tuorum? quæ tua mens? oculi, manus, ardor animi? quid cupiebas? quid optabas?*

Ut definiant hominem aliqui ad cauſam finalem recurrunt. *Deſcriptio Hominis.* Gregorius Moralium octavo: *Homo eſt animal, ad contemplandum ſuum creatorem conditum.* Conſonat Chryſoſtomus ſuper Matth. ait enim, *Animalia fecit Deus propter hominem, hominem propter ſeipſum: ſi ergo animalibus miniſtrat propter hominem, quomodo hominibus non miniſtrabit propter ſeipſum?* Et Hugo in Didaſc. libr. 1. *Vide, homo, dicit mundus, quomodo amavit te, qui propter te fecit me. Servio tibi, quia factus ſum propter te, ut ſervias illi qui fecit & me & te: me propter te, & te propter ſe: ſi ſentis beneficium, redde debitum; ſi accipis benignitatem, redde charitatem.* *Cur factus Mundus Hominis?*

Deſcriptio per Operationes.

DLVII. PUlchrè etiam res per effecta deſcribitur; nimirùm, aut per aliquod characteriſticum, aut per collectionem multorum, quæ ſimul nulli alij competere queant. nam tametſi ſingula non ſint ſufficientia ut te in deſcripti cognitionem deducant, omnia ſimul id poterunt. Benè ſecundo de Remedio Ovidius.

Forſitan hæc aliquis (nam ſunt quoq;) parva vocabit;
Sed quæ non proſunt ſingula, multa juvant.

Et quidem ab effecto characterico Virgilius Æn. 6. Populum Romanum generosè deſcribit, & ait.

Optimi Principis ſtudia & artes.
Excudent alij ſpirantia mollius æra,
Credo equidem ducent vivos de marmore vultus;
Orabunt cauſas meliùs, cælique meatus
Deſcribent radio, & ſurgentia ſydera dicent.
Tu regere imperio populos Romane memento
Hæ tibi erunt artes, pacique imponere morem
Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Et Propertius actiones charactericas hominũ diverſorum tetigit paucis verſibus: videlicet, *Tractant Fabrilia fabri. Adagium.*

Navita de ventis, de tauris narrat arator,
Enumerat miles vulnera, paſtor oves.

At Horatius ebrietatem picturus communia accidentia conglomerat, & inquit,

Frequentiores Ebrietatis effectus.
Quid non ebrietas deſignat? operta recludit;
Spes iubet eſſe ratas: in prælia trudit inermem,
Sollicitis animis onus eximit, ac docet artes.
Fæcundi calices, quem non fecere diſertum?
Contractâ quem non in paupertate ſolutum?

Colligit omnia illa, quæ mente concipiebat Mart. libr. 3. cùm dixit.

Ebrius es; nec enim faceres hæc ſobrius unquam.

Petrus Rav. ut deſcribat hominem ad ejus operationes recurrit, inquit enim [Homo eſt, qui infructuoſam intricat ceſpitem, necat ſpatia, exhaurit terræ vires, cultorem conficit, damno afficit poſſidentem, ac ſi excidere iſtam lucrum eſt, iſtam non habere commodum eſt; ſic homo utique qui naturæ donum, munus animæ, rationis beneficium, excellentiam ſenſûs, judicium mentis, artis induſtriam, culturæ bonum ſteriles atque inopes actus evertit, occupat, mergit, auctori fructum, cultori gratiam negat: unde ſicut arbor à terrâ ſic iſte à vitâ meretur excidi.] *Deſcriptio Hominis.*

Conſonat D. Bernardo, qui libri *Meditationum cap. 9.* ſic hominem pingit. [Cor hominis ſicut molendinum volvitur velociter, & nihil reſpuit, ſed quidquid imponitur molit; ſi autem nihil apponitur, ſeipſum conſumit: ſemper eſt in motu, nunquam quieſcit; ſed ſive dormiat, ſive vigilet, ſomniat & cogitat quidquid illi occurrit. Et ſicut molendinum arenam, ſi imponitur, exterminat, pix inquinat, palca occupat, ſic cor cogitatio amara perturbat, immunda maculat, vana inquietat, & fatigat, & dum futurum nõ curat gaudium, nec divinum quærit auxilium, ab amore cæleſti elongatur, & involvitur in iſtis vanis; vanitas illud recipit, curioſitas deducit, cupiditas allicit, voluptas ſeducit, & polluit luxuria, torquet invidia, cruciat triſtitia.] DLVIII. *Molendinum humanum.* *An mens hominis interdum quieſcat.* *An ſemper, etiam in ſomniis operetur?*

Huc ſpectat Deſcriptio illa *Mulieris fortis*, quæ ponitur Proverb. 31. b. & quia frequentiſſimè cantatur in Miſsâ, non debuit à nobis exſcribi. *Mulier fortis*

Deſcriptio per paſſiones.

DLIX. ACtioni paſſio opponitur, & ſicut per actiones aut operationes, ſic etiam res ſolent per paſſiones deſcribi. Ejuſmodi eſt illa Hominis deſcriptio, *Homo eſt, qui natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miſeriis; qui quaſi flos egreditur, & conteritur: effugit velut umbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet.* *Deſcriptio Hominis. Iob. 14.*

Etiam ad paſſiones reſpexit volens hominem definire Auguſtinus *libr. de Ioſeph.* ubi lego. *Proclivis & mutabilis eſt in utrumque humana conditio, ut quocumque intenderit eò perpendat & vergat vel ad ſtudia virtutum, vel ad illecebras delictorum.*

Deſcriptio per relata.

DLX. *Correlativorum connexio.* ITa connexa ſunt correlativa, ut unum per aliud neceſſariò exponatur. Sed hæc ipſa neceſſitas laudem meretur, ubi cum gratiâ & efficaciâ

cıcıâ ad correlativum recurritur. Multa ſuppetunt: unum aut alterum exemplum è litteris divinis & humanis prodoco. Illa Pſalmi ſecundi verba, *Filius meus es Tu, Ego hodie genui te,*
Pſalm. 2. 7. aſſumuntur à Lucâ Act. 13. 33. & à Paulo Hebr.
An quæ de Chriſto dicta poſſint Virgini Matri accommodari? 1. 5. & 5. 5. qui per relata gloriam Jeſu Christi deſcribit. *Sedet, ait, ad dexteram Majeſtatis in excelſis, tantò melior Angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditavit. Cui enim dixit aliquando Angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te? & rurſum. Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium.* Quæ verba mellleus meus Bernardus Beatiſſimæ Virgini accommodat, cui enim cœleſtium Intelligentiarum dixit Deus, *Mater mea es tu, tu genuiſtì me?* aut etiam, *Ego fui illi in filium, & ipſa fuit mihi in matrem.*

Poëtæ frequenter per relata procedunt. Martialis in Soſibianum libr. 1.

Tum ſervum ſcis te genitum blandèque fateris,
Cùm dicis Dominum Soſibiane Patrem.

Oratores etiam ad veneres relatas recurrunt. Cicero pro Marc. *Ex quo profectò intelligis quanta in dato beneficio ſit laus, cum in accepto tanta ſit gloria.* Et in Oratore, *Num igitur eſt periculum, ne quis putet in magnâ arte & glorioſâ turpe eſſe docere alios id, quod ipſi fuerit honeſtum diſcere.* Et Quintilianus libr. 5. cap. 10. & alii exempla ſimilia producunt.

ARTICULUS XXI.

De Definitione Accidentariâ negativâ.

DLXII. SVbſtantiæ accidunt formæ, & accidunt formarum carentiæ, nec ſolet res minùs enumeratione privationum, quàm formarum cognoſci. Tota autem ferè D. Dionyſii Theologia negativa eſt: & dum non poteſt Deum circumſcribere per perfectiones quas habet, illum explicat per imperfectiones quibus caret. Hunc etiam definiendi modum Philoſophi tranſtulere ad ſcholam & Entia naturalia nonnunquam per meras negationes deſcribunt: & in ea, quæ negativa dicitur, poſitivæ deſcriptiones non obtinent. *Theologia negativa quâ viâ procedat?*

DLXIII. EXemplis hanc doctrinam illuſtrari deſideras: & ego nonnulla ſubjicio, ut te poſſim faciliùs & meliùs juvare.

Subſtantia difficillima cognitu, à multis definitur *Ens*, quod non eſt accidens. Et Ariſtoteles cap. de ſubſtantiâ ſic infit: *Subſtantia autem, quæ propriiſſimè & primò maximèque ſubſtantia dicitur, ea nimirum eſt quæ neque de ſubjecto ullo dicitur, neque in ſubjecto ullo eſt, ut aliquis homo, aliquis equus.* *Quid ſit ſubſtantia?*

Quid Quantitas? Eandem ſenſit difficultatem Ariſtoteles, & circumſcripturus Quantitatem ad negationes eſſentiales recurrit dixitque, *eam eſſe entitatem, quæ nec eſt ſubſtantia, nec qualitas, nec ubi, nec motus, nec cætera.*

Qualis ſit Deus? Ad Theologiam venimus, & attributa omnia Dei, quibus circumſcribi à doctis ſolet, eſſe negativa, aut negativis ſimilia, obſervamus. Dicitur enim *Infinitus, Immenſus, Inviſibilis, Ineffabilis, Immortalis, Ingenitus, Illocalis, Immobilis, Immutabiliſque.*

DLXIV. *Quid ſit homo?* Homo Dei eſt imago, & etiam poteſt & ſolet per negationes definiri. Eum Plato *implume animal* dixit: cum *inerme* alii: quorum ob *Cur nudus natus?* oculos habebat definitiones Chryſoſtomus *Ratio aſcetica.* ſuper Matth. cum dixit. *Omnem creaturam ſenſibilem Deus armatam & munitam creavit. Alios veloci pedum curſu, alios unguibus, alios pennis, alios cornibus: ſolum hominem nudum* (hoc eſt, *inermem, enunguem, im, 'nm'n, incornem,* &c.) *Sic diſpoſuit, ut virtus illius ſit ip,' Deus, & in eo, ut quo inferiorem eum fecit, in ipſo for orem eſſe voluit in ſe, ut neceſſitate infirmitatis totâ v, ſemper neceſſe habeat dominum ſuum requirere.* Conſonat Hugo in didaſc. libr. 1. ubi ait: [C uſum veſtamentorum prius adinvenit, conſideravit quòd ſingula quæque naſcentium propria quædam habebant munimenta, quibus naturam ſuam ab incommodis defendunt. Cortex ambit arborem, penna tegit volucrem, piſcem ſquamma operit, lana ovem induit, pilis jumenta & feras veſtit: concha teſtudinem excipit, ebur elephantem, jacula nec timere facit: nec tamen ſine causâ factum eſt, quòd cum ſingula animalium naturæ ſuæ arma habeant ſecum nata, ſolus homo inermis naſcitur & nudus. Oportuit enim ut illis, quæ ſibi providere neſciant, natura conſuleret, homini autem ex hoc etiam major experiendi occaſio præſtaretur; cùm illa quæ cæteris naturaliter data ſunt propria ſibi ratione inveniret: multò enim magis enitet nunc ratio hominis, hæc eadem inveniendo, quàm habēdo claruiſſet: nec ſine causâ proverbium ſonat quod *ingenioſa fames omnes excuderit artes.* *Ratio naturalis.*

ARTI-

ARTICVLVS XXII.

De Definitione Accidentariâ mixtâ.

DLXV. NOn earent gratiâ & energiâ Circumſcriptiones illæ, quæ terminos poſitivos & negativos intertexunt, & dum videntur contradictoria involvere, rem altiſſimè exponunt. Exemplo hanc doctrinam dilucido. Qualis ſit Deus inquiris; & reſpondeo, Eum eſſe

Oppoſita cum gratia in deſcriptionibus connectuntur.

Principium ſine principio, Finem ſine fine.

Et quot hîc contradictoria involvo? nulla. An-non finis opponitur relativè principio? An-non contradictoriè non-fini finis, non-principio principium? Opponuntur, ſi in ſenſu nulla ſit differentia: & hîc nulla eſt verè antipathia formalitatum, quia Deus dicitur eſſe æternus, adeòque expers principii & finis: & tamen eſſe cauſa prima realis moraliſque, & finis ultimus creaturarum ſenſibilium & inſenſibilium.

DLXVI. ESſem Lectori injurius, ſi illum eâ periodo privarem, quâ Auguſtinus ſe reponit, & Theologicam Cathedram adſcendens nobis explicat Deum. [Sic intelligimus Deum, inquit, ſi poſſumus quantum poſſumus, ſine qualitate bonum, ſine quantitate magnum, ſine indigentiâ creatorem, ſine ſitu præſentem, ſine habitu omnia continentem, ſine loco ubique totum, ſine tempore ſempiternum, ſine ullâ ſui mutatione mutabilia omnia facientem, nihilque patientem. Quiſquis Deum ita cogitat, & ſi nondum poteſt invenire quid ſit, piè tamen cavet, quantum poteſt, aliquid de eo ſentire quod non ſit.] *Auguſt. de Trinit. lib. 5. cap. 1.*

Deſcriptio Dei.

Pro patre Auguſtinū uſum fuiſſe Porphyrianis Prædicamentis.

Hoc etiam modo diſcurrere videtur Bernardus, qui libro de diligendo Deo, ait, *Modum diligendi Deum eſſe diligere ſine modo.*

Quis ſit modus diligendi Deum?

Hoc etiam paſſim alii, qui ab eloquentiâ nomen habent.

ARTICULUS XXIII.

De Deſcriptione Singularium.

DLXVII. ACcidentariæ Deſcriptioni Definitionem ſingularium adſcribo; non enim nobis eccεitates ſunt notæ, & hanc ob rem ſingularia definire per prædicata eſſentialia non poſſumus. Et ſanè quoniam ingenioſa eſt paupertas, multis modis Perſona ſingularis exponitur. Solet enim indigitari nomine, ut *Petrus, Paulus*: vel pronomine demonſtrativo, ut *Hic homo, ille homo*: vel ex hypotheſi, ut cùm Romanos pingimus dicendo *rerum dominos, gentemque togatam*: vel per periphraſin, ut cùm Ciceronem *Principem Latinæ eloquentiæ* vocamus: vel tandem per antonomaſiam, ut cùm *Poëtæ* nomine deſignamus Virgilium

Enumerantur modi deſcribendi ſingularia.

Poſſumus etiam accidentibus communibus uti; ſed tunc tot debemus connectere, quot in alio reperiri non valeant. Illa enumerantur hoc carmine

Nomen, Stirps, Ætas, Dogma, Figura, Locus.

Nam ſi dicam, *Germaniæ habenas regit Ferdinandus Auſtriacus, quadragenario major, homo catholiciſſimus, præditus formâ Imperio dignâ, & Viennæ reſidet*, nihil dixero quod aliis pluribus commune non ſit, at omnia ſimul in ſolo poterunt Imperatore reperiri.

DLXVIII. PUtarunt Veteres rationem ſpecificam Hominis puris accidentibus contrahi, nec aliter Petrum à Paulo quàm numero accidentium diſtingui. Hic error D. Bernardi ævo multos habebat defenſores in Galliaſin illos fortiter argumentatus fuit Abailardus & alii plures. Quem ſepultum putabam excitavit Harlæus, S. Victoris apud Pariſios Abbas, qui in Logicæ part. 1. cap. 2. art. 5. ſic ait [Hæc autem differentia *numerica* dicitur, id eſt, *quâ indivi-*

An Individua differant ſolis accidentibus?

duum

duum ab alio diſterminatur accidentium numero, quæ nunquam in alio eadem ſimul reperiri compertum eſt. Singula recenſet verſiculus ſequens,

Forma, Figura, Locus, Stirps, Nomen, Patria, Tempus.

quò fit, ut quodlibet Individuum *unum numero*, hoc eſt in ſe indiviſum, & ut ita loquar, incommunicabile atque à quovis alio diſtinctum numero.] Cæterùm audiendus non eſt, quoniam hæc accidentia non ſunt Ecceitas, nec conſtituunt ſingulare, ſed ſingularitatem ſequuntur, & per illa ſingulares perſonæ non poſſunt definiri, ſed deſcribi.

DLXIX. *An ſingularia poſſint quodammodo definiri? Quid iſt perſona?*

An ſaltem alia viâ poterunt definiri ſingulares perſonæ? Prudenter legere D. Thomam, qui in 1 p. q. 29 art. 1. ſibi objicit. *Videtur quòd incompetens ſit definitio perſonæ quam Boëtius aſſignat in lib. de duabus nat. quæ talis eſt.* [*Perſona eſt rationalis naturæ individua ſubſtantia.*] *Nullum enim ſingulare definitur, ſed perſona ſignificat quoddam ſingulare. Ergo perſona inconvenienter definitur.* Et reſpondet, *Quòd licèt hoc ſingulare vel illud definiri non poſſit, tamen id quod pertinet ad communem rationem ſingularitatis definiri poteſt. Et ſic Philoſophus* (in libr. categ. cap. 1. text. 1.) *definit ſubſtantiam primam; & hoc modo definit Boëtius perſonam.*

DLXX.

At puto Singularem non eſſe indefinibilem, ſed nos carere notitiâ ut eum definiamus, unde ab Angelo illum definiri quis vetat? Imò & nos poterimus dicere, *Petrus eſt homo petreitatus*: & ſi quid ſit *Petreitatus*, interroges; reſpondebimus, ſicut *hinnibilis* nomine Peripatetici intelligunt illam differentiam, quæ contrahit Animal & conſtituit Equum, quæcumque ſit illa (eam enim non cognoſcût) ſic me *Petreitatis* vocabulo intelligere illam individualem differentiam, quàm dicit Petrus præter rationem ſpecificam hominis, illam nimirùm, quà in eſſe Petri conſtituitur. Et hæc reſolutio Theologis favet, qui diſputant de unico & ſingulariſſimo Deo.

N O T A.

DLXXI. *Verbum Definitio per proprietates ſit quandoque? Definitio Ignis.*

Hîc obiter advertendum eſt, non omnes eſſe Deſcriptiones, aut Definitiones accidentarias, quæ tales videntur. Audi D. Thomam in 1. part. quæſt. 19. art. 1. ad 3. dicentem. [*Quia ſubſtantiales differentiæ non ſunt nobis notæ, vel etiam nominatæ non ſunt, oportet interdum uti differentiis accidentalibus loco ſubſtantialium; puta ſi quis diceret*, Ignis eſt corpus ſimplex calidum & ſiccum: *accidentia enim propria ſunt effectus formarum ſubſtantialium, & manifeſtant eas.*] Hinc patet has definitiones, *Equus eſt animal hinnibile: Leo eſt animal rugibile*: non eſſe deſcriptivas, quia cum eſſentiæ horum brutorum nobis ignotæ ſint, & nominibus careant, his notis utimur, ut illas quodammodò ſignificemus. Quamobrem dicendum eſt *hinnibilitatem* poſſe bifariam ſumi; vel pro proprietate, vel pro differentia conſtitutivâ. Cùm ſumitur pro proprietate, eſt riſibilitati humanæ ſimilis: cæterùm aſſerendum eſt, eamdem, cùm ſumitur pro differentiâ, non ſe habere ad equum, ut Riſibilitas ad hominem, ſed ut ſe habet Rationalitas: quia cùm nos vexit vocabulorū defectus, ut hoc *hinnibilitatis* vocabulo non denominemus aliquam Equi proprietatem paſſionem-ve, ſed illam ſolam differentiam, quâ in eſſe Equi conſtituitur, & ab aliis animalibus primariò & intrinſecè diſtingui debet.

Equi: Leonis.

Accidentium nominibus interdum intelligimus ipſam ſubſtantiam.

ARTICVLVS XXIV.

De Definitione accidentariâ obſcurâ, ſeu Ænigmate.

DLXXII. *Si aliquod ænigma duas ſolutiones habeat, malū eſt*

EO græcandi aut græcizandi libertas & cupiditas venit, ut ſæpè, ſi Latinus ſis, obſcurus fias. Græcis vulgus delectatur vocabulis, quorum loco ſi Latina reponas, non te intelliget. Nomen *Oenigma* in exemplū produco. Univerſis eſt notum, at illud, quod apud Latinos æquipollet, ferè omnibus ignorum eſt. Gellius libr. 12. cap. 6. *Quæ Græci dicunt Oenigmata, hoc genus quidam ex noſtris Scrupos appellarunt.* & tamen hodie, ſi *Oenigma* dixeris ab omnibus intelligi poteris: ſi verò *Scrupum*, vix à paucis. Eſt autem Oenigma, obſcura quædam, ſed exacta deſcriptio, quæ proprietates & accidentia deſcriptæ rei enumerat, quorum ſingula ſeorſim aliis competere poſſunt & ſolent, omnia ſimul nō poſſunt. Debet igitur Oenigma, ſicut Definitio & Deſcriptio, PRIMÒ cum re, quæ pingitur, converti; SECUNDÒ, nec patêre illâ latiùs nec ſtrictiùs. TERTIÒ, (& hoc illi ſpeciale eſt) congerere circumſtantias obſcuras, & quæ aliam rem omninò diverſam inſinuare videantur.

Multa Græca vocabula vulgò libentiùs intelliguntur quam Latina. Ænigma Scrupus. Anne ſcrupuli ſunt parva ænigmata? Leges Ænigmatum?

DLXXIII.

INter ſchedas meas antiquas multa occurrunt exempla, diverſis temporibus & locis, aut etiam diverſo ſtudio conformata: hoc propono.

* * * * * * * * * *

Quis ſim ſcire cupis? Tibi, Lector candide, prodo.
Infectus non ſum, nec factus. Noſco parentes
Et Solem & Lunam. Procedo à Patre frequenter,
Sed ſine Matre: tamen procedo à Matre frequenter,
Sed ſine Patre; duas geneſes ſum juſſus habere.

Duas Chriſtus generationes habet, divinam.

In

In neutraque locus Veneri datur: inter Iberos
A Venere exortus dicor: qui hoc dogma tuentur,
Non ſunt Hæretici. Sum paſſus ſtigmata. flammas
Suſtinui plagas etiam; percuſſus honore.
Et meritis creſco. Cruce donor. Sum gratus ubique.
Vinumque & Panis, ſi vis convertitur in me,
Ex vi verborum, atque iterum converſio tota
Venerat unde redit. Vario ſum cognitus orbi
Nomine; Conſilii magni vocor Angelus; alter
Sis baculum ſcalam-ve petas menſurus Olympum
Ipſe Iacobus ero: ſi inſurgant undique gentes
Ad me confugias, ero ſcutum tempore belli,
Si vaſro infelix tandem capiaris ab hoſte,
Ipſe Redemptor ero: lytro pretioque ſalutis,
Corpore qui careat noſtro, mihi crede, carebit.
Hæc ſcuto. Expoſui, quis ſim. Venerabile Lector,
Me eſſe Sacramentum ſi affirmas, falleris ergo
Si me noviſti, proprio me nomine prode.

* * * * * * * * * * * * * * * * * * *

DLXXIV. Et quidem primo intuitu Chriſtus depingi videretur; multa enim cenſerentur illi uni & ſoli convenire. Aliqua ediſſero.

Illa verba, *Infectus non ſum, nec factus*, videri poſſent his ſimilia, videlicet, *Genitus non factus, conſubſtantialis Patri*, &c.

Illa *Duas geneſes ſum juſſus habere*, viderentur duas Chriſti reſpicere generationes; æternam videlicet & temporaneam: de quibus S. Hieronymus libr. 1. Comm. in Matth. in initio. [In Iſaiâ legimus, *Generationem eius quis enarrabit?* Non ergo putemus Evangeliſtam Prophetæ eſſe contrarium, ut quod ille impoſſibile dixit effatu, hic narrare incipiat: quia ibi de generatione Divinitatis (fortè, Divinâ) hîc de incarnatione dictum eſt.]

DLXXV. Verba illa, *Noſco Parentes & Solem & Lunam*, etiam Chriſto conveniunt: quoniam Pater æternus Sol eſt, & Chriſtus *ſplendor Paternæ gloriæ De luce lucem proferens, Fons lucis & fons luminis, Diem dies illuminans.* Et hujus Solis Luna eſt Virgo ſanctiſſima, quæ ab Eccleſiâ *Pulchra ut Luna* vocatur. Et quidem ille à Sole (hoc eſt, à Patre æterno) ſine matre naſcitur: & à Luna (hoc eſt, à puriſſimâ Virgine) ſine Patre. *In neutrâque Locus Veneri datur:* quoniam Maria, etiam poſt partum, Virgo eſt.

Illa etiam verba, *ſum paſſus ſtigmata, flammas ſuſtinui, plagas etiam; percuſſus honore & meritis creſco; cruce donor; ſum gratus ubique.* Chriſti paſſionem & Charitatem, quæ ignis eſt, viderentur ob oculos ponere.

Illa tandem, *Vinumque & Panis, ſi vis convertitur in me. Ex vi verborum; atque iterum converſio tota, Venerat unde redit.* ad Euchariſtiam clariſſimè ſpectare videntur.

Et illa, *Vario ſum cognitus orbi Nomine*, non diſſentiunt à Chriſto ob varias virtutes & prærogativas multis nominibus ſignificato. Et quidem Chriſtum vocari *Magni Conſilii Angelum, Fragilitatis humanæ baculum, Cœli ſcalam, Iacobum alterum ſcutum, Redemptorem, Lytrum & pretium ſalutis. &c.* certum eſt.

DLXXVI. Sed Nihilominùs his verſibus Chriſtum Dominum non deſcribi aſſero; aut, ſi aliter putas, hæc Chriſto appropria. *Procedo à Patre frequenter . . . . à Matre frequenter.* An-ne frequenter divinitùs aut frequenter humanitùs naſcitur Chriſtus? Si *duas geneſes eſt juſſus habere*, juſſus eſt naſci à Patre, & ſi juſſus, minor Patre eſt, ut olim deliravit Arrius. Diſſonat etiam Chriſto Domino illud, *Inter Iberos à Venere exortus dicor; qui hoc dogma tuentur, Non ſunt hæretici.* Chriſtum enim actu venereo genitum ſine hæreſi affirmari non poteſt; unde à novis Ordinis Ciſtercienſis Breviariis expungi curarunt illud tetraſticum. *Fuit Virgo Ioſeph ſociato caſto, Ut Ieſus Chriſtus ſpeculum pudoris, Virgine matre, copulâ pudicâ Conciperetur*: quod tameſi calamo pio ſcriptum, multis fuit viſum intolerabile, ob extrinſecam apparentiam erroris. Tandem ſi illud, *Flammas ſuſtinui* dicatur metaphoricè intellectum iri; illa verba, *Venerabile Lector, Me eſſe Sacramentum, ſi affirmas, falleris*, torqueri non poſſunt. Stat ergo Chriſtum non deſcribi iſtis verſibus.

Ratio prima. Secunda. Tertia. Quarta. Quinta.

Quid igitur illis deſcribitur? Nummus. Et ut liquidò conſtet, Paraphraſim iſtam adjungo.

Sed Nummum, Monetam, Pecuniam.

Sic Nummus loquitur.] *Quis ſim ſcire cupis? Tibi, Lector Candide, dicam.* Sum Nummus. Et quidem nomine univerſaliſſimo indigitor; quoniam, ut benè notavit Calepinus, Nummus *eſt generale nomen, & de quâlibet pecuniâ ſive monetâ dici poteſt, ſive aurea ſit, ſive argentea, aut etiam ærea.* Et ut ſequentia intelligas, adnotato Metallum aliud eſſe infectum, aliud factum: & aliud ſignatum. *Infectum* dicitur rude & nondum elaboratum; *factum*, quod in vaſa aliamve ſupellectilem fabricatum; *ſignatum*, autem eſt pecunia. Quod Authorum teſtimoniis confirmo. Pomp. ff. de aur. & arg. Leg. *Argento facto Q. Mutius ait vaſa argentea contineri, veluti trullas, paropſides, pelves, & his ſimilia.* Et Ulpianus l. Q. Mutius. ff. de aur. & arg. *Cui aurum vel argentum factum Legatum eſt, ſi fractum vel colliſum fuerit, non continetur.* Virgilius Æn. 10. *Sunt auri pondera facti Infectique mihi.* Et Seneca 1. de benef. *Libentius donabo argentum factum, quàm ſignatum.* Ergo, ſiquidem hæc ſunt vera, & labio omnium Latinorum conformia, Ego Nummus, *Infectus non ſum, nec factus, ſed ſignatus.* Si, quibus parentibus ſim ortus, rogas; ſcias Aurum à Chymicis & rei metallariæ peritis dici *Solem*, Argentum *Lunam*, Cuprum *Venerem*. (Scio Cuprum nonnullos alii aut alii Planetæ attribuere; ſed Cuprum & Cypridem à Cypro dicta, ſeparare non volui.) quibus præmiſſis ſic reſpondeo. *Noſco parentes, & Solem & Lunam* (videlicet Aurum Argentumque) *procedo à Patre* (Auro) *frequenter, ſed ſine Matre* (argento) *frequenter, ſed ſine Patre* (Auro:) *duas geneſes ſum juſſus habere*: quia leges Nummos aureos cupri & argenti expertes, & argenteos cupri & auri expertes percuti & ſignari præcipiunt: adeòque *in neutrâ* (geneſi, fuſione, formatione) *Locus Veneri* (ſeu Cupro) *datur. Inter Iberos*. (& idem eſto judicium de aliis gentibus quæ cupreis monetis utuntur) *A Venere* (Cupro) *exortus dicor: qui hoc dogma tuentur, Non ſunt hæretici*, ſed dicunt ſinceram veritatem. Dum ſeparabat in laminas, *ſum paſſus ſtigmata*; *flammas ſuſtinui*, dum fundebar crucibulis; *plagas etiam*, dum ſignabar in pilis. *Percuſſus* & ſignatus

Metallum infectum, factum, ſignatum.

Sol & Luna ſunt Chymica metallorũ nomina.

Cupri & Cypridis analogia.

Moneta aurea, argentea ſunt pura.

Moneta cuprea apud Hiſpanos.

Verùm ſignatum an factum metallum plus valeat.

honore valore & meritu creſco; plus enim valet ſignatum metallum infecto. *Cruce donor* in pleriſque Provinciis; nam Luſitani præcipuè, ſuus nummos aureos *Cruzados* vocant, & Germani ſuos aſſes *Crucigeros*, & vix eſt Chriſtiani Peincipis monera, quæ cruce careat. Et quia auro & argento delectantur mortales, *ſum gratus ubique.* In omnes omnia verti poſſunt, quia vendi; omnia in omnia, quia emi; & quia contractus, verborum virtute ſubſiſtunt, juxta illud *Verba ligant homines, Taurorum cornua funes.* dixi tibi, *Vinumque & panis, ſi vis, convertitur in me ex vi verborum; atque iterum converſio tota, Veneras unde redit.* Et quidem apud gentes & regiones varias *vario ſum cognitus orbi Nomine.* *Conſilii magni vocor Angelus* (nam Anglus ſuos aureos *Angelotes* nominat; & qui iis abundat ubique terrarum ſupremi conſilii rector eſt.) aureos alios recentiùs cuſos, *Iacobos* vocat; & juxta Politicorum opinionem, qui Jacobis aureas divites habeat, Jacobi baculo (inſtrumentum Aſtronomicum eſt) & Scala Jacobi (quâ in aulâ Regis aſcendat) carere non poterit. In aliis locis Nummus aureus *Scutum* dicitur; & hinc intelligenda, quæ dixi de Angelo, Jacobo & Scuto. *Si caſu infelix tandem captarus ab hoſte, Ipſe NVMMVS redemptor ero.* quam ob rem *lytro pretioque ſalutis*, *Corpore qui careat noſtro* (hoc eſt, auro & argento) *mihi crede carebit.*

Omnes Crucigeri nummi.

Omnia convertitur in nummos nummus in omnia.

Angli aurei. Iacobi aurei.

Scuta aurea.

Auro redimuntur captivi.

ALIUD.

DLXXVII. PLato, ut habet Hunnæus in Prodidagmatib⁹ Logices, hoc proponit ænigma. *Homo non-homo, videns non videns, percuſſit non-percuſſit, avem non-avem, lapide non lapide ſuper arbore non-arbore.* Illud ego aliquando redegi ad iſtos numeros

Ænigma antithetinum.

In ſylva arbor erat, quæ non erat arbor, ab eius
Mira comis pendebat avis, quæ erat haud avis: illam
Vir, qui non vir erat, petrâ, quæ petra, Philarche,
Non erat, haud tetigit, preſſit nihilominus ipſam.

Hoc eſt (inquit Ludovicus Vives in Commentarii ad xxv. cap. libr. vii. D. Auguſtini de Civitate Dei) *Eunuchus Luſcus percuſſit pumice veſpertilionem ſuper Sambuco.* De eodem legi poterit Marſilius Ficinus in argumento ſuo in quintum dialogum Platonis de Republicâ, ubi *Avem non avem* interpretatur alam Veſpertilionis. De ipſo etiam Atcæus in Logicâ cap. 7. agens de negationibus; ubi *percuſſit non percuſſit*, ſic intelligit, ut ille, pumice non Veſpertilionem, ſed ſambucum tetigerit, & ramus tactus avem excuſſerit & occiderit.

Exponitur

ALIUD.

DLXXVIII. OWenus libr. 2. ad Henricum, Epigrammate 11. hoc etiam Ænigma proponit;

Dic mihi quæ fuerit mater, cui Filia nupſit? *Eva & Adamus.*
Cujus erat Mater maſcula, nemo Pater?

& intelligit, quod Adamus fuerit Mater maſcula, cui Eva Filia nupſerit; Eva inquam, cujus nemo fuit pater. Sed hîc ego majorem verborum proprietatem requirerem.

ALIUD.

Et libro ſequente Epigramm. 82. DLXXIX.

Dic mihi quæ in cœlis exſtat vox integra cujus *Fel & Felicitas.*
In terris tantum ſyllaba prima patet?

Et hæc vox, quàm inquit, eſt *Fel-icitas.* cujus prima ſyllaba (nempe *Fel*) apud mortales reperitur.

Hinc Concionator eruere poſſet conceptum quo oſtenderet, omnes qui patiuntur propter juſtitiam, beatitudinem æternam prælibare. *Quinam gloriam cœli delibent?*

ALIUD.

Et ibidem Epigrammate 120. hoc Arithmeticum Ænigma explicandum proponit.

Addideris unum nihilo, nihil inde creatur. *Nihilum & Decas.*
Adde uni nihilum, naſcitur inde Decas.

Quoniam o non eſt plus quàm 1. aſt 10. eſt decuplo plus quàm 1. Hic etiam notare Concionatores poterunt, quantæ virtutis ſit humilitas. *Humilitas.* Ipſa eſt ſimilis (o) ciphræ arithmeticæ, quæ eſt *in vis.* nihil; at dum quis ob humilitatem adnihilatur & exinanitur ſingulis actibus adquirit unam ciphram, unam adnihilationem, & qui [illegible] erat ſanctus ut 1. poſteà eſt ut 10. ut 100. ut 1000. ut 10000. &c. exaltatur enim à Deo, & donatur *Amici Dei* nomine, quod eſt ſuper omne humanum & terreſtre nomen.

Hinc lux illis verbis, *ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens*: &c. hinc colligi evidenter poterit, quanti valoris fuerit Chriſti humilitas. Hinc etiam quanti valoris illa verba, *Ecce ancilla Domini. fiat mihi ſecundum verbum tuũ.* Qui conceptus alibi à nobis uberius poterunt dilucidari. *Chriſti merita.* *Deipara merita.*

NOTA.

QUærunt Philoſophi, aut potiùs Theologi in Philoſophiâ, an obedientialis potentia, vi cujus Deus ex quâcumque re, poſſit facere quamlibet, ſit admittenda? negant iſti, illi aſſerunt; & dum ipſi malè inter ſe conveniunt, nos potentiam obedientialem reperiri in Ænigmatibus abſolute dicamus. Poteſt ingenium fœlix ex quolibet lapide conformare Mercurium, & tanta eſt æui præſentis eruditio, ut muſcam poſſit & ſoleat in elephantem transformare. Vidi in hoc genere audere Philoſophorum mentes, & multa generosè conari: & hanc ob rem exiſtimarem valdè cautè & doctè Ænigmata debere componi, ne contra Authorum mentem per metamorphoſes diverſas Lectorum ingenia torqueantur. DLXXX.

An [illegible] potentia obedientialis?

An Ænigmata ſint quoquoverſum torquenda?

ARTI-

ARTICVLVS XXV.

De Definitione eſſentiali.

DLXXXI.

Perfectiſſima propoſitio, quæ? Perfectiſſima definitio, quæ? An poſſit Ens infinitum definiri? An Deus ſit definibilis?

Vnde & quare dicatur Definitio?

PErfectiſſima omnium propoſitionum definitio eſt; & definitionum eſſentialis: ipſa etiam definitur. Si conſulas Ariſtotelem *primi Topicorum quarto* dices eã eſſe *Orationem exprimentẽ quiditatẽ rei.* Hinc patet cur talis vocetur. Non dicitur definitio, quòd quiditatem finiat, & circumſcribat, ut benè notavit Hurtadus *diſp. 5. ſumm. §. 4.* quia licèt daretur creatura quantitate & qualitate infinitis prædita, aptè definiretur: Deus enim nobis in viâ cæcutientibus indefinibilis eſt, non quia infinitus, ſed quia inadæquatè & imperfectè cognitus, unde, ſi quis divino privilegio eum perfectè cognuſceret, etiam eum definiret. Definitio igitur gradus perfectionis non determinat ſed ſenem quiditatis; unde ſi Deus quà ſubſtantiam infinitam dicit, eſſet quiditativè definiendus, definitio in ſubſtantiæ prædicamento quæreret rationem communem & differentialem, quin ad attributa aut alia prædicamenta tranſiret. At quia Infinitas omnia prædicamenta tranſcendit, cùm deſcribitur Deus, ad omnia prædicamenta recurritur.

An Deus formet omnia prædicamenta?

DLXXXII.

An definitiones eſſentiales faciles ſint? Hominis definitio. Mens à ſenſibus pendet. Cur ſit de definitione differentia?

QUàm ſit difficile vel unam eſſentialem definitionem dare, noſcunt illi, qui rerum eſſentias meditantur; noſcunt, qui libros legũt: quoniam Philoſophorum ævo, Quid eſſet homo? ſummo ſtudio & diligentia quærebatur, & tamen pronunciatæ fuerunt indigniſſimæ & ineptiſſimæ definitiones. Humana mens ſenſuum indiget manuductione, & iſti ultra accidentia non ſubrepunt, adeòque nemini mirũ erit, ſi humana mens, licet acuta & culta, neſciat rerum veras eſſentias reperire. Agemus interim de definitionibus quiditativis, ut ſi fortè aliquis ſit, qui quiditates noſcat, ſciat quo debeat modo rerum eſſentias definire. Si omnes eſſemus cæci, adhuc eſſent vera quæ tradit & demonſtrat Optica, nec eſſent omninò inutilia, poſſent enim addiſci ingenii exercendi ergo, ſi fortè aliquando oculis donaremur. Rem dixi, Ut eſſentias videamus, cæci ſumus. Ars definiendi eſt Rationalis optica, quæ nos docet illas dilucidare: nec tamen abſolutè inutilis: quoniam exercemus ingenia, & addiſcimus artem, quâ utemur in Empyreo, aut etiam in terris aliquando, ſi cæcæ menti noſtræ indiderit oculos Deus, quibus inſpiciat prædicata eſſentialia.

Vt videat verum eſſentias homo eſt cæcus?

ARTICULUS XXVI.

De Definitione Logicâ.

DLXXXIII.

Quid illa ſit?

ESſentialis ea eſt & duobus prædicatis componitur: quorum primum debet latiùs patere quàm definitum, alterum huius latiùs patentis univerſalitatem contrahere & determinare, & eò deducere ut omni & ſoli definito conveniat.

Quo modo definiatur ſpecies?

Si definitum ſit ſpecies, ut *Homo, Animal*, debet per genus & differentiam definiri, ut cùm dicimus, *Homo eſt animal rationale.* & *Animal eſt vivens ſenſibile.* Ecce in Hominis definitione duo componuntur prædicata: *Animal* latiùs patet, quàm *Homo* definitus, quia etiam bruta ſunt animalia: *Rationale* autem contrahit animal ad omnem & ſolum hominem, ita ut quod poterat aliis ſpeciebus competere (puta, Leoni, Elephanti, &c.) imò poſſit ipſi humanæ non competere (puta, ſi afficeretur hinnibilitate aut rugibilitate; homo enim non eſt animal hinnibile, aut rugibile) jam tandẽ affectum rationalitate, ita humanũ evadit, ut nulli nõ homini poſſit cõvenire, & nulli homini nõ-cõvenire.

An Ens ſit ſummum genus?

Quo definiantur modo ſuprema capita categoriarum?

Qui dicunt Ens nõ eſſe ſummũ genus, debent aſſerere ſuprema Prædicamẽtorũ capita, ſeu genera (nempè Subſtantiã, Accidens; aut ſi qua ſunt alia, quæ immediatè ſubiiciantur Enti) per genus & differentiam definiri non poſſe: errant tamen cùm dicunt non poſſe definiri, quia cùm dicimus *Subſtantia eſt Ens per ſe*, quiditatem ejus à priori attingimus, ponentes rationem *Entis*, quæ definito com-

communior eſt,& rationem *perſeitatis* quæ eſt conſtitutiva. Nos autem qui *Ens* genus univerſale & univocum facimus, faciliùs ab hâc difficultate expediemur dicentes omnem definitionẽ Logicam debere ex genere & differentiâ coaleſcere.

DLXXXIV *Quid ſit Albedo: & qualiter definiatur?* Accidentia bifariam poſſunt conſiderari; in concreto, in abſtracto. ABSTRACTVM formale, quale *Albedo*, definitur per genus & differentiam, ut *Albedo eſt color diſgregans viſum*: ratio *coloris* genus eſt conveniens etiã Nigredini, Virori,& aliis: ratio *diſgregandi*, colorem genericum contrahit,& talem colorem (hoc eſt *Albedinem*) conſtituit. *Duplex accidentium acceptio.*

Accidens in CONCRETO etiam definitur per genus & differentiam, ut cùm dicimus, *Album eſt coloratum viſûs diſgregativum*; ibi enim *Album* eſt definitum, *Coloratum* genus,& *diſgregativum* differentia.

An poſſit definiri Ens? Ipſum *Ens* cùm ſit ſupremus & ſimpliciſſimus conceptus, ſicut nec conſtituitur genere & differentiâ, ſic nec Logicè definiri poteſt: deſcribi ſolet à peritis paſſionibus aut inferioribus conſideratis.

DLXXXV *Definitio Logica cõſtat genere & differentiâ.* DEfinitio Logica illa eſt, quæ fit per genus & differentiam: at in inveniendis his cõceptibus labor & opus magnum eſt. Ponamus igitur unum exemplum, ut rem optimè intelligamus. Et, ut notiora nos ad ignotiora conducant, Hominem ob oculos noſtros ponamus. Quid ille eſt? *Animal rationale.* In hâc definitione *Animal*, eſt gen⁹: *Rationale* differentia: definitio formalis eſt *Animal rationale*: & definitio integra, tota hęc enũtiatio, *Homo eſt animal rationale.*

Definitio alia eſt formalis, & alia integralis. Hominis definitio. An-ne hæc Hominis definitio (videlicet, *Homo eſt animal rationale*) admittitur ab univerſis? Minimè: quoniam D. Ambroſius Mediolanenſis Archiepiſcopus varias Hominis definitiones adſumit,& radiis illuſtrat moralibus, & inter alias hanc, *Homo eſt mens, quæ eſt rationis capax.* Putant Critici mendum ſubeſſe, nulla enim eſt mens rationis incapax,& ut ſit, dicunt hanc eſſe definitionem malam, ut porè in Regulam ſecundam impingens, & aliis à ſuo definito conveniens; nimirum Angelis, qui Mentes ſunt & rationis capaces. Et hanc ob rem jubent legi, *Homo eſt mens corporis capax*: & hoc modo excludunt Angelos, qui tametſi Mentes eximiæ ſint, corporum capaces non ſunt. Hanc definitionem ex D. Ambroſio *libr. de Noe & Arcâ. cap. 4. circa med.* deſumunt,& putant bonam eſſe, quia conſtat genere & differentiâ, nam in ratione mentis conveniunt genericè Homines & Angeli,& differunt ratione corporum, Angeli enim ſunt mentes corporum incapaces: & Homines ſunt etiam mentes, ſed capaces corporum. Conſequenter communem illam Categoriam ſubſtantiæ, videlicet, *An Rationale in Hominis definitione ſit genus?* *Categoria ſubſtantiæ.*

Subſtantia.
- *Spiritualis.*
- *Corporea.*
  - *Vivens*
    - *Senſibilis.*
      - *Rationalis.*
        - *Petrus.*
        - *Ioannes.*
        - *Franciſcus.*
      - *Irrationalis.*
    - *Inſenſibilis.*
  - *non vivens.*

An homo & bruta conveniãt genere? condemnant & reiiciunt, & quia nolunt Homines & Bruta genere convenire, paulò aliter Prædicamentum coordinant. Sic gradus & conceptus diſponunt.

Subſtantia.
- *Incorporea*
  - *Angeli.*
  - *Homines.*
- *Corporea.*
  - *Animantes.*
  - *Plantæ.*

DLXXXVI. *An Homo ad corpoream, an verò ad Subſtantiam incorpoream pertineat?* Et quia dum nolunt ſub genere materiali Animam rationalem collocare, & vident hîc ſub genere ſpirituali corpus humanum poni, paulò aliter alij Categoriam coordinant illam ad gradus ſequentes reducendo: nimirùm,

Subſtantia.
- *Incorporea.* — *Huc Angeli, Archangeli. &c.*
- *Mixta.* — *Huc univerſi Homines.*
- *Corporea.* — *Huc Bruta, Plantæ, Metalla & Elementa pertinent.*

An ad mixtam potius? Hanc ultimam Categoriam videtur approbare Auguſtinus, *Serm. 18. in Ioann.* qui ſic inquit. [Alia eſt vita pecorum, alia hominum, alia Angelorũ: vita pecorũ terrenis voluptatibus æſtuat, id eſt, ſola terrena quærit; vita Angelorum ſola cæleſtia: vita hominum media, & inter vitã angelorum & vitam pecorum. Si vivit homo ſecundum carnem, pecoribus coniungitur, ſi ſecundũ ſpiritum, angelis ſociatur.]

N O T A.

DLXXXVII. *Cur utamur interdum multis verbis.* SI habemus nomina ſufficientia omnem poſſemus Definitionem Logicam duobus complere: nam illa debet conſtare genere & differẽtia; & ſi ſuccurrerent ſemper duo nomina, quorum alterum ſignificaret genus, alterum differentiam, duobus nominibus poſſet cõſtitui. At quia caremus vocibus, circumloqui cogimur, & unã eandemq; rem multis vocibus ſignificare.

An liceat per gradus definire? Inquiris autem, An ceſſante eiuſmodi neceſſitate, liceat uti pluribus vocibus in definitione eſſentiali? An poſſim⁹ per genus remotũ & differentias inferiores definitionem concinnare? & inveſtigas, An ex ſuppoſitione quod definitio Hominis ſit *Animal rationale* poſſis omnea gradus quos imbibit animal, exprimere, & dicere, *Homo eſt vivens ſenſibile rationale*? vel uberiùs, *Homo eſt ſubſtantia corporea, vegetativa, ſenſitiva, rationalis.*

DLXXXVIII. *An dentur definitiones meliores & clariores Peripateticis?* Reſpondeo Peripateticas Definitiones debere, ſi fieri poſſit, duabus vocibus tantùm cõſtare: definitiones illas, quæ per unum genus remotum & multas differentias fiunt (quales ſunt illæ duæ, quas dediſti) non eſſe Peripateticas, ſed tamen Peripateticis clariores & meliores; rei enim, quam in plures dividunt formalitates, altiùs naturam & ingenium dilucidant.

ARTI-

ARTICULUS XXVII.

De Definitione hypoſtaticâ.

DLXXXIX *Varia Definitionum genera.* DIcunt Philoſophi genus & differentiam eſſe partes logicas ſubſiſtentiam & naturam eſſe partes metaphyſicas; & tandem materiam & formam eſſe partes phyſicas. Cur ſic loquantur, non eſt noſtri inſtituti diſquirere; adeòque eorum utemur labio, quamdiu ſine doctrinæ detrimento poſſimus. Dico igitur illum rem definite, qui ob oculos ponit ejus partes; qui, ſi ob oculos ponat partes logicas, dabit definitionem logicam; phyſicam, ſi phyſicas; & metaphyſicam, ſi metaphyſicas. *Metaphyſica* igitur definitio, ut ſit legitima debet habere in recto ipſum *Habens*, & naturam, quæ habetur in obliquo. Paret in his; *Homo eſt habens humanitatem*, *Animal eſt habens animalitatem*, *Equus eſt habens equinitatem*: qui definiendi modus etiam poterit exerceri in divinis, ut cùm dicimus *Deus eſt habens Deitatem*: in omnibus his definitionibus ſemper *Habens* ſumitur pro *ſuppoſito*; idem eſt enim *habens Divinitatem*, ac *ſuppoſitum habens Divinitatem.* *Partes Logica, Phyſica, & Metaphyſicas quæ? — Quid ſit ſuppoſitum quod Habens?*

DXC. Accidentia in concreto, ſi ſint definienda metaphyſicè, exprimunt rationem *habentis* in recto, & abſtractum formale in obliquo, ut *Album eſt habens albedinem*, *Nigrum eſt habens nigredinem*, *&c.* ubi illud *Habens* ponitur pro ſubjecto: cùm enim dicimus *Habens albedinem*, poſſemus æquivalenter dicere, *Subiectum affectum albedine.* *Quo modo accidentia definiantur.*

An poſſint abſtracta definiri. Abſtracta ſubſtantialia, ut *Humanitas*, *Equinitas*, *Animalitas*; & accidentalia ultima, ut *Coloreitas*, *Albedineitas*, *Relateitas*, *&c.* metaphyſicè definiri non poſſunt: ratio eſt, quia non conſtant partibus metaphyſicis, nempe aut ſubſiſtentiâ & ſubſtantiali naturâ, aut fundamento & naturâ accidentali. *Abſtracta alia ſunt ultima, & alia non ultima.*

DXCI. *Quid ſubſiſtencia ſit.* SEd quid eſt hypoſtaſis aut ſubſiſtentia? An-ne ſine ejus cognitione poterimus hypoſtaticas Definitiones conformare? An-ne ſubſiſtunt accidentia? & ſi non, quid ſignificant illa abſtracta ultima *Coloreitas*, & *Albedineitas*?

An ſit modus, vel res, An ſit libera negatio. Reſpondeo apud Metaphyſicos difficilem hanc quæſtionem eſſe: alij enim exiſtimant ſubſiſtentiam rem eſſe; alij eſſe modum; alij non eſſe realitatem aliquam poſitivam, ſed ſimplicem quamdam aut compoſitam negationem. Addo hanc eamdem quæſtionem *Reſolutio dialectica.* apud Logicos & Vocales præcipuè, eſſe facillimam: quibus quidquid Metaphyſici dicant aut negent, perinde eſt: nam ſuppoſitum eſt id quod ſignificat iſta vox *Habens* in hâc Definitione *Homo eſt habens humanitatem*: ſive illud *Habens* ſit negatio aut modus, quod non puto; ſive ſit res, quod videtur ipſamet ſuſtentandi virtus poſtulare. *Suppoſitum eſt habens & ideò eſt Res.*

De accidentibus dico in illis non hypoſtaſim, ſed parypoſtaſim, hoc eſt, hypoſtaſis umbram & ſimilitudinem inveniri: Utrùm autem iſta parypoſtaſis ſit res, aut modus, aut negatio aliqua, Metaphyſicis inquirendum & dilucidandum relinquimus, nobis enim Logicis ſufficit ſcire parypoſtaſim eſſe id quod ſignificatur voce *Habentis* cùm dicimus, *Albedo eſt habens albedineitatem.* *De parypoſtaſi accidentium.*

ARTICULUS XXVIII.

De Definitione phyſicâ.

DXCII. *Quid ſint partes phyſicæ.* PArtibus phyſicis conſtare debet: hæ ſunt, Potentia & actus: nempè in ſubſtantialibus Materia prima & forma: ſubiectum & forma inhærens in accidentalibus. *Quæ ſint.*

Primò dicendum eſt, Deum phyſicè definiri non poſſe, quia caret materiâ & formâ tanquam partibus phyſicis, tum etiam quia Deus accidentium eſt expers. Sed hîc *Deus phyſicè non definitur.*

obiter notandum eſt Thomiſtas, qui doctè in Deo eſſentiam à naturâ diſtinguũt, aſſerentes conceptum eſſentiæ Divinæ in Aſeitate, & conceptum naturæ Divinæ in Intellectione conſiſtere, concipere duas formalitates à materiâ & formâ phyſicis fundamento deſumpto, & poſſe definitionem ſimilem phyſicæ formare: qui enim dicunt, *Homo eſt ſubſtantia finita, ex corpore & animâ realiter diſtinctis compoſita*: cur non poterunt conſequenter dicere, *Deus eſt ſubſtantia infinita compoſita intellectualiter ex Aſeitate & Intellectione (eſſentiâ & natura) realiter identificatis?*

An Angeli corporei ſint? An conſtent corpore & animo? — *An poſſint Angeli* — *An ſint corporei?*

Secundò, Veteres, qui aut Angelos corporeos crediderunt, aut ſaltem ex corpore & animâ compoſitos, potuerunt illos definire phyſicè dicentes, *Angelus eſt qui componitur materia & forma angelicis*: vel *Angelus eſt qui conſtat ex corpore athereo & anima ſuperſpirituali*: voluerunt corpus Angelicum eſſe alterius materiæ quàm humanum, imò & Angelicas animas Superſpirituales nominabant, ut ab humanis diſſiderent. Sed cùm hi antiquorum errores exoleverint, aliter debes angeloſophari.

An potentiâ & actu ſpiritualibus? — *An compoſiti potentiâ & actu ſpiritualibus?*

Juniores, qui D. Bernardo ſubſcribentes, illos ex potentiâ & actu ſpiritualibus componunt, ipſis duas partes phyſicas adtribuunt; nimirum, ſpiritualem potentiam, quæ correſpondeat materiæ primæ: & actum incorporeum, qui formæ ſubſtantiali. Hi igitur Angelos phyſicâ definitione poſſunt explicare dicentes, *Eos eſſe compoſitos ex potentia & actu immaterialibus.*

An compoſiti ex actu & potentiâ ſpirituali?

Qui ſentiunt illos eſſe ſubſtantias ſimplices, tenebuntur aſſerere, eos phyſicè definiri non poſſe.

Subſtantia incompleta definiri non poſſunt. — *An ſint ſubſtantiæ ſimplices?*

Tertiò omnes ſubſtantiæ naturales, phyſicè definiuntur, ut cùm dicimus, *Subſtantia completa conſtat materia & forma, Vivens materia & vita, Animal corpore & anima, Homo corpore & animo, Petrus hoc corpore & hac anima rationali.* Materia & forma ſeorſim ſumptæ, cùm ſubſtantiæ completæ non ſint, ſed ſubſtantiæ completæ partes & elementa (unde *incompleta* dictæ) carent partibus phyſicis, & phyſicè definiri non valent.

An accidentia, & qualia?

Quartò omnia etiam accidentia in concreto definiuntur phyſicè, ut *Album componitur ex ſubiecto ſubſtantiali & albedine*, &c. Accidentia in abſtracto non poſſunt definiri phyſicè, quia carent phyſicis potentiâ & actu.

DXCIII. *An præter Ariſtotelicam ſit alia compoſitio phyſica?*

AN præter compoſitionem ex materiâ & formâ ſit alia quæ debeat *phyſica* nominari, & poſſit Phyſicæ Definitioni ſervire, diligenter inquiris, & ego reſpondeo breviſſimè: nullam eſſe de facto, aut ſaltem eſſe nobis ignotam, ſi ſit. Cæterùm elevando oculos ad Omnipotentiam Divinam, neſcio cur debeamus aſſerere repugnare alios phyſicos compoſitionis modos præter hunc, qui nectit materiam cum formâ. Conſono Oviedo, qui præter compoſitionem phyſicam Ariſtotelicam, admiſſam & defenſam ab omnibus, aliam aut etiam alias compoſitiones phyſicas eſſe poſſibiles contẽdit, & bonis rationibus perſuadere conatur. Sed hæc omnia tractabuntur in phyſicis, ſufficiat illa impræſentiarum adnotaſſe.

Oviedi opinio.

ARTICULUS XXIX.

De Definitione artificiali.

DXCIV. *Zamora noſtro ævo capit D. Bernardũ in ſuggeſtu imitari.* — *Quid ſit Artefactum?* — *Bernardus Concionatorum Princeps.*

COnvenit ſolis artefactis, ſive hæc divinitùs, ſive humanitùs credantur condita. Artefacti nomine intelligo quodcumque Ens-per accidens, quod ab Arte habet, quòd pluribus rebus coaleſcat: qualia ſunt *Palatia, Arces, Domus, Pyramides, Mauſolæa*; item *Civitates, Reſpublica, Regiones, Exercitus*, &c. in his depingendis fuerunt fælices Rhetores, Poëtæ cultiores; Lacones ſicci, Latini floridi, & hodie Hiſpani Concionatores feliciſſimi, qui Zemorâ duce incæperunt delectando erudire, & erudiendo delectare, ab eo tempore quo imitari melliſluum meum Bernardum, ſubtilium Concionatorum Principem.

DXCV. *An Definitio artificialis ad deſcriptionem materialem aut formalem pertineat.*

SI velit aliquis Definitiunem Artificialem ad Deſcriptionem eam reducere, quæ fit per cauſas materialem (quæ eſt intrinſeca) & formalem (quæ ut ſuo ioco expoſuimus, figuram & ſymmetriam membrorum ſingulorum concernit) diſputare non volam: interim latum eſſe diſcrimen inſinuabo.

Aſſero definitionem eſſentialem & deſcriptionem qualemcumque in hoc differre, quòd definitio totam eſſentiam definiti dilucidet, & interdum deſcriptio differentias tantummodò, quæ illam à cæteris omnibus ſeparant. Addo aliud etiam eſſe explicare & dilucidare ligni eſſentiam per figuram extrinſecam: & aliud ligneæ cathedræ: figura enim comparatur ad lignum ut accidens quoddam extrinſecum; & ad cathedram, ut intrinſeca & eſſentialis realitas vel formalitas: eadem enim ligna, quæ ſub tali figura conſtituta ſunt cathedra; ſub alia eſſent theca vel menſa: figura igitur in artefactorum definitione eſt prædicatum intrinſecum & eſſentiale. *An figura ſit accidens in artefactis.*

ARTICULUS XXX.

De rerum moralium Definitione formali.

DXCVI. *Moralia omnia ab hypotheſi pendent.*

PRæter Entia realia dantur etiam moralia, quæ poſſunt & ſolent definiri. Ut igitur in eorum definitione error non committatur, ſciri debet omnia Entia moralia ſeu virtualia pendere ab hypotheſi, & concipi adinſtar Entium realium, quam ob rem analogiâ ſervatâ debebunt definiri & exponi: nam qui dicit Rempublicam eſſe hominem myſticum, tenetur exponere, quid in ipſa habeat rationem ſuppoſiti, quid corporis, quid animi; tenetur que ſimiliter oſtendere ubi ſit caput, ubi manus, ubi pedes, &c. tuncque benè perpendere & videre definitiones hominis realis, & à rationis paritate procedere. Hac inſtructi doctrina ſingulorum Sacramentorum (entia moralia ſeu virtualia ſunt ipſa) ſcrutamur eſſentiam, definitionem damus: jam Logicam per genus & differentiam; jam Phyſicam per materiam & formam; & aliquando per naturam & Subſtantiam, Metaphyſicam. Nam in ſingulis conſideramus, quid ſit materia, quid proprium, quid accidentale, & poſteà ſervata propoſitione procedimus. *Ens morale ſeu virtuale quid ſit.* *Homo myſticus.* *Sacramenta ſunt entia artificialia moralia.* *Sacramentorum definitiones.*

DXCVII. *De Iuriſtarum definitionibus.* *De Theologicis & Moralibus.*

HUc omnes aut ferè pertinēt Definitiones, quibus Legiſtæ utuntur; quæ in leges ſuperiùs poſitas frequentiſſimè impingunt, quòd vel Authores incurii & negligentes ſint, vel neſcii Logicæ: unde prodiit illud ſatis tritum axioma, *Omnis in Iure definitio periculoſa eſt.* Huc omnes aut ſerè etiam, quibus Canoniſtæ reguntur. Huc illæ etiam, quas in totâ Philoſophiâ & Theologiâ Morali reperimus: & in Tractatu de Sacramentis præcipuè, qui cùm ſit à maximis Viris illuſtratus, ad ſummam doctrinæ perfectionem pervênit. Modus conformandi ejuſmodi definitiones eſt facilis, quoniam moralitates tanquam realitates concipiuntur & tanquam realitates definiuntur & dilucidantur: & ideò omnia, quæ de realitatibus dicta, moralitatibus poſſunt aptari. *Quomodo moralitates concipiantur.*

ARTICULUS XXXI.

De Definitione Morali.

DXCVIII. *Nota ſingula.*

ALia eſt Definitio Moralium, alia Moralis: definiuntur moralia ut Realia proportione ſervatâ: & realia interdum definiuntur moraliter, & præcipuè apud Patres, qui ubique quærunt Deum, ubique inveniunt, & ideò ſententias omnes Reales ad mores & vitæ formationem reducunt. Si enim Artem ſcias, qua mentem, linguam & ſtylum dirigas, & qua voluntatem ad Deum promoveas, careas, te poſtponam Ethico prudenter neſcio & ſapienter indocto. *Inter definitionem formalem rerum moralium, & moralem rerum realium diſcrimen.*

DXCIX. *Hominis definitio.*

HOmines ſumus, & non juvat noſtræ conditionis cognitio, & ideò definitio hominis eſt iterum recognoſcenda. *Homo eſt animal rationale*: ſic hodie ab omnibus, aut ferè definitur. Et hæc Logica Definitio non caret ſplendore morali. Animalitas enim ſe habet ut ma-

teria, ratio ut forma, ut diſcamus, ſicut materia Thomiſtica omnem actum recipit à formâ, ſic etiam in homine animalitatem (id eſt, vitam & ſenſum) omnem actum debere à ratione recipere, nihilque aliter, quàm ratione imperante & urgente operari. Videtur Ovidius Metamorphoſeos primo hanc communem etiam definitionem ad mores & Dei cultum & gloriam reduxiſſe, canit enim

An materia recipiat omnem actum à formâ

Ovidius.

Sanctius hoc animal, mentiſque capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera poſſet.
Natus homo eſt ſive hunc divino ſemine fecit,
Ille Opifex rerum, mundi melioris origo, &c.

DC. Ecce tam formaliter quàm virtualiter duabus formalitatibus (Animalitate & Rationalitate) Philoſophi & Poëtæ eſſentiam humanam componunt. Hanc autem Antiſtes Mellifluus accuratiùs examinat, & pluribus illam conſtituit. *Septem*, inquit, *ſunt de eſſentia hominis, quæ ſi homo conſideraret, in æternum non peccaret. Scilicet materia vilis, operatio turpis, exitus flebilis, ſtatus inſtabilis, mors inſtabilis, diſſolutio miſerabilis, damnatio deteſtabilis, & conſideratio gloriæ ineffabilis*, quæ omnia, non aliter quàm moraliter aut virtualiter poterunt ad hominis eſſentiam pertinere: quoniam præter materiam, quæ primo loco ponitur, cætera omnia ſunt extra Definiti phyſicam & realem eſſentiam.

Bernardus

DCI. Hominem, quem Melleus Doctor per morales formalitates definierat, in morales ſpecies dividit Innocentius *in Part.* dum ait: *Hominum duo ſunt genera: alterum indoctum & agreſte, quod antefert ſemper utilitatem honeſtati: alterum expolitum, quod rebus omnibus dignitatem anteponit. Itaque huic generi laus honor, gloria, fides, juſtitia, omniſque virtus: illi autem alteri quæſtus, emolumentum, fructuſque proponitur, atque etiam voluptas, quæ eſt maximè inimica virtuti, bonique naturam fallaciter imitando adulterat: quam immaniſſimus quiſque acerrimè ſequitur, neque ſolùm honeſtis rebus, ſed etiam neceſſariis anteponit.*

Diviſio Hominis per membra moralia.

Etiam eſt moralis hæc diviſio, quæ modò mihi in antiquis ſchedis occurrit. Sic olim in ſuggeſtu dicebam. [Dividant Homines in claſſes & populos eruditi Theologi; illos ego in duos tantùm ordines diſtribuendos exiſtimo: alii enim ſunt Sancti, alii Mali: & hos in Atheos & Deliros ſubdivido. Qui enim non obſervat Decalogum, aut non credit peccatores in æternum perire, ideò eſt atheus: aut, ſi id credit, & cognoſcit Deum eſſe, & eumdem peccatores in æternum condemnaturum eſſe, & adhuc peccare audet, eſt delirus. Fortiter & veraciſſimè Poëta quidam Hiſpanus:

Alia etiam Hominis per membra moralia diviſio.

Qui Decalogum temerat, aut atheus aut delirus eſt.

Que ago? en que me occupo?
en que me en canto?
Loco debo de eſtar, pues
no ſoy ſanto.]

Et ſufficiat hæc de Diviſione morali per anticipationem adnotaſſe: quia inferiùs tractatus formalia de Moralitatibus hoc Tomo aut nulla aut pauciſſima dicturus ſum. DCII.

ARTICULUS XXXII.

De Diviſione,

DEſcenſus disjunctivus, de quo inferiùs diſputaturus ſum, ſæpè Dilemma eſt, ſemper diviſio, ut cùm dicimus, *Eſt animal, ergo rationale aut irrationale.* Quæ omnia penitùs cognoſcentur, ſi naturam Logicæ diviſionis exponamus. DCIII.

Deſcenſus disjunctivus.

Totum eſt duplex, actuale, potentiale. Actuale illud eſt, quod conſtat partibus actualibus, ut Binarius, qui conſtat duabus unitatibus; homo, qui corpore & anima; Domus, quæ lignis & lapidibus. Potentiale eſt quod conſtat partibus ſubjectivis, vel poteſtativis: eſt enim quidam conceptus ſuperior & abſtractior, contrahibilis per differentias inferiores. Definitur Diviſio *eſſe Oratio explicans naturam rei per partes ſubjectivas.*

Partium aliæ ſunt actuales, aliæ ſubjectivæ vel poteſtativæ.

Totum potentiale.

Dicitur ab aliquibus Diviſio eſſe *Modus ſciendi*; verè ipſa modus ſciendi eſt, ſed eſſe ſciendi modum non eſt ipſi proprietas characterica, imò vix eſt aliud in tota Logica quod minùs naturam rei explicet, quàm Diviſio. Per Definitionem invenio *Animal* eſſe vivens ſenſibile, per diviſionem non docetur naturam animalis, ſed præparatur intellectus ut poſſit cognoſcere naturas & quidditates inferiorum: adeòque non tam eſſentiam, quàm Diviſi univerſalitatem videtur explicare Diviſio. Interim eſt Dialecticæ inſtrumentum fortiſſimum, quo illa Propoſitiones univerſales, quibus in argumentis uti poſſit, venatur. Nam, ut videbitur inferiùs, ſublata Diviſione auferetur Aſcenſus & Deſcenſus: his ſublatis omnes Propoſitiones univerſales auferuntur. Si hæ non dentur, nullus poterit ſyllogiſmus formari; & per conſequens nullius rei haberi certitudo vel ſcientia. Igitur, qui dicimus Definitionem eſſe *Orationem, quæ explicat*

An Diviſio ſit modus ſciendi

Sublatâ diviſione omnia corruunt.

naturam

naturam rei, Diviſionem eſſe *Orationem, quæ explicat rei ſubjectivam quantitatem & univerſalitatem* dicamus.

DCIV. Subſcribo Diviſionis leges, ſunt enim tres. I. *Diviſum debet omnia membra dividentia complecti.* II. *Et debet cum nullo converti.* III. *Et membra dividentia debent condiſtingui inter ſe.*

Multæ ſunt Diviſionis ſpecies; & inter ipſas hæ præcipuæ. I. *Diviſio generis in ſpecies:* II. *Species in individua.* III. *Subjecti in accidentia.* IV. *Accidentis in ſubjecta.* V. *Et tandem Accidentis in diverſa accidentia,*

DCV. *Leges Diviſionis. De Diviſi. capacitate.* NIhil in ſcientiis exlex, & ideò Logica Diviſio legibus carere non poteſt. Eſt PRIMA: *Diviſum debet præciſè continere in ſe omnia membra dividentia.* Conſultò *Præciſè* dixi, quia nec debet continere plura, nec pauciora, quàm ab argumentante ponantur. Ex vi hujus regulæ hæc diviſio, *Animal, aliàs rationale, aliàs rugibile*, eſt mala; quia diviſum continet plus quam membra dividentia; comprehendit tanquam poteſtativas partes, equos, canes, aves, piſces, & alias brutorum ſpecies, quæ fuerunt intermiſſæ. Ex vi ejuſdem contemnenda eſt hæc, *Animal, aliud rationale, aliud irrationale, aliud Angelicum.* Continet enim diviſum minus quam membra dividentia, non enim dantur angelica animalia. *An Angelus ſit animal rationale.* Nec hic urgeri volo Veterum Patrum teſtimoniis, qui enim olim Angelos *Animalia rationalia* vocarunt, aut nomina ſumpſerunt impropriè aut Angelorum eſſentiam ignorarunt.

De Diviſi convertibilitate. SECUNDA, *Diviſum nō poteſt converti ſimpliciter univerſaliter cum aliquo membro dividenti.* Ratio eſt, quia in hujuſmodi propoſitionibus, illa quæ diviſum prædicaverit de aliquo membro dividenti, erit vera, falſa altera Verbi gratiâ, *Omnis homo eſt animal, Ergo omne animal eſt homo.* Prima erat vera, quia diviſum prædicabatur; & ſecunda quia id ſubjiciebatur, falſa. Conſultò poſui illud *Univerſaliter*, quia particulariter valet converſio à diviſo ad quodcumq; membrum; ut *Aliquod animal eſt equus, ergo aliquis equus eſt animal.*

De dividentium membrorū diſtinctione. TERTIA, *Membra dividentia debent diſtingui inter ſeſe:* eſſet enim mala diviſio quâ animal in irrationale, rationale, & riſibile diſtribueretur; quia idem animal riſibile & rationale eſt.

De differentiarum ſimplicitate. QUARTA, *Differentiæ dividentes debent eſſe ſimplices.* Contra hanc legem militant hæ diviſiones, *Qualitas, aliàs eſt color albus, aliàs eſt color niger. Vivens aliud ſenſibile rationale, aliud ſenſibile irrationale.*

Sed contra legem illam multi Viri magni peccarunt; & didicimus non eſſe illam nimis religioſè obſervandam: & hanc ob cauſam noluimus illam adnotare in contextu.

DCVI. *Diviſionis …* HAbet-ne ſuas etiam Diviſiones Diviſio? Habet quidem & multas, è quibus digniores explicabo. Omitto illam quâ bipertitur in nominis & rei. Diviſionem nominis dicunt eſſe Æquivoci in ſua æquivocata, & diviſionem rei, diviſionem formalitatis ſuperioris in ſua inferiora. *Diviſio rei & nominis.* Omitto, inquam, quia fortè non pertinet ad Logicum agere de nominum æquivocatione, hoc enim ad Grammaticum potiùs ſpectat; hic enim æquivoca nomina rebus imponit, & ille impoſitis utitur artificioſè. *Æquivoca ſunt à Grammatico, aſſumuntur à Logico.* Omitto etiam diviſionem rei, quâ conceptus objectivus dividitur analogicè, quia analoga univoca plerumque ſunt, & in hâc diviſione contra tertiam ſæpè legem diviſionis peccatur. Expendam igitur illas differentias tantummodò, quas magis cenſuero neceſſarias.

DCVII. *Omnes hæ quinque priores diviſiones ſunt univocæ.* PRIMA diviſio eſt Generis in Species; ut cùm Animal in communi ſententiâ dividitur in Hominem, Equum, Leonem; Color in Album Nigrumque. Aliquando Genus dicitur dividi in ſpecies, aliquando in genera, ſed hæc ipſa etiam ſpecies ſunt, & totum diſcrimen grammaticum & nominale. SECUNDA eſt Speciei in Individua; ut cùm Homo in Petrum, Ioannem, Ambroſium & Franciſcum. TERTIA eſt Accidentis in ſubjecta; ut cùm Album dividitur in Hominem, Nivem & Lac. QUARTA Subjecti in Accidentia; ut cùm Homo in Album & Nigrum. Pſittacus in Viridem & Cinericeum. QUINTA. Accidentis in diverſa accidentia; ut cùm Dulce in Calidum & Frigidum. Album in Solidum & Liquidum. SEXTA, (& hanc, tametſi in Textu tanquam minùs neceſſariam omiſerim, addere hîc volui, ne omninò ſimus proportionū immemores) eſt diviſio Rationis ſuperioris analogæ; ut cùm ſanum dividitur in Animal, Pulſum & Medicinam. aliter enim ſanum eſt animal, aliter pulſus, & aliter medicina. Sanitas enim ab animali habetur intrinſecè, à pulſu ſignificatur, & à medicinis reſtituitur vel conſervatur, *Exponitur Analogia.*

DCVIII. *De modo loquendi.* MOdus cenſendi diviſionem, idem eſt ac aliarum omnium argumentationum; nunquam dicimus argumentationem eſſe *veram* vel *falſam*, ſed eſſe *bonam* vel *malam*; diviſio, argumentativa etiam eſt, & ideò debet *bona* vel, *mala*, non *vera* vel *falſa* nominari.

Proderit exempla nonnulla ſubjungere, quibus tota hæc doctrina, quam ſuperiùs tradidimus, dilucidetur,

Diviſio Generis in Genera.

DCIX. *Genera bonorum.* CIcero 5. Tuſc. ſic habet. *Sunt enim tria genera bonorum, ut iam à laqueis Stoicorum, quibus uſum me pluribus quàm ſoleo, intelligo, recedamus. Sint ſanè illa genera bonorum, dum corporis & externa iaceant humi, & tantummodò quia ſumenda ſunt, appellentur bona. Alia autem, divina, illa longè latèque ſe pandunt, cælumque contingunt, ut ea qui adeptus ſit, cur eum beatum modò & non beatiſſimum dixerim:* Et D. Benedictus in ſuâ Regulâ Capite primo, *De Generibus Monachorum*, ſic ait. *Monachorum quatuor eſſe genera manifeſtum eſt. Primum Cœnobitarum; . . . . . ſecundum genus eſt Anachoritarum, id eſt Eremitarum; . . . tertium verò* *Genera Monachorum.*

Monacho-

Vide ſuum Commentarium in Regul. D. Benedicti. num. 307.

Monachorum teterrimum genus eſt Sarabaitarum; . . . . *quartum verò eſt genus Monachorum, quod vocatur Gyrovagum.* Ubi vides genus non ſolum in ſpecies infimas dividi, ſed etiam in ſubalternas, & hanc *Diviſionem* (ſi ſic loqui velimus) *Generis in Genera* vocari.

Diviſio Generis in Species.

DCX. Hebr. 11. 6.

Martyrii ſpecies.

SUmit calamum Paulus, & ſcripturus inſtructoriam Epiſtolam, quâ Judæos ad veram religionem converſos, in fide Chriſtianâ corroboret, contemplatur martyrium, illudque in varias ſpecies dividit, & enumerat dicens *Sancti per fidem vicerunt regna, operati ſunt juſtitiã, adepti ſunt repromiſſiones: obturaverunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii, convaluerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello, caſtra verterunt exterorum; acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. Alii autem diſtenti ſunt, non ſuſcipientes redemptionem, ut meliorem invenirent reſurrectionem. Alii verò ludibria & verbera experti, inſuper & vincula & carceres. Lapidati ſunt. Secti ſunt. Tentati ſunt. In occiſione gladii mortui ſunt. Circuierunt in melotis in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti; quibus dignus non erat mundus. In ſolitudinibus errantes, in montibus & in ſpeluncis, & in cavernis terræ. Et hi omnes teſtimonio fidei probati inventi ſunt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.* Ecce omnes Martyrii ſpecies, præter quas aliam, quæ ad ipſas non debeat reduci, difficili negotio reperies.

Illatio universalis ex enumeratione ſpecierum.

Sed cur exemplum ſumimus à Martyrio, ut diviſionem generis in ſpecies dilucidemus? Annon ipſummet Martyrium eſt accidens? quo ergo modo erit genus, & in ſpecies diviſibile?

DCXI. An non Martyrium ſit Pietatis accidens?

Fortè, ſi dicerem, omnem hominem pium martyrem eſſe, negaremque Martyrium eſſe Pietatis & Sanctitatis accidens, nihil dicerem, quod admitti non poſſet. Fortè, cùm hæc ſcribo, videns meliorem Pragæ partem Sueco proditam, ſpoliatos divites, nobiles peſſumdatos, patior aliqua, quæ morte ipsâ duriora; & eſſe hominem bonum, qui nihil patiatur, decerno. Sed hæc Dialecticam non tangunt, & ideò non debent accuratiùs expendi. Dicentiam ex hypotheſi, & dicam, Vel Martyrium ingreditur Sanctitatis conceptum & eſſentiam; aut eſt accidens. Si primum, corruit omninò objectio: ſi ſecundum, adhuc poterit dividi diviſione generis in ſpecies: ſtat igitur exemplum ritè fuiſſe poſitum. Probatur minor, nam tametſi Color ſit accidens, ſuas ipſe habet ſpecies, in quas diſtribui queat. Aliud enim eſt dividere Coloratum in corporea animata & inanimata; & aliud in album, nigrum, viride, &c. diviſio enim quâ in corpora illud animata & non-animata dividitur, accidentis in ſubjecta eſt; at illa, quâ in album & nigrum, &c. generis in ſpecies; quoniam albedo & nigredo ſunt coloris ſpecies; & eodem omninò modo de Martyrio ſumus philoſophati.

An omnis vir bonus ſit martyr?

Dilemma.

An accidentia habeant genera: & poſſint in ſpecies dividi?

Diviſio ſpeciei in individua.

DCXII. Gen. 5.

VAria proſtant exempla. Geneſeos quinto hoc lego. *Creavit Deus hominem, Ad ſimilitudinem Dei fecit illum. Maſculum & fœminam creavit eos.*

Sunt qui exiſtimẽt, ea quæ ſexu, differre ſpecie; ſed videtur erronea hæc opinio. Alij procedunt moderatiùs, & ſpecie inadæquata illa diſtinguunt; ſed quia neſcio quid ſi diſtingui ſpecie inadæquata, exiſtimo hanc limitationẽ eſſe ab illis poſitam contra adverſariorũ cenſuras. Dicendum igitur, ea quæ ſexu puto, differre numero, & hanc diviſionem, *Homo, alius Adam, alius Eva,* vel *alius Vir, alius Fœmina,* eſſe ſpeciei in individua, & primis annis Mundi adæquatam.

An etiam ſpecie differant, qui ſexu?

An dentur inadæquata ſpecies?

Diviſio Analogi in ſua analogata.

DCXIII. Expoſitio Analogia.

HAnc eſſe inter univoca & analoga differẽtiam, quòd rationem communem eodem modo participent univoca, diverſo analoga, jã ſæpè monuiſſe me memini. Sanitatem in exemplum propoſui. Sanus dicitur homo, & pulſus; ſana medica ſcientia, ſanum pharmacum: & tamen ſolus homo eſt ſanus formaliter; nam pulſus eſt ſanus indicativè, ſcientia cognoſcitivè, pharmacum cauſativè. Sic etiam Beatitudo apud Lucam dividitur à Chriſto analogicè, nimirùm in mẽbra dividentia, quæ tametſi rationẽ diviſã participent, participãt diverſo modo. Sic Chriſtus ait. *Beati pauperes, quia veſtrum eſt regnum Dei: Beati, qui nunc eſuritis, quia ſaturabimini: Beati, qui nunc fletis, quia ridebitis: Beati eritis, cùm vos oderint homines, & cùm ſeparaverint vos, & exprobraverint, & ejecerint nomen veſtrum, tanquam malum propter Filium hominis. Gaudete in illâ die & exultate; ecce enim merces veſtra multa eſt in Cœlo.* Eadem omnibus beatitudo promittitur (& fortè realiter loquendo, in diſtributione univocatio reperitur: id non urgeo.) at formaliter ſingulis datur propter diverſa merita, adeòque ſub diverſâ ratione.

Luc. 6. Beatitudo in varias differentias dividitur.

Diviſio Subjecti in Accidentia; & Accidentis in ſubjecta.

DCXIV.

HAc utitur Apoſtolus inſtructurus Corinthios, ad quos in primæ Epiſt. cap. 15. nu. 38. hæc ſcribit. *Deus dat illi corpus ſicut vult: & unicuique ſeminum proprium corpus. Non omnis caro eadem caro: ſed alia quidem hominum, alia verò pecorum, alia volucrum, alia autem piſcium. Et corpora cœleſtia & corpora terreſtria: ſed alia quidem cœleſtium gloria alia autem terreſtrium. Alia claritas Solis, alia claritas Lunæ, & alia claritas Stellarum. Stella enim à Stella differt claritate; ſic & reſurrectio mortuorum.*

De Semine. De carne. De corpore. De lumine.

PRIMO Paulus, *Carnem in humanam, belluinam,* &c. dividit: &, ſi carnis conſtitutiva forma eſt ipſa anima, diviſio eſſentialis erit, & ad Genericam reduci poterit. At, ſi carnis forma materialis ſit, nempè illa, quam vocitant *Corporeitatem*, erit eadem in omnibus animalibus; & *Subjecti in Accidentia* hæc diviſio.

Apoſtolus de Carne.

SECUNDO, *Corpus in cœleſte & terreſtre* dividit; quæ membra multorum opinione differunt genere, & multorum ſpecie: at aliorum verò tantùm numero & accidentibus; & ſi omnia elementa & cœlum, quod Ariſtoteles *quintum Elementum* nominat, ſunt ejuſdem infimæ ſpeciei,

Corpore.

cici, & ſolùm accidentibus differunt, hæc diviſio *Subiecti in accidentia* etiam eſt.

In Claritate. TERTIO, *Claritatem in Solarem, Lunarem & Stellarem* dividens, Claritatem, quæ eſt accidens, dividit in diverſa ſubjecta.

Diviſum latiùs patet.

DCXV. *Diviſio Subiecti in accidentia.* PAulus primæ Corinthiorum duodecimo Catholicos in claſſes dividit, & ait; *Vos eſtis corpus Chriſti & membra de membro. Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſiâ, primùm Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò Doctores, deinde Virtutes, exinde Gratias curationum, Opitulationes, Gubernationes, Genera linguarum, Interpretationes ſermonum.* Conceptum communem in ſua membra diſtribuit, ſubiectum videlicet in diverſa accidentia, & ut oſtendat illum latiùs patere, nec poſſe cum ſingulis membris converti, ſic infit. *Numquid omnes Apoſtoli? numquid omnes Prophetæ? numquid omnes Doctores? numquid omnes Virtutes? numquid omnes gratiam habent curationum? numquid omnes linguis loquuntur? numquid omnes interpretantur? Æmulamini chariſmata meliora.*

An omnis Diviſio debeat fieri per duo oppoſita membra?

DCXVI. *Ramiſtarum opinio.* ASſerunt nonnulli Ramiſtæ, qui dicunt, *Animal, aliud eſſe rationale, & aliud irrationale; Vivens aliud eſſe ſenſibile, & aliud inſenſibile.* &c. quibus ſubſcripſit Quintus, tertius ſui Patris filius, quem ridet Owenus libr. 3. ad Henricum Epigr. 74.

Ab Oweno impugnatur.

Vna duos tantùm ramos, quaſi germinet arbor,
Dividis in partes omnia tota duas.
Si verum fieret diviſio quæque bimembris,
Eſt tua de patris, pars quota Quinte bonis?

Et libr. 2. ad Mæcenates Epigr. 47. in Ramiſtam bimembrem.

Definis primùm, tum dividis omnia; rurſum
Definis; iterum dividis omne genus.
In tot particulas generalia ſingula ſcindis,
Longior ut μέθοδ & ſit tua, quàm ſit ὁδὸς.

Puto aliquando contingere, ut diviſio per differentias poſitivas tradatur; at conor ſemper per contradictorias cum Ramiſtis DCXVII. *Eiuſdem opinionis cenſura.* deſcendere, quia id eſt multò clarius & melius. Accedit, quod multæ diviſiones, quæ videntur poſitivæ, ſint mediatæ; binas in exemplū proponam: nam Quantitatem in Lineam, Superficiem & Corpus: & Propriū in modos ſubalternos dividimus, cùm in immediatos putamus. Pono exempla.

Vera quantitatis diviſio.

QUANTITAS ſeu Extenſio in longum.
- & non in latum { LINEA.
- & latum.
  - & non in profundū { SUPERFICIES.
  - & etiā in profundū. { CORPUS.

PROPRIUM eſt quod convenit,
- Soli, non verò omni { PRIMUS MODUS
- Omni
  - non ſoli tamen { SECUNDUS.
  - Soli.
    - nō ſemper { TERTIUS.
    - ſemper. { QUARTUS.

Vera proprietatum diviſio.

Unde patet pleraſque diviſiones, ſi nō omnes, poſſe ad differentias binas & contradictorias reduci.

Methodus argumentandi in hâc materia.

VEniamus ad arguendi modum, quem Diviſio ſuppeditat; tam enim ille utilis, aut neceſſarius potiùs, ut tametſi uberius illuſtrandus ſit poſteà, debuerit hic breviter tradi. Omiſſis igitur aliquibus Argumentationibus Secundariis, quæ ad Primarias facillimè reduci poterunt, tres præcipuos argumentandi modos in materiâ Diviſionis reperio. DCXVIII. *Cur hic de hâc argumentandi formâ agatur?*

Primò enim per Deſcenſum diſiunctivum argumentari poterimus, eumque ſecundis inſtantiis roborare. DCXIX. *Deſcenſus.* Pono exemplum. *Petrus eſt vivens: ergo vel ſenſibilis vel inſenſibilis: atqui non eſt inſenſibilis; ergo eſt ſenſibilis. ergo eſt animal. Patet conſequentia, quia Vivens ſenſibile eſt animal.* Tunc iterum: *Eſt animal? Ergo aut irrationale aut rationale? non eſt animal irrationale, ergo eſt rationale: ergo Petrus eſt homo. Patet conſequentia, quia ipſe eſt rationale animal, & omne animal rationale eſt homo.*

Secundò, A membris dividentibus ad diviſum, ſive membra dividentia ponantur diſiunctivè, ſive copulativè, valet conſequentia affirmativè; ut, *Petrus aut eſt homo, aut eſt equus; ergo eſt animal. Patet conſequentia, quia tam homo quàm equus eſt animal.* Unde qui admiſerit illam diſiunctivam, cogetur etiam conſequentiam admittere. Clarior eſſet illatio, ſi aſſertiva, ut ſi diceres, *Eſt homo? ergo & animal.* *Aſcenſus.*

Tertiò, A diviſo ad aliquod membrum dividens non valet illatio affirmativa; ut, *Eſt animal, ergo eſt homo*; hæc conſequentia claudicat, quia equus eſt animal, & tamen non eſt homo.

Quartò, Illatio negativa valet à diviſo ad quodlibet membrum dividens: non verò è contra. Ideò eſt bona conſequentiâ hæc. *Non eſt animal, ergo nec homo; mala hæc, Non eſt homo; ergo non eſt animal.*

Quintò, Ab affirmatione diviſi, & negatione aliquorum membrorum dividentium ad illa quæ remanent valet conſequentia diſiunctivè ſi multa remaneant; aſſertivè ſi tantùm unum. Prioris modi ſit hoc exemplum. *Veritatem huiuſmodi expreſſit aliquis Evangeliſta, non Matthæus, non Ioannes: ergo vel Lucas, vel Marcus.* Sit etiam exemplum poſterioris. *Muſica percipitur ſenſu;*

ſu; ngn

ſu; non tactu, non viſu, non guſtu, non odoratu; ergo auditu.

* * * * * * * * * * * * * * * * * * *


DCXX. *Iam tandem ad Propoſitionum paſſiones & proprietates venio, quæ multa & varia, ſed ex illis tres cognitione digniores eligam; videlicet*, Oppoſitionem, Æquipollentiam, Converſionem; *quas ſingulari diligentiâ illuſtrabo.*

ARTICULUS XXXIII.

De Oppoſitione Terminorum.

DCXXI. RAtione Terminorum Propoſitiones opponuntur, quam ob cauſam antequam de Propoſitionum oppoſitione iudicemus, Terminorum oppoſitionem debebimus præmeditari. *Cur propoſitiones opponantur.*

Illi termini dicuntur oppoſiti, quorum alter de altero prædicari non poteſt; illosque ad quatuor has figuras ſpeciales teduco. *Termini oppoſiti.*



DCXXII. *Subalterni: Subalternati: Diſparati.* *Contrarii* termini dicuntur, qui ſimul abeſſe poſſunt, non tamē ſimul adeſſe. *Subcontrarij*, qui adeſſe quidē ſimul poſſunt, ſed non ſimul abeſſe. Sed *Contradictorij*, qui nec ſimul adeſſe, nec ſimul abeſſe poſſunt. *Subalterni* inferūt ſubalternatos, & illæ litteræ A. C. ſignificant Antecedens & Conſequens. Et tandem Diſparati dicuntur qui ſeorſim, aut etiam ſimul adeſſe vel abeſſe poſſunt. *Contrarij. Subcontrarij. Contradictorij.*

Figurarū præcedentium examen. IN PRIMA figurâ conſidero illos terminos *Homo, Non-animal*; item illos, *Animal, Non-homo*. In Equo illi ſimul abſunt, in nullo ſimul adſunt: ergo contrarij ſunt. Hi in Equo ſimul adſunt, & in nullo ſimul abſunt: ergo ſunt ſubcontrarij. Et tandem *Homo, Non-homo*; *Animal, Non-animal*. ſunt contradictorij. IN SECUNDA omnia ſunt clara & pervia. IN TERTIA noto *Hominem*, *Brutumq;* (ſive


hoc

hoc differentiâ aliquâ poſitivâ ſive negativâ conſtituatur) apud Logicos opponi contrariè;abſunt enim ſimul,& ſimul adeſſe non poſſunt. At *Non-bruti* & *Non-hominis* oppoſitio ſubcontraria eſt;quoniam lapis non-brutum & non-homo eſt: & nulla eſt res in mundo, quæ brutum & homo ſit ſimul. Nam ſi arborem in medium producam;nec de illâ verificabitur *Homo* , nec *Brutum*; nec falſificabitur *Non-homo*,nec *Non-brutum*. IN QUARTA , pono ob oculos connexionem diſparatorum terminorum. Saccharum enim eſt album & dulce ; mel dulce & non album,charta alba & non dulcis,nix nec dulcis nec alba.

Hic non agitur de unione hypoſtaticâ, nec de duarum formalitatum identificatione poſitivâ, qualis eſt inter animal & rationale.

DCXXIII. HÆc doctrina videtur alicui poni debuiſſe part. 1. ubi de Terminis & eorumdem paſſionibus actum ; at tanta eſt inter Terminorum & Propoſitionum oppoſitionem connexio,ut non potuerit ſequens Articulus à præcedente ſeparari. Hoc ipſum ibi notaviſſe me memini,nec eſt cur in re minutiſſimâ hæream. Id non urges,nec curas;at quia in Theologiam collimas,unum aut alterum Terminorum paradigma proponis. *Iubes igitur examinari primò* Malitiæ & Bonitatis connexionem & oppoſitionem: & ideo hanc figuram produco.

Oppoſitio Malitiæ & Bonitatis.



DCXXIV. Hanc terminorum cooptationem præſcindendo à rationibus & ſtando authoritati meræ judico eſſe probabilem ; à Viris enim doctiſſimis defenditur , & duplici principio plauſibili fulcitur;quorum primum eſt , *Bonum ex integrâ causâ , Malum ex quocumque defectu* , & ſecundum, *Non datur actus indifferens.* quibus poſitis repugnabit actus,qui ſimul ſit bonus & malus; item,qui ſimul nec ſit bonus nec malus. Quam ob rem *Bonum & Non-malum* (ſicut etiam *Malum & Non bonum*) erunt convertibiles termini.

An bonum ex integrâ causâ?

At nos , qui putamus demonſtrari poſſe & ſolere,cùm *Poſſe unum & eumdem actum eſſe ſimul malum & bonum*,tùm etiam , *Poſſe eſſe indifferentem, hoc eſt, nec malum nec bonum* , multò aliter de horum terminorum oppoſitione & connexione iudicamus. Mentem noſtram exponimus hoc paradigmate.

Figura moralium oppoſitionum vera.



Bonum, Malum;item *Non bonum* , *Non-malum*, item *Bonum, Non-malum*;itemq; *Malū, Non-bonū*, eſſe terminos diſparatos pronuntio,poſſeq; ſimul adeſſe & abeſſe, quod exemplis illuſtro. Eleëmoſyna ob gloriā vanā erogata, & bona & mala eſt;bona videlicet quà Eleëmoſyna, & quà vanè glorioſa,mala. Fricare barbā, actus eſt indifferēs,& ideò nec bonus,nec malus. Actus bonus & non malus erit,qui purè bonus;actus malus & non-bonus erit,qui purè malus;& uterq; videtur poſſibilis ; nā poteſt Amor Dei eſſe purè bonus;& Odium etiam Dei purè malum.

Actus ſimul bonus & malus, Actus indifferens.

Si de Bonitate & Malitiâ realibus ſermo ſit, res aliter debebunt diſponi. Deus enim erit purè bonus: Nihilū purè malum: creaturæ partim bonæ & etiam partim malæ. Actus realiter purè bonus in humanis non erit dabilis; omnis enim qualiſcumq; ipſe ſit,erit finitus,& finis ipſe realiter malus eſt, eſt enim ulterioris bonitatis abſentia: at in Divinis,quæcumq, aſſignetur abſoluta formalitas,realiter bona erit ; & quia infinitè bona,omnē malitiam & imperfectionē proſcribet. At repugnabit dari aliquid reale (poſitivum aut negativum) quod nec bonum,nec malū ſit;niſi forte nullā importare perfectionē aut imperfectionē Divinæ Relationes credātur.

Bonitas & Malitia realis.

An relationes divinæ nullam perfectionem importent.

DCXXV. *Iubes ſecundò examinari* Gratiæ & Peccati connexionem & oppoſitionem; & hanc Ego figuram ſubſcribo.

Oppoſitio Gratiæ & Peccati.



duum ab alio diſterminatur accidentium numero, quæ nunquam in alio eadem ſimul reperiri compertum eſt. Singula recenſet verſiculus ſequens,

Forma, Figura, Locus, Stirps, Nomen, Patria, Tempus.

quò fit, ut quodlibet Individuum *unum numero*, hoc eſt in ſe indiviſum, & ut ita loquar, incommunicabile atque à quovis alio diſtinctum numero.] Cæterùm audiendus non eſt; quoniam hæc accidentia non ſunt Eccetas, nec conſtituunt ſingulare, ſed ſingularitatem ſequuntur, & per illa ſingulares perſonæ non poſſunt definiri, ſed deſcribi.

DLXIX. *An ſingularia poſſint quodammodò definiri? Quid ſit perſona?* An ſaltem alia viâ poterunt definiri ſingulares perſonæ? Prodeſt legere D. Thomam, qui in 1 p. q. 29 art. 1. ſibi objicit. *Videtur quòd incompetens ſit definitio perſonæ quam Boëtius aſſignat in lib. de duabus nat. quæ talis eſt. [Perſona eſt rationalis naturæ individua ſubſtantia.] Nullum enim ſingulare diffinitur, ſed perſona ſignificat quoddam ſingulare. Ergo perſona inconvenienter diffinitur.* Et reſpondet, *Quod licèt hoc ſingulare vel illud definiri non poſſit, tamen id quod pertinet ad communem rationem ſingularitatis definiri poteſt. Et ſic Philoſophus* (in libr. categ. cap. 1. text. 1.) *definit ſubſtantiam primam; & hoc modo definit Boëtius perſonam.*

DLXX. At puto Singularem non eſſe indefinibilem, ſed nos carere notitiâ ut eum definiamus, unde ab Angelo illum definiri quis vetat? Imò & nos poterimus dicere, *Petrus eſt homo petreitatus*: & ſi quid ſit *Petreitatus*, interroges; reſpondebimus, ſicut *hinnibilis* nomine Peripatetici intelligunt illam differentiam, quæ contrahit Animal & conſtituit Equum, quæcumque ſit illa (eam enim non cognoſcũt) ſic me *Petreitata* vocabulo intelligere illam individualem differentiam, quàm dicit Petrus præter rationem ſpecificam hominis; illam ſcilicèt, quâ in eſſe Petri conſtituitur. Et hæc reſolutio Theologis favet, qui diſputant de unico & ſingulariſſimo Deo.

NOTA.

Hîc obiter advertendum eſt, non omnes eſſe Deſcriptiones, aut Definitiones accidentarias, quæ tales videntur. Audi D. Thomam in 1. part. quæſt. 19. art. 1. ad 3. dicentem. [*Quia ſubſtantiales differentiæ non ſunt nobis notæ, vel etiam nominatæ non ſunt, oportet interdum uti differentiis accidentalibus loco ſubſtantialium; puta ſi quis diceret*, Ignis eſt corpus ſimplex calidum & ſiccum: *accidentia enim propria ſunt effectus formarum ſubſtantialium, & manifeſtant eas.*] Hinc patet has definitiones. *Equus eſt animal hinnibile: Leo eſt animal rugibile*: non eſſe deſcriptivas, quia cum eſſentiæ horum brutorum nobis ignotæ ſint, & nominibus careant, his notis utimur, ut illas quodammodò ſignificemus. Quamobrem dicendum eſt *hinnibilitatem* poſſe bifariam ſumi; vel pro proprietate, vel pro differentia conſtitutivâ. Cùm ſumitur pro proprietate, eſt riſibilitati humanæ ſimilis: cæterùm aſſerendum eſt, eamdem, cùm ſumitur pro differentiâ, non ſe habere ad equum, ut Riſibilitas ad hominem, ſed ut ſe habet Rationalitas: quia enĩ nos vexit vocabulorũ defectus, ut hoc *hinnibilitatis* vocabulo non denominemus aliquam Equi proprietatem paſſionem-ve, ſed illam ſolam differentiam, quâ in eſſe Equi conſtituitur, & ab aliis animalibus primariò & intrinſecè diſtingui debet. DLXXI. *Verùm Definitio per proprietates ſit quandoque? Definitio Ignis. Equis Leonis. Accidentium nominibus interdum intelligimus ipſas ſubſtantias.*

ARTICVLVS XXIV.

De Definitione accidentariâ obſcurâ, ſeu Ænigmate.

DLXXII. *Si aliquod ænigma duas ſolutiones habeat, malũ eſt.* EO græcandi aut græcizandi libertas & cupiditas venit, ut ſæpè, ſi Latinus ſis, obſcurus fias. Græcis vulgus delectatur vocabulis, quorum loco ſi Latina reponas, non te intelliget. Nomen *Oenigma* in exemplũ produco. Univerſis eſt notum, at illud, quod apud Latinos æquipollet, ferè omnibus ignotum eſt. Gellius libr. 12. cap. 6. *Quæ Græci dicunt Oenigmata, hoc genus quidam ex noſtris Scrupos appellarunt*. & tamen hodie, ſi *Oenigma* dixeris ab omnibus intelligi poteris: ſi verò *Scrupum*, vix à paucis. Eſt autem Oenigma, obſcura quædam, ſed exacta deſcriptio, quæ proprietates & accidentia deſcriptæ rei enumerat, quorum ſingula ſeorſim aliis competere poſſunt & ſolent, omnia ſimul nõ poſſunt. Debet igitur Oenigma, ſicut Definitio & Deſcriptio, PRIMÒ cum re, quæ pingitur, converti; SECUNDÒ, nec patêre illâ latiùs nec ſtrictiùs. TERTIÒ, (& hoc illi ſpeciale eſt) congerere circumſtantias obſcuras, & quæ aliam rem omninò diverſam inſinuare videantur. *Multa Græca vocabula melius intelliguntur quàm Latina. Ænigma Scrupus. Ammeſcrupuli ſunt parva ænigmata. Leges Ænigmatum.*

DLXXIII. INter ſchedas meas antiquas multa occurrunt exempla, diverſis temporibus & locis, aut etiam diverſo ſtudio conformata: hoc propono.

* * * * * * * * * *

Quis ſim ſcire cupis? Tibi, Lector candide, prodo.
Infectus non ſum, nec factus. Noſco parentes
Et Salem & Lunam. Procedo à Patre frequenter,
Sed ſine Matre: tamen procedo à Matre frequenter,
Sed ſine Patre; duas geneſes ſum juſſus habere:

Duas Chriſtus generationes habet, divinam

& humanum: procedit à Patre ſine Matre: à Matre ſine Patre in ſecundo. Fuit crucifixus. Convertitur in panem & vinum vi verborum. Vocatur Magni conſilii Angelus. Scala Iacob. Protector. Redemptor

In neutraque locus Veneri datur: inter Iberos
A Venere exortus dicor: qui hoc dogma tuentur,
Non ſunt Heretici. Sum paſſus ſtigmata. flammas
Suſtinui plagas etiam; percuſſus honore.
Et meritis creſco. Cruce donor. Sum gratus ubique.
Vinumque & Panis, ſi vis convertitur in me,
Ex vi verborum, atque iterum converſio tota
Venerat unde redit. Vario ſum cognitus orbe
Nomine; Conſilii magni vocor Angelus; alter
Si baculum ſcalam-ve petas menſurus Olympum
Ipſe Iacobus ero: ſi inſurgant undique gentes
Ad me confugias, ero ſcutum tempore belli,
Si vaſro infelix tandem capiaris ab hoſte,
Ipſe Redemptor ero: lytro pretioque ſalutis,
Corpore qui careat noſtro, mihi credo, carebit.
Hæc ſatis. Expoſui, quis ſim. Venerabile Lector,
Me eſſe Sacramentum ſi affirmas, falleris ergo
Si me noviſti, proprio me nomine prode.

* * * * * * * * * * * * * * * * * * * *

DLXXIV. Et quidem primo intuitu Chriſtus depingi videretur; multa enim cenſerentur illi uni & ſoli convenire. Aliqua ediſſero.

Anbœc carmina ſint intelligenda de Chriſto.

Illa verba, *Infectus non ſum, nec factus*, videri poſſent his ſimilia, videlicet, *Genitus non factus, conſubſtantialis Patri*, &c.

An Chriſtus fuerit factus?

Illa *Duas geneſes ſum juſſus habere*, viderentur duas Chriſti reſpicere generationes; æternam videlicet & temporaneam: de quibus S. Hieronymus libr. 1. Comm. in Matth. in initio. [In Iſaiâ legimus, *Generationem eius quis enarrabit?* Non ergo putemus Evangeliſtam Prophetæ eſſe contrarium, ut quod ille impoſſibile dixit effatu, hic narrare incipiat: quia ibi de generatione Divinitatis (fortè, Divinâ) hîc de Incarnatione dictum eſt.]

De Chriſto duplex generatione. An ſit eſſa-bilis?

DLXXV. Verba illa, *Noſco Parentes & Solem & Lunam*, etiam Chriſto conveniunt: quoniam Pater æternus Sol eſt, & Chriſtus *ſplendor Paternæ gloriæ De luce lucem proferens, Fons lucis & fons luminis, Diem dies illuminans.* Et hujus Solis Luna eſt Virgo ſanctiſſima, quæ ab Eccleſiâ *Pulchra ut Luna* vocatur. Et quidem ille à Sole (hoc eſt, à Patre æterno) ſine matre naſcitur: & à Luna (hoc eſt, à puriſſimâ Virgine) ſine Patre. *In neutrâque Locus Veneri datur*: quoniam Maria, etiam poſt partum, Virgo eſt.

Deus Sol. Chriſtus Solis radius. Maria Luna. quæ ſemper Virgo.

Illa etiam verba, *ſum paſſus ſtigmata, flammas ſuſtinui, plagas etiam; percuſſus honore & meritis creſco; cruce donor; ſum gratus ubique.* Chriſti paſſionem & Charitatem, quæ ignis eſt, viderentur ob oculos ponere.

Chriſtus paſſus.

Illa tandem, *Vinumque & Panis, ſi vis converti-tur in me. Ex vi verborum; atque iterum converſio tota, Venerat unde redit.* ad Euchariſtiam clariſſimè ſpectare videntur.

Euchariſtia.

Ecilla, *Vario ſum cognitus orbi Nomine*, non diſſentiunt à Chriſto ob varias virtutes & prærogativas multis nominibus ſignificato. Et quidem Chriſtum vocari *Magni Conſilii Angelum, Fragilitatis humanæ baculum, Cæli ſcalam, Iacobum alterum ſcutum, Redemptorem, Lytrum & pretium ſalutis. &c.* certum eſt.

Varia Chriſti Domini nomina.

DLXXVI. Sed Nihilominùs his verſibus Chriſtum Dominum non deſcribi aſſero; aut, ſi aliter putas, hæc Chriſto appropria. *Procedo à Patre frequenter. . . . . à Matre frequenter.* An-ne frequenter divinitùs aut frequenter humanitùs naſcitur Chriſtus? Si *duas geneſes eſt juſſus habere*, juſſus eſt naſci à Patre, & ſi juſſus, minor Patre eſt, ut olim deliravit Arrius. Diſſonat etiam Chriſto Domino illud, *Inter Iberos à Venere exortus dicor; qui hoc dogma tuentur, Non ſunt heretici.* Chriſtum enim actu venereo genitum ſine hæreſi affirmari non poteſt; undeà novis Ordinis Ciſtertienſis Breviariis expungi curarunt illud tetraſticum. *Fuit Virgo Ioſeph ſociata caſto, Ut Ieſus Chriſtus ſpeculum pudoris, Virgine matre, copulâ pudicâ Conciperetur*: quod tameſi calamo pio ſcriptum, multis fuit viſum intolerabile, ob extrinſecam apparentiam erroris. Tandem ſi illud, *Flammas ſuſtinui* dicatur metaphoricè intellectum iri; illa verba, *Venerabile Lector, Me eſſe Sacramentum, ſi affirmas, falleris*, torqueri non poſſunt. Stat ergo Chriſtum non deſcribi iſtis verſibus.

Reſpondetur Chriſtum non deſcribi his carminibus. Ratio prima. Secunda. Tertia. Quarta. Quinta.

Quid igitur illis deſcribitur? Nummus. Et ut liquidò conſtet, Paraphraſim iſtam adjungo.

Sed Nummum, Monetam, Pecuniam.

Sic Nummus loquitur.] *Quis ſim ſcire cupis? Tibi, Lector Candide, dicam.* Sum Nummus. Et quidem nomine univerſaliſſimo indigitor; quoniam, ut benè notavit Calepinus, Nummus *eſt generale nomen, & de quâlibet pecuniâ ſive monetâ dici poteſt, ſive aurea ſit, ſive argentea, aut etiam ærea.* Et ut ſequentia intelligas, adnotato Metallum aliud eſſe infectum, aliud factum: & aliud ſignatum. *Infectum* dicitur rude & nondum elaboratum; *factum*, quod in vaſa aliamve ſupellectilem fabricatum; *ſignatum*; autem eſt pecunia. Quod Authorum teſtimoniis confirmo. Pomp. ff. de aur. & arg. Leg. *Argento facto Q. Mutius ait vaſa argentea contineri, velut trullas, paropſides, pelves, & his ſimilia.* Et Ulpianus l. Q. Mutius. ff. de aur. & arg. *Cui aurum vel argentum factum Legatum eſt, ſi fractum vel colliſum fuerit, non continetur.* Virgilius Æn. 10. *Sunt auri pondera facti Infectique mihi.* Et Seneca e. de benef. *Libentiùs donabo argentum factum, quàm ſignatum.* Ergo, ſiquidem hæc ſunt vera, & labio omnium Latinorum conformia, Ego Nummus, *Infectus non ſum, nec factus, ſed ſignatus.* Si, quibus parentibus ſim ortus, rogas; ſcias Aurum à Chymicis & rei metallariæ peritis dici *Solem*, Argentum *Lunam*, Cuprum *Venerem.* (Scio Cuprum nonnullos alii aut alii Planetæ attribuere; ſed Cuprum & Cypridem à Cypro dicta, ſeparare non volui.) quibus præmiſſis ſic reſpondeo. *Noſco parentes, & Solem & Lunam* (videlicet Aurum Argentumque) *procedo à Patre* (Auro) *frequenter, ſed ſine Matre* (argento) *frequenter, ſed ſine Patre* (Auro:) *duas geneſes ſum juſſus habere*: quia leges Nummos aureos cupri & argenti expertes, & argenteos cupri & auri expertes percuti & ſignari præcipiunt: adeòque *in neutrâ* (geneſi, fuſione, formatione) *Locus Veneri* (ſeu Cupro) *datur. Inter Iberos.* (& idem eſto judicium de aliis gentibus quæ cupreis monetis utuntur) *A Venere* (Cupro) *exortus dicor: qui hoc dogma tuentur, Non ſunt heretici*, ſed dicunt ſinceram veritatem. Dum parabar in laminas, *ſum paſſus ſtigmata; flammas ſuſtinui*, dum fundebar crucibulis; *plagas etiam*, dum ſignabar in pilis. *Percuſſus* & ſignatus

Quid ſit Nummus? Metallum infectum, factum, ſignatum. Sol & Luna ſunt Chymica metallorũ nomina. Cupri & Cypridis analogia. Moneta aureæ, argentea ſunt pura. Moneta cuprea apud Hiſpanos. Utrum ſignatum an factum metallum plus valeat?

honore valore & meritu creſco; plus enim valet ſignatum metallum infecto. *Cruce donor* in pleriſque Provinciis; nam Luſitani præcipuè, ſuus nummos aureos *Cruzados* vocant, & Germani ſuos aſſes *Cruzigeros*, & vix eſt Chriſtiani Principis moneta, quæ cruce careat. Et quia auro & argento delectantur mortales, *ſum gratus ubique*. In nummos omnia verti poſſunt, quia vendi; nummi in omnia, quia emi; & quia contractus, verborum virtute ſubſiſtunt, juxta illud *Verba ligant homines, Taurorum cornua funes*. dixi uoi, *Vinumque & panis, ſi vis, convertitur in me ex vi verborum; atque iterum converſio tota, Veneras unde redit*. Et quidem apud gentes & regiones varias *vario ſum cognitus orbi Nomine*. *Conſilii magni vocor Angelus* (nam Anglus ſuos aureos *Angelotes* nominat, & qui iis abundat ubique terrarum ſupremi conſilii rector eſt.) aureos alios recentiùs cuſos, *Iacobos* vocat; & juxta Politicorum opinionem, qui Jacobis arcas divites habeat, Jacobi baculo (instrumentum Aſtronomicum eſt) & Scala Jacobi (quâ in aulâ Regis aſcendat) carere non poterit. In aliis locis Nummus aureus *Scutum* dicitur; & hinc intelligenda, quæ dixi de Angelo, Jacobo & Scuto. *Si vaſro infelix tandem capiaris ab hoſte, Ipſe NVMMVS redemptor ero*. quam ob rem *lytro pretioque ſalutis, Corpore qui careat noſtro* (hoc eſt, auro & argento) *mihi crede carebit*.

Cruzati & Cruzigeri nummi.
Omnia convertuntur in nummos & nummi in omnia.
Angli aurei.
Iacobi aurei.
Scuta aurea.
Auro redimuntur captivi.

ALIUD.

DLXXVII. PLato, ut habet Honnæus in Prodidagmatib' Logices, hoc proponit ænigma. *Homo non-homo, videns non videns, percuſſit non-percuſſit, avem non-avem, lapide non lapide ſuper arbore non-arbore*. Illud ego aliquando redegi ad iſtos numeros

Ænigma antiquiſſimum.

In ſylva arbor erat, quæ non erat arbor; ab eius
Mira comis pendebat avis, quæ erat haud avis: illam
Vir, qui non vir erat, petrâ, quæ petra, Philarche,
Non erat, haud tetigit, preſſit nihilominùs ipſam.

Hoc eſt (inquit Ludovicus Vives in Commentarii ad xxv. cap. libr. vii. D. Auguſtini de Civitate Dei) *Eunuchus Luſcus percuſſit pumice veſpertilionem ſuper Sambuco*. De eodem legi poterit Marſilius Ficinus in argumento ſuo in quintum dialogum Platonis de Republicâ, ubi *Avem non avem* interpretatur alam Veſpertilionis. De ipſo etiam Arcæus in Logicâ cap. 7. agens de negationibus; ubi *percuſſit non percuſſit*, ſic intelligit, ut ille, pumice non Veſpertilionem, ſed ſambucum tetigerit, & ramus tactus avem excuſſerit & occiderit.

Exponitur

ALIUD.

DLXXVIII. OWenus libr. 2. ad Henricum, Epigrammate 11. hoc etiam Ænigma proponit;

Dic mihi quæ fuerit mater, cui Filia nupſit?
Cujus erat Mater maſcula, nemo Pater?

& intelligit, quod Adamus fuerit Mater maſcula, cui Eva Filia nupſerit; Eva inquam, cujus nemo fuit pater. Sed hîc ego majorem verborum proprietatem requirerem.

Eva & Adamus.

ALIUD.

Et libro ſequente Epigramm. 82. DLXXIX.

Dic mihi quæ in cælis exſtat vox integra cujus
In terris tantum ſyllaba prima patet?

Et hæc vox, quàm inquit, eſt *Fel-icitas*. cujus prima ſyllaba (nempe *Fel*) apud mortales reperitur.

Fel & Felicitas.

Hinc Concionator exurere poſſet conceptum quo oſtenderet, omnes qui patiuntur propter juſtitiam, beatitudinem æternam prælibare.

Quinam gloriam cæli delibent?

ALIUD.

Et ibidem Epigrammate 120. hoc Arithmeticum Ænigma explicandum proponit.

Addideris unum nihilo, nihil inde creatur.
Adde uni nihilum, naſcitur inde Decas.

Unitas & Decas.

Quoniam 01 non eſt plus quàm 1. at 10. eſt decuplo plus quàm 1. Hic etiam notare Concionatores poterunt, quanti ſit virtutis ſit humilitas. Ipſa eſt humilis (0) ciphræ arithmeticæ, quæ eſt *sine vi*. nihil; at dum quis ob humilitatem adnihilatur & exinanitur ſingulis actibus adquirit unam ciphram, unam adnihilationem, & qui prius erat ſanctus ut 1. poſteà eſt ut 10. ut 100. ut 1000. ut 10000. &c. exaltatur enim à Deo, & donatur *Amici Dei* nomine, quod eſt ſuper omne humanum & terreſtre nomen.

Humilitas.

Hinc lux illis verbis, *ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens*: &c. hinc colligi evidenter poterit, quanti valoris fuerit Chriſti humilitas. Hinc etiam quanti valoris illa verba, *Ecce ancilla Domini. fiat mihi ſecundum verbum tuũ*. Qui conceptus alibi à nobis uberius poterunt dilucidari.

Chriſti merita.
Deiparæ merita.

NOTA.

DLXXX. QUærunt Philoſophi, aut potiùs Theologi in Philoſophiâ, an obedientialis potentia, vi cujus Deus ex quâcumque re, poſſit facere quamlibet, ſit admittenda: negant iſti, illi aſſeruunt; & dum ipſi malè inter ſe conveniunt, nobis potentiam obedientialem reperiri in Ænigmatibus abſolute dicamus. Poteſt ingenium fœlix ex quolibet lapide conformare Mercurium, & tanta eſt ænigmatiſ præſentis eruditio, ut muſcam poſſit & ſoleat in elephantem transformare. Vidi in hoc genere audere Philoſophorum mentes, & multa generosè conari: & hanc ob rem exiſtimarem valdè cautè & doctè Ænigmata debere componi, ne contra Authorum mentem per metamorphoſes diverſas Lectorum ingenia torqueantur.

An detur potentia obedientialis
An Ænigmata poſſint quoquo verſum torqueri

ARTI-

ARTICVLVS XXV.

De Definitione eſſentiali.

PErfectiſſima omnium propoſitionum definitio eſt; & definitionum eſſentialis: ipſa etiam definitur. Si conſulas Ariſtotelem *primi Topicorum quarto* dices eã eſſe *Orationem exprimentẽ quiditatẽ rei.* DLXXXI. *Perfectiſſima propoſitio, quæ? Perfectiſſima definitio, quæ?*

Hinc patet cur talis vocetur. Non dicitur definitio, quòd quiditatem finiat, & circumſcribat, ut benè notavit Hurtadus *diſp.* 5. *ſumm.* §. 4. quia licèt daretur creatura quantitate & qualitate infinitis prædita, aptè definiretur: Deus enim nobis in viâ cæcutientibus indefinibilis eſt, non quia infinitus, ſed quia inadæquatè & imperfectè cognitus, unde, ſi quis divino privilegio eum perfectè cognoſceret, etiam eum definiret. Definitio igitur gradus perfectionis non determinat ſed ſeriem quiditatis; unde ſi Deus quà ſubſtantiam infinitam dicit, eſſet quiditativè definiendus, definitio in ſubſtantiæ prædicamento quæreret rationem communem & differentialem, quin ad attributa aut alia prædicamenta tranſiret. At quia Infinitas omnia prædicamenta tranſcendit, cùm deſcribitur Deus, ad omnia prædicamenta recurritur. *An perſit Ens infinitum definiri? An Deus ſit definibilis? An Deus permeat omnia prædicamenta?*

DLXXXII QUàm ſit difficile vel unam eſſentialem definitionem dare, noſcunt illi, qui rerum eſſentias meditantur; noſcunt, qui libros legũt: quoniam Philoſophorum ævo, Quid eſſet homo? ſummo ſtudio & diligentia quærebatur, & tamen pronunciatæ fuerunt indigniſſimæ & ineptiſſimæ definitiones. Humana mens ſenſuum indiget manuductione, & iſti ultra accidentia nun ſubrepunt, adeòque nemini mirũ erit, ſi humana mens, licet acuta & culta, neſciat rerum veras eſſentias reperire. Agemus interim de definitionibus quiditativis, ut ſi fortè aliquis ſit, qui quiditates noſcat, ſciat quo debeat modo rerum eſſentias definire. Si omnes eſſemus cæci, adhuc eſſent vera quæ tradit & demonſtrat Optica, nec eſſent omninò inutilia, poſſent enim addiſci ingenii exercendi ergo, ſi fortè aliquando oculis donaremur. Rem dixi. Ut eſſentias videamus, cæci ſumus. Ars definiendi eſt Rationalis optica, quæ nos docet illas dilucidare: nec tamen abſolute inutilis: quoniam exercemus ingenia, & addiſcimus artem, quâ utemur in Empyreo, aut etiam in terris aliquando, ſi cææ menti noſtræ indiderit oculos Deus, quibus inſpiciat prædicata eſſentialia. *An definitiones eſſentiales facilè negotio conformentur? Hominis definitio. Mens à ſenſibus pendet. Cur ſit de definitione differendum? Vt videas rerum eſſentias homo eſt cæcus?*

ARTICULUS XXVI.

De Definitione Logicâ.

ESſentialis ea eſt & duobus prædicatis componitur: quorum primum debet latiùs patere quàm definitum, alterum huius latiùs patentis univerſalitatem contrahere & determinare, & eò deducere ut omni & ſoli definito conveniat. DLXXXIII. *Quid illa ſit?*

Si definitum ſit ſpecies, ut *Homo, Animal,* debet per genus & differentiam definiri, ut cùm dicimus, *Homo eſt animal rationale.* & *Animal eſt vivens ſenſibile.* Ecce in Hominis definitione duo componuntur prædicata: *Animal* latiùs patet, quàm *Homo* definitus, quia etiam bruta ſunt animalia: *Rationale* autem contrahit animal ad omnem & ſolum hominem, ita ut quod poterat aliis ſpeciebus competere (puta, Leoni, Elephanti, &c.) imò poſſit ipſi humanæ non competere (puta, ſi afficeretur hinnibilitate aut rugibilitate; homo enim non eſt animal hinnibile, aut rugibile) jam tandẽ affectum rationalitate, ita humanũ evadit, ut nulli nõ homini poſſit cõvenire, & nulli homini nõ-cõvenire. *Quo modo definiatur ſpecies?*

Qui dicunt Ens nõ eſſe ſummũ genus, debent aſſerere ſuprema Prædicamẽtorũ capita, ſeu genera (nempè Subſtantiã, Accidens; aut ſi qua ſunt alia, quæ immediate ſubiiciantur Enti) per genus & differentiam definiri non poſſe: errant tamen cùm dicunt non poſſe definiri, quia cùm dicimus *Subſtantia eſt Ens per ſe,* quiditatem ejus à priori attingimus, ponentes rationem *Entis,* quæ definito *An Ens ſit ſummum genus? Quo definiantur modo ſuprema capita categoriarum?*

communior eſt, & rationem *perſeitatis* quæ eſt conſtitutiva. Nos autem qui *Ens* genus univerſale & univocum facimus, faciliùs ab hâc difficultate expediemur dicentes omnem definitionē Logicam debere ex genere & differentiâ coaleſcere.

DLXXXIV *Quid ſit Albedo: & qualiter definiantur?* Accidentia bifariam poſſunt conſiderari, in concreto, in abſtracto. ABSTRACTVM formale, quale *Albedo*, definitur per genus & differentiam, ut *Albedo eſt color diſgregans viſum*: ratio *coloris* genus eſt conveniens etiā Nigredini; Virori, & aliis: ratio *diſgregandi*, colorem genericum contrahit, & talem colorem (hoc eſt *Albedinem*) conſtituit. *Duplex accidentium acceptio.*

Accidens in CONCRETO etiam definitur per genus & differentiam, ut cùm dicimus, *Album eſt coloratum visûs diſgregativum*; ibi enim *Album* eſt definitum, *Coloratum* genus, & *diſgregativum* differentia.

An poſſit definiri Ens? Ipſum *Ens* cùm ſit ſupremus & ſimpliciſſimus conceptus, ſicut nec conſtituitur genere & differentiâ, ſic nec Logicè definiri poteſt: deſcribi ſolet à peritis paſſionibus aut inferioribus conſideratis.

DLXXXV *Definitio Logica cōſtat genere & differentiâ.* DEfinitio Logica illa eſt, quæ fit per genus & differentiam: at in inveniendis his cōceptibus labor & opus magnum eſt. Ponamus igitur unum exemplum, ut rem optimè intelligamus. Et, ut notiora nos ad ignotiora conducant, Hominem ob oculos noſtros ponamus. Quid ille eſt? *Animal rationale.* In hâc definitione *Animal*, eſt gen⁹: *Rationale* differentia: definitio formalis eſt *Animal rationale*: & definitio integra, tota hęc enūtiatio, *Homo eſt animal rationale*. *Definitio alia eſt formalis, & alia integralis.*

Hominis definitio. An-ne hæc Hominis definitio (videlicet, *Homo eſt animal rationale*) admittitur ab univerſis? Minimè: quoniam D. Ambroſius Mediolanenſis Archiepiſcopus varias Hominis definitiones adſumit, & radiis illuſtrat moralibus, & inter alias hanc, *Homo eſt mens, quæ eſt rationis capax*. Putant Critici mendum ſubeſſe, nulla enim eſt mens rationis incapax, & ut ſit, dicunt hanc eſſe definitionem malam, ut poté in Regulam ſecondam impingens, & aliis à ſuo definito conveniens; nimirum Angelis, qui Mentes ſunt & rationis capaces. Et hanc ob rem jubent legi, *Homo eſt mens corporis capax*: & hoc modo excludunt Angelos, qui tametſi Mentes eximiæ ſint, corporum capaces non ſunt. Hanc definitionem ex D. Ambroſio *libr. de Noë & Arcâ. cap. 4. circa med.* deſumunt, & putant bonam eſſe, quia conſtat genere & differentiâ, nam in ratione mentis conveniunt genericè Homines & Angeli, & differunt ratione corporum, Angeli enim ſunt mentes corporum incapaces: & Homines ſunt etiam mentes, ſed capaces corporum. Conſequenter communem illam Categoriam ſubſtantiæ, videlicet, *An Rationale in Hominis definitione ſit genus?* *Categoria ſubſtantiæ.*

- *Subſtantia.*
  - *Spiritualis.*
  - *Corporea*
    - *Vivens*
      - *Senſibilis.*
        - *Rationalis.*
          - *Petrus.*
          - *Ioannes.*
          - *Franciſcus.*
        - *Irrationalis.*
      - *Inſenſibilis.*
    - *non vivens.*

An homo & bruta conveniāt genere? condemnant & reiiciunt, & quia nolunt Homines & Bruta genere convenire, paulò aliter Prædicamentum coordinant. Sic gradus & conceptus diſponunt.

- *Subſtantia.*
  - *Incorporea*
    - *Angeli.*
    - *Homines.*
  - *Corporea.*
    - *Animantes.*
    - *Plantæ.*

Et quia dum nolunt ſub genere materiali Animam rationalem collocare, & vident hîc ſub genere ſpirituali corpus humanum poni, paulò aliter alij Categoriam coordinant illam ad gradus ſequentes reducendo: nimirùm, DLXXXVI. *An Homo ad corpoream, an verò ad Subſtantiam incorpoream pertineat?*

- *Subſtantia.*
  - *Incorporea.* — *Huc Angeli, Archangeli. &c.*
  - *Mixta.* — *Huc univerſi Homines.*
  - *Corporea.* — *Huc Bruta, Plantæ, Metalla & Elementa pertinent.*

Hanc ultimam Categoriam videtur approbare Auguſtinus, *Serm. 18. in Ioann.* qui ſic inquit. [Alia eſt vita pecorum, alia hominum, alia Angelorū; vita pecorū terrenis voluptatibus æſtuat, id eſt, ſola terrena quærit; vita Angelorum ſola cæleſtia: vita hominum media, & inter vitā angelorum & vitam pecorum. Si vivit homo ſecundum carnem, pecoribus coniungitur, ſi ſecundū ſpiritum, angelis ſociatur.] *An ad mixtam potius?*

NOTA.

SI habemus nomina ſufficientia omnem poſſemus Definitionem Logicam duobus complere: nam illa debet conſtare genere & differētiâ; & ſi ſuccurrerent ſemper duo nomina, quorum alterum ſignificaret genus, alterum differentiam, duobus nominibus poſſet cōſtitui. At quia caremus vocibus, circumloqui cogimur, & unā eandemq; re multis vocibus ſignificare. DLXXXVII. *Cur utamur interdum multis verbis?*

Inquiris autem, An ceſſante eiuſmodi neceſſitate, liceat uti pluribus vocibus in definitione eſſentiali? An poſſim⁹ per genus remotū & differentias inferiores definitionem concinnare? & inveſtigas, An ea ſuppoſitione quod definitio Hominis ſit *Animal rationale* poſſis omnes gradus quos imbibit animal, exprimere, & dicere, *Homo eſt vivens ſenſibile rationale*? vel uberiùs, *Homo eſt ſubſtantia corporea, vegetativa, ſenſitiva, rationalis*. *An liceat per gradus definire?*

Reſpondeo Peripateticas Definitiones debere, ſi fieri poſſit, duabus vocibus tantùm cōſtare: definitiones illas, quæ per unum genus remotum & multas differentias fiunt (quales ſunt illæ duæ, quas dediſti) non eſſe Peripateticas, ſed tamen Peripateticis clariores & meliores; rei enim, quam in plures dividunt formalitates, altiùs naturam & ingenium dilucidant. DLXXXVIII. *An dentur definitiones meliores & clariores Peripateticis?*

ARTI-

ARTICULUS XXVII.

De Definitione hypoſtaticâ.

DLXXXIX *Varia Definitionum genera.*

DIcunt Philoſophi genus & differentiam eſſe partes logicas ſubſiſtentiam & naturam eſſe partes metaphyſicas; & tandem materiam & formam eſſe partes phyſicas. Cur ſic loquantur, non eſt noſtri inſtituti diſquirere; adeòque eorum utemur labio, quamdiu ſine doctrinæ detrimento poſſimus. Dico igitur illum rem definire, qui ob oculos ponit ejus partes; qui, ſi ob oculos ponat partes logicas, dabit definitionem logicam; phyſicam, ſi phyſicas; & metaphyſicam, ſi metaphyſicas. *Metaphyſica* igitur definitio, ut ſit legitima debet habere in recto ipſum *Habens*, & naturam, quæ habetur, in obliquo. Patet in his; *Homo eſt habens humanitatem*, *Animal eſt habens animalitatem*, *Equus eſt habens equinitatem*: qui definiendi modus etiam poterit exerceri in divinis, ut cùm dicimus *Deus eſt habens Deitatem*: in omnibus his definitionibus ſemper *Habens* ſumitur pro *ſuppoſito*, idem eſt enim *habens Divinitatem*, ac *ſuppoſitum habens Divinitatem*.

Partes Logica, Phyſica, & Metaphyſicæ quæ?

Quid ſit ſuppoſitũ quid Habens?

DXC. Accidentia in concreto, ſi ſint definienda metaphyſicè, expriment rationem *habentis* in recto, & abſtractum formale in obliquo, ut *Album eſt habens albedinem*, *Nigrum eſt habens nigredinem*, *&c.* ubi illud *Habens* ponitur pro ſubjecto: cùm enim dicimus *Habens albedinem*, poſſemus æquivalenter dicere, *Subiectum affectum albedine.*

Quo modo accidentia definiantur?

An poſſint abſtracta definiri? Abſtracta ſubſtantialia, ut *Humanitas*, *Equinitas*, *Animalitas*; & accidentalia ultima, ut *Coloreitas*, *Albedineitas*, *Relateitas*, *&c.* metaphyſicè definiri non poſſunt: ratio eſt, quia non conſtant partibus metaphyſicis, nempe aut ſubſiſtentiâ & ſubſtantiali naturâ, aut fundamento & naturâ accidentali.

Abſtracta alia ſunt ultima, & alia non ultima.

DXCI. *Quid ſubſiſtentia ſit?*

SEd quid eſt hypoſtaſis aut ſubſiſtentia? An-ne ſine ejus cognitione poterimus hypoſtaticas Definitiones conformare? An-ne ſubſiſtunt accidentia? & ſi non, quid ſignificant illa abſtracta ultima *Coloreitas*, & *Albedineitas*?

An ſit modus, vel res? An ſit entitas negatio?

Reſpondeo apud Metaphyſicos difficilem hanc quæſtionem eſſe: alij enim exiſtimant ſubſiſtentiam rem eſſe; alij eſſe modum; alij non eſſe realitatem aliquam poſitivam, ſed ſimplicem quamdam aut compoſitam negationem. Addo hanc eamdem quæſtionem apud Logicos & Vocales præcipuè, eſſe facillimam; quibus quidquid Metaphyſici dicant aut negent, perinde eſt: nam ſuppoſitum eſt id quod ſignificat iſta vox *Habens* in hâc Definitione *Homo eſt habens humanitatem*: ſive illud *Habens* ſit negatio aut modus, quod non puto; ſive ſit res, quod videtur ipſamet ſuſtentandi virtus poſtulare.

Reſolutio dialectica.

Suppoſitũ eſt habens & ideò eſt Res.

De accidentibus dico in illis non hypoſtaſim, ſed parypoſtaſim, hoc eſt, hypoſtaſis umbram & ſimilitudinem inveniri: Utrùm autem iſta parypoſtaſis ſit res, aut modus, aut negatio aliqua, Metaphyſicis inquirendum & dilucidandum relinquimus, nobis enim Logicis ſufficit ſcire parypoſtaſim eſſe id quod ſignificatur voce *Habentis* cùm dicimus, *Albedo eſt habens albedineitatem.*

De parypoſtaſi accidentium.

ARTICVLVS XXVIII.

De Definitione phyſicâ.

DXCII. *Quid ſint partes phyſicæ?*

PArtibus phyſicis conſtare debet: hæ ſunt, Potentia & actus: nempè in ſubſtantialibus Materia prima & forma: ſubiectum & forma inhærens in accidentalibus.

Quæ ſint

Primò dicendum eſt, Deum phyſicè definiri non poſſe, quia caret materiâ & formâ tanquam partibus phyſicis, tum etiam quia Deus accidentium eſt expers. Sed hîc

Deus phyſicè non definitur.

obiter notandum eſt Thomiſtas, qui doctè in Deo eſſentiam à naturâ diſtinguũt, aſſerentes conceptum eſſentiæ Divinæ in Aſeitate, & conceptum naturæ Divinæ in Intellectione conſiſtere, concipere duas formalitates à materiâ & formâ phyſicis fundamento deſumpto, & poſſe definitionem ſimilem phyſicæ formare: qui enim dicunt, *Homo eſt ſubſtantia finita, ex corpore & animâ realiter diſtinctis compoſita*: cur non poterunt conſequenter dicere, *Deus eſt ſubſtantia infinita compoſita intellectualiter ex Aſeitate & Intellectione (eſſentiâ & natura) realiter identificatis?*

An Angeli corporei ſint? An conſtent corpore & animo? — *An poſſint Angeli ... An ſint corporei?*

Secundò, Veteres, qui aut Angelos corporeas crediderunt, aut ſaltem ex corpore & animâ compoſitos, potuerunt illos definire phyſicè dicentes, *Angelus eſt qui componitur materia & forma angelicis*: vel *Angelus eſt qui conſtat ex corpore æthereo & anima ſuperſpirituali*: voluerunt corpus Angelicum eſſe alterius materiæ quàm humanum, imò & Angelicas animas Superſpirituales nominabant, ut ab humanis diſſiderent. Sed cùm hi antiquorum errores exoleverint, aliter debes angeloſophari.

An potentiâ & actu ſpiritualibus? — *An compoſiti ſint potentiâ & actu ſpiritualibus?*

Iuniores, qui D. Bernardo ſubſcribentes, illos ex potentiâ & actu ſpiritualibus componunt, ipſis duas partes phyſicas adtribuunt; nimirum, ſpiritualem potentiam, quæ correſpondeat materiæ primæ: & actum incorporeum, qui formæ ſubſtantiali. Hi igitur Angelos phyſicâ definitione poſſunt explicare dicentes, *Eos eſſe compoſitos ex potentia & actu immaterialibus.*

An compoſiti ex actu & potentiâ ſpirituali?

Qui ſentiunt illos eſſe ſubſtantias ſimplices, tenebuntur aſſerere, eos phyſicè definiri non poſſe.

Subſtantia incompleta definiri non poſſunt. — *An ſint ſubſtantiæ ſimplices?*

Tertiò omnes ſubſtantiæ naturales, phyſicè definiuntur, ut cùm dicimus, *Subſtantia completa conſtat materia & forma, Vivens materia & vita, Animal corpore & anima, Homo corpore & animo, Petrus hoc corpore & hac anima rationali.* Materia & forma ſeorſim ſumptæ, cùm ſubſtantiæ completæ non ſint, ſed ſubſtantiæ completæ partes & elementa (unde *incompleta* dictæ) carent partibus phyſicis, & phyſicè definiri non valent.

An accidentia, & qualitat?

Quartò omnia etiam accidentia in concreto definiuntur phyſicè, ut *Album componitur ex ſubiecto ſubſtantiali & albedine*, &c. Accidentia in abſtracto non poſſunt definiri phyſicè, quia carent phyſicis potentiâ & actu.

DXCIII. *An præter Ariſtotelicam ſit alia compoſitio phyſica?*

AN præter compoſitionem ex materiâ & formâ ſit alia quæ debeat *phyſica* nominari, & poſſit Phyſicæ Definitioni ſervire, diligenter inquiris, & ego reſpondeo breviſſimè: nullam eſſe de facto, aut ſaltem eſſe nobis ignotam, ſi ſit. Cæterùm elevando oculos ad Omnipotentiam Divinam, neſcio cur debeamus aſſerere repugnare alios phyſicos compoſitionis modos præter hunc, qui nectit materiam cum formâ. Conſono Oviedo, qui præter compoſitionem phyſicam Ariſtotelicam, admiſſam & defenſam ab omnibus, aliam aut etiam alias compoſitiones phyſicas eſſe poſſibiles concēdit, & bonis rationibus perſuadere conatur. Sed hæc omnia tractabuntur in phyſicis, ſufficiat illa impræſentiarum adnotaſſe. *Oviedi opinio.*

ARTICULUS XXIX.

De Definitione artificiali.

DXCIV. *Zamora noſtro ævo capit D. Bernardū in ſuggeſtu imitari.* — *Quid ſit Arteſactum?* — *Bernardus Concionatorum Princeps.*

COnvenit ſolis arteſactis, ſive hæc divinitùs, ſive humanitùs credantur condita. Arteſacti nomine intelligo quodcumque Ens per accidens, quod ab Arte habet, quòd pluribus rebus coaleſcat: qualia ſunt *Palatia, Arces, Domus, Pyramides, Mauſolæa*; item *Civitates, Reſpublica, Regiones, Exercitus*, &c. in his depingendis fuerunt fælices Rhetores, Poëtæ cultiores; Lacones ſicci, Latini floridi, & hodie Hiſpani Concionatores feliciſſimi, qui Zemorâ duce incæperunt delectando erudire; & erudiendo delectare, ab eo tempore quo imitari melliſluum meum Bernardum, ſubtilium Concionatorum Principem.

DXCV. *An Definitio artificialis ad deſcriptionem materialem aut formalem pertineat.*

SI velit aliquis Definitiunem Artificialem ad Deſcriptionem eam reducere, quæ ſit per cauſas materialem (quæ eſt intrinſeca) & formalem (quæ ut ſuo loco expoſuimus, figuram & ſymmetriam membrorum ſingulorum concernit) diſputare non volam: interim latum eſſe diſcrimen inſinuabo.

Aſſero definitionem eſſentialem & deſcriptionem qualemcumque in hoc differre, quòd definitio totam eſſentiam definiti dilucidet, & interdum deſcriptio differentias tantummodò, quæ illam à cæteris omnibus ſeparant. Addo aliud etiam eſſe explicare & dilucidare ligni eſſentiam per figuram extrinſecam: & aliud ligneæ cathedræ: figura enim comparatur ad lignum ut accidens quoddam extrinſecum; & ad cathedram, ut intrinſeca & eſſentialis realitas vel formalitas: eadem enim ligna, quæ ſub tali figura conſtituta ſunt cathedra; ſub alia eſſent theca vel menſa: figura igitur in artefactorum definitione eſt prædicatum intrinſecum & eſſentiale.

An figura ſit accidens in artefactis.

ARTICULUS XXX.

De rerum moralium Definitione formali.

DXCVI. *Moralia omnia ab hypotheſi pendent.*

PRæter Entia realia dantur etiam moralia, quæ poſſunt & ſolent definiri. Ut igitur in eorum definitione error non committatur, ſciri debet omnia Entia moralia ſeu virtualia pendere ab hypotheſi, & concipi adinſtar Entium realium, quam ob rem analogiâ ſervatâ debebunt definiri & exponi: nam qui dicit Rempublicam eſſe hominem myſticum, tenetur exponere, quid in ipſa habeat rationem ſuppoſiti, quid corporis, quid animi; tenetur que ſimiliter oſtendere ubi ſit caput, ubi manus, ubi pedes, &c. tuneque benè perpendere & videre definitiones hominis realis, & à rationis paritate procedere. Hac inſtructi doctrina ſingulorum Sacramentorum (entia moralia ſeu virtualia ſunt ipſa) ſcrutamur eſſentiam, definitionem damus: jam Logicam per genus & differentiam: jam Phyſicam per materiam & formam: & aliquando per naturam & Subſtantiam, Metaphyſicam. Nam in ſingulis conſideramus, quid ſit materia, quid proprium, quid accidentale, & poſteà ſervata propoſitione procedimus.

Ens morale ſeu virtuale quid ſit. *Homo myſticus.* *Sacramenta ſunt entia artificialia moralia.* *Sacramentorum definitiones.*

DXCVII. *De Iuriſtarum definitionibus.* *De Theologicis & Moralibus.*

HUc omnes aut ferè pertinēt Definitiones, quibus Legiſtæ utuntur; quæ in leges ſuperiùs poſitas frequentiſſimè impingunt, quòd vel Authores incurii & negligentes fuere, vel neſcii Logicæ: unde prodiit illud ſatis tritum axioma, *Omnis in Iure definitio periculoſa eſt.* Huc omnes aut ferè etiam, quibus Canoniſtæ reguntur. Huc illæ etiam, quas in totâ Philoſophiâ & Theologiâ Morali reperimus: & in Tractatu de Sacramentis præcipuè, qui cùm ſit à maximis Viris illuſtratus, ad ſummam doctrinæ perfectionem pervênit. Modus conformandi ejuſmodi definitiones eſt facilis, quoniam moralitates tanquam realitates enunciantur & tanquam realitates definiuntur & dilucidantur: & ideò omnia, quæ de realitatibus dicta, moralitatibus poſſunt aptari.

Quomodo moralitates concipiantur.

ARTICULUS XXXI.

De Definitione Morali.

DXCVIII. *Nota ſingula.*

ALia eſt Definitio Moralium, alia Moralis: definiuntur moralia ut Realia proportione ſervatâ: & realia interdum definiuntur moraliter, & præcipuè apud Patres, qui ubique quærunt Deum, ubique inveniunt, & ideò ſententias omnes Reales ad mores & vitæ formationem reducunt. Si enim Artem ſcias, qua mentem, linguam & ſtylum dirigas, & qua voluntatem ad Deum promoveas, careas, te poſtponam Ethico prudenter neſcio & ſapienter indocto.

Inter definitionem formalem rerum moralium, & moralem rerum realium diſcrimen.

DXCIX. *Hominis definitio.*

HOmines ſumus, & nos juvat noſtræ conditionis cognitio, & ideò definitio hominis eſt iterùm recognoſcenda. *Homo eſt animal rationale*: ſic hodie ab omnibus, aut ferè definitur. Et hæc Logica Definitio non caret ſplendore morali. Animalitas enim ſe habet ut ma-

An materia recipiat omnem actum à formâ. teria, ratio ut forma, ut diſcamus, ſicut materia Thomiſtica omne actum recipit à formâ, ſic etiam in homine animalitatem (id eſt, vitam & ſenſum) omnem actum debere à ratione recipere, nihilque aliter, quàm ratione jmperante & urgente operari. Videtur Ovidius Metamorphoſeos primo hanc communem etiam definitionem ad mores & Dei cultum & gloriam reduxiſſe, canit enim

Ovidius.

Sanctius hoc animal, mentiſque capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera poſſet.
Natus homo eſt ſive hunc divino ſemine fecit,
Ille Opifex rerum, mundi melioris origo, &c.

DC. Ecce tam formaliter quàm virtualiter duabus formalitatibus (Animalitate & Rationalitate) Philoſophi & Poëtæ eſſentiam humanam componunt. Hanc autem Antiſtes Mellifluus accuratiùs examinat, & pluribus illam conſtituit. *Bernardus.* *Septem*, inquit, *ſunt de eſſentia hominis, quaſi homo conſideraret, in æternum non peccaret. Scilicet materia vilis, operatio turpis, exitus flebilis, ſtatus inſtabilis, mors triſtabilis, diſſolutio miſerabilis, damnatio deteſtabilis, & conſideratio gloriæ ineffabilis*, quæ omnia, non aliter quàm moraliter aut virtualiter poterunt ad hominis eſſentiam pertinere; quoniam præter materiam, quæ primo loco ponitur, cætera omnia ſunt extra Definiti phyſicam & realem eſſentiam.

DCI. *Diviſio Hominis per membra moralia.* Hominem, quem Melleus Doctor per morales formalitates definierat, in morales ſpeciea dividit Innocentius *in Part.* dum ait: *Hominum duo ſunt genera: alterum indoctum & agreſte, quod antefert ſemper utilitatem honeſtati: alterum expolitum, quod rebus omnibus dignitatem anteponit. Itaque huic generi laus honos, gloria, fides, juſtitia, omniſque virtus: illi autem alteri quæſtus, emolumentum, fructuſque proponitur, atque etiam voluptas, quæ eſt maximè inimica virtuti, bonique naturam fallaciter imitando adulterat: quam immaniſſimus quiſque acerrimè ſequitur, neque ſolùm honeſtis rebus, ſed etiam neceſſariis anteponit.*

Alia etiam Hominis per membra moralia diviſio. Etiam eſt moralis hæc diviſio, quæ modò mihi in antiquis ſchedis occurrit. Sic olim in ſuggeſtu dicebam. [Dividant Homines in claſſes & populos eruditi Theologi; illos ego in duos tantùm ordines diſtribuendos exiſtimo: alii enim ſunt Sancti, alii Mali: & hos in Atheos & Deliros ſubdivido. *Qui Decalogum non ſervat, aut atheus aut delirus eſt.* Qui enim non obſervat Decalogum, aut non credit peccatores in æternum perire, ideò eſt atheus: aut, ſi id credit, & cognoſcit Deum eſſe; & eumdem peccatores in æternum condemnaturum eſſe, & adhuc peccare audet, eſt delirus. Fortiter & veraciſſimè Poëta quidam Hiſpanus:

Que ago? en que me occupo?
en que me encanto?
Loco debo de eſtar, pues
no ſoy ſanto.]

DCII. Et ſufficiat hæc de Diviſione morali per anticipationem adnotaſſe: quia inferiùs tractaturus formalia de Moralitatibus hoc Tomo aut nulla aut pauciſſima dicturus ſum.

ARTICULUS XXXII.

De Diviſione.

DCIII. *Deſcenſus disjunctivus.* DEſcenſus diſiunctivus, de quo inferiùs diſputaturus ſum, ſæpè Dilemma eſt, ſemper diviſio, ut cùm dicimus, *Eſt animal; ergo rationale aut irrationale.* Quæ omnia penitùs cognoſcentur, ſi naturam Logicæ diviſionis exponamus.

Totum potentiale. Totum eſt duplex, actuale, potentiale. Actuale illud eſt, quod conſtat partibus actualibus, ut Binarius, qui conſtat duabus unitatibus; homo, qui corpore & anima; Domus, quæ lignis & lapidibus. *Partium aliæ ſunt actuales, aliæ ſubjectivæ vel poteſtativæ.* Potentiale eſt quod conſtat partibus ſubjectivis, vel poteſtativis: eſt enim quidam conceptus ſuperior & abſtractior, contrahibilis per differentias inferiores. Definitur Diviſio *eſſe Oratio explicans naturam rei per partes ſubiectivas.*

An Diviſio ſit modus ſciendi. Dicitur ab aliquibus Diviſio eſſe *Modus ſciendi*; verè ipſa modus ſciendi eſt, ſed eſſe ſciendi modum non eſt ipſi proprietas characterica, imò vix eſt aliud in tota Logica quod minùs naturam rei explicet, quàm Diviſio. Per Definitionem invenio *Animal* eſſe vivens ſenſibile, per diviſionem non docetur naturam animalis, ſed præparatur intellectus ut poſſit cognoſcere naturas & quiditates inferiorum: adeòque non tam eſſentiam, quàm Diviſi univerſalitatem videtur explicare Diviſio. Interim eſt Dialecticæ inſtrumentum fortiſſimum, quo illa Propoſitiones univerſales, quibus in argumentis uti poſſit, venatur. *Sublatâ diviſione omnia corruunt.* Nam, ut videbitur inferiùs, ſublata Diviſione auferetur Aſcenſus & Deſcenſus: his ſublatis omnes Propoſitiones univerſales auferuntur. Si hæ non dentur, nullus poterit ſyllogiſmus formari; & per conſequens nullius rei haberi certitudo vel ſcientia. Igitur, qui dicimus Definitionem eſſe *Orationem, quæ explicat*

naturam

naturam rei, Diviſionem eſſe *Orationem, quæ explicat rei ſubiectivam quantitatem & univerſalitatem* dicamus.

DCII. Subſcribo Diviſionis leges, ſunt enim tres. I. *Diviſum debet omnia membra dividentia complecti.* II. *Et debet cum nullo converti.* III. *Et membra dividentia debent condiſtingui inter ſe.*

Multæ ſunt Diviſionis ſpecies; & inter ipſas hæ præcipuæ. I. *Diviſio generis in ſpecies:* II. *Species in individua.* III. *Subiecti in accidentia.* IV. *Accidentis in ſubiecta.* V. *Et tandem Accidentis in diverſa accidentia,*

DCV. *Leges Diviſionis. De Diviſ. æquitate.* Nihil in ſcientiis exlex, & ideò Logica Diviſio legibus carere non poteſt. Eſt PRIMA: *Diviſum debet præcisè continere in ſe omnia membra dividentia.* Conſultò *Præcisè* dixi; quia nec debet continere plura, nec pauciora, quàm ab argumentante ponantur. Ex vi hujus regulæ hæc diviſio, *Animal; aliàs rationale, aliàs riſibile*, eſt mala; quia diviſum continet plus quàm membra dividentia; comprehendit tanquam poteſtativas partes, equos, canes, aves, piſces, & alias brutorum ſpecies, quæ fuerunt intermiſſæ. Ex vi ejuſdem contemnenda eſt hæc, *Animal, aliud rationale, aliud irrationale, aliud Angelicum.* *An Angelus ſit animal rationale?* Continet enim diviſum minus quam membra dividentia, non enim dantur angelica animalia. Nec hîc urgeri volo Veterum Patrum teſtimoniis, qui enim olim Angelos *Animalia rationalia* vocarunt, aut nomina ſumpſerunt impropriè aut Angelorum eſſentiam ignorarunt.

De Diviſ. convertibilitate. SECUNDA, *Diviſum nō poteſt converti ſimpliciter univerſaliter cum aliquo membro dividente.* Ratio eſt, quia in hujuſmodi propoſitionibus, illa quæ diviſum prædicaverit de aliquo membro dividenti, erit vera, falſa altera Verbi gratiâ, *Omnis homo eſt animal, Ergo omne animal eſt homo.* Prima erat vera, quia diviſum prædicabatur; & ſecunda quia id ſubjiciebatur, falſa. Conſultò poſui illud *Vniverſaliter*, quia particulariter valet converſio à diviſo ad quodcumq; membrum; ut *Aliquod animal eſt equus, ergo aliquis equus eſt animal.*

De dividentium membrorū diſtinctione. TERTIA, *Membra dividentia debent diſtingui inter ſeſe:* eſſet enim mala diviſio quâ animal in irrationale, rationale, & riſibile diſtribueretur; quia idem animal riſibile & rationale eſt.

De differentiarum ſimplicitate. QUARTA, *Differentia dividentes debent eſſe ſimplices.* Contra hanc legem militant hæ diviſiones, *Qualitas, aliàs eſt color albus, aliàs eſt color niger. Vivens aliud ſenſibile rationale, aliud ſenſibile irrationale.*

Sed contra legem illam multi Viri magni peccarunt; & didicimus non eſſe illam nimis religioſè obſervandam: & hanc ob cauſam noluimus illam adnotare in contextu.

DCVI. *Diviſionis ſpecies.* Habet-ne ſuas etiam Diviſiones Diviſio? Habet quidem & multas, è quibus digniores explicabo. Omitto illam quâ bipertitur in nominis & rei. *Diviſio rei & nominis.* Diviſionem nominis dicunt eſſe Æquivoci in ſua æquivocata, & diviſionem rei, diviſionem formalitatis ſuperioris in ſua inferiora. Omitto, inquam, quia fortè non pertinet ad Logicum agere de nominum æquivocatione, hoc enim ad Grammaticum potiùs ſpectat; *Æquivoca ſunt à Grammatico, aſſumuntur à Logico.* hic enim æquivoca nomina rebus imponit, & ille impoſitis utitur artificioſè. Omitto etiam diviſionem rei, quâ conceptus objectivus dividitur analogicè, quia analoga univoca plerumque ſunt, & in hâc diviſione contra tertiam ſæpè legem diviſionis peccatur. Expendam igitur illas differentias tantummodò, quas magis cenſuero neceſſarias.

DCVII. *Omnes hæ quinque priores diviſiones ſunt univocæ.* PRIMA diviſio eſt Generis in Species; ut cùm Animal in communi ſententiâ dividitur in Hominem, Equum, Leonem; Color in Album Nigrumque. Aliquando Genus dicitur dividi in ſpecies, aliquando in genera, ſed hæc ipſa etiam ſpecies ſunt, & totum diſcrimen grammaticum & nominale. SECUNDA eſt Speciei in Individua; ut cùm Homo in Petrum, Ioannem, Ambroſium & Franciſcum. TERTIA eſt Accidentis in ſubiecta; ut cùm Album dividitur in Hominem, Nivem & Lac. QUARTA Subiecti in Accidentia; ut cùm Homo in Album & Nigrum. Pſittacus in Viridem & Cinericeum, QUINTA. Accidentis in diverſa accidentia; ut cùm Dulce in Calidum & Frigidum. Album in Solidum & Liquidum. SEXTA, (& hanc, tametſi in Textu tanquam minùs neceſſariam omiſerim, addere hîc volui, ne omninò ſimus proportionū immemores) eſt diviſio Rationis ſuperioris analogæ; ut cùm ſanum dividitur in Animal, Pulſum & Medicinam. aliter enim ſanum eſt animal, aliter pulſus, & aliter medicina. *Exponitur Analogia.* Sanitas enim ab animali habetur intrinſecè, à pulſu ſignificatur, & à medicinis reſtituitur vel conſervatur,

DCVIII. *De modo loquendi.* Modus cenſendi diviſionem, idem eſt ac aliarum omnium argumentationum; nunquam dicimus argumentationem eſſe *veram* vel *falſam*, ſed eſſe *bonam* vel *malam*; diviſio, argumentativa etiam eſt, & ideò debet *bona* vel, *mala*, non *vera* vel *falſa* nominari.

Proderit exempla nonnulla ſubjungere, quibus tota hæc doctrina, quam ſuperiùs tradidimus, dilucidetur,

Diviſio Generis in Genera.

DCIX. *Genera bonorum.* Cicero 5. Tuſc. ſic habet. *Sunt enim tria genera bonorum, ut iam à laqueis Stoicorum, quibus uſum me pluribus quàm ſoleo, intelligo, recedamus. Sint ſanè illa genera bonorum, dum corporis & externa iaceant humi, & tantummodò quia ſumenda ſunt, appellentur bona. Alia autem, divina, illa longè latèque ſe pandunt, cælumque contingunt, ut ea qui adeptus ſit, cur eum beatum modò & non beatiſſimum dixerim?* Et D. Benedictus in ſuâ Regulâ Capite primo, *De Generibus Monachorum*, ſic ait. *Genera Monachorum.* *Monachorum quatuor eſſe genera manifeſtum eſt. Primum Cænobiticum; . . . . . ſecundum genus eſt Anachoritarum, id eſt Eremitarum; . . . . tertium verò*

Vide meos Commentarios in Regul. D. Benedicti. num. 107.

Monachorum teterrimum genus est Sarabaitarum; .. .... *quartum verò est genus Monachorum, quod vocatur Gyrevagum.* Ubi vides genus non ſolum in ſpecies infimas dividi, ſed etiam in ſubalternas, & hanc *Diviſionem* (ſi ſic loqui velimus) *Generis in Genera* vocari.

Diviſio Generis in Species.

DCX. *Hebr. 11. c.* *Martyrii ſpecies.*

SUmit calamum Paulus, & ſcripturus inſtructoriam Epiſtolam, quâ Judæos ad veram religionem converſos, in fide Chriſtianâ corroboret, contemplatur martyrium, illudque in varias ſpecies dividit, & enumerat dicens. *Sancti per fidem vicerunt regna, operati ſunt juſtitiā, adepti ſunt repromiſſiones: obturaverunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii, convaluerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello, caſtra verterunt exterorum; acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. Alii autem diſtenti ſunt, non ſuſcipientes redemptionem, ut meliorem invenirent reſurrectionem. Alii verò ludibria & verbera experti, inſuper & vincula & carceres. Lapidati ſunt. Secti ſunt. Tentati ſunt. In occiſione gladii mortui ſunt. Circuierunt in melotis in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti; quibus dignus non erat mundus. In ſolitudinibus errantes, in montibus & in ſpeluncis, & in cavernis terræ. Et hi omnes teſtimonio fidei probati inventi ſunt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.* Ecce omnes Martyrii ſpecies, præter quas aliam, quæ ad ipſas non debeat reduci, difficili negotio reperies.

Illatio universalis ex enumeratione ſpecierum.

Sed cur exemplum ſumimus à Martyrio, ut diviſionem generis in ſpecies dilucidemus? Annon ipſummet Martyrium eſt accidens? quo ergo modo erit genus, & in ſpecies diviſibile?

DCXI. *An ne Martyriū ſit Pietatis accidens?* *An omnis vir bonus ſit martyr?*

Fortè, ſi dicerem, omnem hominem pium martyrem eſſe, negaremque Martyrium eſſe Pietatis & Sanctitatis accidens, nihil dicerem, quod admitti non poſſet. Fortè, cùm hæc ſcribo, videns meliorem Pragæ partem Suceo proditam, ſpoliatos divites, nobiles peſſumdatos, patior aliqua, quæ morte ipsâ duriora; & eſſe hominem bonum, qui nihil patiatur, decredo. Sed hæc Dialecticam non tangunt, & ideò non debent accuratiùs expendi. Diſcurram ex hypotheſi, & dicam, Vel Martyrium ingreditur Sanctitatis conceptum & eſſentiam; aut eſt accidens. Si primum, corruit omninò objectio: ſi ſecundum, adhuc poterit dividi diviſione generis in ſpecies: ſtat igitur exemplum ritè fuiſſe poſitum. Probatur minor, nam tametſi Color ſit accidens, ſuas ipſe habet ſpecies, in quas diſtribui queat. Aliud enim eſt dividere Coloratum in corporea animata & inanimata; & aliud in album, nigrum, viride, &c. diviſio enim quâ in corpora illud animata & non-animata dividitur, accidentis in ſubjecta eſt; at illa, quâ in album & nigrum, &c. generis in ſpecies; quoniam albedo & nigredo ſunt coloris ſpecies; & eodem omninò modo de Martyrio fuimus philoſophati.

Dilemma.

An accidentia habeant genera & poſſint in ſpecies dividi?

Diviſio ſpeciei in individua.

DCXII. *Gen. 1.*

VAria proſtant exempla. Geneſeos quinto hoc lego. *Creavit Deus hominem, Ad ſimilitudinem Dei fecit illum. Maſculum & fœminam creavit eos.*

Sunt qui exiſtimēt, ea quæ ſexu, differre ſpecie; ſed videtur erronea hæc opinio. Alij proceſſerunt moderatiùs, & ſpecie inadæquata illa diſtinguunt; ſed quia neſcio quid ſi diſtingui ſpecie inadæquata, exiſtimo hanc limitationē eſſe ab illis poſitam contra adverſariorū cenſuras. Dicendum igitur, ea quæ ſexu puro, differre numero, & hanc diviſionem, *Homo, alius Adam, alius Eva,* vel *alius Vir, alius Fœmina,* eſſe ſpeciei in individua, & primis annis Mundi adæquatam.

An eolam ſpecie differant, quæ ſexu? An diſtinctione inadæquata ſpecie?

Diviſio Analogi in ſua analogata.

HAnc eſſe inter univoca & analoga differētiam, quòd rationem communem eodem modo participent univoca, diverſo analoga, jā ſæpè monuiſſe memini. Sanitatem in exemplum propoſui. Sanus dicitur homo, & pulſus; ſana medica ſcientia, ſanum pharmacum: & tamen ſolus homo eſt ſanus formaliter; nam pulſus eſt ſanus indicativè, ſcientia cognoſcitivè, pharmacum cauſativè. Sic etiam Beatitudo apud Lucam dividitur à Chriſto analogicè, nimirùm in mēbra dividentia, quæ tametſi rationē diviſā participent, participāt diverſo modo. Sic Chriſtus ait. *Beati pauperes, quia veſtrum eſt regnum Dei: Beati, qui nunc eſuritis, quia ſaturabimini: Beati, qui nunc fletis, quia ridebitis: Beati eritis, cùm vos oderint homines, & cùm ſeparaverint vos, & exprobraverint, & ejecerint nomen veſtrum, tanquam malum propter Filium hominis. Gaudete in illâ die & exultate; ecce enim merces veſtra multa eſt in Cœlo.* Eadem omnibus beatitudo promittitur (& fortè realiter loquendo, in diſtributione univocatio reperitur: id non urgeo.) at formaliter ſingulis datur propter diverſa merita, adeòque ſub diverſâ ratione.

DCXIII. *Expoſitio Analogiæ.*

Luc. 6. Beatitudo in varias differentias dividitur.

Diviſio Subiecti in Accidentia; & Accidentis in ſubiecta.

DCXIV.

HAc utitur Apoſtolus inſtructurus Corinthios, ad quos in primæ Epiſt. cap. 15. nu. 38. hæc ſcribit. *Deus dat illi corpus ſicut vult: & unicuique ſeminum proprium corpus. Non omnis caro eadem caro: ſed alia quidem hominum, alia verò pecorum, alia volucrum, alia autem piſcium. Et corpora cœleſtia & corpora terreſtria: ſed alia quidem cœleſtium gloria, alia autem terreſtrium. Alia claritas Solis, alia claritas Lunæ, & alia claritas Stellarum. Stella enim à Stella differt claritate; ſic & reſurrectio mortuorum.*

De Semine. De carne. De corpore. De luce.

PRIMO Paulus, *Carnem in humanam, belluinam, &c.* dividit: & , ſi carnis conſtitutiva forma eſt ipſa anima, diviſio eſſentialis erit, & ad Genericam reduci poterit. At, ſi carnis forma materialis ſit, nempè illa, quam vocitant *Corporeitatem,* erit eadem in omnibus animalibus; & *Subiecti in Accidentia* hæc diviſio.

Apoſtolus de Carne.

SECUNDO, *Corpus in cœleſte & terreſtre* dividit; quæ membra multorum opinione differunt genere, & multorum ſpecie: at aliorum verò tantùm numero & accidentibus; & ſi omnia elementa & cœlum, quod Ariſtoteles *quintum Elementum* nominat, ſunt ejuſdem infimæ ſpeciei,

Corpore.

ciei,& ſolùm accidentibus differunt, hæc diviſio *Subiecti in accidentia* etiam eſt.

In Claritate. TERTIO, *Claritatem in Solarem , Lunarem & Stellarem* dividens, Claritatem, quæ eſt accidens, dividit in diverſa ſubjecta.

Diviſum latiùs patet.

DCXV. *Diviſio Subiecti in accidentia.* PAulus primæ Corinthlorum duodecimo Catholicos in claſſes dividit, & ait; *Vos eſtis corpus Chriſti & membra de membro. Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſiâ, primùm Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò Doctores , deinde Virtutes, exinde Gratias curationum , Opitulationes , Gubernationes, Genera linguarum , Interpretationes ſermonum.* Conceptum communem in ſua membra diſtribuit , ſubiectum videlicet in diverſa accidentia , & ut oſtendat illum latiùs patere, nec poſſe cum ſingulis membris converti, ſic infit. *Numquid omnes Apoſtoli ? numquid omnes Prophetæ ? numquid omnes Doctores ? numquid omnes Virtutes? numquid omnes gratiam habent curationum ? numquid omnes linguis loquuntur? numquid omnes interpretantur? Æmulamini chariſmata meliora.*

An omnis Diviſio debeat fieri per duo oppoſita membra?

DCXVI. *Ramiſtarum opinio,* ASſerunt nonnulli Ramiſtæ, qui dicunt , *Animal, aliud eſſe rationale, & aliud irrationale; Vivens aliud eſſe ſenſibile , & aliud inſenſibile.* &c. quibus ſubſcripſit Quintus, tertius ſui Patris filius, quem ridet Owenus libr. 3. ad Henricum Epigr. 74.

Ab Oweno impugnatur,

Una duos tantùm ramos, quaſi germinet arbor,
Dividis in partes omnia tota duas.
Si rerum fieret diviſio quæque bimembris,
Eſt tua de patris, pars quota Quinte bonis?

Et libr. 2. ad Mæcenates Epigr. 47. in Ramiſtam bimembrem.

Definis primùm, tum dividis omnia; rurſum
Definis; iterum dividis omne genus.
In tot particulas generalia ſingula ſcindis,
Longior ut μέθοδ & ſit tua, quàm ſit ὁδὸς.

Puto aliquando contingere , ut diviſio per differentias poſitivas tradatur ; at conor ſemper per contradictorias cum Ramiſtis DCXVII. *Eorundem opinionis cenſura.* deſcendere, quia id eſt multò clarius & melius. Accedit, quod multæ diviſiones, quæ videntur poſitivæ, ſint mediatæ ; binas in exemplū proponam: nam Quantitatem in Lineam, Superficiem & Corpus: & Propriū in modos ſubalternos dividimus , cùm in immediatos putamus. Pono exempla.

Vera quantitatis diviſio.

QUANTITAS *ſeu Extenſio in longum.*
- *& non in latum* — LINEA.
- *& latum.*
  - *& non in profundū* — SUPERFICIES.
  - *& etiā in profundū.* — CORPUS.

PROPRIUM *eſt quod convenit,*
- *Soli, non verò omni* — PRIMUS MODUS
- *Omni*
  - *non ſoli tamen* — SECUNDUS.
  - *Soli.*
    - *nō ſemper* — TERTIUS.
    - *ſemper.* — QUARTUS.

Vera proprietatis diviſio.

Unde patet pleraſque diviſiones, ſi nō omnes, poſſe ad differentias binas & contradictorias reduci.

Methodus argumentandi in hâc materia.

VEniamus ad arguendi modum , quem Diviſio ſuppeditat ; tam enim ille utilis , aut neceſſarius potiùs, ut tametſi uberiùs illuſtrandus ſit poſteà, debuerit hic breviter tradi. Omiſſis igitur aliquibus Argumentationibus Secundariis , quæ ad Primarias facillimè reduci poterunt , tres præcipuos argumentandi modus in materiâ Diviſionis reperio. DCXVIII. *Cur hic de hâc argumentandi formâ agatur?*

DCXIX. *Deſcenſus.* *Primò* enim per Deſcenſum diſiunctivum argumentari poterimus , eumque ſecundis inſtantiis roborare. Pono exemplum. *Petrus eſt vivens: ergo vel ſenſibilis vel inſenſibilis : atqui non eſt inſenſibilis; ergo eſt ſenſibilis. ergo eſt animal. Patet conſequentia, quia Vivens ſenſibile eſt animal.* Tunc iterum : *Eſt animal? Ergo aut irrationale aut rationale : non eſt animal irrationale, ergo eſt rationale: ergo Petrus eſt homo. Patet conſequentia , quia ipſe eſt rationale animal , & omne animal rationale eſt homo.*

Aſcenſus. *Secundò* , A membris dividentibus ad diviſum , ſive membra dividentia ponantur diſiunctivè , ſive copulativè , valet conſequentia affirmativè ; ut , *Petrus aut eſt homo , aut eſt equus; ergo eſt animal. Patet conſequentia , quia tam homo quàm equus eſt animal.* Unde qui admiſerit illam diſiunctivam , cogetur etiam conſequentiam admittere. Clarior eſſet illatio, ſi aſſertiva, ut ſi diceres, *Eſt homo? ergo & animal.*

Tertiò , A diviſo ad aliquod membrum dividens non valet illatio affirmativa ; ut, *Eſt animal , ergo eſt homo* ; hæc conſequentia claudicat , quia equus eſt animal, & tamen non eſt homo.

Quartò , Illatio negativa valet à diviſo ad quodlibet membrum dividens : non verò è contra. Ideò eſt bona conſequentiâ hæc. *Non eſt animal , ergo nec homo ; mala hæc , Non eſt homo; ergo non eſt animal.*

Quintò , Ab affirmatione diviſi, & negatione aliquorum membrorum dividentium ad illa quæ remanent valet conſequentia diſiunctivè ſi multa remaneant ; aſſertivè ſi tantùm unum. Prioris modi ſit hoc exemplum. *Veritatem huiuſmodi expreſſit aliquis Evangeliſta , non Mattheus , non Ioannes : ergo vel Lucas , vel Marcus.* Sit etiam exemplum poſterioris, *Muſica percipitur ſenſu; non*


Google

hoc differentiâ aliquâ poſitivâ ſive negativâ conſtituatur) apud Logicos opponi contrariè; abſunt enim ſimul, & ſimul adeſſe non poſſunt. At *Non-bruti* & *Non-hominis* oppoſitio ſubcontraria eſt; quoniam lapis non-brutum & non-homo eſt: & nulla eſt res in mundo, quæ brutum & homo ſit ſimul. Nam ſi arborem in medium produceam; nec de illâ verificabitur *Homo*, nec *Brutum*; nec falſificabitur *Non-homo*, nec *Non-brutum*. IN QUARTA, pono ob oculos connexionem diſparatorum terminorum. Saccharum enim eſt album & dulce; mel dulce & non album, charta alba & non dulcis, nix nec dulcis nec alba.

Hic non agitur de unione hypoſtaticâ, nec de duarum formalitatum identificatione poſitivâ, qualis eſt inter animal & rationale.

DCXXIII. HÆc doctrina videtur alicui poni debuiſſe part. 1. ubi de Terminis & eorumdem paſſionibus actum; at tanta eſt inter Terminorum & Propoſitionum oppoſitionem connexio, ut non potuerit ſequens Articulus à præcedente ſeparari. Hoc ipſum ibi notaviſſe me memini, nec eſt cur in re minutiſſimâ hæream. Id non urges, nec curas; at quia in Theologiam collimas, unum aut alterum Terminorum paradigma proponis. *Iubes igitur examinari primò* Malitiæ & Bonitatis connexionem & oppoſitionem. & ideo hanc figuram producis.

Oppoſitio Malitiæ & Bonitatis.



DCXXIV. Hanc terminorum cooptationem præſcindendo à rationibus & ſtando authoritati meræ judico eſſe probabilem; à Viris enim doctiſſimis defenditur, & duplici principio plauſibili fulcitur; quorum primum eſt, *Bonum ex integrâ causâ, Malum ex quocumque defectu*, & ſecundum, *Non datur actus indifferens.* quibus poſitis repugnabit actus, qui ſimul ſit bonus & malus; item, qui ſimul nec ſit bonus nec malus. Quam ob rem *Bonum & Non-malum* (ſicut etiam *Malum & Non bonum*) erunt convertibiles termini.

An Bonum ex integrâ causâ?

At nos, qui putamus demonſtrari poſſe & ſolere, cùm *Poſſe unum & eumdem actum eſſe ſimul malum & bonum*, tùm etiam, *Poſſe eſſe indifferentem, hoc eſt, nec malum nec bonum*, multò aliter de horum terminorum oppoſitione & connexione iudicamus. Mentem noſtram exponimus hoc paradigmate.

An unus & idem actus poſſit ſimul bonus & malus? An detur actus indifferens?

Figura moralium oppoſitionum vera.



Bonum, Malum; item *Non bonum, Non-malum*, item *Bonum, Non-malum*; itemq; *Malũ, Non-bonũ*, eſſe terminos diſparatos pronuntio, poſſeq; ſimul adeſſe & abeſſe, quod exemplis illuſtro. Eleëmoſyna ob gloriã vanã erogata, & bona & mala eſt; bona videlicet quà Eleëmoſyna, & quà vanè glorioſa, mala. Fricare barbã, actus eſt indifferẽs, & ideò nec bonus, nec malus. Actus bonus & non-malus erit, qui purè bonus; actus malus & non-bonus erit, qui purè malus; & uterq; videtur poſſibilis; nã poteſt Amor Dei eſſe purè bonus; & Odium etiam Dei purè malum.

Actus ſimul bonus & malus. Actus indifferens.

Si de Bonitate & Malitiâ realibus ſermo ſit, res aliter debebunt diſponi. Deus enim erit purè bonus: Nihilũ purè malum: creaturæ partim bonæ & etiam partim malæ. Actus realiter purè bonus in humanis non erit dabilis; omnis enim qualiſcumq; ipſe ſit, erit finitus, & finis ipſe realiter malus eſt, eſt enim ulterioris bonitatis abſentia: at in Divinis, quæcumq, aſſignetur abſoluta formalitas, realiter bona erit; & quia infinitè bona, omnẽ malitiam & imperfectionẽ proſcribet. At repugnabit dari aliquid reale (poſitivum aut negativum) quod nec bonum, nec malũ ſit: niſi forte nullã importare perfectionẽ aut imperfectionẽ Divinæ Relationes credãtur.

Bonitas & Malitia realis.

An relationes divinæ nullam perfectionem importent?

DCXXV. *Iubes ſecundò examinari* Gratiæ & Peccati connexionem & oppoſitionem; & hanc Ego figuram ſubſcribo.

Oppoſitio Gratiæ & Peccati.



Scio ab aliquibus ipſam non admittendam, ſed in hâc materiâ nihil ponere potero, quod aſſertores & impugnatores non habeat: nihil quod certum omninò putem: nihil quod ita hodie velim defendere, ut non liceat mihi cras cum D. Thomâ defendere, ſi placeat, contrarium: ubi enim omnia ſunt probabilia, quod aſſeritur hodie, cras impunè negabitur. Dico igitur PRIMO, *Gratiam, Peccatumque eſſe terminos omninò diſparatos: quia ſimul abeſſe poſſent.*

DCXXVI. *An de facto Gratia & Peccatum coexiſtant tempore? An ſaltem in aliquo inſtanti?*

Coëxiſtere ſimul de facto tempore aliquo licet breviſſimo, docuerunt olim Michaelis Bay diſcipuli: ſed illorum opinio à duobus eſt Pontificibus damnata. Lorca, quem omnes ferè Hiſpani Ciſtertienſes ſequuntur, illud tempus breviſſimum ad unicum inſtans contraxit: docuitque in averſione peccatoris ultimum *nunc*, quo eſt gratia, eſſe primum, quo eſt peccatum: & in converſione, ultimum *nunc*, quo eſt peccatum, eſſe primum, quo eſt gratia; ac proptereà utrobique Gratiam peccatumque in uno reali inſtanti coëxiſtere. Hæc ſententia Compluti & Salmanticæ ſemel aut iterum ſingulis annis (imò nonnunquam pluries) à Ciſtertienſibus & eorum Amicis totâ Academiâ permittente & applaudente propugnata, improbabilis dici non poteſt. Sed condonemus Gratiam & Peccatum, ne quidem in unicâ temporis realis atomo de facto coëxiſtere; an ideò coëxiſtere non poterunt? Cur non poterit Gratiam (phyſica qualitas ipſa eſt) te invito, imò peccante & blaſphemante, in tuâ Deus animâ conſervare? Poterit procul dubio. Et ſi æquivocationes tollamus, diſtinguamuſque moralitates ab entitate Gratiæ phyſicâ, nullius roboris ſunt, quæ à Thomiſtis objecta.

An neceſſariò teneatur Deus deſtruere Gratiam quando Homo peccat?

Simul abeſſe poſſe Gratiam Peccatumque, ſoli negarunt hoc ævo Janſeniani: videtur tamen certò certius, poſſe Deum condere aut Hominem, aut aliam quamcumque rationalem ſubſtantiam in ſtatu puræ naturæ; hoc eſt, carentem Culpâ & Gratiâ.

Status puræ naturæ eſt poſſibilis.

ARTICULUS XXXIV.

De Oppoſitione Enuntiationum.

DCXXVII. *Prima & ſumma eſt oppoſitio ſingularium.*

Quod oppoſitio Propoſitionum ſit


Propoſitiones, quæ dicuntur opponi, debent differre quiditate (hoc eſt, affirmatione & negatione) quoniam, ſi vel utraque ſit affirmativa, vel utraque negativa nulla poterit oppoſitio intereſſe.

Prima & notiſſima Propoſitionum oppoſitio eſt, quæ reperitur in ſingularibus, & definitur eſſe affirmatio & negatio ejuſdem prædicati de eodem ſubjecto ſingulari, ſecundum eadem: ut *Socrates eſt doctus*; *Socrates non eſt doctus*; quæ ita repugnant, ut nec ſimul veræ, nec ſimul falſæ poſſint eſſe. Volumus in contradictoriis eſſe idem omninò ſubjectum, & idem omninò prædicatum ſecundum omnes omninò circumſtantias; quoniam, ſi tempus locus-ve aliquam differentiam immutent, non erit affirmatio & negatio ſecundum idem, adeòque nec contradictio, ut patet in his propoſitionibus, *Petrus ſedet Pragæ, Petrus non ſedet Romæ*, quæ oppoſitionem nullam habent.

Mutatâ vel minimâ circumſtantia tota tollitur.

DCXXVIII. *Oppoſitio propoſitionum ratione quantitatum.*

Si quantitatem Enuntiationum reſpiciamus, Univerſalis aſſerens in materiâ contingenti opponitur contrariè Univerſali neganti, & contradictoriè particulari neganti: & ſubalternat particularem aſſerentem. Particularis in eâdem materiâ ſubcontrariè opponitur alteri particulari, & contradictoriè Univerſali. Quòd ſi materia non ſit contingens, omnis affirmatio & negatio (ſive utraque ſit Univerſalis, ſive utraque Particularis; ſive altera Univerſalis & altera Particularis) erit incompoſſibilis. Conſidera Paradigma ſubſequens.



DCXXIX. *Vniverſalium oppoſitio.* Oppoſitionem inter duas univerſales diſtributivas, qualis eſt illa, *Omnis homo eſt albus; Nullus homo eſt albus* (exēplis contingentibus utor) CONTRARIAM vocavit Ariſtoteles, *lib. 1. de interp. cap. 5.* Et eam quæ fit inter univerſalem & non-univerſalē dixit eſſe CONTRADICTORIAM, *ibidem.* Nomine *Non univerſalis* tā particularem quàm ſingularē debere intelligi, nemo negare poterit, quia hæc veritas *Omnis homo eſt coloratus* nō minus opponitur huic aſſerto, *Aliquis homo non eſt coloratus*, quàm huic, *Petrus non eſt coloratus.* Vnde colligo omnem propoſitionem inter univerſalem & particularem modò una neget quod alia aſſerit, cōtradictoriam eſſe; non autem omnem contradictionē his occludi limitibus, quia & ſingularis ſingulari, & univerſali opponitur contradictoriè. *Oppoſitio ſingularium.* Hinc venit corrigendus Petrus Hiſpanus *lib. 1. cap. 11.* qui intermiſit oppoſitionem ſingularium.

Si utraque propoſitio ſit particularis, erit SVBCONTRARIA oppoſitio; ita opponuntur in propoſito ſchemate: *Aliquis homo eſt albus*, & *Aliquis homo non eſt albus.* Pater Fonſeca & Conimbricenſes negant hanc ſubcontrariam oppoſitionem, & probant duobus argumentis.

An detur Subcontraria oppoſitio? *Primum* ab authoritate deſumunt, dicuntque hanc oppoſitionem fuiſſe ab Ariſtotele omiſſam, ac propterea ab omnibus eſſe negandam. Secundum deſumunt à ratione, & ſic arguunt. Subcontrariæ non opponuntur veritate; ergo non ſunt oppoſitæ; Patet conſequentia, quia veritas eſt præcipua propoſitionis qualitas. Aſſumptum probant, quia poſſunt dari duæ ſubcontrariæ ſimul veræ, & ne exempla peregrina petamus, tales ſunt illæ quæ in ſchemate proponebantur, nempè *Aliquis homo eſt albus*, & *Aliquis homo non eſt albus.*

Reſolutio. NIHILOMINVS reſolutio ferè omnium Authorum tenet has propoſitiones eſſe oppoſitas; & probatur, quia in qualitate habent antipatiam & repugnantiam: ergo. Probatur antecedens; Contrariæ poſſunt eſſe ſimul falſæ, dicuntur tamen opponi, quia nequeunt eſſe ſimul veræ; ergo ſimiliter Subcontrariæ, cum non poſſint eſſe ſimul falſæ, licet ſæpiuſculè evadant ſimul veræ, oppoſitæ dicendæ ſunt.

DCXXX. *Modus reſpondendi argumento ab Ariſtotelis authoritate ſumpto. Teſtimonia negativa non urgent.* *Ad primum* oppoſitæ ſententiæ Hurtadus *diſp. 4. Summul. §. 23.* breviter & efficaciter, Ariſtotelem ait fuiſſe oblivionis & ignorantiæ capacem: quæ quidem ſolutio, ſi ſemel admittatur, expediet nos à millenis nugis, quæ tam ex græcâ litterâ, quàm ex vitioſâ huius Authoris translatione aboriuntur. Interim, ſi Ariſtoteli aliquid deferendum ſit, poterimus dicere hoc argumentum nihil convincere, quia ſumitur ab authoritate negativâ; non enim Ariſtoteles negavit oppoſitionem ſubcontrariam, ſed omiſit tanquam Dialectico minùs utilem; ipſe enim in contradictoriarum notitiam, quæ maximè neceſſaria eſt, collimabat. *Ad ſecundum* admiſſo antecedenti neganda eſt conſequentia, quia opponuntur in falſitate, ac propterea dici debent oppoſitæ.

Subalternatio. Inter univerſalem & particularem, ſi vel utraque affirmat, aut utraque neget, oppoſitio non eſt, ſed eſt ſympatia & ſubalternatio, valetque conſequentia ab

tia ab univerſali ad particularem in omni materiâ, & à particulari ad univerſalem in materiâ propriâ & neceſſariâ. ut diximus cùm de deſcenſu diſputavimus.

Quæ apud alios magno verborum apparatu & diſcurſuum ambagibus intr[i]cata reperies, dabit primo adſpectui hæc Tabella. Oppoſitio.

Oppoſitionum Paradigma.

Oppoſitio duarum propoſitionum
- *Inadæquata, nempè*
  - *In veritate tantùm* } CONTRARIA.
  - *In falſitate tantum* } SUBCONTRARIA.
- *Adæquata, hæc eſt in veritate & falſitate ſimul.* } CONTRADICTORIA.

Hinc patet, ſi materia fuerit contingens, non eſſe poſſibiles duas contradictorias ſimul veras, aut ſimul falſas: Poſſe tamen dari duas contrarias ſimul falſas, quales ſunt, *Omnis homo eſt albus*, & *Nullus homo eſt albus*: nec non duas ſubcontrarias ſimul veras, quales ſunt, *Aliquis homo eſt albus*, *Aliquis homo non eſt albus*. In materiâ contingenti.

Si materia ſit propria aut neceſſaria, omnes illæ propoſitiones, (tam Univerſales quàm Particulares) opponentur adæquatè, hoc eſt, nec poterunt eſſe ſimul veræ, nec ſimul falſæ. Addamus exempla majoris claritatis gratiâ. Hæ propoſitiones, *Omnis homo eſt animal*, *Nullus homo eſt animal*; item hæ, *Omnis homo eſt riſibilis*, *Nullus homo eſt riſibilis*, quæ Univerſales ſunt: & hæ, *Aliquis leo eſt vivens*, *Aliquis leo non eſt vivens*; & *Aliquis homo eſt admirativus*, *Aliquis homo non eſt admirativus*, tametſi particulares ſint, adæquatè opponuntur, adeòque nec ſimul veræ, nec ſimul falſæ poſſunt eſſe. [Omnem Ego oppoſitionem adæquatam voco Incomponibilitatem: nam contradictio non eſt quæcũq; imcõponibilitas, ſed quæ ſequitur formam. Cæterùm, ſi in materiâ naturali iſtas, *Omnis homo eſt rationalis*, & *Nullus homo eſt rationalis*, dicas habere contrarietatem neceſſariam; & iſtas *Aliquis homo eſt rationalis*, & *Aliquis homo non eſt rationalis*, ſubcontrarietatem neceſſariam; modò de re conſtiterit, de vocibus non diſputabo.] In neceſſariâ aut propriâ. An omnis adæquata oppoſitio debeat Contradictoria nominari?

DCXXII Origo Oppoſitionis. Vera & propria oppoſitio reperitur inter duas ſingulares, quia ipſæ ſolùm ſunt affirmatio & negatio ejuſdem de eodem ſumpto determinatè; tales ſunt, *Petrus eſt albus*, & *Petrus non eſt albus*, quæ nec divinitùs antipatiâ & oppoſitione adæquatâ privari poſſunt. Et hæc oppoſitio eſt quæ propriè dicitur *Contradictoria formaliter*. Contradictoria formalis.

Hæ aſſertiones, *Omnis homo eſt albus*, & *Aliquis homo non eſt albus* (idem dicito de his, *Nullus homo eſt albus*, & *Aliquis homo eſt albus*) Contradictoriæ quidem dicuntur, quia participant contradictoriarum adæquatam antipatiam tam in veritate quàm in falſitate, ſunt tamen *Contradictoriæ radicaliter*, nempè aptæ inferre duas Contradictorias formales, ſi ſimul veræ aut ſimul falſæ aſſerantur: & probo. Hæ aſſertiones. *Omnis homo eſt albus*, & *Aliquis homo non eſt albus*, ſunt ſimul veræ? ergo aſſigna mihi illum aliquem hominem, qui dicitur non eſſe albus. Sit Petrus: Ergo erit verum dicere, *Petrus non eſt albus*. Tunc iterum, *Omnis homo eſt albus*; atqui Petrus eſt homo, Ergo *Petrus eſt albus*. Veræ igitur ſunt hæ duæ propoſitiones *Petrus eſt albus*, & *Petrus non eſt albus*. Oppoſitio igitur propoſitionum univerſalis & non-univerſalis infert contradictorias formales; hoc eſt ſingulares; benè igitur dicitur *Contradictoria radicaliter*. Contradictoriæ radicales. Inferunt contradictorias formales.

Si eædem propoſitiones *Omnis homo eſt albus*, & *Aliquis homo non eſt albus*, aſſererẽtur ſimul falſæ, ſic deberem inſtare. Hæc particularis eſt falſa, nullus igitur adſignabilis eſt homo, qui nõ ſit albus, quia ſi vel unus adſignari potuiſſet, eſſet vera. Ergo *Omnis homo eſt albus*. Tunc iterũ; Te teſte *Omnis homo eſt albus*, eſt propoſitio falſa, ergo eadem propoſitio eſt ſimul vera & falſa, ſive quod idem eſt, ſimul eſt vera & non-vera, quod admitti non poteſt. An una eademque propoſitio poſſit ſimul eſſe vera & falſa?

DCXXIII. Ex oppoſitione contradictoria formali, radicalé contradictoriè demonſtravimus: nũc ex alterutrâ oſtendemus contrarias in materiâ contingenti non poſſe eſſe ſimul veras. Quia ſi hæc propoſitio, *Omnis homo eſt albus* eſt vera, etiã erit vera *Petrus eſt albus*, quia ſi Petrus excluderetur, non eſſet verũ dicere univerſaliter omnem hominem album eſſe; quia, ut ſuprà notavimus, Propoſitio diſtributivè univerſalis illa eſt, quæ nullum excludit, unde nata ſunt illa Dialectica principia, *Dici de omni*, & *Dici de nullo*, quæ ſuo loco explicamus. Similiter ſi hæc aſſertio *Nullus homo eſt albus* eſt vera, etiam erit vera, *Petrus non eſt albus*. Erunt igitur ſimul veræ hæ, Contraria oppoſitio inadæquata eſt, non tamen admittit duas ſimul veras. Dici de omni. Dici de nullo.

Omnis

Omnis homo eſt albus, *Petrus non eſt albus*; & hæ, *Nullus homo eſt albus*, *Petrus eſt albus*, quæ opponuntur contradictoriè radicaliter. Imò & hæ, *Petrus eſt albus*, *Petrus non eſt albus*, quæ ſunt contradictoriæ formaliter.

DCXXXIV *Oppoſitio ſubcontraria non admittit duas ſimul falſas.*

Ex eiſdem principiis facilè demonſtrabitur antipatia & oppoſitio ſubcontraria. *Aliquis homo eſt albus*, & *Aliquis homo non eſt albus*, ſint ſimul falſæ; arguo igitur ſic. Eſt falſum dicere, *Aliquẽ hominẽ non eſſe album*? ergo nullus eſt adſignabilis qui non ſit albus, quia ſi vel unus adſignari poſſet, eſſet verum aliquem hominem non eſſe album. *Nullus* igitur *Homo, qui non ſit albus*, ſive quod idem eſt, *Omnis homo eſt albus*. Tũc ex illo principio *Dici de omni*, analogizo ſic. *Omnis homo eſt albus*? Ergo *Aliquis homo eſt albus*. Hæc igitur propoſitio *Aliquis homo eſt albus* eſt vera: atqui à te aſſerebatur non eſſe vera; Ergo hæc eadem numero propoſitio eſt vera & non eſt vera: Sed eſſe veram & non eſſe veram ſunt affirmatio & negatio ejuſdem (nempè veritatis) de eodem ſubiecto (quod eſt hæc propoſitio *Aliquis homo eſt albus*) ergo admittendæ ſunt duæ contradictoriæ ſimul veræ. Prima eſt, *Hæc propoſitio, Aliquis homo eſt albus, non eſt vera*; Secunda, *Hæc propoſitio, Aliquis homo eſt albus, eſt vera*; quarum primã ſupponebas, & ſecundam perſuaſi. Ne igitur ad ſimiles anguſtias reducares, aſſere non poſſe dari duas ſubcontrarias ſimul falſas.

Impoſſibile eſt quod una & eadem propoſitio ſimul ſit vera & non-vera.

DCXXXV

Dixi omnes oppoſitas (nempè Univerſales & Particulares, quocumque nomine earumdẽ oppoſitio ootetur) habere buſtilitatem adæquatam in materiâ neceſſariâ, differentiali & propriâ; hoc eſt in eiſdem materiis nec poſſe eſſe ſimul veras, nec ſimul falſas, quod & probo, quia in huiuſmodi materiis enuntiationes ſingulares inferunt legitimè univerſales, ut ſuprà demonſtravimus. Ponamus duas Subcontrarias exempli & intelligentiæ gratiâ, nimirùm, *Aliquis homo eſt riſibilis*, & *Aliquis homo non eſt riſibilis*. Quæ ſi aſſerantur ſimul veræ, ſic iungam *Aliquis homo eſt riſibilis*, Ergo *Omnis homo eſt riſibilis*, valet enim hæc conſequentia, quoniam materia eſt propria. Habemus igitur has, nempè, *Omnis homo eſt riſibilis*, & *Aliquis homo non eſt riſibilis* ſimul veras. Si aſſerãtur ſimul falſæ, reſumam ea quæ dixi nuper ut convincerem non poſſe dari duas ſubcontrarias ſimul falſas.

Particularium aliquando infert Univerſalium quando convenit

Sic hæ aſſertiones, *Omnis homo eſt riſibilis*, & *Nullus homo eſt riſibilis* (quæ, quia contrariæ ſunt, ſimul veræ eſſe non poſſunt) aſſererentur ſimul falſæ; arguerem ſic: Hæc propoſitio *Omnis homo eſt riſibilis* eſt falſa; ergo etiam hæc, *Aliquis homo eſt riſibilis* (quia in materiâ neceſſariâ & propriâ non poteſt eſſe particularis vera, quin & univerſalis ſit etiam vera) ergo haberemus duas contradictorias ſimul falſas, nempè *Aliquis homo eſt riſibilis*, & *Nullus homo eſt riſibilis*.

DCXXXVI

Dices omnea has oppoſitiones optimè probari ex oppoſitione ſingularium, quam *formaliter contradictoriam* diximus, & eſſe antipatiam propoſitionum adæquatam. Subiunges ſuppoſui à nobis non verò probari has enuntiationes, *Petrus currit*, *Petrus non currit*, nec ſimul veras, nec ſimul falſas eſſe poſſe. Inſtas divinitùs,

Illud ſuppoſui, fateor, quod à nullo negatur; ſed & hoc ipſum quod in præſentiarùm ſuppoſuiſſe notor, eſſe neceſſariò admittendum inferiùs demonſtrabo.

An poſſint dari duæ contradictoriæ ſimul veræ?

Sed ut me obruas, & poſſe dari contradictorias ſimul veras oſtendas, Martialem producis, libr. 1. dicentem.

Bella es, novimus: & puella, verum eſt:
& dives, quis enim poteſt negare?
Sed dum te nimiùm, Fabulla, laudas,
nec dives, neque bella, nec puella es.

Reſpondeo Ariſtotelem 1. de interp. cap. 4. hanc & alias ſimiles inſtantias præoccupaſſe dicendo, Oppoſitas eſſe *Affirmationem & Negationem eiuſdem de eodem, & non æquivocè*. Et hîc à Martiale iſtas voces ſumi æquivocè. Nam ſi verum, laudem in ore proprio vileſcere; Fabulla, ni ſe laudaret, Puellæ, pulchræ & divitis fulgeret gloriâ, at quia ſe vanè laudat ætatis, pulchritudinis & opulentiæ, laude caret. Caret, inquã, virtualiter; hoc eſt; non caret verè & realiter; ita tamen ſe habet, ac ſi realiter & verè careret.

Carentia virtualis.

DCXXXVII *Æquivocatio omnẽ oppoſitionem elidit.*

Sicut Contradictionis vim æquivocatio elidit, ſic etiam auget ponderatio. Pulchrè Oratores interdum inter ſe confligunt. Sic in defenſione Murenæ contradicitur ſententiis Catonis & Ciceronis; illius Stoici, huius Academici, (niſi utrumque fuiſſe Stoicum malis) Dialogus at exitur his verbis. *Nihil ignoveris.* *Imò aliquid, non omnia. Nihil gratia cauſa feceris: imò ne reſiſtito gratia, cùm officium & fides poſtulabit. Miſericordiâ commotus ne ſis: etiam in diſſolvendâ veritate: ſed tamen eſt aliqua laus humanitatis. In ſententiâ permaneto: enimverò niſi ſententia alia vicerit melior.*

Aliquid *&* Non omnia *opponuntur.*

Diſcutiuntur obſervationes Petri Rami.

DCXXXVIII *Ramus Peripateticorum inimicus.*

ARiſtotelici diſplicent Ramo, etiam ubi benè diſcurrunt; apud quem ipſa vileſcit veritas, ſi quando ab eis aſſerta. Oppoſitionum doctrinam totam carpit, & in eâ tria præcipuè, quæ breviter examinare placuit. Rami ſententiá etiam ab ejus Expoſitoris (Rodolphi Glocenii) verbis, qui *lib. 2. Dialect. cap. 2. diaceps 3. pag.* 436. Peripateticorum primum, quem putat, errorem ſic proponit. [In hâc tabulâ Author noſter (Ramus) tria meritò reprehendit. Primò, quod docet (Tabula) oppoſitionem illam, quam appellant *contrariam*, non eſſe contradictionem. Quòd autem oppoſitio contraria reverâ contradictionem pariat, inde patet, quia utrimque conſequens & antecedens per idem vinculũ affirmatur & negatur, mutatâ generalis affirmationis voculâ, in generalẽ negãtem.] Sic Gocleus. Et ego rideo, & aliud ſimile argumentum propono. Dicit Ramus Mariam Angelorũ Reginam, non eſſe Deum, & contrà ſic argumentor, *Peperit Deum, ergo eſt Deus*. Nugæ, nugæ. Nemo negat contrarias imprudenter conceſſas contradictorias parere. Nemo, eum qui admittat duas contrarias, eſſe admiſſurum duas contradictorias; ſed negamus contrarias eſſe contradictorias, hoc eſt, oppoſitas adæquatè; contrariæ enim inadæquatè opponuntur, quia ſolâ veritate, non falſitate. Progredior. *Omnis contradictio dividit verum à falſo. Oppoſitio contraria*

Nova Rami Dialectica admittit hãc conſequentiam: Mater peperit filium, ergo Mater eſt filius.

Adæquata & inadæquata oppoſitio.

non dividit verum à falſo. Oppoſitio igitur contraria non eſt contradictio. Major exemplis facilè declaratur. Oppoſitio contraria eſt, *Omnis homo eſt doctus, Nullus homo eſt doctus.* & item, *Omnes homines ſunt electi, Nulli homines ſunt electi.* In his exemplis utraque pars falſa eſt, quod tamen non contingit in veris contradictionibus. Et reſpondet Glocæus [primùm ad majorem diſtinguendo inter contradictionem generalem & ſpecialem: major enim loquitur de contradictione ſpeciali. Deinde ad minorem ait, oppoſitionem contrariam interdum dividere etiam verum à falſo præſertim in materiâ neceſſariâ, ut in his exemplis videre eſt. *Omnis homo eſt animal, Nullus homo eſt animal. Omnis homo eſt lapis, Nullus homo eſt lapis.*] Sed hoc eſt non reſpondere, ſed mutare nominum ſignificationem. Fatetur Ramus dari duas Contradictiones, alteram generalem, & alteram ſpecialem; concedit *Omne* & *Nullum* non opponi eâdem oppoſitione, quâ *Omne* & *Aliquid-non*, aut *Nullum* & *Aliquid*: ſed cur hæ duæ oppoſitiones debent potiùs vocari *Contradictio generalis*, & *Contradictio ſpecialis*, aut contrà, quam *Contrarietas* & *Contradictio*? Quia cùm nos ſubtiliter agimus, ubi ſe imparem Ramus diiudicat, ad Grãmaticam provocat, & quæſtionem gravem & ſeriam ad voces & nugas reducit. Nec placet quod in minoris reſponſione ſubiungit. Non enim doctrinaliter ſeparat verum à falſo id, quod interdum ſeparat & interdum non ſeparat, ſed quod ſemper: non enim eſt bona conſequentia, *Aliquando ſeparat, ergo & nunc.* qui enim doctrinaliter procedunt, ſic diſcurrunt, *Si una contraria eſt vera, altera ſemper erit falſa; Atqui nunc &c. Ergo, &c.* Exempla illa, quæ è materiâ neceſſariâ petuntur, non ſunt contraria, quia (ſi abſit vocum contentio) omnis oppoſitio affirmationis & negationis in materiâ neceſſaria adæquata eſt. Et ſi adæquatam *contradictoriam* appellemus, contradictoria eſt: at quia in tali caſu oppoſitionis adæquatio oritur à materiâ, non dicetur ſimpliciter **Contradictoria**, ſed *Contradictoria materialis.*

Contradictio duplex: alia generalis, & alia ſpecialis.

Ramus vocum ſignificationes commutat.

DCXXXIX. *Modus arguendi à contrariis.*

DCXL.] Reprehendit etiã Ramus illos, qui Subcontrariam oppoſitionem docent; & arguit ſic. [In Subcõtrariis oppoſitio nõ eſt, quia non idem conſequens de eodem antecedente affirmat & negat. Exempli gratiâ, *Quædam ſtellæ ſunt ſeptentrionales, Quædam ſtellæ non ſunt ſeptentrionales.* Hìc ſubiectum in priori axiomate reſpicit ſtellas circa polum arcticum: ſubiectum in poſteriori axiomate ſpectat ſtellas circa polum antarcticum. Quod ſi igitur non eſt oppoſitio in propoſitis axiomatibus, multò minùs erit contradictio. Sed eſt diviſio ex topicis contradicentibus in conſequente axiomatis parte, de diverſis, non de iiſdem antecedentibus enunciatum.]

An detur Subcontraria oppoſitio?

DCXLI. At iterum & iterum rideo; nam ſi hæ, *Quædã ſtellæ ſunt ſeptentrionales, & Quædam non ſunt ſeptentrionales*, non ſunt de eodem, nec hæ ſunt de eodem, *Quædam ſunt ſeptentrionales, & Nullæ ſunt ſeptentrionales*: ergo nec ſunt oppoſitæ. Ergo tota & ſola oppoſitio erit inter duas univerſales, aut etiam duas ſingulares: & tamen illud prius nec ipſe Petrus Ramus admittit. Audiri volumus, non traduci. *Dicimus* dari oppoſitionem adæquatam, & inadæquatam, & hanc eſſe duplicem, nam vel opponuntur propoſitiones in veritate tantùm: (quia quæ opponuntur in veritate & falſitate ſimul, adæquatè opponuntur.) *Subiungimus* in omni oppoſitione requiri dari duas propoſitiones, quarum altera aſſerat, & neget altera. *Concludimus* duas univerſales in materia contingente opponi in veritate (hoc eſt, non poſſe eſſe ſimul veras) duas particulares in eâdem materiâ opponi falſitate (hoc eſt, non poſſe ſimul eſſe falſas.) & tandem duas ſingulares; & etiam unam univerſalem & alteram particularem in eadem materiâ: & in materiâ naturali aut propriâ omnes propoſitiones, cuiuſcumque quantitatis ipſæ ſint, (modò altera aſſerat, & altera neget; id enim in omni oppoſitione requiritur) opponi adæquatè, veritate ſimul & falſitate (hoc eſt, non poſſe eſſe ſimul falſas, nec ſimul veras.) Si hæc omnia vera; fruſtrà Ramus obloquitur, aut ut veriùs dicam, cavillatur: ſi hæc falſa, binas poſitiones producat, quæ poſitas à nobis leges non ſequantur.

Docet ſuperiùs Univerſalem & particularem eſſe Contradictorias ra- *dicaliter.*

Exponit. vera doctrina.

Reprehendit Ramus tertiò eos qui oppoſitionem ſubalternam admittunt; & inter *Omne maleficium eſt puniendum*, & *Quoddam maleficium eſt puniendum*, nullam oppoſitionem, multò minùs contradictionem ipſe admittit. Sed hic iterum umbras diverberat. Quis enim unquam dixit ſubalternas opponi qualitate? quis illas veritate? eas opponi quantitate aſſerunt Peripatetici, & hoc eſt vero verius; altera enim univerſalis, & altera particularis eſt. At, inquit, oppoſitio quantitatum non debet vocari oppoſitio. Sed cur non? An quia hic loquendi modus, tametſi communis & præſcriptus, Petro Ramo non placuit? Sed duo deberet ſupponere; alterum nos eſſe Philoſophos, non Grammaticos; alterum, etſi eſſemus Grammatici, teneri loqui cum multis, non cum uno vel pauculis.

An detur ſubalterna oppoſitio?

An Duæ Contradictoriæ poſſint eſſe ſimul veræ?

DE hac materiâ uberiùs in Metalogicis acturus ſum: nunc breviter reſpondeo negativè: & addo ſi quando videantur ſimul veræ, tunc Univerſalem ſenſu aliquo limitato eſſe intelligendam & contrahendam. Conſidera ſequentes Poſitiones. DCXLII. *Reſolutio.*

Generatio Chriſti eſt ineffabilis.
Generatio Chriſti non eſt ineffabilis.
Omnis homo mendax.
Chriſtus non eſt mendax.
Omnes peccaverunt in Adam.
Maria non peccavit in Adam.
Omnis primogenitus eſt ſanctus.
Aliquis primogenitus non eſt ſanctus.
Ego vivo.
Ego non vivo. & ſimiles.

Nonnullæ contradictiones apparentes.

DCXLIII. Et quidem generationẽ Chriſti eſſe ineffabilem, conſtat ex Eſaiâ dicente, *Generatio-* nem

An Chriſti generatio ſit ineffabilis?

nem ejus, quis enarrabit? & eamdem non eſſe ineffabilem, conſtare ex Matthæi Evangelio, in quo enarratur liber generationis Jeſu Chriſti. Sibi ergo iſtæ duæ propoſitiones contradicunt. Sed nun S. Hieronymus libr. 1. Comm. in Matth. ſub initium. *In Eſaia legimus: Generationem ejus quis enarrabit? Non ergo putemus Evangeliſtam Prophetæ eſſe contrarium ut quod ille impoſſibile dixit effatu, hic narrare incipiat: quia ibi de generatione divinitatis* (fortè, *divina*) *hic de incarnatione dictum eſt.*

Duplex eſt altera effabilis, & altera ineffabilis.

DCXLIV. *An omnis homo mendax ſit.*

Dixit David in exceſſu ſuo, *Omnis homo mendax*: & huic non opponitur contradictoriè, *Chriſtus non eſt mendax*, quia Propheta Rex agit de puris hominibus ſolummodò, & Chriſtus non eſt purus homo.

An Deipara peccaverit in Adam.

Hæc aſſertio, *Omnes peccaverunt in Adam*, quo ſenſu ab Apoſtolo dicta, vera eſt: ergo vel nemo excluditur; &, ſi hoc verum, Deipara peccavit in Adam; vel excluditur illa; &, ſi hoc verum, hæc ſingularis, *Maria non peccavit, &c.* univerſali non opponitur. An potuit Maria peccaviſſe in Adam, & nihilominus concipi ſine peccato originali? potuit. Sed de hoc alibi.

An fuerit ſine culpa concepta.

DCXLV. *Sanctitas duplex.*

Nec ſequentes propoſitiones ſunt contradictoriæ, licèt eſſe videantur; quia *Sanctitas* ſumitur æquivocè, aliter in univerſali, & aliter in particulari. Poſſem me expedire ab hac difficultate, & dicere in illis verbis, *Omnis adaperiens vulvam, ſanctus Domino vocabitur*, agi de conſecratione non autem de ſanctitate: jubet enim Deus omnem ſibi primogenitum conſecrari: & hoc non tollit primogenitos multos fuiſſe malos: nam & hodie Epiſcopi & Sacerdotes conſecrantur, nec tamen univerſi ſunt boni. Poſſem ſecundò dicere ſanctitatem eſſe iterum duplicem, ſtatûs & perſonæ; prioremque pertinere ad propoſitionem univerſalem, & ad particularem poſteriorem; non enim mirum eſſet, ſi ſtatus primogenitorum eſſet ſanctus, & in ipſo multi perſonaliter non eſſent ſancti; quia hodie in ſtatu proficientium, qualis eſt religioſus, multi ſunt qui parum aut nihil proficiunt: & in ſtatu perfectorum, qualis eſt Epiſcopalis, aliqui eminent, qui perfecti non ſunt. Poſſem tertiò ſequi D. Ambroſium, qui libr. 2. in cap. 2. Lucæ, circa med. ſic inquit. *Si literam ſequamur, quomodo ſanctus omnis maſculus, cùm multos ſceleratiſſimos fuiſſe non lateat? Numquid ſanctus Achab? Numquid ſancti Pſeudoprophetæ, quos ad Eliæ preces ultor cæli ignis abſumpſit? Sed ille ſanctus, quem in figura futuri myſterii pia legis divinæ præſcripta ſignabant, eo quod ſolus ſanctæ Eccleſiæ virginis ad generandos populos Dei immaculatæ fæcunditatis aperiret genitale ſecretum.* Ecce tollit contradictionem Mediolanenſis Archiepiſcopus ad ſenſum & generationem moralem confugiendo.

An omnes ſacri homines fuerint ſancti, ſanctitas perſonæ & ſtatûs.

Non omnes proficiunt in ſtatu proficientium nec omnes perfecti ſunt in perfectorum ſtatu.

Generatio duplex: realis, moraliſque.

DCXLVI. *Vita phyſica & ethica, realis & virtualis.*

Tandem & Pauli verba, *Vivo ego iam non ego, ſed vivit in me Chriſtus*, non contradicentia, ſed æquivoca ſunt: quia Paulus aſſerit ſe realiter vivere, at moraliter non ampliùs vivere; ſed mundo & voluptatibus ita ſe habere, ac ſi verè & realiter non eſſet vivus: & cauſam & originem hujus mortis moralis Chriſtum aſſeruit eſſe, qui in ſe vivit.

Patet ex his pauculis, & multis, quæ poſſemus adducere, non deberi Dialecticum terreri, ſi in Contradictorias ſimul veras incidat; non enim omnes ſunt Contradictoriæ, quæ videntur; ſæpè enim ſubeſt æquivocatio, quæ omnem auferat contradictionem.


ARTICULUS XXXV.

De Propoſitionibus Pluralis numeri.

Schema articulo præcedente poſitum expreſſit oppoſitionem. Enuntiationum numeri ſingularis: nunc ad tribunal pluralis numeri Enuntiationes appellantur, jubemurque eorum oppoſitionis & inimicitiæ eſſe Judices. Quæritur, quâ ratione opponantur hi termini, *Omnes, Nulli, Aliquis & Aliquis non*? Et ſequens Paradigma reſpondet.

DCXLVII. *Quo opponantur modo propoſitiones pluralis numeri.*

Digitized by Google



DCXLVIII Ut verus ſit aſcenſus ab hac propoſitione, ***Omnes homines ſunt albi***, requiritur ut ne unus quidem niger (hoc eſt, non-albus) homo ſit; nam ſi vel in uno delinquit, factus eſt omnium reus, & falſitatis condemnabitur. Pono enim caſum in quo unus tantum homo ſit niger; & ille Deſcenſus ſic debebit formari. ***Omnes homines ſunt albi: Ergo & iſti, & iſti, &c.*** & in tali caſu propoſitio illa ***Iſti homines ſunt albi***, ſi produceret album & nigrum, eſſet falſa. Sic ſimiliter, ut Deſcenſus ab hac propoſitione, *Nulli homines ſunt albi*, verus ſit, requiritur ut nec unicus albus exiſtat. Poteſt igitur utraque eſſe ſimul falſa, non autem eſſe ſimul vera: oppoſitio igitur harum Propoſitionum contraria eſt

Particulares illæ, *Aliqui homines ſunt albi*, & *Aliqui non ſunt albi*, poſſunt eſſe ſimul veræ, imò de facto ſunt; nam & Æthiopes ſunt non-albi; & albi univerſi Europæi. Imò eædem propoſitiones ſimul falſæ eſſe poſſunt; nam ſi darentur duo ſolùm homines, alter albus, & alter non-albus, eſſet falſum *Aliquos eſſe albos*, eſſet falſum, *Aliquos eſſe non-albos* adeòque *Aliquos eſſe non albos*. Ergo particulares iſtæ diſparatæ ſunt, ſiquidem nec veritate, nec falſitate opponuntur.

Hinc veniendo ad has, ***Omnes ſunt albi***, *Aliqui non ſunt albi*; & ad has, *Nulli ſunt albi*, *Aliqui non ſunt albi*; dico omnes quatuor in caſu poſito [nimirùm, ſi darentur duo tantummodò homines, alter niger, & alter albus.] eſſe falſas, adeòque contradictoriè non opponi: adde non dari caſum in quo poſſint eſſe ſimul veræ, & quia veritate ſolâ pugnant, pronuntio illas eſſe contrarias.

DCXLIX. *An omnia nova falſa?* NOvam tabulam dedi, ſed quid inde? hoc falſo ævo omnia nova, quæ vera. Si hanc doctrinam tanquam novam condemnes; tuam ego eſſe antiquam condono, ſed ut falſam condemno. Senſum meum & propoſui & expoſui, ſenſa aliorum ſubſcribo.

Prima Sententia.

DCL. *Peripateticorum, ſi creditur Goclenio, opinio.* IN Dialecticæ Ramææ explicatione *libr. 2. cap. 2. diacepſi 3. pag. 435.* Rodolphus Goclenius ſic inquit. [Ariſtotelici quadruplicem faciunt oppoſitionem Axiomatum, ſeu Propoſitionum, ***Contrariam***, ***Contradictoriam***, ***Subcontrariam***, & ***Subalternam***, eamque in diagrammate ſic deſcribunt.] Hæc ille, & figuram ſequentem proponit.



Confer hanc tabulam cum noſtra, quam dedimus num. 647.

Sic

DCLI. *Quænam ſit Peripateticorum opinio?* Sic Peripatetici, aſſerente Goclenio, pluralium oppoſitionem intelligunt, ſic tradunt, ſic exponunt. Fortè illorum mentem non fuit Goclenius aſſequutus, fortè eam expreſſit; id non examino, ſed ſolummodò affirmo totam hanc tabulam eſſe erroribus plenam, tantumque eam abeſſe à veritate, quam à noſtrâ. Pronuntio has, *Quædam herbæ ſunt ſalubres*, *Quædam herbæ non ſunt ſalubres*, eſſe de facto ſimul veras; ac eſſe poſſe ſimul falſas; ac propterea non eſſe ſubcontrarias, ſed diſparatas. Eſſe de facto ſimul veras, non negas, eſt enim meridie mero clarius poſſe ſimul eſſe falſas, oſtendo. Si duæ ſolummodò darentur herbæ, altera ſalubris, & inſalubris altera, utraque propoſitio eſſet falſa, non enim in dato caſu eſſent aliquæ ſalubres, nec aliquæ eſſent inſalubres, ac propterea nec aliquæ non eſſent ſalubres. In eodem caſu iſtæ, *Quædam herbæ ſunt ſalubres*, *Nullæ herbæ ſunt ſalubres*, & etiam iſtæ, *Quædam herbæ non ſunt ſalubres*; *Omnes herbæ ſunt ſalubres*, eſſent ſimul falſæ, & per conſequens non eſſent contradictoriæ, ſed contrariæ.

An Omnes contrariantur potius Nulli, quàm Nullus? Has univerſales, *Omnes herbæ ſunt ſalubres homini*, *Nulla herba eſt ſalubris homini*, contrarias eſſe voluit Goclenius; ſed cur negantem ad numerum ſingularem contraxit? Non puto conſilio factum, quoniam huic, *Omnes herbæ ſunt ſalubres*, contrariatur hæc, *Omnes herbæ non ſunt ſalubres*; cui æquipollet hæc, *Nullæ herbæ ſunt ſalubres*, non autem hæc, *Nulla herba eſt ſalubris*. Quòd ſi aliquis inter *Omnes non* & *Nullos*, velit reperire diſcrimen, impinget in receptiſſimas æquipollentiæ regulas, & vocum ſignificationes alterabit. Accedit, quod paulò poſt has, *Omnes homines ſunt electi*, *Nulli homines ſunt electi* à Peripateticis vocari contrarias admittat.

Secunda Sententia.

DCLII. [illegible] Dices; in caſu, qui duos tantùm homines poneret, alterum album & alterũ nigrum, hanc propoſitionem eſſe falſam, *Aliqui homines ſunt albi*, hanc autem eſſe veram, *Aliqui non ſunt albi*: quia ut ſit vera, ſufficit, quod alter non ſit albus. Sic diſcurrebat neſcio quo præjudicio præoccupatus, quidam olim Magiſter meus, cõtra quem ſic arguo. In illo caſu (ſemper enim illum ſupponimus) iſtæ propoſitiones aſſerentes,

Omnis homo eſt albus.
Omnes homines ſunt albi.
Iſti homines ſunt albi.
Omnes iſti homines ſunt albi.
Aliqui homines ſunt albi.

eſſent æquipollentes, non enim petunt plures, nec poſſunt de paucioribus verificari; Iſtæ

Nulli ex iſtis ſunt albi.
Aliqui ex iſtis ſunt albi.
Aliqui ex iſtis non ſunt albi.

non ſupponerent: quia requirunt, ut minimum tres, ut poſſint verificari. Iſtæ autem negativæ,

Omnis homo eſt non albus.
Omnes homines ſunt non albi.
Iſti homines ſunt non albi.
Omnes iſti ſunt non albi.
Aliqui ſunt non albi.

eſſent omninò falſæ: ergo & erunt falſæ iſtæ quæ illis æquipollent: videlicet

Nullus homo eſt albus.
Nulli homines ſunt albi.
Iſti homines non ſunt albi.
Omnes iſti non ſunt albi.
Aliqui non ſunt albi.

Ergo ſi duo ſint homines, alter albus & alter niger, hæc propoſitio, *Aliqui non ſunt albi*, falſa eſt.

Tertia Sententia.

Prodiit anno 1649. Patris Thomæ Comptoni Philoſophia, calamo ſubtili & erudito ſcripta, cujus me lectio juvit, habet enim multa, varia, & omnia plena ingenio, & doctrinâ. Et diſputatione VI. de proprietatibus Propoſitionum ſect. 3. num. 3. hæc habet. [Advertendum, differentiam ſcilicet eſſe inter terminos ſignis pluralibus affectos, & ſingularibus: nam ſingularia diſtribuunt diviſivè per ſingula individua, pluralia verò ſumuntur non pro ſingulis individuis, ſed pro collectionibus eorum: unde, *Omnes homines currunt*, non debet reſolvi ſicut, *Omnis homo currit*; nempe, *hic homo currit*, & *ille homo currit*, &c: ſed hoc modo, *hi homines currunt*, & *illi homines currunt*, unde hæ non ſunt contradictoriæ. DCLIII. *Curſus Philoſophicus Comptoni qualis?* *Hic, ſicut in aliis oſtendit ſuam diligentiam Comptonus, & eſt dignus applauſu & laude.*

Omnes homines currunt,
Aliqui homines non currunt.

ſed potiùs contrariæ; cùm ſimul falſæ eſſe poſſint, ſi omnes currant præter unum. Unde *Non omnes* non æquipollet huic *Aliqui non*; ſicut *Non omnis* huic, *Aliquis non*. Quæ omnia clarè ex inferiùs ſequenti Tabula innoteſcent.] Tabulam ipſam, quam Comptonus poſuit, ſubjunxeram; & nihilominùs illum meliori conſilio ductus deleo; nam vel errore Typographi, aut Authoris incuriâ doctrinæ poſitæ non correſpondet. Volui illam corrigere, ſed quo fructu, cùm operoſa & difficilis ſit, & faciliimam in textu dedimus, quæ Comptoni etiam correſpondet doctrinæ, quam gaudeo conſonare noſtræ. *Non omnes*

NOTA.

S. Gregorius Papa homiliâ 10. in Evang. has duas ſubcontrarias admittit:

Aliqui dicunt Chriſtum eſſe Deum:
Aliqui non dicunt Chriſtum eſſe Deum.
Vel has. *Aliqui aſſerunt Chriſtum eſſe Deum.*
Aliqui negant Chriſtum eſſe Deum.

Do cj' verba. [Sunt nõnulli hæretici, qui hunc (Chriſtum) Deum credunt, ſed ubique regnare nequaquam credunt. Hi profectò ei thus offerunt, ſed offerre etiam aurum nolunt. Et ſunt nonnulli, qui hunc Regem exiſtimant, ſed Deum negant. Hi videlicet ei aurũ offerunt, ſed offerre thus nolunt.] Ita ille, & ex illo nos in Lectionibus infra Octavam Epiphaniæ.

ARTICULUS XXXVI.

De Indefinitarum Propoſitionum Oppoſitione.

DCLIV. *An indefinita opponantur contradictoriè?* Difficilior hæc quæſtio eſt, quàm videtur; nam D. Thomas putat eas contradictoriè opponi; primæ enim partis quæſt. 19 art. 9. ait. *Mala fieri* & *Mala non fieri* eſſe contradictoriè oppoſita. Ait, inquam, quia tametſi ibi contra ſe argumentetur, id quod objecit in ſua reſponſione concedit, dici enim jubet, *quod licet Mala fieri, & non fieri contradictoriè opponantur, tamen Velle mala fieri & Velle mala non fieri, non opponuntur contradictoriè, cùm utrumque ſit affirmativum.* At Ego D. Thomæ ſubſcripturus non ſum, in materia præcipuè contingenti (malis contingit fieri vel non fieri) & hanc ob rem rationi plus deferens quàm authoritati DICO PRIMÒ, *Indefinitas in materia contingente æquipollere particularibus: & in neceſſaria univerſalibus.* DICO SECUNDÒ *univerſales in materia neceſſaria nec ſimul veras, nec ſimul falſas eſſe poſſe.* DICO TERTIÒ, *Has*, Mala fiunt, & Mala non fiunt; *æquivalere ſubcontrariis.* *D. Thomæ ſententia* *Indefinita ad Univerſales & Particulares reducuntur.*

Sed quia aliqui, & meritò, ſtando ſummo rigori inter has *Omnis homo eſt animal, Aliquis homo eſt animal, Homo eſt animal,* diſcrimen manifeſtũ reperiunt, ſubjungam Indefinitas, quin ad Univerſales aut Particulares reducantur, in materia neceſſaria aut propria opponi adæquatè (& contradictoriè ſi velis) & in contingente ſubcontrariè. *Etiam opponuntur, licet non reducãtur.*

DCLV. *Ramiſtarũ opinio.* Rodolphus Goclenius in Dialecticæ Rameæ Explicatione libr. 2 cap. 2. diæcepſi 3. mihi pag. 435. [*Verè contradictio eſt* (ait) Animal hodie eſt ſanum, *&* Animal hodie non eſt ſanum. *Sed contradictio non eſt*, Animal eſt ſanum, *&* Animal non eſt ſanum, *ſi intelligatur diverſa temporis ratio.*] Et omnia evidenter ſunt falſa; materia enim contingens eſt, nec majorem rigorem illæ indefinitæ important, quàm iſtæ, *Aliquod hodie animal eſt ſanum*, & *Aliquod animal hodie non eſt ſanum*: quæ ſimul ſunt veræ. Porrò ſi hæc eſt vera, *Aliquod animal hodie eſt ſanum*, etiam erit hæc *Animal hodie eſt ſanum*, quoniam *Aliquod animal eſt animal.* Et ſi hæc, *Aliquod Animal hodie non eſt ſanum*, eſt vera, etiam erit vera hæc, *Animal hodie non eſt ſanum*, quia, ut diximus, *Aliquod animal eſt animal*, & de omni Univerſali, de omni Particulari, de omni Singulari, tam affirmativâ quàm negativâ, ad Indefinitam valet conſequentia, ut inferiùs oſtenditur. *Fortè Goclenius impar eſt, qui Rami Cõmentatorẽ agat.*

Cooptantur Propoſitiones Univerſales, Particulares, Indefinitæ, Singulares, Numeri ſing. & plur.

DCLVI. Examinatâ ſingularum oppoſitione & ſubordinatione erit difficile univerſas ad unum Paradigma reducere, & diſcutere quamnam ſingulæ habitudinem dicant aut non dicant ad ſingulas. Pono ſequentem Tabulam, in qua meliori conſilio ductus abbreviavi non ſolùm, ſed & mutavi characteres quos in ſua Tabula poſuit Comptonius, quam totam corrigere volui, niſi tam operoſa & difficilis eſſet: valorem tamen retinui characterum & conſului facilitati & brevitati. Illam conſidera.

Tabella omnium Propoſitionum ſingularis & pluralis numeri oppoſitionem exhibens,

	Omnis.	Aliquis.	Nullus.	Aliquis non.	Omnes.	Aliqui.	Nulli.	Aliqui non.
Omnis.	I							
Aliquis.	A	I						
Nullus.	C	Œ	I					
Aliquis oon.	Œ	S	A	I				
Omoes.	A	A	C	Œ	I			
Aliqui.	C	A	C	S	A	I		
Nulli.	C	Œ	A	A	C	C	I	
Aliqui non.	C	S	C	A	C	D	A	I

Œ. *Contrad.*
C. *Contrar.*
S. *Subcont.*
A. *Subalt.*
I. *Identic.*
D. *Diſpar.*

Angulus communis dabit propoſitionum ſingularum oppoſitionem.

Subalternatio ex plurali ad ſingularem ſemper eſt manifeſta: hæ enim ſunt bonæ conſequentiæ:

Omnes; ergo omnis.

Aliqui: ergo aliquis.

Nulli ergo nullus.

Aliqui non: ergo aliquis non.

Et his poſitis ad oppoſitionem venio, & quo propoſitiones modo inter ſe comparentur, expono.

Primò igitur, hæc *Omnes homines ſunt albi*, opponitur contrariè his, *Nulli homines ſunt albi*, *Nullus homo eſt albus*, *Aliqui homines non ſunt albi*, quia in hypotheſi quod tantùm ſint duo homines, alter albus & alter non-albus, omnes hæ quatuor poſitiones ſunt falſæ. At opponitur contradictoriè his, *Aliquis homo non eſt albus Homo non eſt albus*, *Hic homo non eſt albus*.

Secundò hæc, *Omnis homo eſt albus*, æquivalet antecedenti; & opponitur eodē omninò modo.

Tertiò hæc, *Aliqui homines ſunt albi*, & hæc *Homines ſunt albi* (equipollentes enim ſunt) contrariantur univerſalibus negativis, reſpectu harum, *Aliqui homines non ſunt albi*, & *Homines non ſunt albi* ſunt diſparatæ: nam ſi ponantur duæ hypotheſes; & in primâ ſint duo homines tantùm, alter albus, & alter non albus; & in ſecundâ quatuor, bini albi, & bini non albi; in primâ omnes illæ propoſitiones eſſent falſæ, & in ſecundâ veræ. Ipſæ huic, *Aliquis homo non eſt albus*, & huic etiam, *Homo non eſt albus*, opponentur ſubcontrariè: poterunt enim eſſe ſimul veræ, non verò ſimul falſæ: nam in primâ hypotheſi altera eſt vera, altera falſa; in ſecundâ utraque eſt vera, nec occurrit tertia hypotheſis, in quâ ſint ambæ falſæ. Et tandem reſpectu illius, *Petrus non eſt albus*, ſunt diſparatæ: quoniam poſſunt eſſe ſimul veræ, & ſimul falſæ. Videlicet ſimul falſæ in primâ hypotheſi, ſi in illâ hic (Petrus) ſit albus, & ille non albus; tunc enim falſum erit dicere *Petrum non eſſe album*, & falſum *Aliquos eſſe albos*. *Nota hoc bene.*

Quartò, hæc, *Aliquis homo eſt albus* (cui æquivalet *Homo eſt albus*) contradictoriè opponitur, *Nullus*, & *Nullis*: ſubcontrariè *Aliquibus non*, & *Hominibus non*: ſubcontrariè etiam *Alicui non*: & tandem etiam Singulari neganti.

Quintò, hæc, *Hic homo* (Petrus) *eſt albus*; opponitur contradictoriè *Nullis*, & *Nulli*; reſpectu *Aliquorum hominum non*, & *Hominum non* opponitur ſubcontrariè: & ſingulari negativæ contradictoriè. Pono eſſe ejuſdem de eodem, nam ſi dicendo, *Hic homo eſt albus*, *Hic homo non eſt albus*, in alterâ deſignaremus Petrum, Joaonem in alterâ, eſſent propoſitiones diſparatæ, quæ ſimul falſæ, & ſimul veræ poſſent eſſe, ſi primus eſſet albus, & ſecundus non albus; ſimul falſæ, ſi contrà.

ARTICULUS XXXVII.

De Oppoſitione Modalium.

DCLVIII. MAgno Veteres hanc controverſiam apparatu implicarunt; & in hoc ſequuti ſunt Ariſtotelem, qui de Modalibus multa & ea perplexa & obſcura reliquit. Alibi ego de hac materia ex profeſſo, & præter Modos ab Ariſtotele poſitos, & à Peripateticis expoſitos, mul- *Vide infe- rius Hen- culo Logi- ci laborem ultimum.*

tos

tos edſſetam: nunc iſtos *Neceſſarium, Impoſſibile, Poſſibile,* & *Poſſibile non*, explicandos aſſumo, & ſic diſcurro.

DCLIX. *Modales reducuntur ad ſimplices.*

Propoſitio ſimplex, aut ut aliqui loquuntur, *de ineſſe*, eſt quæ caret his aut aliis ſimilibus Modis: & Modalis, quæ non caret. Expoſuimus oppoſitionem ſimplicium, ergo facillimè intelligemus oppoſitionem Modalium, ſi illas ad ſimplices reducamus. An hoc poterimus? Facillimè, ſi mentis oculos aperire velimus, eſt enim materia delicata. *Quanam ſit propoſitio ſimplex, quæ modalis.*

Hæc, *Neceſſarium eſt hominem eſſe animal*, æquivalet huic, *Homo debet eſſe animal*: & huic, *Homo non poteſt non eſſe animal.* Unde intelligi poterit Martialis dicens:

Mart. Epigramm. 126.

Cùm clamant omnes, loqueris tu Nævole ſemper
Et te patronum cauſidicumque putas,
Hac ratione poteſt nemo non eſſe diſertus.
Ecce tacent omnes: Nævole dic aliquid.

Hæc, *Impoſſibile eſt equum eſſe lapidem*, huic, *Equus non poteſt eſſe lapis*, & huic *Equus debet non eſſe lapis.*

Hæc, *Poſſibile eſt hominem eſſe viridem*, huic, *Homo poteſt eſſe viridis.*

Et tandem hæc, *Poſſibile eſt hominem non eſſe bipedem*, huic, *Homo poteſt non eſſe bipes.*

Quid verius? quid facilius? quid clarius? Sanè harum Simplicium, in quas Modales tranſiverunt, Contrarias, Subcontrarias, Contradictorias, addito ſigno univerſali aut particulari, deſignare, tam eſt facile ut expoſitione non indiget.

DCLX. *Quæſtio hæc, quæ hucuſque ſummè fuit difficilis, eſt ſummè facilis.*

HInc patet gravitatē & difficultatem Quæſtionū à modo tractandi depōdere: eamque, quæ hucuſque inſuperabilis plurimis viſa, tam eſſe facilem, ut Ariſtoteli & Peripateticis univerſis poſſim dicere.

Stagirita Crucem hic, ubi declarare Modales
Cœperas ingenius fixit Ariſtoteles.
Illas ad reliquas ſummâ brevitate reduco,
Antiquamque brevi tempore tollo Crucem.

verè enim Crucem magnis ingeniis erexit Ariſtoteles, quam ſummo eorumdem bono Articulus iſte deponit.

De modo contingentia.

Præter Modum *Neceßitatis, Impoßibilitatis, & Poßibilitatis* etiam Modum *Contingentiæ* Ariſtoteles poſuit, & Peripatetici cæteris conantur componere: ſed quia in ejus ſignificatione non conveniunt, debui illum hinc excidere & alibi curioſè examinare.

An præter Ariſtotelicas ſint aliæ propoſitiones modales?


An-ne præter adſignatas ab Ariſtotele ſunt aliæ poſitiones Modales? An alii Modi? Negant Peripatetici ſeveri, putant enim nihil eſſe verum in Mundo, quod non fuerit à ſuo Magiſtro aſſertum, nihil falſum quod non fuerit negatum. At nos qui Veritatem quacumque re fortiorem & potentiorem eſſe à Sacris Litteris didicimus, illam Stagiritæ, viro aliàs ingenioſo, præferimus, & præter communes & vulgares Modos, ſequentes etiam dilucidamus; ſcilicet, *Liberum*, & *Neceſſarium*: *Fallibilem* & *Infallibilem*: *Improbabilem* & *Merè probabilem*, *Magis probabilem*, *Æquè probabilem*, *Minùs probabilem*: *Evidentem* & *Inevidentem*: *Dubium* & *Indubium*. *Fide divinâ ſtabilitum*, *Fide humanâ tenendum*. *Certum moraliter*; *Per ſe notum*: *Cenſurâ dignum*. *Temerarium*, *Periculoſum*: *Pias aures offendentem*, *Erroneum*, *Proximum hæreſi*, & *Hæreticum*. Vide inferius Herculis Logici Laborem tertium.

De Oppoſitione Exponibilium.

PRopoſitio exponibilis ea eſt, quæ indiget expoſitione, nempe illa quæ ratione alicujus dictionis obſcurum generat ſenſum, & debet per clariores propoſitiones explicari. Tres dantur exponibilium ſeries: prima complectitur *Excluſivas*, ſecunda *Exceptivas*, tertia *Reduplicativas*. DCLXI.

De Excluſiva.

IDeò dicitur talis, quia ita unum terminum exprimit, ut reliquos omnes excludat, ad hanc propoſitionum ſeriem omnes illæ pertinent, quæ affiguntur adverbiis, *Tantùm*, *Tantummodò*, *Solùm*, &c. Ut, *Tantùm homo eſt rationalis*, Hoc eſt, *Homo eſt rationalis*, *& nihil aliud ab homine eſt rationale.* Huic propoſitioni ſic expoſitæ facilè negatio contrariam & contradictoriam deſignabimus. Paradigmata ſequentia contemplare. DCLXII.



Ut præ-

Ut præcedens Paradigma intelligere puſſis, ſequens attentè contempleris.

Oppoſitio priùs pendet à propoſitione exceptivâ, quàm ab incluſâ.

Homo eſt albus, & nihil aliud ab homine eſt album.	Contrariæ.	Homo eſt albus; & omne aliud ab homine eſt album.
Contradict.	Contradictoriæ. Contradictoriæ.	Contradict.
Homo eſt albus & aliquid aliud ab homine eſt album.	Subcontrariæ.	Homo non eſt albus, & aliquid aliud ab homine non eſt album.

Prius exponit & illuſtrat poſterius: & in utroq; Materia eſt contingens; contrariæ ſunt ſimul falſæ: ſubcontrariæ ſunt ſimul veræ: contradictoriæ nec ſimul veræ; nec ſimul falſæ.

Multa ſunt hîc contra communem digeſtionem, ſed alteranda neceſſariò. In ſchemate nō poſui ſubalternas, quia ſubalternans debet aliam inferre: & hîc illa propoſitio *Tantùm homo eſt albus*, utriq; ſubcontrariæ contradicit: ut poteris experiri ſi ſenſum & veritatē inveſtiges.

De Oppoſitione Exceptivarum.

DCLXIII. *Profiſcitur à termino excepto, & exceptivas ad ſimplices poſitiones reducit.*

TAlis dicitur, quòd aliquem terminum excipiat, qualis eſt hæc propoſitio; *Omne animal præter hominem eſt album.* Cui opponitur cōtrariè, *Nullum animal præter hominem eſt album*: ſub quibus contrariis ſubalternantur ſubcōtrariæ *Aliquod animal præter hominem eſt album*, *Aliquod animal præter hominem non eſt album.* Schema facili negotio poterit ex dictis formari.

De Oppoſitione Reduplicativarum.

DCLXIV. *In hoc genere contrariis, ſubcontrariis & contradictoriis aſſignare non poteris.*

DIfficilius eſt adſignare oppoſitas illis, quas *Reduplicativas* dicimus, quòd in eis aliquis terminus reduplicetur. Talis eſt hæc vera, *Homo in quantum animal eſt ſenſibilis.* Opponitur contradictoriè huic *Homo non in quantum animal eſt ſenſibilis*: neutri poterit congruè adſignari contraria aut ſubcontraria.

Conſultò examinandam propoſui unam propoſitionem veram: quoniam, ſi falſæ quæratur contradictoria, nō facile reperiri poterit. Hæc enim, *Æthiops in quantum animal eſt albus*, non contradicit huic, *Æthiops non in quantum animal eſt albus.*

De Oppoſitione Cauſalium, & Conditionalium.

DCLXV. *Cauſalium oppoſitio.*

ILlativæ ſunt, debentq; tali negatione infici, quæ totam aſſertionem neget. Hæc, *Petrus, quia eſt Hiſpanus, eſt doctus*, non opponitur huic, *Petrus, quia eſt Hiſpanus, non eſt doctus*; neque huic *Petrus, quia eſt Hiſpanus, eſt non doctus*: neq; tandē huic, *Petrus, quia non eſt Hiſpanus, eſt doctus.* Cui ergo? huic-ne *Petrus, non quia eſt Hiſpanus, eſt doctus*; aut etiam iſti, *Petrus non ideò eſt doctus, quia eſt Hiſpanus?* minimè; quia in omnibus videtur Petrum eſſe doctum ſupponi. Cui ergo? Huic ſoli, *Non eſt verum, quod Petrus, quia eſt Hiſpanus eſt doctus.* Et iſte eſt facillimus modus deſignandi contradictorias.

Conditionalium oppoſitio.

Eodem modo procedere poteris, cum agas de Conditionalibus. Hæc enim *Si Paulus venerit, diſcedam*, non æquipollet huic, *Paulus veniet, & ego diſcedam*: adeòque neque opponitur huic, *Si Paulus venerit non diſcedam*, niſi illud *non*, non jam diſceſſum, ſed totam omninò poſitionis illationem inficiat. Cui ergo opponitur? iſti, *Non eſt verum, quòd, ſi Paulus venerit, diſcedam.*

DCLXVI.

Hæc dico, quia ut ſuperiùs notavi inter adventum Pauli & diſceſſum meū eſſe debet connexio, ſi enim diſceſſurus ſim, ſive venerit Paulus, ſive non, vim Conditionalis nō habet hæc, *Si Paulus venerit, diſcedam*; adeòque licet antecedens & conſequens ſit verum, illud *ſi* erit falſum; & in Conditionali verâ non debebit negari antecedens aut conſequens, nam ſupponuntur vera; ſed illud ſolummodò *ſi*, ſupponitur falſum.

ARTICVLVS XXXVIII.

De Æquipollentiâ.

DCLXVII.

QVæſtio eſt Grammatica, & à nobis in Speculativâ tractata: at quia omnes illam Philoſophi in Logicâ tractant, debebit hîc à nobis vel breviſſimè exponi, ne recurrere ad Grammaticos libros cogamur. Igitur, ut æquivalentes Propoſitiones à cæteris decernere valeamus, oportet conſiderare has lineas.

Termini æquipollentes.

Huic ſyncategoremati *Omnis*, æquipollent, *Quilibet*, *Nullus-non*, *Non-aliquis-non*, *Nequidem unus-non*, *Non quidam-non.*

Huic, *Nullus*, æquipollent *Omnis-non*, *Non-aliquis*, *Ne unus quidem.*

Huic *Aliquis*, æquipollent hæc, *Quidam*, *Nonnullus.*

Et tandem huic, *Aliquis-non*, æquipollebunt iſta, *Quidam-non*, *Non nullus non*, &c.

Hinc patet Propoſitionum Æquipollentiam eſſe æquivalentiam, ui cuius altera idem ſignificat omninò quod altera. Hæc grammaticè.

Sed quo tollitur modo ſub-contrariæ oppoſitio? Ut contraria.

Æquipollentia ſumpta Logicè opponitur Oppoſitioni, imò illam tollit additâ unâ vel alterâ negatione juxta leges quas pronuntiat hoc Carmen. *Æquipollentia tollit oppoſitionem.*

Præ Contradict. Poſt. Contra Præ, Poſtque Subaltern.

Cujus ſenſus eſt iſtæ. Quòd ſi alteri Contradictoriæ negationem præponas, æquipollebit alteri Contradictoriæ. Quòd æquipollebit Contraria alteri Contrariæ, ſi poſtponas. Quòd æquipollebit altera ſubalterna alteri; ſi præponas poſtponaſque.

DCLXVIII Doctrinam hanc exemplis manifeſtis diluceido, quoniam experientia me docet plus exemplis quàm regulis Studioſos inſtitui. Hæ poſitiones.

Tollitur contradictio.

Omnis homo currit.
Aliquis homo non currit.

ſunt contradictoriæ: hæ verò

De verâ ſignificatione ſyncategorematis Non omnis agam inferius in Herculis Logici laboroſecundo. Sed toto hoc libro doctrinam communē & per bis mille annos ferè in ſcholis præſcriptam explorabo.

Non omnis homo currit.
Aliquis homo non currit.

& iſtæ etiam

Omnis homo currit.
Non aliquis homo non currit.

ſunt æquipollentes. Sumo ſyncategorema *Non omnis*, quo ſenſu omnes illi, qui de Æquipollentia diſputarunt: & quia ſcio hîc aliquam parallaxim eſſe, quam alij neſciunt, addam aliud exemplum, & producam univerſalem negativam. Iſtæ duæ.

Nullus homo currit.
Aliquis homo currit.

ſunt contradictoriæ: æquipollentes verò,

Nonnullus homo currit.
Aliquis homo currit.

ſicut iſtæ ſequentes,

Nullus homo currit.
Non aliquis homo currit.

Contradictionem, ut vidiſti, præpoſitione negationis abſtulimus: contrarietatemq; poſtpoſitione auferemus. Iſtæ enim,

Tollitur contrarietas.

Omnis homo currit:
Nullus homo currit.

ſunt contrariæ. Et iſtæ

Omnis homo non currit,
Nullus homo currit.

& etiam iſtæ,

Omnis homo currit.
Nullus homo non currit.

Æquipollentes. Dicebant Phariſæi contra Chriſtum: *Omnis, qui credit in illum, confundetur*: reponit contra Paulus, ad Rom. 10. *Omnis qui credit in illum, non confundetur.* hoc eſt, *Nullus, qui credit in illum, confundetur.* Subalternatio tollitur duabus negationibus poſitis: hæ enim

Tollitur ſubalternatio.

Nullus homo currit.
Aliquis homo non currit.

ſunt ſubalternæ: & tamen *Non nullus non* æquivalebit *Alicui*; & *Non aliquis non non* (ſive quod idem eſt *Non aliquis*) æquipollebit *Nulli*.

Petis, An Subcontrariæ queât per Æquipollentiam coincidere? Reſpondeo hucuſq; Logicos non ſtatuiſſe leges de Æquipollentiâ Subcontrariarum, ſed quia illas poſtulas, idem Carmen reſcribo tantiſper alteratum. *Et tollitur etiam ſubcontrarietas.*

Præ Cōtradict. Poſt Cōtr. Subc. Præ, Poſtq; Subaltern.

Illud iam ſuperius expoſui: & tantùm reſtat, ut illam partem Carminis, *Poſt Contr. Subc.* breviter diluceidemus. Pronuntio igitur *Poſt* hoc eſt, poſt poſitione negationis, non ſolú *Contr.* Cōtrarias, ſed etiam *Subc.* Subcontrarias, in æquipollentes converti. Legem latam, hoc exemplo coonfirmo.

Aliquis homo currit.
Aliquis homo non currit.

ſunt Subcontrariæ. Ergo poſtpone priori negationem & coincidet cum poſteriori: vel poſtpone poſteriori, & habebis.

Aliquis homo non non currit.

quæ coincidet etiam cum priori.

DCLXIX. Cur plura? Adnotare ſufficiat omnē Æquipollentiam, aut Oppoſitionum remotionem à negationum poſitione: & negationum ipſarum multiplicationem & efficaciam a linguæ idiotiſmis pendere: quia duæ negationes latinæ aſſerunt, & in aliis linguis fortiùs negant. Dicunt Hiſpani *No è viſto à nadie* ad litteram *Non vidi nullum*, ad ſenſum, *Vidi nullum*: idem frequenter occurrit in Flandricâ, Italicâ, Gallicâ, & aliis linguis; quod debet omninò perpendi: quoniam Regulæ de æquipollentiâ, quæ in linguâ Latinâ traduntur, in Hiſpanâ (aut etiam Gallicâ, Italicâ, &c.) locum non habent. *Ambæ linguis ... inſerviant*

ARTICULUS XXXIX.

De Simplicium Propoſitionum Converſione.

DCLXX. *Converſio ſimplex.* PVlcher procedendi modus eſt à convertente ad converſam, & definitur *Subiecti in Prædicatum, & Prædicati in Subiectum illæſa veritate commutatio.* Et contingit tripliciter. *Primò* ſimpliciter, *Secundò* per accidens; *Tertiò* per contrapoſitionem. Convertuntur ſimpliciter omnes illæ aſſertiones, quæ ſervant priorem *Quid, & quotuplex Converſio ſit*

rem quantitatem; hæc enim: *Aliquis homo eſt albus*; tranſit in hanc, *Aliquod album eſt homo*. & hæc *Omne riſibile eſt rationale* in hanc, *Omne rationale eſt riſibile*. Si mutetur propoſitionis quantitas, dicatur converſio per accidens; ut, *Omnis homo eſt animal*; *Aliquod animal eſt homo*. aut etiam *Aliquod rationale & riſibele : Omne riſibile eſt rationale*. Cùm adduntur infinitantes negationes propoſitio dicitur per contrapoſitionem converti, ut *Omnis homo eſt vivens*; *Ergo omne non vivens eſt non homo*: ſive quod idem eſt, *Ergo nihil quod non vivit eſt homo*.

Converſio accidentalis. *Contrapoſitio.*

His poſitis propoſitiones, quæ utiliter poſſunt converti, ſunt Vniverſales, Particulares, Singulares: quibus indigitandis utuntur Dialectici his litteris A. E. I. O. quarum A. univerſalem aſſerentem, E. univerſalem negantem, I. particularem aſſerentem, O particularem negantem exprimit, juxta doctrinam diſtichi. *Quæ propoſitiones, & qualiter converti poſſint.*

Aſſerit A, negat E; ſed univerſaliter ambæ.
Aſſerit I, negat O; ſed univerſaliter ambæ.

DCLXXI PRIMO igitur Vniverſalis affirmativa, ſi materia ſit propria aut differentialis, ſimpliciter poteſt converti: ut, *Omne riſibile eſt rationale*; *Omne rationale eſt riſibile*. In omni autem materiâ poteſt converti per accidens. Ut *Omnis homo eſt animal: Aliquod animal eſt homo*. *Omnis homo eſt albus*; *Aliquod album eſt homo*. Item per contrapoſitionem, ut, *Omnis homo eſt ſubſtantia : Omne non ſubſtantia eſt non homo*; hoc eſt, *Nihil quod non ſit ſubſtantia, eſt homo*. *Vniverſalis aſſerens.*

Vniverſalis negans. SECUNDO, Vniverſalis negativa converti poteſt ſimpliciter, ut ſi diceres, *Nullus homo eſt argenteus: Nullum argenteum eſt homo*. Poterit etiam converti per accidens: ut *Nullus homo eſt lapis*; *Aliquis lapis non eſt homo*.

Particularis aſſerens. TERTIO, Particularis affirmativa in omni materiâ convertitur ſimpliciter; ut *Aliquis homo eſt albus*; *Aliquod album eſt homo*. Sed ſi materia ſit propria aut differentialis, non ſolùm ſimpliciter, ſed & per accidens converti poterit, conſtat ex hoc exemplo. *Aliquis homo eſt riſibilis, Omne riſibile eſt homo*. Item ſi materia fuerit neceſſaria & propoſitio particularis indirecta, ideò valet hæc conſequentia, *Aliquod animal eſt homo, Omnis homo eſt animal*. Huc adponere poteris definitivas, ut *Homo eſt animal, Animal eſt homo*.

Particularis negans. QVARTO, particularis negativa per contrapoſitionem convertitur. Ex propoſitione, *Antichriſtus non eſt bonus*, infertur, *Aliquod non bonum non eſt non Antichriſtus*. Sed hæ barbaræ locutiones ſunt, à quibus debemus abſtinere; quia Dialecticus debet ſaltem ita loqui, ut ab audientibus intelligatur. Si materia remota ſit, particularis negans ſimpliciter, & per accidens converti poterit. Exempli gratiâ, *Aliquis homo non eſt lapis, Aliquis lapis non eſt homo. Aliquis leo non eſt elephas, Nullus elephas eſt leo*.

Definitio. QVINTO, Propoſitio definitiva, quantacumque illa ſit, ſimpliciter & per accidens converti poterit: ut, *Omnis homo eſt animal rationale: Omne animal rationale eſt homo. Aliquod animal rationale eſt homo*. Item *Aliquis leo eſt animal rugibile*; *Aliquod animal rugibile eſt leo. Omne animal rugibile eſt leo*.

Singularis. SEXTO, Enuntiationes ſingulares ſequuntur particularium Regulas, ut *Hic homo eſt albus, Hoc album eſt homo*.

Patere, quod dicamus EBA per B. quia indigeo U vocali pro alio loco. Hæ ſunt Converſionis leges; ſed quia diverſæ Poſitionum materiæ diverſas habent, dabo univerſales, quæ in omni materiâ ſint veræ, & illas comprehendam hoc diſticho. *Generalis & certiſſima Converſionum Regula.*

Simpliciter FECI; convertitur EBA per accid.
ACTIO per contrap. Sic fit converſio tota.

Cuius ſenſus eſt hic; videlicet in omni materiâ FECI, hoc eſt, univerſalem negativam & particularem affirmativam converti ſimpliciter. Et EBA, hoc eſt, univerſalem tam affirmativam quàm negativam, converti per accidens. Et tandem ACTIO, hoc eſt, univerſalem affirmativam, & particularem tam affirmativam quàm negativam converti per contrapoſitionem.

DCLXXII *Simplicis Converſionis ſpecies.* HÆc dicta ſunt ad mentem Veterum; ſed & placet adhuc penitiùs hanc difficultatẽ contemplari. Converſio igitur ſimplex eſt duplex; Adæquata & Inadæquata; illa totalis & hæc partialis nominatur. Partialis ſubdividitur in Subſtantialem, quę *Tranſſubſtantiatio* dicitur, & in Quantitativam, quæ *Transfiguratio* nominatur. Tranſſubſtantiatio, denique ſubdividitur in Materialem & Formalem.

De Tranſſubſtantiatione materiali.

IN quocũq; Poſitionis extremo datur ſubſtãtia materialis termini & ejuſdẽ quãtitas, ut in hâc, *omnis homo eſt aliq. animal*, ſubſtãtia ſubiecti eſt *In propoſitionibus materia realiter,*

diſtinguuntur à quãtitate.

eſt *homo*, & ſubſtantia prædicati eſt *animal*; ſubiecti quantitas eſt *omnis*, & prædicati quantitas eſt *aliquod*. Propoſitio igitur materialiter transſubſtantiari dicitur, cùm ſubiecti materia convertitur in materiam prædicati & è converſo; formâ (hæc eſt affirmatio aut negatio) & quantitate in variatis, ut patet in hac propoſitione *Nullus leo eſt aliquis lapis; nullus lapis eſt aliquis leo.*

Omnes poſſibiles Poſitiones ponamus, & addamus transſubſtantiationes illis correſpõdentes. Singulis propoſitionibus binas præpono litteras, ut ob oculos ponam quantitatem ſubiecti & prædicati.

Litteræ U.P.I.S. ſignificant Univerſalem, Particularem, Indefinitã, & ſingularem.

Prima notat quantitatem ſubiecti, ſecunda verò quãtitatem prædicati.

U. U. Omnis homo eſt omne animal.
Omne animal eſt omnis homo.

U. I. *Omnis homo eſt animal.*
Omne animal eſt homo.

U. P. *Omnis homo eſt aliquod animal.*
Omne animal eſt aliquis homo.

U. P. Omnis homo eſt hoc animal
Omne animal eſt hic homo.

I. U. Homo eſt omne animal.
Animal eſt omnis homo.

I. I. *Homo eſt animal.*
Animal eſt homo.

I. P. *Homo eſt aliquod animal.*
Animal eſt aliquis homo.

I. S. *Homo eſt hoc animal.*
Animal eſt hic homo.

P. U. Aliquis homo eſt omne animal.
Aliquod animal eſt omnis homo.

P. I. *Aliquis homo eſt animal.*
Aliquod animal eſt homo.

P. P. *Aliquis homo eſt aliquod animal.*
Aliquod animal eſt aliquis homo.

P. S. *Aliquis homo eſt hoc animal.*
Aliquod animal eſt hic homo.

S. U. Hic homo eſt omne animal.
Hoc animal (nempè *rationale* ſignatâ ſpecie) *eſt omnis homo.*

S. I. *Hic homo eſt animal.*
Hoc animal eſt homo.

S. P. *Hic homo eſt aliquod animal.*
Hoc animal eſt aliquis homo.

S. S. *Hic homo eſt hoc animal.*
Hoc animal eſt hic homo.

DCLXXIV. Notandũ in ſingularibus propoſitionibus.

In ſingularibus ſemper debet ſubiectũ & prædicatũ eâdem ecceitate eſſe præditũ; hæc enim propoſitio *Petrus eſt hic homo*, eſt vera ſignato hoc homine habente petreitatem; eſſet falſa, ſi prædicaretur hic homo affectus pauleitate.

U. U. *Nullus homo eſt omnis lapis.*
Nullus lapis eſt omnis homo.

U. I. *Nullus homo eſt lapis.*
Nullus lapis eſt homo.

U. P. *Nullus homo eſt aliquis lapis.*
Nullus lapis eſt aliquis homo.

U. S. *Nullus homo eſt hic lapis.*
Nullus lapis eſt hic homo.

I. U. *Homo non eſt omnis lapis.*
Lapis non eſt omnis homo.

I. I. *Homo non eſt lapis.*
Lapis non eſt homo.

I. P. *Homo non eſt aliquis lapis.*
Lapis non eſt aliquis homo.

I. S. *Homo non eſt hic lapis.*
Lapis non eſt hic homo.

P. U. *Aliquis homo non eſt omnis lapis.*
Aliquis lapis non eſt omnis homo.

P. I. *Aliquis homo non eſt lapis.*
Aliquis lapis non eſt homo.

P. P. *Aliquis homo non eſt aliquis lapis.*
Aliquis lapis non eſt aliquis homo.

P. S. *Aliquis homo non eſt hic lapis.*
Aliquis lapis non eſt hic homo.

S. U. *Hic homo non eſt omnis lapis.*
Hic lapis non eſt omnis homo.

S. I. *Hic homo non eſt lapis.*
Hic lapis non eſt homo.

S. P. *Hic homo non eſt aliquis lapis.*
Hic lapis non eſt aliquis homo.

S. S. *Hic homo non eſt hic lapis.*
Hic lapis non eſt hic homo.

Maioris claritatis gratiâ propoſitiones veras à falſis diſtinxi charactere: illas enim ſcripſi curſivo, has romano. *Nota id bene.*

Ex dictis conſtat ubi & quando poſſint propoſitiones transſubſtantiari ſervatâ veritate; *ac* ideò nõ eſt opus ſpeciales regulas multiplicare.

De Transfiguratione.

DCLXXV. Quid ſit figura mathematica?

Figura Mathematica in quantitatis ultimâ ſuperficie conſiſtit; ac ideò Logici transfigurari propoſitiones dicimus, cùm mutant quantitatem ſubiecti in quantitatem prædicati, terminorum ſubſtantiâ conſervatâ, ut cum dicimus, *Omnis homo eſt aliquod animal*, ergo *Aliquis homo eſt omne animal.* ubi *Omnis*, quæ eſt ſubiecti quantitas, tranſit ad prædicatum; & *Aliquod*, quę eſt prædicati quantitas, ad ſubiectum reducitur. Poſſet clariùs & brevius definiri. *Transfiguratio eſt quantitatis converſio.* Loco regularum ponamus omnes propoſitiones.

Quid ſit Logica Transfiguratio?

U. I. *Omnis homo eſt animal.*
Homo eſt omne animal.

U. P. *Omnis homo eſt aliquod animal.*
Aliquis homo eſt omne animal.

U. S. *Omnis homo eſt hoc animal.*
Hic homo eſt omne animal.

I. U. Homo eſt omne animal.
Omnis homo eſt animal.

I. P. *Homo eſt aliquod animal.*
Aliquis homo eſt animal.

I. S. *Homo eſt hoc animal.*
Hic homo eſt animal.

P. U. Aliquis homo eſt omne animal.
Omnis homo eſt aliquod animal.

P. I. *Aliquis homo eſt animal.*
Homo eſt aliquod animal.

P. S. *Aliquis homo eſt hoc animal.*
Hic homo eſt aliquod animal.

S. U. Hic homo eſt omne animal.
Omnis homo eſt hoc animal.

S. I. *Hic homo eſt animal.*
Homo eſt hoc animal.

S. P. *Hic homo eſt aliquod animal.*
Aliquis homo eſt hoc animal.

DCLXXVI. An ſint aliqua propoſitiones, quibus non competat Transfiguratio?

Omiſi propoſitiones quæ habent utrobiq; eandem omninò quãtitatem, quales ſunt UU. II. PP. SS. quæ tranſfigurari non poſſunt: poſui exempla aſſerentia, negativa ſubſcribo.

U. I. *Nullus homo eſt lapis.*
Homo eſt nullus lapis.

U.I. Nullus

U. P. *Nullus homo eſt aliquis lapis.*
Aliquis homo eſt nullus lapis.
U. S. *Nullus homo eſt hic lapis.*
Hic homo eſt nullus lapis.
I. U. *Homo non eſt omnis lapis.*
Omnis homo non eſt lapis.
I. P. *Homo non eſt aliquis lapis.*
Aliquis homo non eſt lapis.
I. S. *Homo non eſt hic lapis.*
Hic homo non eſt lapis.
P. U. *Aliquis homo non eſt omnis lapis.*
Omnis homo non eſt aliquis lapis.
P. I. *Aliquis homo non eſt lapis.*
Homo non eſt aliquis lapis.
P. S. *Aliquis homo non eſt hic lapis.*
Hic homo non eſt aliquis lapis.
S. U. *Hic homo non eſt omnis lapis.*
Omnis homo non eſt hic lapis.
S. I. *Hic homo non eſt lapis.*
Homo non eſt hic lapis.
S. P. *Hic homo non eſt aliquis lapis.*
Aliquis homo non eſt hic lapis.

De Converſione Totali, quæ ſit transmaterializativa & Transfigurativa ſimul.

DCLXVII. *Quæ ſit, & quando contingat?* CUm ſubjectum quantum eſt, & prædicatũ quantum eſt, & commutantur, contingit hæc Converſio, quæ poteſt Totalis nominari, quooiam, *Nullus homo eſt aliquis lapis*, tranſit in in hanc, *Aliquis lapis eſt nullus homo*. Ubi vides ſubiectum *Nullus homo* (hoc eſt ſubiectum *homo* retento ſuo ſyncategoremate *nullus*) fieri prædicatum, & prædicatum *Aliquis lapis*, fieri ſubiectum eodem modo. Conſidera propoſitiones ſubſequentes.

U. U. Omnis homo eſt omne animal.
Omoe animal eſt omnis homo.
U. I. *Omnis homo eſt animal.*
Animal eſt omnis homo.
U. P. *Omnis homo eſt aliquod animal.*
Aliquod animal eſt omnis homo.
U. S. *Omnis homo eſt hoc animal.*
Hoc animal eſt omnis homo.
I. U. Homo eſt omne animal.
Omne animal eſt homo.
I. I. *Homo eſt animal.*
Animal eſt homo.
I. P. *Homo eſt aliquod animal.*
Aliquod animal eſt homo.
I. S. *Homo eſt hoc animal.*
Hoc animal eſt homo.
P. U. Aliquis homo eſt omne animal.
Omne animal eſt aliquis homo.
P. I. *Aliquis homo eſt animal.*
Animal eſt aliquis homo.
P. P. *Aliquis homo eſt aliquod animal.*
Aliquod animal eſt aliquis homo.
P. S. *Aliquis homo eſt hoc animal.*
Hoc animal eſt aliquis homo.
S. U. Hic homo eſt omne animal.
Omne animal eſt hic homo.
S. I. *Hic homo eſt animal.*
Animal eſt hic homo.
S. P. *Hic homo eſt aliquod animal.*
Aliquod animal eſt hic homo.

S S. *Hic homo eſt hoc animal.*
Hoc animal eſt hic homo.

Hæc eſt Converſio totalis affirmativarũ poſitioonum; notavi bonas & malas illationes, ut poſſis uti diſeretione, ſi velis. Videamus igitur, quo negativæ modo convertantur.

U. U. *Nullus homo eſt omne animal.*
Omne aoimal eſt nullus homo.
U. I. *Nullus homo eſt leo.*
Leo eſt nullus homo.
U. P. *Nullus homo eſt aliquis leo,*
Aliquis leo eſt nullus homo.
U. S. *Nullus homo eſt hic leo.*
Hic leo eſt nullus homo.
I. U. *Equus non eſt omnis animal.*
Omne animal non eſt equus.
I. I. *Equus non eſt lapis.*
Lapis non eſt equus.
I. P. *Equus non eſt aliqua arbor.*
Aliqua arbor non eſt equus.
I. S. *Equus non eſt hic homo.*
Hic homo non eſt equus.
P. U. *Aliquod Animal eſt omnis homo.*
Omnis homo eſt aliquod animal.
P. I. *Aliquod animal eſt homo.*
Homo eſt aliquod animal.
P. P. *Aliquod animal eſt aliquis homo.*
Aliquis homo eſt aliquod animal.
P. S. *Aliquod animal eſt hic homo.*
Hic homo eſt aliquod animal.

Iſte, quam *Totalem* dixi, eſt ſimpliciſſimus vertendi modus; unde & *ſimpliciſſimus* ſolet à nobis aliquando appellari. *Converſio ſimpliciſſima, qua?*

De Transformatione.

DCLXVIII. *Quid in propoſitione ſit materia, & quid forma?* TErmini materia ſunt enuntiationũ, forma eſſentialis affirmatio & negatio. Poſitiones transformari dicuntur, cùm de affirmatione io negationem aut è converſo tranſeunt. Raro contingit iſte tranſitus illæsâ veritate. Sint huius Logicæ Metamorphoſeos leges.

An Infinitans & Negans aliquando æquivaleant? Prima, *Propoſitio aſſerens, cuius prædicatũ eſt infinitum, converti in negativam poteſt, negatione illâ ad copulam ipſam translatâ*; verbi gratiâ in hâc, *Homo eſt non equus*, particula illa *Nõ*, quæ prædicatũ infinitat, transferatur ad copulã & erit *Homo nõ eſt equus*, quæ quidem vera eſt, & tamen negans.

Secunda, *Cuiuſcunque propoſitionis negativa negatio tranſeat ad prædicatũ. & propoſitio transformabitur in affirmativam, & nihilominùs manebit etiam vera*; ut patet in hâc *Petrus non eſt canis*, quæ trãsformatur in hanc, *Petrus eſt non-canis*.

DCLXIX. *Duæ negationes nihil ſunt.* Petis, qui poſſit transformari hæc negatio, *Petrus nõ eſt non homo*? Reſpondeo debere juxta ſecundam regulam, ac proptereà in hanc, *Petrus eſt non non homo*, ſive quod idẽ eſt, *Petrus eſt homo*; nihil enim ſunt duæ oegatiooes; quia *nec nõ, non nunquam*, & aliæ ſimiles, quia duplices ſunt, cenſentur eſſe affirmativæ.

De Contrapoſitione. Hinc lux converſioni illi quæ *contra-poſitionis* vocabatur. Hæc, *Antichriſtus non eſt bonus* cõvertebatur in hanc *Aliquod non-bonum nõ eſt non-Antichriſtus*; ergo ex ſecundâ regulâ hæc ultima poterit transformari in hanc, nimirùm, *Aliquod nõ bonum eſt non-non-Antichriſtus*. Ergo tandem in hanc, *Aliquod non bonum eſt Antichriſtus*.

Notanda.

DCLXXX Proderit adhuc hîc hærere tantiſper, & unam vel alteram propoſitionem recognoſcere: fortè enim aliquis falſas eſſe cenſebit nonnullas poſitiones, quas nos eſſe veras putavimus; & debebit ab omni præjudicio liberari.

Dixi hanc, *Homo eſt animal*, tranſire in hanc *Animal eſt homo*. Sed quia ſcis primam eſſe eſſentialem, & ad primum Prædicabile pertinere, ſecundam ſubjicis examini, & quid de ipſâ dici debeat, inquiris.

Prædicatio inferioris eſt quinti Prædicabilis.

Reſpondeo hanc ſecundam eſſe Prædicabilis quinti. D. Thomas 1. *p. quæſt.* 39. *art.* 6. eandem tenuit ſententiam, quam his verbus expoſuit. [Inferiora dixit, non prædicantur de ſuis ſuperioribus niſi accidentali prædicatione; ut cùm dico, *Animal eſt homo*: accidit enim animali eſſe hominem. Sed hoc nomen, *Deus*, ſe habet ad tres perſonas, ſicut cõmune ad inferiora, ut Damaſcenus dicit: Ergo videtur quòd nomina perſonarum non poſſint prædicari de hoc nomine *Deus*, niſi accidentaliter.] Et reſpondet. [Dicendum, quòd cùm dicitur *Deus*, vel *Divina eſſentia eſt Pater*, eſt prædicatio per identitatem, non autem ſicut inferioris de ſuperiori: quia in divinis non eſt univerſale & ſingulare. Unde ſicut eſt per ſe iſta, *Pater eſt Deus*, ita & iſta, *Deus eſt Pater*, & nullo modo per accidens.] Ergo obiter notandum eſt, gradus ſuperiores & inferiores D. Thomæ ſententiâ non identificari, quia aliàs tota hæc reſponſio corrueret. *Nota id bene.*

An hypoſtaſes accidant Divinitati?

An hæc propoſitio, Deus eſt pater, ſit accidentalis?

An differentia identificentur generi?

DCLXXXI. Hanc, *Omnis homo eſt aliquod animal* aio tranſire poſſe in hanc, *Aliquod animal*, (nimirùm *rationale*, ſumendo illud *Aliquod* pro ſpecie vaga) *eſt omnis homo*. Et quia hanc ultimam eſſe veram exiſtimo, producis contra authoritatem D. Thomæ 1. *part. quæſt.* 39. *art.* 6. dicentis: [Videtur quòd perſonæ non poſſint prædicari de nominibus eſſentialibus concretis, ut dicatur, *Deus eſt tres perſonæ*, vel *eſt trinitas*. Hæc enim eſt falſa: *Homo eſt omnis homo*: quia pro nullo ſuppoſitorum verificari poteſt: Neque enim Sortes eſt omnis homo, neque Plato, neque aliquis alius. Sed ſimiliter iſta, *Deus eſt trinitas*, pro nullo ſuppoſitorum naturæ divinæ verificari poteſt. Neque enim Pater eſt trinitas, neque Filius, neque Spiritus-ſanctus. Ergo hæc eſt falſa, *Deus eſt trinitas*.] Et reſpondentis. [Dicendum, quod hoc nomen *Homo*, per ſe habet ſupponere pro perſonâ, ſed ex adjuncto habet quòd ſtet pro naturâ communi: & ideò hæc eſt falſa, *Homo eſt omnis homo*, quia pro nullo ſuppoſitu verificari poteſt; ſed hoc nomen *Deus* per ſe habet quod ſtet pro eſſentiâ. Unde licet pro nullo ſuppoſitorum divinæ naturæ hæc ſit vera, *Deus eſt trinitas*, eſt tamen vera pro eſſentiâ, quod non attendens Porretanus, eam negavit.] Cæterùm videtur D. Thomas diſtinctionem realem reperire inter gradus ſuperiores & inferiores. At Ego dico in hac propoſitione, *Aliquod animal eſt omnis homo* illud *Aliquod* vel ſumi pro ſpecie vagâ, vel pro individuo vago: & addo eamdem in primâ acceptione eſſe veram, & in ſecunda falſam: hæc enim *Homo eſt omnis homo*, quidquid dicat S. Thomas, eſt vera. Homo enim identificatur omni homini; non homo aliquis ſingularis, ſed homo ille qui eſt univerſalis, & de ſingulis dicitur. Sed hoc alibi uberiùs retractabitur.

An verificari poſſit Univerſale prædicatum?

An Deus ſit tres perſonæ?

An homo ſit omnis homo?

Sicut Deus eſt omnis perſona, ita & Homo eſt omnis homo: & hoc etiam ſi Platonê ſequamur & demus univerſalia à parte rei.

DCLXXXII Hinc patet quid dicendum ſit de iſtâ propoſitione, *Omnis homo eſt hoc animal* & quid de hâc, *Hoc animal eſt omnis homo*. nam ſi pronomen illud ſumitur pro ecceitate, aut potiùs talcitate ſpecificâ, quæ contrahit genus ad hanc potiùs ſpeciem, quàm ad aliam, *hoc animal*, ſignato homine ut ſic, erit idem ac *animal rationale*: & hoc ſenſu utraque propoſitio erit vera. Quod ſi pronomen *hoc* ſit individuale & ſingulare, ſive ſignificet individuum immediatum generi, quale plurimi admittunt: ſive mediatum, quale propugnant cæteri: utraque propoſitio erit falſa: non enim reperitur aliquod animal ſingulare, cui identificetur omnis homo.

Individuum duplex: aliud immediatum generi, & aliud immediatum ſpeciei.

Hæc de Vocalibus Propoſitionibus adnotaſſe ſufficiat: ad Diſcurſum, qui eſt tertia Operatio Vocalis, oculos & orationem convertamus.



LOGI-

LOGICÆ VOCALIS

PARS III. DISCURSIVA

De Argumentationis formalis naturâ & paſſionibus diſſerens.

DC LXXXIII. *Vnde dicta Dialectica.*

Dialectica Græca vox eſt, & tametſi jam conveniat toti Logicæ, illâ veteres ſolam Logicæ partem, quæ argumentatrix eſt, ſignificarunt. Dictur igitur Dialectica ἀπὸ τοῦ διαλέγομαι, hoc eſt, à diſſerendo: deberet vocari Latinè diſputatrix, ſi ſtaretur græcæ vocis rigori. *Diog. Laertio* in vita Platonis [*Eſt diſputandi Ars, per quam aliquid aut probamus aut improbamus ex interrogatione itidem & reſponſione diſſerentium.*] *Ergo Veteres interrogando argumentabantur: hunc modum Cenſorius obſervavit Cato; hunc hodie Philoſophi Senenſes. Dialectica adæquatum objectum eſt unica & ſola Argumentatio, teſtibus Magno Alberto* in procemio prædicab. t. 2. cap. 2. *Philippono Simplicio & aliis veteribus Peripateticis. Nec contra eos eſt optimus Philoſophus & Orator Cicero, qui in Topicis* Judicandi, *inquit*, vias diligẽter perſecuti ſunt eâ ſcientiâ, quam Dialecticen appellant. *non enim aſſerit Dialecticam eſſe judicandi ſcientiam, ſed ſcientiam perſequendi vias judicandi, hoc eſt, cognoſcendi vias inferendi ſequelas, quod & omnes admittimus. Sic expoſitus Cicero ſibi adſonat 4. Acad. dicens*, Dialectica eſt veri & falſi quaſi diſceptatrix & judex. *& in Oratore*, Diſputandi ratio & loquendi Dialecticorum ſit: Oratorum autem dicendi & orandi; *& libr. Acad. 4.* Quid ſit verum aut falſum, Dialecticus ju scabit. *Nec aſſerit, nec negat Dialectica: ſed mentem diſputando dirigit, ut conceſſis aliquibus aliquid aliud neceſſario concedat. Si adhuc ulteriorem diſtinctionem Logicæ Iudicativæ & Diſcurſivæ (hæc ultima vocatur in rigore Dialectica) habere deſideres, attende. Mens ἀδιαλεκτική, ſeu argumentat onum imperito affirmat aut negat ex mera connexione terminorum, cumque homines intuitivi non ſint, ſæpius ſubjecti & prædicati conſonantiam non penetrat, ac ſubinde errat. Vt huic labori mederentur Philoſophi, praſcripſerunt judicio erroris incapaces vias, quas perſecuti ſunt eâ ſcientia, quam Dialecticen vocant. Hæc præmittens unum aut alterum judicium, cogit intellectum nolentem volentem propoſitioni alteri, quam concluſionem vocamus, aſſentiri. Comparatur igitur Iudicium Diſcurſus, ut manuductori cæco, via itinerans, ancilla Imperatrici. Ab officio igitur Dialecticen deſcribo ſic.* Eſt ſcientiæ Judicativæ Judex, quæ quibuſdam præmiſſis ſæpè cogit hominem ut vel conceſſa neget, vel conceſſis contradicentia admittat. *Prædicationes ipſa non fabricatur, ſed eſt Lapis Lydius fabricatarum & fabricandarum veritatem examinans; & lapicidæ inſtar, qui adamantes non facit, ſed unum altero polit vel terit; ipſa propoſitiones non componit, ſed quibuſdam præmiſſis propugnat hanc, & illam aſſertionem expugnat.*

Dialectica Diſputatrix. — *Quid obiectum Dialecticæ.* — *Quod Dialectica ſit, & quo differat Rhetoricæ.* — *Oratores & Dialectici.* — *Cur fuerit inventa & excogitata Dialectica?* — *Quid ſit Dialectica?* — *Cur dicatur ſimilis Adamantis ſecidæ?*

ARTICULUS I.

De Argumentatione.

DC LXXXIV.

Venio ad tertiam Logicæ partem, neceſſitatemque Dialecticæ facultatis oſtendo. Sic diſcurro. *Aut* ex quacumque Propoſitione infertur quælibet; *aut* nulla eſt, ex qua infertur aliqua: *aut* tandẽ eſt aliqua aut aliquæ tantùm, quæ poſſint, nõ jam omnes, ſed aliquam aut aliquas inferre. Si Primum Dicas, nulla erit mala conſequentia; omnes homines (ruſtici & academici, indocti & docti) æquè benè diſcurrent; nullus erit captus mente aut delirus: omnes tenebuntur iſtas illationes admittere: *Deus eſt trinus; ergo baculus eſt in angulo. Turca obiit, ergo cras ninget. Petrus ridet, ergo circulus habet quatuor angulos*, &c. quas eſſe malas evidenter cognoſcimus. Si Secundum tollis omnem prudentiam in Ethicis, & diſcurſum in Phyſicis; quinimò non ſolùm doces, neminem illegitimè ratiocinaturum, ſed neminem ratiocinaturum: omnem enim diſcurſum (bonum

An ſit neceſſaria Dialectica? — *An dentur malæ conſequentiæ?* — *An ſine diſcurſu probari queant nulli in mũdo eſſe diſcurſum?*

num, malum) in fumum & cineres redigis. Cæterùm, ſi diſcurſum in rebus non dari contendas, idipſum probare debebis, nec aliter quàm per diſcurſum poteris. STAT ERGO ſingulas Propoſitiones poſſe inferri, non à quibuſcumque, ſed ab aliquibus. Ergo neceſſaria eſt quædam Facultas, quæ nos dirigat, ut benè diſcurramus, & hanc veteres vocaverunt *Dialecticam*. Dialectica igitur neceſſaria eſt, ut diſcurrere & argumentari legitimè & exactè poſſimus.

Nota illud infallibiliter, ex quo plurima deduci poterunt.

Dialecticæ neceſſitate & utilitate probatâ, ad ejus objectum venîmus, & aſſerimus hujus diſputatricis Scientiæ eſſe objectum Argumentationem. Quid autem eſt Argumentatio? *Oratio ex Antecedente & Conſequente compoſita, in qua ideò Conſequens neceſſariò aut infallibiliter ſaltem, verum ſit, quia Antecedens eſt verum.* DCLXXXV.

Dialectica objectum. Quid ſit Argumentatio?

DCLXXXVI. *Morbus periculoſus qui? Definitio Nominalium.*

MOrbus cui multa præſcribuntur remedia, eſt periculoſus: & res, quæ multas habet definitiones, obſcura. Argumentatio multas habet; aliquas propono & examino.

PRIMÒ Nominalibus *Argumentatio eſt vox ſignificativa ad placitum, in quâ uno dato aliud ſequitur.*

SECUNDÒ Realibus, qui aſſerunt ſolùm conceptus objectivos pertinere ad Logicam, *Argumentatio eſt mentis objectum ideò cognitum, quia alia fuerunt præcognita.* Hæc definitio etiam admiſsâ Realium ſententiâ ſuſtineri non poteſt; quia aliàs ſequeretur omnes terminos correlativos eſſe argumentationes. Filius cognoſcitur, quia fuit præcognitus Pater; ignis, quia fumus fuit viſus; bellum, quia clangor tubarum & tympanorum ſtrepitus audiuntur: ergo Realium definitio mala eſt, quia competit aliis à definito.

An unum correlativum cognoſcatur propter aliud.

Aliqui ut huic argumento obviam irent, definitionem alterarunt. *Argumentatio eſt*, inquiunt, *propoſitio objectiva, quia cognitæ fuerant præmiſſæ.* Sed contra hanc definitionem omnes illæ rationes militant, quæ contra eorumdem opinionem aſſerentem objectum Logicæ eſſe conceptus objectivos.

Definitio Ciceronis.

TERTIÒ Ciceroni libr. 1. de invent. *Eſt inventum ex aliquo genere rem aliquam aut probabiliter oſtendens, aut neceſſariò demonſtrans.* Sed hæc potiùs videtur diviſio quàm definitio argumentationis.

Definitio Rationaliũ.

QUARTÒ Rationalibus Argumentatio eſt *mentis actus ex una vel altera propoſitione præmiſſa neceſſariò inferens aliam propoſitionem.* Illud *Mentis actus* ponitur loco generis, & reliqua adduntur loco differentiæ. In hoc enim quod eſt eſſe mentis actum, conveniunt Apprehenſio, Judicium & Diſcurſus: differunt, quia illa eſt mentis actus ſimpliciter terminos apprehendens, hoc mentis actus unum terminum de alio prædicans; hic tandem mentis actus unam propoſitionem ex aliâ inferens.

DCLXXXVII. *Authorum diſſidium componitur.*

Ego quidem judico, Nominales, Reales, & Rationales agere de diverſis argumentationibus, & ideò differre inter ſe: nam Nominales vocalem ſolummodò definiunt, Reales objectivam, Rationales mentalem: quam ob rem, cùm vocalis ſit noſtra Logica, agam ſolummodò de Argumentatione vocali. *Illa eſt* (jam dixi) *Oratio ex Antecedente & Conſequente compoſita, in qua ideò neceſſariò aut infallibiliter potiùs concedi debet Conſequens, quia conceſſum fuit Antecedens.*

Definitio vera.

Sed concurrunt rationes, quæ videntur ſolutione indigere.

Objectio.

PRIMA. Hæc definitio non comprehendit omnes Argumentationes: ergo non eſt bona. Aſſumptum probas. Non comprehendit malam Argumentationem; non igitur omnes comprehendit. Et probas antecedens; Quia Argumentatio mala infert quidem unum ex alio, non tamen infallibiliter neceſſariò, ſed ſubdolè & ſophiſticè.

Argumentationis nomen æquivocè malæ competit.

Reſpondeo Laudando Bañez, qui *libr. 3. tract. 3. cap. 1.* aſſeruit Argumentationem bonam & malam univocè non convenire: addo malam non eſſe Dialecticæ objectum nec definitione admiſsâ exponi; collimamus enim in unicam & ſolam diſcurſûs perfectionem, non autem ambimus doceri modos oberrandi. Sanè cùm dicis *Ortographia eſt ars benè ſcribendi, Grammatica eſt Ars benè loquendi, Dialectica eſt Ars benè argumentandi*, &c. me judice ſuperfluè pronuncias illud *benè*; qui enim *Artem* dicis, *doctrinam* dicis, & quæ doctè facis, benè facis; non enim datur malè ſcribendi aut malè argumentandi Ars.

An dentur artes errandi?

DCLXXXVIII. *Objectio altera. Ex iiſdem præmiſſis plures inferuntur conſequentiæ.*

SECUNDA. Conſequentia non infertur neceſſariò ex præmiſſis, ſed contingenter: ergo ineptè definitur Argumentatio. Probatur antecedens; ex eiſdem præmiſſis poſſunt inferri quatuor diverſæ conſequentiæ; nulla igitur neceſſariò eſt, aut infallibiliter inferenda. Antecedens probatur: Ex his præmiſſis:

Omnis homo eſt animal;
Nullum animal eſt lapis.

quæ quidem in materiâ neceſſariâ ſunt, & ad formam ſyllogiſticam pertinent, inferri hæ conſequentiæ poterunt; videlicet.

I. *Ergo nullus homo eſt lapis.* … } Directè.
II. *Ergo aliquis homo non eſt lapis.* }

III. *Ergo nullus lapis eſt homo.* … } Indirectè.
IV. *Ergo aliquis lapis non eſt homo.* }

Cùm igitur Mens ſit indifferens, & poſſit quamlibet ex his quatuor propoſitionibus inferre, non eſt dicenda prædeterminata infallibiliter aut neceſſariò. Argumentatio ergo aptiùs definiretur eſſe *Oratio ex præmiſſis contingenter inferens alias propoſitiones.*

DCLXXXIX. *Quo ſenſu intelligendo ſit conſequentia neceſſitas.*

Reſpondeo illud *infallibile* aut etiam *neceſſariò* quod in Argumentationis definitione eſt poſitum, debere omninò retineri. Sunt qui dicant poſitis præmiſſis neceſſitari mentem ad inferendam concluſionem; ſed hoc eſt valdè difficile

An poſitis præmiſſis non concluſionem inferendi neceſſitas?

cile, & videtur eſſe contra communes experientias. Sentio mentem non cogi ad inferendam concluſionem, ſcio tamen cogi admittere omnes concluſiones legitimas, quæ ex veris dialecticè inferantur. In exemplo propoſito; Admiſſis duabus illis propoſitionibus Reſpondens tenebitur neceſſariò admittere omnes illas quatuor conſequentias, aut ex eis illam, quam voluerit Argumentator; neceſſitaturque dialecticè non quidem ad non negandum, ſed ad non negandum impunè; qui enim aliquam ex illis quatuor conſequentiis denegèt, tenebitur etiam admittere contradictorias, ut ſuo loco videbimus.

Neceſſitas Dialectica, quæ ſit?

DCXC. *Objectio tertia.* Tertia. Argumentatio eſt unum per accidens, atqui unum per accidens non poteſt quidditativè definiri: ergo nec Argumentatio. Majorem probas; Syllogiſmus verbi gratiâ (& analogicè de Argumentationibus reliquis philoſophator) conſtat tribus propoſitionibus, quæ per ſe non uniuntur; non enim reſpiciunt ſeipſa ut actus potentiam, aut ut pars compartes integrales; ergo componunt unum totum per accidens.

An Syllogiſmus ſit Ens per accidens?

Reſpondeo Syllogiſmum eſſe Totum artificiale; unde ſicut Architectura artificialiter lapides erigit, & Pictoria colores immiſcet; ſic etiam Dialectica è propoſitionibus artificiosè poſitis, neceſſarias conſequentias diducit: & nego Totum artificiale definiri non poſſe: quis enim vetat ut Menſam, Cathedram, Domum, Navim, aut quodcumque aliud Totum artificiale definiamus? DCXCI.

Argumentatio artificiale Totum eſt. Poteſt Totum Artificiale definiri.

ARTICULUS II.

De Argumentationis ſpeciebus.

DCXCII. *An omnes ſint ſpecies veræ?*

Multæ ſunt, ſed poterunt ad novem principales reduci. Videlicet *Converſivam, Definitivam, Diviſivam, Oppoſitivam, Aſcenſivam, Deſcenſivam, & Syllogiſticam*: quibus addere poteris *Expoſitoriam, & Sophiſticam*. Si petas, utrùm omnes iſtæ ſint veræ Argumentationis ſpecies? Reſpondebo, me nolle ſumere nomen *ſpeciei* in ſenſu rigoroſo & ſtricto, ſed prout complectitur differentias eſſentiales aut accidentales: ſcio enim aliquas ex his argumentationibus materialiter, alias accidentaliter tantùm diſtingui. Singulas breviter dilucidemus. *Enumerantur.*

Primo loco poſui Argumentationem Converſivam, quæ ex converſa convertentem deducit, quia eſt ſimpliciſſima argumentandi forma, ut cum dicimus *Nullus homo eſt lapis: Ergo nullus lapis eſt homo.* *De Converſione uberius agemus part. 2 art 39.*

Secundò Definitivam, quando nimirùm à Definito ad definitionem aut contrà procedimus; ut cùm dicimus, *Eſt homo: Ergo eſt Animal rationale. Eſt animal rationale, Ergo eſt homo.* Hæc Argumentatio Logicum hoc Protheorema ſupponit, videlicet, *De quocumque verificatur definitio, verificatur definitum: & contra*: Item hoc, *De quocunque falſificatur definitio, falſificatur definitum : & contrà.* *Actū fuit de hac materia part. 2. ab Art. 16. ad 21.*

Sicut Dilemma, ſic etiam poteſt Trilemma, Tetralemma, &c. formari.

Tertiò Diviſivam, quæ Dilemma (aut aliàs *Bicornis Argumentatio* dicitur) cùm duabus contradictoriis inſiſtentes Antagoniſtam expugnamus. Et eſt duplex; *Antecedens & Conſequens.* Antecedens dilemma ex duabus contradictoriis præmiſſis eamdem conſequentiam infert. Dilemma conſequens ex eodem antecedenti infert contradictorias concluſiones. DCXCIII. *De hac Argumentatione & Lemmatū uſu & abuſu uberius in Logica Obliqua diſputabitur.*

Multis modis ſolet Argumentatio Diviſiva formari; primò enim à negatione unius membri ad alterius poſitionem progredimur: ſecundò à poſitione ad negationem; tertiò à negatione omnium membrorum dividentium ad negationem diviſi, ut conſtat ex exemplis ſequentibus. I. *Petrus eſt animal: ergo vel rationale vel irrationale. At non eſt animal irrationale; ergo eſt animal rationale.* II. *Ioannes eſt Romanus, ergo vel Ordinis ſenatorii, vel Equeſtris, vel Plebei.* (nolumus enim plures modò Ordines in Urbe cognoſcere) *At eſt plebeus; non ergo Ordinis Senatoris aut Equeſtris.* III. *Si Magnes eſſet ſenſitivus, eſſet animal; adeòque vel rationalis vel irrationalis. At ille nec eſt rationalis, nec irrationalis, Ergo non eſt animal. Ergo nec ſenſitivus.* *Proceſſus diverſi Dilemmatū.*

An Magnes ſit animal.

De inconvenientibus conſequentiis.

Quartò enumeravi Oppoſitivam, quæ procedit ab inconvenientibus, & ex præmiſſis malè conceſſis aut negatis Reſpondentem ad impoſſibilium conceſſionem deducit; & ut efficaciter queat, iſtas ſupponit Maximas, I. *Duæ*

Con-

giſmorum diſputabimus.

Contraria non ſunt ſimul vera. II. *Duæ ſubcontrariæ non ſunt ſimul falſæ.* III *Duæ Contradictoriæ nec ſimul vera ſunt, nec ſimul falſa.* Et hac utimur, cùm Syllogiſmi boni conſequentiam negantes impellimus ad impoſſibile.

Aſcenſus ſeu Inductio.

Quintò Aſcenſivam; & hæc à particularibus ſufficienter enumeratis mentem ſubigit ad univerſale: ut cùm dicimus, *Petrus eſt riſibilis, Ioannes eſt riſibilis, & cæteri etiam homines ſunt riſibiles : Ergo omnis homo eſt riſibilis.*

An poſſit ab uno procedere?

Aſcenſus in materia neceſſaria & convertibili ex una particulari enunciatione univerſalem infert, ut cùm dicimus, *Petrus eſt riſibilis:* ergo *omnis homo eſt riſibilis*, cujus conſequentiæ vis oſtenditur hoc modo. [Riſibilitas eſt proprietas in quarto modo: ergo ſi uni convenit, omnibus convenit; ergo ſi convenit huic, convenit omni homini.] Si materia fuerit contingens, debebunt omnia individua ſufficienter enumerari; non enim eſt bona conſequentia, *Petrus eſt coloratus, ergo omnis homo eſt coloratus.* ut enim legitimè argumenteris, deberes dicere, *Petrus, Paulus, Antonius & cæteri ſunt colorati; ergo omnis homo eſt coloratus.* Cùm dicimus omnia individua eſſe ſufficienter enumeranda, non dicimus omnia ſingulatim examinanda & percurrenda (id enim eſſet impoſſibile) ſed ex ipſis ſufficientia producenda. Inſiſtit hæc argumentatio huic Theoremati, *Quod omnibus particularibus nobis notis convenire probatur, & nulli particulari nobis ignoto deeſſe ſcitur, ineſſe omnibus (notis ignotiſque) prudentiſſimè aſſeritur.*

Quid ſit individua ſufficienter enumerare? De veritate hujus axiomatis ago cùm de primis principiis.

Deſcenſus.

Sextò Deſcenſivam : & hæc Aſcenſivæ opponitur , & ab univerſali ad particularia deſcendit: ut, *Omnis homo eſt capax beatitudinis: ergo Petrus, Paulus, Ferdinandus, &c.*

Septimò Syllogiſticam, quæ ex tribus propoſitionibus (majori, minori & conſequentiâ) componitur: ut *Omnis equus eſt hinnibilis. Omne hinnibile eſt ſenſitivum; Ergo omnis equus eſt ſenſitivus.*

De Syllogiſmo formali agam artic. 5. & de figurali part. 4. per totam.

Syllogiſmus eſt triplex: imperfectus, perfectus, & plus quam perfectus.

Si numerum propoſitionum reſpiciam, dividam Syllogiſmum in imperfectum, perfectum, & pluſquamperfectum. Imperfectus, qui & *Enthymema* dicitur, eſt Syllogiſmus defectuoſus, in quo una aut altera propoſitio ſubintelligitur: ut *Sobrietas eſt virtus, ergo & amanda*: hic enim deficit & ſubintelligitur hæc propoſitio, *Omnis virtus eſt amanda.* Perfectus habet tres propoſitiones : pluſquamperfectus quatuor plures-ve: & iſte nominatur *Sorites*: ut *Omnis homo eſt animal; Et omne animal eſt ſenſibile : Et omne ſenſibile eſt corporeum, Ergo omnis homo eſt corporeus.*

Agam de Enthymemate & de Sorita inferius.

DCXCIV. Si qualitatem reſpiciam, hoc eſt veritatem; cùm non ſint omnes propoſitiones æquè veræ, Syllogiſmorum alii erunt Dubii, alii Probabiles, alii Demonſtrativi In omnibus eſt forma evidens: & materia eſt dubia in Dubiis, probabilis in Topicis ſeu probabilibus, & indubitata in Demonſtrativis. Syllogiſmus probabilis ſolet nominari Dialecticus , vel ſumptâ denominatione à majori parte; (plerique enim intra probabilitatis terminos ſe continent:) vel ſumptâ à Nomenclatorum voluntate. [Si daretur aliquis, cujus præmiſſæ eſſent certæ, & forma dubia vel probabilis, conſequentiam haberet, non certam, ſed formæ analogam nimirùm, dubium vel probabilem.] Demonſtrativus ſyllogiſmus concludit efficaciter; & hoc dupliciter, abſolutè & ex ſuppoſitione. Abſolutè quidem, cùm præmittit poſitiones abſolutè certas; quæ à nemine negari poſſunt : ex ſuppoſitione autem, cùm ex conceſſis (veræ aut falſæ illæ ſint) concluſionem deducit.

Syllogiſmi ſecundum gradum certitudinis & ſecuritatis diviſio.

De forma probabili.

Demonſtrationis efficacia duplex eſt.

Octavò Expoſitoriam, quæ utitur medio ſingulari, ut cùm dicimus , *Aliquod animal eſt Petrus: Petrus eſt rationalis: Ergo aliquod animal eſt rationale.*

De Syllogiſmo Expoſitorio.

De Sophiſtico.

Cur pauca ſcripſerim de Sophiſmatibus?

Et ultimo loco Sophiſticam, quam multis Ariſtoteles tradit , & nos poſſemus; ſed quia tota in eo eſt, ut aliquâ voce duplici ſignificatione præditâ Argumentator abutatur; non eſt cur plura congeram : ſufficiat ſubſcripſiſſe hoc exemplum; *Color eſt nomen; nomen eſt vox : voces audiuntur; ergo color auditur.* Sed hæc Argumentatio non ad Artem Dialecticam pertinet, ſed ad Inertiam : poteſt tamen huc reduci, quatenus nos docet fallacias cognoſcere, & cavere ſophiſmata.

An fallaciæ pertineant ad Dialecticam?

Iſtæ ſunt Argumentationes, quas ante Ariſtotelem cognoverunt Philoſophi (ſi univerſi univerſis) aliquas ſecundo calamo tradam, non omnes, tum quia vel illas aptiore loco ediſſero , tum quia clariſſimæ ſunt, nec indigent luce majore.

Novem

DCXCVI. An iſtæ argumentationis verè & realiter differant ſpecie.

NOvem has ſpecies Argumentationis propoſui, nec volui ſumere rigorosè & ſtrictè *Speciei* nomen, nam & didici à Complutenſibus pauciores eſſe ſpecies quàm dicuntur, & alias in alijs includi. Illi *Summularum libr. 3. cap. 1.* ſic quæſtionem reſolvunt, [Dicendum propriè & in rigore loquendo, duas tantùm eſſe ſpecies Argumentationis, ſcilicet Syllogiſmum & Inductionem, ab his verò Enthymema & Exemplum ſolùm diſtingui tanquam perfectum & imperfectum intra eandem ſpeciem. Sic docet Numneſſius *Lib. de conſtitutione Artis Dialecticæ*, & alii, ut refert Manſius; eſtque procul dubio ſententia Ariſt. 1. *Prior. cap. 2. 3.* ubi enumerans omnes modos acquirendi cognitionem per Diſcurſum; inquit: *Rerum omnium fidem facimus aut ſyllogiſmo, aut inductione.* Et clarius 1. *Poſteriorum cap. 1.* poſtquam dixit orationes Dialecticas uti Syllogiſmo & Inductione, Subdit: *Eodem modo & oratoriæ rationes perſuadent exemplis, quæ ſunt inductiones; aut enthymematibus, quæ ſunt ſyllogiſmi.* Ubi D. Thomas *Lect. 1.* ſatis expreſſit noſtram concluſionem dicens: *Unde patet, quod ſicut enthymema eſt quidam ſyllogiſmus detruncatus, ita exemplum eſt quædam inductio imperfecta.* Ariſt. & D. Tho. enthymema & exemplum non diſtinguuntur eſſentialiter à ſyllogiſmo & inductione, ſed ut perfectum & imperfectum intra eandem ſpeciem.] Sic illi; à quibus abire non volo: puto enim omnes à nobis poſitas Argumentationum ſpecies ad Inductionem aut ad Syllogiſmum reduci.

An omnes argumentationum ſpecies ad inductionem aut Syllogiſmum reducantur?

DCXCVI. Converſiva reducitur ad Syllogiſmum.

Primò enim hæc argumentatio Converſiva, *Nullus homo eſt lapis, Ergo nullus lapis eſt homo.* reducitur ad hunc ſyllogiſmum. [Quicumque concedit converſam, tenetur convertentem concedere. Ergo qui concedit hanc, *Nullus homo eſt lapis*, tenetur ejus convertentem (nempè hanc, *Nullus lapis eſt homo*) concedere.]

Item & Definitio.

Secundò hæc Definitiva, *Eſt homo, ergo & animal rationale*, reducitur ad hunc: [De quocumque verificatur definitum, debet verificari definitio: At de Petro verificatur quòd ſit homo, Ergo de Petro verificabitur hominis definitio, ergo Petrus eſt animal rationale.]

Etiam Diviſio.

Tertiò Argumentatio Diviſiva & Oppoſita, reducitur ad Syllogiſmum diſiunctivum, de quo agemus ſuo loco.

Et tandem ipſemet Deſcenſus.

Quartò Deſcenſus eſt Aſcenſus inverſus, & ad Inductionem reducitur, quam imitatur modo contrario procedendo, &c.

Manet igitur omnes omninò Argumentationes aut ad Inductionem, aut ad Syllogiſmum reduci.

ARTICULUS III.

De Aſcenſu & Deſcenſu.

DCXCVII. Antiqua diviſio rejicitur.

De diſiunctivo Aſcenſu.

ARgumentatio, quæ ab univerſalioribus (quæ quidem *Superiora* dici ſolent) deſcendit ad particularia, *Deſcenſus* nominatur. Ad veterum Dialecticorum mentem in *Copulativum* & *Copulatum: Diſiunctivum Diſiunctumque* dividebatur. Diviſionis membris examinatis P. Hurtadus *diſp. 2. Summul. ſect. 6. §. 35.* affirmat diſcrimen ſine nugis exhiberi nõ poſſe. Copulativum aliter à Copulato diſtinguere quàm Intellectivum ab Intellecto, næniæ ſunt, & ſignificationis deordinatio. Omiſſis igitur cacologiis hujuſmodi *Deſcenſum in Copulativum, Diſtributivum, & Indiffinitum* dividemus.

Verùm verò univerſaliora ſint ſuperiora, dicetur ſuo loco.

Alia ſubrogatur.

Copulativus.

Deſcenſus copulativus.

DEſcenſus copulativus ſeu copulatus eſt Argumentatio deſcendens à ſuperiori univerſali copulato ad inferiora non ſingulatim, ſed copulatim ſumpta. Verbi gratiâ non valet hic Deſcenſus, *Omnes Evangeliſtæ ſunt quatuor: ergo Lucas eſt quatuor: Marcus eſt quatuor: Ioannes eſt quatuor: & Matthæus eſt quatuor*, quia ab univerſali copulato ad ſingula inferiora deſcendi non debet: quam ob rem hic deſcenſus; *Omnes Evangeliſtæ ſunt quatuor. Ergo Matthæus, Marcus, Lucas & Ioannes, ſimul ſumpti ſunt quatuor*, eſt legitimus & neceſſarius: quia in ipſo ex univerſali copulato deſcenditur ad inferiora copulatim ſumpta.

Univerſalis copulata eſt Arithmetica potius quàm Dialectica propoſitio.

Aſcenſus Copulatus.

Propter eaſdem rationes hic aſcenſus, *Marcus Evangeliſta non eſt quatuor; Ergo omnes Evangeliſtæ non ſunt quatuor*, ſuſtineri non poterit; quia ab uno ſingulari ad univerſale copulatum illegitimè aſcenditur. Deberet igitur aſcendi ſic; *Matthæus, Marcus, Lucas & Ioannes ſunt quatuor; præter hos nemo eſt Evangeliſta: Ergo Evangeliſtæ ſunt quatuor.*

Putaret aliquis hunc deſcendendi modum doctrinalem non eſſe, adeòque

non

An hæc argumentatio ſit Dialectica?

non eſſe ignoti manifeſtativum; ſed ut eſſet admirationis aut dubitationis occaſio, hunc Deſcenſum ſubjungam, quæ multum nos poteſt docere. Sic ioquam. *Sacramenta ſunt ſeptem. Baptiſmus, Confirmatio, Pœnitentia, Eucharistia, Extrema Unctio, Ordo, Oſtiariatus, Lectoratus, Pſalmiſtatus, Cantoratus, Exorciſtatus, Acolyathatus, Subdiaconatus, Diaconatus, Presbyteratus, Epiſcopatus, Matrimonium. Sunt omnia Sacramenta, quæ admittimus. Ergo iſta ſunt ſeptem Sacramenta.* Ergo ſiquidem iſta omnia Sacramenta dicuntur, & ipſa ſunt ſeptem, non plura, docemur ad Sacramentum Ordinis multa tanquam partes integrantes reduci, & eſſe partialia Sacramenta, quod aliuo de vix dicere poſſemus.

An ſacramenta non longe ſint ſeptem?

An in Sacramento Ordinis multa ſint Sacramenta partialia?

Diſtributivus.

DCXCVIII. Deſcenſu & Aſcenſu copulativo (qui Arithmeticus potiùs, quàm Dialecticus eſt) breviter explicato, ad Logicos deſcenſus deveniamus. Occurrit primò qui *Diſtributivus* dicitur, & imbibit illa Principia Ariſtotelica *Dici de omni* & *Dici de nullo*. Eſt argumentatio efficaciſſima, cujus virtus eſt per ſe nota: non enim indiget lumine alieno, ſed innoteſcit vocabulis ſolùm expoſitis.

Syllogiſmi non fundantur illo Principio, Quæ ſunt eadem uni tertio, &c. ſed iſto, Dici de omni, Dici de nullo, &c.

Quàm ſit clara hæc forma argumentandi?

Propoſitio diſtributivè univerſalis vera, *eſt quæ nullum particulare excludit*; Ergo qui dicit omnem hominem eſſe animal, excludere Petrum non poterit, quia aliàs illa propoſitio, *Omnis homo eſt animal*, ſi Petrum excluderet, non eſſet univerſalis diſtributiva vera. Valeot igitur hæ conſequentiæ, *Omnis homo currit, Ergo aliquis homo currit. Ergo Petrus currit: Ergo Paulus currit.* &c. Confirmatur: ſi ſtante veritate iſtius enunciationis, *Omnis homo currit*, eſſet falſum dicere quòd *aliquis homo curreret*, eſſet verum dicere quod *aliquis homo non curreret*, ergo darentur duæ contradictoriæ veræ, videlicet, *Omnis homo currit*, & *Aliquis homo non currit.*

Deſcenditur ab univerſali affirmativa.

Non dantur duæ contradictoriæ ſimul veræ.

Ex univerſali diſtributiva negativa etiam deſcendimus ad inferiora ut cùm dicimus, *Nullus homo eſt lapis. Ergo aliquis homo non eſt lapis. Ergo hic homo non eſt lapis. Ergo Petrus non eſt lapis Ergo Paulus non eſt lapis*, &c. Ratio eſt; quia ſi *non eſſe lapidem* omnibus diſtributivè convenit, nemo debet excludi: nullus igitur eſt adſignabilis, cui *lapidem non eſſe* non conveniat.

etiam à negativa.

Deſcenſus diſtributivus in omni materia & prædicamento eſt efficax, ut conſtitit ex dictis.

Adſcenſus diſtributivus diſtributivo deſcenſui opponitur, & eſt Argumētatio omnium Princeps, & analogicè debet exponi. Si materia ſit neceſſaria aut convertibilis ex uno particulari ad univerſale valet conſequeotia, ut ſi dixeris, *Aliquis homo quiditativè eſt animal. Ergo omnis homo eſt animal. Petrus propriè eſt riſibilis. Ergo omnis homo eſt riſibilis.* Ratio eſt evidens: quia nec homines quiditate, nec veris proprietatibus differunt: ergo quod de uno homine quiditativè dicitur, de ſingulis & de omnibus diſtributive ſumptis debet verificari. Si aliquis homo quiditativè eſt animal, etiam Petrus eſt animal, & omnes reliqui: non enim datur homo aliquis qui ab aliis quiditativè differat. Noo aliter, ſi Petrus propriè eſt riſibilis, omnes etiam alii ſunt riſibiles; quia riſibilitas ſi omnibus non competeret, nec Petro propriè conveniret; non enim eſt ergo oſa proprietas attributum quod non competit omni ſoli & ſemper. Hic autem nomine proprii ſemper proprietatem in quarto modo intelligemus.

An detur Aſcenſus ab uno.

Aſcenſus eſt nobiliſſima omnium Argumentationum. Ipſa in cauſa, ut Experientia Scientiarū omnium mater dicatur.

Quiditas & Proprietas reperiuntur in omnibus.

DCXCIX. Si materia ſit contingens ab uno particulari ad univerſale non adſcenditur: non enim eſt argumentatio neceſſaria, *Petrus eſt albus; Ergo omnis homo eſt albus*; quia licet Petrus albus ſit, Æthiopes & Indi non ſunt albi. Debent igitur enumerari particulares, nimirùm, aut omnes nullo excepto, & ſi ſingulis prædicatum conveniat inferenda eſt aſſertio univerſalis. Verbi gratiâ; *Matthæus ſcripſit vitam Chriſti etiam Lucas, etiam Marcus, etiam Ioannes: Ergo omnis Evangeliſta ſcripſit vitam Chriſti.* Vel etiam negativè: *Nec Ioannes, nec Marcus, Nec Lucas, nec Matthæus ſcripſerunt germanicè Ergo nullus Evangeliſta ſcripſit germanicè.* Vel ſaltem debent enumerari ſufficientes, ut cùm dicimus. *Hic ignis eſt calidus: ille etiam, etiam iſte & iſte omnes ignes quos vidimus, fuerunt calidi; nemo vidit ignem, qui non eſſet calidus: ergo omnis ignis eſt calidus.*

Ex particularibus contingentibus nihil concluditur.

Poſſumus adſcendere à particularibus affirmativis: & à negativis.

Sicut aſcendimus & deſcendimus per diverſa ſubjecta, ſic fieri poſſent adſcenſus & deſcenſus per diverſa prædicata & connotata etiam reſpectu unius ſubjecti

Deſcenſus per prædicata &

ſubiecti. Sint loco doctrinæ hæc exempla *Chriſtus cognoſcit omnes actus liberos futuros: Ergo actum contritionis. Ergo & actum odij: Ergo & actus huius hominis. Ergo actus qui fient anno ſequenti.* Non aliter, *Roma donavit omnes Hiſpanos immunitate: ergo hunc, ergo & illum, &c.* Similiter, *Paulus ieiunavit totâ hebdomadâ: Ergo ieiunavit feria ſecunda. Ergo & feria etiam tertia, &c.* Quibus & ſimilibus deſcenſibus poterunt adſcenſus analogi correſpondere.

Diſiunctivus.

Enumerantur & explicantur varij modi.

DEſcenſus diſiunctivus fit à particulari vago ad omnia ipſius inferiora diſiunctivè ſumpta, ut cùm dicimus *Aliqua animalis ſpecies eſt diſcurſiva: Ergo vel equus, vel leo, vel aquila, vel homo &c. eſt diſcurſivus.* Item *aliquis Evangeliſta ſcripſit hebraicè: ergo vel Matthæus, vel Marcus, vel Lucas vel Ioannes.* Cui deſcenſui ſuus adſcenſus correſpondet ſine diſiunctione, ut, *Homo eſt diſcurſivus, Ergo aliquod animal eſt diſcurſivum.* Item *Matthæus ſcripſit hebraicè; Ergo aliquis Evangeliſta ſcripſit hebraicè.* cum diſiunctione, *Pompeius vel Cæſar Vrbem invadet: Ergo aliquis Vrbem invadet.*

Argumentatio ex Aſcenſu & Deſcenſu compoſita.

Conditionalis Argumentatio.

Ex utroque componitur alius argumentandi modus, qui eſt ad impugnandum potentiſſimus, quem illuſtro hoc exemplo. *Si Magnes eſt animal, aut eſt rationale aut irrationale: At Magnes nec rationale nec irrationale eſt, ergo non eſt animal.*

Indefinitus.

DCC. *Notetur hæc doctrina, & iſte Deſcenſus damnetur.*

DIffert à præcedenti; quia inter animalis ſpecies una eſt determinata, quæ diſcurrit, & diſcurrere aliis non convenit. Inter Evangeliſtas unus aſſeritur ſcripſiſſe hebraicè, & is fuit Matthæus teſte Hieronymo: ſed cùm dicimus, *Equus eſt neceſſarius ad equitandum: ergo vel hic, vel ille &c.* malè diſcurrimus; nullus enim in particulari & determinatè eſt neceſſarius.

Quæſtiones incidentes.

ANtequam progrediaris ulteriùs, tria rogas. *Primum*, Vter ſit prior Aſcenſus, aut Deſcenſus? *Secundum*, Quid ſit in Aſcenſu diſtributivo ſufficienter numerari individua? *Tertium*, Cur Aſcenſus à nobis *Princeps Argumentatio* dicatur?

Vniverſales adquiruntur Aſcenſu.

Reſpondeo ad primum ſtando rerum naturali ordini priorem Aſcenſum eſſe; quoniam Deſcenſus Vniverſalis Propoſitionis præſupponit adquiſitam notitiam, quæ non poteſt aliter adquiri quàm Aſcenſu. Vel dicito. Si te nunc Deus crearet, & nunquam vidiſſes ignem, ubi primum ardentem & lucentem videres, prudẽter diceres, *Hic ignis eſt calidus*: deberes enim credere ſenſui, quamdiu eum errare non evinceret ratio. Anne ſtatim diceres, *Omnis ignis eſt calidus*? Non puto. Quia ab uno individuo in materiâ, quam eſſe contingentem aut neceſſariam neſcis, non auderes propoſitionem inferre univerſalem; ergo ignorares, an hæc Propoſitio, *Omnis ignis eſt calidus*, eſſet vera? Ergo ab illâ deſcendere non poſſes.

An ſtandũ ſit iudicio ſenſuum?

Quomodo inveniantur Poſitiones univerſales?

Sciſ-ne quâ viâ valeres ejus veritatem venari? Inductione aut Aſcenſu: nimirùm, exſpectando tantiſper; conſulendo experientiam; & vidẽdo, an alicubi occurreret ignis aliquis, qui non eſſet calidus. Omnem enim ignem calidum eſſe aſſerimus (ſive is conſtituatur formâ ſubſtantiali, ſive ſolùm qualitatibus & aliis accidentibus.) non quod omnes ignes examinaverimus, ſed quia plurimos calidos, & nullum calore deſtitutum viderimus, colligimus certò moraliter calorem eſſe qualitatem igneæ naturæ comitem, & aſſerimus univerſaliter, *Omnem ignem calidum eſſe.* Sic ſimiliter; homo colore divinitùs carere poteſt (quis de hoc dubitet?) imò fortè aliquis diaphanus eſt, omnis coloris impos: ſed cum omnes homines, quorum notitiam habemus, colorati ſint, qui multos vidimus, & ne vel unum quidem diaphanum reperimus. audacter dicimus, *Omnem hominem coloratum eſſe.*

Forma ignis quæ

An omnes homines ſint colorati?

DCCI. *Quanta ſit univerſalium Propoſitionum certitudo?*

Hinc patet Reſponſio ad ſecundum, & quãtæ certitudinis ſint humanitùs inventæ univerſales; omnes enim aut ferè ſunt certæ negativè & non poſitivè, ideò enim univerſaliter illas aſſerimus, quòd in particulari eſſe falſas neſciamus. Omnem ignem eſſe calidum, enumerando omnes ignes, probare non poſſumus, ſunt enim innumeri inviſi, de quibus ſenſus nõ poteſt iudicare. Quo igitur modo Aſcenſum formabimus? iſto. *Ignis A. eſt calidus. item ignis B. & C. &c. remotiſſimas & occultiſſimas regiones deteximus, & in ipſis novas animantes, novas arbores, non tamen ullum ignem vidimus, qui non eſſet calidus: & licet de Borealibus & Auſtralibus mundi regionibus prodigia quotidie narrentur, nihilominùs nunquam audivimus ignem frigidum ab aliquo uſpiam viſum: Ergo omnis ignis eſt calidus.*

Quomodo debeant individua percurri?

Cur Aſcenſus Argumentatio-

Hinc ad ultimum dico, ideò eſſe Aſcenſum Argumentationũ Principe, quia eo ſublato tollã-

... rum Principia ſint

tur Univerſales Propoſitiones ſine quibus ſtare non poterit Argumentatio. Si ad miracula & revelationes recurras, nihil contra me obiicies; hic enim non agimus de ſcientiis, quæ divinitùs infundi poſſunt, ſed quæ adquiruntur humanitùs: nam tametſi Deus infundere poſſit animis univerſales cognitiones, hæ ipſæ viâ ordinariâ Inductione adquiruntur, probantur, confirmantur.

An Deſcenſus ſit Aſcenſu efficacior?

Peripatetici Deſcenſum *Argumentationem*, & Aſcenſum *Inductionem* appellant. Et quia interrogas Uter ſit fortior & robuſtior? producunt Ariſtotelem dicentem libr. 1. Topic. cap. 10. *Inductio quidem veriſimilior apertiorque eſt, ſenſuumque judicio familiarior & notior, ac ſæpius populi ore verſatur. Ratiocinatio autem magis urget, ad eoſque, qui contradicunt, refellendos potentior eſt.* Et libr. de demonſtr. cap. 1. text. 1. *Dialectici Ratiocinatione aut Inductione differunt; utrâque enim argumentatione ex his quæ ante cognita ſunt, id quod quæritur docetur. Illa quidem acceptis quibuſdam quaſi perceptis & cognitis ab his, quibuſcum diſputatur. Hæc verò ob id quod res univerſa efficitur per ſingularia, quæ ſunt unicuique manifeſta.* At ego quo ſenſu dici poſſit Deſcenſus ſeu Argumentatio Inductione robuſtior non intelligo; nam illa univerſales poſitiones aſſumit, quæ ſunt Inductionis concluſiones. Tolle Inductionem, & Deſcenſus ablatus eſt: tolle Deſcenſum, & adhuc ſubſiſtet Inductio.

Reſolvitur contra Ariſtotelem.

Aſcenſu utitur Paulus. & omnium ſimul procedit.

Ne in hunc ſcopulum impingeret Gentium Apoſtolus, in hanc Poſitionem, *Nihil eſt, quod nos poſſit invitos charitate ſupernaturali ſpoliare*, perſuadeat, univerſa percurrit, & per Aſcenſum ad hanc Maximam generalem ſcandit. *Quis nos ſeparabit, ait, à Charitate Chriſti? Tribulatio? an Anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? (ſicut ſcriptum eſt: Quia propter te mortificamur totâ die, æſtimati ſumus ſicut oves occiſionis.) Sed in his omnibus ſuperamus propter eum, qui dilexit nos. Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque Inſtantia, neque Futura, neque Fortitudo, neque Altitudo, neque Profundum* (ERGO) *neque creatura alia (aliqua) poterit nos ſeparare à Charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.* Sic ille cap. 8. verſ. 35. ad Romanos.

Nulla eſt creatura, quæ nos poſſit gratiâ Dei ſpoliare.

DCCII.

Omnium Evangeliſtarum doctrina eſt eadem.

Ne in eumdem impingeret S. Gregorius Papa omnium Evangeliſtarum doctrinam eſſe unam omninò ſic probat. *Si requiras, quid Matthæus de Incarnatione Domini ſentiat? Hoc nimirùm ſentit quod Marcus, Lucas & Ioannes. Si quæras quid Ioannes ſentiat? Hoc procul dubio, quod Lucas, Marcus & Matthæus. Si quæras quid Marcus? Hoc quod Matthæus, Lucas & Ioannes. Si quæras quid Lucas? Hoc quod Ioannes, Matthæus & Marcus ſentit. Quatuor ergo facies unì ſunt; quia noſtra fides, quâ cognoſcuntur à Deo, ipſa eſt in uno, quæ ſimul eſt in quatuor. Quidquid enim in uno invenetur, hoc in omnibus ſimul quatuor cognoſcet.* Sic ille ſuper Ezech. homil. 3. libr. 1. [& legitur in officio Evangeliſtarum. nocturn. 2. lect. 6. & 7.] ubi non ſolum ſingulos Evangeliſtas enumerat, ſed ſingulos quater, ne fraus aut error ſublatere videatur.

Idem S. Pontifex homil. 10. in Evang. hunc Aſcenſum efformat: [Omnia quippe elementa Authorem ſuum veniſſe teſtata ſunt. Ut enim de eis quiddam uſu humano loquar, Deum hûc cœli eſſe cognoverunt, quia protinùs ſtellam miſerunt. Mare cognovit, quia ſub plantis ejus ſe calcabile præbuit. Terra cognovit, quia eo moriente contremuit. Sol cognovit, quia lucis ſuæ radios abſcondit. Saxa & parietes cognoverunt, quia tempore mortis ejus ſciſſa ſunt. Infernus cognovit, quia hos, quos tenebat mortuos, reddidit. Et tamen hunc, quem Dominū omnia inſenſibilia elementa ſenſerunt, adhuc crudelium Iudæorum corda Deum eſſe minimè cognoſcunt, & duriora ſaxis, ſcindi ad pœnitentiam nolunt.]

Placet unius vel alterius Iunioris verba ad limam reducere, ut meliùs natura Inductionis noſcatur.

Antonius de Guevara, Accitanus Epiſcopus, in Horologii Principum *libr. 1. cap. 1. 28.* Democratiam & Ariſtocratiam deteſtatur, & Monarchiam anteponendam eſſe hac inductione oſtendit.

In exercitu omnes uni Imperatori parent:
In navi omnes uni gubernatori:
In clauſtro omnes uni Prælato:
In Eccleſia omnes uni Epiſcopo:
In alveari omnes apes uni Regi:
Quicumque ergo Regem in Republica ferre nolunt, nihil à fucis differunt, qui abſque labore mel in alvearibus conſumunt.
Ergo quicumq; unum imperium detractat, tanquam boni communis hoſtis è cœtu hominum eſt proſcribendus.

An Monarchia Ariſtocratiæ, imò etiam Democratiæ ſit anteponenda?

Sanderſonus libr. 3. Dialecticæ cap. 11. *Solâ Inductione, ait, utcumque probari poſſunt ſcientiarum principia; quæ nullo modo demonſtrari queunt. Syllogiſmus firmior eſt argumentatio, ſed Inductio clarior, & ſenſuum iudicio notior: hâc velut ſponte ſequentem ducimus: illo per vincimus non credentem, atq; repugnantem trahimus: hac indoctis; ille eruditis magis cōvenit.* Sed ſi Inductione utcumq; illa probatur, videre vellem quomodo probari poſſint ſolidè; quoniam me iudice vix ſuppetit alia probandi Propoſitiones univerſales ratio. Sed progreditur ille. *Addunt argutuli,* ait, *in antecedente,* atq; ita de cæteris: *ne inter partes diverſum aliquid, & diſſimile appareat. Auctores non tam exprimunt, quā intelligunt. Rhetores rogant adverſarium, ut ille dicat, ſi poſſit, ubi diverſum reperiatur; ut ex illius imperitia convincant.*

Sanderſonus in examen vocatus.

Debet addi omninò illud, ita de cæteris, quoniam ſi detur unum quod non ſit in corpus hoc argumentandi ratio.

Quā Rhetores modo procedunt?

P. Raggelman in Theſibus Logicis propugnatis Dilingæ ano. 1621. num. 48. *Negandum non videtur,* ait, *quin ſi Principia à poſteriori probentur, per Inductionem ad rationem perfecti diſcurſûs, ut fieri poteſt deductam, alium habitumq; Principiorum gignatur diverſiſſimum ab eo, quem ob penuriam nominis* Intellectum *dicimus.* Et agens de Demonſtratione in ſpecie num. 60. dixerat. *Præmiſſa demōſtrationis QVI certa ſunt ac neceſſaria, imò evidentes; non quidē evidentiâ principiorum: cū à priori non ſint indemonſtrabiles: nec ſcientia: cùm eas ſine diſcurſu cognitas ſupponamus; ſed per inductionem ſingularium, nec tamen omnium: quis enim omnia perſpecta habeat? verū cōplurium. Nā qui doctiores præſertim ſunt ſi ne difficultate evidēter cognoſcūt in neceſſariâ univerſaliū enunciationū materiâ nexū prædicati ac ſubiecti,*

Examinatur Raggelmannus. Habet ne principiorum nominatur Intellectus. An detur alius habitus principiorum ab hoc ipſo diſtinctus? An omnia individua ſint percurrenda? Sed quid dicas de antecedente libello?

cognitis

cognitis pluribus earum ſingularibus ; modò adhibitâ circumſpectione nulla apparet ratio momenti tanti, ſpam quæ univerſalibus propoſitionibus meritò dubitationem concitet.

DCCIII. *Admonitio.* Cautè interim in Inductione procedendũ, videndumque an omnia inferiora enumerentur; nam illæ Inductiones ſunt malæ, nimirùm,

Inductiones vitioſæ.

Frugifera eſt Ceraſus, Nux, Pinus, Vitis & Ilex;
Ergo facit fructus Arboris omne genus.
Mente caret Phœnix, Turdus, Ligurinus, Alauda,
Vultur & Accipiter, Sturnus & Aureolæ.
Mente caret Taurus, Leo, Lynx; non ſenſibus. Ergo
Omnia, quæ ſenſu prædita, mente carent.
Militat Evander, Cæſar, Pompeius, Achilles,
Atque Aiax; Ergo militat omnis homo.

Cur ſint vitioſæ? & quidẽ malæ ſunt, & habẽt conſequentias falſas; quoniam non enumerant ſufficientia particularia, ut univerſalem poſitionem inducant; dantur enim Arbores infructiferæ; dantur Animantes ſenſu & ratione præditæ: dantur & homines, qui nec poſſint, nec velint militare.

Poëtæ etiam crebrò utuntur Inductione & Aſcenſu; & ne multis te onerem, unicum exemplum produco. Hermannus Buſchius, anno 1509.

——— ——— ——— *Aſſerit eſſe*
Præter Virtutem omnia humana ſunt vana. *Omnia Virtute exceptâ digniſſima riſu.*
& hoc Aſſũptũ hác ipſe Inductione perſuadet
Ipſe cùm ſolus varios retracto
Exitus vitæ ſtudiumque noſtra
Diſpar: & curas ſibi diſſidentes
Caſſaque vota;
Rideo partos hominum triumphos,
Regium nomen, nitidamque rubri
Littoris concham, tyrioque pictas
Murice veſtes.
Rideo quidquid legit Auſtur auri,
Fertiles campos Lybiæ, Sabæi
Pulueris fumos, Solymique munus
Balſama regni.
Rideo merces alio petitas
Sole, roſtratis cupidè carinis,
Et per ignotos ſinuoſa vectas
Littora ponti.
Rideo thermas, celebres & arcus,
Porticus, ſpectacla, natationes,
Citreos orbes, niveoque ductas
Marmore villas.
Rideo luſus, hilareſque menſas,
Et puellarum fragilem decorem,
Plectra, concentus, choreas, roſatum
Sutile textum.
Rideo luxum Babyloniorum,
India regum, Sybariticos &
Perſicos miror nihil apparatus
Deliciaſque.
Rideo lauti patinas Apici,
Prandia Antoni, ſimul & Vitelli
Prodigos mores, epulaſque Martis
Pontificumque.
Mutat & carpit maleſueda ſors hæc
Gaudia, & quadam minuit ſenectus;
Integer ſanguis, bona forma, cedunt
Omnia morti,
Sola non languet ſpecioſa Virtus;
Omnibus gemmis, opibuſque maior
Vivit, & nunquam decus exoleſcit
Artis honeſtæ.

Et multis ſæculis ante hunc Martialis probaturus nullam eſſe gentem è quâ non eſſent Romæ, qui gloriam Imperatoris admirarentur, *libr. 1. Epig. 3.* hunc Aſcenſum conformat. *An omnes nationes fuerint Romæ?*

Quæ tam ſepoſita eſt, quæ gens tam barbara, Cæſar,
Ex quâ ſpectator non ſit in urbe tuâ?
Venit ab Orpheo cultor Rhodopeius Hæmo,
Venit & epoto Sarmata paſtus equo.
Et qui prima bibit deprenſi flumina Nili,
Et quem ſuprema Tethyos unda ferit.
Feſtinavit Arabs, feſtinavêre Sabæi,
Et Cilices nimbis hic maduêre ſuis.
Crinibus in nodum tortis venêre Sicambri
Atque aliter tortis crinibus Æthiopes.
Vox diverſa ſonat populorum, vox tamen una,
Cùm verus patriæ diceris eſſe pater.

Ecce, ut univerſalem inferat, nationes notas Romano populo Martialis ſufficienter enumerat, aſcenſumque exactiſſimè conficit.

De Aſcenſu Arithmetico.

ADſcenſus diſtributivus communiſſimus DCCIV. eſt, debuitq; à nobis ſpeciali diligentiâ & ſtudio illuſtrari: venio ad Copulativum, quem vocabo *Arithmeticum*, & de eius ingenio & poteſtate breviter nonnulla ſubiicio: & ut ab ovo incipiam, ſic inquam.

Sunt Univerſalium Propoſitionum claſſes duæ; nam aliæ ſunt diſtributivæ, ut *Omnis homo eſt animal, Omnis homo eſt riſibilis*: aliæ copulativæ, ut *Omnes Evangeliſtæ ſunt quatuor, Omnes Apoſtoli ſunt duodecim*: & has vocamus Arithmeticas. Quo ad diſtributivas aſcenſu veniatur, expoſuimus hucuſque; quo ad propoſitiones univerſales copulativas, modò eſt à nobis explicandum. *Univerſalis duplex: diſtributiva, & copulativa.*

Rem nullâ aliâ meliori viâ dilucidare potero, quàm exempla ponendo, quæ poſſis mutatâ materiâ imitari. Per hos gradus ſcando.

Quot ſint Perſonæ Divinæ?
Pater eſt perſona Divina:
Filius eſt perſona Divina:
Spiritus ſanctus eſt perſona Divina:
Nullus alius eſt perſona Divina:
Igitur tres (& non plures, nec pauciores) ſunt perſonæ Divinæ.

Quot Evangeliſtæ?
Matthæus eſt Chriſti Evangeliſta:
Lucas eſt Chriſti Evangeliſta:
Marcus eſt Chriſti Evangeliſta:
Ioannes eſt Chriſti Evangeliſta.
Nullus alius præter iſtos eſt Evangeliſta:
Igitur quatuor (& non plures, nec pauciores) ſunt Evangeliſtæ.

Quot filios habuerit Noha?
Semus fuit Noha filius:
Chamus fuit Noha filius:
Iaphetus fuit Noha filius:
Nullum alium filium Noha habuit:
Igitur tres (& non plures nec pauciores) fuerunt Noha filii.

Vocatur *Arithmeticus* adſcenſus iſte, quia prima Arithmeticæ regula (quæ Latinè *Aggregatio*, & *Aſcenſus Arithmeticus.*

Summa dicitur) ſubcollatur. Et ſicut per unitates, ſic per alios numeros potuit procedere, Pono exemplum in majoribus numeris.

Hæc Reſpublica à Principibus,
Nobilibus & Plebæis eſt coalita: non enim alios habet.
7 *At Principes ſunt ſeptem:*
120 *Nobiles centum & viginti:*
1273 *Plebæi mille ducenti ſeptuaginta tres.*
1400 *Ergo hæc Reſpublica mille quadringentos complectitur.*

In rebus, quæ videntur faciliimè, ſæpè latent graviſſimæ difficultates.

Hæc ſufficiant: non enim volo moroſus & tardus videri in re facili. At in rebus etiam facilibus & perviis difficultates reperiuntur: & quæ videntur apertæ, interdum habent partes acclives, quas facilè ſuperare non valeas. Hæc dicta ſunt ut ob oculos ponam in doctrinâ facillimâ, quæ tamen parturit graviſſimas quaſdã difficultates. Occaſione ſumptâ ex teſtimoniis Baſilij, Gregorij Nyſſeni; & aliorum Patrum, quæ *diſp.* 22. *ſection.* 1. congerit P. Dicaeus Ruiz, illam ſuſcitavit Arriaga de Trinitate *diſp.* 41. *ſect.* 2. *num.* 14. ubi ait. [Poſſet reſponderi, veriſſimum eſſe à parte rei eſſe unum ſolum Deum, & eſſe tres perſonas: has tamen duas propoſitiones idem ſignificare, quia unus Deus idem eſt quod tres perſonæ, & nihil ampliùs; & ſingulæ perſonæ ſunt Deus inadæquatè ſumptus. Quòd ſi rurſùs replicetur, *Ergo erunt tres Dij inadæquatè ſumpti*, negabunt conſequentiam; quia debet ſic inferri, *Ergo eſt ter Deus inadæquatè ſumptus.* quod eſt veriſſimum: primum verò conſequens falſum; quia tres Dij inadæquatè ſumpti continent implicantiam in adiecto: mala etiam fuit ea prima conſequentia, quia in antecedente non fuit poſitum *Filius eſt alius Deus inadæquatè ſumptus*, hoc eſt falſum.] Hæc omnia, & quæ dicebantur, ut ipſa meliùs intelligerentur: & quæ conſequenter adiecta totâ columnâ primâ paginæ 467. diſplicent P. Arriagæ; eaque fusè impugnat à *num.* 16. ad *nu.* 48. interim ſemper manet eſſe hos duos Adſcenſus valdè ſimiles.

An hi termini, Unus Deus, & Tres Perſonæ, ſint æquipollentes?

An habemus tres Deos inadæquatos? An unum Deum ter inadæquatum?

Pater eſt perſona Divina:
Filius eſt perſona Divina:
Spiritus-ſanctus eſt perſona Divina.
In Divinis igitur ſunt tres perſonæ.

Pater eſt Deus inadæquatè:
Filius eſt Deus inadæquatè:
Spiritus ſanctus eſt Deus inadæquatè:
In Divinis igitur ſunt tres Dij inadæquatè. aut etiam, *tres Dij inadæquati.*

Imò horum duorum Aſcenſuum, ſummam Arriaga paritatem nõ negat, numero enim XVII. ſic ait.] oſtendo bonam eſſe eam conſequentiam in quâ inferebatur eſſe tres Deos inadæquatè ſumptos, cuius conſequens eſt hæreticũ: dicitur enim, tres eſſe perſonas, & quamlibet eſſe Deum inadæquatè ſumptum. Unde argumentor, Quælibet eſt Deus inadæquatè ſumptus, & quidem diſtinctus Deus inadæquatè ſumptus ab altero Deo inadæquatè ſumpto, qui eſt alia perſona: ergo ſunt tres Dij inadæquatè ſumpti. Prima pars antecedentis ſupponitur expreſsè in explicatione: ſecunda verò, licèt verbis negetur, re tamen ipsâ docetur: nam ſi Deus adæquatè ſumptus coaleſcit ex Deo inadæquatè ſumpto, ut ex parte neceſſarium eſt, ut Deus inadæquatè ſumptus ſit plures quàm Deus adæquatè ſumptus, alioqui idem eſſet Deus adæquatè & Deus inadæquatè (quod in terminis repugnat, partes enim ſemper ſunt plures numero quàm totum) ſed Deus inadæquatè ſumptus eſt unus; ergo Deus inadæquatè eſt plures quàm unus, ergo plures juxta numerum perſonarum, ergo tres. Secundò, Pater ut adæquatè diſtinctus, ſeu ſe toto diſtinctus à Filio, eſt Deus inadæquatè, ſumptus: ergo Deitas inadæquatè quæ eſt propria Patris, non eſt ea Deitas inadæquata, quæ eſt propria Filij: ergo ſunt duæ Deitates inadæquatæ. Tertiò, nihil penitus eſt in Patre à parte rei, juxta eam explicationem, quod idem numero ſit in Filio (difficultatem enim, quæ ex eâ identitate provenit, conatur vitare) ergo Deitas inadæquata Filij non eſt Deitas inadæquata Patris, licet ambæ ſint inadæquatæ reſpectu Deitatis adæquatæ. Quartò, licèt Deitas adæquata comprehendat quidquid utraque inadæquata dicit; repugnat tamen in terminis ut una inadæquata complectatur quod altera inadæquata dicit, & hæc quod illa: tunc enim quælibet non inadæquata eſſet, ſed adæquata; totum enim includit quidquid quælibet pars dicit: at inadæquatum totum non includit quidquid totum dicit; vel ergo Deus inadæquatus eſt, & tunc eo ipſo ut ſic non includit aliud inadæquatum: vel nullus eſt Deus inadæquatus, & conſequenter tunc diſtinctio in Deum adæquatum & inadæquatum mala eſt. Quintò, in explicatione aſſeritur, non poſſe dici *Tres Dij inadæquatè ſumpti*; ſic verò *Eſt ter Deus inadæquatè ſumptus*: vel ergo ſecunda hæc propoſitio eſt in terminis implicatoria, vel reddit ſenſum prioris: nam de Patre non poteſt dici, *Eſt ter Deus inadæquatè ſumptus*; ille enim non eſt niſi ſemel Deus inadæquatè; nec de Filio, nec de Spiritu-ſancto ſeorſim; de omnibus autem ſimul ſumptis, ſeu de totâ Trinitate id poteſt dici; nam tota Trinitas eſt ſemel Deus adæquatè ſumptus, & ter inadæquatè ſumptus: at eo ipſo quod ipſum totum dicitur, *Ter Deus inadæquatè*, neceſſum eſt, ut Tò *Deus inadæquatus* multiplicetur; alioquin non dicetur ter Deus, ſed ſemel Deus: repugnat enim aliquid dici ter album, niſi vel albedo triplicetur, id eſt, tres ſint albedines, vel quia ſubiectum eam habuit tribus vicibus: ſi enim unicum eſt prædicatum & unicâ vice habitum, repugnat dici de eo ſubiecto *Ter album.* Rogo ergo, jam non de illo termino, *Deus adæquatè ſumptus*, (cùm enim iſte non multiplicetur nec adverbialiter, nec adiective, non ſum de hoc ſollicitus) ſed de illo alio, Deus inadæquatus; rogo, inquam, an iſte terminus multiplicetur, an non. Si

An nihil ſit in Patre quod ſit in Filio?

An Deitas Filij ſit Deitas Patris?

multipli-

Digitized by Google

multiplicatur, teneo intentum (tunc enim poterit dici *Ter Deus inadæquatus*, quod idem eſt, ac *tres dij inadæquati*) ſi non multiplicatur; ergo, ſicut non dicitur, *Tres dij inadæquati*, ita nec poterit dici *Ter Deus inadæquatus*; vel ſi hoc poteſt dici, etiam & illud: nam ſuppono in divinis non eſſe eam rationem, ob quam in homine ab unâ ſola albedine poteſt dici ter album, ſi eam tribus diverſis vicibus ſucceſſivè habuerit; in Deo enim non eſt ſucceſſio in habenda divinitate. Reſpondebis fortè poſſe hominem dici ter accidentatum, etiamſi non poſſit dici tria alba, ſicut idem homo tribus diverſis ſcientiis unam rem ſciens, dicitur ter ſciens, non tamen dicitur tres ſcientes; ergo non benè ſic arguitur; *In Divinis datur ter Deus inadæquatus; ergo & tres dij inadæquati*. Ex impugnatione huius ſolutionis clariùs apparebit vis quintæ meæ replicæ: & quidem Primò inferò; Ergo ſaltem ipſæ Deitates inadæquatæ debebunt multiplicari, ſicut in exemplo allato multiplicantur ſcientiæ & accidentia, licet non multiplicetur ſciens: ſi enim deitas inadæquata non multiplicatur, cur dicetur ter Deus inadæquatè? haberet enim, & quidem ſemel, ſolam unam deitatem, etiam inadæquatam, cur ergo dicetur ter Deus inadæquatus? Secundò, quia in humanis (ut dixi in ſummulis) ideò iſta concreta non multiplicantur, quia ſignificant in rectò ſubiectum, & in obliquo formam: *album* enim idem eſt, ac habens albedinem, unde, licet habeat multas albedines, quia tamen ipſe habens ſemper eſt unus, non dicitur tres albi, aut tria alba, benè autem dicitur ter habens, quia hoc non denotat habentem eſſe tres, ſed habitionem (ut ſic dicam) ſeu albedines habitas eſſe tres. At hæc ratio nullum habet locum in divinis: nam ſi Deitates inadæquatæ ſint multæ, ideòque poſſit dici *ter habens*; ergo cùm ſubjecta, aut quaſi ſubiecta, quæ illas habent; ſint etiam multa, Pater ſcilicet, Filius & Spiritus ſanctus, neceſſariò eo ipſo poterunt dici etiam tres dij inadæquatè. Confirmo: in divinis, eò quòd omnia ſint per ſe, & non eſt propriè ſubjectum, nomina concreta ſubſtantiva multiplicantur, eo ipſo quòd formæ multiplicentur: & è contrariò non multiplicantur, ſi ea forma non multiplicetur; unde dicuntur tres perſonæ, quia perſonalitas, quæ eſt forma ſignificata, multiplicatur, etiamſi natura divina, quæ eſt per modum ſubjecti, non multiplicetur: Deus verò non multiplicatur, quia licet multiplicentur perſonæ, deitas tamen non multiplicatur: igitur ſi deitas inadæquata multiplicatur, etiamſi ſubiecta non multiplicarentur, eſſet omninò verum dari ibi tres deos inadæquatè ſumptos. Secundò, reſpondebis, etiamſi in divinis non multiplicetur Deus, nec quidem inadæquatè ſumptos, aut licet ter ſucceſſivè non habeatur divinitas, dici tamen verè *ter Deus inadæquatus*, eò quòd Deus inadæquatus ſit in tribus perſonis, quarum quælibet eſt Deus inadæquatus. Sed contra; quia vel eſt in uno eadem Deitas inadæquata, quæ in alio, vel diverſa: ſi diverſa, ergo malè dicis non multiplicari Deum inadæquatè ſumptum, cùm ſint diverſæ deitates inadæquatè ſumptæ: vel, ſi eſt eadem in uno quæ in altero, tunc tota explicatio ruit, quæ nihil vult ponere idem numero in omnibus tribus, ne cogatur dicere quòd ea duo prædicata contradictoria, *diſtingui & non diſtingui*, conveniant ratione ejuſdem indiviſibilis entitatis: tunc enim per illam inadæquatam deitatem non diſtingueretur Pater à Filio, & diſtingueretur per perſonalitatem identificatam ei inadæquatæ deitati, & conſequenter non ſe toto diſtingueretur. Contra ſecundò, quia tunc etiam dici poſſet *ter Deus adæquatè* ſumptus. Probo evidenter, quia nihil quod ſit Deus, etiam inadæquatè, deeſt ulli ex illis perſonis; alioquin, ſi iam deeſſet, illud quod deeſſet, eſſet Deus inadæquatè; & quia eſſet diverſum ab eo, quod eſt in alterà perſonâ, jam eſſet *triplex Deus inadæquatè ſumptus*: quod ſi nihil quod ſit Deus vel inadæquatè cuilibet deeſt, ergo quilibet erit Deus adæquatè ſumptus, ergo erit ter Deus adæquatè ſumptus: ea autem diſtinctio non ſubſiſtet.] *Hucuſque Arriaga*.

In Deo non eſt ſucceſſio in habendâ Divinitate.

An multiplicetur Deitas inadæquata?

Quo modo concreta exponantur? Album eſt habens albedinem.

An in divinis hypoſtaſes, an natura ſe habeat ut ſubiectum? hoc eſt, An hypoſtaſes habeant Divinitatem an verò Divinitas hypoſtaſes?

An in Patre & Filio ſit una & eadem Deitas inadæquata.

Hæc à nobis allata ſint, ut videamus graviſſimas Theologiæ quæſtiones à Philoſophiâ & ſpecialiter à Logicâ pendere: debereque à Iuvenibus magnâ diligentiâ illa addiſci, ſine quibus in ſcientiis melioribus & ſublimioribus eſſe Magni non poterunt.

Quàm ſit neceſſaria Dialectica?

Quæſtio incidens.

DCCV.

SEd inquitis, Cur Aſcenſus dicatur *Inductio Socratica*?

Inductio ab inducendo dicta.

Puto ideò dici *Inductionem*, quòd Principia in ſcholas inducat; nam Deſcenſus Principia ſcientiarum ſupponit, & ex illis varias conſequentias diducit: at quia ante omnem Principiorum notitiam Aſcenſus eſt, conſiderando & ob oculos ponendo ſingularia, inducit Homines ad Principiorum cognitionem, eademque in orbem litterarium inducit: & hinc nomini occaſio.

Illâ Socrates frequenter utebatur.

Socraticam verò ideò dictam exiſtimo, quòd eâ crebertimè ſit uſus Socrates. Quoniam obſervante Sanderſono Dialect. libr. 3. cap. 11. illâ maximè argumentandi formâ uti ſolebat Socrates, quæ ex plurimis conſtat interrogatis: quibus ab adverſario conceſſis, aliud, quod quærebatur, ſimile infertur. hoc pacto: *Quod eſt pomum generoſiſſimum? Nonne quod optimum? Et quis equus generoſiſſimus? Nonne qui optimus? Quis ager: aliaq; denique quam plurima, quæ ſunt optima; nonne eadem habentur generoſiſſima? Quid? nonne ergo dicentur & generoſiſſimi homines ij, qui ſunt optimi? cæteriſq; virtute & ſcientiâ præſtant: non qui naſcendi claritate tantummodò excellunt?* At cenſurâ huius Argumentationis Sanderſonis ſubſcribit, &

An Inductio ſit fallax?

ait: *Quod genus imprudenter & incautè reſpondenti facilè imponet.* Et vellem omninò doceri, an-ne hoc ipſum ſit ſpeciale & proprium Argumentationis inductivæ? nam inductione factâ & omnibus diſputandi modis examinatis, reperiemus omnem argumentandi formam, malè & incautè reſpondentem poſſe & ſolere ad ſummas anguſtias redigere.

Malè reſpondenti argumentatio omnis imponet.

Academici Deſcenſum anteponunt Aſcenſui; & Peripatetici contrà. Ioannes Lalemandetius *diſp. 4. Logicæ: Partitione III. de Ideis Platonicis: pag. 107. num. 14.* ſic inquit: [Radicem autem deceptionis Platonicæ volunt hanc eſſe, quòd Plato in notificatione rerum procedere ſoleret ab univerſalibus & abſtractis ad ſingularia, quæ via, cùm à noſtris ſenſibus ſit remota, ideò minùs eſt certa. Ariſtoteles autem tutiùs incedens ſolet progredi ab inductione ſingularium ad propoſitiones univerſales non verò à propoſitionibus univerſalibus ad ſingularia; unde factum eſt ut in paucioribus erraret Ariſtoteles, quàm Plato, licet feratur D. Auguſtinum dixiſſe ſemalle mori cũ Platone, quàm vivere cum Ariſtotele; hoc tamen dixit, quia Plato in ſuis dogmatibus Ariſtotele ſpiritualior eſt.]

Deſcenſu uſus eſt Plato & Aſcenſu Ariſtoteles.

Auguſtini de Platonis & Ariſtotelis doctrinâ Iudicium.

ARTICULUS IV.

De Aſcenſu ab uno.

Univerſalium Poſitionum neceſſitas. *Inductionis potentia.*

DCCVI. *An omnia incerta?* SIne Poſitionibus Vniverſalibus Syllogiſmi conformari non poſſunt: Vniverſales ſine Aſcenſu obtineri non valent: Aſcenſus fallax eſt & periculo obnoxius; ergo tota Humana Eruditio claudicat, & ubi ſecurior videtur, non eſt certa. Sic contra Dialecticam poſſet Severitas argumentari.

P. Valerianus univerſalium loco indefinitas ſufficit. *An aſcenſus ſit fallax?*

Et Egò fateor ad ſyllogiſmos Vniverſales Poſitiones requiri: Valeriano enim Magno aſſentiri non volo; nec Indefinitarum ſubſtitutione Dialecticam univerſam turbare. Fateor etiam Vniverſales omnes Dialectico Aſcenſui deberi: at hunc nego ſemper eſſe fallacem. Et, ut meæ negationis rationem evidentem exhibeam, ad materiam recurro, & aliter diſcurro de contingenti, & aliter de neceſſariâ.

Nunquam carent formidine & ſcrupulo univerſales contingentes? *Particularia ſunt enumeranda ſufficienter.* *An calor ſit proprietas ignis?* *An hæc forma ſit bona?* *An olim ſint negati Antipodes?*

Quando adſcendimus in contingenti, debent invidua ſufficienter enumerari (non enim ſemper poſſunt omnia) & quando recenſentur non omnia, ſemper latet aliquid, quod formidine erroris non caret. Probabam omnem ignem eſſe calidum, & dicebam. [Scio à multis hanc Vniverſalem ſic probari: *Calor eſt proprietas ignis. Proprietates omni ſoli & ſemper conveniunt; Ergo omnis ignis calorem habet.* Et rideo, cùm video ſupponi, quod quæritur. Qui enim dubitat, An omnis ignis ſit calidus? etiam dubitat, An illa Vniverſalis ſit vera? Sic inquam: *Multos vidi, multos examinavi; & hic ignis fuit calidus, ille calidus, iſte etiam, & cæteri: nullum reperi frigidum; nec cognoſco hominem, qui alicubi frigidum viderit: Ergo omnis ignis eſt calidus.*] Adquieſco quidem, ſed non quieſco: nam dubitantibus, An Antipodes eſſent? ſimili modo videtur reſpondiſſe Auguſtinus. Videtur diſcurriſſe ſic. *Multos homines vidi, multos examinavi: nec hic eſt Antipus, nec ille, nec iſte, nec ex cæteris ullus: nullum cognovi antipodem. Sed nec cognoſco hominem, qui alicubi antipodem viderit. Ergo non ſunt antipodes.* Et licet eruditè, & pro illo ævo plauſibiliter, intulit conſequentiam, quam veram ipſe cum toto aut ferè orbe litterario putabat; quam tamen falſam eſſe multis ſæculis pòſt, demonſtrarunt expeditiones Hiſpanorum, quæ Americam ſuperiorem & inferiorem detexerunt, cuius incolæ noſtra premunt veſtigia, fruunturque hemiſpherio contrario. Ergo re benè conſideratâ, hæc propoſitio, *Omnis ignis eſt calidus*, & quæcumque alia univerſalis in accidentariâ materiâ, non erit certior, quàm ante mille annos fuit illa, *Non ſunt antipodes.* Quantam ergo certitudinem habet? tantam, ut ſine temeritatis notâ negari non poſſet, nulla enim ſuppetit ratio negandi: non tamen tantam, ut omnem formidinem excludat, & erroris ſit incapax.

An dentur in mundo de facto?

De Triangulo lineis.

Quando adſcendimus in neceſſaria, unum ſufficit protuliſſe individuum, ut ad univerſalem perveniamus. Rem explano. Rogas, Quot lineis componatur triangulus? Hunc △ ob oculos pono: & ſtatim percipio, non niſi

tribus

tribus conſtare poſſe lineis figuram, quæ tres angulos habeat: & decido, *Omnem Triangulum tribus lineis componi.* Omnẽ dixi, non iſtum, non illum, non aliquem. Et cur omnem, ſi unicum tantùm vidi? Quia in illo unico plurium aut pauciorum linearum repugnantiam percepi, & quæ conceptui præciſo repugnant, inferioribus convenire non poſſunt. Rogas iterùm, An totum ſit majus ſuâ parte? Et Ego mihi ſiſto illam lineam, a b c & ſudis oculis percipio, majorem eſſe, a c quàm a b, nec aliter ſe habere poſſe; & infero. *Omne totum eſſe maius ſua parte.* Rogas tandem, An omnis homo admirativus ſit? & quia ex cognitione effectûs, cujus cauſa ignoretur, naſcitur admiratio, Petrum mihi contemplandum aſſumo, creaturam finitam imperfectam: & quia creaturam dixi, Deo me ſiſtit relationis neceſſitas, Creatoriſque omnipotentiam veneror & adoro: & in has univerſales prorumpo. *Deus eſt infinitè potens: ergo ſub infinitè potente Deo cauſæ ſecundæ poſſibiles ſunt infinitæ ſimpliciter, aut ſaltem ſyncategorematicè.* Progredior. *Omnis homo eſt creatura. Omnis homo eſt finitus. Nullus homo cognoſcit omnes cauſas. Omnis homo poteſt incidere in effectum cuius cauſam ignoret: Ergo omnis homo eſt admirativus.* Materiæ ergo neceſſitas clatè cognita me juvit, ut uno vel altero gradu ſuperata ſtatim univerſalem Poſitionem, eamque ſecuriſſimè adſequerer.

De Toto & parte.

An omnis homo ſit admirativus?

Vidiſti me ad univerſales in materiâ contingenti non ſine formidine, in neceſſariâ verò feliciter & ſecure aſcendentem: & quia delectat & erudit varietas, alios audire vis, ſi fortè ingenio nobiliori producti, ubi aſcendo, volabunt. Adquieſco; & nonnullos produco.

Prodeſt interdum diverſas opiniones audire.

Laurentius Caſtro Francus Servita in Apologiâ fidei contra Theomachum, in caſtigatione propoſitionis nonæ, quæ erat, *In morte corpus ab animâ, non anima à corpore diſcedit, quia anima immobilis eſt.* Sic ait, [*Aſſumpta eſt Maria in cœlum, gaudent Angeli.* Canit Eccleſia; *Aſcendit Chriſtus primitiæ dormientium.* Dicam audacter, Si animæ non aſcendunt ſoluto corporis officio, neque Chriſtus aſcendit. Sic Paulus 1. Corinth. 15. ratiocinatur, probans reſurrectionem futuram. *Si mortui non reſurgunt, neque Chriſtus reſurrexit.* Joann. Damaſcenus ul. c. iii. de orthodoxâ fid. libr. *Deſcendit,* inquit, *in infernum anima deificata:* ergo movebatur; erat igitur mobilis Anima Chriſti, quæ cùm ejuſdem naturæ ſit eum quâlibet intellectuali, quælibet humana mobilis eſt.]

An anima immobilis ſit?

An Chriſti anima verè in infernum deſcenderit?

Deſcenſus.

Aſcenſus ab uno.

Philippus Melanchthon, ut libr. 2. de Anim. pag. 93. habet Dreſſerus, ait, *Nulla res mihi magis profuit ad conſervationem valetudinis, quàm hæc unica, quòd nihil legi poſt cœnam, nihil ſcripſi, nec longo intervallo à cœna cubitum ivi. Ita manè potui ſurgere expedire mea negotia ſine moleſtia magna.* Quod legis: & diſcurris ſic.

Quo poſſimus modo conſervare valetudinem, qui ſtudiis vacant?

Philippus ſic ſanitatem conſervavit:
Ergo & ſic omnes, ſi voluerint, conſervabunt:
Ergo etiam ego, ſi idem fecero.

At Philippus, cùm non longo intervallo à cœnâ it cubitum, opponitur Galeno dicenti libr. 4. Aphoriſm. comment. 67. *A cibis ad ſomnum converſis caput impletur, hoc eſt, gravatur & hebeſcit ſenſus. Itaque duabus horis à cœna vigilandum eſt antequam ad quietem eas.*

Quando quis debeat ire cubitum?

Legiſti hæc omnia, & quæris, An-ne aſcenſus iſte bonus ſit, Reſpondeo non videri: quia ab uno ad omnes certiſſimè aſcenditur in materiâ neceſſariâ; non autem in probabili ſeu contingente; & neceſſaria dici non poteſt, quæ à Philippo aſſeritur, & tamen à Galeno negatur.

Dreſſerus libr. 2. de Anim. pag. 110. exponens illud Sapientiæ 7. *Fletus fuit mea vox prima ſicut aliorum,* ſic inquit. DCCVIII.

Flens ego ſum genitus, celebrantur funera fletu:
Tranſacta in numeris vita fuit lachrymis.
Ô genus humanum, lachrymabile, triſte caducum,
Quod factum ex cinere ſolvitur in cinerem.

Quales omnes homines ſint?

Et hunc ipſum Aſcenſum Ego ad terminos clariores reduco. Sic inquam:

Ego ſum animal lachrymabile, concretus ex cinere, natus funeri, diſſolvendus in cineres.
Ergo omnes homines (id enim *genus humanum* ſignificat) *ſunt animalia lachrymabilia, concreta ex cinere, nata funeri, & diſſolvenda in cineres.*

Homo qualis?

Patet conſequentia; quia omnes ſumus pares, & ubi nulla poteſt oſtendi diſparitas, paritas univerſaliter concedenda eſt. Quod ſi ad Sanctorum corpora incorrupta recurras, dicam illa eſſe privilegio divino præſervata, & conſequentiam ipſam poſſe hâc ipſâ diſparitate limitari.

Etiam nonnunquam ab aliquibus ad omnes aſcenditur, ut ex omnibus ad unum ſingulare deſcendamus. Pono exemplum.

Aſcenſus ab aliquibus.

Cernis ut ignavum corrumpant ocia corpus;
Vt capiant vitium, ni moveantur aquæ.
Adde quod ingenium longa rubigine læſum
Torpet, & eſt multò, quàm fuit antè minus.

Ovid. de Pont. De Triſt.

Et hinc ego iſtam inductionem efformo.

Corpus ocio corrumpitur.
Item aqua, &c.
Ergo & omnia.
Ergo etiam corrumpitur ingenium ocio.

ARTICULUS V.

De Syllogiſmo formali.

DCCIX. SYllogiſmus *eſt artefactum quoddam Logicum, conſtans tribus propoſitionibus, & tribus terminis: poſtulans, ut duabus conceſſis tertia neceſſariò admittatur.* Et Formalis, qui eſt quædam ſyllogiſmi ſpecies, quam ſolam ante Ariſtotelem Philoſophi cognoviſſe videntur, *eſt Syllogiſmus requirens ut prædicatum primæ propoſitionis ſit ſubiectum ſecundæ, & alii duo termini in tertia propoſitione connectantur.* Rem exemplo dilucido.

Quid ſit

De Syllogiſmo formali.

Conſideret quaſo Lector, annon Animal verè ſit medium & Homo & Vivens extremitates.

Homo eſt animal. Animal eſt Vivens.
Ergo Homo eſt ———————— Vivens.

Prima propoſitio, *Homo eſt animal*, vocatur major: ſecunda, *Animal eſt vivens*, vocatur minor: tertia *Ergo homo eſt vivens* appellatur concluſio. Duæ priores nominantur præmiſſæ. Primus præmiſſarum terminus (nempe *Homo*) vocatur *Maior extremitas*; ultimus, (nempe *Vivens*) *Minor extremitas*: medius (nempe *Animal*) dicitur *Medium*, & ingredi concluſionem non poteſt. Concluſio eſt duplex, directa & indirecta. Directa dicitur, quando extremitas quæ ſubjiciebatur in præmiſſis, in concluſione ſubjicitur; & quæ prædicabatur, prædicatur. Syllogiſmi directi ſpecimen jam dedi ſuperiùs: indirectum ſubſcribo.

Major. Minor. Concluſio. Præmiſſæ. Major & minor extremitas. Indirecta & directa concluſio.

Poſſunt ſyllogiſmi indefinitis conformari: at meliùs componentur ex quantis.

Homo eſt animal. Animal eſt Vivens.
Ergo Vivens eſt ———————— homo

qualiter inferatur.

Hæc eſt fabrica Indefiniti Syllogiſmi (directi & indirecti) ſed quia utiliores ſunt propoſitiones quantæ, ut ſcias quales Syllogiſmi illis componi poſſint, Diſtichum hoc ſubſcribo.

Bámmada, Caméne, Dima-gni, Fígmeno: *nec non*
Pone indirectos Feſápor, *atque* Fiſiſor

Nomina Modorum formalium

Habes igitur quatuor Modos directos, & indirectos duos: omnes formales, bonoſque, neceſſariâ illatione (aut infallibili, ſi loqui hoc modo velis) veritatem probantes.

De conſequentiis ſecundariis.

Præter primariam conſequentiam adſcribimus etiam ſecundarias, quæ ſunt quaſi primariæ caſus: nomina enim trium priorum Modorum ſic inflectimus.

An primarum ſint caſus?

BAMMADA.	*CAMENE.*	⋆ ⋆ ⋆
Bammadi.	*Cameno*	*DIMAGNI*
⋆ ⋆ ⋆	*Camener.*	⋆ ⋆ ⋆
Bammadir.	*Camenor.*	*Dimagnir.*

Et hæc ſufficere videntur, ut Syllogiſmi formalis exactam cognitionem quis habeat.

DCCX. *Quid ſit Syllogiſmus formalis.*

QUid ſit formalis Syllogiſmus, jam dixi: majoris claritatis causâ iterùm definitionem pono. Sic inquam: *Syllogiſmus formalis eſt artefactum Logicum ex tribus terminis & tribus propoſitionibus coaleſcens: poſtulans ut prædicatum primæ ſit ſubjectum ſecundæ, & ut alii duo termini in con-*

conclusione connectantur. Breviùs, *Eſt Syllogiſmus, in quo medium eſt prædicatum maioris & ſubiectum minoris, & extremitates in concluſione copulantur.* Omnia ſingulatim expono.

Syllogiſmi alii formales ſunt, alii figurales & transfigurales.

Definitum eſt *Syllogiſmus formalis*, ut obiter ſcias reperiri etiam figuralem, transfiguralem, &c. de quibus inferiùs diſputabo.

Genus remotum eſt *artefactum*, in quo convenit cum domo, menſâ, cathedrâ & aliis artefactis phyſicis, cum ceremoniis & aliis artefactis moralibus. Prima differentia contrahit artefactum, ut non ſit qualecumque, ſed Logicum.

Artefactum Logicum genus eſt, Propoſitionem, Definitionem, Diviſionem, &c. Aſcenſum, Deſcenſum, Syllogiſmum, &c. comprehendens, & illis verbis, *ex tribus terminis & tribus propoſitionibus coaleſcens*, contrahitur ut ſit Syllogiſmus: nullus enim, ſi perfectus ſit (de hoc enim agimus) pluribus conficietur terminis.

Syllogiſmus eſt genus proximum, & per illa verba, *poſtulam, &c.* contrahitur ut ſit ſyllogiſmus formalis.

Hæc definitio eſt eſſentialis: non enim traditur per prærogativas quæ concomitantur eſſentiam, ſed per circumſtantias requiſitas, quâ vel unâ ſublatâ non erit ſyllogiſmus formalis.

Quæſtio incidens.

Petis; An priùs componatur Syllogiſmus tribus propoſitionibus, an tribus terminis? Reſpondeo me timere ne detur locus controverſiæ alicui nominali: certum eſt enim illum immediatè propoſitionibus cõſtitui, & has terminis tribus cõponi: ergo ſi partes ſint priores toto, priores adhuc erunt partibus partes partium. Ergo hoc ſenſu priùs ille componitur terminis.

Ariſtotelica definitio.

Ariſtoteles 1. *prior. cap.* 1. definit Syllogiſmum his verbis. *Syllogiſmus eſt oratio, in quâ quibuſdam poſitis aliud quiddam diverſum ab his quæ poſita ſunt neceſſariò accidit, eo quod hæc ſunt.* Eum *orationem* nominat, quia Ariſtoteles Logicam Vocalem ſcripſit, & agit de Argumentatione vocali. Et quidem putarem hanc ipſam definitionem poſſe Argumentationi competere, & latiùs patere definito: vel dicito, quænam eſt Argumentatio, de quâ omnia hæc & ſingula non verificentur? Et ſi eſſet animus definiendi Syllogiſmum, potuiſſet aut debuiſſet Philoſophus dicere, *Syllogiſmus eſt oratio, in qua duabus propoſitionibus quæ tribus conſtent terminis, poſitis, alia neceſſariò concedenda ſequitur, eo quod illæ conceſſæ ſint.* Poſtulavi, ut illæ duæ propoſitiones tribus conſtarent terminis, cætera omnia conveniunt iſti Argumentationi, *Filius eſt perſona procedens & infinita. Spiritus ſanctus eſt perſona procedens & infinita. Ergo omnis perſona procedens* (agimus de Divinis) *eſt infinita.* quæ tamen ſyllogiſmus non eſt.

Ariſtotelis Logica eſt vocalis.

Rejicitur doctrina Ariſtotelis.

Alia ſyllogiſmi definitio.

Formales modi illuſtrantur exemplis.

Hæc ſufficiant, ut naturam ingeniumque Syllogiſmi Formalis cognoſcamus: ſupereſt, ut nunc ſingulos modos claris exemplis confirmemus.

Bam	*Omnis leo eſt animal:*	
ba	*Omne animal eſt ſubſtantia:*	
ra.	*Ergo omnis leo eſt ſubſtantia.*	Direct.

Ca-	Omnis leo eſt animal:	
me-	Nullum animal eſt lapis:	
ne.	Ergo nullus leo eſt lapis.	*Direct.*

Di-	*Aliquis leo eſt niger:*	
ma-	*Omne nigrum eſt obſcurum:*	
gni.	*Ergo aliquis leo eſt obſcurus.*	Direct.

Fig-	Aliquis leo eſt niger.	
me-	Nullum nigrum eſt album:	
no.	Ergo aliquis leo non eſt albus.	*Dir.*

Feſ-	*Nullus leo eſt lapis:*	
ſap-	*Omnis lapis eſt ſubſtantia:*	
or.	*Ergo aliqua ſubſtantia non eſt leo.*	Indir.

Fe-	Nullus leo eſt lapis:	
ri-	Aliquis lapis eſt ſubſtantia:	
or.	Ergo aliqua ſubſtantia non eſt leo.	*Indir.*

Hi ſunt connaturales Syllogiſmi, quibus utuntur etiam illi, qui hos rejiciunt: nam aliter dialecticati illi poſſunt & ſolent, qui artificioſam vim naturæ inferunt, & aliter diſcurrunt, quàm ex tempore ſolent.

In ſcholis qui naturâ ductu argumentantur, Galenicos ſyllogiſmos efformant.

Sanè Platonicus diſputandi modus magis connaturalis eſt quàm Ariſtotelicus: imò in eo Medium, quia eſt majoris prædicatum & minoris ſubjectum, magis eſt medium. Sunt qui Platonem non audiendum affirmant, & vix alios ſyllogiſmos quàm Platonicos formant. Doceor quotidianâ experientiâ ferè omnes ſyllogiſmorum claſſes normaſque præter unam Platonicam à ſcholâ exulare, quamobrem ea erit primo loco explicanda.

DCCXI. *An Galenus ſit Author figuræ, quæ vocatur Galenica? An Plato potius? An utroque antiquiores Dialectici.*

Examinabo nihilominùs breviter, Utet Plato, an Galenus fuerit hujus figuræ author. Pro Galeno ſtat communis Logicorum opinio, qui vocant hanc figuram *Galenicam*: ſtat etiam Averroes qui 1. Poſt. cap. 8. illam Galeno attribuit ſed contra Averroem militant ipſiſſimi Galeni ſcripta teſtibus Complutenſibus *libr.* 3. *de argumentatione cap.* 3 §. *Vtrum*, nam in his quæ nunc exſtant doctrina hujuſmodi non reperitur. Item militat Plato, qui delectatur hâc figurâ. In Alcibiade teſte Alcinoo de doctrinâ Platonis cap. 5. ſic ait: *Quæ juſta ſunt, honeſta ſunt: Quæ honeſta ſunt, bona ſunt: ergo quæ juſta ſunt, bona ſunt.* Ecce Plato Galeno, imò & Ariſtotele antiquior docuit nos hanc terminorum propoſitionumque ſecuriſſimam diſpoſitionem.

Occurrunt frequentiſſima exempla in D. Thoma, ideo non eſt opus plura ſubſcribere

Porrò Theologi (verbo, calamo) hâc formâ libentiſſimè utuntur. D. Thomas 1. p. quæſt. 7. art. 4. ſic diſcurrit: *Poſuerunt* (Avicenna & Algazel) *quod poſſibile eſt eſſe actu multitudinem infinitam* (hoc eſt innumerabilem) *per accidens: ſed hoc eſt impoſſibile; quia omnem multitudinem oportet eſſe in aliqua ſpecie multitudinis: ſpecies autem multitudinis ſunt ſecundum ſpecies numerorum: nulla autem ſpecies numeri eſt infinita: quia quælibet numerus eſt multitudo menſurata per unum. Vnde impoſſibile eſt eſſe multitudinem infinitam actu, ſive per ſe, ſive per accidens.* Quo quidem ego teſtimonio uſus ſum in Matheſis Audacis part. III. Theolog. Theſi XXV. Eamdem loquendi & diſcurrendi formam ſervant alii, & inter eos Valeria-

nus

Digitized by Google

P. Magnus vix alios cognoſcit ſyllogiſmos, quàm Gallenicos. nus Magnus, qui præter Platonicos nullos alios ſyllogiſmos conſurmat. Ipſe de Luce mentium cap. I. *Sol movetur, Id quod movetur neceſſariò movetur ab alio: Ergo Sol movetur ab alio.* Et iterùm cap. XIII. *Terra illuminatur à Sole: Id quod illuminatur à Sole neceſſariò eſt ens in paſſivâ potentiâ ad Solem: ergo terra eſt Ens in paſſiva potentia ad Solem.* Et inferius; *Lux mentium dat humanæ menti videre intellectualiter; Id verò quod dat humanæ menti videre intellectualiter, neceſſariò eſt primum videns intellectuale: Ergo.* Et cap. XIV. *Luna movetur. Id quod movetur, neceſſariò movetur ab alio: Ergo Luna movetur ab alio.* Et ſæpe alibi.

Becanus. Becanus etiam *tract. 3. cap 7 de ſudice controverſiarum fidei. arg. 3. num. 42.* Puritanos argumentantes introducit, dicenteſque. *An ceremoniæ eccleſiaſticæ ſint retinendæ?* *Nulla ceremonia uſurpandæ ſunt in Eccleſia, niſi de quibus exſtat expreſſum mandatum in ſcripturâ: At nullum exſtat mandatum de ceremoniis quas Catholici uſurpant in baptiſmo: Ergo tales ceremonia non ſunt uſurpanda.* Macedoniani apud eumdem Becanum *ibidem num. 17.* negabant Spiritumſanctum, & argumentabantur ſic: *An detur Spiritus-ſanctus?* *Spiritus-ſanctus omnia ſcrutatur;* 1. Corinth 2. 10. *at qui ſcrutatur, quærit; qui quærit, dubitat; qui dubitat, ignorat; qui ignorat non eſt Deus; Ergo Spiritus-ſanctus non eſt Deus.* Ubi vides ſummo compendio in figurâ Platonicâ integram Macedonianorum argumentationem à doctiſſimo Becano perſtringi.

Arriaga. Arriaga in Logic. diſp. 16. ſect. 8. num. 66. vulrunam demonſtrationem ob oculos ponere, quæ ſit aliarum regula; & ſic inquit: *Omnis homo eſt animal rationale; Omne animal rationale eſt admirativum? Ergo omnis homo eſt admirativum.* Quam ob rem non pariat hanc figuram vocari Ariſtotelicæ inverſionem, cùm potiùs Ariſtotelica ſit quædam violenta præmiſſarum inverſio.

Nota hoc. Quòd ſi mordicùs velis Platonicam hanc figuram excludere, ſic arguo. *Cameſtres* non excluditur; at eadem omninò ratio, quæ militaret contra Platonicam figuram, militat contra modum *Cameſtres*, ergo illa non debet excludi, vel hic debet. Probatur minor; nam ſi mutes majorem in minorem, *Cameſtres* ad *Ceſare* reduces. *Quo modo differant Cameſtres & Ceſare?* Ut mirum ſit, lynces illos juniores, qui negant figuram Platonicam, ſe eſſe obnoxios rationibus, quibus illum impugnant; & *Cameſtres* & *Ceſare* (ut alios modos omittam) eodem modo differre, quo figura Platonica & Ariſtotelica, nunquam vidiſſe.

NOTA.

Volo ſecundum calamum ſumere, & Modos omnes utiles aut etiam inutiles examinare, ut Lector meus profundiorem ſecurioremque Dialecticæ notitiam adquirat.

Modus A A A *Bammada.*

DCCXII. Poſtulat duas præmiſſas univerſales, è quibus quatuor educit conſequentias. Proderit contemplari hoc exemplum, quod ad materiam neceſſariam ſpectat.

In materia neceſſaria:

Omnis homo eſt animal:
Omne animal eſt vivens:
I. *Ergo omnis homo eſt vivens* } Direct.
II. *Ergo aliquis homo eſt vivens.*
III. Ergo omne vivens eſt homo. } Indir.
IV. *Ergo aliquod vivens eſt homo.*

Tertia conſequentia inutilis eſt, & diverſo charactere expreſſa: quæ etiam in materiâ contingenti (nempè cùm vel utraque vel alterutra ex præmiſſis pertinet ad quintū prædicabile) nullius eſt efficaciæ. Eadem veritas confirmatur ſequenti exemplo.

contingenti.

Omnis nix eſt alba,
Omne album eſt coloratum.
I. *Ergo omnis nix eſt colorata.* } Direct.
II. *Ergo aliqua nix eſt colorata.*
III. Ergo omne coloratum eſt nix. } Indir.
IV. *Ergo aliquod coloratum eſt nix.*

Cæterùm, ſi utraque præmiſſa ſit in materiâ propriâ, omnes conſequentiæ ſunt robuſtæ, nec tertia poterit impunè negari. Dabo exemplum.

& propria.

Omnis homo eſt riſibilis:
Omne riſibile eſt diſcurſivum:
I. *Ergo omnis homo eſt diſcurſivus.* } Direct.
II. *Ergo aliquis homo eſt diſcurſivus.*
III. *Ergo omne diſcurſivum eſt homo.* } Indir.
IV. *Ergo aliquod diſcurſivum eſt homo.*

Eſt communiſſimus & optimus argumentandi modus: & ut novis illum exemplis confirmem & dilucidē, Politicos Ariſtotelis libros Baſileæ Euſebi Epiſcopi operâ & impensâ ann. 1582. editos ſumo, & primam periodum legens, hunc ibi ſyllogiſmum invenio. *Quid ſit Civitas?* *Quia omnem civitatem videmus communionem quamdam eſſe; Et omnem communionem boni alicujus causâ conſtitutam (eius enim, quod videtur bonum eſſe, gratiâ omnes omnia appetunt) perſpicuum eſt omnes bonum aliquod propoſitum habere.* *Cur civitates inſtitutæ? An propter bonū commune?* Sic ad litteram ex Ariſtotele habet Petri Victorii interpretatio, quam ego ad hanc formam reduco.

Omnis civitas eſt communio quædam:
Omnis communio eſt conſtituta boni alicuius gratiâ
Ergo omnes (ſubintelligo *civitates*) *ſunt conſtituta boni alicuius gratiâ.*

In cujus Syllogiſmi textu aliqua veniunt obſervanda

Ariſtoteles utitur formâ Platonicâ. Primò enim (& hoc ſpecialiter hunc locum reſpicit) obſervo Ariſtotelem, doctrinæ Platonicæ hoſtem & everſorem, aut inverſorem ſaltem, hîc in primâ Politteorum ſuorum lineâ, unum ſyllogiſmum fortem & efficacem præmiſiſſe; & ad nullam figuram pertinentem, ſed juxta Platonis Logicam conformatū: videlicet in modo *Bammada*: quē reprobār Peripatetici.

Lambini error. Secundò obſervo Dionyſium Lambinum (eſt & ipſe horum librorum interpres) non fuiſſe aſſequutum artificium dialecticum huius primæ periodi: illam enim ſic tranefert: *Quandoquidem videmus omnem civitatem ſocietatem quandam eſſe: omnemque ſocietatem boni alicuius gratiâ*

gratiâ coire (tius enim, quod boni ſpeciem præ ſe fert, causâ agunt omnes omnia), apparet omnes quidem ſocietates bonum aliquod velut ſcopum petere ac deſtinare. Pulchra illatio; illam ad terminos ſeveriores reduco.

Omnis civitas eſt quadam ſocietas:
Omnis ſocietas boni alicuius gratiâ coit:
Ergo omnes (exprimit *ſocietates*) *boni alicuius gratiâ coëunt.*

Quando aliquid debet ſubintelligi, non ſemper ſcitum, quod ſupplere debeamus.

Intulit Ariſtoteles *Ergo omnes boni alicuius gratiâ coëunt*: ſed quæ omnes; ſubticuit Ariſtoteles, & Petrus Victorius etiam ſubticet, ut ſit religioſa ejus verſio. Dionyſius Lambinus adſcribit expreſsè *ſocietates*, & totum ſyllogiſmum corrumpit. Obſervaverat jam olim hoc Theodorus Zuingerus, qui in ſcholio hujus loci, verba illa δῆλον ὡς πᾶσαι, explicans, ſic ait. *Πόλεις nimirùm (eſt enim ſyllogiſmus integer) non autem κοινωνίας, alioqui tautologiam committeret* (Ariſtoteles) *num.* 2. & 4. Græcè autem vocantur Civitates Πόλεις, & Communiones ſeu Societates Κοινωνίαι.

An Animal & Aliquod Animal ſint idem.

Tertiò obſervo apud Ariſtotelem idem eſſe dicere *Omnem hominem eſſe aliquod animal*, ac dicere *Omnem hominem eſſe animal.* quod probat major Politici illius ſyllogiſmi, quem expeodi. Unde inferam propoſitiones Indefinitam & Particularem in Ariſtotelis ſcholâ non differre. Hanc puto fuiſſe meotem Philoſophi, ſi non ſemper, ſaltem cùm ſcripſit has lineas: an dignus correctione fuerit, alibi examino.

An indefinita diſtinctè differat à particulari.

An differant Omnis & Omnes? Item ex plurali ſingularem inferre.

Quartò obſervo terminos ſyncategorematicos *Omnis* & *Omnes* eſſe æquipollentes, aut ſaltem eos æquipollentes, judicaſſe Ariſtotelem: aliàs enim cùm præmiſiſſet *omnem civitatem*, non intuliſſet *omnes civitates*: volebat enim argumentari benè.

Quintò obſervo non ſemper Ariſtotelem inferre terminos formales in concluſione, ſed interdum etiam æquivalentes, debebat enim inferre:

Ergo omnis civitas eſt conſtituta boni alicuius gratiâ:

De conſequentia æquipollente

& tamen intulit:

Ergo omnes civitates bonum aliquod propoſitum habent.

ubi vides ſenſum eſſe eundem; at verba (tam ex parte ſubjecti, quàm etiam ex parte prædicati) eſſe diverſa.

DCCXIII. *Arriaga immobilius ad hominem, & ut credimus demonſtratur.*

Hoc etiam modo *Bammada* utitur Arriaga *diſp.* 16. *Logic.* 8. *num.* 66. Et quia Galenicam ipſe figuram rejicit, volo hic tantiſper immorari; vult enim hanc eſſe optimam demonſtrationem, videlicet

Omnis homo eſt animal rationale;
Omne animal rationale eſt admirativum:
Ergo omnis homo eſt admirativus.

Sed in quâ figurâ, modo-ve? Non in *Barbara*, nec in aliquo Peripateticorum, ſed in *Bammada.*

Hâc eâdem figurâ uſus eſt Chriſtus Dominus. 1. Joan. 3. ubi ait: *Qui non diligit manet in morte: omnis (enim) qui odit fratrem ſuum, homicida eſt: & ſcitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in ſe manentem*

An idem ſit odiſſe & occidiſſe?

Unde hunc ſyllogiſmum efformo.

Omnis qui non diligit, ſed potiùs odit fratrem ſuum, homicida eſt:
Omnis homicida manet in peccati morte, & non habet jus in vitam æternam:
Ergo omnis qui non diligit, &c. manet in morte, &c.

Sunt omninò æquiformia illa verba: *Qui habet mandata mea & ſervat ea, ille eſt qui diligit me. Qui autem diligit me; diligetur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifeſtabo ei me ipſum.* Joan. 14. c. unde ſic argumentor;

An Amor Dei ſit practicus? An poſſit aliquis amare, & non obſervare Decalogũ?

Omnis, qui ſervat Decalogum diligit Deum:
Omnis qui diligit Deum, à Deo diligitur;
Ergo omnis, qui ſervat Decalogum à Deo diligitur.

Et iterum 5. *Joann.* 5. *d.* Turbis ait Chriſtus. *Venit hora, & nunc eſt quando mortui audient vocem filij Dei; & qui audierint, vivent...... Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem Filii Dei: & procedent, qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicii.* In quibus verbis iſte ſyllogiſmus imbibitur.

De reſurrectione carnis, & finali iudicio.

Omnes mortui audient Verbum Dei.
Omnes qui audierunt Verbum Dei, vivent:
Ergo omnes mortui vivent.

Hunc ego modum frequenter apud D. Thomam interlego. Aliqua teſtimonia produco. 1. *p. q.* 7. *art.* 3. Sic inquit. *Omne corpus ſuperficiem habet: ſed omne corpus ſuperficiem habens eſt finitum; quia ſuperficies eſt terminus corporis finiti: ergo omne corpus eſt finitum.* Et iterum *q.* 13. *art.* 3. eamdem formam amplexus ſequentibus verbis illuſtrat: *Omnia nomina quæ de Deo dicimus, ſunt à creaturis accepta; ſed nomina creaturarum metaphoricè dicuntur de Deo, ſicut cùm dicitur, Deus eſt lapis, vel leo, vel aliquid huiuſmodi: ergo nomina dicta de Deo dicuntur metaphoricè.* Et rurſus *articulo* 6. argumentatur in *Bammada*, & ſic inquit: *Omnia nomina, quæ communiter de Deo & creaturis dicuntur, dicuntur de Deo ſicut de causâ omnium, ut dicit Dionyſius: ſed quod dicitur de aliquo per cauſam, per poſterius de illo dicitur: per prius enim dicitur animal ſanum, quã medicina, quæ eſt cauſa ſanitatis. Ergo huiuſmodi nomina per prius dicuntur de creaturis quàm de Deo.*

An omne corpus finitum ſit.

De nominibus Dei. An ſint metaphorica?

An quæ dicuntur de causâ dicantur ut poſteriora?

Scis optimum Dialecticum fuiſſe Chriſtum Dominum noſtrum, & quia non intelligis quâ uſus ſit Logicâ, cùm *Matth.* 7. *c.* 16. dixit Diſcipulis. *Omnis arbor bona bonos fructus facit: mala autem arbor malos fructus facit. Non poteſt arbor bona malos fructus facere: nec arbor mala bonos fructus facere. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur, Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos.* vis hunc diſcurſum reduci ad normam ſcholaſticam. Obedio, eumque ad terminos iſtos reduco.

Ex bonâ causâ non oritur malus effectus

Omnis arbor bona bonos fructus facit:
Et Omnis arbor mala malos fructus facit.

Proba-

Probatur Aſſumptum prius: *Quia arbor bona non poteſt malos fructus facere.*

Probatur poſterius: *Quia arbor mala non poteſt bonos fructus facere.*

Bam- Tunc ſic: *Nulla arbor mala eſt fructum bonum faciens*: aut aliter: *Omnis arbor mala eſt fructum bonum non faciens:*

ma- *Omnis arbor, quæ fructum bonum non facit excidetur, & in ignem mittetur.*

da. *Ergo omnis arbor mala excidetur & in ignem mittetur.*

Ab effectibus cognoſcitur virtus cauſarum.

Inductio. Tunc iterum. *A fructibus cognoſcitur arbor bona: quia, quæ bonos fructus facit, bona eſt.*

A fructibus cognoſcitur arbor mala; quia, quæ malos fructus facit mala eſt.

Ergo à fructibus cognoſcuntur arbores: nimirùm an ſint bonæ vel malæ.

Paritas. *Ergo à fructibus homines: nulla enim ſuccurrit ratio diſparitatis.*

Seneca epiſt. 27. ad Lucil. [Suaſit illi (Sabino) Satellius Quadratus ſtultorum arroſor, & quod ſequitur, arriſor: & quod duobus his adjunctum eſt, deriſor, ut Grammaticos haberet analectas.] & ut quid? Lipſius. [Suadebat igitur habere Grammaticos, ab hoc officio, qui reliqua ejus, & quæ exciderent ei, & velut ab ore aut orbe deciderent, colligerent, & collecta redderent: atque ita explerent.] Hinc ad formam.

Andivitum arriſores ſint arroſores & irriſores

Omnis divitum arroſor eſt arriſor.
Omnis arriſor eſt irriſor:
Ergo omnis divitum arroſor eſt eorumdem irriſor.

An motus eſſe potuerit ab æterno?

Oviedus *contr. 19. Phyſ. punct. 3. num. 5.* hunc Syllogiſmum ingenioſus efformat.

Omnis pars motûs exiſtentis ab æterno, habet aliquid prius exiſtens; videlicet aliam partem.
Sed omne quod habet aliquid prius exiſtens, eſt in tempore.
Ergo omnis pars motûs exiſtentis ab æterno, eſt in tempore.

Eſt quidem optimus ſyllogiſmus: at in quâ figurâ; in quo modo? Audiri poterit ejuſdem author, qui loco citato ſic inquit. *Major eſt certiſſima, quia, &c. Minor eſt inconcuſſa apud omnes; nihil enim. &c. Conſequentia eſt deducta in ſyllogiſmo perfectè* in Barbara *constructo.* At evidens eſt hunc ſyllogiſmum non eſſe conſtructum in *Barbara*, ſed in *Bammada* potiùs, hoc eſt, in figurâ Galenicâ, medium enim in minori ſubjicitur & in majori prædicatur. Eſt in *Bammada* igitur, & ſi præmiſſas commutes (majorem in minorem, & contrà) erit in *Barbara*.

Naturaliſſima eſt Galeni forma.

Hîc obiter nota, tam naturalem eſſe Galenicam argumentandi formam, ut doctiſſimi Viri, etiam cum volunt primâ Ariſtotelicâ uti, neſcio quo Genii impulſu aut prædeterminatione Galenicâ figurâ utantur.

Modus AEE. Camene.

DCCXIV. Ex univerſalibus, affirmativâ & negativâ, infert quatuor conſequentias negantes: omnes bonas, omnes veras. Verbi gratiâ,

Omnis homo eſt animal:
Nullum animal eſt lapis:

I. *Ergo nullus homo eſt lapis.*	Direct.
II. *Ergo aliquis homo non eſt lapis.*	
III. *Ergo nullus lapis eſt homo.*	Indir.
IV. *Ergo aliquis lapis non eſt homo.*	

Hic modus in omni materiâ & ſecundũ omnẽ formam concludit efficaciter, nec aliquam ex his quatuor conſequentiis negare poterit, qui præmiſſas admiſerit.

Hâc arguendi fortiſſimâ formulâ utitur Horatius Epiſt. libr. 1.

Avarus nõ eſt liber.

Quo melior ſervo, quo liberior ſit avarus,
In trivio fixum cùm ſe demittit ob aſſem,
Non video, nam qui cupiet, metuet quoque: porrò
Qui metuens vivit, liber mihi non erit unquam.

Hoc ratiocinium Petrus Ramus ad *Celarent* obtorquet, & ad hunc formam reducendum exiſtimat.

Ramus correctus.

Timidus non eſt liber:
Avarus eſt timidus
Avarus itaque non eſt liber.

At ut conſtat ex litterâ, Horatius argumentatur in *Camene*, & ſic colligit;

Omnis avarus eſt timidus:
Nullus timidus eſt liber:
Ergo nullus avarus eſt liber.

Ad hunc modum ſpectat ſequens ratiocinium,

An ceſſent iam miracula? An dentur nũc viri ſapientes?

Omnis vir ſapiens eſt miraculum:
Nullum miraculum jam datur:
Ergo nec ullus ſapiens.

quod Owenus libr. 2. Epigr. 136. ſic ediſſerit.

Vir ſapiens miraclũm. Hodie miracula ceſſant:
Hoc igitur noſtro tempore nemo ſapit.
At Culiane ſapis: quare miracula nondum
Ceſſant, aut nondum tu Culiane ſapis.

An in Deo ſint proceſſiones?

S. Thomas 1. p. q. 27. art. 1. ſic objicit: *Omne procedens eſt diverſum ab eo à quo procedit: ſed in Deo non eſt aliqua diverſitas, ſed ſumma ſimplicitas. Ergo in Deo non eſt proceſſio aliqua.* Quæ verba ad rigoroſiores terminos poteris reducere.

Omne procedens eſt diverſum: *Camene.*
Nihil diverſum eſt in Deo:
Ergo nihil procedens eſt in Deo.

vel ſi malueris, ſic

Omne procedens eſt diverſum:
Nullum divinum eſt diverſum:
Ergo nullum divinum eſt procedens. *Cameſtres.*

Hæc

Huc pertinere debet hic ſyllogiſmus.

Camene.

Omnis cognitio ſingularium eſt ſimilitudo ſingularium;
Nulla ſimilitudo ſingularium eſt in Deo:
Ergo nulla cognitio ſingularium eſt in Deo.

An Deus cognoſcat ſingularia? Cognitio eſt ſimilitudo. Principiũ individuationis. Quid ſit materia?

quo uſus fuit D. Thomas 1. p.q. 14. art. 10. ſic obiiciens. *Omnis cognitio eſt per aliquam ſimilitudinem; ſed ſimilitudo ſingularium, in quantum ſunt ſingularia, non videtur eſſe in Deo: quia principium ſingularitatis eſt materia, quæ cum ſit ens in potentiâ, tantum omninò eſt diſſimilis Deo, qui eſt actus purus. Non ergo Deus poteſt cognoſcere ſingularia.*

Modus AI!. innominatus.

DCCXV. SI utraque præmiſſa fuerit aſſerens nempè major univerſalis & minor particularis, inferes efficaciter in materiâ neceſſariâ primam, ſecundam, & quartam conſequentiam; tertia manet inutilis, quia militat contra ſeptimam Regulam. Subiectum ſyllogiſmum conſidera,

Hic modus eſt utilis in materiâ neceſſaria.

Omnis homo eſt animal:
Aliquod animal eſt vivens:
I. *Ergo omnis homo eſt vivens.* } Dic.
II. *Ergo aliquis homo eſt vivens.*
III. Ergo omne vivens eſt homo. } Ind.
IV. *Ergo aliquod vivens eſt homo.*

An dentur homines diſtinctæ ſpeciei?

Tanta eſt perfectio materiæ neceſſariæ & propriæ, ut ex particulari inferri aſſertio univerſalis poſſit; quia ſi Petrus quiditativè eſt animal, omnis homo quiditativè eſt etiam animal; non enim homines poſſunt differre quiditate.

Hic modus etiam eſt bonus in convertibili materia. Et ſufficit minorem eſſe neceſſariam vel propriam.

Si utraque præmiſſa fuerit in materiâ propriâ, omnes conſequentiæ erunt legitimæ, ut patet ex ſequentibus.

Omnis homo eſt animal rationale:
Aliquod animal rationale eſt riſibile:
I. *Ergo omnis homo eſt riſibilis.* } Dir.
II. *Ergo aliquis homo eſt riſibilis:*
III. *Ergo omne riſibile eſt homo.* } Ind.
IV. *Ergo aliquod riſibile eſt homo.*

Si minor ſit in materiâ contingenti, nihil conclodi poterit, quia aliàs contra octavam Regulam procederetur. Exemplum

Omne ſaccarum eſt album:
Aliquod album eſt amarum:
I. Ergo omne ſaccarum eſt amarum.
II. Ergo aliquod ſaccarum eſt amarum.
III. Ergo omne amarum eſt ſaccarum.
IV. Ergo aliquod amarum eſt ſaccarum.

Cenſura.

Dicendum igitur eſt hunc modum in materiâ contingenti eſſe omninò inutilem.

Modus AOO. innominatus.

DCCXVI. COnſtat ex univerſali affirmativâ, & particulari negativâ; infertque conclusionem negantem: & primò ſi minor fuerit vel propria, vel neceſſariâ, efficacem. v.g.

Omnis equus eſt animal;
Aliquod animal non eſt lapis:
I. *Ergo nullus equus eſt lapis.* } Dir.
II. *Ergo aliquis equus non eſt lapis.*
III. *Ergo nullus lapis eſt equus* } Ind.
IV. *Ergo aliquis lapis non eſt equus.*

utraque præmiſſa eſt neceſſaria; tam enim neceſſarium eſt eqnum eſſe animal, quàm non eſſe lapidem. Pono exemplum alterum in materiâ propriâ.

Omnis homo eſt riſibilis:
Aliquod riſibile non eſt non admirativum.
I. *Ergo nullus homo eſt non admirativum.* } Dir.
II. *Ergo aliquis homo eſt non admirativum*
III. *Ergo nullum non admirativum eſt homo.* } Ind.
IV. *Ergo aliquod nõ admirativũ nõ eſt homo.*

Materia eſt propria, eodem enim modo convenit Homini non eſſe non-admirativum, quo eſſe riſibile.

Omnes quatuor concluſiones ſunt certæ & admittendæ neceſſariò. Cæterùm in materiâ contingenti conſequentias ſupprimit octava Syllogiſmorum regula ut conſpicis.

Omnis homo eſt coloratus:
Aliquod coloratum non eſt rationale:
I. Ergo nullus homo eſt rationalis.
II. Ergo aliquis homo non eſt rationalis:
III. Ergo nullum rationale eſt homo.
IV. Ergo aliquod rationale non eſt homo.

Cenſura.

Aſſerendum igitur eſt hunc modum, ſi minor ſit in materiâ neceſſariâ aut propriâ, æquivalere Modo **Camene**, eſſe autem inutilem in contingenti.

Modus EAO. Feſapor.

PRÆmiſsâ univerſali negativâ & univerſali affirmativâ, elicitur concluſio negativa in materiâ neceſſariâ hoc modo. DCCXVII.

Nullus homo eſt equus:
Omnis equus eſt animal:
I. Ergo nullus homo eſt animal. } Dir.
II. Ergo aliquis homo non eſt animal.
III. Ergo nullum animal eſt homo. } Ind.
IV. *Ergo aliquod animal non eſt homo.*

Cenſura.

Sola eſt utilis & vera ultima conſequentia & hoc ex octavâ ſyllogiſmorum regulâ. Cæterùm ſi illa minor affirmativa eſſet in materiâ propriâ omnes conſequentię eſſent utiles, ut patet in ſequenti

Nullus homo eſt leo;
Omnis leo eſt rugibilis:
I. *Ergo nullus homo eſt rugibilis.* } Dir.
II. *Ergo aliquis homo non eſt rugibilis.*
III. *Ergo nullum rugibile eſt homo.* } Ind.
IV. *Ergo aliquod rugibile non eſt homo.*

Notandum.

Si autem materia ſit contingens, ſola proderit ultima conſequentia, non ſecus ac in materiâ neceſſariâ; conſtat ex regulâ octavâ & ſyllogiſmo ſubſequente.

Nulla nix eſt nigra:
Omne nigrum eſt frigidum:

I. Ergo nulla nix eſt frigida. } Direct.
II. Ergo aliqua nix non eſt frigida. }
III. Ergo nullum frigidum eſt nix. } Indir.
IV. *Ergo aliquid frigidum non eſt nix.* }

Suppoſitis præmiſſis, de quarum veritate non diſputo, ſola quarta concluſio eſt neceſſariò concedenda. Vide octavam Regulam.

Modus E E E. innominatus.

DCCXVIII *An ex præmiſſis negativis aliqua inferatur concluſio? Violenta diuturna non ſunt?* EPuris negativis nihil ſequitur in formâ aut figurâ vulgatis: at reperiuntur nihilominùs aliqui ſyllogiſmi, etiam univerſales, ex meris negativis conflati. Hunc conſidera:

Nihil violentum diuturnum:
Nihil diuturnum ſine remiſſione prodeſt:
Ergo nihil violentum ſine remiſſione prodeſt.

Sed ubi hic reperitur? Neſcio: at apud Ioann. Biſſelium in Deliciis veris Elegiâ III. hiſtoricâ, hæc lego [Ludentem in aprico Divum Joan- *D. Ioannes cum perdice ludit.* nem Evangeliſtam cũ Perdice, Venator Epheſinus reperit: ac velut iremâ ſene, & ſene ſancto alienâ admiratus, cauſam rogavit. Quam Ioannes ab illo ipſo, quem ſciſcitator gerebat, arcu accerſitam, reddit: *Nihil violentum diuturnum; Nihil diuturnũ ſine remiſſione profuturum* arguendo. Ulyſſes Aldrovandus lib.13. *Ornithologiæ cap.* 16. ex Fulgoſo & alii.] Conſidero illam particulam *ſine*, & exiſtimo hanc propoſitione *Nulla ſtella ſine macula eſt*, æquipollere huic, *Omnis ſtella habet maculam.*

Modus E A A innominatus.

DCCXIX. *Violenta diu durare nõ poſſunt.* AD quem pertinet S. Joannis Evangeliſtæ ſyllogiſmus, videlicet:

Nihil violentum eſt diuturnum:
Omnia diuturna habent remiſſionem; aut aliàs non proſunt:
Ergo omnia violenta habent remiſſionem; aut non proſunt.

Non cohærent, ſed ſtrident omnia: puto enim Biſſelium ſic voluiſſe concludere:

Quæ carent remiſſione ſunt violenta:
Quæ ſunt violenta non ſunt diuturna:
Ergo quæ carent remiſſione non ſunt diuturna.

Et hic diſcurſus in *Cameſtres* eſt: certiſſimus & digniſſimus Evangeliſtâ.

Modus EIO. Feſiſor.

DCCXX. *In materia neceſſaria.* COnſtat hic Modus univerſali negativâ & particulari affirmativâ, & ex ipſis elicit varias conſequentias, quæ omnes, quia in leges Dialecticæ impingunt, indigent examine ſpeciali.

Nullus homo eſt equus.
Aliquis equus eſt animal:

I. Ergo nullus homo eſt animal. } Dir.
II. Ergo aliquis homo non eſt animal. }
III. Ergo nullum animal eſt homo. } Ind.
IV. *Ergo aliquod animal non eſt homo.* }

Sola ultima conſequentia concedi poterit: aliæ tres conſequentiæ ſunt omninò negandæ. Si illa minor eſſet in materiâ propria, omnes conſequentiæ eſſent veræ.

In propria.
Nullus leo eſt canis;
Aliquis canis eſt latrabilis:

I. *Ergo nullus leo eſt latrabilis.* } Dir.
II. *Ergo aliquis leo non eſt latrabilis.* }
III. *Ergo nullum latrabile eſt leo.* } Ind.
IV. *Ergo aliquod latrabile non eſt leo.* }

Ponamus eundem modum in maretiâ contingenti, ut ejus efficaciam experiamur.

Nullus homo eſt viridis:
Aliquod viride eſt vegetativum:

I. Ergo nullus homo eſt vegetativus. } Dir.
II. Ergo aliquis homo nõ eſt vegetativ⁹. }
III. Ergo nullum vegetativũ eſt homo. } Ind.
IV. *Ergo aliquod vegetativum non eſt homo.* }

Cenſura. Manet iterum ſolam conſequentiam ultimam eſſe legitimam, cæteraſque expungendas eſſe.

Modus IAA. Innominatus. vel ſi velis, Dimagna.

SI major indirecta ſit, minor directa, & extremitas univerſalior dicatur de altera extremitate, concluſio poterit eſſe univerſalis: ut patet in exemplis ſequentibus

Aliqua ſubſtantia eſt animal. Indir.
Omne animal eſt vivens: Direct.
Ergo omne vivens eſt ſubſtantia.

Aliquod vivens eſt animal: *Indir.*
Omne animal eſt ſubſtantia: *Direct.*
Ergo omne vivens eſt ſubſtantia.

Aliquod animal eſt homo: Indir.
Omne homo eſt rationale Æqual.
Ergo omne rationale eſt vivens.

Tres ſyllogiſmos dedi: & in omnibus major eſt indirecta, & in omnibus minor non eſt indirecta. In primo prædicatur major extremitas, quia eſt univerſalior: in ſecundo & in tertio prædicatur minor extremitas, ob eamdem rationem. in tertio minor eſt non indirecta, & tamen directa non eſt, ſed æqualis; & probat poſſe hîc (& etiam ſæpè alibi) æquales pro directis ſubſtitui.

Modus IAI. Dimagni.

MOdus EOO innominatus componitur *DCCXXI.* ex meris negativis, ac propterea eſt inutilis; tranſeo ad IAI. qui vocatur *Dimagnı*, & hodie communiſſimus eſt. Puno cxempla.

Aliquis homo eſt animal.
Omne animal eſt vivens:

I. *Ergo omnis homo eſt vivens.* } Dir.
II. *Ergo aliquis homo eſt vivens.* }
III. Ergo omne vivens eſt homo. } Ind.
IV. *Ergo aliquod vivens eſt homo.* }

Sola tertia conſequentia eſt inutilis ex ſeptimâ ſyllogiſmorum regulâ: utilis tamen evaderet, ſi utraque præmiſſa eſſet in materiâ convertibili, ut

In propria.
Aliquis homo eſt rationalis:
Omne rationale eſt diſcurſivum:

I. *Ergo omnis homo eſt diſcurſivus.* } Dir.
II. *Ergo aliquis homo eſt diſcurſivus.* }
III. *Ergo omne diſcurſivum eſt homo.* } Ind.
IV. *Ergo aliquod diſcurſivum eſt homo.* }

In materiâ verò contingenti omnes conſequẽtiæ ſunt utiles, quæ particulares [vide tertiam Regulam] dabo exemplum.

Aliquis

Digitized by Google

In contingenti.

Aliquis homo eſt albus:
Omne album diſgregat viſum:
I. Ergo omnis homo diſgregat viſum. } Dir.
II. *Ergo aliquis homo diſgregat viſum.*
III. Ergo omne, quod diſgregat viſum, eſt homo.
IV. *Ergo aliquod quod diſgregat viſum, eſt homo.*

Cenſura. Modus iſte concludendi eſt fortiſſimus, & æquivalet modo illi, qui ab Ariſtotelicis dicitur *Darij*; & apud veteres junioreſque frequenter reperitur. Huc pertinet hic ſyllogiſmus:

Erunt beati, qui Chriſtum ſequuntur.

Vos ſequuti eſtis me;
Omnis, qui ſequutus fuerit me, vitam æternam poſſidebit:
Ergo & vos vitam æternam poſſidebitis.

Ita Chriſtus; quod Matthæus cap. 19. d. 17. complectitur his verbis. *Dixit Petrus ad Ieſum: Ecce nos reliquimus omnia & ſequuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Ieſus autem dixit illis: Amen dico vobis, quòd vos, qui ſequuti eſtis me in regeneratione, cùm ſederit Filius hominis in ſede Maieſtatis ſuæ ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, judicantes duodecim tribus Iſrael. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres aut ſorores aut patrem aut matrem, aut uxorem aut filios, aut agros propter nomen meum; centuplum accipiet; & vitam æternam poſſidebit*

Apoſtoli & omnes alij ſancti erunt Iudices.

In hâc eâdem figurâ modoque hic ſyllogiſmus formatur.

Gravius puniuntur Chriſtiani in inferno, quàm Ethnici.

Nos plus accipimus à Deo quàm cæteri:
At quicumque plus accipit, obligatior eſt:
Ergo nos obligatiores ſumus.

Tunc ſic:

Nos obligatiores ſumus:
At, qui ſunt obligatiores, niſi ſint humiliores, promptiores, &c. gravius inde judicantur:
Ergo & nos, niſi ſimus humiliores, promptiores, &c. gravius inde judicabimur.

quem S. Gregorius Papa homiliâ 9. in Evangelia expendit his fortiſſimis verbis. *Lectio ſancti Evangelii, Fratres chariſſimi, ſolicitè conſiderare nos admonet, ne nos, qui plus cæteris accepiſſe aliquid cernimur ab Authore Mundi gravius inde judicemur. Cùm enim augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum. Tantò ergo eſſe humilior atque ad ſerviendum promptior quiſque debet ex munere, quantò ſe obligatiorem eſſe conſpicit in reddendâ ratione.*

Beneficia augent obligationes.

DCCXXII Hoc modo utitur Owenus lib. 1. ad Henricum Epigramm. 72. ut Bacchi divinitatem probet; eum enim potiùs quàm Saturnum aut Iovem dici Deos non ſine acumine & lepore pronuntiat. Nam

Utrum Bacchus ſit Deus?

Bacchus (ut potè qui caput gravat, & pedes extollit) deponit potentes de ſede & exaltat humiles:
Omnis, qui deponit potentes de ſede & exaltat humiles, eſt Deus:
Ergo Bacchus eſt Deus.

Poëtæ verba ſunt hæc:

Nonne vides, ut cùm vos dulcis inebriat humor,
Summa quatit capitum Bacchus, & ima pedum?
Exaltande pedes humiles, de ſede ſuperbum
Deiiciendo caput, ſe probat eſſe Deum.

Hâc etiam formâ uſi fuerunt Iudæi contra Pilatum tumultuantes & vociferantes, *Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris; omnis enim qui ſe Regem facit contradicit Cæſari.* Joann. 19. Quæ verba poſſunt commodè ad hanc formam reduci.

Iudæorum contra Pilatum argumentatio.

Di- *Ieſus ſe Regem facit:*
ma- *Omnis, qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari:*
gni. *Ergo Ieſus contradicit Cæſari.*
* *At, qui dimittit contradicentem Cæſari, non eſt amicus Cæſaris:*
Da *Ergo, qui dimittis Ieſum, non eſt amicus Cæſaris.*
ri- *At tu illum dimittis.*
i. *Ergo non es amicus Cæſaris.*

ſunt ſeptem poſitiones, quæ tres ſyllogiſmos conſtituunt. Prima, ſecunda & tertia ſyllogiſmum in *Dimagni*: quinta, ſexta & ſeptima in *Darij*: tertia, quarta & quinta ſyllogiſmum obliquum, de quo ſuo loco diſputabitur.

In Commentario meo in Regulam D. Benedictinum, 1650. legis: [Propheta Iſraëlitarum Rex donatus Logicâ ſupernaturali (nempè illâ, cujus obiectum exponitur à D. Ioanne in Evangelij limine dicente. *In principio erat Λόγος, & Λόγος erat apud Deum, & Deus erat Λόγος*) ut Deum probet æternum Regem eſſe, hunc diſcurſum inſtituit. Aſſumit hanc Majorem, *Dominus cuſtodit advenas, pupillum & viduam ſuſcipiet.* ſubſumit, *Vias peccatorum diſperdet.* Infert, *Ergo regnabit Dominus in ſæcula Deus tuus Sion, in generationem & generationem.* Conſequentia eſt legitima, etiam Ariſtotele invito: Peregrinorum enim cura, & ſceleratorum caſtigatio, donant regimen æternitate; illa enim bonos & Reipublicæ utiles ab externis regionibus adlicit, hæc indigenas, ſceleratos & pernicioſos fugat: illa Communitatem exornat, ditatque, iſta defæcat & purificat.] & inquiris, An hunc eumdem ſyllogiſmum poſſim ad aliquem notum modum reducere? Reſpondeo reduci debere ad *Dimagni*, Platonicum modum notiſſimum. Sic dialecticor.

Deus eſt Rex.

Præmia & ſupplicia ſunt duæ rei politicæ alæ.

DI- *Dominum protegit Peregrinos & Viduas;*
MAG- *At, omnis qui illos & has protegit, ſceleratos homines, qui utrisque inſidiantur, ſupprimit:*
NI- *Ergo Dominus (innocentes protegendo) ſceleratos ſupprimit.* Di-
* *At quicumque innocentes protegit & ſceleratos ſupprimit, æternùm regnaturus eſt:* mag-
* *Ergo Dominum æternùm regnaturus eſt.* ni.

Modus IEO. Figmeno.

PRæmittuntur particularis afferens & univerſalis negans; & infertur conſequentia negativa: ut videre eſt in hoc ſyllogiſmo, cujus materia eſt neceſſaria. DCCXXIII.

In materia neceſſaria.

Aliquis homo eſt animal:
Nullum animal eſt lapis:
I. *Ergo nullus homo eſt lapis.* } Direct.
II. *Ergo aliquis homo non eſt lapis.*
III. *Ergo nullus lapis eſt homo.* } Indir.
IV. *Ergo aliquis lapis non eſt homo.*

Omnes conſequentiæ ſunt legitimæ, certæ & efficaces: etiam erunt utiles ſi major ſit in materiâ convertibili, ut ſi diceres:

In materiâ propriâ.

Aliquis homo eſt riſibilis:
Nullum riſibile eſt equus.
I. *Ergo nullus homo eſt equus:* } Dir.
II. *Ergo aliquis homo non eſt equus.*
III. *Ergo nullus equus eſt homo.* } Ind.
IV. *Ergo aliquis equus non eſt homo.*

In materiâ contingenti ſolùm habet unam vel alteram conſequentiam particularem utilem, & hanc ex tertiâ Regulâ.

In contingenti.

Aliquis homo eſt æthiops;
Nullus æthiops eſt albus:
I. Ergo nullus homo eſt albus. } Dir.
II. *Ergo aliquis homo non eſt albus.*
III. Ergo nullum album eſt homo. } Ind.
IV. *Ergo aliquod album non eſt homo.*

An in Deo ſit omnis beatitudo? Datur beatitudo etiam falſa.

Hoc modo frequentiſſimè utitur D. Thomas. Subiiciam unum aut alterum exemplum. 1. p. quæſt. 26. art. 4. ſic obiicit: *Videtur quòd divina beatitudo non complectatur omnes beatitudines: ſunt enim quædam beatitudines falſæ. Sed in Deo nihil poteſt eſſe falſum: Ergo divina Beatitudo non complectitur omnem beatitudinem.* Et q. 42. art. 1. *Æqualitas relatio quædam eſt, ſed nulla relatio eſt communis omnibus perſonis, cùm ſecundum relationes perſonæ ab invicem diſtinguantur; Non ergo æqualitas divinis perſonis convenit.*

An divinæ perſonæ ſint æquales?

An mundus ab æterno ſit?

Apud Philonem Iudæum libr. *Quod mundus ſit incorruptibilis*, ſic aliquis argumentatur. *Si eſt Mundus genitus & corruptibilis, de nihil fiet aliquid; quod & Stoicis videtur abſurdiſſimum.* Termini ſeveriores ſunt iſti:

An ex nihilo nihilum fiat?

Si Mundus eſt productus, fuit factus ex nihilo:
Nil fit ex nihilo:
Mundus igitur non fuit productus.

Et reſpondeo negando minorem.

Quæ requirantur, ut aliquis ſit Chriſti diſcipulus.

Hoc argumentandi modo utitur Chriſtus *Lucæ 14. d.* alloquens turbas. Erant multi, qui volebant eius eſſe diſcipuli. Hoc loco majoris ſupponit. Et ſubſumit: inquit enim. *Si quis venit ad me, & non odit Patrem ſuum & matrem, & uxorem & filios, & fratres & ſorores, adhuc autem & animam ſuam: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et qui non baiulat crucem ſuam, & venit poſt me: non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Hanc minorem duobus appoſitiſſimis exemplis probat: alterum ex Architectonicâ, & alterum ex Arte Militari ſumens. Illa conſideremus: inquit enim: *Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non prius ſedens computat ſumptus qui neceſſarij ſunt, ſi habeat ad perficiendum: ne, poſteaquam poſuerit fundamentum & non potuerit perficere omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicentes; quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare? Aut quis Rex iturus committere bellum adverſus alium regem, non ſedens priùs cogitat, ſi poſſit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad ſe? Alioquin, adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis ſunt.* His duobus exemplis perſuadet eum,

Vana ſine viribus ira. Subeſſe fortiori Chriſtus ſuadet.

qui finem aliquem intendit, debere de mediis prudenter & accuratè cogitare: & quia alia ſunt poſitiva, negativa alia, ſicut computare pecunias ut ædificet, aut luſtrare milites ut confligat, ſic etiã debere odiſſe (hoc eſt, Deo poſtpoſuiſſe) omnia terrena, ut poſſit Chriſti eſſe diſcipulus. Hinc infert. *Ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus quæ poſſidet: non poteſt meus eſſe diſcipulus.*

Sic Chriſtus Dominus, cuius verba ad hos terminos & normam reduco.

Vos veniſti ad me ut mei eſſetis diſcipuli:
Nullus, qui venerit ad me, niſi renunciet omnibus quæ poſſidet, patri, matri, uxori, filiis fratri, ſorori, imò & animæ ſuæ, hoc eſt, commoditati, voluptati, &c. poterit meus eſſe diſcipulus:
Ergo vos, niſi renuncietis omnibus quæ poſſidetis, non poteſtis mei eſſe diſcipuli.

Architecti prudentiâ indigent.

Probat minorem. *Quia ſicut ad ædificandam turrim requiritur numerata pecunia, & ad bellum gerẽdum conſcriptus & armatus miles; ita etiam ad ædificandam conſcientiam, & bellum gerendum contra vitia, requiruntur poſſeſſionum carentia, quibus anima dives eſt, ut ſe & alios ædificet, quibus anima munita eſt, ut ſe ab hoſtibus internis & externis defendat.*

Modus III. Innominatus.

Licèt præmittat duas particulares aſſerentes, univerſaliter concludit ſi materia ſit aut convertibilis, aut neceſſaria. Dabo in neceſſariâ exemplum. DCC. XXIV.

In materiâ neceſſariâ.

Aliquis homo eſt animal:
Aliquod animal eſt vivens:
I. *Ergo omnis homo eſt vivens.* } Dir.
II. *Ergo aliquis homo eſt vivens.*
III. Ergo omne vivens eſt homo. } Ind.
IV. *Ergo aliquod vivens eſt homo.*

Tertiam conſequentiam illaturo impedimẽto fuit ſeptima Regula. Si materia ſit convertibilis omnes conſequentiæ habebunt efficaciam, ut patet ex ſubiectis.

In convertibili.

Aliquod diſcurſivum eſt homo;
Aliquis homo eſt riſibilis:
I. *Ergo omne diſcurſivum eſt riſibile.* } Dir.
II. *Ergo aliquod diſcurſivum eſt riſibile.*
III. *Ergo omne riſibile eſt diſcurſivum.* } Ind.
IV. *Ergo aliquod riſibile eſt diſcurſivum.*

Si materia alterius præmiſſæ aut utriuſque ſit contingens, nulla erit conſequentia utilis, ut conſtat ex hoc ſyllogiſmo, & quartâ regula.

In contingenti.

Aliquis homo eſt animal:
Aliquod animal vivit ſub aquâ:
I. Ergo omnis homo vivit ſub aquâ } Dir.
II. Ergo aliquis homo vivit ſub aquâ.
III. Ergo omne, quod vivit ſub aquâ, eſt homo. } Ind.
IV. Ergo aliquid, quod vivit ſub aquâ, eſt homo.

Modus

Modus IO. Innominatus.

DCCXV Si ſit materia neceſſaria aut propria, æquivalet Modus IO. Modo AE. idem enim eſt dicere,

In materiâ convertibili.

I. *Aliquis homo eſt animal:*
O. *Aliquod animal non eſt lapis:*
ac dicere loquendo univerſaliùs
A. *Omnis homo eſt animal:*
E. *Nullum animal eſt lapis.*

Quapropter in utrâque materiâ (neceſſariâ videlicet & convertibili) omnes conſequentiæ ſunt utiles; ut conſtat ex ſequentibus

Aliquis canis eſt animal:
Aliquod animal non eſt metallum:
I. *Ergo nullus canis eſt metallum.* } Direct.
II. *Ergo aliquis canis non eſt metallum.* } Direct.
III. *Ergo nullum metallum eſt canis.* } Indir.
IV. *Ergo aliquod metallum non eſt canis.* } Indir.

Eâdem omnino virtute & efficaciâ concluderet, ſi eſſet materia propria: In contingēti verò ex puris particularibus nihil concluditur; quam ob rem regulæ communes omnes conſequentias ſequentis ſyllogiſmi condemnant.

Aliquis canis eſt albus:
Aliquod album non eſt latrabile:
I. Ergo nullus canis eſt latrabilis. } Dir.
II. Ergo aliquis canis non eſt latrabilis. } Dir.
III. Ergo nullum latrabile eſt canis. } Ind.
IV. Ergo aliquod latrabile non eſt canis } Ind.

Modus OA. Innominatus.

DCCXVI. Cum præmittuntur particularis negativa & univerſalis affirmativa, concluſio debet inferri negativa juxta ſecundam regulam: & ſi materia ſit neceſſaria, erit diſcurſus ſimilis ſubſequenti.

In materiâ neceſſ.

Aliquis equus non eſt homo;
Omnis homo eſt animal;
I. Ergo nullus equus eſt animal. } Dir.
II. Ergo aliquis equus non eſt animal. } Dir.
III. Ergo nullum animal eſt equus. } Ind.
IV. *Ergo aliquod animal non eſt equus.* } Ind.

Condemnantur tres illæ conſequentiæ ab octavâ ſyllogiſmorum regulâ. Si illa affirmativa minor eſſet in materiâ propriâ aut convertibili, omnes cōſequētiæ eſſent legitimæ, ut patet.

In convertibili.

Aliquis leo non eſt homo:
Omnis homo eſt riſibilis:
I. *Ergo nullus leo eſt riſibilis.* } Dir.
II. *Ergo aliquis leo non eſt riſibilis.* } Dir.
III. *Ergo nullum riſibile eſt leo.* } Ind.
IV. *Ergo aliquod riſibile non eſt leo.* } Ind.

Si minor convertibilis ſit, modus iſte eſt bonus.

Hinc patet hunc ſyllogiſmum eſſe bonum,
O. *Vos non eſtis gentiles:*
A. *Omnes gentiles ſunt vani, amentes, impudici, immundi avari &c.*
O *Ergo vos non eſtis ejuſmodi.*

Nam tametſi ille ad hunc modum pertineat, habet minorem convertibilem (nomen enim *Gentilis* ſumitur pro ſcelerato) & poteſt reduci ad *Baroco*, ut mera minoris inverſio demōſtrat.

BA- *Omnes vani, impudici, avari, &c. ſunt gentiles ſeu ſcelerati:*
RO *Vos non eſtis gentiles ſeu ſcelerati:*
CO. *Ergo vos non eſtis vani, impudici, avari, &c.*

Sic videtur argumentari Paulus Eph. 4. cùm

ait, *Hoc igitur dico, & teſtificor in Domino; ut jam non ambuletis ſicut & gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati à vitâ Dei per ignorantiam, quæ eſt in illis propter cæcitatem cordis ipſorum. Qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in avaritiam. Vos autem non ita, &c.*

In materiâ vero contingenti nihil concluditur. Supponamus argumenti gratiâ dari centum equos quorum viginti ſunt nigri, reliqui albi; omnes ſint phalerati: præter equos nulla creatura alba aut phalerata reperiatur. His poſitis argumentor ſic:

In contingenti modus iſte nō valet.

Aliquis equus non eſt albus;
Omne album eſt phaleratum
I. Ergo nullus equus eſt phaleratus. } Dir.
II. Ergo aliquis equus nō eſt phaleratus } Dir.
III. Ergo nullum phaleratum eſt equus. } Ind.
IV. Ergo aliqͦ phaleratum nō eſt equus. } Ind.

Major & minor ſupponuntur veræ: & omnes conſequentiæ militant contra ſuppoſitionem.

Modus OEO. Innominatus.

DCCXVII. Anne iſte Modus probabiliter defendi poſſet? An firmari hoc teſtimonio D. Thomæ, *Deus ſolus eſt, qui exordium non habet: quidquid autem exordium habet, non eſt æternum: ſolus ergo Deus eſt æternus?* Ita 1. p. q. 10. art. 3? Minimè; quia iſte eſt ſyllogiſmus excluſivus, & non formalis.

An non poſſet, id quod eſſet ab æterno, tandem aliquando habere finem?

Modus OI. Innominatus.

DCCXVIII. Omiſſis Modus OE, & OO. qui cùm coaleſcant ex puris negativis, inutiles ſunt in omni materiâ; ſupereſt aliquid dicere de OI. ultimo modo, qui ex duabus particularibus, quarum prior negat, & poſterior aſſerit, coaleſcit. In materiâ neceſſariâ æquivalet modo EA, qui vocatur *Femapor*. Pono exemplum.

In materiâ neceſſariâ.

Aliquis homo non eſt aquila:
Aliqua aquila eſt animal:
I. Ergo nullus homo eſt animal } Dir.
II. Ergo aliquis homo non eſt animal. } Dir.
III. Ergo nullum animal eſt homo. } Ind.
IV. *Ergo aliquod animal non eſt homo.* } Ind.

Quarta & ſola conſequētia eſt utilis, ut in Modo *Femapor* dicebamus. Si minor, quæ aſſerit, ſit in materiâ propriâ, & major in neceſſariâ, omnes concluſiones erunt certæ & legitimæ, & negari non poterunt. Do exemplum.

In convertibili.

Aliquis leo non eſt canis;
Aliquis canis eſt latrabilis.
I. *Ergo nullus leo eſt latrabilis.* } Dir.
II. *Ergo aliquis leo non eſt latrabilis.* } Dir.
III. *Ergo nullum latrabile eſt leo.* } Ind.
IV. *Ergo aliquod latrabile non eſt leo.* } Ind.

In contingenti.

Si ſyllogiſmus fiat in materiâ contingenti nulla conſequentia erit toleranda ex eâdem ſuppoſitione, quam ſuprà ſtatui, cùm agerem de Modo OA.

Aliquis equus non eſt albus:
Aliquod album eſt phaleratum.
I. Ergo nullus equus eſt phaleratus. } Dir.
II. Ergo aliquis equus nō eſt phalerat⁹ } Dir.
III. Ergo nullum phaleratum eſt equus. } Ind.
IV. Ergo aliqͦ phaleratum nō eſt equus. } Ind.

ARTICULUS VI.

De Enthymemate, ſive Syllogiſmo incompleto.

DCCXXIX. ARgumentatio ſemper conſtat Antecedente & Conſequente: ſed & ipſummet Antecedens aliquãdo eſt ſimplex, & aliquando compoſitum. Cùm illud duabus componitur Propoſitionibus, ſi & adſint cætera, Argumentatio vocatur *Syllogiſmus*; *Enthymema* autem, ſi Antecedens unicam habeat propoſitionem. Pono exemplum. *Argumentationis partes.*

Virtus eſt bona,	*Vitium eſt malum;*
Igitur eſt diligenda.	*Igitur eſt fugiendum.*

Eſt Enthymema, & ſi benè conſideretur, imperfectus quidam ſyllogiſmus; quoniam ſubintelligitur illa major vel minor, *Omne bonum eſt diligendum, & Omne malum fugiendum*, ut integer Syllogiſmus ſit. *Syllogiſmus incompletus.*

Virtus eſt bona;	*Vitium eſt malum:*
Omne bonum eſt diligendũ:	*Omne malum eſt fugiendum:*
Ergo virtus eſt diligenda.	*Ergo vitium eſt fugiendum.*

Et ſtatim inquiris, An-ne in omni Enthymemate debeat aliqua præmiſſa ſubintelligi? Et reſpondeo plerumque ſubintelligi aliquam Propoſitionem, at me non videre, quid doctrinale addi poſſit huic diſcurſui, *Non ſemper aliquid ſubintelligitur.*

Omnis homo eſt animal rationale;
Ergo hic homo eſt animal rationale.

ut ſit efficax. Si ſubintelligere velis hanc præmiſſam, *Hic homo eſt homo*: illam dicam non eſſe doctrinalem, illamque meritò ab Argumentatione, quæ doctrinalis eſt, reiiciam. Stet igitur Enthymema eſſe duplex, Deſcendẽs nimirùm, & Non-Deſcẽdens; illud conſtare duabus ſolùmodò propoſitionibus (videlicet antecedẽte & conſequẽte) hoc tribus (nempè alterâ præmiſsâ prolatâ, alterâ quæ ſubintelligitur, & cõſequentiâ, quæ infertur ab utraque. Voco *Deſcendens Enthymema*, illud ipſum quo utimur in Deſcenſu, cùm ab univerſali poſitione ſingularem aut particularem inferimus. Sic Ioannis 21. 17. Petrus, *Domine, Tu omnia noſti; Tu ſcis, quia amo te*, ubi unius rei particularis ſcientiam, ex ſcientiâ rerũ omnium diducit. *Enthymema duplex.*

An ſit melius ut Enthymemate, quàm Syllogiſmo? Sed inquiris. An-non præſtet exprimere illam eamdem propoſitionẽ, quæ ſubintelligitur? Si ſit certa, cur non? at, ſi incerta, cautiùs & tutiùs ſubticetur. Doctrinam exemplo dilucido. *Quintus Fabius cunctando reſtituit Rem: ergo fuit bonus Imperator*, Enthymema eſt, & videbitur fortius, quamdiu ſubticeatur propoſitio, quæ deficit qua poſitâ enervatur omninò: nam hæc aſſumptio, *Omnes cunctabundi ſunt boni Imperatores*, falſa eſt. Hinc patet cautiùs argumentari qui Enthymemate utuntur: & qui Syllogiſmo, ſinceriùs. *An Fabius fuerit bonus Imperator?*

DCCXXX *Quæ propoſitio in ſyllogiſmo deſideretur?* SOlent aliqui audito Enthymemate dicere, *Hic deſideratur maior, ibi minor*. Sed præcox cenſura iſta eſt; illa enim præmiſſa, quæ deſideratur, erit maior ſi præponatur alteri; & ſi poſtponatur, erit minor. Ergo dicendum eſt alteram præmiſſam deeſſe, non tamen determinandum utra deſit: nam ex ſolâ commutatione præmiſſarum ſyllogiſmus formalis in figuralem & è contra convertitur. Doctrinam poſitam exemplis aliquibus dilucidemus.

De Enthymemate, in qua ſubintelligitur una præmiſſa.

SIc argumentatur S. Paulus 1. Corinth. 11. *Vir*, inquit, *non debet velare caput ſuum, cùm ſit imago & gloria Dei*. Quæ verba debent ad hanc formam reduci. *Vir eſt imago & gloria Dei: ſed quod eſt imago & gloria Dei caput velare non debet: Ergo vir non debet velare caput ſuum.* Forma eſt bona: videlicet in Figmens. *Vir eſt imago & gloria Dei. An debeat caput tegere?*

Mino-

Minorem ſubricet, & majorem & concluſionem ſcribit Paulus.

Sacerdos Deo ſanctus ſimilis.

Et ut utriuſque Teſtamenti teſtimonia commiſceam, exſcribam verba Levitici 21. ubi Deus ait. *Sit ergo (Sacerdos) ſanctus: quia ego ſanctus ſum* & ſubintelligit præmiſſam etiam alteram; quoniam integer diſcurſus is eſt : *Ego ſanctus ſum: Omnis ſacerdos mihi ſimilis eſſe debet; Ergo ſacerdos debet eſſe ſanctus.* qui ad *Dimagni* fortiſſimum modum ſpectat.

Omnis ſacerdos ſanctus.

Et ad ſcriptores profanos veniens. Etiam alteram præmiſſam ſubintelligi voluit Horatius Epiſt. libr. 1.

Percunctator fugiendus.

Percunctatorem fugito, quia garrulus idem eſt.

Hoc enim carmen debet ad hanc formam reduci; videlicet. *Omnis percunctator eſt garrulus; omnis garrulus eſt fugiendus, ergo omnis percunctator eſt fugiendus.*

Ejuſmodi eſt etiam illud Tibulli libr. 2. qui libertatem & ſervitutem contraponens enthymema claudit hoc diſticho.

Servitus opponitur libertati.

Sic mihi ſervitium video dominamque paratam,
Tu mihi libertas illa paterna vale.

Subintelligit minorem, quoniam totus diſcurſus eſſet hic. *Ego ſervitutem incurro: Quicumque illam incurrit, is libertatem perdit: Ergo ego libertatem perdo.*

Martialis libr. 3.

An omnis imprudens ſit ebrius? Eſtimo.

Ebrius es: nec enim faceres hæc ſobrius unquam.

quo carmine iſtum ſyllogiſmum complectitur. *Sobrius ejuſmodi non faceres; Atqui facis: Ergo ſobrius non es: Ergo ebrius es.*

Homini nihil non accidere poteſt.

Franciſcus Galliæ Rex, dum captivus Madriti teneretur, ſcripſit Carolo, *Memento te hominem;* & is Franciſco; *Homo ſum, humani à me nihil alienum puto.* Chremes id olim dixerat apud Terentium; & hæc verba ad hanc formulam debent reduci. *Nihil humanum quod alienum ab homine; Ego homo ſum, Ergo nihil humanum eſt alienum à me.*

In hoc Oweni libr. 1. Epigramm. 87. diſtico,

Vir bonus rarus & pretioſus.

Si quidquid rarum, charum eſt, pretiumque meretur,
Crede mihi, res eſt Vir pretioſa Bonus.

Subintelligitur *Hominem bonum rarum eſſe.* Et in hoc ejuſdem libri Epigr. 102.

De Cliente & Patrono

Cantabunt reduces coram latrone Clientes,
Semper enim vacuum currit ab urbe Cliens.

Subintelligitur, *Cantabit vacuus coram latrone Viator.*

Virgilus Eclogâ II. etiam ſequutus eſt hanc formam.

Veſpertini temporis inſinuata deſcriptio.

Aſpice. Aratra jugo referunt ſuſpenſa juvenci.
Et ſol creſcentes decedens duplicat umbras.

Ecce duo carmina & in ſingulis integrum ſyllogiſmum. Iſte latet in primo:

Veſpere ſuſpenſa iugo aratra boves referunt:
At nunc (aſpice) illa iugo ſuſpenſa referunt:
Ergo iam eſt veſper.

Iſte verò in ſecundo:

Veſpere ſol duplicat umbras creſcentes:
At nunc illæ creſcunt & duplicantur à Sole:
Ergo iam veſper eſt.

Produco iterum in exemplum Virgilium qui Eclogæ V. verſu 76, mente concipit hunc ſyllogiſmum,

Æternæ durationis deſcriptio.

Quamdiu montem amet aper, fluvium piſcis, thymum apis, rorem cicada, tamdiu manebit laus, honos & nomen mei Daphnidis:
At ſemper amabit montem aper, fluvium piſcis, thymum apis, rorem cicada
Ergo ſemper manebit laus, honos & nomen mei Daphnidis.

Et tamen è toto hoc ſyllogiſmo illa ſola, quæ curſivo charactere expreſſi, (hoc eſt, unam præmiſſam & integram conſequentiam) aſſumit: cætera ſubintelligit, & modulatur ſic:

Dum iuga montis aper, fluvios dum piſcis amabit,
Dumque thyma paſcentur apes, dum rore cicadæ,
Semper honos, nomenque tuum, laudeſque manebunt.

Egit de tempore Virgilius: & materiæ ſimilitudo poſtulat, ut aliud ſimile Enthymema producã. Angelus enim Politianus, quẽ citat Joannes Ludovicus de la Cerda P. Virgilii Maronis Elogiorum cap. 7. ponit iſtam Majorem:

Virgilii æternitas.

At manet æternùm & ſeros excurrit in annos
Vatis opus, dumque in tacito vaga ſidera mundo
Fulgebunt, dum Sol nigris orietur ab Indis,
Prævia Luciferis aderit dum curribus Eos,
Dum Ver triſtis hyems, autumnum proteret æſtas,
Dumque fluet ſpirans, refluetque reciproca Thetys,
Dum miſta alternas capient elementa figuras

Minorem non ponit, ſed ut claram & certam ab omnibus ſubintelligi putat ; hæc enim eſt, quæ mente neceſſariò concipitur.

Atqui fulgebunt ſemper vaga ſydera mundo,
Candidus & nigris ſol exorietur ab Indis.
Semper, Luciferis ſemper quoque curribus Eos
Præcurret. Ver ſemper hyems, & proteret æſtas
Autumnum ſemper, ſemperque reciproca Thetys
Huc illuc refluet, ſemper variaſque figuras
Mundi ſuſcipient Elementa volubilis. ——

Et poſitâ præmiſsâ Majore, & ſubintellectâ Minore, iſtam Conſequentiam deducit:

———————————— *Ergo*
Semper erit magni decus immortale Maronis,
Semper inexhauſtis ibunt hæc flumina venis,
Semper ab his docti ducentur fontibus hauſtus:
Semper adoratos fundent hæc gramina flores.

Elogium quidem grande eſt, & poteſt ad hæc verbâ reduci.

Quamdiu fuerint Sydera, Sol, Aurora, anni tempeſtates, maris refluxus, & elementorum alterationes, tamdiu vivet Virgilius.
Ergo ſemper ille vivet.

Cur? quia Sydera, Sol, Aurora, anni tempeſtates, &c. ſemper erunt. Ecce Politianus à Majori expreſsâ & Minori ſuppreſsâ grandem conſequentiam deducit.

Sed quid docere nos voluit Politianus, cùm dixit; *Dum miſta alternas capiunt elementa figuras?*

Digitized by Google

De Philoſophia locali. An omnes converſiones, quas ſubſtantiales vulgus dicit, ſint mera figuræ mutationes?

Se navare operam Philoſophiæ locali, nec aliam elementorum corruptionem aut generationem admittere, quàm figuralem, ſibique eſſe meras transfigurationes accidentales conversiones eas (omnes, omnes) quas Peripatetici *Transformationes ſubſtantiales* appellant. Porrò ego de locali iſtâ Philoſophiâ ſpecialiter diſputaturus ſum integro libro, & ideò illam nunc inſinuaſſe ſufficiat.

De Enthymemate, in quo utraque præmiſſa ſubticetur.

DCCXXXI. *Enthymema utraque præmiſſa carēs.*

SYllogiſmus truncatus vocatur Enthymema, ut vidiſti. Truncari dicitur, cùm alterâ Præmiſſâ ſpoliatur: nimirùm, cùm altera dicitur, & altera ſubintelligitur. An-ne poterit dari enthymema, quod utrâque præmiſſâ careat? Cur non? Nam ſicut contingit al. quando ut altera ſubintelligatur, poſſent circumſtantiæ concurrere, quæ utramque conſignificarent. Pono exemplum.

Librorum & ſcriptorum politica moralis mors; quæ Eorumdē reſurrectio, quæ

Legebat Virgilii Opera Joannes Fridericus Salwad, & admiratus acuminum conceptuumque divinitatem condolebat aut mortuo, aut jam jam moribundo Virgilio; Author enim qui non intelligitur, negligitur; & qui negligitur, & contemnitur, perit: perit inquā, politicè & virtualiter: libri enim qui heri intelligebantur, & jam hodie non intelliguntur, ita ſe habent, ac ſi heri fuerint, & hodie in rerum naturâ non ſint. Quod ſi cras ſuccurrat nova lux quæ eoſdem dilucidet, illi ipſi revixiſſe dicentur. Hâc notitiâ præventus Joannes Fridericus, cujus memini, ubi vidit doctiſſima Joannis Ludovici de la Cerda Commentaria in Virgilium ſummo ſuffuſus gaudio in iſtud Enthymema prorumpit.

Hoc autem præfigitur Tomo I. Virgilio à Ludovico de la Cerda illuſtrati.

Ergo Operâ docti, Tuba culta Maronis, Iberi:
Palthem excultu ſit rediviva typis.
Mortua crede mihi, lætabitur umbra Poëta,
Se calamo vivo vivere Ibere tuo.
Docto e m. ntis opus laudem mereatur utrēque;
Debita pars opera, debita parsque typo eſt.

Quod ego Enthymema ad hunc ſyllogiſmum reduco.

Quicunque liber in ea perennat tempora, in quibus non intelligatur, mori dicitur: ſi tamen contingat explicari & dilucidari, dicetur ipſe reviviſcere; & ſi cum Commentario imprimatur, non ſolum vitâ, ſed & æternitate donabitur. (vitam enim habebit à calamo, & æternitatem à typo)

At Virgilii Opera ita ad noſtra tempora perennarunt, ut tam à nemine intelligerentur: & tamen eruditiſſimis Argumentis, Notis & Explicationibus illa Ioannes Ludovicus de la Cerda illuſtravit; & eadem Palthenius, Bernardus Gualterus, aliique typis edi curarunt:

Ergo reviviſcit, & in æternum perennaturus eſt Virgilius. Reviviſcit enim quia exponitur; & perennaturus eſt, quia cum hac ipſa expoſitione recuditur.)

Hic eſt totus Syllogiſmus, quem mente concepit Joannes Fridericus, & quia præmiſſa utraque à conſignificantibus circumſtantiis prædicebatur, utramque meritò ſuppoſuit, & intulit conſequentiam ſolummodò in quâ etiam illa ſubticuit, quæ ſubintelligenda putavit. Hanc enim eamdem conſequentiam, & in ipſâ Maronis immortalitatem luculentiùs expreſſit Andreas Schottus in laudem ejuſdem Virgilii & Ludovici. Inquit enim:

Ergo agite ô Iuvenes, ſtudiorum robora palmam
Arripite hunc alacris tanti monumenta Poëtæ,
Vatis Opus firmum, ſolidoque perennius ære
Semper erit; vivet decus immortale Maronis, &c.

Quæ conſequentia ſimillima præcedenti eſt, & ex eiſdem fundamentis illata.

Huc etiam referri poſſunt Auguſti Imperatoris Carmina. Supponit enim loco Majoris eſſe dirum nefas jubere librum optimum igne conſumi: Videtque (& hoc ſubintelligitur Minoris loco) Virgilium Æneidem juſſiſſe comburi: & ex his ſubintellectis Antecedentibus iſtam conſequentiam deducit.

Ergo-ne ſupremis potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare nefas? Ergo ibit in ignes
Magnaque doctiloqui morietur Muſa Maronis?
Ab ſcelus indignum! ſolvetur littera dives?
Et poterunt ſpectare oculi: nec parcere honori
Flamma ſuo: dignumque oculis ſervare decorem?
Pulcher Apollo veta, Muſa prohibete Latina.

De Enthymemate, in quo ſubintelligitur conſequens.

DCCXXXII. *Dubium incidens.*

VIdiſti in Enthymemate nonnunquam Majorem, aut etiam Minorem ſubintelligi: & interrogas, an poſſit præmitti Major, Minorque, & Conſequentiam ingenio Auditorum committi.

Reſponſio.

Solemus cum acuminis gloriâ aut alteram aut utramque præmiſſam ponere, & nil inferre, nempè utramque præmiſſam, ut concluſio innuatur manifeſtiùs & tutiùs; alteram cum in ipſa medium tale tangitur, quod neceſſariò alteram præmiſſam in memoriam inducat. Doctrinam exemplis dilucido.

Primum ſumatur ex Virgilio, qui ſummâ eloquentiâ deſcenſum Æneæ ad inferos cecinit Æneidum ſexto; deſcenſum videlicet, quem non credebat; & tandem ut ſuam cautè & ſubtiliter opinionem exponeret, ſic deſinit:

Somni portæ duæ.

Sunt geminæ ſomni portæ: quarum altera fertur
Cornea, quâ veris facilis datur exitus umbris:
Altera candenti perfecta nitens elephanto,
Sed falſa ad cælum mittunt inſomnia Manes.
His ubi tum natum Anchiſes, unàque Sybillam
Proſequitur dictis portaque emittit eburnâ.

An Virgilius tradiderit, quæ de inferno, & Æneæ ad illum deſcenſu ſcripſit?

Percellitur inopinato enthymemate Joannes Auratus carmine ad Germ. Val. Pimpontium apud Fridericum Taubmannum in horum Carminum Commentario, ubi eumdem Joannem Poëtam Regium appellat. Percellun-

luntur, ac alii qui cum ipſo conantur demonſtrare hoc hexaſtico non cani palinodiam, nec dici verbum, quod toti libro fidem deroget. Sed Aurati veniâ & cæterorum pace, his Maro verbis voluit teſtari, ſe non seriò, ſed eruditionis potiùs & poëticæ exercitationis gratiâ Homerum imitari voluiſſe. Mens enim Virgilii hoc erat ſyllogiſmo gravida.

V | DA | *Quotquot umbræ & imagines egrediuntur per portam corneam, vera ſunt;*
| | *Et quotquot per eburneam falſa.*
O | | *At Æneas & Sybilla non ſunt dimiſſi per portam corneam,*
| RI | *Sed per eburneam.*
O | | *Ergo eorumdem umbræ & imagines non ſunt vera:*
| I | *Ergo ſunt falſa.*

Ecce unum ſyllogiſmum compoſitum è duobus: quorum alter eſt AOO. & Alter AII. & uterque in primâ figurâ. Sed in quo quæso modo eſt AOO. primæ figuræ? In nullo Ariſtotelico, ſed tamen in modo legitimo; nam ut vidimus, multos utiles, & neceſſariò concludentes omiſit Ariſtoteles; nam converſâ majori ſimpliciter (illæsâ veritate poteſt) iſte ſyllodiſmus AOO tranſibit ad *Baroco*, quem omnes Dialectici admittunt.

Virgilius igitur utramque majorem expreſſit; alteram minorem ſubſcripſit, alteram innuit: & duas conſequentias, quæ ſubniti videbantur, Lectori inferendas reliquit.

Truchſeſſii Cardinalis comprobata ſinceritas.

Hunc locum habebam præ oculis in libro illo, qui inſcribitur, *S. Romani Imperii Pax.* in cujus diſp. 2. dixi. *Condemnatis Cardinalem Truchſeſſium! Qualis fuerit ego neſcio; vos videritis. At vel vobis invitis, Omnis Germanus eſt ſincerus, & ille ipſiſſimus Germanus fuit.* Ob oculos ponuntur præmiſſæ, è quibus Lectores debeant neceſſariò diducere. *Ergo Truchſeſſius fuit ſincerus.*

Huc pertinet hiſtoria, quam recenſet Matthæus cap. 11. Erat Joannes in vinculis, & cum audiſſet opera Chriſti, miſit duos è diſcipulis ſuis, qui nomine ſuo dicerent Domino, *Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* Et quid illis, & per ipſos Joanni Chriſtus Dominus? ſupponit illud Iſaiæ 35. 5. *Deus ipſe veniet, & ſalvabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum & aures ſurdorum patebunt. Tunc ſaliet ſicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum.* Subſumit, *Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes evangelizantur.* & conſequentiam illorum ingenio relinquit.

Enthymemate Chriſtus ſuam Divinitatem demonſtrat.

Quàm glorioſus & fortis miles fuerit Cæſar? Cum adulatur Cicero.

Hâc arte truncavit ſyllogiſmum Cicero, ut grandiùs Cæſarem victorem & triumphantem laudaret, ſic concipit. *Duces Maximi ſociorum auxilio victorias conſequuti ſunt: At Cæſar ſolus hanc obtinuit: Eſt ergò Maximis Ducibus major fortiorque.* Et quia videtur adulari, ſi conſequentiam illam coram Cæſare offerret, præmiſſas more ſuo ornat, & conſequentiam aliis inferendam relinquit. CERTE *in armis militum virtus, locorum opportunitas, ſociorum auxilia, claſſes, commeatus, multum iuvant: maximam verò partem quaſi ſuo iure Fortuna ſibi vendicat, & quidquid eſt proſperè geſtum, id penè omne ducit ſuum.* AT VERO *huius gloriæ, Cæſar, quam es paulò antè adeptus, ſocium habes neminem. Totum hoc, quantumcumque eſt (totum, inquam eſt Tuum. Nihil Tibi ex iſta laude Centurio, nihil Præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit: quinetiam illa rerum humanarum domina Fortuna in iſtius ſe ſocietatem gloriæ non offert: Tibi cedit; Tuam eſſe totam ac propriam fatetur.* Sic Cicero, qui conſequentiam Lectori diducendam relinquit.

Syllogiſmi major.

Minor

Conſequentia.

Plus ſubticet Æneid. 9. Maro, obtruncat enim totam Majorem, & poſteriorem Conſequentiæ partem. Sic cogitabat, *QVI reus debet damnari; & abſolvi qui innocens: ATQVI in Sulmonis morte Ego Niſus ſum reus, Euryalus innocẽs: ERGO Ego damnari debeo, & ille abſolvi.* Sic conceperat mente, ſed breviùs linguâ: his enim mentem verbis expreſſit.

Innocens abſolvi debet, & reus damnari.

Me me! adſum qui feci, in me convertite ferrum
O Rutuli: mea fraus omnis: nihil iſte, nec auſus,
Nec potuit.

Simile eſt & illud Enthymema Ovidii 2. Triſtium: nimirùm, *Ego vidi caſu aliquid, quod debueram non vidiſſe: Sed etiam quicumque caſu peccat, debet puniri: Ego igitur puniri debeo.* Eſt ſyllogiſmus in *Dimagni*, quem obtruncat Ovidius; præmiſſas enim ponit, & ſubticet conſequentiam, quam quicumque diducere poteſt perfacile. Sic ait;

In Principes peccant qui diſplicent, etiam involuntariè.

Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?
Cur imprudenti cognita culpa mihi?
Scilicet in Superis etiam fortuna luenda eſt:
Nec veniam, læſo Numine, caſus habet.

In Politicâ crimen eſt ſcire aut vidiſſe, quæ Princeps neſciri deſiderat. In Deum involuntariè nemo peccat.

Nomine *Superûm* vult intelligi Principes, & nomine *Numinis* Auguſtum; in hoc enim à divinis differunt humana Numina, quod in illa involuntarius nemo peccet; & in hæc etiam inſcius & nolens: quod, ſi genium Principum conſideremus, eſt interdum veriſſimum.

De Enthymemate, in quo altera præmiſſa & conſequentia ſubticetur.

SOlent aliqui vel unica propoſitione claudere integrum ſyllogiſmum: videlicet, quando circumſtantiæ conſignificantes concurrunt; pono exempla;

Joannes diſcipulos ſuos ad Chriſtum mittit.

Erat Joannes in vinculis *Matth.* 11. 4. & miſit ad Jeſum duos diſcipulos, qui rogarent, eſſetne ille, qui expectabatur à Patribus; an ejuſdem præcurſor? & Chriſtus expedivit eos hoc enthymemate; quod eſt ſyllogiſmus integer, cujus major & conſequentia ſubticetur, minor ponitur. Sic enim ait: *Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, & pauperes evangelizantur.* Quæ verba ad terminos ſequentes reduco.

Chriſti reſponſio.

Ille, qui dederit cæcis viſum, claudos erexerit, leproſos mundaverit, ſurdos curaverit, mortuos ſuſcitaverit, & pauperibus in evangelii promulgatione uſus fuerit, eſt Chriſtus.
At Ego hæc omnia facio. [*Euntes enim renuntiate Joanni, quæ audiſtis & vidiſtis.*]
Ergo ego ſum Chriſtus.

Addam

Addam aliquid, quod condemnet Ethicus & Dialecticus laudet: nam mala etiam interdum bene dici contingit. [Eramus Salmanticæ in gymnaſio, & Argumentator ſibi eſſe conceſſam concedebat, quam Præſes contentioſè negabat. Volebat ille adſumere, iſte ſibi probari: erat turbata forma, & omnia ad chaos verborum aut etiam injuriarum redacta: nam eò ſolent Argumentatores venire, cùm rationibus carent. Dum multa Argumentator ingeminat, Præſes tacet: & tandem claudit his verbis. *Dicta omnia vel hoc nomine laude ſunt digna, quòd ſolvere non debeant vectigalia.* Hæſit Argumentator, nec ſcivit quid ſibi diceretur: hæſerût alii: alius ſuſſicitur & argumêtatur, & conſeſſus ſumma pace diſſolvitur. Tertiâ demùm die ſubauditur murmur, quod Argumentatorem à Præſide gravatum aſſerat; & axioma Hiſpanum vel tonſoribus notum præmittes & Præſidis verba ſubſumens, inferebat aliquid intolerabile. Adagium erat: *De las mentiras no ſe paga alcabala.* quod inſinuabat minor: & erat ſyllogiſmus integer;

In diſputationibus tunc demùm ad injurias venitur, quando Argumentator rationibus & ſyllogiſmis caret.

De las mentiras no ſe paga alcabala. Adagium Hiſpanicum.

BAR- *Verba à vectigalium ſolutione libera, ſunt mendacia:*
BA- *Omnia tua ſunt à vectigalium ſolutione libera:*
RA- *Ergo omnia tua ſunt mendacia.*

& totus ipſe in minori mirabiliter clauſus.

De Enthymemate in quo ſubticetur integer ſyllogiſmus.

Conſequentias alias eſſe primarias, & alias ſecundarias dixi & dicam. [Vide num. 830.] & modò occurrit quoddam Enthymematum genus, in quo, major, minor, & primaria conſequentia ſubticetur, & expoſitione ſecundariæ in memoriam & mentem revocantur. Pono exemplum.

Virgilius Æneid. 6. verſ. 450. Suicidii etiam apud Ethnicos inſeparabile ſcelus.

Proxima deinde tenent mæſti loca, qui ſibi lethum
Inſontes peperere manu, lucemque peroſi
Projecere animas, &c.
Inter quas Phœniſſa, recens à vulnere Dido
Errabat ſylvâ in magnâ: quam Troius Heros,
Vt primum juxtà ſtetit, agnovitque per umbram
Obſcuram (qualem primo qui ſurgere menſe
Aut videt, aut vidiſſe putat per nubila lunam)
Demiſit lacrymas dulcique affatus amore eſt.
Infœlix Dido: verus mihi nuncius ergo
Venerat, extinctam, ferroque extrema ſequutam.

Ecce Poëta ex nullis præmiſſis, & tamen ſecurè, conſequentiam deducit. Cur enim non inferret illam conſequentiam intrepidus, quando circumſtantiæ æquipollere videbantur præmiſſis. Lucus enim ipſe ſuſurro foliorum ſtrepitu hanc majorem pronunciat:

Circumſtantiæ adjacentes aliquando interdum videntur.

Omnis qui hic oberrat ſibi mortem conſcivit; *ſubticetur major.*

Umbra apparens dum per lucum errat et, videbatur ſubjungere:

Dido hic oberrat: *minor.*

Et Æneas harum præmiſſarum præoccupatus notitiâ intulit mente,

Ergo Dido ſibi mortem conſcivit. *& prima concluſio.*

& ſubintulit linguâ.

———*Verus mihi nuncius ergo*
Venerat, extinctam, ferroque extrema ſequutam. *Et profertur ſecunda.*

ARTICULUS VII.

De Sorite ſeu Syllogiſmo pluſquamperfecto.

DCCXXXII. EGimus de Perfecto & Imperfecto: ergo etiam de Pluſquamperfecto diſputemus: & ut ſecurè, à definitione incipiamus. *Sorites eſt Syllogiſmus plures minores continens* In ſchola Platonica hæc ſunt Modorum nomina, ad Soritas conformandos inventa: *Bamm‿Ada : Ca‿Amene : Dim‿Agni : Fes‿Apor:* in quibus A capitale in medio nominum relucens, ſignificat poſſe aut debere poni multas univerſales.

Quid ille ſit.

Soritem eſſe Syllogiſmum, eumque, ſi formam ſpectes, perfectiſſimum, aſſero: quia ſummo ille compendio complectitur, quod multis Syllogiſmis formalibus expediri non poſſet.

DCCXXXIV. VOlo exempla ſubjungere, ut Soritas conformare ſciamus. Sic inquam.

Bam- *Omnis homo eſt ſenſibilis:*
ma- *Omne ſenſibile eſt animal:*
a- *Omne animal eſt vegetativum:*
a- *Omne vegetativum eſt corpus:*
a- *Omne corpus eſt ſubſtantia*
da. *Ergo omnis homo eſt ſubſtantia.*

Ca- Omnis nix eſt alba:
a- Omne album eſt coloratum:
a- Omne coloratum eſt ſenſibile
a- Omne ſenſibile eſt quale:
me- Nullum quale caret accidenti
ne. Nulla ergo nix caret accidenti.

Di- *Petrus eſt Theologus:*
ma- *Omnis Theologus eſt Philoſophus:*

Omnis

a- Omnis Philoſophus eſt Dialecticus:
g- Omnis Dialecticus ſcit argumentari:
ni. Ergo Petrus ſcit argumentari.

Fes-Nullus equus eſt pyrus:
a- Omnis pyrus eſt arbos:
a- Omnis arbos eſt vegetativa:
a- Omne vegetativum eſt corpus:
p- Omne corpus eſt ſubſtantia:
o. Ergo aliqua ſubſtantia non eſt equus.

In unico Sorite multi ſyllogiſmi continentur. Dixi Soriticum argumentandi modum eſſe compendioſiſſimum: id nunc breviter probo, illum primum, quem in *Bammada* feci, ad ſyllogiſmos perfectos reducendo.

Sanè propoſitio probanda iſta eſt, *Omnis homo eſt ſubſtantia*;& illam conor perſuadere iſto medio.

Omnis homo eſt corpus:
Omne corpus eſt ſubſtantia:
Ergo omnis homo eſt ſubſtantia.

Probo majorem.

Omnis homo eſt vegetativus;
Omne vegetativum eſt corpus:
Ergo omnis homo eſt corpus.

Probo majorem.

Omnis homo eſt animal:
Omne animal eſt vegetativum;
Ergo omnis homo eſt vegetativus.

Probo majorem.

Omnis homo eſt ſenſibilis:
Omne ſenſibile eſt animal:
Ergo omnis homo eſt animal.

Ecce quot ſyllogiſmis evincitur, quod unico Sorite demonſtrabatur. Stat ergo Soritem, ſi reſpiciamus formam, eſſe compendioſiſſimum & nobiliſſimum modum argumentandi. Conſultò dixi, *ſi reſpiciamus formam*, quoniam ratione materiæ Demonſtratio eſt argumentatio nobiliſſima; ſed nihil obeſt, quo minùs Sorites ſit Demonſtrativus. *An conformari Sorites queant, qui evidēt & demonſtrativi ſint*

Apud diverſos Authores, & præcipuè Politicos, plurimos Soritas invenio. Apud Senec. Epiſt. 85. ad Lucilium:

Qui prudens eſt, & temperans eſt:
Qui temperans eſt, & conſtans eſt:
Qui conſtans eſt, & imperturbatus eſt:
Qui imperturbatus eſt, ſine triſtitia eſt:
Qui ſine triſtitia eſt, beatus eſt:
Ergo prudens beatus eſt.
Ergo prudentia ad beatam vitam ſatis eſt.
De prudentia, temperantia, cōſtantia, lætitia, tranquillitate, beatitudine: &c.

Senecæ non videtur benè conſequentiam inferri; quam tamen, ſi ratione formæ reſpuat, reſpuo ejuſdem cenſuram: ſi ratione materiæ, fateor ſingulas præmiſſas poſſe & ſolere variè accipi, & quo ſenſu vel unica negetur, conſecutionem vacillare. *An Sorites admittatur à Seneca*

ARTICULUS VIII.

De Demonſtratione ſeu Syllogiſmo perfectiſſimo.

DCCXXXV. *Iucunda definitio eſt clariſſima, & retinenda.* Demonſtratio Latinè: Græcè δεῖξις, & δεικτικὸς *Demonſtrativus.* Eſt autem Demonſtratio *ex certis ac neceſſariis rationibus alicuius rei probatio*; aut meliùs, *Eſt Syllogiſmus in forma legitimâ constructus habens præmiſſas neceſſariò concedendas.* Solent Juniores multa hîc requirere, quæ ultrò petita judico; demonſtrari enim dicitur, quod ita ſuadetur, ut negari non poſſit; & hoc contingit quoties nec in forma nec in materia ſyllogiſmi peccatur. *Quid ſit Demonſtratio?*

Si præmiſſarum certitudinem conſiderem, dicam Demonſtrationem aliam vincentem abſolutè, aliamque verò ex hypotheſi: illa conſtat ex præmiſſis quæ ab omnibus debēt admitti; hæc ex præmiſſis, quæ licet falſæ aut dubiæ, nihilominùs debent neceſſariò concedi à reſpondente, tametſi negentur ab aliis, & *Eſt duplex Abſoluta & ad hominem* *Omitto illas vocabula Quia & Propter quid, quæ ſunt etiam hallucinationes ad plurimum cauſæ* hæc eſt, quæ ſolet *Demonſtratio ad hominem* in noſtris ſcholis vocari.

Si adſumantur effectus ad probandam cauſam, *Demonſtratio à poſteriori*, & ſi cauſa ad probandum effectum, *Demonſtratio à priori* dicitur. Sed & dari poterit media, quæ non procedat in genere cauſæ efficientis: ſed in genere illativæ neceſſitatis; & hâc potiſſimùm Theologi utuntur probaturi divinam exiſtentiam; alii etiam alibi. *Eſt iterum duplex, à priori & à poſteriori. Inter has debet admitti media.*

DCCXXXVI. *Multa omnino de Demonſtratione illa ſcripta.* Quàm multa, quàm varia; quàm diverſa aut adverſa de Syllogiſmo demonſtrativo dicta! & quàm paucæ aut nullæ dantur Demonſtrationes! Puto illa quæ in textu poſita poſſe omninò ſufficere; ſed quia deſiderabunt aliqui uberiorem notitiam, & nos de Demonſtratione alibi tractaturi vix ſumus, aliqua ſubſcribemus de ejus definitione, diviſione, de præjudiciis, de præmiſſis, de concluſione, quæ *Scientia actualis* nominatur.

Demon-

Demonſtrationis Definitio.

DCC XXXVII. *Quid Demonſtratio ſit?* *Quid non ſit* *Qualis eſſet ſyllogiſmus in forma probabili?* *Quid ſit Scientia?* *Demonſtratio ad hominem & abſoluta.*

MUltifariam conſiderata Demonſtratio varias nanciſcitur Definitiones; quas ut intelligamus, oportet veram intelligere. Eſt igitur Demonſtratio ſyllogiſmus, *cujus conſequentia negari non poteſt.* Hinc infero primò ſyllogiſmum illegitimum, qui non ſit in figurâ & modo legitimo, non vocari Demonſtrationem; quoniam ſi diſcurſus peccat in formâ, nulla eſt conſequentia neceſſaria. Infero ſecundò, ſyllogiſmum in formâ probabili, ſi daretur, demonſtrativum non fore, non enim evidenter concluderet. Infero tertiò, præmiſſas debere eſſe tales, quæ negari non poſſint, quoniam illis negatis non debet conſequentia concedi. Infero quartò Demonſtrationem generare certitudinem (adeóque ſcientiam; nihil enim aliud volumus hîc nomine ſcientiæ intelligere) certò enim ſcio eſſe vera ad mentem Petri, quæ certò ſcio non poſſe non concedi à Petro; & certò ſcio eſſe vera in opinione omnium, quæ certò ſcio à nemine negari poſſe. Hæc ſeorſim reſpiciens Ariſtoteles varias Definitiones tradidit, jam Demonſtrationem exponens per intrinſecas cauſas, jam per effectus, jam per adjacentes circumſtantias. Nos omnia breviter complectentes duas æquipollentes Demonſtrationis Definitiones damus; alteram uberiorem, & alteram compendioſiorem: hæc eſt, *Demonſtratio eſt ſyllogiſmus, cujus conſequentia certa eſt*, illa verò, *Demonſtratio eſt ſyllogiſmus conſtans ex præmiſſis certis, inferens legitimè concluſionem, quæ erit certa & ſcientifica.*

Demonſtrationis Diviſio.

DCC XXXVIII. *Voces* Quia *&* Propter quid *obſcuræ.*

OMitto Demonſtrationes *Quia & Propter quid*, quoniam non capio cur ita termini capiantur, & cur commutari non poſſint; nam propter finem ſunt media, quæ finis etiam cauſæ ſunt. Loqui debemus Latinè, ut à Latinis poſſimus intelligi, nec laudandus eſt vocum obſcuratum amor, ubi præſtò ſunt clariores & notiores voces. Quid intelligamus nomine *Demonſtrationis à priori*, & *Demonſtrationis à poſteriori*, voces ipſæ demonſtrant, nec eget magno commentario. Dico igitur veritates trifariam demonſtrari; videlicet, à priori, à poſteriori, & ab æquali; hoc eſt, à causâ, ab effectu, & ab aliquo charactere concomitante.

Demonſtratio triplex.

Parentes & patria Æneæ ab effectibus.

Æneidos quarto ſubdubitare incipit Dido, quiſnam Æneas, & qualis ſit? Illum ipſa alto jactatum, oris expoſitum, hærentem & egentem ſuſceperat; ignoto homini faverat; at ubi ejus mores perſpectos & exploratos habuit, patriam, parentes & nutricem collegit: quod Maro recenſet his verſibus:

Talia dicentem jam dudum averſa tuetur,
Huc illuc volvens oculos, totumque pererrat
Luminibus tacitis, & ſic accenſa profatur.
Non tibi Diva parens generis nec Dardanus author,
Perfide, ſed duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus, Hyrcanaque admorunt ubera tigres.
Nam quid diſſimulo? aut quæ me ad majora reſervo?
Num fletu ingemuit noſtro? num lumina flexit?
Num lachrymas victus dedit? aut miſeratus amantem
eſt?
Quæ quibus anteferam? jam jam nec maxima Iuno,
Nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit æquis

Parentes, Patriam & Nutricem deſpecta Dido à moribus & actibus Æneæ ingenioſè rimatur. Sed mores unde poſſet inviſos? Sunt qui à vultûs ſpecie ſumi morum firmum argumentum exiſtiment. Cicero pro Roſcio ſic diſſerit contra Comœdum. *Nonne ipſum caput, & ſu ſupercilia illa penitùs abraſa olere malitiã, & clamitare calliditatem videntur? Nonne ab imis unguibus uſque ad verticem ſummum (ſi conjecturam affert hominí tacita corporis figura) ex fraude, fallaciis, mendaciis conſtare totus videtur? qui idcirca capite & ſupercilius ſemper eſt raſis, ne pilum ullum boni viri habere dicatur.*

An mores à Phyſionomia colliguntur?

Et Martialis libr. 2. in Zoilum.

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine luſcus
Rem magnam præſtas, Zoile, ſi bonus es.

Reſiſtere aſtris difficile, ſed poſſibile eſt.

Rem magnã præſtas ait, non enim in Martialis opinione impoſſibile, ſed difficile omninò hominem diſtormem probum eſſe. Unde dicimus loco proverbii.

Ab illis ſemper, cautè quos præſcia rerum
Signavit Natura, cave.

Signavit natura malos.

Et quidem hanc ipſam difficultatem non carere ſuâ laude colligere poſſum ex Laertio libr. 6. qui ait [Citharædum imperitum obeſoque corpore & ab omnibus vituperatum, ſolus Diogenes laudabat. Demirantibus quam ob rem id faceret; Laudo, inquit, quòd cum talis ſit, maluerit ſeſe citharâ, quam latrociniis exercere. Significans illum corpore validum, ingenio rudem, latrociniis eſſe aptiorem, quàm muſicæ.] Sicut à turpi facie malignitas conſcientiæ & animi; ſic à pulchra & venuſta divinitas. Virgilius Æneid. 1.

Virtus in corpore turpi laude dignior.

O quàm te memorem virgo? namque haud tibi vultus
Mortalis; nec vox hominem ſonat. O Dea certè.

Ut Demonſtratio à poſteriori firma ſit, opus eſt benè cognoſcere ſingularum cauſarum effectus; ille enim qui à duabus cauſis provenire poſſit neutram determinatè demonſtrabit.

Nota id bene. *An unus & idem effectus poſſit à pluribus cauſis procedere?*

Multi; & meritò, maximi faciunt in moribus argumentum quod à parentum qualitate deſumitur. Spiritus ſanctus. *Mortuus eſt, quaſi non eſſet mortuus, quoniam filium ſibi ſimilem reliquit poſt ſe.* Cicero Philipp. 9. *Quamquam nullum monumentum clarius Servius Sulpitius relinquere potuit, quàm effigiem morum ſuorum, virtutis, conſtantiæ, pietatis, ingenii, filium.* Quod firmat Virgilius in Ecloga,

Quales parentes ſint bene colligitur à filiis: & quales filii bene etiam à gloria parentum deducitur.

Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hædos
Noram, ſic parvis componere magna ſolebam.

& Jacobus Falco,

Nulla columbino de ſemine naſcitur ales
Prædatrix; taurum nulla creavit avis.
A forti fortis Mavorte eſt Romulus ortus,
Cantorem genuit Cantor Apollo Linum.

Sed

ſed has univerſales poſitiones non rarò falſas eſſe experientia demonſtrat; & Iuvenalis ſatyra 8 dicens

Malo pater tibi ſit Therſites, dummodò tu ſis
Æacidæ ſimilis, Vulcaniaque arma capeſſas;
Quàm te Therſitæ ſimilem producat Achilles.

Propoſitiones Demonſtrabiles.

DCCXXXIX. *Omnia demonſtrabilia ſunt, tametſi pauca demonſtrata. Veritas Sol, & homo noctua. Rejicitur Ariſtoteles.*

TEneo nihil eſſe in mundo, quod demonſtrari nequeat; pauca, quæ ſoleant: nam ſicut nullus eſt ſolis radius, qui lucidus non ſit, & tamen pauci à noctuâ videntur; ſic etiam veritates, quæ Solis Dei ſunt radii, cognoſcibiles ſunt, ſed quia noctuæ ſumus, ipſâmet luminis ubertate obcæcamur. *Omnium demonſtratio eſſe non poteſt*, ait Philoſophus libr. 3. Metaph. cap. 4. text. 7. *res enim in infinitum progrederetur*. Et nititur in opinione hominis ingenioſi objecta progredi in infinitum, & nullam eſſe in hoc progreſſu repugnantiam; & repugnate certam eorumdem objectorum notitiam in infinitum progredi. Ego contra Ariſtotelem hoc poſitivum argumentum efformo.

Ideò non poſſunt demonſtrari omnia, quia daretur proceſſus in infinitum: ſed hic proceſſus non repugnat; ergo omnia poterunt demonſtrari. Probaturus minorem, Pono omnes triangulos æquialtos, ſi baſin habeant æqualē, eſſe æquales; quod iam ab omnibus admiſſum demonſtrari non debet. Et ſic ratiocinor; Non repugnat me cogitare AB eſſe lineam 10. ſcrupulorum, & BC. ei æqualem, creſcere in D, E, F. &c. ſine termino (vel qui terminum ponat, oſtendat cur non poſſim ego adhuc ultra illum terminum mente lineam extendere?), non repugnat me demonſtrare triangulum AC DA, eſſe æqualem ipſi AB CA, non repugnat idem demonſtrari de tertio triangulo: non repugnat idem demonſtrari de quarto: &c. nec erit triangulus aſſignabilis ultra quem demonſtrationes non poſſint progredi. Stat igitur Demonſtrationes poſſe progredi in infinitum: & per conſequens Ariſtotelem leviſſimâ ratione moveri.

Omnes triangulos æquibaſes & æquales ſunt æquales.

Demonſtrationes progredi in infinitum poſſunt.

Cùm dico omnia poſſe demonſtrari, aſſero poſſe dari ſcientiam de poſſibilibus, de univerſalibus, de ſingularibus, de ſubſtātiis, de accidentibus propriis, de communibus, de contingentibus, de liberis & quibuſcumque aliis: nam cùm omnia hæc & ſingula ſcientiâ ſuâ certiſſimâ intelligat Deus, concluditur non repugnare illa certò cognoſci; & tamen ob noſtræ mentis tenuitatem ignorari de facto. Scio omnia aliter docuiſſe Ariſtotelem; at nos doctiores ipſo ſumus, qui fidei magiſterio caruit: nam & fides nos juvat, ut ipſam naturam cognoſcamus. Si de ſingularibus non datur ſcientia, ut ille 1. *Topic.* c. 1. aſſerit, Deum dari neſcivit Ariſtoteles; quia unicus & ſingularis eſt: non enim dantur plures Dij conſortes unius ſpecificæ Divinitatis: & tamen datur Scientia de Deo. Præterea, ſi ſit aliquid, de quo non poſſit dari demōſtratio, illud ipsū vocetur *Clodius* majoris claritatis gratiâ. Et ſic diſcurro. Hæc propoſitio, *De Clodio non poteſt fieri demonſtratio*, aut probabitur evidenter ab Ariſtotele, aut ſolùm topicè; ſi topicè, non eſt certa, adeòque Ariſtoteli incertū eſt, an de Clodio fieri queat Demonſtratio. Si evidenter, Ergo demonſtratur de Clodio, quòd nō poſſit de illo fieri Demōſtratio. Ergo de facto ſit de illo Demonſtratio: Ergo ſimul eſt poſſibilis & impoſſibilis illa Demonſtratio.

De quibus poſſit dari ſcientia. Deus omnia cognoſcit. De ſingularibus fieri Demonſtrationem poſſe. Philoſophi Chriſtiani Gentilibus doctiores ſunt. An detur ſcientia ſingularium. An detur Theologia? Dilemma.

Stat igitur in omni materiâ Demonſtrationes eſſe poſſibiles: nec illas patiar rejici ob tenuitatem noſtri ingenii, quaſi nobis impoſſibiles ſint, quæ aliàs ſecundum ſe nullam involuūt repugnantiam; quia nullus eſt rerum ordo, in quo aliquid non demonſtraverimus, demonſtraturi plura, ſi voluerimus laborem & diligentiam adhibere. Primò enim de poſſibilibus demonſtramus nullum eſſe numerum, quo non ſint poſſibiles plures homines & plures angeli: impoſſibilem eſſe alium Deum, poſſibilem alium Mundum; alios Cælos, alias ſpecies ſubſtantiarum. Ex univerſalibus veritatibus nonnullas ſcientificè cognoſcimus: ex ſingularibus mihi ſunt notiſſimæ & certiſſimæ, *Ego ſum*, *Deus eſt*. Contingentia poſitas cauſas neceſſariò ſequuntur, & ſi cauſas exploratas quis habeat, poteſt illa prædicere. Et libera evidenter cognoſcerem, ſi auxiliorum efficaciam præſcirem: imò quia non omninò illam ignoro, aliquid de actibus liberis poſſum & ſoleo demōſtrare. Proprietates probari poſſunt eodem modo quo eſſentiæ; & communia accidentia ſuas neceſſarias cauſas ſæpiùs habent: quòd ſi non habeant, hoc ipſum demonſtrari poterit.

Quid demonſtrari ſoleat in materiâ. Univerſalia. Singularia. Contingentia. Libera. Propria, & accidentaria.

Præcognitiones.

DCCXL. MUltas poſtulant Peripatetici; ego unicam ſolùm; nimirùm, ut præmiſſas eſſe materialiter & formaliter certas clarè & diſtinctè intelligamus. Fatemurque ad hoc nonnulla prærequiri. Primò enim omnium & ſingularū vocum ſignificationem & acceptationem debemus certò & infallibiliter exploratam habere, & ſi habeamus, ſciemus *quid nominis* & *quid rei*. Secundò debemus præcognoſcere certò præmiſſas eſſe veras. Tertiò ſyllogiſmi formam eſſe certò legitimam.

Sufficit unica præcognitio. Quid ea requirat?

Præmiſſa.

QUæris, An præmiſſæ debeant eſſe per ſe notæ, neceſſariæ, infallibiles?

Reſpondeo certas & infallibiles eſſe debere, per ſe notas aut neceſſarias non debere; niſi fortè mediatè, quod non reprobo. Sanè, ſi concluſio ſit modalis de *neceſſe*, tunc præmiſſæ poterunt eſſe neceſſariæ, non debebunt. Si enim demonſtrandum ſit dari Deum neceſſariò, aliquid adhuc aſſumi poterit quod contingens ſit; ſed, ſi demonſtrandum ſit aliquos homines eſſe diſgregativos viſûs, hic ſyllogiſmus ſemper erit ſufficiens, *Omne album eſt diſgregativum viſûs; atqui aliqui homines ſunt albi; ergo aliqui homines ſunt diſgregativi viſûs.* Et in ipſo major eſt neceſſaria, non minor: Sed ſi mihi ſit infallibilis minor, erit certa & infalli-

Præmiſſæ debent eſſe certò veræ, non verò neceſſariæ. Ex contingenti neceſſarium demonſtrativè inferri poteſt. Sæpè eſt certa concluſio, tametſi non ſit neceſſaria.

fallabilis concluſio: non tamen neceſſaria; ſed certa.

Quæſtiones demonſtrativè decidendæ.

Ut hoc meliùs intelligas, adnotato eſſe multas quæſtiones, quæ poſſunt demonſtrativè decidi: præcipuas pono. I. Quid res ſit? II. An ſit? III. An neceſſariò ſit? IV. Quanta ſit? V. Qualis ſit? &c.

Prima Propoſitiones eſſentiales requirit. Secunda, quarta, quinta & reliquæ, præmiſſas certò veras, quas certum ſit non ſe aliter habere, tametſi ſe habere poſſint aliter. Et ſolùm tertia (aut vix ipſa) poſtulat neceſſitatem præmiſſarum; nam tametſi ex antecedentibus neceſſariis conſequentia neceſſaria educatur, non video ſemper id requiri; nam hic ſyllogiſmus eſt bonus, *Si dantur creaturæ, neceſſariò dabitur Creator: At dantur creaturæ; Ergo datur neceſſariò Creator.* Non diſputo, quales ſunt præmiſſæ; ſed peto ſupponi eſſe certas & infallibiles; ſtanteque hâc hypotheſi video minorem contingentem, & tamen à re contingenti rem neceſſariam evidenter inferri. Stet igitur præmiſſas eſſe infallibiliter veras debere; at illas eſſe neceſſarias, ne quidem ad rem neceſſariam demonſtrativè evincendam requiri. Stet ſecundò doctrinam demonſtrationis tot veterum & juniorum animadverſionibus & commentariis obſcurari.

Deus neceſſarius eſt, & tamen à creaturis demôſtratur, & ipſæ contingentes ſunt.

Præmiſſæ eſſe neceſſariæ non debent.

Concluſio.

DCCXLI *Quid ſit Scientia? An ſit aliqua ſcientia? An omnis mentis cognitio à ſenſu pendeat? Ars longa: vita brevis: experimentum fallax.*

HÆc eadem vulgò *Scientia actualis* appellatur, & dicitur *eſſe cognitio certa & evidens à certis & evidentibus illata.*

At tu vel nullam dari ſcientiam, vel paucioribus ſufficere contendis, & ſic ais. Nihil eſt in intellectu, quin priùs fuerit in ſenſu. At ſenſus ſæpè hallucinatur & decipit: &, ſi ejus error aliquando advertatur, longo indiget tempore ut poſſit corrigi: ergo dicendum eſt quamcumque artem eſſe longam, cujuſcumq; vitam eſſe brevem, & qualiacumque experimenta eſſe fallacia. Ergo, ſi nihil apud homines certum & infallibile eſt, Scientia non eſt.

Reſpondeo omnia quæ obiiciuntur eſſe plerumque vera, nego tamen eſſe ſemper vera: aliqua enim intelligimus, quæ nunquam ſenſu percipimus, & aliquando certò cognoſcimus nos non errare adeòque aliquando (licet rarius) nos poſſe texere ratiocinationes.

Scientiæ Obiectum.

DCCXLII *Neceſſitas, Æternitas, Ingenerabilitas, Univerſalitas, Certitudo & Infallibilitas.*

AUthores Scientiæ objecto quatuor conditiones aſſignant, *Neceſſitatem*, *Æternitatem*, *Ingenerabilitatem*, & *Univerſalitatem*. Illis ego *Certitudinem* ſeu *Infallibilitatem* adproprio; ſi illis quatuor nominibus meram Peripatetici intelligant infallibilitatem, non diſputabo de nominibus; at ſi illa intelligant aliter, eſſe illas côditiones neceſſarias negabo. Illos patienter audiam & quo ſingulas modo explicent examinabo.

De Neceſſitate obiecti. Non neceſſaria poſſunt demonſtrari.

Tunc concluſio eſt neceſſaria, dicunt, cû nû poteſt non côvenire prædicatû ſubiecto. Hinc eſt aliquorû ſententia ſola prædicata ſubſtâtialia primi, ſecundi, aut fortè tertij prædicabilis, poſſe demonſtrari. Hinc eſt quartum prædicabile vix ſcientificum dici, tametſi proprietatum ſit, quæ conveniunt omni, ſoli, ubique & ſemper. Hinc multorû iudicio inſeparabilia quinti prædicabilis accidentia demonſtrari non poſſunt, quòd ſint caduca & in perpetuo effluxu: eorum enim ſententiâ debet eſſe obiectû demonſtrationis neceſſariû & immutabile. Hinc tandem aliqui accidentia demonſtrari admittunt. addunt tamen ſpuriam aut degenerem eſſe ejuſmodi demonſtrationem. Raggelman thes. 36. ſic inquit. *Fatendum tamen huiuſmodi accidentium minus perfectam eſſe ſcientiam, quàm propriorum.* At ego cæteris paribus exiſtimo majoris artis eſſe iaculo hirundinem volâtem, quàm bovem iacentem attingere: & majoris omninò ingenii eras futuram pluviam, quàm futuram Eclipſin demonſtrare. Teneo igitur demonſtrari poſſe neceſſaria & non neceſſaria, & hæc cum maiori ingenii & acuminis laude.

Raggelman in Theſib. Log. propugnatis Dilingæ.

Neceſſitas inferebat univerſalitatem; ſed hanc ipſam conditionem immeritò poſtulari certum eſt. Theologiam putamus eſſe ſcientiam, tametſi ejus obiectum non univerſale & commune, ſed unicum & ſingulare ſit. Scientiam dicimus Aſtronomiam, & non de cælis ut ſic ipſa, ſed de hoc cælo, de his Aſtris, de iſtorum Planetarum motu, & harum ſtellarum quiete diſputat, & eclipſin futuram tali die, tali anno, tametſi ſingularem, prædicit, & evidentibus ratiociniis demonſtrat. Scientiæ ſunt Hydrographia, & Coſmographia, quæ non metiuntur terras aut maria univerſalia; ſed hanc quam pede premimus; & hæc, quæ noſtris carinis navigamus. &c.

De univerſalitate Obiecti. Singularia poſſunt demonſtrari. Theologia eſt Scientia, & agit de Deo ſingulari; Item Aſtronomia. Item Hydrographia & Geographia.

Ingenerabilitas & Incorruptibilitas, ſicut etiam Æternitas, videntur errorem ſapere Ariſtotelis ſomniantis Mundum fuiſſe ab æterno. Tenemus de Mundo, de Terrâ, de Cælis, de Aſtris fieri demonſtrationes, & tamen ſcimus hæc ipſa fuiſſe genita, eſſe corruptibilia, aut etiam ex parte corrumpenda. Sed hæc objecti generabilitas, corruptibilitas, contingentia & ſingularitas componi poteſt debetque cum ipſius veritatis ingenerabilitate, incorruptibilitate, æternitate, & univerſalitate, quod ſic intelligo.

De ingenerabilitate, incorruptibilitate, & æternitate obiecti. Poſſunt generabilia & corruptibilia demonſtrari.

Sive eadem propoſitio poſſit tranſire de vera in falſam ſive non poſſit, eodem modo diſcurrendum eſt; & majoris claritatis causâ ſit hæc dicta aut ſcripta; *Cæſar eſt Pragæ*; & duret ipſa toto anno 1648. & tamen Cæſar ad finem Maij Pragæ fuit, & poſteà Lincij Imperij negotia expedivit. Dico hanc ipſam propoſitionem habuiſſe principium finemque, adeòque fuiſſe generabilem & corruptibilem, imò genitam & corruptam: fuiſſe ſingularem, nec neceſſariò prolatam aut ſcriptam: addo durâſſe integro anno, & quinque integris prioribus menſibus fuiſſe veram & reliquis omnibus falſam. His tamen non obſtantibus ad *eſſe obiectivum* convertens oculos, dico hanc veritatem fuiſſe æternam, ingenitam, incorruptibilem,

An una propoſitio à verâ in falſam tranſire poſſit.

Æterna ... propoſitio ...

non veritas, tametſi propoſitio neget. bilem, neceſſariam & univerſalem: quod ſic expono. Ab æterno fuit verum dicere quod ejuſmodi propoſitio erat ſcribenda aut proferenda anno 1648. id etiam erit verum in æternum; ergo hæc objectiva veritas principio & fine carens, nec generabilis, nec corruptibilis eſt; ſed æterna & infallibilis eſt, imò & univerſalis, non enim eſt vera in uno tempore, & non in alio; in uno loco & non in alio; reſpectu unius & non alterius; ſed eſt univerſaliter loquendo vera, & hoc in omni tempore, in omni loco, & univerſorum reſpectu: quæ omnia ſi ſumantur negativè, à nemine poterunt impugnari: Nullibi enim & nunquam verum fuit hanc Propoſitionem tempore quo futura erat vera, fore falſam. Porrò ſi hanc æternitatem, ingenerabilitatem & univerſalitatem, incorruptibilitatem Peripatetici poſtulant, parum poſtulant; quoniam hæc omnia etiam in falſo aſſerto reperiuntur. Quia hanc propoſitionem, *Nix eſt nigra* eſſe falſam, ab æterno, & in æternum, ubique & ſemper, verum eſt.

Meliùs exponitur negativè.

An omnes propoſitiones ſint æternæ veritatis.

Etiam datur æterna falſitas eodem ſenſu.

Ignorantia.

DCC-XLIII. PLacet hîc aliquid de his quæ ſcientiæ opponuntur differere: & primò occurrit Ignorãtia & Opinio: de quibus hæc iudico dici debere.

Eſt duplex. Ignorantia eſt duplex, negativa, poſitivaque. Ignorantiam purè negativam habet ille, qui nullam omninò cognitionem; poſitivam, qui falſum aliquod habet præiudicium, quo inducitur ut errori aſſentiatur.

De aſſenſus ſuſpenſione. *Nemo omnia ignorat.* Quæris, An ignorans negativè teneatur aſſenſum ſuſpendere? An poſſit in alteram partem inclinare? Reſpondeo, qui omnia omninò ignoraret, nec aſſentiri, nec diſſentire poſſe; at neminem dari, qui omnia ignoret; & ſuppetere generales rationes, quibus in obſcuris dirigamur. In rebus ſpeculativis iuvat illud Axioma, *Non ſunt multiplicanda entia abſque neceſſitate;* quam obrem, ſi petatur à me, Verùm dentur formæ corporeæ ſubſtantiales? & nulla in ſingulari ratio aſſerendi occurrat, & nulla etiam negandi, negabo illas, quia nulla eſt illas concedendi neceſſitas. In practicis regimur Iſto, *Beatus, qui poſſidet.* quam obrem, ſi multa videam, quæ non capio, permitto & tolero, quouſque probentur eſſe mala & iniuſta.

Principium reale. *An dentur formæ ſubſtantiales corporeæ?* *Principium morale.*

Dubium.

DCC-XLV. SI negativum ſit, non diſtinguitur ab ignorantia negativâ; ſi poſitivum, in levibus rationibus conſiſtit; quæ prudentis hominis aſſenſum extorquere non poſſunt. Dubium poſitivum virtualiter negativum eſt; nam, ſicut ille aureis indiget, & crucigerum habet, prudentum æſtimatione nihil habere dicitur; ſic ille etiam, qui ut prudenter aſſentiatur, gravi motivo indiget, & non niſi leviſſimum habet, ita ſe habet ac ſi omni motivo careret. Ens enim Morale illud eſt, quod non eſt revera, quale dicitur, prudentum tamen poſitione ita ſe habet, ac ſi quale dicitur eſſet: Et Nihil Morale eſt, quod tametſi verè & realiter aliquid ſit, prudentum tamen poſitione & opinione ita ſe habet ac ſi reverà nihil eſſet. ut videre eſt in levi motivo, de quo loquimur.

Eſt duplex realiter: at formaliter ſimplex. *Nihil morale.* *Quid ſit Ens morale?*

Hinc docemur, quid ſit judicium temerarium, quod interdicimur. Sic illud explico. Qui elicit cum damno proximi concluſionem certiorem præmiſſis, ille judicium temerarium committit. Sic ego, ſi video indicia & motiva vehementia probabiliter ſuadentia Petrum eſſe furem, & dico (labio aut mente) *Evidens eſt* (*Certum eſt*) *Petrum eſſe furem*, ſummam injuriam Petro facio; nullam, ſi dixero, *Probabile eſt Petrum eſſe furem.* Sic ſimiliter, ſi habeam rationes leves, nullaſve, & tamen formavero hoc dictamen, *Probabile eſt Petrum eſſe furem*, etiam injuriam eidem irrogo; debeo enim ſemper illum eſſe ingenuum præſumere, quouſque probetur eſſe malum.

Iudex temerarium quis ſit. *Notentur iſta omnia quia ſæpiſſimè ſervire potuerunt.*

Opinio.

EST *aſſenſus à gravibus motivis proveniens, quæ tametſi magni momenti & ponderis, non tamen evidentia & omninò infallibilia ſunt.* Opinionem comitatur formido, actualis virtualis-ve; ſemper enim, qui probabiliter iudicat, ſcit ſe poſſe decipi, & ſe carere principiis ut poſſit inferre notitiam certam veritatis. Dantur opiniones probabiles, minùs probabiles, æquè probabiles, magis probabiles. Sed quia homines prudenter operari tenemur, & prudentia non cõſiſtit in indiviſibili, ſed à minùs probabili judicio ad probabilius dilatatur, concludimus tã in naturalibus quã in politicis, moralib⁹ & ſupernaturalibus, eſſe ſecurum, & ab omni imprudentiæ notâ liberum, qui ſequitur opinionem minùs probabilem.

Quid ſit. *Opinio probabilior magis, minus, æquè probabilis.* *Semper non poſſumus minus probabili.*

Fides.

EST *Aſſenſus quo dicenti credimus, quia nec decipi nec decipere iudicamus.* Hinc patet, me non poſſe credere homini, quem ſcio decipi, tametſi juxta mentem loquatur; nec homini quem ſcio non decipi, ſed mentiri: duo enim omninò requiruntur, quæ ſimul vix inveniebat apud homines ille, qui dicebat, *Omnis homo mendax.* Non dixit, *Omnis homo mentiens*; multi enim non mentiuntur; ſed vocavit *mendaces*, quos poſſe mentiri, & fortè aliquando mentitos, certum eſt.

Quid ſit? *Quid requiratur?*

Fides eſt duplex, Divina & Humana: illa Deo, iſta Homini creditur. Differunt ſupernaturalitatis, adeòque ſecuritatis excellentiâ, quâ humana caret, & divina non caret; at in reliquis analogæ & ſimiles ſunt.

Quotuplex ſit.

ARTICULUS IX.

De Principiis per ſe notis, ſeu primò veris.

DCCXLV. Biſariam *Principii* nomen ſumitur: phyſicè & logicè. Cauſas enim corporis naturalis, & internas præcipuè, *Prima Principia* vocant Phyſici; at Dialectici hoc nomen attribuunt Axiomatibus, quæ in Demonſtrationibus aſſumi ſolent. Hanc ob rem, poſtquam de Demonſtratione egerimus, oportebit de ejuſmodi Principiis agere.

Principia quidi ſumuntur logicè & phyſicè.

Communis principii definitio reiicitur.

Sed quid eſt per ſe notum Principium? Fateor multos hîc (etiam doctos & magno ingenio præditos) hallucinari. Principium, inquiunt, eſt quod ſupponi debet, quod probari non poteſt: unde ſubortum illud, *Contra negantes Principia non eſt arguendum*. Sed cur ſupponi debet quod probari non poteſt? Dicam, *Dari Cerberos, qui lepores venentur in Lunâ*, eſſe Principium per ſe notum; id enim non poteſt probari. Scio hodie ſingulas ſcholas ſua habere dogmata, ultra quæ progrediendum non ſit, nam ab omnibus ſolent ſupponi; ſed hoc ipſum fieri aſſero cum magnâ ſcientiarum iacturâ; quia dum Thomiſtæ, Scotiſtæ, Moliniſtæ in verba Magiſtrorum iurant, veritatem non quærunt.

Quid ſit Principiū eſſe per ſe notum.

An expediat in verba Magiſtri iurare?

Scholarum Dogmata.

Eſt igitur Principium per ſe notum Aſſertio, *quæ per ſe evincitur probaturque*. Scientia autem eſt, *quæ* (mediatè aut immediatè) *Principiis per ſe notis probatur*. Sed quid eſt Sapientia? Scientia excellens. Sic inter alios Phidiam ſtatuarium, Apellem pictorem ſapientes vocamus; quâ ratione Scientiæ quædam nomen *Sapientiæ* habebũt. Aliàs *Sapientia* vocatur, Philoſophiæ pars quæcumque, adeòque etiam ſcientia. Adſtrictiùs ſumitur 6. *Eth. cap.* 3. pro cognitione rerum altiſſimarum, ut Dei, Intelligentiarum, &c. per cauſas altiſſimas. Hæc eſt Metaphyſica diſtincta à Scientiâ acceptâ pro cognitione rerum inferiorum dumtaxat. Quòd ſi, ut ſæpè fit, *Scientia* quamcumque cognitionem certam & evidentem rerum per cauſas ſignificet, eſt genus, ſapientiaque eius ſpecies; quæ non videtur eſſe aggregatum quid ex habitu principiorum & ſcientiæ, ut nonnemo exiſtimat adductus auctoritate Philoſophi *c. l. 6. Eth.* ubi ait *Sapientem non ſolùm ea, quæ ex Principiis ſunt* (i. e. concluſiones) *cognoſcere, ſed etiam circa principia ipſa verum dicere.*

Quid ſit Sapientia?

Quid Scientia?

Dignitates, Maximæ, Axiomata.

Vocantur etiam Principia hæc, *Dignitates*, *Maximæ*, *Axiomata*. Et tanti fiunt; ut ipſiſſima negare religio ſit. Sed quot ſunt per ſe nota Principia? Quæ Axiomata, quæ debent neceſſariò concedi? Sanè libros integros Principiorum & Axiomatum lego, in quibus pauca approbo, multa reiicio, & vix aliquid teneo. Multa ſuppoſuerunt antiqui, quæ hodie examinata & reiecta. Impræſentiarum nil ſupponimus, niſi quod videmus ratione efficaci fulciri; nil aſſerimus, niſi poſſimus ingenioſè probare. Hanc ob rem in Principiorum delicatâ materiâ ignoranti permittitur Indias novas promittere, & evidentias copioſas nundinari: at Viris doctis parciùs agere indicitur; nam Veritates per ſe notæ ſunt paucæ, & multò pauciores, quàm credimus.

An Principia per ſe nota ſint multa?

DCCXLVI. PEtis rationem nominum: & inquiris, Cur hæc Principia per ſe nota *Dignitates*, *Maximæ* aut etiam *Axiomata* nominentur, vel *Dogmata*?

Dignitates.

Reſpondeo breviter, illa eſſe omnium Aſſertionum digniſſima, & ideò *Dignitates* vocari; unde in ſuo Dictionario Calepinus, *Eſt etiam Dignitas in ſermone, cùm ſcilicet oratio eſt gravis.* Et, ſi rem benè examines, nil eſt in oratione maioris ponderis, quàm Propoſitiones per ſe notæ.

Addo à Peripateticis præmiſſam primam *Maiorem*, ſecundam *Minorem* nominari: & quia inter Majores dantur certitudinis gradus, illas, quæ ſummum tenent, *Maximas* appellari.

Maximæ.

Subiungo Calepini verba. *AXIOMATA in plurium numero, Dialecticis dicuntur Diſciplinarum Principia & Propoſitiones quædam indemonſtrabiles, quæ in communi ſenſu verſantur, neque ullâ egent probatione, ſed per ipſas fidem faciunt; cuiuſmodi eſt illud [Quæ ſunt æqualia eidem,*

Axiomata. Vide Gelium libr. 16. c. 8.

eidem, inter ſe quoque æqualia eſſe, neceſſe eſt.] *Accipitur item AXIOMA pro oratione perfectâ, veri aut falſi ſignificativâ, quam Cicero Pronunciatum, Varro Profatum, & Proloquium appellat.* Quid nomen *Axioma* ſignificet, expoſui; rationem ſignificādi adjungo. Dico igitur, Principia dici à Græcis Ἀξιώματα, & à Latinis *Dignitates*, ob unam & eamdem rationem, illis enim Ἄξιος, unde Ἀξίωμα derivatur, eſt *dignus*.

Pronunciatum, Profatum & Proloquium.

Dogmata.

Et tandem ad *Dogmata* venio. Hoc gaudent nomine *uniuſcujuſque Secta decreta; quæ*, ut inquit Cicero, *prodere ſcelus eſt, non minùs quam patriam; ſine quibus nec Secta Philoſophorum, nec Religionum vires conſtare poſſunt.* unde Laertius ſectam illam non appellari, quæ dogmata non habet. Ergo ſtando huic acceptioni vocis, non quælibet Principia debent vocari *Dogmata*, ſed quæ fundamentalia & occulta; ſolent enim theſes propugnaturi, illas novis ignotiſve fundamentis fundare, quæ non produnt; ut argumentatores, qui aliis aut forte oppoſitis imbuti, cùm omnia ſe putant habere, nihil habeant. ALII Sectarum Dogmata ea dicunt; quæ prodi poſſint, ſed negari non poſſint: nam in re Philoſophicâ alia ſunt Dogmata Peripateticorum, alia Platonicorum; in Theologicâ, alia ſunt Thomiſtarum, alia Scotiſtarum, alia aliorum; & in Medicâ alia Hypocratis, alia Aſclepiadis, alia Paracelſi, & alia tandem Ioannis Marci. Sed hoc ſenſu Dogmata videntur non eſſe Theſes, ſed Hypotheſes.

An prodi debeant Concluſiones propugnandarum fundamenta?

Hæc de vocibus. Sed & quæſtio ferè nominalis illa eſt, quæ diſtinguit Principia per ſe nota ſecundum ſe à per ſe notis ſecundum nos; quia ſi benè loqui velîmus, quod nulli notum, ſecundum ſe notum non eſt: quoniam cognitio eſt relativa, & tam poteſt cognoſcente carere, quàm cognito.

Principia per ſe nota ſecundum nos.

ARTICULUS X.

De Poſitionibus primò falſis.

DCCXLVII. FVerunt aliqui, qui maluerunt ingenioſi videri, quàm veraces, & ideò in Scholas monſtra opinationum invexerunt, quas tam evidenter falſas credimus, ut dedignemur impugnare. Aliquas in medium producimus

Vide Harlenum in Artificio Logico cap. 13. & c. 23.

Primò enim ſententia illa Ariſtotelis, videlicet *Mundum fuiſſe ab æterno*, tam clarè Fidei & rationi repugnat; ut hodie ab omnibus exſibiletur. Fortè æquè abſurdo errore aſſeras Mundum fuiſſe ab æterno, ac eſſe potuiſſe; quoniam licèt de potentiâ nihil definiat Fides, illam proſcribit ratio ita efficax, ut exiſtimem ſolvi non poſſe. Tunc enim crediturus ſum rem creatam potuiſſe eſſe ab æterno, cùm rem annihilandam in æternùm duraturam credidero.

Falſitas eſt iam per ſe nota in hac aſſertione: Mundus fuit ab æterno. Motus potuit eſſe ab æterno.

Secundò *Plantas dormire*, quod aſſeruit Pythagoras, omni caret fundamento probabili. Nam ſi credidit illas Animâ ſenſibili irrationali præditas, non ſecùs ac univerſa bruta, poſſet impugnari difficiliùs: at ſi credidit eaſdem præditas Animâ rationali, incidit in errorem illum, quem S. Auguſtinus *Ruſticam impietatem* appellat.

Ruſtica impietas.

Subſtantia permanens potuit eſſe ab æterno. Plantæ dormiunt.

Tertiò, quia hæc duo nomina Μετεμψύχωσις, & Μετενσωμάτωσις celeberrima fuerunt apud Veteres, notandum eſt Pythagoræos in duas ſectas diviſos; alij enim opinabantur Animas defunctorum ad alia corpora humana redire: aliique majore errore ex humanis ad belluina, & contra, corpora traducebant. Illi igitur tranſmigrationem Animarum intra limites corporum humanorum exercitam, *Metempſychoſin* vocaverunt: iſti, quia laxiùs ſentiebant, *Metenſomatoſin*. Sic exponit vocabula Plato *libr. 10. de legib.* ſic & alii. Et quidem alterutra Animarum translatio ſtante Fide hæretica eſt, & præſcindendo à Fide improbabilis; non enim aliter argumentantur Pythagorici, quàm mero teſtimonio Pythagoræ, ac ſi in re tanti momenti & ponderis Αὐτὸς ἔφα, ſufficeret. Sed neque pro ſe habent ipſum Pythagoram: nam ipſe (fuerit aut non fuerit Ezechiel) reſurrectionem & παλιγγενεσίαν generis humani cognovit & tradidit; quam non benè percallentes diſcipuli, in abſurdas ſententias retorſerunt.

Tranſmigratio, & tranſcorporatio Animarum.

Ex corpore in corpus tranſit Anima.

Αὐτὸς ἔφα.

An Pythagoras fuerit Ezechiel.

DCCXLVIII. Tertiò, *Hominem, fluvio ſimilem, non eſſe ens permanens, ſed ſucceſſivum*, delirarunt aliqui cum Heraclite. Inferebant, ſicut aqua Tyberis, quæ fluit hodie, diſtinguitur realiter ab eâ, quæ fluxit heri; ſic ſubſtantiam realem & phyſicam, quæ in Polydoro eſt hodie, totam realiter diſtingui ab eâ, quæ in eodem fuit heri. Subinferebant Polydorum heſternum & hodier-

Homo eſt ſubſtantia ſucceſſiva. An homo heſternus realiter

diſtinguantur ab heſterno?

& hodiernum eſſe diſtinctos realiter, & ſolo nomine convenire, aut coincidere. Hinc tranſeuntes ad Ethicam conſequentiâ doctrinæ multa curioſè & ingenioſè deducebant, quæ eſſent omninò vera, ſi poſitum fundamentum conſtaret. I. Præſcriptionem non eſſe Beneficium Iuris, ſed neceſſitatem naturæ, eumque, qui mutuatur pecuniam, poſt diem (pono tempus determinatum pro indeterminato) ad reſtitutionem non teneri, eo quòd is qui fuerat, iam non eſſet. II. Neminem teneri ſolvere ſtipendia Miniſtris; & hoc, quia deſierat iam cui miniſtraverant, imò qui miniſtrarant. III. Neminem ob ſcelera puniri poſſe, qui enim heri Claudium occiderat, iam non erat; & qui hodie eſſet, cum alius eſſet, homicida non eſſet. Diducebant & alia, quæ eſſet perlongum recenſere.

An ſenex à ſe ipſo iuvene? — *An ſit naturalis præſcriptio?* — *An ſolvenda ſtipendia ſint famulis?* — *An puniendi ſint poſt?*

Quartò, *Deum eſſe colendum, honorandos Parentes*, negarunt aliqui, & alii in dubium reduxerunt. Et quidem illis aſſentiretur Heraclites; quia, ſi non ſum hodie, qui eram heri, ſi heri eram creatura vel filius; hodie neutrum ſum. Et ego huc perveniens aſſentior Ariſtoteli ſummâ prudentiæ laude pronuntianti, *eum, qui dubitat, An Deum colere, & Parentibus ſervire debeat, inſtructione non indigere, pænâ egere.* Ita ille libr. 1. Topic. cap. 9.

Deus non eſt colendus. Parentes honorandi non ſunt.

Quintò, *Nivem non eſſe albam*, Anaxagoras tenuit, qui tamen meritò fuit à coætaneis irriſus: & quod videatur mirabilius, etiam hîc Pragæ habemus Virum Theologum & Mathematicum, optimo ingenio præditum, qui nivem eſſe nigram affirmet, ſed albam per accidens videri; & dum ridetur, ad demonſtrationes opticas & geometricas provocat, illaſque debere audiri & examinari proclamat. Owenus lib. 1. Epigramm. 11.

Nix non eſt alba. — *Docet hîc Pragæ Theologus Vir tam in Mathematicis bene eruditus, qui etiam nunc imitatur Anaxagoram, & nivem videri quidem albã, at eſſe verè nigram contendit.*

Dixit Anaxagoras atram eſſe Nivem, gravis Author:
Hæc ætas multos vidit Anaxagoras.
Laudavit niveas Corvi Vulpecula pennas:
Hei mihi: quot Vulpes ſæcula noſtra ferunt.

An ſint multi Anaxagoræ in aulâ?

Hæc duo ultima paradoxa ventilabantur Ariſtotelis ævo, illaque ſincerus Philoſophus libr. 1. Topic. cap. 9. hâc cenſurâ perſtringit. *Qui dubitant, ait, Anne Nix ſit nigra vel alba, ſenſu indigent.*

An credendum ſit ſenſui?

Quintò, *Omnia eſſe nugas* ſentit, & ideò ridebat Democritus; *Omnia obrui infortuniis & miſeriis* putavit, & ideò lugebat Heraclitus. Owenus libr. 2. Epigramm. 46.

Omnia ſunt nugæ. Omnia ſunt infortunia.

Ille nihil niſi riſit, & iſte nihil niſi flevit;
Iſte ne ridendus, flendus an ille magis?

Sed cur plura? Pono calamum ne in infinitum hæc errorum enarratio procedat.

DCCXLIX. PRæter hæc, quæ enumeravi primò falſa Principia, multa alia obtinuêre in Scholis, quæ ſuis locis paulatim expungemus. Puto tamen nullius iniuriâ etiam hæc notiora certò falſis adſcribi poſſe.

Adduntur alia pauca primò falſa Principia, & primò in Phyſica.

I. *Elementa diſtinguuntur ſubſtantialibus formis.* II. *Sunt quatuor; Terra, Aqua, Aer, Ignis.* III. *Reperiuntur in Homine, qui ideò Microcoſmus vocatur.* IV. *Illis reſpondent in corpore cuiuſcumque Animalis quatuor diſtincti humores; Melancholicus, Phlegmaticus, Sanguineus & Cholericus.* V. *Salus & valetudo in horum humorum merâ proportione conſiſtit; & morbus in improportione.* VI. *Non datur Circulatio ſanguinis, &c.* Et aſcendendo ad Metaphyſica, condemno VII. *Omne quod eſt, quando eſt, neceſſe eſt eſſe.* VIII. *Omne Ens appetit ſuum eſſe.* IX. *Quæ ſunt eadem uni tertio, ſunt eadem inter ſe. Subſiſtentia, ſive res ſive modus ſit, ineſt naturæ; & alia multa.*

Etiam in Metaphyſica.

Quod ſi hæc ſemel dicantur Principia primò falſa, quid fiet de totâ Medicinâ Galenicâ? Puto experientias eſſe eaſdem apud Medicos omnes, & æquè Paracelſiſtas & Galenicos Ægro favere poſſe, modò cæcè procedant, & experientiæ uni credentes nihil deferant rationi & diſcurſui. Ideò Arabum Medicina à ſecuritate laudatur, quòd ab omni Philoſophiæ ſubtilitate aliena, ſimplicibus utatur tantummodò, quorum vires cognoſcit; & cur illas habeant, non diſcurrit. Nos herbas herbis, & liquores liquoribus miſcemus, remittimus, intendimus, attemperamus; & ſi noſtræ falſæ ſint hypotheſes, fruſtrà; quoniam in multis ingenioſè oberramus, & Natura ſtat æternæ legi, quæ noſtros errores non curat. Sed de hoc alibi uberiùs efficaciùſque.

Ægrotat Medicina Galeni. — *An Arabica ſit poſt ponenda?* — *An miſtiones ſpecierum in re Medica ſint toleranda?*

Puto igitur primò, Terram, Metalla, Lapides, Aquam, Aërem, Ignem, Æthera, Sydera (& ut verbo omnia comprehendam, univerſa corpora non vegetabilia) differre meris accidentibus, nec dari rationem capillo robuſtiorem, quæ differentiam ſubſtantialem perſuadeat. Id iam paulatim fatentur Viri docti, & ſi

Res inanimes formâ ſubſtantiali non differunt.

& ſi clamare non ſinantur, inſinuant. P. Caſparus Oderwolff. Viennæ in Auſtriâ anno 1647. Theſi 7. *Materia Ariſtotelica datur, ait, id tamen evidens non eſt evidentiâ naturali.* Et P. Balthaſar Conradus Olomucii anno 1641. Theſi XV. *Non improbabiliter negare poſſu ullam de facto materialem formam ſubſtantialem de novo produci.* Et Theſi XVIII. *Forma Cadavereitatis in morte primò producta nulla eſt.* Et jam victi rationibus eidem ſubſcribunt alii multi.

An detur materia prima.

An formæ materiales?

An forma poſitiva cadaveris?

Puto ſecundò, Terram, Aquam, Aërem, & Ignem eſſe ſublunaris Mundi partes; & ſi partes vocantur *Elementa*, eſſe etiam Elementa. Sed quia Homines, Bruta, & Plantæ pars Mundi ſunt, cur ipſa etiam non dicantur Elementa, non capio. Quòd ſi Elementa à proprietatibus Siccitatis & Humectatis, Frigoris & Caloris numeris; ſentio in omnibus corporibus inveniri omnes quatuor, nec dari purum Elementum in Mundo; adeòq; omnia eſſe corpora mixta, & Elementa vera eſſe Entia cogitata; quæ reperiuntur in libris Peripateticorum; non autem in rerum naturâ.

An dentur phyſica Elementa?

An elementum purum? An omnia corpora ſint mixta?

Puto tertiò, illos quatuor humores in Hominum & Brutorum pleriſque corporibus eſſe; at dari etiam alios ab his diverſos judico evidentiſſimum; & poſſe aliquem ex his aut imminui aut auferri ſine morbo & excidio Animalis.

An & Humores Medici dicant

DCCL. Puto quartò, etiam in figurâ, in integritate, quæ humores non ſunt; imò etiam in aliis humoribus præter enumeratos conſiſtere Animalis ſalutem, adeòque poſſe dari lethaliter ſaucium, qui humorum proportione non careat. Anne fulmen, aut naturaliter à nube, aut artificialiter à bellico tormento exploſum, humores tantum alterat, ut iſti proportione amiſsâ Animantem occidant? Non credo. Humorum alteratio indiget ſenſibili tempore, & tamen violentiâ fulminis, ſi ſenſum conſulas, inſtantanea eſt.

In quo ſita ſit ſalus & valetudo?

An mori aliquis poſſit, quem febrem habeat.

Puto tandem Circulationem ſanguinis, ſolùm ab his negari, qui non viderunt experientiam. Illâ ſemel admiſsâ, exiſtimo multa fore in Humanâ Phyſicâ neceſſariò mutandâ. Sed hæc notaviſſe ſufficiat. Interim amice Lector Joannem Helmontium Medicum Bruxellentem lege, & Joannem Marcum Primariom Medicum Pragenſem exſpecta. Ipſi enim ex profeſſo illas Medicas quæſtiones tractant, quas Ego ſolummodò tetigi: quòd ſi ipſi non ſemper, quod affirmant, perſuadeant, ut minimum oppoſitum eſſe incertum oſtendunt.

De Circulatione ſanguinis.

PETIS, *An iſtæ Propoſitiones primò falſæ, meritò nominentur Principia?* Reſpondeo, *Principia* ſine addito diminuente debere non dici, nam hoc nomen acceptione præſcriptâ pro primis veris veris debet poni: at poſſunt *Principia primò falſa* vocari, quoniam æquè juvamur cùm ſcimus unam propoſitionem eſſe certò veram, ac cùm ſcimus alteram eſſe certò falſam: contradictoriarum enim lex ſtatim ex unâ certò falsâ aliam certò veram educet.

De Principiorum nomine.

JUBES me tranſire ad illa Axiomata Metaphyſica, quæ præſcribo: ſunt enim in Scholis recepta, nec temerè rejici poſſunt.

Dico igitur non omnia eſſe neceſſariò, quando ſunt: contingentia enim, quando ſunt, ſunt contingenter: & libera; quando non ſunt, ſunt liberè. Ariſtotelem, ais, loqui ex hypotheſi quod ſint, & ideò dixiſſe ea neceſſariò eſſe. Et reſpondeo me in eâdem hypotheſi loqui, & Ariſtotelem erraſſe. Peto, An murus albus ex hypotheſi, quod albus ſit, ſit niger? negas: & meritò nam hypotheſes non tollunt, non vertunt, non evertunt eſſentias, ſed reduplicant. Ergo actus liber ex hypotheſi quòd ſit liber, non erit neceſſarius ſed liber: ergo non erit neceſſariò ſed liberè: erit tamen. Hallucinantur igitur Peripatetici, cùm infallibilitatis rem & nomen ignorant, & neceſſitatem in has hypotheſes & reduplicationes protrudunt.

An omne quod eſt, quando eſt, ſit neceſſariò.

An ſaltem ſit infallibiliter?

Fortè omnis forma materialis appetit ſuum non eſſe. Fortè ipſa rationalis anima, licèt immortalis, appetit non eſſe in corpore: non enim fruſtrà videntur à naturâ inſtituta alimenta, quibus foverentur viventia, ne perirent. Hanc doctrinam non urgeo, licèt aperiat viam claram & facilem ad multas quæſtiones obſcuras. Saltem calor in aquâ appetere non eſſe videtur: & notitiæ (quidquid eæ ſint) ſeneſcere, & per non uſum emori vel deperdi.

An omne Ens appetat eſſe.

Quid ſit oblivio?

Quæ ſunt eadem uni tertio, non ſemper ſunt eadem inter ſe. Petrus eſt homo, Paulus eſt homo, non tamen Paulus eſt Petrus: & in Divinis Pater eſt Deus, Filius eſt Deus; nec tamen Pater eſt Filius; nec Filius Pater. Scio Peripateticos conari his & aliis inſtantiis reſpondere, ſed irritos eorumdem conatus alibi calamo uberiore demonſtro: nunc tantùm capita Quæſtionum delibo.

DCCLI. *An ſemper quæ ſunt eadem uni tertio, ſint eadem inter ſe?*

Et tandem Subſiſtentia naturam ſubſtantialem ſuſtentat: non tamen ſuſtentatur ab illâ. Quid illa ſit (imò illam eſſe) à myſterio Incarnationis didicimus: in quo non humana natura ſuſtentat divinam hypoſtaſin, ſed hypoſtaſis humanam naturam. Alibi hanc materiam ex profeſſo pertracto; & exiſtimo me non jam probabiliter, ſed evidenter demonſtrare quod dico.

An ſubſiſtentia ſit modus vel forma naturæ?

SUFFICIAT hæc primò falſa aſſerta delegiſſe, & brevi commentario illuſtraſſe: ut nos daremus ſpecimen veræ doctrinæ, & Lector guſtare inciperet dulcem ſaporem veritatis.

ARTICULUS XI.

De Syllogiſmo Probabili.

DCCLII. *Differt à probabilitate comprobabilitas.* *Quid illa ſit*

TOpica Argumentatio eadem, quæ probabilis: & ſolet vulgò definiri, *quæ præmiſſis probabilibus conſtat*; putant enim Dialectici ex probabilibus probabiles conſequentias inferri. At Ego hîc aliquid obſervavi, & pronuntio; Argumentationem Topicam eam eſſe, *cujus nulla præmiſſa eſt evidenter falſa; ſed vel una certa & altera probabilis: vel omnes non ſolùm probabiles, ſed comprobabiles.*

An ex probabilibus ſequantur falſa?

MUltos Syllogiſmos reperio, quorum probabiles præmiſſæ ſunt, & conſequentiæ omninò falſæ. Sit

PRIMUS in materia Theologicâ, ut à ſublimioribus initium ſumam.

Omnis formalitas, quæ expreſsè concipitur, alterâ ne quidem confusè conceptâ, diſtinguitur realiter ab illa:
Eſſentia Divina concipitur expreſsè Paternitate non conceptâ:
Ergo diſtinguitur realiter ab illa.

An dentur præciſiones objectivæ?

Major eſt probabilis, admiſſa à Nominali Schola, cui hodiè ferè omnes Patres Societatis ſubſcribunt: Minor eſt etiam probabilis; eam enim tenent Thomiſtæ, Scotici, & quotquot præciſiones objectivas admittunt: & tamen Concluſio impia eſt.

SECUNDUS impientior, non jam Trinitatem Divinam, ſed ipſam impugnat Unitatem.

An Deus poſſit producere infinitum?

Ille quem colimus, non eſſet Deus, ſi infinitum producere non poſſet;
Atqui illud non poteſt producere:
Ergo non eſt Deus.

Probabilis eſt utraque præmiſſa, nec tamen conſequentia probabilis. Majorem admittunt omnes illi qui exiſtimant creati entis conceptui non repugnare infinitatem; adverſarii minorem: at conſequentiam neutri. Addatur

TERTIUS, cujus conſequentia in prima Philoſophiæ Principia impingat.

An materia prima habeat partes?

Materia prima præciſa à quantitate habet partes:
Materia prima præciſa à quantitate caret partibus:
Ergo aliquod carens partibus habet partes

Major extra D. Thomæ Scholam receptiſſima eſt; Minorem Peripatetici & Thomiſtæ extra omnem diſputationis aleam poni jubent; & tamen concluſio eſt impoſſibilis. Manet igitur Topicam aut Probabilem Argumentationem malè ab univerſis definiri. Sit igitur.

DCCLIII. *Quid ſit* Vera definitio, *Syllogiſmus probabilis ille eſt, cujus conſequentia eſt probabilis.* Ut ipſa probabilis ſit, non ſufficit præmiſſas probabiles eſſe, ut creditum hucuſque fuit, quoniam jam demonſtravimus ex merè probabilibus concluſionem impoſſibilem aut etiam hæreticam vel blaſphemam inferri. Probabilitatem conſequentia ebibere trifariam poteſt; nimirùm, aut à materiâ, aut à formâ, aut ab utrâque ſimul. *Syllogiſmus probabilis?*

Eſt triplex.

Syllogiſmus materialiter Topicus eſt, cujus altera vel utraque præmiſſa eſt comprobabilis, & forma evidens. At formaliter Topicus, cujus præmiſſæ ſunt per ſe notæ aut certæ, & forma concludendi probabilis. Et totaliter Topicus, cujus nec materia nec forma evidens eſt, ſed utraque eſt merè probabilis.

Probabilis & comprobabilis propoſitionis differentia.

Poſitionem probabilem à comprobabili neceſſariò diſtinguo; quoniam, ſi confundas, nunquam veritatem quæſitam adſequêris. Probabilis eſt, quæ ſeorſim ſumpta admitti ſolet, & hæc ipſa poteſt eſſe non-comprobabilis, ſi cum alterâ præmiſsâ componi non poteſt; in ultimo enim ſyllogiſmo, major ſeorſim ſumpta probabiliſſima eſt, & tamen eſt incomprobabilis, quoniam neganda eſt, ſi minor admittatur; & ſi ipſam admitti contingat, debebit minor neceſſariò negari. Tametſi enim plurimi prudenter admiſsâ majori minorem negent; & prudentiùs plures majori negatâ minorem præmiſſam admittant; nemo prudens utramque coadmittet, aut utramque poterit comprobare. Stat igitur dari poſitiones probabiles, quæ comprobabiles non ſint; major enim prædicti Syllogiſmi ſeorſim ſumpta probabilis eſt, at ex hypotheſi, quod minor vera ſit, non eſt vera, ſed falſa: minorque eodem modo ſuaderi poteſt ſeorſim, ſed ſupponendo majorem, non poterit. HINC patet clarè quâ ideâ dirigebar, cùm Concluſiones morales ex Commentario in Regulam Benedictinam deductas *Syntheſes* nominavi & inſcripſi, ipſæ enim meo & aliorum illuſtrium Virorum judicio comprobabiles ſunt, & probabiliter componi poſſunt. EX DICTIS conſtat, quî definiri debeat comprobabilis. Præmiſſam enim comprobabilem dico, quæ ex hypotheſi quòd altera ſit vera, adhuc probabiliter admitti poteſt; nimirùm cujus veritati alius veritas nec nocet, nec derogat, ſive ipſa probabilis ſive evidens, aut per ſe nota ſit.

Quid ſint Syntheſes?

ta ſit. Conſidera ſequentes Syllogiſmos.

An corpus humanum ſeparari materia [marginal note, partly illegible]

Omnis materia præciſa à quantitate habet entitativas partes:
Corpus humanum eſt materia:
Igitur corpus humanum præciſum à quantitate habet entitativas partes.

Conſequentia eſt legitima, minor evidens, & major comprobabilis, adeòque ipſamet Concluſio probabilis. Majoris comprobabilitas oſtendi poteſt, quia minoris veritas, quæ admittitur, non deſtruit majoris probabilitatem, major enim æquè probari poteſt cum minori compoſita, quàm ab eâdem abſtracta. Demus alterum, in quo utraque præmiſſa ſit comprobabilis.

An Sacramenta operentur phyſicè.

Omnia Sacramenta ſunt cauſæ phyſicæ;
Omnes cauſæ phyſicæ operantur prædeterminatæ phyſicè à Deo:
Ergo omnia Sacramenta operantur prædeterminata phyſicè à Deo.

Conſequentia eſt legitima & probabilis, orta ex comprobabilibus; major enim probabilis eſt, & ſolitariè aſſerta, & etiam minori ſuppoſitâ: minorque etiam eſt probabilis ſeu majorem admittas, ſeu neges. Alii enim utramque admittent, alii contrà. Et hæc ipſa de Syllogiſmo Topico materialiter.

DCCLIV. *An poſſit dari forma ſyllogiſmi, quæ ſit merè probabilis?*

Syllogiſmus Topicus formaliter ille erit, qui ex præmiſſis neceſſariis probabiliter ſolùm concluderet: ſi talis dari poſſet, topicus formaliter eſſet; An verò talis dari poſſit, inquiris. Et ſupponamus Ariſtotelem, Petrum Lombardum, (aut potiùs Petrum Abailardum, ſi & ipſe librum ſententiarum compoſuit) fuiſſe bonos Dialecticos, formaſque ab ipſis probatas ut minimum eſſe probabiles, dicendum eſt reperiri formas concludendi probabiles ab iis admiſſas, à reliquis verò negatas.

Author libri ſententiarum quis fuerit?

Ariſtoteles libro Poſteriorum primi cap. 6. argumentatur ſic.

Syllogiſmus AAA, in ſecunda figura.

Quæcumque ſunt per ſe, ſunt neceſſaria:
Quæcumque principia demonſtrativa ſunt neceſſaria:
Ergo quæcumque principia demonſtrativa ſunt per ſe.

An non eſt ſyllogiſmus in ſecunda figura, & tamen contra communes regulas, utramque habet præmiſſam adſerentem, & affirmativè concludit? in quo ipſe modo? Sanè nec in *Ceſare*, nec in *Cameſtres*, nec in *Feſtino*, nec in *Baroco*; ſed in innominato aliquo, quem omnes Dialectici rejicimus. Sed & alterum conſideremus. Petrus Lombardus libri ſententiarum primi quarto capite argumentatur ſic.

An ex negativis concluſio affirmativa deducatur?

Nullum Dei Donum maius eſt charitate:
Nullum Dei donum maius eſt Spiritu ſancto:
Ergo Spiritus ſanctus eſt charitas.

Ecce ex negativis aſſertivè concluditur contra communia Dialecticæ Facultatis præcepta. Et tamen benè concluditur, aut ſaltem verè, quia ipſomet Spiritu ſancto aſſerente, *Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Amandus Polanus Syntagmatis Logici libr. 2. pag. 546. *Nego conſequentiam*, ait, *quia ex utraque præmiſſâ omninò negante efficit affirmantem concluſionem, quod bonæ conſequentiæ regulis planè repugnat.* Ergo, ſi velis aliquid deferre Lombardo, aliquid reliquis, dum ipſe hanc formam adprobat, alii rejiciunt, poteris dicere eamdem ſaltem authenticâ & extrinſecâ præditam eſſe probabilitate: non enim demonſtrare poteris hanc concludendi formam eſſe malam. Nam in his ſyllogiſmis, qui præmiſſas conceſſerit, debebit concluſionem admittere.

I. *Nullus Scriptor dulcior eſt B. Bernardo;* — *Scriptor dulciſſimus.*
Nullus Scriptor dulcior eſt primo Abbate Claravallenſi:
Ergo primus Abbas Claravallenſis eſt B. Bernardus.

II. *Nullus Orator Cicerone eloquentior;* — *Rhetor eloquentiſſimus.*
Nullus Orator M. Tullio eloquentior:
Ergo M. Tullius eſt Cicero.

III. *Nemo eſt in tota Hiſpania maior Rege Catholico;* — *Monarcha maximus.*
Nemo eſt in tota Hiſpania maior Philippo IV.
Ergo Philippus IV. eſt Rex Catholicus.

Figura igitur hæc concludendi dicenda eſt ab intrinſeco demonſtrari; inſtantiæ enim poſitæ evidentes & claræ omnem videntur ambiguitatem excludere, at ab extrinſeco probabilis dicenda eſt, utpotè quæ à me & Lombardo admittitur, & ab Amando Polano negatur.

Syllogiſmum totaliter topicum diximus, cujus præmiſſæ comprobabiles ſunt, & forma concludendi probabilis. Talis non erit iſte. DCCLV.

Princeps potentiſſimus.

Nullus Princeps Rege Hiſpaniæ eſt potentior:
Nullus Princeps Magno Turcarum Imperatore eſt potentior:
Ergo Magnus Turcarum Imperator eſt Rex Hiſpaniæ.

Talis inquam non erit iſte; quoniam neutra præmiſſa eſt comprobabilis: qui enim majorem admittet, debebit omninò negare minorem; & qui admittet minorem, negabit neceſſariò majorem: quoniam tametſi aliquis utramque rejicere poſſit (nimirùm aſſerendo aut Sinenſium, aut Tartarorum, aut fortè Perſarum Regem, eſſe omnium potentiſſimum) nemo prudens poterit utramque admittere aut componere, quoniam latet inter præmiſſas clara incompoſſibilitas, è quâ incomprobabilitas naſcitur. At talis erit.

Nullus Imperio aptior potentiſſimo.
Nullus Imperio aptior ditiſſimo:
Ergo ditiſſimus eſt potentiſſimus.

An debeat eligi in Imperatorem potentiſſimus.

Forma concludendi eadem quæ priùs, adeòque authenticè probabilis: & præmiſſæ nec non ipſa concluſio probabilis. *Controvertitur* enim, an Imperator debeat eſſe potentiſſimus: nam ſi imperii defenſionem reſpicias aſ-

feres

ſeres; ſi tyrannidis periculum, negabis. Sanè melius reliquis, qui potentiſſimus, poterit ſubditos protegere; ſed ſi tyrannicè dominari contendat, nullus reſiſtentiam reperiet: Ergo incertum omninò eſt, An potentiſſimus ſit imperio aptiſſimus. *Controvertitur* etiam An ditiſſimus ſit imperio aptiſſimus? quoniam ditiores majori ſiti pauperum ſanguinem exſugunt, & majori prodigalitate è ſubditorum ſudore tributa deducta dilapidant: cùm tamen utiliores eſſe poſſent ſubditis, quia non egerent tributis, ſi eſſent ſuis divitiis contenti. *Controvertitur* tandem, An ditiſſimus ſit potentiſſimus? Vidimus enim Crœſos puſillanimes, & conſervando auro intentos negligentes honoris & gloriæ. *In hoc* igitur ſyllogiſmo, ſeu ad præmiſſas ſeu ad concluſionem, ſeu ad materiam, ſeu ad formam convertas oculos, univerſa occurrent probabilia.

An ſaltem ditiſſimus?

An ditiſſimi ſint potentiſſimi?

Interim ea, quæ de probabilitate formæ dicuntur, ſunto probabilia ab extrinſeco; quia ab intrinſeco ſemper dicam modum A A A in ſecunda figura, ſi altera præmiſſa convertibilis ſit, eſſe legitimum & bonum, quidquid clamitent Peripatetici.

Quando modus A A A, in ſecunda figura ſit bonus?

ARTICVLVS XII.

De Syllogiſmo Sophiſtico.

DCCLVI. *Nota ad bene.*

AT e negatam Poſitionem Antagoniſta intulit. Eam vides eſſe in novo Syllogiſmo ter iam, & quî debeas ictum vitare, inquiris? Et reſpondeo, aut te malè negaſſe, aut ſyllogiſmum, quem claudit illa, malum eſſe. Erit materialiter malus, ſi aliquam præmiſſam falſam ſub veræ ſpecie adſumat: erit malus formaliter, ſi vel non ſit in legitimo modo, vel laboret æquivoco, nimirùm, ſi aliquem terminum (ſinguli enim ponuntur bis) modò in una, modò in altera ſignificatione protrudat, & puto his paucis verbis te ſufficienter inſtruxiſſe, & omnia, quæ huc pertinent, uberâ brevitate explicaſſe.

Doctrina breviſſima & ſufficiens.

SUpereſt aliqua exempla proponere, ut clariùs innoteſcat hæc veritas.

DCCLVII. *Paronymia.*

I. *Prima Zodiaci conſtellatio eſt Aries:*
Aries eſt Animal:
Ergo prima conſtellatio eſt animal.

Syllogiſmus eſt malus; quia nomen *Aries* eſt æquivocum: & in majori ſumitur in unâ ſignificatione, & in minori in altera toto cœlo diverſa.

II. *Pratum ridet:*
Omne riſibile eſt homo.
Ergo pratum eſt homo.

Datur ſophiſma, quia verbum *ridere* in minori ponitur propriè & in majori metaphoricè.

Similitudo & proprietas.

III. *Quiſquis operam perdit, littus proſcindit aratro:*
Quiſquis arat littus binis bobus utitur: Ergo
Quiſquis operam perdit binis bobus utitur ipſe.

Latet fallacia; quia cùm dicitur in adagio, *Operam perdens arare littus*, urgetur ſimilitudo, non rei veritas: qui enim fruſtrà laborat, illi eſt ſimilis, qui littus arat. At in minori à ſimilitudine ad propriam acceptionem venitur.

Varietas caſus

IV. *Quod quis videt, illud videt:*
Sed illud quod Socrates videt eſt lapis:
Ergo Lapis videt.

Diſtinguo majorem, ſi vox *illud*, ſumatur in nominativo, illam nego: ſi in accuſativo, illam concedo: & aſſero conſequentiam debuiſſe eſſe hanc, *Ergo lapis eſt id, quod Socrates videt.*

Illatio mala bona ſimilis.

V. *Iſte canis eſt pater,*
Iſte canis eſt tuus,
Ergo iſte canis eſt pater tuus.

Et nego conſequentiam, quia deberet inferri, *Ergo aliquis qui eſt tuus, eſt pater.* Huic ſimilis eſt hic Syllogiſmus,

Homerus eſt cæcus:
Homerus eſt poeta:
Ergo Homerus eſt cæcus poeta.

Forma enim poſtulat ut inferatur, *Ergo aliquis cæcus eſt Poëta.*

Materiale & Formale

VI. *Quinque ſunt duo & tria:*
Duo & tria ſunt numerus par & impar:
Ergo quinque ſunt numerus par & impar

Et dico *quinque* ſi ſumantur formaliter eſſe quinarium, nec eſſe duo & tria, ſed unum numerū imparem. Ergo æquivocatio detegitur nam vox *quinque* in majori ſumitur materialiter, & in concluſione formaliter.

Suppoſitionum varietas.

VII. *Deus eſt ubique:*
Ubique eſt adverbium:
Ergo Deus eſt adverbium.

Deus eſt ubique;
Ubique eſt dictio triſyllaba;
Ergo Deus eſt dictio triſyllaba.

Se[...] grammatica.

Deus

Deus eſt ubique
At in voce ubique datur prius & poſterius, longius & brevius, majus & minus:
Ergo & in Deo.

Mutari dico illius vocis *ubique* ſuppoſitionem; & ideò poſitos ſyllogiſmos condemno.

VIII. *Poma ſunt mâla,*
Mala fugienda ſunt:
Ergo poma fugienda ſunt.

Quædam arbor eſt populus:
Populus adit eccleſiam:
Ergo quædam arbos adit eccleſiam.

In Martiale reperiuntur lepòres.
Lepores ſunt animantia ſylveſtres:
Ergo in Martiale reperiuntur animantes ſylveſtres.

Et dico in ſingulis ſyllogiſmis eſſe quatuor terminos; aliud enim ſignificant hæ voces, *Mala, Pòpulus, Lepòres*, aliud iſtæ, *Mala, Populus, Lepores.*

IX. *Quidquid invitè fit, coactè fit:*
At vinum in vite fit:
Ergo coactè fit

Et nota aliud eſſe *invitè*, aliudque *in vite*:

Diphthongi mutatio. X. *Qui curam habet æqui eſt jureconſultus*
Auriga habet curam equi
Ergo auriga eſt jure-conſultus:

Sed diphthongus inter *æquum* & *equum* diſtinguit.

Suppoſitionis mutatio. XI. *Homo eſt animal:*
Animal eſt genus:
Ergo homo eſt genus.

Secunda intentio Logica, Orthographica, Grammatica. *Homo eſt animal:*
Animal eſt triſyllabum:
Ergo homo eſt triſyllabum.

Homo eſt animal:
Animal eſt neutrius generis:
Ergo homo eſt neutrius generis.

Et omnes tres ſyllogiſmos condemno, quia *Animal* mutat ſuppoſitionem.
Non eſt opus aut Regulas aut Exempla multiplicare, omnes enim Elenchi, qui fieri aut fingi poſſunt, ad poſitus reduci debent.

QUÆSTIO INCIDENS.

DCCLVIII. *De quodam Syllogiſmo Sophiſtico.*

COgnovi & recognovi, & ſemper judicavi difficilem hunc ſyllogiſmum.

Omnis aſſerens gratiam juſtificantem eſſe qualitatem, eſt dicens verum:
Omnis docens gratiam juſtificantem eſſe albedinem, eſt aſſerens gratiam juſtificantem eſſe qualitatem:
Ergo omnis docens gratiam juſtificantem eſſe albedinem eſt dicens verum.

eſſe malum eſt omninò certum, ſed non ita clarus eſt ille defectus, quo inficitur.

Prima ſententia.

SAnderſonus *Inſtitutionum Dialecticarum* lib. 4. *cap.* 5. alterum ſimilem producit, & ad fallaciam conſequentis pertinere aſſerit: ait enim fraudem ſuboriri *ex conſequenti, quando putatur conſequens inferri ex antecedenti, cùm non inſertur*; *ut* *Non ſufficit damnare,*
I. Flavum eſt, ergo mel, quia mel eſt flavum. II. Homo *ſed debet*
eſt animal, & Equus eſt animal: ergo & Equus eſt ho- *Sanderſo-*
mo. III. Si fur eſt, nocte vagatur: ergo, ſi nocte va- *nus aequi-*
gatur eſt fur.. IV. Qui ait te eſſe animal, ait ve- *tatem da-*
rum, ſed qui ait te eſſe equum, ait te eſſe animal: ergo *mnationis*
qui ait te eſſe equum, ait verum. Igitur San- *oſtendere.*
derſonus exiſtimat in his omnibus diſcurſibus *Fortè hæc*
præmiſſas eſſe quidem veras, ſed formam con- *omnia ſunt*
cludendi malam: At ego, ſi ſingulos examino, *vera, ſi*
ſummam differentiam reperio: primus enim & *clariùs à*
ſecundus ex puris affirmativis & particularibus *Sanderſono*
concludit in ſecundâ figura; ibi video defectum *ponerentur*
clariſſimum in formâ. Tertius diſcurſus ſupponit univerſalem aſſerentem converti ſimpliciter, & etiam eſt dialecticus hic error. At quartus, cur non erit in *Barbara*? defectus eſſet deſignandus. Et quia vidi aliquos cavillari; omittatur ille, & ad formam à nobis ſuperiùs præmiſſam reducatur. Stat ergo à Sanderſono hunc Syllogiſmum malum dici, ſed non convinci.

Secunda ſententia.

PHiloſophiæ Profeſſores nonnulli à me con- DCCLIX.
ſulti reſponderunt, *Syllogiſmum iſtum vitiari* *Patrum*
defectu ſuppoſitionis medii termini: in minori enim *Franciſca-*
non ſupponit medius terminus pro ſubjecto de quo præ- *norum Hi-*
dicatur, quod neceſſarium eſt ad veritatem propoſitio- *bernorum*
nis: unde ſequitur propoſitionem eſſe falſam, nam *opinio.*
concluſio nunquam eſt vera ubi una præmiſſarum eſt falſa.

At ego, ut ab hoc ultimo incipiam dabo *Ex unâ*
millena exempla, in quibus concluſio ſit vera, *præmiſſa*
licet una præmiſſarum ſit falſa. Sed cur illa *verâ & al-*
proponerem ad perſuadendum rem tam cla- *terâ falsâ,*
ram? Non ſum tam Logicæ impos, ut velim de *& ex utra-*
hoc diſputare. *que etiam*

Venio ad medii termini ſuppoſitionem: & *falsâ ſequi*
dico hanc minorem, *Omnis docens gratiam juſtifi-* *poteſt con-*
cantem eſſe albedinem, eſt aſſerens gratiam juſtifican- *ſequentia*
tem eſſe qualitatem, eſſe veram, & medium ter- *vera.*
minum ſupponi pro ſubjecto; non enim aliàs poſſet verificari. Quod ſi contrarium adhuc putent, dent vel unum, qui doceat, etiam hæreticè (id non curatur, cùm rigor dialecticus quæritur) gratiam eſſe albedinem, & omnem albedinem eſſe qualitatem, & tamen non doceat gratiam eſſe qualitatem.

Vera ſententia.

SUppono cum Angelico Doctore, ejus diſci- *Notanda*
pulis, Suario, Comptono, & aliis has duas *circa pro-*
propoſitiones; *poſitionum*
reflexiones:

Petrus eſt animal rationale.
Verum eſt dicere, quod Petrus ſit animal rationale.

eſſe

eſſe æquipollentes. Do Comptoni verba; [Notandum eſt ex P. Suario *tom. 1. Met. diſp. 8. ſect. 5. num. 18.* omnem propoſitionem, dum in actu ſignato affirmat vel negat aliquid de objecto in actu exercito & implicitè de ſe ſtatuere veritatem, & affirmare ſe eſſe veram: unde propoſitio, quæ dicit *Petrus eſt homo*, implicitè dicit, *& hoc eſt verum*; vel, *& ego ſum vera*. Sicque, ut ait ſanctus Thomas, hæc propoſitio, *In veritate, Petrus diſputat*, nihil addit ſupra hanc, *Petrus diſputat*, & hæc, *Petrus eſt homo eſt vera propoſitio*, ſi ſumatur formaliter, nihil aliud dicit, quàm *Petrus eſt homo*.] ita ille *diſp. 6. Introduct. Logic. ſect. 9. num. 3. pag. 21.*

Omnis propoſitio dicit implicitè ſe veram eſſe.

Hac ego doctrinâ manuductus produco hunc ſyllogiſmum,

Omnis aſſerens gratiam iuſtificantem eſſe qualitatem, eſt dicens verum.

Omnis dicens gratiam iuſtificantem eſſe albedinem, eſt aſſerens illam eſſe qualitatem.

Ergo omnis dicens gratiam iuſtificantem eſſe albedinem, eſt dicens verum.

De propoſitionum harum æquipollentiâ.

æquipollere huic;

Gratia juſtificans eſt qualitas:
Albedo eſt qualitas:
Ergo gratia iuſtificans eſt albedo.

Hinc pater Sanderſono innotuiſſe veritatem, at eamdem illum ſubobſcurè explicuiſſe.

LOGICÆ VOCALIS

PARS IV. ETIAM DISCURSIVA.

De Syllogiſmorum Formalium Dialecticis Metamorphoſibus, quas ſummo ingenio invenit & illuſtravit Ariſtoteles, & *Figuras* vocavit.

DCCLX. *Qualis ante Ariſtotelem fuerit Dialectica?*

ANte Ariſtotelem præter Dialecticam Naturalem, quam liberalis Dei potentia univerſis indulſerat, & ſimpliciſſimam illam & naturaliſſimam argumentandi Methodum, quam Formalem vocavimus, & iam Parte III. expoſuimus, nihil erat. Ideò Ariſtoteles ingenio plenus cœpit ſpeculari & Platonicas Formas vertendo & convertendo. Metamorphoſes ſeu Figuras inſtituit, & novæ Dialecticæ Inventor, libros doctiſſimos ſcripſit, qui etiamnùm extant, & ſummo fructu in ſcholis traduntur. Sibi hanc laudem deberi Elenchorum ſecundò gloriabundus affirmat, & qualem repererit Logicam & qualem reliquerit, non ſine invidiâ & ambitione explicat hac periodo, aut ſuperbâ aut ſincerâ: Sic inquit: De Rhetoricâ quidem erant multa & antiqua dicta; de Syllogiſmis autem omninò nihil habuimus prius aliud quidquam, quod diceremus, quam mora perquirentes, multo tempore inſudavimus. Si autem videtur ex conſiderationibus noſtris (ut ex his quæ ſunt principio) hæc habere diſciplina ſufficienter ſupra alia negotia, quæ ex traditione inducta ſunt: reliquum erit omnium veſtrum, vel eorum, qui audierunt hoc opus, omiſſa quidem Artis, veniâ dignari, inventa autem multâ proſequi gratiâ. *Et quidem, ſi parum reputatur pro nihilo, quia de Syllogiſmis pauca eaque nondum benè digeſta apud Magiſtros ſuos invenit, nil invenit. Debetur igitur Ariſtoteli ſoli hæc quarta Dialectica pars, quam cura ſedulâ explicandam ſuſcipio.*

Parum pro nihilo reputatur.

ARTICULUS I.

De Figuris & Modis Ariſtotelicis.

DCCLXI. SYllogiſmorum Formas, quas Morphas Græcus vocat, curioſè & exactè tradidimus, & quò Dialecticæ Naturalis impetus propellat ingenium, oſtendimus. Illas ad ſex Modos reduximus, & hos ad ipſa breviſſima carmina.

Bammada, Camene, Dictati, Figmeno: nec non
Pone indirectos *Feſapor* atque *Feſiſor*.

Modi Syllogiſmorum naturaliſ.

iſti ſunt Syllogiſmi, quibus ante Ariſtotelem Orbis litterarius eſt uſus, qui tam con-

connaturales ſunt, ut ſuo pondere excidant quoties mens ſibi ipſi relinquitur, nec novis Peripateticorum legibus obligatur. Hos ipſos eximiâ ſubtilitatis gloriâ Ariſtoteles Stagirita transformavit: & quia fortè non omnes intelligunt, quid ſint Dialecticæ traosformationes, rem exemplo notiſſimo dilucidabo.

Ad Protêus literarios pertinent Anagrammata: & ad Platonis diſtinonem Analexis.

Eſt Anagramma ordinis, quem in dictione teoeor literæ, ioverſio: ut ſi dixeris ROMA, & huius vocis loco ab aliquo ponatur MARO, vox quæ eaſdem complectitur litteras, ſed ordine diverſo poſitas. Vt ludit in litteris Aoagramma, ſie in integris vocibus Analexis, quæ ex hoc carmine *Anagramma quid ſit*

Magnus Ariſtoteles ſcripſit nova plurima pulchrè.

poterit conformare ſequentia;

Scripſit Ariſtoteles Magnus nova plurima pulchrè. *Analexis.*

Scripſit Ariſtoteles pulchrè nova plurima Magnus.

Scripſit Ariſtoteles nova Magnus plurima pulchrè.

& alia multa, quæ ex merâ vocum mutatione naſcuntur.

Hâc notitiâ præventi, facillimè explicare poterimus, quid ſint Peripateticæ Metamorphoſes, ſunt enim mera terminorum & præmiſſarum anagrammata. Vel lineas ſubſequentes conſidera. Dixerant Antiquiores v. g. *Quid ſit transformatio Dialectica*

A animal. H homo. V. vivens. —eſt.

H—A. A—V. Ergo H—V. *Forma Platonica.*

Hoc eſt, *Homo eſt animal; Animal eſt vivens: ergo homo eſt vivens.* Et Ariſtoteles retinet conſequentiam; & ut eam inferat format priorum litterarum (ſeu terminorum) Anagrammata; videlicet,

Figura Ariſtotelica.

Prima: A—V. H—A. ergo H—V.
Secunda: V—A. H—A. ergo H—V.
Tertia: A—V. A—H. ergo H—V.

Vel ſi loco litterarum placeat dictiones ponere, Primum Anagramma eſt, *Animal eſt vivens: Homa eſt animal: Ergo homa eſt vivens.* Secundum, *Vivens eſt animal; Homa eſt animal; Erga homo eſt vivens.* Tertium, *Animal eſt vivens; Animal eſt homo: Ergo homo eſt vivens.* Hæ ſunt tria Anagrammata ſeu Analexes, quas geoeroſo auſu, & eveotu fælici invenit Ariſtoteles, & voeavit *Figuras*.

Quàm neceſſarium ſit fundamenta radicitus noſſe.

Fortè non indigent majore luce Dialecticæ Metamorphoſes, ſed quia maximè neceſſarium eſt penetraſſe Scieotiarum fundamenta, ut Ariſtotelis Dialecticam altiùs percalleas, eandem veritatem paradigmate oovo dilucido. Illud attentè mediteris.

Numeri deſignant, quo loco & ordine ſingula dictio nes legendæ ſunt.

FORMA	*Homo*	*eſt*	*animal:*	*Animal*	*eſt*	*vivens.*	*Ergo homo eſt vivens.*
Figura I.	4	5	6.	1	2	3.	*Ergo homo eſt vivens.*
Figura II.	4	5	6.	3	2	1.	*Ergo homo eſt vivens.*
Figura III.	6	5	4,	1	2	3.	*Ergo homo eſt vivens.*

Conſequentia ſemper eſt eadem; & prima linea continet Syllogiſmum in formâ: hoc eſt, connaturalem illam conficiendi Syllogiſmos formam, quâ uſus eſt Plato ioterdum, & Philoſophi veteres. Cæteræ lioeæ ob oculos ponunt tres Figuras Ariſtotelicas, quæ ſunt quaſi terminorum formalium Anagrammata, aut ſi loqui ſic velis, Analexes; nam debent voces ſingulæ eo legi ordioe, quem numeri ſubſcripti præ ſe ferunt.

Hæc eſt idea totius Dialecticæ, quæ ad Ariſtotelis mentem hodie in Scholis tradunt Peripatetici, & pulchris Commentariis exornaot. hæc eſt, quam totâ iſtâ quartâ Logicæ Parte explicandam ſuſcipio; quam etiam oovis inventis & modis exornabo & ditabo.

DCCLXII *Quid ſit ſyllogiſmus*

COmplutenſes in Logicæ libr. 3. c. 3. definiunt ſyllogiſmum *Eſſe orationem, in quâ quibuſdam poſitis aliud quiddam diverſum ab his quæ poſita ſunt, neceſſariò accidit eò quòd hæc ſunt.* Sed hæc definitio ſuſtineri non poteſt, quia peccat contra bonæ definitionis leges, *Complutenſes rejecti.*

leges. *Primò*, ſyllogiſmos mentales (ut ſcriptos omittam, qui fortè orationes nō ſunt) non cōprehendit: non enim mente ſed linguâ orationes proferimus. Quæ ratio, tametſi urgere non poſſit Nominales, Compluténſes omninò attetit; ipſi enim non dicunt obiectum Dialecticæ eſſe voces, ſed Ens rationis conceptibus attemperatum. *Secundò*, convenit omnibus argumentationibus vocalibus; quia in Inductione, Enthymemate, & reliquis arguedi formis, ex quibuſdā poſitis aliquid aliud neceſſariò ſequitur. Nec Compluténſibus favet Ariſtoteles, 1. *Prior. c.* 1. cuius formalia illa verba ſunt; quia Ariſtoteles non tradit definitionem eſſentialem, aliàs enim dicendus eſſet miſerè oberraviſſe. Iniurius huic Philoſopho eſt, qui credit eius verba definitiva ſemper eſſe: cùm dixit *Hominem eſſe albū*, verum dixit, non tamen hominem definivit; ſufficit igitur illa verba, quæ ex 1. *Prior c.* 1. adſumunt, eſſe vera, licèt non contineant quiditativam aliquam definitionem; vel ſi continere dicantur, ſicut Compluténſes diximus, ſic etiam Ariſtotelem erraviſſe dicemus.

Quid ſit obiectum Logicæ

An Ariſtoteles ſemper definiat?

Correctis igitur his duabus circumſtantiis, manet hæc vera & genuina ſyllogiſmi definitio. *Syllogiſmus eſt argumentatio ex duabus præmiſſis, quæ conſtent tribus tantùm terminis conclaſionem neceſſariam aut ſaltem infallibilem inferens.* Hinc patet, nec pluribus nec paucioribus, quàm tribus propoſitionibus ſyllogiſmum conſtitui, nec poſſe habere niſi tres terminos; quorum unus, qui bis ponitur in præmiſſis vocatur *Medium*; ille qui medium in majori concomitatur, vocatur *Maior-extremitas*; alter, qui id concomitatur in minori *Minor-extremitas*. In conſequentiâ Medium non habet locum; hæc enim ex utraque extremitate coaleſcit. Pono exemplum:

Syllogiſmi definitio.

Medium; Maior extremitas; Minor extremitas.

Omnis homo eſt animal:
Omne animal eſt ſenſibile:
Ergo omnis homo eſt ſenſibilis:

Syllogiſmus perfectiſſimus eſt, & omniū Princeps, in quo reperis tres propoſitiones, quarū ultima neceſſariò infertur ex præmiſſis: ſolùm reperiuntur tres termini, *Homo, Animal* & *Senſibile*: ex quibus *Animal* Medium eſt, quia reperitur bis in præmiſſis (nempè ſemel in maiore, & iterùm in minore) & non reperitur in conſequentiâ. Maior extremitas eſt *homo*, quia in majori concomitatur Medium; minor extremitas eſt *ſenſibile*, quia concomitatur Medium in minori. Tandem conſequentia illa, *Ergo omnis homo eſt ſenſibilis*, legitima eſt, quia conſtat utrâque extremitate.

De Figuris Syllogiſmorum.

DCCLXIII Medium trifariam poteſt poni. Nam vel ſubiicitur in utrâque præmiſſâ; vel prædicatur in utrâque, vel in unâ ſubiicitur, in aliâ prædicatur. Hinc naſcuntur tres Figuræ ſyllogiſmorum, quas Ariſtoteles *1. Prior. 1.* hiſce verbis coordinat. *Medium in primâ Figurâ eſt poſitione medium: in ſecundâ eſt principale* (hoc eſt prædicatum.) *in tertiâ magis principale* (hoc eſt ſubiectum.)

Medii diſpoſitio triplex eſt.

De Syllogiſmo Univerſali, Particulari & Mixto.

Hæc tria Syllogiſmorum genera voluimus in unum coniungere, ne à vulgatâ methodo diſcederemus ſine cauſâ. Univerſalem dico, qui Univerſalibus componitur: Particularem, qui Particularibus; Mixtum, qui utriſque.

Si combinationes poſſibiles duarum præmiſſarum placeat accuratiùs inquirere, reperiemus in quâcumque Figurâ dari quatuor Univerſales, quatuor Particulares, & octo Mixtas. videlicet:

Univerſales.	AA. AE. EA. EE.
Particulares.	II. IO. OI. OO.
Mixtæ.	AI AO. EI. EO.
	IA. OA. IE. OE.

Modi poſſibiles.

E quibus, ſi quatuor illas combinationes auferas, in quib⁹ præmiſſæ negativæ occurrunt (videlicet, EE, EO, OE, OO.) remanebunt duodecim in quâcumque Figurâ.

à puris negativis nil infertur.

De Modis.

DCCLXIV In quâcumque figurâ modi diverſi ſunt: quia ſtante eâdem medii diſpoſitione, adhuc poteſt eſſe varietas in affirmatione & negatione (puta, ſi utraque præmiſſa iubeatur eſſe affirmativa; & ſi altera tantùm, ſi maior & non minor; aut etiam ſi minor & non major) & poteſt etiam eſſe in quantitate (puta ſi utraque præmiſſa debeat eſſe univerſalis, particularis, &c. vel tantùm altera.)

Unde naſcantur Modi in eâdem figurâ.

De Syllogiſmorum generibus.

Multa ſunt, & minùs hucùſque etiam nota, Summo illa ſtudio è Magnorum Hominum ſcriptis eruimus, dilucidavimus, firmavimus: & ut vides tanta Inventionis ubertate & fælicitate, ut ſi noſtra ſcripta cùm hucùſq; vulgatis conferas, neceſſariò dicturus ſis hanc fortiſſimam ſcientiā noſtris ſpeculationibus ſummoperè promoveri & juvari. Multa omiſimus etiam, ne in immenſum Inſtitutio ipſa excreſceret, quam eſſe breviſſimam deſiderabamus. Præcipua verò ſyllogiſmorum genera, quæ à nobis tradenda & exponenda ſunt, ſynopſi illâ, quam ſuperiùs poſuimus, deſignantur.

Sinceritati interdum licet dicere veritatem.

De Formâ Figuriſque ſyllogiſmorum.

DCCLXV. Poſitis eiſdem præmiſſis, quatuor modis poteſt Concluſio inferri. In quocumque enim ſyllogiſmo concludi poterit, I. directè univerſaliter, II. directè particulariter; III. indirectè-univerſaliter, & IV. indirectè-particulariter. Concluditur univerſaliter ſyllogiſmus, cū conſequētia elicitur univerſalis: particulariter, cùm particularis. Dicitur concludere directè, cùm vel extremitates retinent eadem loca in concluſione quoad ſubiectionem & Prædicationem, quæ in præmiſſis, (& hoc tātummodò obſervari poteſt in Forma Platonicâ, & primâ Figurâ Ariſtotelicâ, in quibus altera extremitas

Quid ſit in ſyllogiſmis forma & quotuplex?

Conſequentia directa & indirecta.

mitas ſubiicitur, altera prædicatur; non in Figurâ ſecundâ, in quâ utraque extremitas in præmiſſis ſubiicitur: non in tertiâ, in quâ utraque extremitas in eiſdem præmiſſis prædicatur.) Ergo in duabus ultimis figuris tunc dicitur directè concludi, cùm major extremitas in concluſione prædicatur. Conſidera ſequentes ſyllogiſmos.

Prima Figura Platonica, & prima Ariſtotelica eaſdem conſequentias pariunt.

PLATONICE	ARISTOTELICE
Omnis homo eſt riſibilis.	*Omne riſibile eſt rationale.*
Omne riſibile eſt rationale.	*Omnis homo eſt riſibilis.*

I. *Ergo omnis homo eſt rationalis.* } Dir.
II. *Ergo aliquis homo eſt rationalis.*
III. *Ergo omne rationale eſt homo.* } Ind.
IV. *Ergo aliquod rationale eſt homo.*

Prima & tertia conſequentia univerſaliter cõcluditur; particulariter ſecunda & quarta. Directè prima & ſecunda; quia homo qui fuerat in præmiſſis ſubiectum, etiam in concloſione ſubiicitur; & prædicatur rationale, quod in præmiſſis fuerat prædicatum. Tertia & quarta indirectè concluditur, quia ſubiicitur extremitas quæ prædicabatur in præmiſſis, & quæ ſubiiciebatur, prædicatur. Subiungamus ſyllogiſmum alterum (nempè in ſecundâ & tertiâ Figurâ) majoris claritatis gratiâ.

Eadem ſæpè conſequentia oriuntur in ſecundâ & in tertia Figurâ.

IN SECUNDA	IN TERTIA.
Omnis homo eſt admirativus;	*Omne admirativum eſt homo.*
Omne riſibile eſt admirativum.	*Omne admirativum eſt riſibile.*

I. *Ergo omne riſibile eſt homo.* } Dir.
II. *Ergo aliquod riſibile eſt homo.*
III. *Ergo omnis homo eſt riſibilis.* } Ind.
IV. *Ergo aliquis homo eſt riſibilis.*

Duæ illationes priores ſunt directæ, quia in illis prædicatur major extremitas & ſubiicitur minor: duæ poſteriores, quia in eis è contrario minor de maiori dicitur, indirectæ.

De Materia.

Syllogiſmi materia eadem quæ propoſitionum, nempè, *Neceſſaria*, *Convertibilis* (& hæc *Propriam* & *Differentialem* complectitur) nec nõ *Contingens*. Singulas iam ſuperiùs expoſui. Syllogiſmi, qui dicuntur fieri in materiâ convertibili, poſtulant, ut aliquando omnes præmiſſæ affirmativæ ſint convertibiles; ſufficit etiam interdum, quòd vel una propoſitio ſit in materiâ neceſſariâ, ut ſyllogiſmus dicatur neceſſarius; aut una in contingenti, ut dicatur contingens.

Propoſitio tantùm eſt in unâ materiâ; at ſyllogiſmus in duplici aut etiam in triplici eſſe poteſt.

ARTICVLVS II.

De Modorum denominatione.

DCCLXVII. IN materiâ Prædicabilis primi & ſecundi conſequentiæ nonnullæ, pluresque in tertii & quarti obtinere videmus, quàm in quinti: hanc obrem Ariſtoteles Modos Dialecticos quinto Prædicabili (hoc eſt, materiæ contingenti) cooptavit, ut in cæteris ſecuriſſimè procedere poſſet. Reperio has arguendi formas:

In materiâ contingenti ſeverior methodus eſt obſervanda.

Adduntur aliqui Modi: aliqui reiiciuntur rationum dubiarum infirmis.

FORMA. { *Bammada*, *Caméne*, *Dimágni*, *Figmeno*: nec non
Pone indirectos *Feſápor*, atque *Feſiſor*.

illaſque in ſequentes Figuras transformavit.

Figura I. { *Barbara*, *Celarent*, *Darÿ*, *Ferio*: hiſque reflexos
Addere debebis *Fapeſmor*: atque *Fiſeſmor*.

Figura II. { *Caſare*, *Feſtino*, *Dacoro*. aut *Barocco*, *Cameſtres*.
Atque indirecti, *Frimèſor* atque *Domácor*.

Figura III. { Tertia ſubſequitur. *Datiſi* cui iunge *Darapti*,
Felapton, *Diſamis* *Dócamo* aut *Boccardo*, *Feriſon*.
Fapelmor refluit, *Fiſmeror* atque *Dacoccor*.

Figuræ iſtæ *Ariſtotelis* ſunt, Modi non omnes; ſingulis enim indirectos addidimus, quod nec *Ariſtoteles* fecerat, nec hucuſque correxerant Peripatetici. *Modi indirecti.*

Voces omnes ſunt triſyllabæ; & ipſis prima vocalis ſignificat maiorem, ſecunda minorem, & concluſionem tertia. Modi, qui deſinunt in OR ſunt indirecti, & omnes reliqui directi. Valor litterarum A, E, I, O, qui ſemper [illegible] egimus enim illo diſtico, *ſignificatio literarum.*

Aſſerit A, negat E; ſed univerſaliter amba.
Aſſerit I, negat O: ſed particulariter amba,

Exempla ſunt obvia, & facilia, & quæ ſtudioſus poterit ſtando præmiſſis carminibus exactè & ſecurè imitari.

DCC-LXVIII.

LEgit hæc Carmina, & in ipſis Modorum Syllogiſticorũ nomina quidsm Cenſorius Cato, & ſibi demõſtrari voluit mulros Modos, qui omninò poſſibiles erant, meritò excluſos. At Ego diſcipulos volo illis carminibus eſſe contentos, eis enim ſufficit eertitudo & ſecuritas; at quia Magiſtri & Profeſſores debent rem ipſam radicitùs ſcite, eoſdem motor, oroque ut mecum ſeqoentia digoentur diſcutere; Sedecim Modos in ſingulis figuris eſſe poſſibiles aſſerui; & nuoe pleroſq; fore inutiles dico, & in materia contingenti pauciſſimos eſſe efficaees. Omnes ſubſeribo, & efficaees ab inefficacibus charactere diſtioguo; illos indigitando maiuſeulo, iſto parvo. Paradigma propooo.

Platonis Forma.

Nomina correſpondent Modis utilibus, qui ſcripti maiori charactere: Modi inutiles non habent nomina.

AA,	AE,	ai,	ao.	*Bammada, Camene.*
EA,	ee,	EI,	eo.	*Feſmapor, Feſiſor.*
IA,	IE,	ii,	io.	*Dimagni, Firmeo.*
oa,	oe,	oi,	oo.	

Prima Ariſtotelis Figura.

AA,	AE,	AI,	ao.	*Barbara, Fapeſmor, Darij.*
EA,	ee,	EI,	eo.	*Celaren, Ferio.*
ia,	IE,	ii,	io.	*Fiſeſmor.*
oa;	oe,	oi,	oo.	

Secunda Figura.

aa,	AE,	ai,	AO.	*Cameſtre, Dactoro, vel Barocco.*
EA,	ee,	EI,	eo.	*Ceſare, Feſtino.*
ia,	IE,	ii,	io.	*Frimeſor.*
OA,	oe,	oi,	oo.	*Doccamor.*

Tertia Figura.

AA,	AE,	AI,	AO.	*Darapti, Fapelmor, Datiſi, Dacoccor,*
EA,	ee;	EI,	eo.	*Felapton, Feriſon.*
IA,	IE,	ii,	io.	*Diſami, Fiſmeror.*
OA,	oe,	oi,	oo.	*Doctamco, vel Boccardo.*

Modorum numerus.

ECce hîc habetis ob oculos omnes modos poſſibiles, & in ipſis electos diſcretos à reprobis: ſoot voestri in judicium Modi 64. damnati ſunt 38, electi 26: ut vel hîc etiam ſit verũ, quod mulei ſunt vocati, pauci verò electi. Et quia Modus oullus eſt electus damnatus ve ante præviſa merita, de diſeretione Modorum debebo ubetiùs diſputare.

De Modis alteratis, expunctis, additis.

DCCLXIX.

MUtavimus, delevimus, addidimus In Dialecticâ Ariſtotelis; noo enim ejus ita venetamur ingenium, ut ejus etiam, aut Peripateticorum errores & exorbitantias ſuſpiciamus.

Fapeſmo. Fiſeſomorum.

Mutavimus nomen *Fapeſmo* in *Fapeſmor*; & *Fiſeſomorum* in *Fiſeſmor*; quia oobis omnes Modi ſunt triſyllabi, & indirecti deſinere iubentur in OR, ut à directis diſtinguantur. Noluimus alterare iſta nomioa *Barocco* & *Boccardo*: interim qoia debebaot incipere à D, ut noſtræ reductioni ſervirent, illis adiunximus ſecundaria vocabula, diximoſque io ſecundâ Figurâ, *Dacoro* aut *Baroco*: & in tertiâ *Domacor* aut *Bocardo*: ut unoſquiſque utatur nominibus antiquis aut novis, pront voluerit.

Baroco. Bocardo.

Baralipti. Celantes. Dabitis.

Expunximus Modos *Baralipton, Celantes, Dabitis*: quoniam ad conſequentias ſecundarias hi pertinent: quam ob rem, ſi Modos ſecundarios deberemos ſpecialibus nominibus indigitare, valdè diminutè proceſſit Ariſtoteles, & tota Peripateticorum Schola, hos enim Modos recenſere debetet.

Modorum caſus ſeu conſequentia ſecundaria.

Barbara.	*Barbars, Barbarir, vel Baralipton.*
Celarent.	*Celaro, Celarer, vel Celantes, Celaror.*
Darij.	*Datiir vel Dabitis.*
Ceſare.	*Ceſaro, Ceſarer, Ceſaror.*
Cameſtres.	*Cameſtro, Cameſtrer, Cameſtror.*
Darapti.	*Daraptir.*
Diſamis.	*Diſamir.*
Datiſi.	*Datiſir.*

Ubi vides eos omnes Modos, qoos charactere curſivo ſcripſi, eſſe ſecundarios, & ex ipſis tres tantùm notos fuiſſe Peripateticis; cæteros à nobis additos ex hoc carmine.

Oſterile eſt: *das* A millir: E conferor: I vir. cuius ſenſus eſt iſte. Modi finiti io O (hoc eſt, in particularem negativam) ſuot ſteriles,

& Modos

& Modos ſecundarios non pariunt. Finiti in A, (univerſalem affirmativam) pariunt *millir*, duos videlicet ſecundarios Modos, quorum præmiſſæ ſint eædem, ſed conſequentiæ particulares: directa in altero, in altero verò indirecta. *Barbara*, profert enim *Barbari*, & *Barbarir*. Finiti in E, (univerſalem negativam) generant *conferor*, tres videlicet Modos, qui præmiſſas genitoris retineant, & tamen unus inferat particularem negativam directam, alius univerſalem negativam indirectam; ultimus particularem negativam indirectam: *Celarent* gignit enim *Celaro*, *Celarer*, & *Celaror*. Et tandem deſinentes in I, (particularem affirmantem) producunt, *Vir*, nimirùm Modum qui præmiſſas retineat, & inferat particularem affirmativam indirectam.

Millir.

Conferor.

Vir.

Modis Peripateticis tanquam baſin & verum fundamentum præpone.

Bammada. *Bammadi*, *Bammador*.
Camene. *Cameno*, *Camener*, *Camenor*.
Dictati. *Dictatir*.

& habebis omnes formales figurales Modos, & ab illis exorientes ſubmodos.

An in omnibus figuris ſint indirecti?

Cognoſcunt Peripatetici Modos indirectos in primâ figurâ (licet non benè eos à Modis ſecundariis diſtinguant) cur non in ſecundâ & in tertiâ? Nos in ſecunda poſuimus *Frimeſor* atque *Domaccor*: & in tertiâ *Fapelmor*, *Fiſmeſor*, & *Dacoccor*, qui ſunt ſecuti & efficaces.

De Legibus Syllogiſmorum.

DCCLXX *An leges Logicæ ab arbitrio dependeãt.*

SYllogiſmus artefactum eſt Logicum, & legibus latis à naturâ & neceſſitate ſubiectus: non enim arbitrio relinquitur, quod aliter ſe habere non poteſt. Regulas varias ex Ariſtotele & aliis antiquis collegit ſtudium & obſervatio Recentiorum. Illas recognoſco accuratè; & quia in ipſis nonnulla deficere, & nonnulla ſuperfluere video, has ego, & propono, & demonſtro.

In omni Figurâ.

Inutiles modos conſervis ſyllogiſmos tribus negativis compoſitos, qui tamen non temerent hanc Regulam.

PRIMA REGULA. *Ex puris negativis nihil ſequitur.* Hanc cõcipiens EE, EO, OE, OO; proſcripſi: nam ratio, quæ hos modos eliminat, naſcitur ex extremorum connexione (quia cõſequentia cohærentiã Medii cũ aliquâ extremitate poſtulat) quæ in puris negativis reperiri non poteſt.

Concluſio ſequitur debiliorem partem.

REGULA II. *Si aliqua præmiſſa fuerit negativa, concluſio non poteſt affirmare.* Hæc naſcitur ex altâ generaliore lege: videlicet, *Concluſio ſequitur debiliorem partem.* Ergo, ſi altera præmiſſa fuerit univerſalis & altera particularis, concluſio erit particularis: & ſi altera negativa & altera affirmativa, concluſio erit negativa.

An ex particularibus poſſit univerſalis conſequentia deduci?

REGULA III. *Si aliqua præmiſſa fuerit particularis & materia convertibilis aut neceſſaria, inferri poterit concluſio univerſalis: ſecùs ſi materia fuerit accidentalis aut contingens.* Probatur; quia ſi Petrus quidditativè eſt animal & propriè riſibilis, debet concedi omnem hominem eſſe animal & riſibilem; quia ſi vel unus non eſſet animal, ratio animalis non competeret Petro quidditativè; & ſi quis careret riſibilitate, jam hæc non competeret Petro propriè, quia proprietas quarto modo (de hâc enim ſolâ agimus) debet convenire omni homini, ſoli & ſemper. Semper igitur admittendæ ſunt hæ conſequentiæ: *Petrus quidditativè eſt vivens: Ergo omnis homo eſt vivens; Paulus differentialiter eſt rationalis; Ergo omnis homo eſt rationalis.* Hæ autem, *Antonius eſt albus; Ergo omnis homo eſt albus. Gregorius eſt doctus: Ergo omnis homo eſt doctus*, ſunt omninò negandæ.

REGULA IV. *Ex puris particularibus in materiâ cõvertibili aut neceſſariâ, idem quod ex univerſalibus. In materiâ autem cõtingenti nihil ſequitur.* Prima pars patet ex dictis; quia ſi materia ſit aut propria aut neceſſaria, particulares poſitiones æquivalent univerſalibus.

Comparantur materiæ.

REGULA V. *Conſequẽtia, quæ in materiâ contingẽti eſt efficax, in omni materiâ erit efficax; nõ verò è contra. Item, quæ in materiâ neceſſariâ fuerit inutilis, in propriâ inutilis eſſe non poterit.* Corollarium; *quæ in materiâ neceſſariâ ſit mala & inutilis, non poterit prodeſſe in contingenti.* Omnia patent, quia majorem connexionem habent extremitates cũ medio in materiâ propriâ quàm in neceſſariâ, majorem in neceſſariâ quàm in contingenti.

REGULA VI. *In materiâ convertibili quomodocumque diſponantur præmiſſæ* (nempè in quocumque modo cujuſcumque figuræ) *ſemper inferuntur quatuor conſequentiæ legitimæ & veræ.*

Pro Platonis ſeu Galeni Formâ.

PRæter Regulas ſuprà poſitas quæ communes ſunt omni Figuræ, opus eſt nonnullas ſubiungere ſpeciales: & ſiquidem incepimus regulas ſtatuere, has pro ſyllogiſmis Platonicis primo loco ponemus. DCCLXXI.

De tertiâ conſequentiâ.

REGULA VII. *Si concludatur affirmativè, tertia conſequentia ſemper eſt inutilis in materiis neceſſariâ & contingenti, & utilis ſolùm in convertibili.*

REGULA VIII. *Si maior ſit univerſalis affirmativa, & minor particularis (affirmativa aut negativa) nihil poterit in materiâ contingenti inferri.* Cæterùm *Si maior ſit univerſalis negativa ſolùm infertur efficaciter quarta concluſio in materiâ neceſſariâ & contingenti. Si ſit particularis negativa; in materiâ quidem neceſſariâ quarta conſequentia erit efficax ſed in contingenti erunt omnes quatuor conſequentiæ inutiles.*

Specialis Regula pro prima Figura ſyllogiſmi Ariſtotelici.

Quo modo prima figura Ariſtotelis convertatur in formam Platonicam.

REGULA IX. *Convertatur maior in minorem, & contra, & fiet ſyllogiſmus Galenicus, & legibus poſitis diiudicabitur.* Patet; quia Forma Platonicã ab Ariſtotelis primâ Figura ſolo ordine præmiſſarum diſtinguitur.

Speciales Regulæ pro ſecunda Figura.

In ſecunda figura alogra præ-

REGULA X. *Ex puris affirmativis in materiâ neceſſariâ aut cõtingẽti nihil infertur.* Quid ergo

miſſa eſt negativa. de materiâ convertibili dicendum erit.] In hâc materiâ ſyllogiſmos tribus aſſerentibus conſtare poſſe.

REGULA XI. *Si maior ſit particularis, & materia contingens, inferetur quarta conſequentia: ſi minor ſit particularis, inferetur ſecunda.* Corollarium, *ſi aliqua præmiſſa fuerit particularis, unica tantùm conſequentia elici poteſt.*

Speciales Regulæ pro tertiâ Figurâ.

REGULA XII. *Ex præmiſſis affirmativis ſolùm inferuntur ſecunda & quarta* (hæ ſunt particulares) *conſequentia.*

REGULA XIII. *Si major negativa fuerit, ſecunda; quarta verò conſequentia inferetur, ſi fuerit minor negativa.* Corollarium, *In tertiâ Figurâ, ſi materia aut neceſſaria aut contingens fuerit, nunquam elicitur concluſio univerſalis; nunquam ſimul duæ conſequentiæ particulares negativæ.*

Nunquam concluditur univerſaliter.

Præmiſſis his ſecuriſſimis Regulis ad earũdum demonſtrationes venio, illaſque omnes ad unicum fundamentum reduco.

Regularum Baſis.

DIximus iſtas Regulas non pendere ab arbitrio; non à Logicorum conſenſu; non à naturâ rei, & eſſentialium prædicatorum connexione. Nunc oſtendo. Sic inquam: [Ille eſt bonus ſyllogiſmus, cuius leges non tolerabunt aliquem, in quo ex præmiſſis veris ſequatur conſequentia falſa: ſed nullus erit inter Modos à nobis deſignatos & denominatos; nullus, qui ad leges præcedentes formetur; cuius ſit verum antecedens & conſequens falſum: Ergo & Modi à nobis deſignati ſunt boni, & leges à nobis pronunciatæ ſunt veræ.] Si minor videatur eſſe falſa, da vel unicum ſyllogiſmum, qui illam eſſe falſam evincat.

Legum antecedentium demonſtratio.

ARTICULUS III.

Modorum ſingulorum Examen.

DCC-LXXIII. PErcurram has Figuras; & in ſingulis monebo, ſi quid occurrat ſpeciale. Auditorem acutum & attentum requiro, quoniam ſubtilia ſunt, quæ tracto; & quæ indigeant mente expeditâ & clarâ, & omni præjudicio liberâ.

A quibus Author logi diſſideat.

De primâ Figurâ Ariſtotelis.

PRima illa, quæ Ariſtoteli adſcribitur, inverſio Platonicæ eſt. Cur non potiùs Platonica Ariſtotelicæ? Exponam. Medium naturali mentis inductu ponitur loco medio; unde nomini occaſio; inde enim non niſi violenter illud exulat. Dicunt Platonici.

Ariſtoteles Platonis ſyllogiſmos invertit. Ipſamet nomina extremitatum & Medij clamant formam Platonicam eſſe naturalem, Ariſtotelicam verò præternaturalem.

Dignetur ingenioſus Lector has duas formas (Platonicam, & Ariſtotelicam) attentè conſiderare & comparare.

Homo eſt ANIMAL: ANIMAL eſt vivens:
Ergo Homo ———————— eſt vivens.

Ecce in antecedenti (ex majori & minori ipſum componitur) tres ſunt termini, Primus, ultimus, medius. Primus eſt *Homo*, & dicitur *Maior extremitas*; Vltimus eſt *Vivens*, & dicitur *Minor extremitas*: Medius eſt *Animal*, & eſt terminus re & nomine *Medius*. Quid verius? Quid clarius? Quid facilius?

Periclitemur igitur, An apud Peripateticos hic rigor rerum & verborum ſervetur? An ipſamet apud eos recepta vocabula poſſint verificari ſine reſpectu ad figuram Platonicam, quam ipſi invertunt? Suum ipſi ſyllogiſmum fabricantur hoc modo.

ANIMAL eſt vivens; & Homo eſt ANIMAL.
Ergo —— Homo eſt vivens. ————

Figura Ariſtotelica eſt Platonicæ formæ inverſio.

An erit vel unus, qui iam dicat *Animal* in Ariſtotelis ſyllogiſmo eſſe mediũ, & *Vivens* & *Homo* extremitates? An aliquis, qui inverti & reſilire mentem neget, ut illam conſequẽtiam diducat? Omnia, quæ vel verba ſonant, vel directio poſtulat, reperio in Galenicâ; & omnia inverti in *Ariſtotelicâ* video; & quia adhuc audio hanc concludere directè illam verò indirectè; hanc eſſe rectã, illamq; inverſam, condoleo Iuniorum puſillanimitati, qui malunt credere auri, quàm oculo.

oculos qui malunt errare cum multis, quàm nobiſcum demonſtratam veritatem admittere. Sic ſentio, ſic loquor, quia ſincerus: & exiſtimo eum, qui aut Formam Galenicam neget, aut eam Ariſtotelicæ Figuræ poſtponat, vel rem non examinaſſe, vel examinandæ non ſufficere; vel loqui contra proprium dictamen. Stat ergo Platonicam terminorum diſpoſitionem eſſe connaturaliſſimam & Ariſtotelicas eſſe connaturaliſſimæ pulchras & ingenioſas inverſiones, ſeu transformationes.

Concluſio.

Dices, *Medium* ſyllogiſticum tale dici, non quòd in loco medio ſit collocandum: ſed quod adſumatur tanquam medium ad inferendam concluſionem.

Medium terminum, cujus reſpectu ſic medium?

Reſpondeo *Medium* dici relativè, hoc eſt reſpectu alicujus. Tres terminos adſumunt Dialectici fabricaturi ſyllogiſmum, *Maiorem* (ſeu priorem) *Extremitatem, Medium, & Extremitatem minorem* (ſeu poſteriorem) *Maior Extremitas* eſt terminus qui ponitur in majori, & non reperitur in minori: *Minor extremitas* è contrario, qui ſemel in minori, non autem in majori invenitur. *Medium* his extremitatibus interponitur, & in utraque præmiſſa debet eſſe. *Medium* igitur dicitur non reſpectu Concluſionis, quam infert, non enim Concluſio ipſa vocatur extremitas; ſed reſpectu Extremitatum majoris & minoris, inter quas collocatur. Hanc reſolutionem confirmat Ariſtoteles *libr. 1. Prior. cap.* 1. aſſerens *Medium in prima Figura eſſe poſitione Medium.* Ecce *medium* dicitur ratione loci. [Nota tamen Medium non in prima figura Ariſtotelica, ſed in forma Platonica eſſe poſitione medium.]

Ariſtotelicæ Figuræ reſtitutio.

DCCLXXIV. Syllogiſmi Ariſtotelici, ſi corrigantur, reſtituuntur & recurrunt ſinus Platonici.

DAtæ præmiſſæ juxta methodum Ariſtotelicam, facili negotio ad Platonicam reduci poterunt. *Alteretur præmiſſarum ordo* (hoc eſt, major fiat minor, & è converſo) *& evadet diſputatio Platonica.* Factâ reductione, omnium conſequentiarum utilitas & inutilitas ex ſupradictis cognoſcetur.

SUfficerent exempla poſita, ſed uberioris doctrinæ gratiâ nova adjungo.

Modus AAA. *Barbara.*

ESt frequentiſſima & potentiſſima argumentandi formula, quam exemplum ſubjectum dilucidat.

Omne iuſtum eſt utile:
Omne honeſtum eſt iuſtum,

I.	*Ergo omne honeſtum eſt utile.*	Dir.
II.	*Ergo aliquod honeſtum eſt utile.*	
III.	*Ergo omne utile eſt honeſtum*	Indir.
IV.	*Ergo aliquod utile eſt honeſtum*	

Iuſtitia, Honeſtatis & Vtilitatis connexio.

Hoc argumentum urget & illuſtrat Cicero 2. Officiorum his verbis. *Summâ quidem authoritate Philoſophi ſi verè ſanè atque honeſtè, hæc tria genera confuſa, cogitatione diſtinguunt: Quidquid enim iuſtum ſit, id etiam utile eſſe cenſent: itemque, quod honeſtum, idem iuſtum. Ex quo efficitur ut quidquid honeſtum ſit idem ſit utile.*
Et quia Honeſtatem Iuſtitiæ, & utramque Utilitati adoptat Cicero, ſubſcribam paucas lineas, ſed utiles; quibus Iuſtitia & Pietas, quam Honeſtas exornat & munit, roboretur. Vitam auſteram & pænitentem, ſine quâ fruſtrà ad Virtutis apicem contenditur, propugnaturus ſum contra Iuniores aliquos, qui ingenio & ſcriptis Franciſci Harlæi S. Victoris Pariſiurum Antiſtitis abutuntur. Ipſe in ſui Artificij Logici part. 3. cap. 34. hunc format ſyllogiſmum in *Barbara.*

Quidquid pollutionem excitare poteſt, exterminandum eſt ex monaſterijs;
Omne ieiunium pollutionem excitare poteſt:
Ergo omne ieiunium exterminandum eſt ex monaſterijs.

An abſtinentia & ieiunium provocet ad pollutionem?

Et hunc dicit Syllogiſmum ſophiſticum, *nam ieiunio tantùm per accidens competit ſolicitare fluxū ſeminis: quippè quòd nonnunquam venas aperiat.* Sed ſit id verum, cur Religioſi obſtricti voto caſtitatis ieiunant? cur, qui frequenter dicunt Deo, *Ne nos inducas in tentationem,* (*etiam per accidens*) tentationes enim eſſentiales & ſubſtantiales, aut raræ aut nullæ; cur, inquam, non addunt, *ſed libera nos à malo,* hoc eſt, à ieiunio, ſi ieiunium caſtitatem ſervaturis eſt malum? Porrò ſi ſyllogiſmus præcedens fuit ſophiſticus, etiam damnandus erit iſte.

Quidquid fovet caſtitatem, admittendum eſt in Monaſterijs;
Sed omne ieiunium illam fovet:
Ergo omne ieiunium admittendum eſt in Monaſterijs.

nam ieiunio tantùm per accidens fovetur caſtitas; nam deficiente Cerere & Baccho friget Venus. Porrò, ſi illa minor, quam punit Harlæus eſſet vera, fruſtrà dixiſſet Paulus, *Caſtigo*

Ieiunat Chriſtus, ieiunat Paulus, &

omnes Veri pis eorum exemplo.

corpus meum & in ſervitutem redigo, ne cùm aliis prædicavero, ipſe reprobus efficiar. Fruſtrà tot myriades Religioſorum corpus jejuniis & ciliciis affligerent. Fugienda quidem ſunt carnis incentiva & pericula; & ſi jejunium per accidens nos in tentationem inducit, malum per accidens jejunium eſt, & iterùm exorandus eſt Deus, ut liberet nos ab hoc malo. Me judice hæc Poſitio, *Omne jejunium pollutionem excitare poteſt*, barbara eſt; hæc vera & prudens, *Aliquod poteſt.* Sed quale? quod ſit benignum, & ebrietatem ſubſequatur. Aqua parum fornacem accendit, aquæ multum extinguit; poſt comeſſationem opiparam piſces libidinoſi ſunt, & mediocris abſtinentia humores ebullientes componit, & ad Venerem excitat. At piſces ſi non miſceantur carnibus, nec in magnâ quantitate devorentur, laſcivi non ſunt; & jejunia, ſi rigida diuturnaque, corpus ciliciis & diſciplinis maceratum, & mentem oratione & divinâ reverentiâ munitam in venerem movere ne quidem per accidens poſſunt. Hæc dicta ad ſolamen multorum, quos hæc Harlæi argumentatio in *Barbara* (fortè & ipſa Barbara & experientiæ omni repugnans) perturbavit.

Age vitam pœnitentē & regularem, jejunia rigida obſerva longo tempora tractu, & poſteà ſcies, anne jejunia per accidens excitent humores immundos? Non enim multum laſcivire ille poteſt, qui vix artus laſſos conferre poteſt.

Hæc de jejunio. Sed quia multorum eſt jejuna eruditio, & aliorum ditiſſima ignorantia, contra eos qui ſciunt centies eadem diverſis tamen verbis repetere, hunc ſyllogiſmum etiam in *Barbara* produco. *Omnia ſynonima, ſibi invicem adjuncta nugationem adducunt: ſicut ſi dicatur veſtis indumentum. Si igitur omnia nomina dicta de Deo ſunt ſynonyma, non poſſet convenienter dici, Deus bonus aut aliquid hujuſmodi.* Sic objicit ſibi D. Thomas 1. p. q. 13. art. 3. quæ verba ad ſtylum & terminos iſtos reduco.

Congerere ſynonima eſt nugari.

Omnia ſynonyma ſuperflua ſunt:
Sed omnia Dei nomina ſunt ſynonyma:
Ergo omnia ſunt ſuperflua.
Ergo idem eſt dicere Deum, quod Bonum, Sapientem, &c.

Nomina Dei non ſunt ſynonyma.

Reſpondet negando minorem, non enim formaliter eſt idem eſſe bonum ac eſſe magnum etiam in Deo: & nomina ſignificant formalitates.

Contra Animæ immortalitatem ſic apud Ciceronem Tuſcul. 1. argumentatur Panætius.

An anima immortalis ſit?

Omne quod naſcitur, idem interit etiam;
Omnis animus naſcitur:
Ergo omnis animus etiam interit.

An filii ſint parentibus ſimiles?

Probatur minor; *Quia plerumque liberi parentibus tam corporis affectione, quàm animi affectione ſunt ſimiles.*

DCC LXXV. *An anima rationalis naſcatur?*

Negat minorem Cicero, quia ut notat Dreſſerus *libr. 2. de Animâ pag. 146.* eſt in illâ fallacia à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter: non enim perpetua eſt ſimilitudo parentum liberorumque, neque omnibus omninò congruit. Deinde animus non eſt unius, ſed diverſi generis, quod ſatis probat pugna rationis & appetitus; ita nec una & eadem utriuſque origo & natura eſt. Appetitus enim (ſeu anima ſenſitiva [illegible]) naſcitur & interit, Mens verò non. Ita ad mentem Ciceronis Dreſſerus.

An omnia mori debeant, quæ nata?

At ego faciliùs me expedio negando majorem: nam *nativitatis* vocabulo quamcumque productionem intelligere debet Panætius, & tamen Angeli (ut verbum æternum omittam) nati, hoc eſt, producti ſunt, & tamen morituri non ſunt.

Confirmatur Panætii error raticinio ſecundo.

An dolor mortem inferat?

Omne, quod dolori aut ægritudini eſt obnoxium, interibit:
At omnis Anima eſt obnoxia dolori & ægritudini;
Omnis ergo tandem aliquando interibit.

An anima divina ſit? *An anima rationalis doleat?*

Reſpondet Cicero diſtinguendo minorem, & concedendo ſolummodò dolere Animam ſenſitivam, non verò rationalem, quam Divinam appellat. At ego meliùs inſtructus ipſam majorem nego: quoniam damnatorum hominum Animæ dolore ſummo in inferno cruciantur, nec tamen morietur vel una. Porrò Animam ipſam intellectualem eſſe capacem doloris, videntur cognoviſſe Gentiles. Plutarchus in Symp. Decad. 5. Probl. 7. *Patiens ſeu dolens Anima corpus afficit.* Et Cicero 1. Tuſc. & Ariſtoteles Phyſiognomicorum initio aſſerit *Animum à corpore, & viciſſim corpus ab Anima immutari.* quod videtur conſonare Sacræ Scripturæ dicenti 3. Reg. 21. *Quid Spiritus tuus adeò perturbatus eſt?*

Ariſtoteles 4. Ethic. ait, *Virtuti perfectæ non fit condignus honor.* Unde naſcitur hic ſyllogiſmus.

An omnis virtuoſus ſit nobilis?

Omnis nobilis eſt felix:
Omnis virtuoſus eſt nobilis:
Ergo omnis virtuoſus eſt felix.

quem ad hos numeros reduxit Poëta quidam.

Hic locus antiqua depoſcit imaginis orbes,
Et cuperet priſci ſanguinis eſſe decus.
Sed quid Avos numerem? quid magni ſtemma Parentis?
Non juvat, hoc majus, ſi pietate paret,
Imò & majores monſtret pro ſanguine Virtus,
Hic poterit Virtus ſtemmatis eſſe loco.
Felices ergo quos ſacro regmine Virtus
Et regit, & divi ſtemmatis eſſe docet.

Modus AEO. *Feſmapor.*
Modus AEE. *Fapeſme.*

Si mutentur præmiſſæ erit *Feſmapor*, ſyllogiſmus Platonicæ Figuræ imperfectus: Pono exemplum. DCC LXXVI.

In materiâ neceſſariâ.

Omnis equus eſt animal;
Nullus homo eſt equus;
I. Ergo nullus homo eſt animal.
II. Ergo aliquis homo nõ eſt animal. } Dir.
III. Ergo nullum animal eſt homo.
IV. *Ergo aliquod animal non eſt homo.* } Ind.

Sola ultima conſequentia eſt utilis, & ideò *Feſmapor*, & non *Fapeſme* nominatur.

Si ma-

In contingenti.

Si materia ſit contingens, etiam tres primæ conſequentiæ erunt malæ.

Cæterùm, ſi Maioris materia ſit convertibilis, omnes conſequentiæ erunt bonæ; & probatur exemplo.

In convertibili. Fapeſmo.

Omnis equus eſt hinnibilis:
Nullus leo eſt equus:

I.	*Ergo nullus leo eſt hinnibilis.*	Dir.
II.	*Ergo aliquis leo non eſt hinnibilis.*	
III.	*Ergo nullum hinnibile eſt leo.*	Ind.
IV.	*Ergo aliquod hinnibile non eſt leo.*	

Christus utitur modo Fapeſmo ... legitimo.

Chriſtus Ioannis 8. hâc formâ argumentatus, ait; *Qui ex Deo eſt verba Dei audit; propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis.* E quibus optimè Cramerus iſtum ſyllogiſmum efformat.

Omnes, qui ex Deo ſunt, verba Dei audiunt:
Nulli è vobis ex Deo ſunt:
Ergo Nulli è vobis verba Dei audiunt.

Sed in quo modo? Cramerus. *Rectè hîc aiunt,* inquit, *concludi in primâ, cùm propoſitio maior ſit reciproca.* Sed cur univerſaliter concludi poteſt? In *Fapeſmo*, modo legitimo, quem ignoravit Ariſtoteles, & Peripatetici cum ipſo; quem Chriſtus (ſi ipſe per eſſentiam eſt λόγος, cur non eſſet Magiſter nobilioris Logicæ?) nos docet; quem eſſe legitimum, quoties Major ſit convertibilis, paulò ante oſtendimus.

Christus Logos.

Modus AII. *Darii.*

DCC LXXVII. Efficaciſſimus in modis...

TAmetſi omnes ſyllogiſmi æquè ſunt fortes, non tamen omnes æquè ſunt communes & noti; ſed videtur *Darii* prærogativâ ſpeciali pollere; nam frequentiſſimè hoc modo utimur, & frequentiſſimè audimus Logicos inclamantes, *Conſequentia in Darii, non poteſt negari.* Hinc placet torquere hæc Harlæi in Logic. cap. 6. pag. 20. *Iuſtinus libr. 1. dixit, Darii formam imperio dignam.* & meritò: hic enim arguendi modus cæteris omnibus nobilior eſt.

Ut ego hæc Iuſtini verba, ſic heretici verba ſuprà paginâ torquent: ... ſemper ... anima ... Mater & Soror Chriſti.

Illouſus fuit Chriſtus cùm dixit Matth. 12. *Quæ eſt Mater mea, & qui ſunt fratres mei? Et extendens manum in diſcipulos ſuos, dixit: Ecce mater mea, & Fratres mei,: Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe meus Frater, mea Soror & Mater eſt.* Quæ verba poſſunt ad hanc normam reduci.

Quicumque fuerit meus Diſcipulus (hoc eſt, fecerit voluntatem Dei) ipſe eſt meus Frater, Soror, Materque:
At iſti ſunt mei Diſcipuli:
Ergo & ipſi ſunt meus Frater, Soror, Materque.

Ad eamdem figuram reduci poſſunt illa verba, Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. *Nihil opertum, quod non revelabitur. nihil occultum quod non ſciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta.* Quæ refert Matthæus 10. cui conſonat Lucas 12. & videtur æquipollere his.

Omne occultum ſcietur:
Quod vobis dico eſt occultum:
Ergo ſcietur. Ergo ſciatur.

Hoc etiam fortiſſimo argumentandi modo præter Chriſtum, multi etiam illuſtres Scriptores orthodoxi & gentiles ſunt uſi. Cicero, dum mente concipit:

Omnis Conſul, virtute factus, tuebitur Rempublicam ſtudioſiſſimè:
Ego ſum virtute factus Conſul:
Ergo ego tuebor Rempublicam ſtudioſiſſimè:

Multa ſperari ab illis poſſunt de bonequo qui virtute promoti; pauca aut nulla ab illis, quos favor aut pretium evexit.

conceptum ipſe ſuum Agr. 2. his verbis fortiſſimis effert. *Omnium Conſulum*, ait, *gravis in Rep. cuſtodienda cura ac diligentia debet eſſe, tum eorum maximè, qui non in incunabulis, ſed in campo ſunt Conſules facti: Nulli Populo Romano pro me majores noſtri ſpoponderunt; mihi creditum eſt: à me petere quod debeo, me ipſum appellare debetis. Quemadmodum cùm petebam, nulli me authores generis mei vobis commendarunt; ſic ſi quid deliquero, nullæ ſunt imagines, quæ me à vobis deprecentur. Quare modò ut vita ſuppetat (quamquam ego ſum is, qui eam poſſim ab iſtorum ſcelere inſidiiſque defendere) polliceor hoc vobis, Quirites, bonâ fide, Rempublicam vigilanti homini, non timido, diligenti, non ignavo commiſiſtis.*

Similis Syllogiſmus reperitur apud Catullum, quam ego ad hos terminos redigo;

Quicumque optatus redit, gratus eſt:
At Catulli ſponſa optata redit:
Ergo ipſa grata fuit.

Anne ingrata eſſe poteſt res optata adquiſitio? Non puto. At hoc ipſum ſuum patitur difficultates: quoniam ſæpè ejuſdem eſt ingrata & optata poſſeſſio.

Subſcribo ejuſdem Poëtæ verba:

Sic quicquam cupidoque optantique obtigit unquam, &
Inſperanti, hoc eſt gratum animo propriè.
Quare hoc eſt gratum, nobis quoque charius auro
Quod te reſtituis Lesbia, mi cupido.
Reſtituis cupido, atque inſperanti ipſa refers te
Nobis, o lucem candidiore notâ!
Quis me uno vivit fælicior? aut magis hâc quid
Optandum vitâ ducere quis poterit?

Owenus libr. 2. Epigram. 14. hunc ſyllogiſmum,

Omne medium nobilius extremis eſt:
Terra eſt in medio, Cælum in extremo:
Ipſa igitur nobilior illo eſt.

An medium ſit extremis nobilius?

hoc comprehendit Tetraſtico.

Omnibus in rebus medium laudare ſolemus,
Scilicet in medio credimus eſſe modum.
Eſt igitur Cœlo Tellus laudatior alto,
In Mundo medium nam tenet illa locum.

Et ejuſdem libri Epigramma 24. iſtum ſyllogiſmum complectitur.

Omnis ſuperior, qui præit exemplo, eſt optimus:
Tu exemplo præis:
Ergo es optimus.

Character Superioris Optimi.

& his verbis ediſſerit,

Hi mihi Doctores ſemper placuêre, docenda
Qui faciunt, plus quam qui facienda docent.
Paſtor es Anglorum doctiſſimus, optimus ergo;
Nam facienda docens, ipſe docenda facis.

Et

Multi Sancti plus latendo patuère, quàm, alii nomen & famam procurando.

Et Epigrammate 35.

Si benè qui latuit, benè vixit; tu benè vivis:
Ingeniumque tuum grande latendo patet.

videtur exponere, quàm ſit glorioſum vacare ſub Deo & Virtuti, quàmq; honorificum glorias & honores contemnere: & hanc veritatem ad binos ſyllogiſmos reducit, Videlicet:

Primum. *Qui benè latet, benè vivit:*
Tu benè lates:
Ergo benè vivis.

Secundum. *Qui benè latet, patet:*
Ingenium tuum benè latet:
Ergo & patet:

Ad hunc etiam modum ſpectat iſte ſyllogiſmus,

An mare ſitiat?

Omnia ſalsa ſitiunt:
Mare eſt ſalſum:
Ergo & mare ſitit.

quem idem Author libri unius, Epigr. 13. hoc diſtico complexus fuit:

Salſa ſitim pariunt: nihil æquore ſalſius: ergo
Quid mirum, dulces ſi bibat æquor aquas?

Volo etiam addere aliquod exemplum ex D. Thomâ: Ipſe enim 1. p. q. 10. art. 3. hanc objectionem,

Omnes res neceſſariæ ſunt æternæ:
At multa ſunt neceſſaria:
Ergo multa ſunt æterna.

An ſolus Deus æternus ſit?

ad hæc verba reducit. *Omne neceſſarium*, ait, *eſt æternum: ſed multa ſunt neceſſaria, ſicut omnia principia demonſtrationis, & omnes propoſitiones demonſtrativæ. Ergo non ſolus Deus eſt æternus.* Et reſpondeo diſtinguendo majorem; concedo enim omnia neceſſaria eſſe æterna, eo ſenſu quo ſunt neceſſaria, non aliter; & diſtinguendo minorem, Principia eſſe æternæ exiſtentiæ, nego; æternæ veritatis, ſaltem negativæ, concedo. Et nego conſequentiam; quia Dei æternitas nec eſt negativa, nec objectiva, ſed exiſtentia realis, qua carent Principia per ſe nota & eſſentiæ.

An veritates ſint æternæ, & quo modo?

Et ibidem quæſt. 12. art. 1. agit de Dei notitiâ, & ſic arguit.

An infinitum noſci poſſit: An & Deus?

Omne infinitum, in quantum huiuſmodi eſt ignoratum:
Sed Deus eſt infinitus:
Ergo & ſecundùm ſe ignotus.

Et ego majorem diſtinguerem: nam dantur duæ quæſtiones totaliter diverſæ, quarum altera inquirit, *An res ſit?* & altera *Quid ſit?* Eſto neſciamus definitionem Dei, cur tamen neſcire debebimus, An detur infinitum in rebus? hoc eſt, An detur Deus? quoniam præter Deum nullum ego infinitum admitto.

Præter Deũ nihil eſt in mundo infinitũ, nec eſſe poteſt.

DCC. LXXVIII. Theophraſtus apud Philonem libro de incorruptibilitate Mundi, propè finem, eos, qui generationem corruptionemque mundi aſſerunt (lego, negant) ait, quatuor rebus falli præcipuè; inæqualitate ſoli, maris deceſſionibus, corruptione ſingularum partium univerſi, & ſpeciatim interitu terreſtrium animalium. Et poſtquam duo priora capita dilucidaverat, ad tertium venit, & hunc ſyllogiſmum efformat.

An mũdus ſit ab æterno?

Cuiuſcumque rei partes ſunt corruptibiles, ipſa quoque corrumpitur:
Mundi partes omnes ſunt corruptibiles:
Ergo Mundus eſt corruptibilis.

Tranſtulerat P. Claudius Dauſquius S. J. D. Baſilii Seleucienſis Orationes, & Juſtus Lipſius hoc ſyllogiſmo illius diligentiam commendat.

Græca vertere vertis tu frequentem
Vſum nunc hodie, ſed anne laudem?
Non hercles neque verſio omnis audit
Fida ſenſibus, aut polita verbis.
Quod qui præſtiterit, ille laudis omne
Punctum iudice me tulit: tuliſti
Omnis iudice tu, Erudite Dauſqui,
Qui ſacram Baſilii & elegantem
Librum veſte decenter induiſti
Romanâ: atque adeò decenter, inquam,
Vt iam pallia ſpernat, & Seleuci
Vrbem præ Latiaro mutet Orbe.

Vide Iuſti Lipſii Centuriam 1. ad Belgas Epiſt. 62. Quàm ſit difficile aliquem authorem in aliam linguam accuratè transferre?

Quibus verbis & benè transferendi aſſeritur difficultas; & Fama pedibus jubetur diſcurrere, quæ alis minus videbatur proficere. Tolle ornatum & iſtum ſyllogiſmum reperio.

Quicumq; verſionem aliquam edit, quæ fida ſenſu & polita ſit ſtylo, hic omne punctum tulit.
At talem Dauſquius edidit, tum Baſilium Latinè declamantem:
Dauſquius igitur omne punctũ tulit; hoc eſt, *laudem & plauſum omnium ſuo iudicio promeritus:*

Quid ſit omne ferre punctum?

Ex libro Ariſtotelis de ſenſu & ſenſibili hunc ſyllogiſmum didueunt.

Omnium ſenſuum actiones fiunt in organis & non extra organa:
At viſio eſt actio ſenſûs:
Ergo fit in oculo (is eſt viſionis organum) *& non extra oculum.*

Quo ſenſus modo obiecta ſua percipiant?

Ita Matthæus Dreſſerus libr. 2. de Anim. pag. 115 & ego delerem libenter illud *Omnium*, & ſenſu illæſo *Omnes* ponerem, ut Dialecticum rigorem ſervarem. Et quidem ſi ſemel admittatur ob Ariſtotelis authoritatem major, cùm minor negari non poſſit, debebit conſequentia concedi.

Poſtulavi ut illud *Omnium* deleretur, & univerſalitatis nota ad *actiones* tranſiret; nunc ſic fieri debere probo; nam ſi actiones non eſſent omnes, ſed aliquæ, tametſi omnium, nihil concluderetur. Pono exemplum, in quo materiâ mutatâ maneat eadem forma.

Oſtenditur non benè inſtituiſſe ſuã argumentationem Dreſſerum.

Omnium hominum actiones (aliquæ, nimirùm) *ſunt viſivæ:*
Hæc (loquutio, videlicet) *eſt actio hominis:*
Ergo eſt viſiva.

& in

& in ipſo clariſſimè ex majori & minori veris falſam conſequentiam inferri.

Huc ſpectare poteſt ſyllogiſmus ille Mathematicus, quem examinandum præpoſuit. P. Balthaſar Conradus S. J. Pragæ die 5. 7temb. ann. 1650. Theſi XXIII. quem in Eruditorum gratiam hic ſubſcribere volui.

An totum æquale ſit parti.

DA- *A quibus duabus quantitatibus partes demi poſſunt æquales in infinitum, illæ ſunt æquales.*
RI- *Sed à duobus angulis majoris & minoris ſemicirculi demi poſſunt partes æquales, anguli videlicet rectilinei, in infinitum:*
I- *Ergo anguli ſemicirculorum diverſorum ſunt inter ſe æquales.*

A viro magno Balthaſar hunc ſyllogiſmum conformatum fatetur: reſpondetque conſequens eſſe abſurdum; & rationem ſubjungit: quia totum majus eſt parte, non æquale. cum tamen ex præmiſſis poſitis eſſe æquale ſequatur. An formam condemnabimus? Fatetur formam eſſe bonam Balthaſar; & ad materiam recurrit, ut improbitatem aſſignet.

An ſit poſſibilis quantitas infinita.

Ait ergo primò, majorem, ſi reſtringatur ad quantitates finitas, admitti debere pro verâ. Videturque ſupponere dari poſſe infinitas, quod tam evidenter eſt falſum, ut non argumentis excipi, ſed riſu debeat.

Ait ſecundò, in minori totam falſitatem latere; non quòd angulus non ſit quantitas (ut ſenſit, qui eum propoſuit ſyllogiſmum, autor) ſed quòd ſupponatur, poſſe auferri angulum rectilineum ab angulo ſemicirculi: & licet ſecundū quid auferri poſſit rectilineus à mixtilineo, non tamen fiet ablatio illa ab eodem; ſed ſemper ab alio & alio; neque idem numero auferetur à majoris & minoris ſemicirculi angulo.

Modus AOO *Innominatus.*

DCCLXXIX. *Vide modū* 100. *in ſecunda figura.*

EST illegitimus, & falſam concluſionem inferens, Addo exemplum.

Omnis cygnus eſt albus;
Aliqua nix non eſt alba;
I. Ergo nulla nix eſt alba. } Dir.
II. Ergo aliqua nix non eſt alba. } Dir.
III. Ergo nullum album eſt nix. } Indir.
IV. Ergo aliquod albū nō eſt nix. } Indir.

An detur Cygnus niger.

Pono majorem eſſe veram, nolo enim diſputare; *An-ne detur rara avis in terris, nigroque ſimillima Cygno*, & aſſero nullam eſſe utilem conſequentiam: ultimam enim eſſe inutilem jam oſtendi ſuperiùs, cùm Modum Platonicum cui iſte correſpondet, expoſui.

Si aliqua præmiſſa ſit convertibilis, ſyllogiſmus in hoc modo ſubſiſtet; nam ſi major convertibilis ſit, erit ſyllogiſmus in *Baroco*, & in *Fapelmor* aut *Dacoccor*, ſi minor. Ecce tam digniſſimum exemplum ex ſacrâ Paginâ, nam apud Lucam cap. 22. c. hoc modo utitur Chriſtus Dominus dicens; *Reges gentium dominantur eorum; & qui poteſtatem habent ſuper eos, Benefici* (ſeu *Principes*) *vocantur. Vos autem non ſic: ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor: & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator.* Quæ verba, ſi ad formam reducantur, erunt hæc.

Principes dominantur beneficiendo.

Non debet præeſſe, qui non poteſt prodeſſe.

Omnes Reges habent ſubditos, quibus imperent & dominentur;
Vos non eſtis Reges:
Ergo non debetis habere ſubditos: &c.

Si major convertatur ſimpliciter (poteſt enim) habebis ſyllogiſmum legitimum in *Baroco* nimirùm,

BA- *Quicumque habent inferiores, quibus dominentur, ſunt Reges, Benefici, aut Principes.*
RO- *Vos nec eſtis Reges, nec Benefici, nec Principes:*
CO. *Ergo nullos inferiores habebitis.*

Si autem minor convertatur per accidens, reſultabit *Fapelmor.* Lineas ſubſequentes conſidera.

Fapelmor. *An Eccleſiaſtici & Apoſtolici Viri debeāt habere famulos. Huc ſpectant leges antiquæ Ciſtercienſium. Muta ordinem conſequentiarū ſi velis.*

FA- *Omnis Princeps habet ſubditos;*
PEL- *Nullus Princeps eſt meus Apoſtolus:*
* *Ergo nullus habens ſubditos erit meus Apoſtolus.*
* *Ergo aliquis habens ſubditos non erit meus Apoſtolus.*
* *Ergo nullus Apoſtolus meus habebit ſubditos.*
MOR. *Ergo aliquis Apoſtolus meus non habebit ſubditos.*

In quibus omnes conſequentiæ ratione materiæ ſunt veræ. P. Ioannes Ludovicus de La Cerda Elogiorum Virgilij Cap. 2. ſic ait. *Inventum eſt ſæpè Auguſtum ſedere inter Virgilium & Horatium, magnis de rebus cum illis agitans. Virgilii prudentiam etiam declarat ſequens narratio. Fuit tantæ authoritatis apud Auguſtum, ut dubitans is, An imperium retineret? an verò Rempublicam redderet priſtinæ libertati? Sequutus fuerit conſilium Virgilij, qui ut retineret ſuaſit hâc ratione.* Ideò moleſti ſunt omnes Tyranni, quia ut plurimum iniuſti: Te verò Tui amant, & adorant, quia iuſtus es: Eſt enim ea hominum conditio, ut ſi quando juſtum Regē nacti ſunt, velint potiùs illi ſubdi, quàm eſſe liberi, etiamſi Rex ille ſit tyrannus. Quare dominari Te & Tibi & Orbi conducit. *Hæc ratio adeò efficax fuit apud Auguſtum, ut nutantem illum confirmaverit ad retinendum imperium.* Sic Ludovicus.

Quanti Auguſtus Virgilium fecerit?

An tyranni ſint moleſti & cur?

Et quidem, Ego ut video, facilè adquievit Auguſtus ſuadentibus, quæ volebat audire: tam eadem Virgilij ratio, ſi reducatur ad rigorem, aliam dabit conſequentiam diverſam. Cæterùm, ne nimius videar eſſe, ſi omnem rigorem poſtulem à Virgilio, iſtas conſequentias propono, ad Votum Auguſti, ut opinor.

Syllogiſmus AOO. Forma ceſſitat.

Omnes Tyranni ſunt moleſti [quia plerumque ſunt iniuſti, tametſi aliqui iuſti reperti ſint.]
Tu tametſi Tyrannus ſis, non es injuſtus:
Ergo nec moleſtus, [quia licet plerique ſint injuſti, tu inter paucos iuſtus repertus es.]

Omnes Reges iuſti amantur & adorantur.

Tu es

Syllogiſmus Darii AII.

Tu es Rex, Tu es juſtus:
Ergo amaris adoratiſque

Syllogiſmus obliquus.

Malunt homines ſubdi Regi juſto, quàm eſſe liberi:
At Tu es Rex juſtus:
Romani ergo homines malent Tibi ſubdi, quàm eſſe liberi.

Primus ſyllogiſmus propter illud adverbium *plerumque* videtur non realiter, ſed moraliter tantùm convincere: poſſetque ad hunc reduci.

Omnes Tyranni injuſti ſunt moleſti:
Tu non es Tyrannus injuſtus:
Ergo nec moleſtus.

Rationes quæ ſiunt à nobis, ſemper videntur fortes, etſi debiles aut ſophiſticæ ſint.

Ergo admittitur modus AOO. in primâ Figurâ Ariſtotelis? Minimè. Quoniam iſte ſyllogiſmus eſt ſimillimus iſti:

Omnes equi ſunt animalia:
Tu non es equus:
Ergo nec animal.

Hinc paret, quàm ſint fortes quæcumque ratiunculæ, ſi probent, quod nobis ſuaderi exoptamus.

An Mundus corruptibilis ſit?

Apud Philonem Judæum libro; *Quod mundus ſit incorruptibilis*, hæc verba lego paulò ante medium. *Si præternaturalis motus in aliis animalibus corruptionem efficit, in Mundo autem ſingulæ partes ordinem ſuum & naturalem ſitum retinent, jure poſſumus eum incorruptibilem dicere*, quæ ratio poteſt ad formam & hæc verba reduci.

An Philo bonus Dialecticus?

Omne animal quod agitur motu præternaturali, eſt corruptibile.
Mundus non agitur motu præternaturali.
Non igitur eſt corruptibilis.

Ergo Philo utitur ſyllogiſmo AOO, quem meritò univerſi rejicimus.

Collector Authoritatum Ariſtotelis, Platonis, &c. impreſſus apud hæredes Henrici Quentel anno 1509. in Prologo ſic explicat naturam hominis. *Omne animal*, ait, *habens aures, habet eas mobiles præter hominem* (*Ariſt. libr. 1. de Animal.*) *& hoc ratione nobilis complexionis; nam* (*ut dicitur ibidem*) *ſicut aurum excellit omne metallum, ſic Homo omne animal; cùm ſit Animal rationale mortale, diſciplinæ ſuſceptibile, manſuetum naturâ.* Et paulò infetius, ut doceat quo debeam modo ſyllogiſticè agere, hunc ipſe ſyllogiſmum efformat.

An homo habeat partes immobiles?

Qui recipiant gratiam & favores à Deo?

A- *Quicumque adhæret Deo, bonitatis ejus fontem largiſſimè experitur;*
O. *Sed corpus ſubditum peccatis Deo non adhæret;* cùm ſola claritas (*lego*, charitas) dividat inter filios Dei & Satanæ:
O. *Igitur corpus ſubditum peccatis fontem bonitatis non experitur.*

Et hoc præmiſſo exemplo, ſubjungit: *Et conſequenter in omni modo & figura.* Sed in qua Figurà, in quo modo hic ipſe ſyllogiſmus eſt? In primæ Ariſtotelicæ modo AOO. innominato irregulari: qui tamen hic benè concludit; quoniam major convertibilis eſt, & facillimè poterit ad *Baroco* tranſire. Illum ego repono.

BA- *Quicumque fontem divinæ bonitatis experitur, adhæret Deo.*
RO- *Sed corpus ſubditum peccatis non adhæret Deo:*
CO. *Ergo corpus ſubditum peccatis fontem divinæ bonitatis non experitur.*

Reperiuntur multi ſyllogiſmi in AOO. paucu-los dedi. Vide numer. 732.

Modus EAE, *Celarent.*

DCCLXXX. Frequentiſſimus & potentiſſimus argumentandi modus eſt, & in omni materiâ habet omnes ſecundas conſequẽtias veras. Pono exemplum in contingenti, certum eſt enim conſequentiam, quæ in iſtâ materiâ non claudicat, in reliquis eſſe malam non poſſe.

Forma, quæ in materia contingenti eſt bona, etiã in reliquis eſt bona.

Nullus homo eſt viridis;
Omne animal erectum eſt homo;
I. *Ergo nullum animal erectum eſt viride.* } Dir.
II. *Ergo aliquod animal erectũ nõ eſt viride.* } Dir.
III. *Ergo nullum viride eſt animal erectum.* } Ind.
VI. *Ergo aliquod viride non eſt animal erectũ.* } Ind.

Homo erectũ animal

Omnes ſunt veræ, & omnes quinti prædicabilis. Primam eſſe certam qui dubitet, nobis vel unum hominem viridem oſtendat; vel ſi nequeat, conſentiat. Minor conſtat ex experientiâ & confirmatur authoritate Ovidii dicentis Met. 1.

Prona cùm ſpectent animalia cætera membris,
Os homini ſublime dedit, cœlumque tueri
Juſſit & erectos ad ſydera tollere vultus.

Homo cœlo natus.

Et hinc oriuntur quaternæ illæ ſequelæ neceſſariò.

Hoc modo utuntur graviſſimi & eruditiſſimi Theologi. D. Thomas 1. p. q. 13. art. 3. ſic arguit.

Nullum nomen propriè dicitur de aliquo à quo potiùs removetur, quàm de eo prædicatur:
Sed omnia hujuſmodi nomina, Bonus, Sapiens, *& ſimilia veriùs removentur à Deo, quàm de eo prædicentur:*
Ergo nullum iſtorum nominum propriè dicitur de Deo.

De Divinis nominibus.
An nomina propriè dicantur de Deo?

Major, ſi verba dialecticè ordinentur, eſt hæc, *Nullum nomen, quod potiùs removetur ab aliquo, quàm de eo prædicetur, propriè de illo dicitur.* Et reſpondeo eadem nomina ſignificare *Bonitatem, Sapientiam*, &c. vel finitam vel infinitam, vel præciſam: primo ſenſu non convenire Deo, ſecundo non convenire creaturæ: at tertio convenire utrique.

Significatio triplex.

Idem etiam S. Doctor 1. p. q. 22. art. 2. ſic colligit.

Nullum proviſum eſt fortuitum: Si ergo
Omnia ſunt proviſa:
Nihil erit fortuitum.

An detur caſus & fortuna?

Et re-

Eadem res eſſe poteſt proviſa & fortuita reſpectu diverſorum.

Et reſponderi debet diſtinguendo majorem: quia proviſa non ſunt fortuita reſpectu providentis; at ſunt fortuita reſpectu omnium aliorum. Et veniendo ad minorē, omnia eſſe à Deo proviſa admitto, omnia ab hominibus provideri nego: & concludo nihil eſſe fortuitum Deo, at plurima eſſe fortuita nobis, qui cauſas eorumdē nec cognoſcimus nec gubernamus.

An anima mortalis ſit?

Animam eſſe mortalem communis fuit Reſolutio apud Græcos: extat Epigrammatum liber in quo hoc legitur de Animæ mortalitate.

Opinio veterum.

> *Ο'υδὲν ἐὼν γενόμην, πάλιν ἐσσομαι ὡς πάρος ὀυδὲν.*
>
> *Οὐδὲν καὶ μηδὲν τῶν μερόπων τὸ γένος.*

Opinio Platonis & aliorum.

Sed contrà Plato & Xenophon Animam eſſe immortalem dicunt. Cicero Tuſcul. 1. ideò illā immortalem eſſe affirmat, quòd ingenio & natura ſuâ divina ſit; Pythagoras, quòd ſit è mente divinâ hauſta, accepta, libata, & corpori humano implantata: quibus conſonuit præter alios

An Anima divina ſit?

Virgilius aſſerens eſſe Animam *Æthereum ſenſum, atque auræ ſimplicis ignem.* Ex qua doctrina hoc poteſt formari argumentum.

> *Nihil Divinum moritur:*
> *Omnis Animus eſt Divinus:*
> *Ergo nullus Animus moritur.*

Divinitas duplex: propria, & participata.

Syllogiſmus hic quoad formam bonus eſt; non tamen ipſe quoad materiam eſt bonus. Major eſt diſtinguenda, datur enim Divinitas increata & participata. Porrò nihil Divinum, quod realiter eſt identificatum Deo, mori poteſt: at Divina illa omnia, quæ talia per participationem dicuntur, mori poſſunt. Mori poſſunt & ſolent illi omnes, quibus dicit Propheta Rex:

An omnes ſancti ſint Dii? Gratia quid?

Ego dixi, Dij eſtis, & filij Excelſi omnes; vos autem.... moriemini, &c. Perditur gratia & tamen eſſe dicitur formalis quædam Divinæ naturæ participatio. Pereunt ſingulæ creaturæ, aut ſaltem poſſunt, tametſi nulla ſit, quæ aliquod prædicatum Divinum ſuo modo & menſurâ non participet.

Deus in omni creatura relucet.

His poſitis ad minorem venio: nam Animus non eſt Divinus primo modo, ſed ſecundo ſolummodò: & poſteà nego conſequentiam. Conſequens enim verum eſt, ut ex præmiſſis falſis, aut ſaltem dubiis & ambiguis illatum.

Modus EIO. *Ferio.*

DCCLXXI. EST ſimillimus Modo *Figmeno*, in quem recidet commutatione præmiſſarum. Hoc arguendi modo utitur Chriſtus Ioannis 15. cùm

Non dixit Chriſtus: ſine me parum poteſtis facere, ſed nihil poteſtis facere.

ait; *Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite, ſic nec vos niſi in me manſeritis. Ego ſum vitis & vos palmites. Qui manet in me & ego in eo, quia ſine me nihil poteſtis facere. &c.* Quæ periodus hunc videtur ſyllogiſmum involuere.

Chriſtus vitis, Chriſtiani palmites.

> *Palmes non poteſt ferre fructum, niſi manſerit in vite;*
> *Ego ſum vitis, & vos palmites:*
> *Ergo nec vos poteſtis ferre fructum, niſi in me manſeritis.*

Redarguuntur Phariſæi.

Hoc etiam Matth. 21. ubi lego. *Congregatis autē Phariſæis interrogavit eos Ieſus dicens: Quid vobis videtur de Chriſto? cuius filius eſt? Dicunt ei, David. Ait illis: Quomodo ergo David in ſpiritu vocat eum Dominum, dicēns: Dixit Dominus Domino meo ſede à dextris meis donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum? Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius ejus eſt? Et nemo poterat ei reſpondere verbum: nec auſus fuit quiſquam ex illâ die eum amplius interrogare.* Et duo noto: PRIMUM, non dixiſſe Chriſtum, *Cuius filius erit?* nec *Quomodo David vocavit?* ſed *Cuius eſt? Quomodo vocat?* cuius rationem dare poterit Theologus & Dialecticus.

Chriſtus eſt Davidis filius & dominus.

Agit enim de Chriſto & de David tanquā de præſentibus; quoniam tunc adhuc vivebat David anima, & tunc iam Chriſtus aderat.

Animarum immortalitas.

Quod ſi non dicatur, Chriſtus utendo his temporibus præſentibus hanc voluiſſe veritatem docere, ſed phraſi communi loquutus, opus eſt

Chriſti adventus.

concedere illa verba eſſe indeterminati temporis à præſenti, præterito & futuro præciſi, quod *ἀόριστον* Græci, tametſi apud ipſos ipſum

ἀόριστον.

videatur potiùs ab omnium præteritorum tātùm, quàm ab omnium temporum differentiis

Tempus indeterminatum, ſeu indefinitum quid ſignificet?

præcidi. Sed de hoc uberiùs proprio loco. SECUNDUM quod noto, eſt Chriſtum ſyllogiſmum in *ferio* uſum, ut Phariſæos & Doctores ferirer, quem tam efficacem fuiſſe docet Evangeliſta, ut ex illâ die nemo fuerit auſus diſputare cum ipſo. Syllogiſmus, cuius gratiâ hæc fuerunt dicta, eſt hic:

Quàm ſit efficax Chriſti Dialectica?

> *Nemo, qui Chriſtum vocaret Dominum, eſſet ejus Pater:*
> *David vocat Chriſtum Dominum:*
> *Ergo non eſt eius Pater.*
> *Ergo Chriſtus non eſt filius Davidis.*

Plus homo in fidei tenebris, quā in lumine naturæ perſpicit.

Huic argumento homo ſibi derelictus reſpondere non potuit: at hodie illuminatus fide optimè poteſt. docemur enim Chriſtum eſſe Deum-Hominem: eumdemq; eſſe Deum, Davidis Dominum; & quà Hominem, filium.

Eodem etiam fortiſſimo argumentandi modo profani ſcriptores utuntur. Ovidius in *Epiſt. Heroid.*

Non eſt laude dignus qui decipit.

> *Fallere credentem non eſt operoſa puellam*
> *Gloria: ſimplicitas digna favore fuit.*
> *Sum decepta tuis & amans & fœmina verbis:*
> *Dij faciant laudis ſumma ſit iſta tuæ.*

quæ verba poſſunt ad hanc formam reduci.

> *Nullus, qui alterum decipit, eſt gloriâ aut laude dignus:*
> *Atqui Demophoon decepit Phyllada:*
> *Ergo non eſt gloriâ aut laude dignus.*

Sic etiam Terentius in Eunuch.

> *Herè, quæ res in ſe neque conſilium, neq; modum*
> *Habet ullum, eam conſilio regere non potes.*
> *In amore omnia hæc inſunt vitia: iniuria,*
> *Suſpiciones, inimicitiæ, induciæ,*
> *Bellum, pax rurſum; incerta hæc ſi tu poſtules*

Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quàm ſi des operam, ut cum ratione inſanias.

Quæ carmina ad hanc formam reduces.

Nulla res, quæ moderationis eſt expers, regi poteſt conſilio:
At amor moderationis expers eſt:
Conſilio igitur regi non poteſt.

Qualis eſſe debeat beneficiorum memoria?

Illâ utuntur Oratores & Rhetores, nec ſine gratiâ. Iuſtus Lipſius Centur. 3. ad Belgas. Epiſt. 30. *Quiſquis de accipiendo cogitat, ait Seneca, oblitus eſt accepti. Non ſic ego. Et ſcio alioqui quantum naturæ ſatis ſit.* Ecce Maior, Minor, & Concluſio relucent.

In Oweni libro illo, qui inſcribitur *Vnu*, Epigramm. 249. hunc ego ſyllogiſmum,

Poëta mendaces.

Nullus verax eſt Poëta.
Ego ſum verax:
Ergo non ſum Poëta.

in verſibus iſtis reperio. ſcilicet

Sunt quidam, qui me dicunt non eſſe Poëtam
Et verum dicunt. Cur? Quia vera loquor.

Perennitas poſtulat unitatem.

Et in iſtis, [ibid. Epigram. 271.]

In mundo nihil uſque poteſt conſiſtere: Mundus
Non ſemper ſtabit. Cur? quia dividitur.

Si ad formam Logicam reducantur, iſte ſyllogiſmus imbibitur: nimirùm,

Mundus perennare non poteſt: cur?

Nulla, quæ dividuntur, ſtant diu:
Mundus dividitur:
Non igitur ſtabit diu.

Huc pertinet iſte ſyllogiſmus:

An in Deo ſint paſſiones?

Nulla paſſio eſt in Deo:
Amor eſt paſſio:
Ergo amor non eſt in Deo.

quem ponit, ſolvitque D. Thomas 1. p. q. 20. art. 1. Item iſte; *Cuicumque voluntati ſufficit aliquod volitum, nihil quærit extra illud. Sed Deo ſufficit ſua bonitas, & voluntas ejus ex eo ſatiatur: Ergo Deus non vult aliquid aliud à ſe* 1. p. 19. art. 2. Reſpondet S. Doctor Deum quidem paſſionum incapacem eſſe; at amorem eſſe duplicem, ſenſualem & intellectualem, illum eſſe paſſionem, non verò hunc; & concludit hunc reperiri in Deo. Et Deum velle alia extra ſe docet ratione ſuæ voluntatis, quia illa ſufficit Deo, nec poteſt niſi ejus ratione creaturas amare; amat enim ſuam ipſe bonitatem neceſſariò & primariò, creaturas verò liberè & ſecundariò.

Amor duplex. ſenſualis, & intellectualis.

Quo Deus modo amet ſe, quo creaturas?

DCCLXXIII.

An hæretici ſint boni Dialectici?

Lutherani ſicut malos ſyllogiſmos dilaudāt, ſic & bonos aliquando condemnant. Matthæo Dreſſero lib. 2. Anim. pag. 77. iſte diſplicet.

An res corporea producere poſſit incorpoream?

Res corporea non gignit ex ſe incorpoream.
Semen eſt res corporea:
Ergo ſemen non gignit ex ſe eſſentiam incorpoream, qualis eſt anima.

An res corporea duplex ſit?

Puto ſyllogiſmi huius materiam & formam bonam eſſe; at quia aliter Dreſſerus putat, eum audiamus. Majorem ipſe de re corporeâ compoſitâ ex meris elementis concedit: ergo opinione ipſius ſunt res corporeæ, quæ non componuntur ex ſolis elementis, & iſtæ poſſunt producere res incorporeas. Rideo, & eum ad minorem progredientem comitor: Concedit ſemen hominis eſſe quidem rem corpoream, & compoſitam ex elementis, addit tamen illud à diviniore principio vim ſuam accipere. Neque enim, ut opinatur, ſimplex eſt ſemen, ſed compoſitum ex materiâ quæ eſt ultimi alimenti excrementum, & facultate quâdam opifice quæ tota eſt ætherea, ſpiritûſque plena. Quocirca conceptum iam in utero matris ſemen, ait, omnem animæ vegetatricis & ſentientis poteſtatem obtinet.

alia compoſita ex elementis, & alia ſimplex?

Quid ſemen ſit?

Hoc eodem modo uſus ſum in Scenâ de Vacuo & Pleno, quam ſtylo Philoſophico ſcriptam, comico compſi, & dedi Ferdinando III. Germaniæ Imperatori. Sic dixi.

An detur Vacuum? An in illo, ſi daretur, fieret motus, aut audiretur ſonus.

* * *In vacuo nequit ſonitus formari,*
* * *Nam ſonus fractum aërem repoſcit.*
* * *In vacuo nequeunt corpora motari,*
* * *Nam motus auram convenientem poſcit.*
* * *At motus poteſt oculis notari,*
* * *Et auris cymbali ſonitum cognoſcit:*
* * *Ergo ubi noſtrum cymbalum pulſatur,*
* * *Interponitur aër, vacuum non datur.*

Modus EOI. *Innominatus.*

ILLum, nec numerari, nec denominari permitto, & tamē poni & exponi iubeo propter P. Balthaſarem Conradum, qui in Flammâ Viridi propugnatâ Olomucii anno 1639. ſic loquit. *Vt vis conſequentiæ meliùs appareat, pono obiectionem in formâ* [ſed in quâ formâ? attendite, ſic arguit.] *Nunquam mutatur res ſubſtantialiter, quomodocumque ſenſibus appareat immutata, ſi poſt iterùm redeat eadem: ſed flamma non redit ampliùs in ceram v.g. vel oleum: ergo cera vel oleum in flammam converſio eſt ſubſtantialis.* Terminos coordino, & eundem iterùm ſyllogiſmum reſcribo. DCCLXXIV.

Mirabilis ſyllogiſmorum forma.

An olei & ceræ in flammam converſio ſit ſubſtantialis?

Nulla res, quæ poſt eadem redit, mutatur ſubſtantialiter:
Cera (idem dico de oleo) poſt inflammationem non redit eadem;
Ergo mutatur ſubſtantialiter.

Sed quo reſpondet modo Conradus? *Ad hanc obiectionem, ait, poſſem reſpondere primò, Me non teneri probare hanc ſententiam, neque à priori, nec à poſteriori, cùm neganti non incumbat probatio. Sed reſpondeo ſecundò in formâ. Conceſſâ maiori & datâ minori, nego conſequentiam: nam convertitur EVA per accid. Tertiò reſpondeo & dico nec hoc ſignum à poſteriori huic noſtræ ſententiæ deeſſe.*

Poteſt Reſpondens cogi ut [illegible] rationem ſuæ aſſertionis.

Sed nulla Reſponſio mihi placet. Non prima; quia ſi nolebat ſatisfacere, poterat obiectionem non ponere: non ſecunda, quia quid dicat de converſione, non intelligo: non tertia, quia poſſe flammam in cerā redire, non video. Debuiſſet ſaltem Conradus formare ſyllogiſmum in formâ, quod promiſerat: at poſitus in nullâ legitimâ eſt, & ideò admittendus non eſt. Eſt ſimilis per omnia huic:

An flamma in ceram aut oleum redeat?

Nullus homo eſt lapis:

Platanus

Platanus non eſt homo,
Ergo Platanus eſt lapis.

ἠὼς, aurora. ἠῷος, orientalis. Tunc forma fallacior, cum mala eſt, & bona ſimulat.

in quo præmiſſæ ſunt negativæ, veræq; & conſequens aſſertivum & falſum.

Noteetur obiter multa omninò inutilia fucū facere ſpecioſo vocabulo, videmus enim hunc modum EOI. grādi nomine ab Aurorâ deſumpto condecorari & prorſus inutilem eſſe.

Huc ſpectare videretur hic diſcurſus:

Nemo miſer, ſi putas: Nemo felix, ſi malus.

E- *Nullus, qui crimine caret, eſt miſer:*
O- *Tu crimine non cares:*
I. *Ergo Tu es miſer.*

quem Owenus Monoſtico 38. ediſſerit his verbis:

Te miſerum dicis: (fateor: ſine crimine quamquam
Non vides miſerum) tu miſer ergo Petre es.

& poſſet ad *Ferio* modum legitimum redigi ſi reſcriberetur in hunc modum:

FE *Nullus, qui crimine non caret, eſt non miſer;*
RI- *Tu es non carens crimine:*
O. *Ergo non es non miſer. Ergo es miſer.*

Vel etiam ad *Darij*, ſi in hunc modum:

DA *Omnis, qui eſt crimine non carens, eſt miſer:*
RI- *Tu es crimine non carens:*
I. *Igitur tu es miſer.*

Sed minor non eſſet Oweni, qui ponere videtur oppoſitam.

Modus EII. *Innominatus.*

DCCLXXXV. Videretur alicui hunc modum placuiſſe D. Thomæ, qui 1. p. q. 57. art. 2. ſic arguit. *Nullus poteſt cuſtodire quod nō cognoſcit: ſed Angeli cuſtodiunt homines ſingulares. ſecundum illud Pſal. 90. Angelis ſuis mandavit de te, &c. Ergo Angeli cognoſcunt ſingularia.* Nam ex majori univerſali negativâ, & minori particulari affirmativâ, particulariter & affirmativè concluditur. Sed perperam; quoniam illa conſequentia immediata nō eſt; nam ſyllogiſmus, ſi compleretur, iſte eſſet.

Angeli cognoſcunt ſingularia.

Syllogiſmi obliqui frequentiſſimi.

Nemo poteſt cuſtodire incognita;
Sed Angeli cuſtodiunt homines ſingulares
Ergo non cuſtodiunt homines ſingulares incognitos:
Ergo cuſtodiunt homines ſingulares cognitos:
Ergo cognoſcunt ſingularia.

Qui eſt ſyllogiſmus obliquus, quem ad terminos rectos reducere poteris, ſi voles.

Modus IAI. *Innominatus.*

DCCLXXXVI. Eſt ſimillimus Modo AII. Platonico, à quo ſolùm differt, præmiſſarum inverſione. Si maior ſit contingens, nihil concludit, ſi neceſſaria, habebit tres conſequentias bonas; ſi utraque præmiſſa ſit in materiâ convertibili (differentiali aut propria) quatuor bonas. Rem exemplis illuſtro.

In materiâ neceſſariâ.

Hic equus eſt animal:
Omne hinnibile eſt equus:
I. *Ergo omne hinnibile eſt animal.* } Dir.
II. *Ergo aliquod hinnibile eſt animal.* } Dir.
III. Ergo omne animal eſt hinnibile. } Ind.
IV. *Ergo aliquod animal eſt hinnibile.* } Ind.

Materia maioris fuit neceſſaria; & tertia conſequentia mala. Dabo aliud exemplum in propriâ, ut etiam tertia conſequentia ſit bona.

In materiâ propriâ.

Riſibilitas eſt proprietas hominis.

Aliquis homo eſt riſibilis;
Omne rationale eſt homo:
I. *Ergo omne rationale eſt riſibile.* } Dir.
II. *Ergo aliquod rationale eſt riſibile.* } Dir.
III. *Ergo omne riſibile eſt rationale* } Ind.
IV. *Ergo aliquod riſibile eſt rationale.* } Ind.

Utraque præmiſſa fuit convertibilis, & ideò omnes conſequentiæ admittendæ. Sit appetitus Animalis proprietas (vel detur aliquod aliud, nomen, quo aliquam proprietatem viventis ſenſibilis ſignificemus, & tunc iſte ſyllogiſmus nos inſtruet.

Animal aut caret proprietatibus, aut nobis illa ignota ferè ſunt.

Omne animal appetit:
Omnis leo eſt animal:
I. *Ergo omnis leo appetit.* } Dir.
II. *Ergo aliquis leo appetit.* } Dir.
III. Ergo omne appetens eſt leo. } Ind.
IV. *Ergo aliquod appetens eſt leo.* } Ind.

Ecce tertia conſequentia iterùm eſt mala. Ergo ut ipſa ſit bona, non ſufficit majorem eſſe convertibilem, ſed & requiritur etiam in minori aut differentiam convertibilem aut proprietatem prædicari.

Modus IEO. *Fiſeſmor.*

Mura maiorem in minorem, & habebis *Feſiſor*, modum legitimum & notū in Figurâ Platonicâ Hunc ipſum, quem nos *Fiſeſmor* dicimus, Peripatetici, ne deeſſent metro, *Fiſeſomorum* nominarunt. In materiâ contingenti & neceſſariâ tantùm quartam conſequentiam benè educit: at ſi maior ſit in propriâ aut convertibili, omnes quatuor. Exempla dedimus ſuperiùs, cùm Modum *Feſiſor* explicavimus. DCCLXXXVII

Fiſeſomorum.

Modus III. *Innominatus.*

In materiâ contingenti nihil cōcludit. Si major ſit neceſſaria aut propria æquipollebit modo *Darii*. Si id habeat minor, reſpondebit modo IAI. innominato, de quo ſuperiùs. Quòd ſi utraque præmiſſa ſit in materiâ neceſſariâ aut utraque in propriâ; aut altera in neceſſaria, & altera in propriâ, tunc æquipollebit modo *Barbara*. DCCLXXVIII.

Particulares in quatuor prioribus prædicabilibus æquivalent univerſalibus.

Modus IOO. *Innominatus.*

Si utraque præmiſſa ſit contingens eſt omninò inutilis, & nihil evincens. Si minor non ſit contingens, æquivalere debebit modo *Fiſeſmor*; & ſi neutra ſit contingens, modo *Fapeſmor*; nam extra materiam contingentē, particulares & ſingulares æquivalent univerſalibus. [Vide in ſecundâ figurâ Modum IOO.] DCCLXXIX.

Fiſeſmor. Fapeſmor.

Modus OAO. *Innominatus.*

DCCXC. ETiam iſte modus eſt inutilis, ſi materia contingens ſit. Si major fuerit non contingens, æquivalebit modo *Ferio*; & etiam modo *Celarent*. Si mutentur præmiſſæ, erit AOO. Platonis, de quo ſuperiùs.

Ferio. *Celarent.*

Modus OIO. *Innominatus.*

EST etiam modus inefficax, & nihil omninò concludens, videlicet in contingenti materiâ. Si maior ſit non contingens, tunc modus iſte æquipollebit modo *Ferio*: & ſi præmiſſa utraque, æquipollebit modo *Celarent*. Exempla ſumi poſſunt à modo IOO. Platonico, quem dilucidavimus ſuperiùs. DCCXCI.

Ferio. *Celarent.*

ARTICVLVS IV.

De Secundâ Figurâ Ariſtotelis.

DCCXCII PRæter Syllogiſmos, quos ad mentem Galeni & Ariſtotelis expoſui, dantur etiam duæ aliæ Figuræ, quæ primæ additæ, vocandæ ſunt ſecunda & tertia. Secundæ Character eſt, medium prædicatum in utraque præmiſſâ: Character verò tertiæ eſt medium, ſi ſubiiciatur in utrâque. *Qualis ſit ſecunda Figura.*

Hanc reſolutionem eſſe contra Ariſtotelem affirmas & probas verbis deſumptis ex *lib. 1. Prior. cap. 1.* quæ petis diligenter expendi. *Medium*, inquit Stagirita, *in primâ Figurâ eſt poſitione medium, in ſecundâ, poſitione primum: in tertia verò, poſitione ultimum.* Igitur in ſecundâ Figurâ Medium debet eſſe ſubiectum, quæ aliàs non eſſet poſitione primum; ſubiectum enim poſitione prius eſt prædicato. Vnde ſimiliter in tertiâ medium debet de utrâque Extremitate prædicari, aliàs non eſſet ultimum poſitione, ſive quod idem eſt ultimò-poſitum. *Obiectio ex Ariſtotele.*

Certè, ſi ageremus de re magni momenti, vix evaderemus vires argumẽtationis tuæ: cæterùm cùm agamus de Figurarum ordine, cenſemus nihil intereſſe, an hæc aut illa (cùm utraque æquè perfecta ſit) priùs aut poſteriùs ponatur. Videtur hîc Stagirita illam poſtpoſuiſſe quæ Medium collocat ex parte prædicati; in aliis locis ipſiſſimam præpoſuit alteri, quæ Medium utrique Extremitati ſubiicit. Vnde, cur non poſſemus dicere Ariſtotelem Figuras huiuſcemodi recenſuiſſe ſæpè, non tamen eodem ordine. *Prima ſolutio.*

Si hæc ſolutio diſpliceat, tuam interpretationem non admitto, ſed aſſero commodiùs transferri Philoſophum, ſi aſſeratur dixiſſe, *Medium, in primâ Figurâ eſt poſitione medium* (hoc eſt non ſemper principale ſeu prædicatum; nec ſemper non-principale, hoc eſt ſubiectum: ſed in alterâ ſubiectum, in alterâ verò prædicatum) *in ſecunda eſt poſitione principale* (ſeu prædicatum; hoc enim comparatur ſubiecto ut forma materiæ, ac propterea principalius eſt) *in tertia verò poſitione non principale, ultimum & infimum.* (nempè ſubiectum.) Si ſic exponamus Ariſtotelem, manebit ſibi ipſi perpetuò ſimilis, nec ejus verba inficientur aliquâ obſcuritate. Si hanc dicas verſionem eſſe contra ipſum textum Græcum, reſpondeo cogi nõnunquam Ariſtotelem, & iuniorum ingenio crebrò induci, ut dicat poſthumus, quæ nunquam ſuperſtes ſomniarat: ipſe enim cùm dixiſſe aſſeritur, quæ debuit dicere, optimè exponitur: non enim eius mentem, ſed purã veritatem curamus. *Solutio altera.* *Nulla ſit iniuria Ariſtoteli, cùm contra mentem, quam habuit, exponatur ſecundum quam debuit habere.*

Habet hæc Figura ſuas regulas, ſine quibus legitimè & efficaciter concludere non poteſt. Illas ſuprà expoſuimus, ſupereſt eaſdem impræſentiarùm practicare.

Modus AAA. *Innominatus.*

DCCXCIII. MIlitat contra decimam Regulam, & ideò in materia neceſſariâ & contingenti eſt omninò inutilis, conſtat enim duabus affirmativis. In materiâ autem convertibili efficaciſſimè concludit, ut conſpicis.

Omnis homo eſt rationalis:
Omne riſibile eſt rationale:

I. *Ergo omne riſibile eſt homo.* } Dir.
II. *Ergo aliquod riſibile eſt homo.*
III. *Ergo omnis homo eſt riſibilis.* } Ind.
IV. *Ergo aliquis homo eſt riſibilis.*

Hâc nihilominùs formâ uſus fuit D. Thomas 1. p. quæſt. 43. art. 6. ubi ſic arguit: *Sed contra eſt quod ſecundum Auguſt. miſſio inviſibilis fit ad ſanctificandam creaturam: Omnis autem creatura habens gratiam ſanctificatur. Ergo ad omnem creaturam huiuſ-* *Ad quos fiat inviſibilis miſſio.*

huiuſmodi ſit miſsio inviſibilis. Et, ut video, ſic debet ad formam reduci.

Omnis creatura, ad quam ſit miſsio inviſibilis, ſanctificatur:
Omnis creatura habens gratiam ſanctificatur:
Ergo omnis creatura habens gratiam eſt ad quam ſit miſsio inviſibilis.

Barbara. Et interim argumentum ſtringit, quia utraque præmiſſa eſt convertibilis. Si major convertatur ſimpliciter, ſyllogiſmus reducetur ad *Barbara* & ad *Bammada* poſteà, ſi etiam commutentur præmiſſæ. Si tandem convertatur præmiſſa utraque, ſyllogiſmus erit in tertiâ Figurâ, non in *Darapti* modo noto, ſed in *Darapta* modo notho, & tamen hic ratione materiæ legitimo.

Darapti. Darapta.

Eamdem figuram reperio in S. Gregorij Papæ homiliâ 38. in Evangelia (quæ legitur in choro Dominicâ XIX. poſt Pentecoſt.) ubi hæc habentur. *Liquidò colligere debemus quia ſi Deus ſapientia; anima autem iuſti ſedes ſapientiæ; dum cælum dicitur ſedes Dei, cælum ergo eſt anima iuſti. Hinc per Pſalmiſtam de ſanctis Prædicatoribus dicitur; Cæli enarrant gloriam Dei:* quæ verba poſſunt ad hanc formam reduci.

Deus Sapientia. Cælum ſedes Dei. ...ima ſe... Dei. ...ma cælum.

A- *Omnis anima eſt ſedes ſapientiæ, hoc eſt Dei; quia Deus eſt ſapientia:*
A-- *Omne cælum eſt ſedes Dei:*
AR. *Ergo omnis anima iuſti cælum eſt.*

Sed in quo modo? In *AAAr.* indirectò.

...ſyl... AAAr. in directò

D. Albericus Burghoff, in diſputatione pro laureâ Doctorali habitâ Viennæ die 19. Iulij 1649. Theſes omnes propoſuit verbis & ſenſu Bernardi Doctoris Theodidacti & Melliflui, & Aſſertione XCII. pag. 123. hæc verba ſanctiſſimi Patris producit. *Cùm recedunt quidam à fide & conſequenter à ſalute, nos colligimus quod & à charitate, ſine qua ſalus eſſe non poteſt.* In quibus concluſio S. Doctoris eſt, *Qui diſcedunt à fide, diſcedunt à Charitate*, & ratio colligendi, *Quia quotquot carent charitate, carent ſalute.* quam ob rem Sancti Patris diſcurſus debet ad hæc verba reduci.

Te... ad mentem D. Bernardi propugnata Viennæ.

Quicumque caret charitate, caret ſalute:
Quicumque caret fide, caret ſalute:
Ergo quicumque caret fide, caret charitate.

An-ne benè? Aſſertivè reſpondeo, quia quotieſcumque maior eſt convertibilis, Modus AAA, in ſecundâ Figurâ bonus eſt. Vocetur igitur iſte modus *Baſtarna* (populi Sarmatiam Europæam ad Boryſthenem amnem incolentis eſt nomen) aut potiùs, quia materia eſt Theologica, nominetur *Sacrata* & conversâ ſimpliciter Maiori, reducetur ad *Barbara*.

Baſtarna. ...ata.

Quicumque caret ſalute, caret charitate:
Quicumque caret fide caret ſalute:
Ergo quicumque caret fide, caret charitate.

Summa Fidei, Charitatis, & ... glo... connexio.

Sed quid, ſi non iam maior, ſed minor convertibilis fuerit? Erit bonus ſyllogiſmus in *Bammada.* videlicet:

Quicumque caret fide, caret ſalute:
Quicumque caret ſalute, caret charitate:
Ergo quicumque caret fide, caret charitate.

Si commutentur præmiſſæ, erit ſyllogiſmus in *Barbara*.

Et ſiquidem harum memini Theſium, quæ gratiſſimæ omnibus Viris doctis fuerunt, monendus Lector eſt, iam illas tranſiiſſe in librum, rogandusque eſt Author, ne hunc Theſaurum diu privatim poſſideat, ſed iuris publici eſſe patiatur: non enim latere debet apud unum, quod omnibus prodeſſe poterit.

Modus AEE. *Cameſtres.*

DUas univerſales poſtulat, nempè majorem affirmantem, & negantem minorem, & in omni materiâ eſt legitimus, ut colligitur ex hoc exemplo, quod eſt in contingenti. *DCCXCIV.*

Omnis nix eſt alba:
Nullum aurum eſt album:

I.	*Ergo nullum aurum eſt nix.*	Dir.
II.	*Ergo aliquod aurum non eſt nix.*	Dir.
III.	*Ergo nulla nix eſt aurum.*	Ind.
IV.	*Ergo aliqua nix non eſt aurum.*	Ind.

Modus, qui in materiâ contingenti ſemper eſt bonus, in aliis materiis inutilis eſſe non poteſt, juxta regulam ſyllogiſmorum quintam.

Hoc modo uſus eſt D. Thomas 1. p. q. 27. art. 1. ubi ait. *Omne procedens eſt diverſum ab eo à quo procedit: ſed in Deo nō eſt aliqua diverſitas ſed ſumma ſimplicitas: ergo in Deo non eſt proceſsio aliqua.* *An ſine diſtinctione intelligi poſſit proceſsio.*
Vel, ſi utamur verbis rigoroſioribus,

Omne procedens eſt diverſum;
Nihil Divinum eſt diverſum.
Ergo nihil Divinum eſt procedens.

Siquidem obiectionem poſuimus, ſolutionem addamus. Cōceſsâ maiore diſtinguetur minor. Nihil enim divinum eſſentiale eſt diverſum, at perſonalia divina ſunt, & diverſa. Unde ſequitur conſequens eſſe diſtinguendum. Datur enim proceſsio perſonalis, non eſſentialis. *An dentur Proceſsiones in Deo?*

Cùm *Cameſtres* ſit modus legitimus, etiam erit *Cameſtro*, ad quem pertinet illa obiectio, quam idem S. Doctor format. 1. part. quæſt. 42. art. 2. ubi ex univerſalibus particulariter concludit, & argumentatur his verbis: *Omne quod eſt ex altero habet principium; ſed nullum æternum habet principium; Ergo filius non eſt æternum neque ſpiritus ſanctus.* Quæ poſſunt ad hanc formam reduci. *Cameſtro. An perſonæ procedentes ſint æternæ*

Ca-	CA-	*Omne, q̄ eſt ex altero, habet principiū:*
meſ-	MES-	*Nullum æternum habet principium:*
*	TRES.	*Ergo nullum æternum eſt ex altero.*
*	FE-	*Ergo nullum, quod ex altero, eſt æternū.*
*	RI-	*Atqui Filius & Spiritus ſanctus ſunt ex altero:*
tro.	O.	*Ergo non ſunt æterni.*

Et reſpondetur diſtinguendo maiorem primi ſyllogiſmi: Omne quod p̄cedit ab altero eſſentialiter, habet principium conceditur; omne q̄ procedit ab altero perſonaliter & nō eſſentia-

liter, habet principium; negatur. Conceditur ſubſumpta minor; & conſequentia diſtinguitur; nullum enim æternum eſſentialiter eſſe ab altero concedetur: at nullum æternum perſonaliter eſſe ab altero, negabitur. Major ſequentis ſyllogiſmi eſt huius conſequentis converſio; & eodem diſtinguitur modo. Nihil, quod eſſentialiter (ſecundum rationem eſſentiæ) eſt ab alio, eſt æternum, conceditur: nullum, quod perſonaliter (ſecundum rationem perſonæ) eſt ab alio, eſt æternum, negatur. Et minor eadem debet diſtinctione illuſtrari: Filius enim & Spiritusſanctus ſunt ab alio (nempè Filius à Patre, & Spiritusſanctus ab utroque) & hoc perſonaliter, non autem eſſentialiter: eſſentia enim divina non diſtinguitur à Patre: & tandem debebit conſequentia negari.

Productio duplex: eſſentialis ſeu eſſentia, & perſonalis ſeu perſonæ.

Spiritus ſanctus ab utroque procedit.

Et hîc obiter nota hanc ipſam ſolutionem ſupponere creaturam non potuiſſe ab æterno produci, quod multi negant: qui ergo mundũ potuiſſe eſſe ab æterno aſſereret, faciliùs ſe expediret ab hac inſtantiâ totâ, majorem primi ſyllogiſmi negando.

An mundus eſſe potuerit ab æterno?

Clariùs & meliùs relucet huiuſmodi efficacia in objectione ſubſequente. *Omne ſcitum à Deo neceſſe eſt eſſe: quia etiam omne ſcitum à nobis neceſſe eſt eſſe: cùm tamen ſcientia Dei certior ſit quàm ſcientia noſtra. Sed nullum contingens futurum neceſſe eſt eſſe: Ergo nullum contingens futurum eſt ſcitum à Deo.* Ita contra ſe S. Thomas 1. p. quæſt. 14. art. 13. Et reſpondeo ad majorem, omnia ſcita à Deo eſſe neceſſariò (hoc eſt, infallibiliter) qualia ſciuntur; & non alia. Unde cùm Deus cognoſcat contingentia ut ſunt; ex hypotheſi quòd cognoſcantur, neceſſarium (infallibile) eſt quod ſint contingentia. Nec hîc reperio aliquam difficultatem; nec inter Præſcientiam & Contingentiam aliquam oppoſitionem. Cæterùm, ſi neceſſitatis vocabulo pluſquam infallibilitas intelligenda veniat, nego primam propoſitionem obiectionis.

An Deus cognoſcat futura contingentia? An ipſa, quia à Deo cognoſcuntur, tranſeant in neceſſaria?

Poſui præter primarias ſecundarias nonnullas conſequentias, ut haberet libertatem Dialecticus unam aut alteram inferendi: non enim volumus eum obligare ut ſemper directè concludat; hanc enim obligationem antiquiores Philoſophi & Theologi non obſervarunt. Oviedus Controv. 14. Phyſ. punct. 4. §. 2. num. 7. ſic ait. [Ex S. Thomâ *quæſt. 7. art. 3.* hæc argumenta fieri ſolent. *Omne corpus ſuperficiem habet: ſed infinitum non poteſt habere ſuperficiem: Ergo non poteſt dari corpus infinitum.*] ubi ſecundum regulas communes deberet omninò concludere, *Ergo Infinitum non poteſt eſſe corpus.* Ponam omnes conſequentias, ut videas quam ex ipſis Angelicus Doctor intulerit.

An debeat ſemper Dialecticus directè concludere?

An corpus infinitum ſit poſſibile.

Omne corpus poteſt ſuperficiem habere.
Nullum infinitum poteſt ſuperficiem habere

I.	*Ergo nullum infinitum eſt corpus.*	Direct.
II.	*Ergo aliquod infinitum nõ eſt corpus.*	Direct.
III.	*Ergo nullum corpus eſt infinitum.*	Indir.
IV.	*Ergo aliquod corpus non eſt infinitũ.*	Indir.

Ubi vides tertiam inferri à D. Thomâ. Sed cur affectam modo impoſſibilitatis? cùm egero de Modali ſyllogiſmo, huic interrogationi ſatisfaciam.

Seneca epiſt. 102. inquirit, An claritas poſt mortem ad nos ſaciat? & ſic contra ſe arguit:

An fama poſthuma ad nos ſpectet

Nullum bonum ex diſtantibus:
Hoc autem (claritas, fama, opinio) *ex diſtantibus conſtat.*
Ergo hoc non eſt bonum.

Reſponde. & oſtende quo ſenſu ſit bona, & non bona, fama & nominis claritas.

Volo adhuc ſubſcribere hoc exemplum; quod à Becano cap. 12. de neceſſitate Fidei quæſt 1. num. 5. deſumo. [*Apoſtolus*, ait ille, *in Epiſtolá ad Romanos & Galatas, ubique inculcat neceſſitatem Fidei. Et Hebr. 11. 6. ait: Sine Fide impoſſibile eſt placere Deo. ex quo colligit Henoch habuiſſe fidem hoc modo:*

Fidei neceſſitas.

Nemo poteſt placere Deo ſine Fide:
Henoch placuit Deo:
Ergo habuit Fidem. &c.]

An Deo placere poſſit, qui caveat fide?

Sed in quâ Figurâ & Modo iſte eſt ſyllogiſmus conſtructus? In *Feſtino*: nam æquipollet iſti.

Fes- *Nemo carens Fide placuit Deo:*
ti- *Henoch placuit Deo:*
no. *Ergo non caruit Fide.*

Paradoxa Ciceronis laudantur, & ex illis volo etiam aliquam rationem eruere. In ſecundo, Homini, cui virtus ſit, nil omninò deeſſe, ut beatè vivat, perſuadendũ aſſumit, & ſic ait. [Neſcis inſane, neſcis, quantas vires virtus habeat. Nomen tantùm virtutis uſurpas, quid ipſa valeat, ignoras. Nemo poteſt non beatiſſimus eſſe, qui eſt totus aptus ex ſeſe, quique ex ſe uno ſua ponit (fortè, promit) omnia. Cui autem ſpes omnis & cogitatio pendet ex fortuna, huic nihil poteſt eſſe certi; nihilque, quod exploratum habeat permanſurum ſibi, ne unum quidem diem: &c.] Quæ verba ad hanc formam ſyllogiſticam contraho.

Virtus ſibi ſufficit. Qui habet Virtutem beatus eſt.

Omnis ille eſt beatus, qui ſibi ſufficit:
Nullus qui pendet à fortunâ ſibi ſufficit:
Ergo nullus, qui pendet à fortunâ, eſt beatus.

Modus AIAr. *Innominatus.*

EST iſta concludendi formula certiſſima, ſed petit conditiones has: primam, ut major ſit propoſitio directa: ſecundam, quod minor ſit indirecta: tertiam, quod concludatur indirectè, hoc eſt, quod in concluſione minor extremitas de majori dicatur. Pono exemplum.

Omne animal eſt vivens;	Direct.
Aliqua ſubſtantia eſt vivens:	Indirect.
Ergo omne animal eſt ſubſtantia.	

Ubi vides primam propoſitionem eſſe directam: ſecundam indirectam; ubi etiam perſpicis, tertiam bifariam poſſe conſiderari: vel ut propoſitionem, vel ut concluſionem: ſi primo modo, eſſe directam, quia terminus univerſalior de minùs univerſali prædicatur: ſi conſideretur ſecundo, eſſe indirectam, quia minor extremitas de minore affirmatur.

Con-

Concluditur etiam directè, ſi major ſit indirecta, minor directa, & concluſio inferatur directè, verbi gratiâ:

Aliquod vivens eſt animal: Indirect.
Omnis equus eſt animal: Direct:
Ergo omnis equus eſt vivens.

Si major indirecta non ſit, concluſio non erit legitima, poterit enim eſſe falſa, ut probat exemplum, quod ſequitur:

Aliquis homo eſt animal: Direct.
Omnis equus eſt animal: Direct.
Ergo omnis equus eſt homo.

Modus AII. *Innom natus.*

DCXCV Eſt ſimilis iſti AAA; & ſolùm in materiâ propriâ efficax; in neceſſaria & contingenti inutilis. Sit tibi exemplo is ſyllogiſmus.

Omnis homo eſt diſcurſivus:
Aliquod rationale eſt diſcurſivum:
I. *Ergo omne rationale eſt homo.* } Dir.
II. *Ergo aliquod rationale eſt homo.* } Dir.
III. *Ergo omnis homo eſt rationalis.* } Ind.
IV. *Ergo aliquis homo eſt rationalis.* } Ind.

Si minorem dones quantitate univerſali, (virtute enim non niſi univerſalis eſt) habebis primum modum. *Vide regulam decimam.*

Subſcribam tamen paucas lineas, quas cum admiratione volo legi. Arriaga diſp. 16. Logic. ſect. 8. num. 67. ſic inquit. *Alia demonſtrationes perfectiſſimæ poſſunt fieri ex principiis communibus ut patet in hoc;*

Omnis bona definitio conſtat genere & differentiâ;
Sed hæc, Homo eſt animal rationale, *conſtat genere & differentiâ:*
Ergo eſt bona definitio.

Intervepiens Arriaga. Ecce perfectiſſimam demonſtrationem! ſed in quo modo? Illam tueri Arriaga non poterit, qui hic certiſſimè aberrat à ſuâ Logicâ: ego potero: mihi enim ſi major convertibilis ſit, ex affirmativis benè concluditur in ſecundâ figurâ. Volo hanc veritatem demonſtrare quodam ſyllogiſmo Evangelico, quem potero verbis

Luca 7. Chriſti formare. *Duo debitores*, ait Phariſæo Jeſus, *erant cuidam fœneratori; unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donavit utriſque. Quis ergo eum plus diligit? Reſpondens Simon dixit. Æſtimo; quia is, cui plus donavit. At ille dixit ei; Rectè judicaſti. Et converſus ad mulierem dixit Simoni: Vides hanc mulierem, ? . . . . Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum: cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam; Remittuntur tibi peccata . . . Fides tua te ſalvam fecit, vade in pace.* Unde hunc poſſumus ſyllogiſmum eruere.

Nota illud [illegible] ... condonatio ... [illegible]

Cui multum dimittitur multum diligit:
At Magdalena multum diligit:
Multum ergo Magdalenæ dimittitur.

Syllogiſmus eſt bonus, eſt enim major convertibilis, & eſſet in *Darii*, ſi proponeretur hoc modo.

Quicumque Deum plurimum diligit, omnium peccatorum veniam obtinet.
At Magdalena plurimum Deum diligit:
Ergo ipſa omnium ſuorum peccatorum veniam obtinet.

Hâc figurâ modoque uſus fuit D. Thomas 1. p. q. 19. art. 4. ſibi enim objicit: *Id, quod eſt per eſſentiam, eſt primum in quolibet ordine: Sicut in ordine ignitorum eſt primum quod eſt ignis per eſſentiam: Sed Deus eſt primum agens. Ergo eſt agens per eſſentiam ſuam, quæ eſt natura ejus. Agit igitur per naturam, & non per voluntatem. Voluntas igitur divina non eſt cauſa rerum.* Et reſpondet Deum operari per eſſentiam, ejus enim eſſentia intelligere & velle eſt: Alibi docet eſſentiam Dei in ſolâ intellectione conſiſtere, & volitionem eſſe eſſentiæ attributum. Sed hujus loci eſt difficultatem tetigiſſe, non explanaſſe.

Principiū reliquorū quod?

Ignis per eſſentiam.

An Deus agat per eſſentiam, an per voluntatem?

An intelligere Dei ſit eſſe Dei?

An divina voluntas ſit attributum?

Relinquamus Theologica, & in Dialecticis aut Philoſophicis maneamus. Ut video, eâdem formâ etiam utitur P. Joannes Lalemanderius *in Phyſ. diſp. 9. part. 8. Clypeo 1. num. 43. columna 274.* ubi ſic ait. [Ens per accidens dicitur illud, quod conſtat ex pluribus entibus in actu: Sed talis eſt numerus: Ergo eſt ens per accidens. Major patet: minor probatur. Si enim accipiamus tres v.g. homines, quilibet eſt ens actu: ergo numerus ternarius ex illis conſtans, erit unum per accidens.] Quæ ratio ad hos terminos debet reduci:

Quid ſit ens per accidens?

Omne Ens per accidens conſtat è pluribus entibus in actu:
Sed Numerus conſtat è pluribus entibus in actu:
Ergo eſt Ens per accidens.

An numerus ſit Ens per accidens?

Hoc etiam argumentandi Modo utitur Joannes Owenus lib. 3. Epigramm. 176. cum dicit.

Oderunt peccare boni virtutis amore:
Sunt igitur pauci nunc Mariane boni.
Improbitas tanti, probitas tam denique parvi
Penditur, ut probrum penè ſit eſſe probum.

Cur boni benè agāt? An ſit decens hominis eſſe bonos?

Quæ carmina ad hanc formam poſſunt reduci.

A- *Omnes boni deteſtantur peccata ob virtutis ſtudium:*
I- *Pauci hodie deteſtantur peccata ob virtutis ſtudium:*
I. *Ergo pauci ſunt hodie boni.* Probatur minor.

Probi ſunt pauci. Cur?

A- *Omnes, qui deteſtantur peccata ob virtutis ſtudium parvi fieri volunt:*
I- *At pauci ſunt, qui parvi fieri volunt:*
I. *Ergo pauci, qui deteſtentur peccata ob virtutis ſtudium.*

Si major convertatur ſimpliciter (poteſt enim) tranſibit in hanc, *Omnes, qui deteſtantur peccata ob virtutis ſtudium, ſunt boni.* & ſyllogiſmus reducetur ad *Darii*.

Et in eodem conceptu perſeverans hæc adjungo.

Oderunt peccare mali formidine pœnæ:
At pauci omittunt culpas formidine pœnæ:

Cur mali à malo abſtineant?

 Ergo

Ergo licet multi crimina magna patrent
Audacter, pauci dantur in orbe mali.

Eſt iterùm in AII. ſecundæ figuræ, modo illegitimo & innominato; nec tamen congruè reducetur ad *Darii*, quia non ſemper *Pauci* poſſunt poni, ubi ponerentur *Aliqui*: hic enim bonus eſt ſyllogiſmus.

Præter quanitatis notas in Logicâ, dantur aliæ, de quibus in Logicâ Morali diſputabo.

DA *Omne animal eſt vivens.*
TI- *Aliqua animalia ſunt rationalia:*
SI. *Ergo aliqua animalia ſunt viventia.*

Et tamen malus iſte,

DA *Omne animal eſt vivens:*
TI *Pauca animalia ſunt rationalia:*
SI. *Ergo pauca rationalia ſunt viventia.*

quia qui *Aliqua eſſe* dicit, non negat *Omnia eſſe*; at qui *Pauca eſſe* dicit, *Multa eſſe* negat; eſt ergo falſum, *Pauca rationalia eſſe viventia*, quia eſt verum *Omnia rationalia eſſe viventia*; ſed ſignificationem hujus vocis nunc urgeo: non enim volo eſſe nominalis.

Aliâ viâ modus iſte ſalvatur: nam ſi major directa ſit, & minor indirecta, etſi neutra ſit convertibilis, conſequentia erit vera. Pono exemplum.

Omnis equus eſt animal: Direct.
Aliquod vivens eſt animal: Indir.
Ergo aliquod vivens eſt equus.

Iſte eſt ſecuriſſimus argumentandi modus, in quo nunquam erit antecedens verum & conſequens falſum.

Modus AOO. *Baroco.*

DCCXCVI. IN materiâ neceſſariâ & propriâ æquivalet Modo AEE. qui vocatur *Cameſtres*, & concludit efficaciſſimè, ut conſpicis in his exemplis.

In materiâ neceſſariâ.

Omnis homo eſt animal:
Aliquis lapis non eſt animal:
I. *Ergo nullus lapis eſt homo...* } Dir.
II. *Ergo aliquis lapis non eſt homo.* } Dir.
III. *Ergo nullus homo eſt lapis..* } Ind.
IV. *Ergo aliquis homo non eſt lapis:* } Ind.

Hic ſyllogiſmus fuit in materiâ neceſſariâ; ſubjiciamus alterum in propriâ.

In materiâ propriâ.

Omnis homo eſt rationalis:
Aliquod metallum non eſt rationale:
I. *Ergo nullum metallum eſt homo.* } Dir.
II. *Ergo aliquod metallum non eſt homo.* } Dir.
III. *Ergo nullus homo eſt metallum..* } Ind.
IV. *Ergo aliquis homo non eſt metallum.* } Ind.

Si materia ſit contingens, ſolùm erit utilis una conſequentia particularis, quia ex particulari contingenti univerſalis inferri non poteſt, ut docebamur regulâ tertiâ, & confirmamur hoc diſcurſu. [Supponitur omnia & ſola animalia eſſe alba.]

In materiâ contingenti.

Omne animal eſt album:
Aliquod vivens non eſt album:
I. *Ergo nullum vivens eſt animal...* } Dir.
II. *Ergo aliquod vivens non eſt animal.* } Dir.
III. Ergo nullum animal eſt vivens. } Ind.
IV. Ergo aliquod animal non eſt vivẽs. } Ind.

Ad hunc modum ſpectat iſte ſyllogiſmus.

Achilles fœlix, cur.

Qui fœlix eſt, celebratur ab optimo Poëta, qualis Homerus fuit:
At tu, quando à me coleris, non celebraris ab optimo Poëta:
Ergo meo calamo fœlix non es.

Illum format Owenus libr. 2. Epigr. 28. ad Philippum Sidnejum.

Quòd ſit ab antiquo tam ſùm cantatus Homero,
Fœlicem Macedo Rex vocat Æacidem.
O me infœlicem! quia tu divine Philippe
Fœlix carminibus non potes eſſe meis.

Et libr. 2. ad Henricum. Epigr. 2. ſic inquit:

Oportet ut multos timeat, quē multi timuerunt. An Reges non habeāt in Angliâ cur timeant, Caroli poteſt demōſtrare.

Omnia formidant, formidanturque Tyranni,
Semper habet comitem vis metuenda metum.
Cur metuas tam ſi nihil eſt, Rex maxime Regum,
Optime Rex cauſa eſt, cur metuare nihil.

Cujus verba ad hunc poſſunt Syllogiſmum reduci.

* BA· *Omnes Tyranni timent,*
Ba * *Omnes Tyranni timentur.*
* RO- *Tu nec times,*
co- * *Nec timeris.*
co. CO. *Tyrannus igitur non es.*

An Anima ſit immortalis?

Deſiderabant Veteres ex principiis Philoſophiæ Animam eſſe immortalem probare. Reperio apud Dreſſerum libr. 2. de Anim. pag. 148. hoc argumentum Phyſicum:

Quidquid interit, eſt ex elementis conſlatum:
Anima non conſlatur ex elementis:
Igitur Anima non interit.

An in homine ſint quatuor elementa?

Et quidem multa ſupponit hæc ratio valdè falſa aut incerta: nam Joannes Helmontius mixta omnia negat, ac proptereà majorem proponentes irridet: alii minorem negant: & omnes qui carent fide dubitant. Nos aliunde ſecurè, qualis Anima ſit non addiſcimus, quàm ex Revelatione divinâ: adeòque nobis potiſſima ratio ſit, quam ſubſcribo. [Anima, ſive ſimplex, ſive compoſita ea ſit, non obſtante ejuſdem immaterialitate, adnihilabilis à Deo eſt: non verò adnihilanda. Unde hoc ſcio? Aſſero eſſe adnihilabilem, quia eſt creatura: addo non eſſe adnihilandam, quia Deus ſic decrevit; & hoc ipſum decretum hominibus in Sacrâ Scripturâ revelavit.]

Unde debet Reſolutio deſumi?

An poſſit demonſtrari eſſe Deum?

Deum eſſe ſimplicem fatemur univerſi Catholici: demonſtrat Suarez *diſp* 30 *Met. ſect.* 3. & 4. & ex eo Sanchiuz *libr* 2. *de nat.* & *attributis Dei cap.* 2. *quæſt.* 1. & Pincierus *Ænigmatum libr.* 2. *nu.* 32. *pag.* 185. qui utitur his verbis Lactantii. *Quidquid capit diviſionem, & interitum capiat neceſſe eſt. Si autem interitus procul eſt à Deo quia incorruptibilis & æternus; conſequens eſt ut dividi Divina poteſtas*

An Deus ſit indiviſibilis?

non

An ſit a-nnon?

non poſſit. Ita Lactantius Firmianus libr.1.Inſtit.cap.3. ubi *divinæ Poteſtatis* nomine Numen intelligit, eo nimirùm ſenſu, quo Virgilius cùm dixit, O *Pater: ô hominum, Divûmque æterna Poteſtas:* quæ verba ad hunc modum & figuram reduco.

BA- *Omne diviſibile eſt mortale:*
RO. *Deus non eſt mortalis:*
CO. *Ergo Deus non eſt diviſibilis.*

An rationales hominũ Animæ ſint diviſibiles?

Probatur major: quia ideò animas rationales eſſe indiviſibiles dicimus, quia immortales fatemur. [Scio tamen hîc Pragæ doctum & propugnatum illas eſſe diviſibiles & nihilominus eſſe immortales: ſed de hoc in phyſicis.] Probatur etiam ejuſdem ſyllogiſmi minor; quia,

FE- *Nullum incorruptibile & æternum eſt mortale:*
RI- *Deus eſt incorruptibilis & æternus:*
O. *Ergo Deus non eſt mortalis.*

Modi Innominati.

AUI.AUO.AUU.

Litera U ubi'c modo ſignificat Non omnem.

AD *Baroco* reduco hunc ſyllogiſmum, qui infert duas concluſiones primarias. Eum conſidera.

Omnis homo eſt animal:
Non omne vivens eſt animal
Ergo aliquod vivens eſt homo
& aliquod vivens non eſt homo.

Ut percipias, unde illæ duæ conſequentiæ naſcantur, ſyllogiſmum ad terminos ſeveriores reduco.

Omnis homo eſt animal:
Non omne vivens eſt animal:
Ergo non omne vivens eſt homo.

in quo, ſi ſyncategorema *Non omne* diſſolvatur, reſultabit iſte ſyllogiſmus:

Ba- *Omnis homo eſt Animal:*
At aliquod vivens eſt animal,
ro- *& aliquod vivens non eſt animal:*
Ergo aliquod vivens eſt homo,
co. *& aliquod vivens non eſt homo.*

An fortè ſi duæ particulares, quæ loco minoris ſumuntur, ſimul ſint veræ: etiã duæ, quæ inferũtur, erunt veræ? Erunt, ſi non ſolum veræ, ſed etiam indirectæ ſunt: aliàs enim falſæ eſſe poſſent. Pono exemplum.

Omnis homo eſt animal:
Aliquod viride (Pſittacus) *eſt animal,*
& aliquod viride (Smaragdus) *non eſt animal:*
Ergo aliquod viride eſt homo,
& aliquod viride non eſt homo.

Stat ergo Modum AUO, ſemper eſſe bonum: at Modos AUI, & AUU. non ſemper. Quando ergo? Quando minor eſt propoſitio indirecta, major directa.

Modus EAE. *Ceſare.*

REquirit duas univerſales, priorem negantem, & poſteriorem aſſerentem; ac proptereà debet inferre negativam. Eſt utilis in omni materiâ, ponamus in contingenti exemplum, quia ſi in hâc omnes conſequentiæ ſubſiſtant, in materiis reliquis (ſic quinta tradit regula) claudicare non poterunt. DCC XCVII.

Forma ſyllogiſtica, quæ in materia contingenti benè concludit, efficax in reliquis eſt.

Nulla nix eſt purpurea;
Omnis ſanguis eſt purpureus:
I. *Ergo nullus ſanguis eſt nix.* } Dir.
II. *Ergo aliquis ſanguis non eſt nix.*
III. *Ergo nulla nix eſt ſanguis.* } Ind.
IV. *Ergo aliqua nix non eſt ſanguis.*

Huc videtur ſpectare hic ſyllogiſmus;

Perturbatus animus nunquam eſt benè affectus;
Sapientis animus ſemper eſt benè affectus:
Ergo ſapientis animus nunquam eſt perturbatus.

Sapiens perturbari non poteſt.

Quem 3. Tuſc. expendit Cicero. *Et quemadmodum* (ait) *oculus conturbatus non eſt probè affectus ad ſuum munus fungendum. & reliquæ partes, totum-que corpus à ſtatu cum eſt motum, deeſt officio ſuo ac muneri, ſic conturbatus animus non eſt probè affectus ad exequendum munus ſuum. Munus autem animi eſt ratione uti, & ſapientis animus ita ſemper affectus eſt, ut ratione optimè utatur: nunquam igitur eſt perturbatus.*

Argumentũ à paritate rationis.

Et quidem, qui nunquam perturbatus eſt animo, ſapiens eſt, & quia Sapientia ſincerâ terreſtrium rerum cognitione fundatur, optimè intelliget ex illis Pauli verbis, *Tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes*, hunc poſſe & debere ſyllogiſmum diduci.

Vera ſapientia fundamentum
2.Cor.6. b. Omnia poſſidet pauper.

Nihil poſſidetur à nobis;
Omnia poſſidentur à nobis;
Ergo omnia ſunt nihil.
Ergo nihil ſunt omnia.

Omnia humana ſunt nihil.

Eſt certiſſimum dogma, quo ſubſtruitur orthodoxa Politica: illudque firmare poſſumus his verbis ejuſdem Apoſtoli videlicet: *Qui gloriatur in Domino glorietur: non enim qui ſeipſum commendat ille probatus eſt. ſed quem Deus commendat.* quæ poſſunt ad hanc formam reduci

2.Cor.10.

Nemo qui ſeipſum commendat, probatus eſt;
Omnis, quem Deus commendat, probatus eſt;
Nemo igitur, quem Deus commendat, ſeipſum commendat.
Et neminem, qui ſeipſum commendat, Deus commendat.
Ergo in Domino glorietur, qui gloriatur.

Iactantia & gloria vana condemnãtur.

Seneca *Epiſt.* 87. ſic ait: [Bonum ex malo non fit: fiunt autem ex avaritiâ divitiæ: ergo non ſunt bonum. Non eſt, inquit, verum Bonum ex malo non naſci: ex ſacrilegio enim & furto pecunia naſcitur: itaque malum quidem eſt ſacrilegium & furtum: ſed ideò, quia plura mala facit quàm bona. Dat enim luctum ſed cum metu, ſolicitudine, tormentis & corporis & animi,

nimi. Quiſquis hoc dicit neceſſe eſt recipiat ſacrilegium ſicut malum ſit, quia multa mala facit, ita bonum quoque ex aliquâ parte eſſe, quia aliquid boni facit. quo quid fieri portentoſius poteſt?] Sic ille, & ut hunc diſſolvat nodum, quem hodie facillimo negotio poſſumus, omnes ingenii ſui copias effundit. Legat illum Lector eruditus, ego enim has rationes ad terminos reduco.

Ce *Nullum bonum naſcitur ex malo:*
ſa- *Divitiæ naſcuntur ex malo:*
re. *Ergo divitiæ non ſunt bona.*

Probat minorem: quia naſcuntur ex avaritiâ, quæ in omnium ſententiâ mala eſt: & progreditur.

Nota hanc formam.

Omnia illa, ex quibus aliquid boni oritur, ſunt bona:
Lucrum eſt bonum:
Ergo illud, unde naſcitur lucrum, erit bonum.
At naſcitur ex avaritia, ex ſacrilegio, ex furto.
Ergo avaritia eſt bona, ſacrilegium eſt bonum, furtum eſt bonum.

Jam hodie diſtinguimus cauſam per ſe à cauſâ per accidens, directam ab indirectâ, principalem ab occaſionali, ſeu inſtrumentali, abſolutam à conditionali: & ideò hoc paralogiſmo non tangimur. At nihilominùs Lectorem admonere volumus formam ultimi ratiocinii eſſe obliquam, & examine liberiore indigere.

Modus EEE. *Innominatus.*

DCCXCVIII. *In fœminis naſcitur ab amore fidelitas.*

HUc pertinet iſte ſyllogiſmus;

Nulla, quæ maritum non amat, fidelis eſt:
Nulla adultera fidelis eſt:
Ergo nulla adultera maritum amat.

quem ſuperiùs expoſui, agens de modo EEE. primæ Figuræ Ariſtotelicæ. Hic tamen obiter noto, non benè conſequentiam deduci; quia forma poſtulat hanc. *Ergo nulla adultera eſt, quæ maritum non amat.* hoc eſt, *Omnis adultera maritum amat:* quam eſſe falſam certum eſt. Ergo rejici debet hic modus.

Modus EIO. *Feſtino.*

DCCXCIX. MOdum EEE. innominatum, & è puris negativis compoſitum excluſit prima Regula: idcircò feſtino ad *Feſtino*, qui poſtulat majorem univerſalem negantem, & minorem particularem affirmantem: quâ lege componitur hic ſyllogiſmus

In materia neceſſaria aut propria Feſtino.

Nullus lapis eſt animal;
Aliquis homo eſt animal:

I.	*Ergo nullus homo eſt lapis.*	Dir.
II.	*Ergo aliquis homo non eſt lapis.*	Dir.
III.	*Ergo nullus lapis eſt homo.*	Ind.
IV.	*Ergo aliquis lapis non eſt homo.*	Ind.

Materia eſt neceſſaria, & quia minor neceſſaria æquipollet univerſali, hic ipſe ſyllogiſmus æquipollebit modo *Ceſare*; & per conſequens habebit omnes conſequentias efficaces; unde infero æquè efficaces futuras eſſe, ſi materia ſit propria juxta ea quæ traduntur regulâ quintâ. Cæterùm ſi materia ſit accidentalis & contingens, tres conſequentiæ ſupprimentur, & tantum ſtabit ſecunda. Tene exemplum, & relege regulam tertiam.

At in contingenti Feſtino.

Nullus homo eſt purpureus:
Aliqua ſubſtantia eſt purpurea:

I.	Ergo nulla ſubſtantia eſt homo.	Dir.
II.	*Ergo aliqua ſubſtantia non eſt homo.*	Dir.
III.	Ergo nullus homo eſt ſubſtantia.	Ind.
IV.	Ergo aliquis homo nõ eſt ſubſtãtia.	Ind.

Et ut honorem hunc modum aliquo Magni Doctoris exemplo, produco D. Thomam qui 1.p.q.50.art.1. ſic inquit. *Nihil movetur niſi corpus, ut probatur in 6. Phyſ. Sed Damaſus dicit ibidem quòd Angelus eſt ſubſtantia intellectualis ſemper mobilis. Angelus ergo eſt ſubſtantia corporea.*

An Angelus corporeus ſit?

Et reſpondet em Damaſcenum fateri Angelum eſſe ſpiritualem & mobilem, ergo negare ſola corpora moveri, adeòque ad Damaſceni mentem nego majorem, quia etiam incorporea moventur.

Non omnia debent ad longum poni, aliquid ingenio debet Lectoris ingenioſi committi; ſed quia quidam vir doct9 negavit hunc (quem contra ſuam doctrinam ſanctus Doctor affirmat) eſſe ſyllogiſmum in *Feſtino*, cogor illum reſumere, & expendere. Argumentatur ſic.

Duæ negationes ſe mutuò eliſdunt.

Me FES *Nullum non-corpus eſt mobile:*
ti- TI- *Angelus eſt mobilis:*
* NO. *Ergo Angelus non eſt non corpus.*
* * *Ergo Angelus eſt non non corpus.*
tis: * *Ergo Angelus eſt corpus.*

Ecce eſt in ſecundâ figurâ, in modo infinito *Metin*, qui debet ad *Feſtino* reduci. *Metitis.*

In omni diſputatione, aut ferè, Reſpondens ſub Præſide militat, & alterius umbrâ tela regerit. Sed quis erit Angelici Doctoris Præſes? Chriſtus. Ipſe, *Benè ſcripſit, benè dixit benè concepit Thomas*, ait: & hunc ipſum argumentandi modum aſſumpſit Lucæ 24.39. & ſuo labio divino conſecravit. Sic habet Evangelicus textus: *Stetit Jeſus in medio eorum, & dicit eis, Pax vobis: Ego ſum: nolite timere. Conturbati verò & conterriti exiſtimabant ſe ſpiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendunt in corda veſtra? Videte manus meas & pedes, quia ego ipſe ſum: palpate & videte, quia Spiritus carnem & oſſa non habent, ſicut me videtis habere. Et cùm hoc dixiſſet, oſtendit eis manus & pedes:* Quæ verba debemus ad hanc formam reducere.

Quando eſt Reſponſalis D. Thomas, Chriſtus præſidet.

An ſpiritus carnem & oſſa habeat?

Nullus ſpiritus habet carnem, oſſa, &c.
Ego habeo carnem, oſſa, manus, pedes.
Ergo ego non ſum ſpiritus.

Hanc eandem argumentandi normam etiam Gentiles approbarunt; Oratores, Poëtæ. Cice- DCCC.

ronem

Tullii Marcus Pontifices, & reliqui Tripudiatores insani. *Si prava non probantur, admitti non debet postremum.*

ronem & Ovidium produco. Ille pro Muræna ſic ait: *Nemo ferè ſaltat ſobrius, niſi forte inſanit: neque in ſolitudine, neque in convivio moderato atque honeſto. Intempeſtivi convivii, amœni loci, multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio. Tu mihi arripis id, quod neceſſe eſt omnium vitiorum eſſe poſtremum: relinquis illa, quibus remotis hoc vitium omninò eſſe non poteſt: nullum turpe convivium, non amor, non commeſſatio, non libido, non ſumptus oſtenditur; & cùm ea non reperiantur, quæ voluptatis nomen habent, quæque vitioſa ſunt, in quo ipſam Luxuriam reperire non potes, in eo te umbram luxuriæ reperturum putas?* ex his verbis Ramus illum ſyllogiſmum diducit.

Tripudiare aut luxuriari.

BA- *Saltator eſt luxurioſus;*
RO- *Murana non eſt luxurioſus:*
CO. *Murana igitur non eſt ſaltator.*

At puto hunc potiùs erui: videlicet,

aut potiùs inſanire eſt

FES- *Nullus ſaltator ſanæ eſt mentis:*
TI- *Murena eſt ſanæ mentis vir:*
NO. *Ergo Murana non eſt ſaltator.*

Duo tripudiandi genera, leve, grave.

Noto obiter duo eſſe tripudiandi genera, grave, ridiculum (illud ab Hiſpanis *Danza* dicitur, hoc *Baile*) Eſſe homines qui nugentur ridiculè, qui jocosè inſaniant, & jocando delirent; adhuc tolerabile eſt: at eſſe alios qui graviter nugentur, seriò inſaniant, & cum majeſtate tripudient, quis id toleret? Sed omittamus iſta; ad formam dialecticam veniamus. Obſervo illam majorem à Cicerone aſſumptam non eſſe univerſalem (hoc enim ſignificat illa particula *ferè*, cùm dixit *Nemo ferè ſaltat*, &c.) ac ideò concluſionem eſſe ferè neceſſariam, ſed non abſolutè neceſſariam. Hoc maximè notandum eſt, pro Morali Dialecticâ, quam apparo; & quam Deo auſpice quam primum evulgaturus ſum.

Præmiſſæ ferè univerſales ferè neceſſariò concludunt.

Ad hanc eamqem formam pertinet iſte ſyllogiſmus:

Magnanimitas invidiæ opponitur.

FES- *Nullus invidus eſt magnanimus:*
TI- *Tu es Magnanimus:*
NO. *Ergo non es invidus.*

quem Ovidius 3. de Pont. Eleg. 3. iſtis verbis expendit.

Livor, iners vitium, mores non exit in altos;
Utque latens imâ vipera ſerpit humo.
Mens tua ſublimis ſupra genus eminet ipſum
Grandius ingenio nec tibi nomen ineſt.
Ergo alii noceant miſeris, optentque timeri,
Tinctaque mordaci ſpicula felle gerant.
At tua ſupplicibus domus eſt aſſueta juvandis:
In quorum numero me precor eſſe velis.

An mundus ſit incorruptibilis? *An Anima ſit aër?* *An elementa differant accidentaliter?*

Apud Philonem Judæum libr. *Quòd Mundus ſit incorruptibilis*, longè poſt medium, hæc ad mentem Heracliti leguntur: nimirùm, *Animarum morte aquam fieri* (putabat enim Animam eſſe ſpiritum, eſſe aërem) *aquæ morte terram fieri, &c. Non prorſus interire elementa, ſed mutari ex aliis in alia, æquo jure ſemper incolumi; non ſolùm ut par eſt, ſed verum etiam ut neceſſitas poſtulat. Quoniam imparitas* (iniquitas) *injuſta eſt. Quod autem injuſtum, idem & origo vitii: vitium porrò exulat ex Immortalitatis ſedibus: Mundus autem divinum quidam eſt & Dei domicilium ſenſibile: Quod corrumpi affirmare non eſt hominis intelligentis rerum naturæ ſeriem.* Quæ deductio ad hanc formam reducitur.

Virtus eſt immortalis: vitium mortale.

Omne corruptibile iniquum eſt:
Omne injuſtum vitioſum:
Feſ- *Nullum vitioſum eſt domus Dei:*
ti- *Mundus eſt domus Dei:*
no. *Ergo Mundus nec vitioſus, nec injuſtus, neque iniquus, neque corruptibilis eſt.*

Antequam ad Modum ſequentem tranſeamus, examinari vis unum ſyllogiſmum P. Andreæ Caputel, qui exſtat in Theſibus de rerum duratione propugnatis Dilingæ menſe Aprili anno 1619. ait enim num. 50. [Sancti Baſilius, Nazianzenus, Athanaſius, Hilarius, Auguſtinus, aliique multi contra Arrium aſſerentem Verbum Divinum eſſe creaturam, ſic præcipuè argumentabantur. *Nulla creatura eſt coæterna ſuo creatori, ſed ex ſacris Litteris evidenter colligitur, Verbum eſſe coæternum Deo: Ergo non eſt creatura.* libr. 15. Phyſic. cap 1.] Anne iſte ſyllogiſmus eſt bonus? Minimè, habet enim quatuor terminos; videlicet, duas extremitates, & duo media: alterum enim medium eſt *coæternum ſuo Creatori*, & alterum *coæternum Deo*. Ergo, ſi conſervetur Major, Minor debebit corrigi; aut Major, ſi conſervetur Minor. Sit igitur prima correctio.

An creatura ſint coæterna Deo?

Nulla creatura eſt coæterna ſuo Creatori:
Verbum Divinum eſt coæternum ſuo Creatori:
Ergo Verbum Divinum non eſt creatura.

An verbum divinum, ſit creatura?

Sit ſecunda.

Nulla creatura eſt coæterna Deo:
Verbum eſt coæternum Deo:
Ergo Verbum non eſt creatura.

Iſti duo ſyllogiſmi non peccant contra Regulas Logicæ; at prior eſt inutilis, ſupponit enim Verbum eſſe creaturam; & quod mirabilius eſt, ſupponit hoc, ut probet Verbum non eſſe creaturam. Ergo rejici omninò debet ſyllogiſmus prior; ſi enim Verbum ſuo Creatori coæternum eſſet, creatura eſſet; retinendus igitur poſterior ſyllogiſmus eſt, & aſſerendum hoc ſolo contra Arrium Catholicos antiquos uſos.

Hinc patet Patres Eccleſiæ veteris ſuppoſuiſſe tanquam rem certam & indubitatam, Mundum non potuiſſe ab æterno produci: & hanc opinionem fuiſſe etiam Arrianorum; ſi enim Hæretici tenerent potuiſſe eſſe creaturas ab æterno, facili negotio ſe expedirent ab hujus ſyllogiſmi efficaciâ negando ejus majorem, & addendo Verbum Divinum eſſe quamdam creaturam productam ab æterno.

An Mundus eſſe potuerit ab æterno?

Modus IAI *Innominatus.*

COnſtar ex particulari & univerſali affirmativis; & propter regulam decimam eſt inutilis DCCCI.

Materia propria. tilis in materiâ neceſſariâ contingenti, & ſolùm efficax in propria, ut patet ex diſcurſu ſequenti.

Aliquis homo eſt rationalis:
Omne riſibile eſt rationale:
I. *Ergo omne riſibile eſt homo.* } Dir.
II. *Ergo aliquod riſibile eſt homo.*
III. *Ergo omnis homo eſt riſibilis.* } Ind.
IV. *Ergo aliquis homo eſt riſibilis.*

An particularis affirmativa convertatur per accidens? Converto majorem per accidens (poſſum enim) & hunc ſyllogiſmum deduco: nimirùm,

BAR *Omne rationale eſt homo;*
BA- *Omne riſibile eſt rationale:*
RA. *Ergo omne riſibile eſt homo.*

An universalis affirmativa ſimpliciter? Relinquo majorem, & minorem converto ſimpliciter; & habebo.

DI- *Aliquis homo eſt rationalis:*
MAG *Omne rationale eſt riſibile:*
NI. *Ergo aliquis homo eſt riſibilis.*

Cæterùm, quia in aliis materiis nec particularis per accidens, nec univerſalis ſimpliciter converti poteſt, hic modus inefficax eſt.

Modus IIA. *Innominatus.*

DCCCI. *An ex puris particularibus univerſalis ſequi poſſit?* TAmeſi centies repetant Peripatetici concluſionem ſequi debiliorem partem, pronuncio hunc ſyllogiſmum eſſe bonum, nec in ſimili forma poſſe reperiri aliquem, cujus præmiſſæ veræ ſunt, & conſequentia falſa. Illum propono.

Aliqua ſubſtantia eſt animal:
Aliquis homo eſt animal:
Ergo omnis homo eſt ſubſtantia.

Iſtum adjungo.

Aliquis homo eſt animal:
Aliqua ſubſtantia eſt animal:
Ergo omnis homo eſt ſubſtantia.

Conditiones, ut primus ſyllogiſmus ſit bonus, iſtæ ſunt. *Quòd major ſit indirecta: minor directa: & concludatur directè.* Et ut ſecundus ſit bonus, ſunt hæ: *Quod major ſit directa, minor indirecta: & concludatur indirectè.* Vel ſi velis utrumque ad eaſdem regulas & leges reducere, ſic illos conſtrue, *ut altera præmiſſa ſit directa altera indirecta, & in concluſione ſuperior & univerſalior extremitas de inferiore dicatur.*

Modus III. *Innominatus.*

EX puris particularibus nihil ſequi docent Ariſtotelici, at nos demonſtrare contrarium volumus impræſentiarùm. Nam ſi ponantur duæ præmiſſæ in ſecunda figura, licèt utraque particularis ſit, modò altera ſit directa & altera indirecta, non poterit conſequentia negari. Rem dilucido exemplis.

Aliquis leo eſt animal: Direct.
Aliquod vivens eſt animal: Indir.
Ergo aliquod vivens eſt leo.

Major fuit directa, & minor indirecta. Sed quid, ſi contrariam etiam concluſio eſſet legitima? & ut hoc ipſum probem eaſdem præmiſſas ordine mutato reſcribo.

Aliquod vivens eſt animal: Indir.
Aliquis leo eſt animal: Dir.
Ergo aliquis leo eſt vivens.

Modus IEO. *Frimeſor.*

DCCCII. SI ſyllogiſmi in *Feſtino* fabricati invertas præmiſſas, ita ut ex majori facias minorem, & ex minori majorem, habebis ſyllogiſmũ in *Frimeſor*, cujus omnes conſequentiæ ſunt efficaces, ſi major ſit in materia neceſſaria, ac per conſequens etiam in propriâ (nam illud I. in materia neceſſariâ & propriâ eſt virtualiter A. unde & *Frimeſor* virtualiter erit *Cameſtres*) cujus ultima ſola conſequentia ſit bona, & cæteræ reliquæ inutiles in contingenti. *Cameſtres.* Exempla erunt eadem quæ notea in *Feſtino*; nimirum, *Feſtino.*

Aliquis homo eſt animal.
Nullus lapis eſt animal:
I. *Ergo nullus lapis eſt homo...* } Dir.
II. *Ergo aliquis lapis non eſt homo.* *In materia neceſſaria.*
III. *Ergo nullus homo eſt lapis.* } Ind.
IV. *Ergo aliquis homo non eſt lapis.*

Si materia fuerit contingens, una & ſola conſequentia erit utilis, ut patet ex ſubjectis.

Aliqua ſubſtantia eſt aurum: *In Materia contingenti.*
Nullus canis eſt aurum:
I. Ergo nullus canis eſt ſubſtantia } Dir.
II. Ergo aliquis canis non eſt ſubſtantia.
III. Ergo nulla ſubſtantia eſt canis. } Ind.
IV. *Ergo aliqua ſubſtantia non eſt canis.*

Tres priores conſequentiæ inefficaces ſunt: quarta indirectè quidem, ſed efficaciter concludit. Vide undecimam Regulam.

Modus IEO. *Innominatus.*

DCCCIII. SI major ſit unius è quatuor prioribus prædicabilibus, æquipollebit Modo *Cameſtre*, & poterit habere conſequentiam univerſalem, ſi volueris. Cæterùm, ſi eadem major ad quintum prædicabile ſpectet, erit forma inutilis, & nullam conſequentiam inferet. Interim ejuſmodi ſyllogiſmos interdum apud Oratores reperio.

Bernardus. *Cum recedunt quidam à Fide. & conſequenter à ſalute noscolligimus quod & à charitate, ſine qua ſalus eſſe non poterit.* Et hæc verba debent ad hanc formam reduci. *An ſine fide aliquis eſſe ſalvus poſſit.*

Di- *Aliqui recedunt à fide:*
ma- *Sed omnes qui recedunt à fide, recedunt à ſalute:*
I- gni *Ergo aliqui recedunt à ſalute.*
E- * *Sed omnis qui habet Charitatem non recedit à ſalute*
O. * *Ergo aliqui non habent charitatem*

Vide Modum AAA, (hoc eſt Baſtarna) & videbis *Baſtarna.*

debis hæc eadem Bernardi verba ad alium modo ſecundæ figuræ reducta.

Modus III, *Innominatus.*

DCCCIV. SI materia ſit neceſſaria, ex puris particularibus affirmativis nihil concluditur; nihil omninò, ſi contingens. Vide Regulam tertiam; & ſubiectum exemplum conſidera.

In materiâ neceſſariâ.

Aliquis homo eſt animal;
Aliquis canis eſt animal:
I. Ergo omnis canis eſt homo. } Dir.
II. Ergo aliquis canis eſt homo.
III. Ergo omnis homo eſt canis. } Ind.
IV. Ergo aliquis homo eſt canis.

At omnes conſequentiæ erunt bonæ, ſi materia convertibilis ſit. Et ſuadetur exemplo,

In convertibili.

Aliquis homo eſt rationalis:
Aliquod diſcurſivum eſt rationale:
I. *Ergo omne diſcurſivum eſt homo.* } Dir.
II. *Ergo aliquod diſcurſivum eſt homo.*
III. *Ergo omnis homo eſt diſcurſivm.* } Ind.
IV. *Ergo aliquis homo eſt diſcurſivm.*

Modus IOO. *Innominatus.*

DCCCV. INutilis eſt: at proderit, ſi materia ſit propria. Exempla ex dictis peti poſſunt, ſed ſubiungam unum majoris claritatis causâ. [Proderit relegere regulam quartam.]

In materiâ convertibili.

Aliquis leo eſt rugibilis;
Aliquis lapis non eſt rugibilis:
I. *Ergo nullus lapis eſt leo.* } Dir.
II. *Ergo aliquis lapis non eſt leo.*
III. *Ergo nullus leo eſt lapis.* } Ind.
IV. *Ergo aliquis leo non eſt lapis.*

Et etiam in neceſſaria erit utilis. Etiam proderit, ſi ſit materia neceſſaria; tunc enim IO æquipollebunt litteris AE. & hic innominatus modus reſpondebit ſuperiùs poſito *Cameſtres*: aut etiam litteris AO. hoc eſt *Barocco*: aut tandem litteris IE. hoc eſt, *Frimeſor*. *Cameſtres. Barocco. Frimeſor.*

An Deus vivat? An Deus ſe moveat? Nihilominùs tamen hoc modo videtur uſus D. Thomas 1. *p.q.*18. *art.*3. ubi ait. *Vivere dicuntur aliqua ſecundum quod movent ſeipſa. Sed Deo non competit moveri. Ergo neque vivere.* Illa major particularis eſt, at univerſaliter aſſumi poterit, & ſyllogiſmus ad *Barocco* reduci: at melius poſſet reduci ad ſequentem.

Aliqua, (omnia) quæ movent ſe ipſa, vivunt
Deus non movet ſeipſum.
Ergo Deus non vivit.

Eſt in prima figura Ariſtotelis; & erit AOO, ſi major ſumatur univerſaliter: aut fortè IOO, ſi ſumatur particulariter: & utroque modo inutilis. Sed convertatur major ſimpliciter, [poteſt enim; diffinitio enim convertitur cum definito, & vivere eſt movere ſeipſum:] & habebimus hunc ſyllogiſmum in *Barocco*.

Omnia viventia movent ſeipſa.
Deus non movet ſe ipſum:
Ergo Deus non eſt vivens.

Modus OAO. *Docamor.*

EX particulari negativâ & affirmativâ univerſali aliquid poterit ſequi. Vide materiam propriam. DCCCVI.

In tertio & quarto prædicabili.

Aliquod diſcurſivum non eſt leo;
Omne rugibile eſt leo:
I. *Ergo nullum rugibile eſt diſcurſivum.* } Dir.
II. *Ergo aliquod rugibile non eſt diſcurſivũ.*
III. *Ergo nullum diſcurſivum eſt rugibile.* } Ind.
IV. *Ergo aliquod diſcurſivũ nõ eſt rugibile.*

Omnes conſequentiæ ſunt utiles. Experiare materiam neceſſariam.

In primo & ſecundo.

Aliquis lapis non eſt animal:
Omnis homo eſt animal:
I. *Ergo nullus homo eſt lapis.* } Dir.
II. *Ergo aliquis homo non eſt lapis.*
III. *Ergo nullus lapis eſt homo.* } Ind.
IV. *Ergo aliquis lapis non eſt homo.*

Omnes conſequentiæ inferuntur efficaciter. In materiâ autem contingenti non omnes, ut patet in ſubiecto exemplo,

In quinto.

Aliqua ſubſtantia non eſt homo;
Omne rationale eſt homo
I. Ergo nullum rationale eſt ſubſtantia.
II. Ergo aliquod rationale nõ eſt ſubſtantia.
III. Ergo nulla ſubſtantia eſt rationalis.
IV. *Ergo aliqua ſubſtantia non eſt rationalis.*

Una & ſola eſt efficax quarta conſequentia; reliquæ tres ſunt inutiles, & inefficaces, & hoc ex Regulâ XI.

Petrus Ramus ex Cicerone hoc exemplum producit:

An Anima compoſita ſit? An immortalis?

BA- *Res mortalis eſt compoſita;*
RO- *Animus non eſt compoſitus:*
CO. *Animus igitur non eſt mortalis.*
At hoc debuerat; nempè,
DO- *Animus non eſt compoſitus:*
CA- *At omnia mortalia ſunt compoſita.*
MOR *Ergo Animus non eſt mortalis.*

Hâc verè Ciceronem uſum formâ legenti ejus verba patebit: textum ipſum ſubſcribo. *In Animi cognitione* (inquit) *dubitare non poſſumus, niſi fortè in phyſicis plumbei ſumus, quin nihil ſit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. Quod cùm ita ſit, certè nec ſecerni, nec dividi, nec diſcerpi, nec diſtrahi poteſt; nec interire igitur: Eſt enim interitus quaſi diſceſſus & ſecretio ac diremptus earum partium, quæ ante interitum iunctione aliquâ tenebantur.* Ita ille Tuſc. 1. *Plumbeus Philoſophus. Quid ſit interitus?*

DCCCVII. *Magni contra Lutheranos argumentatio.* Antequam progrediar ulteriùs, volo ſubſcribere ſyllogiſmum fortiſſimum, quo P. Valerianus Magnus Actione IX. terret & triũphat Lutheranos. Petierat per multos menſes à Prædicantibus & Theologis Lutheranis Fidei Regulam: & illi videbantur muti: & tandem dederunt Biblia magna & parva: hoc eſt, pro doctis textum ipſum Bibliorum; pro

plebe Catechiſmum & Conciones, quæ vocari voluerunt Biblia parva. Et Magnus irridens hoc delirium fortiſſimè argumentatur ſic.

Reſpondeant huic ſyllogiſmo Habercornii ſi poſſint. Et, ſi non poſſint, fateantur ſe contra conſcientiam prædicare.

DO- *Vocale Miniſterium & Catechiſmus non continent doctrinam Fidei, in quam conſentiant Chriſtiani diſſentientes de Fide:*

CA- *Id autem, unde quilibet & qualibet poſſit ac debeat ſibi cavere ab hæreſibus Eccleſiæ ſupremo loco docentis, eamque arguere & reformare, neceſſariò continet doctrinam Fidei, in quam conſentiunt Chriſtiani diſſidentes de Fide:*

MOR. *Ergo vocale Miniſterium verbi & Catechiſmus non ſunt, unde quilibet & qualibet poſſint ac debeant ſibi cavere ab hæreſibus Eccleſiæ ſupremo loco docentis, eamque arguere & reformare.*

Volo addere alterum ſyllogiſmum quo utitur contra Prædicantes Valerianus; cuius licet forma ſit altera, materia eſt ſimilis, & effectus eſt idem. Sic arguit.

Reſpondeat vel ipſi Habercornius: & ſi non poſſit, manus det.

Fig- *Vocale Miniſterium* (ſeu Concio) *& Catechiſmus, ſunt humanæ deductiones Articulorum Fidei ex magnis ſacris Bibliis:*

me- *Nulla deductio humana Articulorum Fidei ex magnis Sacris Bibliis, eſt ſacer textus, ſive ſit, magnus ſive parvus: ſeu indiſputabilis vox Spiritus ſancti.*

no. *Ergo Vocale Miniſterium verbi* (ſeu Concio) *& Catechiſmus non ſunt ſacer textus ſive magnus ſive parvus; ſeu indiſputabilis vox Spiritus ſancti.*

Eſt evidentiſſimus ſyllogiſmus, quo doctrinâ Habercornij & aliorum Prædicantium evertitur, & maior alterius ſyllogiſmi firmatur.

Modus OIO *Innominatus.*

IN materiâ neceſſariâ & propriâ (quod ſæpiùs aſſumi & dici debuit) particulares æquivalent univerſalibus, adeòque OI. æquipollebunt modis EI. OA. EA. hoc eſt, *Feſtino, Bamacor* & *Ceſare*. At in materiâ contingenti eſt iſte modus OI. omninò inefficax, quia impingit in Regulam VI. DCCCVIII.

Feſtino. Bamocor. Ceſare.

ARTICVLVS V.

De tertiâ Figurâ.

DCCCIX. HVc omnes ſyllogiſmi pertinent in quibus utraque extremitas de medio prædicatur. Poſtulant leges Peripateticæ, ut nulla concluſio ſit univerſalis: interim nonnullos ſyllogiſmos reperias, qui univerſaliter concludunt, & tamen non debent proſcribi. Decernenda eſt à materie materies; & lineæ ſequentes conſiderandæ.

Modus AAA. *Darapta.*

MIrabilis alicui videbitur hic ſyllogiſmus: at invenitur apud Oviedum *contr. 2. Phyſ. punct. 2. num. 3.* qui ſic ait.

Quid ſit totum & quomodo componatur?

Omne totum immediatè reſultat ex partibus, quibus immediatè componitur:

Omne totum componitur immediatè tanquam ex partibus ex extremis quæ immediatè attinguntur per unionem.

Ergo omne totum immediatè reſultat ex extremis, quæ immediatè attinguntur per unionem.

Antequam hunc ſyllogiſmum poſuiſſet, dixit; *Vide claram illius probationem*. Et poſtquam poſuit, ſubiungit: *Minorem probo: cætera patent*: cùm tamen multa in hoc ſyllogiſmo præter Minorem ſint, quæ mihi non pateant; vel potiùs quæ mihi eſſe mala & omninò illegitima pateant. Primò enim concluditur univerſaliter in tertiâ figurâ; Et ſecundò medium ingreditur concluſionem: cùm tamen certum ſit utrumque eſſe contra certiſſimas ſyllogiſmorum leges. Nam, ſi argumentatio, quæ cùm clarè & patenter mala ſit, eſſe clara & patêre dicitur, corrigatur; ad hos terminos debebit reduci.

Syllogiſtica Regula.

Omne totum eſt reſultans immediatè ex partibus, quibus immediatè componitur.

Omne totum eſt compoſitum immediatè tanquam ex partibus ex extremis, quæ immediatè attinguntur per unionem.

Ergo aliquid quod componitur immediatè tanquam ex partibus, ex extremis quæ immediatè attinguntur per unionem, reſultat immediatè ex partibus, quibus immediatè componitur.

Darapti.

Modus AAAp. *Daraptap.*

AD huius Modi legem aliqui ſuos diſcurſus adaptant. Ioannes Lalemandetius Ordinis Minim. in Phyſicâ diſputat. 3. part. 2. clypeo 1. ratione 5. ait. DCCCX.

DA- *Quæ diſtinguuntur eſſentialiter, diſtinguuntur realiter:*

RAP. *Quæ diſtinguuntur eſſentialiter, diſtinguuntur formaliter:*

TAP. *Ergo quæ diſtinguuntur formaliter, diſtinguuntur etiam realiter.*

Quid ſit diſtingui eſſentialiter, quid realiter? quid formaliter?

Et

Et quia modus concludendi non diſplicet, probat majorem.

An ſpecies diſtinguuntur realiter.

BAR. *Quæ diſtinguuntur ſpecie, diſtinguuntur realiter.*
BA- *At quæ diſtinguuntur eſſentialiter, diſtinguuntur ſpecie:*
RA. *Ergo quæ diſtinguuntur eſſentialiter, diſtinguuntur realiter.*

An individua diſtinguantur realiter?

Et dicit majorem patēre, ſi enim ea, quæ diſtinguuntur numero, diſtinguuntur realiter, à fortiori quæ diſtinguuntur ſpecie, diſtinguuntur realiter. Sic objicit Lalemandet contra diſtinctionem ex natura rei, quam tuentur Scotici.

Sed poſſent ſubtilis Doctoris Diſcipuli *primò* negare eſſe bonum ſyllogiſmum, qui in *Daraptap*; in tertia enim figura claudicat concluſio univerſalis. *Secundò*, quidquid de figurâ & modo ſit, deberent negare majorem, aut etiam minorem, ſi vellent.

Modus AAI. *Darapti.*

DCCCXI. OMittam exempla ſyllogiſmorum, qui in materia propriâ fabricantur; quoniam, ut vidimus, qualitercumque fiant, ſemper ſunt utiles & efficaces; addam exempla in materia neceſſariâ & contingenti; hic enim modus poſtulat duas præmiſſas aſſerentes & univerſales, ex quibus utiliter infert duas conſequentias particulares, unam univerſalem. Dabo exemplum materiæ neceſſariæ.

In materia neceſſaria.

Omne animal eſt vivens:
Omne animal eſt ſubſtantia:
I. Ergo omnis ſubſtantia eſt vivens: } Dir.
II. *Ergo aliqua ſubſtantia eſt vivens.*
III. *Ergo omne vivens eſt ſubſtantia.* } Ind.
IV. *Ergo aliquod vivens eſt ſubſtantia.*

Conſequentiæ particulares ſemper erunt veræ, & altera univerſalis, illa ſcilicet in quâ univerſalior extremitas dicitur de minùs univerſali. In materiâ autem contingenti nulla conſequentia univerſalis eſt bona. [Juvat regulam XII. conſulere.]

In materia contingēti.

Omnis nix eſt frigida:
Omnis nix eſt alba.
I. Ergo omne album eſt frigidum. } Dir.
II. *Ergo aliquod album eſt frigidum.*
III. Ergo omne frigidum eſt album. } Ind.
IV. *Ergo aliquod frigidum eſt album.*

Sciebat Socrates ſe nihil ſcire.

Huc ſpectare poterit hic ſyllogiſmus, quem adverſus Socratem urget Owenus libr. 3. epigr. 191.

DA- *Omnia, quæ ſcis, ſunt aliquid:*
RAP- *Omnia, quæ ſcis, ſunt nihil:*
TI. *Ergo nihil eſt aliquid.*
* *Ergo aliquid eſt nihil.*

in quo conſequentiæ erunt veræ, eo omninò ſenſu, quo conſtituntur præmiſſæ. Verba Poëtæ ſunt.

Nil ſcis: hoc unum ſis: aliquid ſcis, & nihil ergo.
Hoc aliquid nihil eſt: Hoc nihil eſt aliquid.

Multa addi poſſunt teſtimonia Veterum Juniorumque, ſed malo eſſe paucis contentus, & iterùm ex verbis Socratis iſtum ſyllogiſmum conficere.

Omnia humana & terrena, moraliter loquendo ſunt nihil.

Socrates ſcit nihil:
Socrates ſcit omnia:
Ergo, ſi de divitiis & terrenis dignitatibus agamus, omnia ſunt nihil.
Ergo nihil eſt omnia.

Eſt expoſitorius, & dogma Morale, valdè neceſſarium complectitur.

An animæ ſint ex traduce.

Libr. 2. de Animâ, pag. 75. quærit Matthæus Dreſſerus, Ex traduce-ne Animæ, an verò de novo creentur, ac infundantur homini in generatione? Nos Catholici hoc ultimum ſemper defendimus; ille verò pronunciat, non novas creari Animas, ſed per generationem propagari ex parentibus in ſobolem: & hâc probat ratione.

Homo generat hominem.
Homo conſtat ex anima & corpore:
Ergo anima & corpus generatur ex homine in hominem.

Condemno omninò formam; nam ut bona eſſet, deberet reduci ad hos terminos.

Omnis homo generat hominem;
Omnis homo conſtat ex anima & corpore:
Ergo aliquid conſtans ex anima & corpore generat hominem.

Ut aliquis hæreticus ſit, debet neſcire Logicam.

In quo major eſt falſa, multi enim ſunt virgines, qui noluerunt, multi ſunt ſpadones, qui non potuerunt hominem generare: & tamen fuerunt veri homines. Præterea quidquid ſit de majore, conſequentia noſtra eſt quæ deduci debet, & tamen toto cœlo differt ab illa, quam diducit hæreticus, ut videamus quam frivolè ſuas illi opiniones confirment; quoniam ſi percalleamus Logicam erimus immunes ab hæreſi. Fortè ſic meliùs (aut, ut ſinceriùs loquar, minùs malè) argumentarentur Lutherani.

Omnis homo poſt Adamum generatur ab homine.
Homo eſt anima & corpus:
Ergo anima & corpus generantur ab homine.

An homo ſit corpus & anima.

Ergo corpus non creatur de novo, ſed ex traduce in filios propagatur: & anima non creatur de novo, ſed in ſemine ex traduce deciditur. Sed non urgerent, nam minor eſt falſa: non enim homo eſt corpus & anima, ſed perſona habens corpus & animam, & iſta generatur ab homine; homo enim ex partibus à Deo creatis (hoc eſt, ex corpore & animâ) totum hoc ſubſtantiale generat, (vel ſi placeat, aliter loqui componit) quod eſt homo.

Quid ſit ſpiritus.

Idem author libri de partibus Humani corpòris, & animæ potentiis paginâ LXIII. ait. *Eſt ſpiritus, ſubtilis vapor ex ſanguine coctus virtute cordis, ac incenſus ut ſit velut flammula, quæ in diverſis membris diſſimiles habet actiones: vel eſt corpus æthereum, caloris facultatumq; ſedes & vinculū, primumq; obeundæ functionis inſtrumentū, ſecundum Fernelium.* Unde videtur poſſe hoc argumentum dirigi.

Omnis ſpiritus animalis eſt ſubtilis vapor;
Omnis ſpiritus animalis eſt corpus æthereum:
Ergo corpus æthereum eſt ſubtilis vapor.

Quid ſit corpus æthereum? An cœli ſint liquidi?

An ne hinc reſponderi poterit interrogantibus, utrùm cœli ſint ſolidi & non liquidi? Poterit liquidò; quoniam ſi ætherea corpora ſint vapores ſubtiles, liquida ſunt & pervia, non ſolida.

DCCCXII *Comptoni Philoſophia qualis?*

Anno M. DC. IL. Typl Meurſiani P. Thomæ Comptoni Philoſophiam ediderunt, in quâ multa curioſa & ingenioſa reperi, quæ approbando aut etiam impugnando variis locis produco & examino. Nūc iſte ſyllogiſm⁹ occurrit.

Illud adverbium eſſentialiter, eſt in omnibus tribus propoſitionibus.

Omnis homo eſſentialiter eſt animal:
Omnis homo eſſentialiter eſt rationalis:
Ergo rationale eſſentialiter eſt animal.

Illo adverſarii utuntur ut probent genus, & etiā ſubalternam differentiam eſſe de conceptu formali differentiæ ultimæ. Anne ipſe bonus?

Tres Comptonus ſolutiones adducit. *Reſpondet primò*, conſequentiam eſſe bonam, & ſenſum eſſe: *Ergo aliquod rationale eſſentialiter eſt animal*: aliquod autem rationale capitur pro homine, qui eſſentialiter eſt rationalis.

An propoſitio indefinita æquivaleat univerſali?

Reſpondet ſecundò, nullam eſſe conſequentiam nec ſyllogiſmum in ullo modo aut figura, nam propoſitio indefinitâ in materiâ neceſſariâ æquivalet univerſali: adeòque cùm ſyllogiſmus ille tribus conſtet propoſitionibus univerſalibus affirmativis, non erit in ullâ figurâ, nam non habemus *Darapta* ſed *Darapti*. Si autem quis dicat eſſe in materiâ contingenti, contradicet ſibi, inquit Comptonus, quia ille terminus *eſſentialiter* arguit materiam neceſſariam, ſeu connexionem neceſſariam prædicati & ſubjecti. *Adde tu etiam* in tali caſu ſyllogiſmum eſſe malum, & intolerabilem formam; nam in ſimili diſcurrendi modo dari poſſunt præmiſſæ veræ, & falſum conſequens. (quale monſtrum?) quia nulla eſt propoſitio affirmativa vera in materiâ contingenti, quam non reddes falſam, ſi copulam infeceris verbo *eſſentialiter*: ſunt enim veræ iſtæ propoſitiones, *Ferdinandus quartus eſt Rex: Eſt Adoleſcens: Eſt Philoſophus. &c.* falſæ hæ, *Eſt neceſſariò Rex; Eſt neceſſariò adoleſcens: Eſt neceſſariò Philoſophus, &c.*

Darapta.

De Concluſionibus Modalibus.

De reduplicativis.

Reſpondet tertiò, non tenere conſequentiam in reduplicativis, quarum extrema non neceſſariò ſemper habeat tantam connexionem inter ſe, quantam cum medio, ut conſtat ex hoc ſyllogiſmo expoſitorio.

An homo eſſentialiter ſit Deus?

Chriſtus eſſentialiter eſt Deus.
Chriſtus eſſentialiter eſt homo.
Ergo homo eſſentialiter eſt Deus.
Ergo Deus eſſentialiter eſt homo.

Vel ſi Theologici termini tuum captum ſuperent, ex hoc etiam expoſitorio.

Hic Arithmeticus eſſentialiter eſt Mathematicus:
Hic Arithmeticus eſſentialiter eſt homo:
Ergo aliquis homo eſſentialiter eſt Mathematicus:

Et tu, quidquid ſit de duabus prioribus reſponſionibus, iſtam tertiam amplectere. Et ſi hanc tertiam, quid de P. Valeriani Magni Dialecticâ, quæ utitur his aut ſimilibus propoſitionibus: *Petrus eſt eſſentialiter animal: Eſt impoſſibiliter lapis: Eſt contingenter albus:* &c. dicturi ſumus? Vide inferiùs Herculis Logici laborem tertium.

Vera Reſponſio.

Modus AEO, *Fapeſmor.*

PRæmiſſis duabus univerſalibus affirmativâ & negativâ in materiâ neceſſariâ aliquid utiliter elicitur, ut patet ex ſubjectis. DCCCXIII.

In materia neceſſaria.

Omne animal eſt ſubſtantia:
Nullum animal eſt lapis.
I. Ergo nullus lapis eſt ſubſtantia.
II. Ergo aliquis lapis non eſt ſubſtantia. } Dir.
III. Ergo nulla ſubſtantia eſt lapis.
IV. *Ergo aliqua ſubſtantia non eſt lapis.* } Ind.

Ultima concluſio eſt utilis & neceſſariò concedenda ob regulam XIII. Eandem conſequentiam velis nolis, concedere teneberis in materiâ contingenti ut ſubjectus ſyllogiſmus explanat. [Suppono omnes homines eſſe albos & ſanos; & omnes & ſolos equos albos eſſe ægrotos: & arguo ſic.]

In materia contingēti.

Omnis homo eſt albus:
Nullus homo eſt ægrotus:
I. Ergo nullum ægrotum eſt album.
II. Ergo aliquod ægrotum non eſt album.
III. Ergo nullum album eſt ægrotum.
IV. *Ergo aliquod album non eſt ægrotum.*

Tres priores conſequentiæ militant contra ſuppoſitionem, & ſola remanet quarta utilis.

Modus AII. *Datiſi.*

CUm materia eſt neceſſaria, non differt à *Darapti*, ac proptereà inferet duas conſequentias particulares utiles & unam univerſalem. Do exemplum, vel potiùs ſuperiùs poſitum reſumo. DCCCXIV.

In materia neceſſaria.

Omne animal eſt ſubſtantia.
Aliquod animal eſt vivens:
I. *Ergo omne vivens eſt ſubſtantia.*
II. *Ergo aliquod vivens eſt ſubſtantia.* } Dir.
III. Ergo omnis ſubſtantia eſt vivens.
IV. *Ergo aliqua ſubſtantia eſt vivens.* } Ind.

Sunt robuſtæ conſequentiæ, quæ ſunt particulares, & ex univerſalibus illa in quâ prædicatur extremitas univerſalior. Si materia ſit contingens ſeu accidentariâ, adhuc illæ duæ particulares conſequentiæ retinent virtutis efficaciam, [Reg. XIII.] ut conſpicis.

Vera univerſalis debeat admitti?

In materia accidētali.

Omne arboris folium eſt viride.
Aliquod arboris folium eſt triangulare.
I. Ergo omne triangulare eſt viride.
II. *Ergo aliquod triangulare eſt viride.* } Dir.

III. Ergo

III. Ergo omne viride eſt triangulare. } Ind.
IV. *Ergo aliquod viride eſt triangulare.*

An voluntas Dei ſit libera. S. Thomas in hoc modo concludit univerſaliter 1 *p.q.19.art.3.* ſibi enim obiicit. *Quidquid eſt Deo naturale eſt neceſſarium; quia Deus eſt per ſe neceſſe eſſe, & principium omnis neceſſitatis, ut ſuprà oſtenſum eſt: ſed naturale eſt ei velle quidquid vult; quia in Deo nihil poteſt eſſe præter naturam, ut dicitur in 5. Metaph. Ergo quidquid vult ex neceſſitate vult.* Cuius verba ego ad hunc Syllogiſmum reduco

Datiſi.
DA- *Omne, quod Deo naturale eſt, eſt neceſſarium.*
TIS *Aliquid, quod Deo naturale, eſt volitio:*
A. *Ergo omnis volitio Dei eſt neceſſaria.*

Potiùs voluit obiicere.

BAR *Omne, quod Deo naturale eſt neceſſarium:*
BA- *Omnis volitio Dei eſt Deo naturalis:*
RA. *Ergo omnis volitio Dei eſt neceſſaria.*

Inter naturale & innaturale datur medium, nempè liberum. Sed ſtando rigori verborum ſyllogiſmus D. Thomæ, non eſt in *Barbara*, ſed in *Datiſi.* Et reſpondet Angelicus Doctor negando minorem, minorem & conſequentiam etiam. Et ratio eſt, quia inter Naturale & Innaturale datur medium, nimirùm, Liberum ſeu Voluntarium.

Modus AOO *Dacoccor.*

DCCCXV. PRæmiſſam univerſalem aſſerentem & particularem negantē ſequitur concluſio particularis indirecta, quæ debet admitti neceſſariò. Sit primum exemplum in materiâ neceſſariâ.]

In materia neceſſaria.
Omnis homo eſt vivens.
Aliquis homo non eſt equus.
I. Ergo nullus equus eſt vivens. } Dir.
II. Ergo aliquis equus non eſt vivens.
III. Ergo nullum vivens eſt equus. } Ind.
IV. *Ergo aliquod vivens non eſt equus.*

Similiter licet materia ſit contingens debet admitti hæc quarta conſequentia, ut conſtat ex hoc ſyllogiſmo [Supponitur omnia nigra eſſe dulcia.

In materia contingenti.
Omne ſaccarum eſt dulce.
Aliquod ſaccarum non eſt nigrum:
I. Ergo nullum nigrum eſt dulce. } Dir.
II. Ergo aliquod nigrum non eſt dulce.
III. Ergo nullum dulce eſt nigrum. } Ind.
IV. *Ergo aliquod dulce non eſt nigrum.*

Tres priores conſequentiæ militant contra hypotheſin, ſed quarta eſt neceſſariò admittenda; quia ſaccarum, quod eſt aliquod dulce, non eſt nigrum. [Vide ultimam Regulam.]

Modus EAO. *Felapton.*

DCCCXVI. MOdus antecedens utiliter inferebat concluſionem particularem indirectam; iſte directam inferet. Syllogiſmum ſequentem & Regulam decimam tertiam contemplator.

In materia neceſſaria.
Nullum animal eſt lapis.
Omne animal eſt ſubſtantia.
I. Ergo nulla ſubſtantia eſt lapis. } Dir.
II. *Ergo aliqua ſubſtantia non eſt lapis.*
III. Ergo nullus lapis eſt ſubſtantia. } Ind.
IV. Aliquis lapis non eſt ſubſtantia.

Secunda conſequentia eſt utilis, & concedenda neceſſariò, etiamſi materia ſit contingens, ut patet ex ſequentibus. [Supponitur albos homines currere, & præter homines nullam aliam creaturam eſſe albam:]

In materia contingenti.
Nullus equus eſt albus.
Omnis equus currit.
I. Ergo nullum currens eſt album. } Dir.
II. *Ergo aliquod currens non eſt album.*
III. Ergo nullum album eſt currens. } Ind.
IV. Ergo aliquod album non eſt currens.

Modus EIO. *Feriſon.*

DCCCXVII. EOdem prorſus modo concludit hic modus, quo præcedens; ut clariùs id percalleas, poſitum ſyllogiſmum retinuam.

In materiâ contingenti.
Nullus equus eſt albus.
Aliquis equus currit:
I. Ergo nullum currens eſt album. } Dir.
II. *Ergo aliquod currens non eſt album.*
III. Ergo nullum album eſt currens. } Ind.
IV. Ergo aliquod album non eſt currens.

Non ſuperaddam nova exempla, quia ex regulâ quintâ, conſequentia, quæ in materiâ contingenti eſt efficax, in aliis materiis inefficax eſſe non poteſt.

Modus IAI. *Diſamis.*

DCCCXVIII. EST curioſus & utilis, præmiſſis duabus affirmativis, quarum prima ſit particularis & univerſalis poſterior, infert duas concluſiones particulares affirmantes. Eſt Modi *Datiſi* inverſio, ideò placuit eodem exemplo uti, ut analogia liquidiùs cognoſcatur.

In materiâ neceſſariâ.
Aliquod animal eſt vivens:
Omne animal eſt ſubſtantia:
I. Ergo omnis ſubſtantia eſt vivens. } Dir.
II. *Ergo aliqua ſubſtantia eſt vivens.*
III. *Ergo omne vivens eſt ſubſtantia.* } Ind.
IV. *Ergo aliquod vivens eſt ſubſtantia.*

Duæ particulares conſequentiæ ſunt admittendæ neceſſariò [Vide regulam ultimam] ex univerſalibus verò illa ſola, quæ prædicat conceptū univerſaliorem de minùs univerſali & hoc in materiâ neceſſariâ. Quod ſi materia ſit contingens, utraque conſequentia univerſalis ſupprimetur & ſolæ erunt utiles particulares. Conſidera ſequentem ſyllogiſmum.

In materiâ contingenti.
Aliqua libri pagina eſt quadrata.
Omnis libri pagina eſt alba:
I. Ergo omne album eſt quadratum. } Dir.
II. *Ergo aliquod album eſt quadratum.*
III. Ergo omne quadratum eſt album. } Ind.
IV. *Ergo aliquod quadratum eſt album.*

Modus IAA. *Diſama.*

DCCCXIX. *Mater & fratres Chriſti, qui.*

LEgo Matthæi 12. 46. *Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres ſtabant foris quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua & fratres tui foris ſtant quærentes te. At ipſe reſpondens dicenti ſibi ait. Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Et extendens manum in diſcipulos ſuos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe meus frater, & ſoror & mater eſt.* Ex Lucæ 11. *Loquente Ieſu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turbâ dixit illi: Beatus venter, qui te portavit & ubera, quæ ſuxiſti. At ille dixit: Quinimò, beati qui audiunt verbum Dei & cuſtodiunt illud.* Hinc formo hunc diſcurſum, qui fortiùs concludit myſticè quàm ſcholaſticè.

Quis eſt beatus.

Di- DI- *Beata eſt mater Chriſti:*
ſa- SA- *Omnes beati audiunt verbum Dei & cuſtodiunt illud:*
* MA. *Ergo omnis, qui audit verbum Dei & cuſtodit illud (ſive, omnis qui facit voluntatem Dei) eſt mater Chriſti (nempè, moraliter.*
mis.* *Ergo aliqua, quæ audit verbum Dei & cuſtodit illud, eſt mater Chriſti.*

Maior & minor ſunt ex Lucâ; prima conſequentia ex Matthæo: ſecunda infertur Dialecticæ artificii virtute. Poſſet reduci ad *Darapti*, ſi maior legeretur ſic, *Quicumque eſt beatus, eſt moraliter mater Chriſti.* &c.

Modus IEO. *Fiſmeſor.*

DCCCXX. *In materiâ neceſſariâ.*

EX particulari aſſerenti & neganti univerſali inferes utiliter ultimam conſequentiam, ut in ſequenti ſyllogiſmo conſpicitur.

Aliquod animal eſt ſubſtantia;
Nullum animal eſt aurum;
I. Ergo nullum aurum eſt ſubſtantia.
II. Ergo aliquod aurum non eſt ſubſtantia.
III. Ergo nulla ſubſtantia eſt aurum.
IV. *Ergo aliqua ſubſtantia non eſt aurum.*

Feriſon. Æquivalet modo *Feriſon*; à quo ſolo ordine præmiſſarum diſtinguitur, in quo tantùm una eaque particularis conſequentia fuit utilis: idem eveniret, ſi ſyllogiſmus in materiâ fieret contingenti [Vide Regulam XIII.]

Modus IIA. *Innominatus.*

DCCCXXI.

SI materia ſit contingens, nihil inferes, ne ſecula quarta temeretur. Ut nihil inferatur, ſufficit alteram præmiſſam accidentariam & contingentem eſſe. Si materia convertibilis ſit, omnes conſequentias admitto, & exemplo demonſtro.

Materia convertibilis.

Aliquis homo eſt rationalis.
Aliquis homo eſt riſibilis.
I. *Ergo omne riſibile eſt rationale.* } Dir.
II. *Ergo aliquod riſibile eſt rationale.*
III. *Ergo omne rationale eſt riſibile.* } Ind.
IV. *Ergo aliquod rationale eſt riſibile.*

Si autem maior ſit neceſſaria, æquipollebit modo *Datiſi*: ſi minor, modo *Diſamis*: ſi utraque, modo *Darapti*; & ſemper admittam duas particulares conſequentias, & alteram univerſalem, ſed utramillam nimirùm in quâ extremitas univerſalior prædicatur. Do exemplum. *Datiſi. Diſamis. Darapti.*

In materiâ neceſſariâ.

Aliquis leo eſt animal.
Aliquis leo eſt vivens.
I. Ergo omne vivens eſt animal. } Dir.
II. *Ergo aliquod vivens eſt animal.*
III. *Ergo omne animal eſt vivens.* } Ind.
IV. *Ergo aliquod animal eſt vivens.*

Hac olim formâ (videlicet IIA) uſus eſt Iuſtus Lipſius dum viveret: hâc etiam utitur poſthumus; & in urnâ eloquens miſerias humanæ conditionis edidiſſerit. Sic ait.

Lipſius vixit:
Lipſius eſt mortuus:
Ergo omnia, quæ vivunt, moriuntur.

Hanc veritatem didicerat ab Eccleſiaſtico; quoniam ſtando naturæ lapſæ ſtatui, neceſſaria eſt. *Non enim eſt in hominis poteſtate prohibere ſpiritum: nec habet poteſtatem in die mortis.* Et ut puto eundem ſyllogiſmum formaverat Propheta Rex pſalmo 88. 48. cum diceret. *Eccleſ. Omnis homo morturus eſt.*

David eſt mortalis. *Minoraſti dies temporis eius, perfudiſti eum confuſione:*
David eſt ſubſtantia humana. *Memorare quæ mea ſubſtantia; nunquid enim vanè conſtituiſti omnes filios hominum?*
Ergo omnis ſubſtantia humana eſt mortalis. *Quis eſt homo, qui vivet & non videbit mortem, eruet animam ſuam de manu inferi?*

Verba marmoris iuſſit à Lipſio eloqui, & in ipſis eundem ſyllogiſmum, ſed grandiori apparatu exornatum, in exemplum produco. *Epitaphium inſti Lipſii à ſe compoſitum.* [illegible]

Quis hic ſepultus, quæris? ipſe edidiſſeram.
Nuper loquutus, & ſtylo & lingua fui; *Singularis maior.*
Nunc altero licebat. Ego ſum Lipſius,
Cui littera dant nomen & tuus favor.
Sed nomen. Abivi; abivit hoc quoque. *Singularis minor.*
Et nihil hic orbis, quod perennet, poſſidet.
Vis altiore voce me tecum loqui?
Humana cuncta, fumus umbra, vanitas, *Univerſalis concluſio.*
Et ſcenæ imago. & verbo ut abſolvam, Nihil.

Modus IOO. *Innominatus.*

DCCCXXII.

SI materia fuerit neceſſaria, modus IOO. æquivalebit aut AEO, aut AOO, aut IEO. quos cognoſco & denomino *Fapelmor*, *Fiſmeſor* & *Baſmocor*. Si aliqua præmiſſa ſit contingens, de conſequentiarum ſecuritate factum eſt. Aliquod exemplum adduco. *Fapelmor. Fiſmeſor. Bamocor.*

In materiâ neceſſariâ & in [illegible]

Aliquis homo eſt animal;
Aliquis homo non eſt equus;
I. Ergo nullus equus eſt animal. } Dir.
II. Ergo aliquis equus non eſt animal.
III. Ergo nullum animal eſt equus. } Ind.
IV. *Ergo aliquod animal non eſt equus.*

Modus

Modus OAO. *Boccardo.*

DCCCXXIII. NEgativâ particulari & univerſali affirmativâ præmunitus fulminas quatuor conſequentias, ſed unam ſolummodò fæliciter, tres verò exorbitanter. [Vide Regulam XIII.]

In materia contingente.

Aliqua charta non eſt ſcripta;
Omnis charta eſt alba:

I. Ergo nullum album eſt ſcriptum.	Dir.
II. *Ergo aliquod album non eſt ſcriptum.*	Dir.
III. Ergo nullum ſcriptum eſt album.	Ind.
IV. Ergo aliquod ſcriptum non eſt album	Ind.

Nec in materiâ neceſſariâ teneberis aliam conſequentiam admittere, hoc ſyllogiſmo analogiam propoſitionum demonſtrante.

In materia neceſſaria.

Aliquis homo non eſt elephas;
Omnis homo eſt animal:

I. Ergo nullum animal eſt elephas.	Dir.
II. *Ergo aliquod animal non eſt elephas.*	Dir.
III. Ergo nullus elephas eſt animal.	Ind.
IV. Ergo aliquis elephas non eſt animal.	Ind.

Ubi iterùm ſola ſecunda conſequentia eſt utilis; reliquæ aboriuntur contra leges Dialecticas. [Huc pertinet regula XIII.]

Modus OIO. *Innominatus.*

DCCCXXIV. IN materiâ contingenti nihil concludit, quia præmittit duas particulares [Perlege quartam regulam] ſi fuerit materia neceſſaria, infert directè unam particularem, & hanc, quia ſic modus OI tunc æquivalebit modo *Felapton*, aut *Bocardo*. Reponam exemplum quod ſuperius.

Felapton. Bocardo.

Aliquod animal non eſt lapis:
Aliquod animal eſt ſubſtantia.

In materia neceſſaria.

I. Ergo nulla ſubſtantia eſt lapis.	Dir.
II. *Ergo aliqua ſubſtantia non eſt lapis.*	Dir.
III. Ergo nullus lapis eſt ſubſtantia.	Ind.
IV. Ergo aliquis lapis non eſt ſubſtantia.	Ind.

Nota.

Affirmativi in Modo poſſunt concludere indirectè.

IN modis negativis concludi debet directè aut indirectè, prout regulæ & nomina poſtulant: directè enim concludunt in O. & indirectè in OR. At in Modis affirmativis ſumma eſt concludendi libertas, ſi enim directè aut indirectè concludas, perinde eſt. Hic eſt ſyllogiſmus in *Datiſi*.

Omnis ſcientia eſt notitia intellectûs.
Aliqua ſcientia ſunt de contingentibus:
Ergo aliqua notitia intellectûs ſunt de contingentibus.

De contingentibus habetur ſcientia.

Et tamen illo utitur D. Thomas 1. p. q 86. *art.* 3. ubi ait; *Omnis ſcientia eſt in intellectu. Sed quadam ſcientia ſunt de contingentibus, ſicut ſcientia morales quæ ſunt de actibus humanis ſubjectis libero arbitrio: & etiam ſcientiæ naturales quantum ad partem quæ tractat de generabilibus & corruptibilibus: Ergo intellectus eſt cognoſcitivus contingentium.*

Cur Ramus ordinem Figurarum inverterit?

DCCCXXV. GOclenius vult Ariſtotelem Ramumque conciliare & defendere, & his verbis controverſiam proponit. [Quæritur, ait, quæ ſit ratio, quam ob rem Ramus tertiam figuram Ariſtotelis primo poſuerit loco; & quam ob rem Ariſtoteles explicato ſecundo, quem Ramus appellat, primas tribuerit?] Et ut utrioſque authoritate illæsâ ſatisfaciat, ſic inquit. [Reſponſio non erit difficilis conſiderato utriuſq; conſilio & ſcopu. Ideò Ariſtoteles primo loco collocat primam figuram, quia in ſyllogiſmis hujus figuræ non ſolùm eſt neceſſitas illationis, ſed etiam evidentia neceſſitatis, cùm diſpoſitio in iis ſit naturaliſſima atque adeò plebæis obvia. Vel propterea, quia concluſio in figurâ primâ eſt omninò libera, hoc eſt, quia omnis generis quæſtiones in primâ figurâ concludi poſſunt. Ideòque concluſio in primâ figurâ eſt communiſſima Ramus tertiam figuram proptereà ponit primo loco, quia omnium figurarum eſt imperfectiſſima, hoc eſt, quia non poteſt oſtendere concluſionem univerſalem. Methodus enim naturalis requirit ut ab imperfectioribus ad perfectiora progrediamur. Vel proptereà, quia reſpicit illud axioma Ariſtotelis quod eſt in libro de Cœlo: *Simplex eſt prius compoſito:* jam verò figura tertia eſt ſimplex. Prima verò eſt mixta: quia in tertiâ figurâ argumentum utrobique præcedit in propoſitionibus, in primâ verò figurâ argumentum tertium in propoſitione antecedit, in aſſumptione verò ſequitur. Itaque tertia Ariſtotelis figura veluti ſimplex eſt] Sic ille. Multa haberem, quæ objicerem: ſed quia res ipſa non eſt tanti, ut debeamus diutiùs inhærere, ſatis ſit mentem Coclenii protuliſſe.

Prima Ariſtotelis figura neceſſariſſima naturaliſſima & univerſaliſſima.

Tertia imperfectiſſima & particulariſſima.

Simpliciora etiam ſunt priora.

An admittenda ſit quarta figura?

DCCCXXVI. HÆc quæſtio ſenſum duplicem habere poteſt: nam vel quæritur, *An admittendi ſint ſyllogiſmi, qui in quarta formari dicuntur?* vel quæritur, *An ſemel admiſſi, debeant ad quartam aliquam figuram revocari.*

Duplex Quæſtionis ſenſus.

Ad primam aſſertivè reſpondeo: ſunt enim efficaces boni, & optimè intentum evincunt. Dices, eos ab his, qui in primâ ſunt, ſolo ordine præmiſſarum diſtingui: hoc autem nõ ſufficere ut diſtincti dicantur; quia ille ordo præmiſſarum non reperitur in mente; in quâ omnes propoſitiones ſunt ſimul.

Reſolutio. Objectio.

Reſpondeo concedendo majorem, nego autem ſolùm præmiſſarum ordinem non ſufficere ad diſtinctionem ſyllogiſmorum: nam *Ceſare* & *Cameſtres* in ſecundâ; nec non *Datiſi* & *Diſamis* in tertiâ, ordine præmiſſarum differunt. An in mente non reperiatur ordo præmiſſarum, non curo: tum quia illum adſtruens, non poſſet evidenter convinci: tum quia hîc de ſyllogiſmo vocali, & non de mentali differimus.

Solutio.

An præmiſſa habeant ordinem in intellectu.

Ad ſecundam reſpondeo ejuſmodi ſyllogiſmorum claſſem non eſſe quartam figuram, ſed formam naturaliſſimam, priorem omni figurâ; quam diximus *Platonicam Formam*, quòd eam in

Reſolutio altera.

Platone reperiamus interdum, & putemus per transformationem in figuras Ariſtotelicas degeneraſſe.

Stet ergo, ratione & experientiâ id perſuadente, *hanc ſyllogiſmorum formam, quam vocant in ſcholis Galenicam, eſſe ſimpliciſſimam: figuraſque traditas ab Ariſtotele, nihil eſſe aliud quam metamorphoſes hujus formæ.*

De Modorum denominatione.

Dialectica in materia convertibili. OMnes Modos poſſibiles examinavimus, & vidimus materiam convertibilem ita fœlicem, ut vix indigeamus regulis ſyllogiſmos legitimos componituri: nam quomodocumque conſequentia inferatur, eſt vera; modò non ponantur duæ præmiſſæ negantes: & concluſio in quiditate ſequatur debiliorem partem, hoc eſt, ſit negativa, ſi altera præmiſſa negaverit: & ſi utraque affirmaverit, ſit affirmativa. Conſultò *in quiditate* dixi, quoniam in quantitate nulla *An ex puris particularibus aliquid inferatur?* eſt ſervanda ratio; quia in materia cōvertibili ex puris particularibus poteſt cōcludi directè, aut indirectè, univerſaliter aut particulariter, & hoc pro arbitrio. Tot in præcedēti Modorū ſyllogiſticantium Examine extant hujus veritatis teſtimonia, ut ſuperfluum videatur proponere nova paradigmata.

Sed quia materia neceſſaria ſtrictioribus legibus obſtringitur, & ſtrictiſſimis contingens, placuit utiles ab inutilibus modis diſtinguere; nominibus antiquis, quantum Dialectica inſtitutio permittit, conſervatis.

In materia convertibili.

DCCCXXVII. *Convertibilis materiæ ſyllogiſmi.* DUndecim reperi Modos (quos licebit ad placitum denominare, modò debitæ vocales conſerventur) qui omnibus & ſingulis Figuris ſervire poſſunt, illos exprimo.

AAA. AEE. AIA. AOE. *Syllogiſtici modi.*
EAE. EIE. IAA. IEE.
IIA. IOE. OAE. OIE.

& affirmo quemcumque ipſorum in quâlibet Figura ſeu Platonica ſeu Ariſtotelicâ concludere efficaciter, modò obſerventur hæ regulæ: *Prima.* Si concluſio ſit A. omnes tres termini convertibiles ſunto. *Secunda.* Si concluſio ſit E, præmiſſa aſſerens convertibilibus, præmiſſa negans repugnantibus conſtato. Pono exemplum in AEE, & primò in Platonicâ formâ.

A. *Omnis homo eſt riſibilis.*
E. *Nullum riſibile eſt lapis.*
E. *Ergo nullus homo eſt lapis.*

Eumdem ſyllogiſmum ad Ariſtotelis mentem efformo; videlicet in primâ Figurâ.

A. *Omnis homo eſt riſibilis,*
E. *Nullus lapis eſt homo,*
E. *Ergo nullus lapis eſt riſibilis.*

Eundem ipſum ad ſecundam Figuram reduco.

A. *Omnis homo eſt riſibilis:*
E. *Nullus lapis eſt riſibilis.*
E. *Ergo nullus lapis eſt homo.*

Et ad tertiam & ultimam tandem.

A. *Omnis homo eſt riſibilis:*
E. *Nullus homo eſt lapis:*
E. *Ergo nullus lapis eſt riſibilis.*

Stat ergo in materia convertibili Modos eoſdem ſervire omnibus & ſingulis quatuor Figuris, quod eſt ſpecialiſſimum in hâc materia. Addamus nomina, ut ſingulas Figuras diſtinguam⁹.

Paradigmata.	Forma	Figura I.	Figura II.	Figura III.
AAA.	Falcata.	Parata.	Sacrata.	Tartara.
AEE.	Fallentes.	Paſcentes.	Satelles.	Tapetes.
AIA.	Fabrica.	Pallida.	Sagitta.	Tacita.
AOE.	Favores.	Pavores.	Sapores.	Tarope.
EAE.	Feraces.	Peccantes.	Sebaſte.	Teſtantes.
EIE.	Felices.	Perfide.	Series.	Textiles.
IAA.	Firmata.	Pirata.	Signata.	Titanas.
IEE.	Fideles.	Pirene.	Silentes.	Timentes.
IIA.	Filia.	Pigritans.	Sitia.	Tibia.
IOE.	Figrones.	Pignore.	Sindones.	Timores.
OAE.	Foramen.	Portantes.	Solamen.	Tonantes.
OIE.	Forcipes.	Pollices.	Solidè.	Tonſile.

Primus character in nominibus ſingulis eſt conſiderandus. Habes nomina vocales debitas complectentia: quorum alia incipiunt ab F. & pertinent ad Formam Platonicam: alia à P. & pertinent ad primam Figuram Ariſtotelis: alia ab S. & pertinent ad ſecundam: & alia denique à T. & ſpectant ad tertiam.

In Materiâ contingente.

EST ſterilis, & pauciores Modos gignit, quàm neceſſaria aut convertibilis. Illos DCCCXXVIII. ſubſcribo, & ad veterum labium, quantum regulæ patiuntur, denomino.

Forma

Forma Platonica.

Premiſſæ.	Conſeq.	Nomina & Iudicium.	
AA.	A.	Bammadu.	*Bonus.*
AE.	E.	Camene.	*Bonus.*
AI.	*	*Innominatus.*	Malus.
AO.	*	*Innominatus.*	Malus.
EA.	OR.	Feſmapor.	*Bonus.*
EE.	*	*Innominatus.*	Malus.
EI.	OR.	Feſiſor.	*Bonus.*
EO.	*	*Innominatus.*	Malus.
IA.	I.	Dimagni.	*Bonus.*
IE.	O.	Firmeo.	*Bonus.*
II.	*	*Innominatus.*	Malus.
IO.	*	*Innominatus.*	Malus.
OA.	*	*Innominatus.*	Malus.
OE.	*	*Innominatus.*	Malus.
OI.	*	*Innominatus.*	Malus.
OO.	*	*Innominatus.*	Malus.

Prima Figura Ariſtotelica.

Premiſſæ.	Conſeq.	Nomina & Iudicium.	
AA.	A.	Barbara.	*Bonus.*
AE.	OR.	Fapeſmor.	*Bonus.*
AI.	I.	Darij.	*Bonus.*
AO.	*	*Innominatus.*	Malus.
EA.	E.	Celaren.	*Bonus.*
EE.	*	*Innominatus.*	Malus.
EI.	O.	Ferio.	*Bonus.*
EO.	*	*Innominatus.*	Malus.
IA.	*	*Innominatus.*	Malus.
IE.	OR.	Fiſeſmor.	*Bonus.*
II.	*	*Innominatus.*	Malus.
IO.	*	*Innominatus.*	Malus.
OA.	*	*Innominatus.*	Malus.
OE.	*	*Innominatus.*	Malus.
OI.	*	*Innominatus.*	Malus.
OO.	*	*Innominatus.*	Malus.

Secunda

Secunda Figura.

Præmiſſæ.	Conſeq.	Nomina & Iudicium.	
AA.	*	*Innominatus.*	Malus.
AE.	E.	Cameſtre.	*Bonus.*
AI.	*	*Innominatus.*	Malus.
AO.	O.	Baroeco.	*Bonus.*
EA.	E.	Ceſare.	*Bonus.*
EE.	*	*Innominatus.*	Malus.
EI.	O.	Feſtino.	*Bonus.*
EO.	*	*Innominatus.*	Malus.
IA.	*	*Innominatus.*	Malus.
IE.	OR.	Frimeſor.	*Bonus.*
II.	*	*Innominatus.*	Malus.
IO.	*	*Innominatus.*	Malus.
OA.	OR.	Doeamor.	*Bonus.*
OE.	*	*Innominatus.*	Malus.
OI.	*	*Innominatus.*	Malus.
OO.	*	*Innominatus.*	Malus.

Tertia Figura.

Præmiſſæ.	Conſeq.	Nomina & Iudicium.	
AA.	I.	Darapti.	*Bonus.*
AE.	OR.	Fapelmor.	*Bonus.*
AI.	I.	Datiſi.	*Bonus.*
AO.	OR.	Dacoceor.	*Bonus.*
EA.	O.	Felapton.	*Bonus.*
EE.	*	*Innominatus.*	Malus.
EI.	O.	Feriſon.	*Bonus.*
EO.	*	*Innominatus.*	Malus.
IA.	I.	Diſamis.	*Bonus.*
IE.	OR.	Fiſmeſor.	*Bonus.*
II.	*	*Innominatus.*	Malus.
IO.	*	*Innominatus.*	Malus.
OA.	O.	Boccardo.	*Bonus.*
OE.	*	*Innominatus.*	Malus.
OI.	*	*Innominatus.*	Malus.
OO.	*	*Innominatus.*	Malus.

Hæc ſunt nomina ſyllogiſmorum, quibus utimur in materiâ contingente, ac propterea in neceſſariâ & convertibili. Aliqua addidimus, aliqua abſtulimus, & unum aut alterum alteravimus, coacti rationibus graviſſimis, quas paulò antè (nempe Artic.2.)produximus.

In materiâ neceſſariâ.

DCCCXXIX. *De quantitatis alterationis.* Materia contingens patitur in præmiſſis, ut loco particularis propoſitio univerſalis collocetur, quod tamen in conſequentia non patitur. Patitur etiam in conſequentia, ut loco univerſalis propoſitio particularis ſubſtituatur, quod in præmiſſis non tolerat: hinc fit, ut loco *Barbara* ponere poſſimus *Barbari* : & loco *Ferio* poſſimus ſubſtituere *Fereo*. At Materia neceſſaria toleranrior eſt, & ideò has Regulas ſtatuere poterimus. I. *Quotieſcumque reperitur propoſitio non-contingens* (talis eſt, quæ ad quatuor priora prædicabilia pertinet) *ſive ſit univerſalis* . *ſive particularis* , *perinde eſt.* II. *Ex non contingentibus particularibus particulare ubique* : *& interdum in tertiâ figurâ univerſale* : *& ſemper in cæteris inferri poteſt.*

Barbara. Barbari. Ferio Fereo. Quæ ſit propoſitio non-contingens

ARTI-

ARTICULUS VI.

De Conſequentiis ſecundariis.

DCCCXXX. A Modis Dialecticis Submodos, ſeu Modos ſecundarios generari inſinuavi ſuperiùs: ſed quia nimis breviter, volo ſecundo calamo hanc materiam tractare. Si termini ſint convertibiles, ſemper quatuor conſequentiæ inferentur, ſemperque univerſaliter & particulariter, directè & indirectè concludetur. Pono exemplum.

Omnis homo eſt rationalis.
Omne rationale eſt riſibile.
Ergo omnis homo eſt riſibilis.
Ergo aliquis homo eſt riſibilis
Ergo omne riſibile eſt homo.
Ergo aliquod riſibile eſt homo.

Omnis homo eſt admirativus.
Omne rationale eſt admirativum.
Ergo omne rationale eſt homo.
Ergo aliquod rationale eſt homo.
Ergo omnis homo eſt rationalis.
Ergo aliquis homo eſt rationalis.

Quàm ſit fertilis materia cõvertibilis quàm ſterilis accidentaria.

Sed hæc ipſa conſequentiarũ ubertas, nec in neceſſaria nec in contingente materia reperitur: & ideò indigebimus legibus, ne in errorem labamur. Illas iſte verſus pronuntiat.

O ſterile eſt: dat A millir: E conferor: I vir.

quem ſic expono.

O *nil.*] Omnes Modi directi aut indirecti deſinentes in O purum impurumve (id eſt in O vel OR, particularem negativam) ſunt ſteriles, & nihil omninò parturiunt.

A. *millir.*] Deſinentes in A, quales ſunt *Bammada* & *Barbara*, producunt duos Submodos, quorum alter deſinit in I, & alter in IR. Quod eſt dicere, quod ex *Bammada* naſcuntur *Bammadi* & *Bammadir*. & ex *Barbara* naſcuntur *Barbari* & *Barbarir*.

E *conferor.*] Omnes Modi deſinentes in E (tales ſunt: *Celarent: Ceſare* & *Cameſtres*) generant tres Submodos, quorum primus habet concluſionẽ in O. Secundus in E: tertius in OR. Unde *Celarent* dabit *Celaro, Celarer,* & *Celaror.*

Celarer. ipſe eſt quẽ alii Celãtes appellant.

I. *vir*] Tandem omnes qui deſinunt in I. (ut *Dimagni, Darii, Darapti, Diſamis* & *Datiſi*) producunt unicũ Submodũ in IR. ut *Dimagni*, unde habemus *Dimagnir*,

Exempla data fuerunt in ſingulis Modis quamplurima, nec eſt opus aut eadem repetere, aut alia de novo reponere.

DCCCXXXI. USi olim ſumus alio carmine, ſed quod in idem recideret. Dicebamus,

Amiciscingis Cheroneſſos.

Prima vocalis dabat primam conſequentiam, cætera ſecundarias, adnotando S. ſignificare propoſitionem verſam. Sed quia S. alia interdũ ſignificat, maluimus R. ſumere, ut reflexas propoſitiones adnotare poſſemus. Loco igitur hujus carminis, hoc barbarum, ſed multò commodius etiam reponebamus.

Exoneror Almivir Ixir.

illudque exemplis illuſtremus.

Ad eundẽ terminũ poſſumus per media diverſa venire: & eandem artẽ diverſis (analogis tamen) regulis cõformare.

Ce- *Nullus homo eſt lapis:*
la- *Omne rationale eſt homo:*
EX-rent. *Ergo nullum rationale eſt lapis.*
ON- * *Ergo aliquod rationale non eſt lapis.*
ER- * *Ergo nullus lapis eſt rationalis.*
OR- * *Ergo Aliquis lapis non eſt rationalis.*

Bar- Omnis equus eſt animal:
ba- Omne hinnibile eſt equus:
AL- *ra.* Ergo omne hinnibile eſt animal.
MI- * Ergo aliquod hinnibile eſt animal.
VIR. * Ergo aliquod animal eſt hinnibile.

Da- *Omne animal eſt ſenſibile:*
ri- *Aliqua ſubſtantia eſt animal:*
IX- i. *Ergo aliqua ſubſtantia eſt ſenſibilis.*
IR. * *Ergo aliquod ſenſibile eſt ſubſtantia.*

Relectio.

De Submodis & Conſequentiis ſubillatis.

POſſumus dare plures adhuc ſequelas ſecundarias; ſed quia facilitatem affectamus, voluimus Dialecticæ Studioſos eſſe doctrinâ præcedente contentos; quod ſi aliquis uberiùs doceri deſideret, loco illius versûs, *Exoneror, Almivir, Ixir*, utatur illis. DCCCXXXII.

Arcam dum miris cignis onerabis Apollo,
Edes & pronos ingenioſe choros:
Eſt ignis, gelidusque cinis, rutilaſque favillas
Ex Orco Pollux ernet horriſono.

Ex his verſibus, qui juvandi memoriam gratiâ ſcripti ſunt, extrahat dictiones diſſyllabas, & inveniet has:

A. *Arcam miris cignis.*
E. *Edes bonos choros.*
I. *Ignis cinis.*
O. *Orco Pollux.*

quarum

quarum uſus eſt hic. *Prima littera primam & principalem conſequentiam; reliqua verò ſubconſequentias ſuborientes deſignant, C. jubet converti per contrapoſitionem S. ſimpliciter. & Vocalis qua nec ante ſe habet C. nec poſt ſe S. eſt ſubalterna pracedentis.* Et tandẽ U. nihil ſignificat. Pono exemplum in Barbata.

BAR *Maior ſyllogiſmi*
BA- *Minor ſyllogiſmi.*
R'Ar *Prima, eaque univerſalis conſequentia.*
cam- *Contrapoſitio hujus conſequentia.*
mi- *Subalterna hujus contrapoſita.*
ris- *Converſio ſimplex hujus ſubalterna.*
cig- *Contrapoſitio hujus converſa.*
nis. *Converſio ſimplex hujus contrapoſita.*

Addo ſecundum exemplum in *Celaren.*

CE- *Maior ſyllogiſmi.*
LAR *Minor ſyllogiſmi.*
E- *Conſequentia univerſalis negativa.*
des- *Converſio ſimplex huius conſequentia.*
bo- *Subalterna huius converſa.*
nos- *Converſio ſimplex huius ſubalterna.*
cho- *Contrapoſitio huius converſa.*
tos. *Converſio ſimplex huius contrapoſita.*

Subjungo tertium exemplum in *Daris.*

DA- *Maior ſyllogiſmi.*
RI' *Minor ſyllogiſmi.*
Ig- *Conſequentia particularis affirmativa.*
nis *Converſio ſimplex huius conſequentia.*
ci- *Contrapoſitio converſa.*
nis. *Converſio ſimplex huius contrapoſita.*

Et ut nihil deſit quod juvare Lectorẽ poſſit, ultimã dictionẽ expono; & do exemplũ in *Ferio.*

FE- *Maior ſyllogiſmi.*
RI'- *Minor ſyllogiſmi.*
Or- *Conſequentia particularis negativa.*
co *Contrapoſitio eiuſdem.*
Poll' *Converſio ſimplex huius contrapoſita.*

Non aliter deſinunt, aut deſinere poſſunt ſyllogiſmi, quam in A. E. I. O. & omniũ poſuimus exempla. *Ecce, ut vides, ſingula conſequentia à pracedente inferuntur, & inferunt immediatè ſequentem: quod, quia novum & utile, debet adhuc exemplo aliquo dilucidari. Conſidera lineas ſequentes.*

BAR- Omnis homo eſt riſibilis.
BA- Omne rationale eſt homo.
R'Ar- Ergo omne rationale eſt riſibile.
cam Ergo omne nõ riſibile eſt nõ rationale.
mi- Ergo aliq; nõ riſibile eſt non rationale.
ris Ergo aliq; non rationale eſt nõ riſibile.
cig- Ergo A aliquod riſibile eſt rationale.
nis. Ergo aliquod rationale eſt riſibile

CEL- *Nulla arbor eſt Angelus;*
AR' *Omnis platanus eſt arbor;*
E- *Ergo nulla platanus eſt Angelus.*
des- *Ergo nullus Angelus eſt platanus*
bo- *Ergo aliquis Angelus non eſt platanus.*
nos- *Ergo B aliqua Platanus non eſt Angelus.*
cho- *Ergo aliquis non Angelus non eſt non platanus.*
** vel. *Ergo C aliquis non Angelus eſt platanus.*
tos. *Ergo aliquis Platanus eſt non Angelus.*

DA- Omnis color eſt qualitas,
RI'- Aliqua albedo eſt color,
Ig- Ergo aliqua albedo eſt qualitas.
nis Ergo aliqua qualitas eſt albedo.
ci- Ergo aliqua non albedo eſt non qualitas.
nis. Ergo aliqua non qualitas eſt non albedo.

FE- *Nullus canis eſt homo.*
RI'- *Aliquod animal eſt canis.*
Or- *Ergo aliquod animal non eſt homo.*
co- *Ergo aliquis non homo non eſt non animal.*
** hoc eſt, *Ergo aliquis non homo eſt animal.*
Poll'. *Ergo aliquod animal eſt non homo.*

Sed hæc pauca adnota, ut illationum ſecuritatem calleas, nec ſit ſcrupulus, quo pungi poſſis.

A. Hæc propoſitio *Aliquod non rationale eſt non riſibile,* ſi convertatur per contrapoſitionem, erit *Aliquod non non riſibile eſt non non rationale*: cumque duæ negationes æquipolleant nulli (ſe enim mutuò tollunt eliduntque in Linguâ Latinâ) illa ultima propoſitio, *Aliquod non non riſibile eſt non non rationale,* æquivalebit huic *Aliquod riſibile eſt rationale,* quam ſcripſi.

B. Vides hic particularem negativam converti ſimpliciter, & hoc negas poſſe fieri ad regulas ſimpliciter poſitas. Et reſpondeo non poſſe converti ſimpliciter omnem particularem negativam, poſſe aliquam, nimirùm illam, cujus univerſalis etiam eſt vera; nam ſi tibi videatur mala conſequentia, *An particularis negativa ſimpliciter converti poſſit?*

Nullus Angelus eſt Platanus
Ergo aliquis Angelus non eſt Platanus.
Ergo aliqua Platanus non eſt Angelus.

quòd tametſi ſecunda propoſitio benè inferatur à primâ, malè infertur à ſecunda illa tertia, oſtendam hanc eandem tertiam debere neceſſariò admitti, juxta alias regulas procedendo. Sic inquam,

Nullus Angelus eſt Platanus,
Ergo nulla Platanus eſt Angelus,
Ergo aliqua Platanus non eſt Angelus.

ubi vides tertiam conſequentiam eamdem eſſe, quæ priùs, & eſſe neceſſariò admittendam. Prima enim converſa ſimpliciter dat ſecundam univerſalem negativam; & hæc ſubalternat illam tertiam.

C. Hæ propoſitiones, tametſi labio videantur differre, æquipollentes ſunt; nimirùm, *Infinitarũ & negativarũ connexio.*

Aliquis Angelus non eſt non Platanus,
Aliquis non Angelus eſt non non Platanus,
Aliquis non Angelus eſt Platanus.

Secundam tertiamque coincidere conſtat, quia duæ negationes affirmant; coincidere primam ſecundamque conſtabit, cùm negationem non afficere copulam, ſed prædicatum oſtendam.

Hinc patet *Baralipton*, *Celantes*, *Dabitis*, non eſſe modos diverſos à prioribus, ſed in prioribus imbibi; nam ſi ſingulis ſyllogiſmis ſimplicem conſequentiam daremus, deberemus multos etiam alios modos multiplicare. *Baraliptõ. Celantes. Dabitis.*

SIT REGULA. Omnis modus deſinens in A infert ſuas ſecundarias conſequentias per *Arcam miris cignis*: omnis deſinens in E, per *Edes bonos choros*: omnis deſinens in I, per *Ignicinis*: & tandem omnis deſinens in O, per *Orco Pollux.* EX QUIBUS PATET ditiſſimam eſſe Dialecticam.

ARTI-

ARTICVLVS VII.

De veritate Præmiſſarum.

DCCCXXXV. PRæmiſſæ veræ debent eſſe, quia ex veris falſum ſequi non poteſt: èx falſis autem non raro verum ſequitur, ut vel inde diſcas, tantam & talem eſſe veritatis pulchritudinem, ut ab ipsâ ametur Falſitate. Rem illuſtro hoc exemplo. *Decor & pulchritudo Veritatis.*

Omnis homo eſt equus:
Omnis equus eſt rationalis.
I. *Ergo omnis homo eſt rationalis.* } Directè.
II. *Ergo aliquis homo eſt rationalis.*
III. *Ergo omne rationale eſt homo...* } Indirectè.
IV. *Ergo aliquod rationale eſt homo.*

Ex falſo interdum verum oritur.

Vbi videris ex duabus præmiſſis falſis oriri quatuor conſequentias veriſſimas.

Hinc naſcuntur argumenta illa, quæ vocamus *Ad hominem*, quibus cogimus adverſarios nobis ſubſcribere, etiamſi aſſerant omninò falſa. Quia, ſi Petrus negaſſet tibi *Omnem hominem eſſe rationalem*, aſſeruiſſet tamen *Omnem hominem eſſe equum*, & *Omnem equum eſſe rationalem*, non deberes has aſſertiones falſas evertere, ſed aſſumere potiùs tanquam prima principia, & ex eis ſuppoſitis *ad hominem*, ut dicitur, Petrum debellare. Hoc modo argumentandi ſæpiſſimè uſus eſt Auguſtinus contra Pelagium, Bernardus contra Gilbertum, & alij Patres contra alios; quapropter attentè debent legi, ne credantur illa tanquam certa præmittere, quæ ex conceſſis ſupponunt, *ad hominem* diſputaturi. *Argumenta ad hominem.* *Cautè legendos Patres, cùm ſcribunt contra Hæreticos. Et cur?*

DCCCXXXVI. STatuis eſſe concluſionem extra omnem diſputationis aleam poſitam, quæ affirmat, è *veris falſa ſequi non poſſe*: & inquiris, Anne è falſis ſequantur vera & falſa? & Vtrùm ſciri poſſit, Quando Cooclusio debeat eſſe falſa vel vera? Et Reſpondeo Reſolutionem à Meditatiooe peodere, adeòque debere Modos ſingulos examinari. *An ex vero interdum falſum ſequi poſſit? An ex falſo verum?*

BAMMADA.

SI utraque præmiſſa ſit falſa, poterit conſequentia eſſe vera (noo enim quæritur an ex falſo poſſit & ſoleat inferri falſum; id enim nimium certum eſt) Pono exemplum.

Omnis homo eſt arbor;	Falſa.
Omnis arbos eſt rationalis;	Falſa.
Ergo omnis homo eſt rationalis.	

Sed quid ſi altera præmiſſa ſit vera & altera falſa? Adhuc poterit conſequentia eſſe vera. Exempla id probant.

Omnis homo eſt arbor,	Falſa.
Omnis arbor eſt ſubſtantia,	Vera.
Ergo omnis homo eſt ſubſtantia.	
Omnis homo eſt animal,	Vera.
Omne animal eſt rationale,	Falſa.
Ergo omnis homo eſt rationalis.	

Vtrobique conſequentia eſt vera; utrobique altera pmiſſa vera, altera falſa: nimirũ in priori ſyllogiſmo maior eſt falſa, in poſteriore minor.

CAMENE.

EAdem de hoc modo interrogas; & hos ego ſyllogiſmos diſcutieodos propono.

Omnis equus eſt rationalis,	Falſa.
Nullum rationale eſt homo,	Falſa.
Ergo nullus equus eſt homo.	
Omnis homo eſt animal,	*Vera.*
Nullum animal eſt equus,	*Falſa.*
Ergo nullus homo eſt equus.	
Omnis homo eſt equus,	Falſa.
Nullus equus eſt lapis,	Vera.
Ergo nullus homo eſt lapis.	

DIMAGNI.

PRogredior. Hos ſyllogiſmos ſcribo, ut videas etiam in iſto modo ex falſis poſſe vera deduci.

Aliquis leo eſt lapis,	Falſa.
Omnis lapis eſt rugibilis,	Falſa.
Ergo aliquis leo eſt rugibilis.	
Aliquis leo eſt homo,	*Falſa.*
Omois homo eſt vivens,	*Vera.*
Ergo aliqois leo eſt viveos.	
Aliquis leo eſt animal,	Vera.
Omne animal eſt rugibile.	Falſa.
Ergo aliquis leo eſt rugibilis.	

Et video ex maiore falsâ & minore verâ, ex maiore

jore verâ & minore falsâ, ex utraque falsâ ſequi verum.

FIGMENO.

MOdus *Dimagni* ſimilis fuit modo *Bammada*, an-non & modus *Figmeno* modo *Camene*? Reſpondebit examen.

Aliquis leo eſt homo, Falſa.
Nullus homo eſt rationalis. Falſa.
Ergo aliquis leo non eſt rationalis.

Aliquis homo eſt animal, *Vera.*
Nullum animal eſt hinnibile, *Falſa.*
Ergo aliquis homo non eſt hinnibilis.

Aliquis homo eſt equus, Falſa.
Nullus equus eſt rugibilis, Vera.
Ergo aliquis homo non eſt rugibilis.

Et obſervo ex utrâque præmiſsâ falsâ inferri verum; ex maiore verâ & minore falsâ etiam verum: ex maiore falsâ & minore verâ etiam verum inferri.

FESAPOR.

A Diodirectos tranſeo, & hos ſyllogiſmos efformo.

Nullum animal eſt equus, Falſa.
Omnis equus eſt lapis. Falſa.
Ergo aliquis lapis non eſt animal.

Nullum animal eſt equus, *Falſa.*
Omnis equus eſt ſubſtantia, *Vera.*
Ergo aliqua ſubſtantia non eſt animal.

Nullus homo eſt equus, Vera.
Omnis equus eſt rugibilis, Falſa.
Ergo aliquod rugibile non eſt homo.

Et ut video, ſive major, ſive minor, ſive utraque præmiſſa ſit falſa, conſequentia poteſt eſſe vera.

FESISOR.

CLaudit Formam Platonicam ſive Galenicam hic modus, & in ipſo ſequentes ſyllogiſmos conſidero.

Nullus homo eſt rationalis, Falſa.
Aliquod rationale eſt equus, Falſa.
Ergo aliquis equus non eſt homo.

Nullus homo eſt rationalis, *Falſa.*
Aliquod rationale eſt animal, *Vera.*
Ergo aliquod animal non eſt homo.

Nullus homo eſt lapis, Vera.
Aliquis lapis eſt equus, Falſa.
Ergo aliquis equus non eſt homo.

Et omnes tres cooſequentiæ ſunt veræ.

ARISTOTELIS FIGURA I.

DCCC-XXXIII. SIquidem Forma Platonica & prima Figura Ariſtotelica mero ordine præmiſſarum diſtinguuntur, Platonicis examinatis Modis, etiam Ariſtotelici manent examinati.

SECUNDA FIGURA.

POſſem iudicium inferre, ſed maioris claritatis gratiâ ſingulos Modos contemplando propono.

CESARE.

HIc modus mente non differt à *Celarent*, labio differt; ſic formatur.

Nullus homo eſt animal, Falſa.
Omnis lapis eſt animal. Falſa.
Ergo nullus lapis eſt homo.

Nullus homo eſt animal, *Falſa.*
Omnis equus eſt animal, *Vera.*
Ergo nullus equus eſt homo.

Nullus lapis eſt animal, Vera.
Omnis arbos eſt animal. Falſa.
Ergo nulla arbos eſt lapis.

omneſque cooſequentiæ ſunt veræ.

CAMESTRES.

HIc modus vix à præcedente diſtinguitur, *Qualiter*
nam mutando præmiſſas & convertendo *diſtin-*
conſequentiam ſimpliciter; alter tranſit in al- *guantur*
terum; & idcircò idem erit iudicium de utro- Ceſare &
que. Came-
ſtres?

FESTINO.

CUr remoras implicaremus in *Feſtino*? Pro- DCCC-
peremus igitur, & tres ſyllogiſmos ſcri- XXXIX.
bamus.

Nullus homo eſt animal, Falſa.
Aliquis lapis eſt animal. Falſa.
Ergo aliquis lapis non eſt homo.

Nullus homo eſt animal, *Falſa.*
Aliquis equus eſt animal, *Vera.*
Ergo aliquis equus non eſt homo.

Nullus lapis eſt animal, Vera.
Aliqua arbos eſt animal, Falſa.
Ergo aliqua arbos non eſt lapis.

Quomodocumque falſitas invadat præmiſſas, adhuc conſequentiæ ſunt veræ.

BAROCO.

IDem dico de hoc modo. Pono exempla.

Omnis lapis eſt animal, Falſa.
Aliquis homo non eſt animal. Falſa.
Ergo aliquis homo non eſt lapis.

Omnis equus eſt animal, *Vera.*
Aliquis homo non eſt animal. *Falſa.*
Ergo aliquis homo nooeſt equus.

Omnis arbos eſt animal, Falſa.
Aliquis lapis non eſt animal, Vera.
Ergo aliquis lapis non eſt arbos.

Omnes concluſiones ſunt veræ.

FRI-

FRIMESOR.

AD indirectos Modos venio, & illos ob oculos pono. Sit primus *Frimeſor*, qui Modi *Feſtino* eſt inverſio.

Aliquis homo eſt arbos, Falſa.
Nulla platanus eſt arbos, Falſa.
Ergo aliquis homo non eſt platanus.
Aliquis homo eſt arbos, *Falſa.*
Nullus lapis eſt arbos, *Vera.*
Ergo aliquis homo non eſt lapis.
Aliquis homo eſt animal, Vera.
Nullus equus eſt animal, Falſa.
Ergo aliquis homo non eſt equus.

Nullam falſam concluſionem obſervo.

DOMACCOR.

SI modi *Feſtino* præmiſſas commutes, habebis *Frimeſor*. & contra. Et ſi commutes præmiſſas modi *Domaccor* habebis *Barocco*. Quam ob rem nihil ſpeciale ſubiungo.

TERTIA FIGVRA.

OMnes ejus modi ſolâ converſione aliculus propoſitionis tranſeunt in primam, & etiam in ſecundam, ſi volumus; adeòque non eſt cur in re certâ hæreamus.

ERGO.

COnſtat ex dictis nullum eſſe Modum, in quo non ſequi poſſit verum ex utrâque præmiſsâ falsâ, in quo etiam non poſſit ex majore verâ & minore falsâ, & ſimiliter ex maiore falsâ & minore verâ. Hac veritate demonſtratâ, has theſes omninò tenendas pronuntio.

Modum argumentandi ex materiâ. Prima ſit. *Benè argumentator, qui ait.* [*Syllogiſmus eſt legitimus, major & minor ſunt vera; ergo conſequentia etiam eſt vera.*] Patet; quia ex veris falſa inferri non poſſunt.

Secunda ſit. *Benè etiam, qui ait,* [*Syllogiſmus eſt bonus, & tamen conſequens eſt falſum; ergo vel utraque vel ſaltem altera præmiſſa eſt falſa. At maior eſt vera, ergo minor eſt falſa.* Vel fortè, *At minor eſt vera, ergo maior eſt falſa.*] Patet; quia falſum non niſi ex falſo infertur.

Tertia ſit. *Malè argumentatur qui ait,* [*Antecedens eſt falſum, ergo & conſequens.*] *Item qui,* [*Conſequens eſt verum, ergo & antecedens.*] Patet; quia è falſis ſæpiſſimè inferuntur vera.

DCCCXLI. *Quid & qualis ſyllogiſmi converſio?* HINC PATET Syllogiſmorum Converſionem (diſtinguo Converſionem à Reductione) inefficacem eſſe, nec debere tanquam infallibilem tradi. Eſt autem Converſio ſyllogiſtica conſequentis & antecedentis commutatio, ut videre eſt in exemplo ſequenti.

Omnis homo eſt animal,
Aliquod vivens non eſt animal,
Ergo aliquod vivens non eſt homo.

Eſt in *Barocco*; & quia Petrus conceſsâ maiore & minore negavit conſequentiam, tu conſequentiam in minorem convertis, & ſic inquis,

Omnis homo eſt animal,
Aliquod vivens non eſt homo,
Ergo aliquod vivens non eſt animal.

Et ex converſione reſultat ſyllogiſm⁹ in AOO. Sed quo fructu? Petrus, qui in *Barocco* conceſsâ majore conſequentiam negarat, iam in novo hoc ſyllogiſmo concedit majorem, conſequentiamque, minorem negat: nec video, quî poſſit illa ex conceſſis probari. Nam ſi dicas. *Syllogiſmus eſt bonus, maior & conſequentia vera, ergo & minor eſt vera.* malè argumentaberis, & quia è majore verâ & minore falsâ concluſio vera inferri poteſt; negabit Petrus illud conſequens, *Ergo & minor eſt vera.* Imo & negavit ſyllogiſmum eſſe bonum, nam AOO. in primâ Ariſtotelicâ figurâ non eſt modus legitimus; poſſumus enim dicere.

A. *Omnis homo eſt animal,*
O. *Aliquis equus non eſt homo.*
O. *Ergo aliquis equus non eſt animal.*

Ubi forma eadem, præmiſſæ veræ, & conſequentia falſa eſt.

ARTICULUS VIII.

De Syllogiſmorum efficaciâ, An demonſtrari poſſit?

DCCCXLII. *Quid ſit reducere oſtenſivè? Quid reducere per impoſſibile?* REductio apud Dialecticos idem eſt, ac legitimæ illationis probatio; cùm enim bona conſequentia negatur, ſyllogiſmus ad aliam formam nobiliorem reducitur. Docemur à Veteribus duplicem reductionis modum: Se *reducere oſtenſivè* dicebant, quando reſumptas prioris ſyllogiſmi aſſertiones vel mutatas & converſas, ad formam perfectiorem redigebant: ſe autem *per impoſſibile ſyllogiſmum, reducere* aſſeriabant, cùm negantes conſequentiam cogebant admit-

admittere impoſſibilia, pura, vel duas contradictorias vel duas contrarias ſimul veras, vel duas ſubcontrarias ſimul falſas.

Probatio Primæ Figuræ.

Eſt clariſſima & evidentiſſima.

SIve Ariſtotelem, ſive Platonem ſequamur, prima figura clariſſima eſt, & conceſſis præmiſſis, non patitur ut quis impunè neget illatam conſequentiam.

PRIMO, ſi ſit materia convertibilis ad ſummas anguſtias reducetur, qui conceſſis præmiſſis neget conſequentiam in uno ex quatuor modis directis. Tres enim termini, quales ſunt, *Homo, Rationalis, Riſibilis*, quomodocumque diſponantur, convertibiles ſunt, nec conſequentia aliqua negari poterit, quin negetur materiam eſſe convertibilem. Subiungo exempla.

In materiâ convertibili.

Omnis homo eſt riſibilis;	*Omnis homo eſt rationalis.*
Omne riſibile eſt rationale;	*Omne riſibile eſt homo.*
Ergo omnis homo eſt rationalis.	*Ergo omne riſibile eſt rationale.*

Si conſequentia falſa aſſeratur, ejus contradictoria aſſeretur vera, nempè, *Aliquis homo non eſt rationalis*; peto, An iſte homo, qui dicitur non rationalis, ſit riſibilis: ſi neges, riſibile iam non convertitur cum homine: ſi affirmes, ergo te teſte, *Aliquod riſibile non eſt rationale*: atqui hæc minori conceſſæ contradicit (nempè illi, *Omne riſibile eſt rationale*) ergo cogêris concedere impoſſibile.

In materiâ neceſſariâ.

SECVNDO, non minori efficaciâ demonſtrabitur ipſa concluſio, ſi ſit materia neceſſaria. Materiæ neceſſariæ nomine ſemper intelligo habitudinem ſubiecti & prædicati, naturalem aut impoſſibilem, nimirùm cùm vel neceſſariū eſt quòd identificentur, aut neceſſarium eſt quod non identificentur; tales ſunt hæ aſſertiones: *Homo eſt animal*, & *Equus eſt lapis*: quarum prior eſt vera in materiâ naturali, falſa poſterior, quia eſt aſſerens in repugnanti: tàm enim neceſſarium eſt, quòd equus non ſit lapis, quàm quod homo ſit animal.

Quid illa ſit?

An particulares univerſali æquivaleant?

In neceſſariâ ergo materiá (ut ſæpè diximus) particulares æquivalent univerſalibus, & ideò ex puris particularibus elicitur univerſalis conſequentia; valet hic ſyllogiſmus.

Aliquis homo eſt animal;
Aliquod animal eſt vivens;
Ergo omnis homo eſt vivens.

In materiâ neceſſariâ nec contraria, nec contradictoria, nec ſubcontraria poſſunt eſſe ſimul vera, nec ſimul falſa.

æquivalet enim huic,

Omnis homo eſt animal;
Omne animal eſt vivens;
Ergo omnis homo eſt vivens.

Idcircò impoſſibilia admittet, qui in materiâ neceſſariâ cogetur concedere duas oppoſitas (ſive contrariæ, ſive contradictoriæ, ſive ſubcontrariæ illæ ſint) aut ſimul veras, aut ſimul falſas.

In materiâ contingenti.

TERTIO, ſi fuerit materia contingens, ſcrupuloſius eſt agendum; non enim eſt abſurdum in eâ dari contrarias ſimul falſas, aut ſubcontrarias ſimul veras. Inferendum ergo eſt tanquàm impoſſibile, aut dari duas contrarias veras, aut ſubcontrarias falſas, aut contradictorias ſimul veras aut falſas.

An poſſint probari illa, quæ ſunt omninò clara?

DCCCXLIII. INferiùs videbimus Formam Platonicam & primam ipſam Figuram Ariſtotelis per impoſſibile probari poſſe; ſed quia ſunt aliquando homines querneis mentibus præditi, qui fortè omnem Modum ſyllogiſticum ſunt negaturi, videndum omninò eſt, quâ viâ poſſint convinci.

Exiſtimo debere veritatem oſtendi exemplis obviis in materiâ notiſſimâ. Nulla eſt anus, quæ vires huius conſequentiæ non ſentiat, *Vendidi pullum decem crucigeris; recepi ſex; ergo debentur mihi quatuor.* Ergo non debemus recurrere ad Rationalitates, Riſibilitates & alias entitates minùs notas, ubi cum imperitis diſputamus, ſed potiùs ad notiſſimas & ob oculos poſitas. Arguo ſic.

Omnes

Omnis digiti ſunt uniti manui,
Pollex eſt digitus;
Ergo eſt unitus manui.

Nemo, ut puto, ita erit ſtupidus, qui veritatem præmiſſarum & illationis vim non calleat. Si admittit, habemus ſyllogiſmum in *Darij*, quo ſemel admiſſo, poterunt alij demonſtrari.

ARTICULUS IX.

De Reductione Oſtenſivâ.

DCCCXLIV. VT Forma Platonica in Ariſtotelicam primam Figuram, aut hæc in illam convertatur, ſufficit maiorem in minorem mutare, ut patet in hoc ſyllogiſmo,

Forma Platonicâ tranſit in primam figuram Ariſtotelicam: & contrà.

Aliquis homo eſt albus,
Omne album viſum diſgregat;
Ergo aliquis homo viſum diſgregat.

Eſt in *Dimagni* Platonico, & tranſibit ad *Darij* Ariſtotelicum, maiore in minorem mutatâ.

Ut ſecundæ & tertiæ Figuræ Modi utiles ad primam Ariſtotelicam figuram reducantur, litteræ quatuor ſunt inventæ, nimirùm, S. P. M. & CC. de quibus exſtant Carmina.

S. *vult ſimpliciter: converti vult* P. *per accid:*
M. *vult tranſponi:* CC *ad impoſſibile duci.*

quæ ſic intellige. Cùm iſtæ literæ locum habent in alicuius ſyllogiſmi vocabulo, ſignificant præcedentem vocalem convertendam (S) ſimpliciter, & (P) per accidens. Si in medio alicuius nominis ſit M. ſignificabit illum ſyllogiſmum tranſiturum in Formam Platonicam, niſi præmiſſæ commutentur. Prima littera dat Modum, ad quem debet reduci. Ponamus exemplum in *darapti.*

Darapti reducatur ad Darij.

Omnis homo eſt rationalis,
Omnis homo eſt animal;
Ergo aliquod animal eſt rationale.

Quia nomen *Darapti* incipit à *Da*, conſtat hunc ſyllogiſmum ad *Darij* reducendum eſſe: & quia P afficit ſecundam vocalem, liquet ſecundam præmiſſam per accidens eſſe convertendam; ut

Omnis homo eſt rationalis,
Aliquod animal eſt homo;
Ergo aliquod animal eſt rationale.

Syllogiſmus quidem in *Darij* eſt, & erit in *Dimagni*, maiore in minorem mutatâ.

Darij. Dimagni.

DCCCXLV. ÆQuivalentiam ſyllogiſmorum ſupponit Reductio; quæ eò reſpicit, ut eadem maneat argumentationis vis mutatâ figurâ vel modo. Nota hæc æquivalentia fuit non ſolùm Dialecticis, ſed Rhetoribus etiam; nam Cicero in Topicis, quæ ad C. Trebatium ſcripſit, ſub medium æquivalentiam hanc admittit; & ait; [*Nam quid intereſt, cùm hoc ſumpſeris,* I. Pecuniam numeratam mulieri deberi, cui ſit omne argentum legatum? *Utrùm hoc modo concludas argumentum?* II. Si pecunia ſignata argentum eſt; legata eſt mulieri: eſt autem pecunia ſignata argentum: legata igitur? *An illo modo.* III. Si numerata pecunia non eſt legata, non eſt numerata pecunia argentum; eſt autem numerata pecunia argentum: legata igitur? *An illo modo:* IV. Non & legatum argentum eſt, & non eſt legata numerata pecunia; legatū autem argentum eſt: legata igitur numerata pecunia eſt. *Appellant autem Dialectici &c.*]

Cur ſyllogiſmi reducantur? An veteres reductionem cognoverint? Cicero.

Et quidem, tametſi Reductionem videatur invexiſſe eloquentia, ut non ſemper uno & eodem modo argumentaremur: puto interdum eam eſſe neceſſariam; ea enim obtinuit opinio, quæ quatuor primos primæ figuræ ſyllogiſmos (*Barbara, Celarent, Darij, Ferio*) perfectos nuncupat, cæteros autem imperfectos: & exiſtimat conſequentias imperfectorum, ſi ſuſpectæ dicantur aut negentur, nullo alio modo poſſe clariùs & liquidiùs probari, quàm ſi ad perfectos reducantur.

Syllogiſmi perfecti & imperfecti.

Ergo, licet Regulæ præmiſſæ ſufficerēt, maioris claritatis gratiâ omnes ſecundæ & tertiæ figuræ ſyllogiſmos ad quatuor perfectos revocemus.

CES- *Nullus equus eſt homo,*
A. *Omne riſibile eſt homo;*
RE; *Ergo nullum riſibile eſt equus.*

converto maiorem ſimpliciter & habebo *Celarent.*

CE- *Nullus homo eſt equus,*
LA- *Omne riſibile eſt homo;*
RENT. *Ergo nullum riſibile eſt equus.*

Notari volo *Cameſtres*, ſi juxta litteræ M legem præmiſſæ commutentur, tranſire in *Ceſare*, nec indigere novo exemplo. Ad *Feſtino* venio.

FES *Nullus equus eſt lapis,*
TI- *Aliquis adamas eſt lapis;*
NO. *Ergo aliquis adamas non eſt equus.*
Et converſa ſimpliciter majore.

FE- *Nullus lapis eſt equus,*
RI- *Aliquis adamas eſt lapis;*
O. *Ergo aliquis adamas non eſt equus.*
Parum differt à *Feſtino* modus indirectus *Frimeſor*, eum ſubſcribo.

FRI- *Aliquis adamas eſt lapis,*
MES- *Nullus equus eſt lapis;*
OR. *Ergo aliquis adamas non eſt equus.*
converto minorem ſimpliciter,

FIG- *Aliquis adamas eſt lapis,*
ME- *Nullus lapis eſt equus;*
NO. *Ergo aliquis adamas non eſt equus.*

Sed quia *Frimeſor* habet M. commuta præmiſſas ſi volueris habere modum Ariſtotelicum, & ſyllogiſmus reducetur ad *Ferio*

Tranſeo ad tertiam Figuram, & formo ſyllogiſmum in *Darapti.*

Summa inter Darapti & Datiſi ſimilitudo.
DA- *Omnis homo eſt vivens,*
RAP- *Omnis homo eſt mortalis.*
TI. *Ergo aliquod mortale eſt vivens.*
huic ſimilis eſt iſte in *Datiſi.*

DA- *Omnis homo eſt vivens,*
TIS- *Aliquis homo eſt mortalis,*
I. *Ergo aliquod mortale eſt vivens.*
Converto aut *Darapti* minorem per accidens, aut *Datiſi* ſimpliciter, & dabo,

DA- *Omnis homo eſt vivens,*
RI- *Aliquod mortale eſt homo;*
I. *Ergo aliquod mortale eſt vivens.*

Et quia *Felapton* & *Feriſon* ſunt ſimiles, eos coniungo.

Summa etiam Felapton & Feriſon ſimilitudo.
FE- FE- *Nullus homo eſt lapis.*
LAP- **- *Omnis homo eſt rationalis.*
**- RI- vel *Aliquis homo eſt rationalis.*
TON. SON. *Ergo aliquod rationale non eſt lapis,*
Et converſâ minore (in *Felapton* per accidens; & in *Feriſon* ſimpliciter.)
FE *Nullus homo eſt lapis.*
RI- *Aliquod rationale eſt homo.*
O. *Ergo aliquod rationale non eſt lapis.*
Hinc manent oſtenſivè demonſtrati *Diſamis*, *Fapelmor*, *Fiſmeror*, quoniam merâ commutatione præmiſſarum (quod littera M. inſerta ſignificat) *Diſamis* in *Datiſi*, vel *Datiſir*; *Fapelmor* in *Felapton*, & *Fiſmeror* in *Feriſon* tranſit.

NOTA I.

DCCCXLVI. *De modis Peripateticorum indirectis.*
CArmina Peripateticorum habent hos modos indirectos, quos omiſi; nimirùm, *Baralip*, *Celantes*, *Dabitis*, quos etiam ad perfectos reducunt. Illos eſſe ſecundarios iam dixi, nec aliâ reductione egêre, ſi ſuis primeriis ſtituantur. Sed in *Baralip* obſervandum eſt poſt reductionem priorem concluſionem vix manere; & converſione unius particularis reduci. Anne juxta legitimas Converſionis regulas particularis verti poteſt per accidens? An hæc, *Aliquis homo eſt animal*, in hanc, *Omne animal eſt homo*, legitimè tranſire poterit? Vel cæc' viderit.
An particularis contingens per accidens converti poterit?

NOTA II.

Omnes alia figura poſſent reduci ad ſecundam: omnes poſſent ad tertiam.
SI ſecunda Figura & tertia ad primam Ariſtotelicam Figuram (aut etiam Platonicam Formam) reducitur; ſi quis vellet has ad ſecundam vel tertiam figuram reducere, poſſet inverſo ordine procedere, & ad finem optatum devenire. Sed quia iam obtinuit in ſcholis primam figuram eſſe perfectam, cæteras imperfectas, receptas Reductionum regulas non alteremus.

QUÆSTIO INCIDENS.

An-ne Modi Baroco & Bocardo, & qui ipſis reſpondent indirecti, oſtenſivè reduci poſſint?

DCCCXLVII. *Prima & communis Logicorum ſententia.*
NEgant communiter Doctores. Arriaga in Summulis diſp. 3. ſect. 6. num. 30. *Littera C. denotat dictionem illam, in quâ reperitur, non reduci per oſtenſionem ut Bocardo & Baroco.* Franciſcus Hallæus S. Victoris Pariſiorum Abbas in Artificii Logici port. 3. cap. 7. art. 3. hos duos modos non oſtenſivè ſed per impoſſibile firmat, & ſe benè procedere ſuadet illo diſtico.

S. vult ſimpliciter verti. P. ritè per accid.
M. vult tranſponi, & C. per impoſſibile duci.

Ioannes Sanderſonus Inſtitutionum Dialecticarum libr. 3. cap. 4. *C ſi alibi, quàm in primo loco ponitur, per impoſſibile reductionem indicat. . . . . . . Poteſt quiſque modus per obliquum (ſeu impoſſibile) probari. at Baroco & Bocardo nullam aliam reductionem agnoſcunt.* Lalemandetus in apparatu, art. 5. column. 90. *Hæc reducendi formula inventa eſt præſertim propter Baroco & Bocardo quia non poſſunt reduci ad perfectos per oſtenſionem & ideò adinventus eſt modus reducendi ſaltem per reductionem ad impoſſibile.* P. Philippus du Trieu in Dialectica: tract. 3. part. 2. cap. 2. *Littera C. in medio poſita denotat Modum non poſſe reduci oſtenſivè, ſed tantum per impoſſibile.*

DCCCXLVIII. *Falſa eſt, & omninò defendatur contraria.*
At ego ſub diſtinctione reſpondeo; puto enim ipſos ſyllogiſmos reduci poſſe, et juxta vulgata nomina non poſſe. Hinc volo intelligi in priore editione, ubi dixi agens de Reductione oſtenſivâ, *Si in medio alicuius modi reperias C. ſcias*

eundem

Digitized by Google

eundem oſtenſivè demonſtrari non poſſe. Ergo ut poſſint oſtenſivè reduci, mutari eorumdem nomina neceſſe eſt, dicendum contrapoſitionem ſolummodò reperiri in *Datoro* & *Domacor*; & in *Docamo* & *Dacocor* (duo priores ſecundæ figuræ modi ſunt, & reſpondent *Baroco*: duo poſteriores tertiæ, & reſpondent *Bocardo*) quòd ſi propoſitionem affectam litterâ C (univerſalem in *Dacoro* & *Domacor*: duas particulares in *Docamo* & *Dacocor*) contraponas; & ubi M. jubeat, præmiſſas mutes, reduces omnes iſtos quatuor Modos ad *Darii*. Ergo C, vel CC, non ſignificat modum illum non poſſe reduci, ſed reduci debere converſâ per contrapoſitionem illâ propoſitione, cui illæ litteræ (CC) inhærent. Pono exempla.

Mutantur & exponuntur nomina.

Ba- Dac- *Omnis homo eſt animal:*
roc- o- *Aliqua ſubſtantia non eſt animal:*
o. ro. *Ergo aliqua ſubſtantia non eſt homo.*

& converſâ majori per contrapoſitionem.

Da- *Omne non animal eſt non homo:*
* *Aliqua ſubſtantia non eſt animal:*
ri- *Ergo Aliqua ſubſtantia non eſt homo.*
i. *Ergo Aliqua ſubſtantia eſt non homo.*
* *Ergo Aliqua ſubſtantia non eſt homo.*

Addamumus etiam alium Syllogiſmum in *Bocardo.*

Boc Doc- *Aliqua ſubſtantia non eſt equus:*
ar- a- *Omnis ſubſtantia eſt ens:*
do. mo. *Ergo aliquod ens non eſt equus.*

& converſâ majori per contrapoſitionem.

* *Aliquis non equus non eſt non ſubſtantia:*
Di. vel *Aliquis non equus eſt ſubſtantia;*
ma- *Omnis ſubſtantia eſt Ens:*
gni. *Ergo aliquis non equus eſt ens.*
* *Ergo aliquod ens eſt non equus.*
* *Ergo aliquod ens non eſt equus.*

& ſi immutentur præmiſſæ (hoc enim ſignificat illud M, quod in nomine *Docamo* reperitur) tranſibit ad *Darii* ut prima littera nominis præcipiebat.

ARTICVLVS X.

De Reductione per Impoſſibile.

Eſt, cùm ex ſyllogiſmi legitimi negatâ conſequentiâ infertur contradictoria. Et hæc præponitur aut poſtponitur majori, ut inferat contradictoriam jam conceſſæ minoris: vel præponitur aut poſtponitur minori, ut inferat contradictoriam majoris ſimiliter conceſſæ. Ponamus exemplum in *Calerent*, qui pertinet ad figuram Platonicam. DCCCXLIX.

Quid illa ſit

CA- *Omnis homo eſt animal,*
LE- *Nullum animal eſt lapis;*
REN. *Ergo nullus homo eſt lapis.*

Concedenti igitur præmiſſas & neganti conſequentiam, ego ſic; Hæc propoſitio, *Nullus homo eſt lapis* eſt falſa? Ergo ejus contradictoria, *Aliquis homo eſt lapis*, eſt vera, Si igitur hanc præponam majori conceſſæ, reſultabit is ſyllogiſmus,

DI- *Aliquis homo eſt lapis,*
SA- *Omnis homo eſt animal;*
MIS. *Ergo aliquod animal eſt lapis.*

Conſequentia eſt legitima in *Diſami*, & nihilominùs contradictoria minoris jam conceſſæ in ſyllogiſmo antecedenti. VEL SI maluerim, eandem contradictoriam majori eidem poſtponam, & reſultabit is analogiſmus:

DA- *Omnis homo eſt animal,*
TI- *Aliquis homo eſt lapis.*
SI. *Ergo aliquis lapis eſt animal.*

Eſt illatio legitima, quia in *Datiſi*. Tunc ſic. *Aliquis lapis eſt animal? Ergo aliquod animal eſt lapis.* Patet, quia particularis affirmativa ſimpliciter converti poteſt. Ergo jam habemus duas contradictorias ſimul veras; patet, quia hæc ultima conſequentia, *Aliquod animal eſt lapis*, contradicit conceſſæ minori antecedentis Syllogiſmi.

Ex contradictoria concluſionis & majori, intulimus contradictoriam minoris. MODO ALITER. Conſervo eandem contradictoriam & minori propono ut majorem expugnem, Arguo ſic.

FRI-*Aliquis homo eſt lapis*;
MES-*Nullum animal eſt lapis*;
OR. *Ergo aliquis homo non eſt animal.*

Syllogiſmus eſt in modo FRIMESOR: infert tamen concluſionem majori prioris ſyllogiſmi contradicentem. VEL MAJORIS eruditionis gratiâ inverto præmiſſas.

FES-*Nullum animal eſt lapis*,
TI- *Aliquis homo eſt lapis*,
NO. *Ergo aliquis homo non eſt animal.*

Eſt ſyllogiſmus fabricatus in *Feſtino*, habens concluſionem contradictoriam ejuſdem jam admiſſæ majoris.

PRÆTEREA iterum ſic. *Nullus homo eſt lapis* eſt falſa: ergo *Aliquis homo eſt lapis* eſt vera: ergo etiam hæc, *Aliquis lapis eſt homo.* Patet prima conſequentia, quia eſt contradictoria aſſertionis negatæ. Patet ſecunda, quia eſt converſio ſimplex propoſitionis particularis veræ.

DCCCL. Tunc hanc ultimam propoſitionem veram, videlicet *Aliquis lapis eſt homo*, alicui præmiſſæ adjungatur, ut eliciatur conſequentia oppoſita alteri præmiſſæ. Præponatur igitur majori.

DI- *Aliquis lapis eſt homo*,
MAG-*Omnis homo eſt animal*,
NI. *Ergo aliquis lapis eſt animal*,
Ergo aliquod animal eſt lapis.

Prima conſequentia eſt legitima in *Dimagni* modo Platonico: ſecunda eſt bona, quia eſt converſio ſimplex primæ: & tamen contradicit minori alterius ſyllogiſmi. VEL ALITER. Poſtponatur illa eadem eidem majori, & reſultabit ſyllogiſmus.

DA-*Omnis homo eſt animal*;
RI- *Aliquis lapis eſt homo*:
I. *Ergo aliquis lapis eſt animal.*
Ergo aliquod animal eſt lapis.

Prima conſequentia tenet in *Darii* Ariſtotelico, ſecunda eſt prioris converſio & contradicit minori jam conceſſæ, &c.

Sunt prætereà alii modi, quibus brevitatis gratiâ ſuperſedeo, nam ex his duobus exemplis ſatis perſpicitur quî debeamus procedere in ſyllogiſmorum reductione.

DCCCLI. *An modi primæ, ſecundæ, & tertiæ figuræ ſint æquè perfecti?* IN CONFIRMATIONE, Figurarum non jam primæ figuræ tantum, ſed ſecundæ etiam & tertiæ modis uſus ſum, quia omnes illi quos denominavi, ſunt mihi æquè perfecti. Et cur non tales dicendi ſunt, maximè cùm perfectio ſyllogiſtica in eo ſita ſit, quod ex veris falſa inferri non poſſint? Sanè hoc quod eſt non poſſe ex veris falſa concludere, omnibus modis expoſitis æquè convenit; omnes igitur ſunt æquè perfecti.

An omnes modi ſint æquè noti? Fateor notiores eſſe eos, qui frequentiores; ſed ſicut Tigride ignotiſſima bellua non eſt perfectior formica quamvis notior, ſic ſimiliter *Barbara* aut *Darii* notiores modi ſunt, quàm *Bocardo*; non verò perfectiores. Cæterùm ſi agamus cum doctis omnes illi, non ſolum ſunt æquè perfecti, ſed etiam æquè noti.

QUÆSTIO INCIDENS.

SED inquiris. *An ſit utile ſcire Syllogiſmos reducere per impoſſibile.*

Arriaga in ipſo Summularum Procœmio. *Quæ de reductione per impoſſibile inutiliter ac laborioſè à nonnullis fuſiùs diſputantur, ferè omitteam: per viginti enim annos continuò in ſcholis degens, & in nobiliſſimis academiis frequentiſſimis diſputationibus præſens nec vel ſemel aliquem hâc reductione utentem aut indigentem audivi. Cuilibet enim argumentanti (niſi id datâ operâ obſcuritatis causâ faciat) facilius erit ſyllogiſmum formare in perfectâ quàm in indirectâ figurâ. Quòd ſi hanc non ſtatim intuitu tetigit, quis credet illum tunc recordaturum omnium Regularum, quæ de reductione oſtenſivâ tam fusè traduntur? Hæc clariùs vera deprehendes, dum Reductionis præcepta leger is.* Opinio Roderici Arriaga.

DCCCLII *Ipſa veritatis cognitio laboris pertinacis eſt præmiũ.* At ego dico primò, Veritatem eſſe ſibi ipſi pretium, & præmium aſſumpti laboris. O quàm multa examinamus, quæ nullum unquam alium præbebunt fructum, quàm noſci! Ergo etſi nemo legitimam conſequentiam neget, dignum ſcitu eſt, cur nemo illam negare audeat; & quid fieret reſpondenti, ſi præmiſſis abſolutè conceſſis, aut diſtinguere conſequens, aut etiam negare præſumeret? Puto enim, qui hoc ignoret, Dialecticam ſcientiam non habere;

bere ; ſublatis enim reductionibus Dialectica non jam ſcientia, ſed opinio, aut fortè opinatio mera eſt. Summâ igitur laborat inconſequentiâ Arriaga, cùm Diſput. Log. ſect. 2. num. 8. ait. *Logica abſolutè eſt ſcientia*. nam ſi eſt Scientia, demonſtrabit formulas ſyllogiſmorum eſſe bonas ; & qui Reductionem auferat, omnem ejuſmodi demonſtrationem etiam auferat.

Crebrò negantur in Gymnaſiis conſequentiæ evidentes.

Præterea non mihi videtur benè conſequi; *Nemo negat boni Syllogiſmi conſequentiam; ergo non debeo ſcire illam probare, ſi negetur*: imò ideò videor debere ſcire, cur illa negari non poſſit. At loquor etiam audacter & ſincerè; Non ſolùm imperfectorum (quos vocant) ſed etiam quatuor perfectorum conſequentias audivi non rarò negari : ſæpè enim turbantur reſpondentes, & multa malè concedunt, malè negant, & dum evadere conantur argumenti violentiam, ex abyſſo in abyſſum labuntur. Sed tu. Sæpè audivit Arriaga, dices boni ſyllogiſmi malè negari conſequentiam (quis enim id, cùm creberrimum ſit, negare auderet?) at nunquam illam urgeri, & per impoſſibile reduci. Sed repono, ideò illos ſyllogiſmos non fuiſſe per impoſſibile reductos, quia argumentatores illi ignorabant Dialecticam ; uſi enim fuiſſent Reductione omninò, ſi ſciviſſent. Et ne alienis exemplis te onerem, Amice Lector, mihi ipſi ſæpè fuerunt negatæ conſequentiæ legitimæ; at impune nec ſemel; nam ubi reductio per impoſſibile præſto fuit, ſtatim palinodiam extorſit.

Quàm neceſſaria ſit Reductio.

DCCCLIII *Non omnis materia ſyllogiſtica omnem formam admittit.*

Sed illud etiam, quod ait Arriaga, nimirùm, omnem ſyllogiſmum poſſe in formâ perfectâ formari; falſum eſt: nam *Baroco & Bocardo* teſte ipſo Arriagâ *diſp. 3. ſect. 6. num.* 30. formari in perfectâ non poſſunt, & ſæpè talis eſt materia, quæ omnem aliam formam ſyllogiſticam reſpuat, & hanc ſolam admittat. Pono exemplum. Docet Cornelius Janſenius in ſuo Auguſtino tom. 1. libr. 8. cap. 26. col. 546. & tom. 3. libr. 3. cap. 20. colum. 379. 380. 387. 390. &c. *Chriſtum non pro omnibus mortuum, ſed pro illis tantùm qui ſalvantur*. Contrà Tridentinum Concilium ſeſſ. 6. cap. 3. *Etſi ille* (Chriſtus) *pro omnibus mortuus eſt, non omnes tamen mortis ejus beneficiũ recipiunt, ſed hi dumtaxat, quibus meritum paſſionis ejus communicatur*. Negat ille ſe opponi Spiritui ſancto in Concilio loquenti. Qui urgeri poterit ? qui convinci ? *An ne cuilibet argumentaturo* (*niſi id datâ operâ obſcuritatis causâ faciat*) *facilius erit ſyllogiſmum formare in perfectâ, quàm in indirectâ* (*quàm in imperfectâ*) *figurâ* ? Sic putabat Arriaga; at ego dico ſyllogiſmũ demõſtrativè concludentem contra Janſenium poſſe fieri in *Baroco*; poſſe in perfecto modo nego. Hunc ego do.

An Chriſtus mortuus ſit pro omnibus.

Hæc conclusio non poteſt ad primâ figuram reduci, ſed debet in Baroco, aut alio ſimili, atque irreductibili ſyllogiſmo formari.

BA- *Omnes, qui ſalvantur, mortis Chriſti beneficium recipiunt.*
RO- *At aliqui, pro quibus mortuus eſt Chriſtus mortis ejus beneficium non recipiunt:*
CO. *Ergo aliqui, pro quibus mortuus eſt Chriſtus, non ſalvantur.*

vel aliter, ſed in eâdem figurâ.

BA- *Omnes, qui ſalvantur, ſunt quibus meritum paſſionis Chriſti communicatur,*
RO- *At aliqui, pro quibus Chriſtus mortuus eſt, non ſunt ex illis, quibus meritum paſſionis Chriſti communicatur.*
CO. *Ergo aliqui, pro quibus Chriſtus mortuus eſt, non ſalvantur.*

Major in utroque ſyllogiſmo eſt de Fide, minor de fide (utraque enim eſt expreſſa à Concilio) conſequentia legitima, & tamen contradicens Janſenio. Hos ergo ſyllogiſmos, qui verbis Tridentini formati ad modum *Baroco* ſpectant, formet Arriaga in *Barbara*, *Celarent*, *Darii*, aut *Ferio*; & erit mihi magnus Apollo. Stat ergo Dialecticam ſublatâ ſyllogiſmorum Reductione non eſſe ſcientiam; ſtatque Arriagam dum facilitati conſulit, cæcam doctrinam tradere. Non tamen mirum ab eo Reductionem omitti, nam voluerat de Summulis nec verbum agere. Vide Arriagam primâ lineâ Proœmii in Summul.

Chriſtum mortuum pro omnibus doctiores Hæretici concedunt.

Sed, quia ſunt hodie aliqui, qui volunt Catholici dici, & nihilominùs audentiores Hæreticis Chriſtum pro omnibus mortuum perfidè & hæreticè negant, volo ſubjungere Angli Poëtæ Epigramma, ut conſtet quæ ſit Anglorum de hoc articulo Fidei ſententia. Ipſe igitur libr. 2. ad Mœcenates num. 37. ſic inquit.

Vide ſummã hujus Authoris & Synodi ſanctæ concordiam.

Solus & omnis homo cœlorum Numen adorat,
Peccat in hoc Numen ſolus & omnis homo.
Solum omnemque hominem venit ſalvare Redemptor;
Servatur ſolus, non tamen omnis homo.

QUÆSTIO ALTERA.

Syllogiſmos per impoſſibile ſummâ libertate reduximus, & ad alios reductionis vi modos, quàm volebas devenimus: figuram ſecundam tertiamque imperfectas appellas ; &, *Vtrum poſſis ita reductionem dirigere, ut non niſi ad primam figuram venias*, diligenter inquiris. DCCCLIV

Et affirmativè reſpondeo : & hæc carmina loco regularum ſubjicio.

Maiorem in prima abiecta vice pone minoris
Maiorem retinet, perditque ſecunda minorem:
Tertia maiorem perdit, ſervatque minorem.

Et hæc videntur ſufficere, nec nos debere in re ſatis explicatâ immorari. Illud Carmen,

Neſciebatis, Odiebam, Letare, Romanis

& illud æquivocale.

Phebifer axis, Obit terras, Ethramq̃, quotannis.

numerum ordinemque veterum Modorum ſupponunt, adeòq; nobis nec neceſſaria ſunt, nec utilia; ſi enim alteram præmiſſam, retinuerimus, & concluſioni negatæ oppoſitam adjunxerimus, velimus, nolimus, inferemus concluſionem conceſſæ alteri præmiſſæ oppoſitam.

ARTI-

ARTICULUS XI.

De Enthymemate Ariſtotelico.

DCCCLV. EGimus de imperfecto ſyllogiſmo ſuperiùs, illumque unius poſitionis additione ad Platonicam formam reduximus: nunc autem explicatis jam figuris Ariſtotelis, ad Enthymema Ariſtotelicum contemplandum revertor, & pronuntio: *Syllogiſmum, in quo altera præmiſſa deeſt, ſi concluſionem aſſerentem educat, non ad formam Platonicam modò ſed ad primam etiam pertinere figuram: ſi univerſalem negantem, vel ad Platonis formam, vel ad duas priores figuras Ariſtotelis venire poſſe: ſi particularem negantem, ad ſingulas reduci poſſe.* Pono exemplum. *Ad quam figuram poſſit Enthymema reduci?*

Eſt pater: Ergo & diligendus.

& addendo poſitionem omiſſam, cùm vel ad formam, vel ad primam figuram promoveo: ajo enim:

Di- *Petrus eſt pater.*	Da- *Omnis pater eſt diligendus,*
ma- *Omnis pater eſt diligendus:*	ri- *Petrus eſt pater;*
gni. *Ergo Petrus eſt diligendus.*	i. *Ergo Petrus eſt diligendus.*

Addo aliud exemplum, in quo ſit concluſio negativa. Videlicet

Eſt mater: Non ergo crudelis.

Et quia altera præmiſſa deficit, illam ſuppleo.

Di- *Paula eſt mater*	Fes- *Nulla crudelis eſt mater*
ma *Omnis mater eſt non crudelis:*	ti- *Paula eſt mater:*
gni. *Ergo Paula eſt non crudelis.*	no. *Ergo Paula non eſt crudelis.*
Da- *Omnis mater eſt non crudelis:*	* *Paula eſt hæc mater:*
ri- *Paula eſt mater;*	Fis. *Ergo hæc mater eſt Paula*
i. *Ergo Paula eſt non crudelis.*	me- *At nulla mater eſt crudelis*
	ror. *Ergo Paula non eſt crudelis.*

Stat ergo Enthymemata ad omnes aut ferè pertinere figuras, & ex alterius præmiſſæ poſitione pendere ad quam formam figuramve reduci debeant. Ago de illis, quæ carent alterâ vel utrâq; præmiſſâ: quæ enim utramq; habent, & concluſione ſolâ carent, jam ſunt determinata; nec poſſunt, quò velis, inferri.

DCCCLVI *Cur & quando altera præmiſſa ſubticetur?* QUando ſyllogiſmus conſtat alterâ præmiſsâ verâ realiter, & alterâ verâ moraliter, videtur languidè conſequentiam inferre: & hanc ob rem ſolemus ſubticere moralem & phyſicam ſolam producere. Habemus præclarum hujus doctrinæ exemplum in ſacris litteris. *Act. Apoſt. cap. 2.* *Cùm complerentur dies Pentecoſtes, &c. repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis, &c. Stupebant autem omnes & mirabantur ad invicem, dicentes. Quidnam vult hoc eſſe? Alii autem irridentes dicebant: Quia muſto pleni ſunt iſti. Stans autem Petrus cum undecim, levavit vocem ſuam, & loquutus eſt eis. Viri Iudæi & qui habitatis Iruſalem univerſi, hoc vobis notum ſit, & auribus percipite verba mea. Non enim ſicut vos æſtimatis hi ebrii ſunt, cùm ſit hora diei tertia.* Petrus igitur, ut Apoſtolos & cæteros Chriſti diſcipulos ſobrios eſſe probaret, hoc Enthymemate fuit uſus.

Eſt hora tertia,
Ergo non ſunt ebrii.

Totus ſyllogiſmus erat hic:

Nemo horâ tertiâ eſt ebrius:
Nunc eſt hora tertia:
Ergo iſti non ſunt ebrii.

Major erat moraliter vera: minor vera realiter: & fortiùs inferebatur conſequentia majori tacitâ quàm expreſsâ. Vide quæ ſuperiùs de Enthymemate Platonico dicta, omnia enim Ariſtotelico ſervire poterunt.

ARTICULUS XII.

De Sorite, ſeu Syllogiſmo acervali.

DCCCLVII. *An aliquã dò magis ſint nota vocabula Græca quàm Latina?*

GRæco vocabulo meliùs utemur, quàm Latino; quoniam uſus obobtinuit, ut illud ab omnibus admitteretur. Cicero de Divin. *Soritæ reſiſtamus, quem, ſi neceſſe ſit, Latino verbo liceat* Acervalem *appellare. Sed nihil opus: ut enim ipſa* Philoſophia, *& multa verba Græcorum, ſic* Sorites *ſatis Latino ſermone tritus eſt.* Eſt igitur Sorites plurium concatenatorum ſyllogiſmorum coacervatio; Duo ſunt modi clariſſimi & certiſſimi, qui in uſu: nam vel gradatim aſcenditur affirmativè: vel gradatim negativè deſcenditur. Rem exemplis illuſtro. *Σωρείτης Propoſitionum coacervatio.*

PRIMUM. *Omnis homo eſt animal;*
Omne animal eſt vivens.
Omne vivens eſt ſubſtantia.
Ergo omnis homo eſt ſubſtantia.

SECUNDUM. *Quod non eſt ſubſtantia, non eſt vivens;*
Quod non eſt vivens, non eſt animal;
Quod non eſt animal non eſt homo.
Ergo quod non eſt ſubſtantia, non eſt homo.

Anne ex meris negativis quidpiam evidenter concluditur? Conſidera Soritem ſecundum.

Præter iſtos duos modos, qui clariſſimi & certiſſimi ſunt, poſſunt deſignari alii nonnulli ſyllogiſmorum modi ſimiles, & hoc in quacumque Figura. Fero leges & regulas. *Regula & modi Soritarum.*

PRIMA. *Sorites conſtat quatuor propoſitionibus; Maiore, Media, Minore & Concluſione: quarum media aut eſt ſimplex, aut multis eiuſdem generis compoſita.* SECUNDA. *Admittit multas medias Sorites, quia eſt multiplex Syllogiſmus virtute.* TERTIA. *In Forma Platonica prædicatur minor extremitas de maiori: contrà in prima figurâ Ariſtotelica.* QUARTA. *In ſecunda unicum erit medium, & plures extremitates; ſi conſtat univerſalibus, valebit conſequentia àb extremitatibus propoſitionum affirmativarum ad extremitates negativarum: & vice verſa. Si ſint aliquæ particulares, de minori extremitate reliquæ prædicabuntur.* QUINTA. *Habet unicum medium ultima figura, & multas extremitates, quæ inter ſe, ſi affirmativæ ſint, poterunt mutuò prædicari. Si aliqua negativa, ea ipſa de aſſerentibus prædicabuntur.* Figurarum propono Paradigmata.

Forma Platonica.

Aaaa. Fama clara.
Iaaai. Firma mari.
Aace. Facta decent.
Iaeo. Fidagero.

Figura I. Ariſtotelica.

Aaaa. Parant arma.
Aaii. Pallas ivit.
Eaae. Peragrantes.
Eaio. Peccaminor.

Figura II. Ariſtotelica.

Eeae. Seder Pales.
Eace. Servat ſedes.
Aeec. Sacer eſſet.
Eaae. Sera mater.

Aaee. Sancta decent.
Aeae. Sales haber.
Eaio. Senario.
Eiio. Semiviro.
Aaoo. Sacrabo hos.

Figura III. Ariſtotelica.

Aaai. Tacta frangis.
Aaii. Tantalivis.
Iaai. Tiranabit.
Eeio. Terrerillos.
Eeao. Tenerhamos.

Singuli Modi habent quatuor vocales, quarum prima eſt maior, ſecunda eſt media, tertia minor, quarta concluſio. Media poteſt eſſe ſimplex, vel multiplex. Prima nominis litera Formam à Figuris, Figuramque primam, ſecundam & tertiam condiſtinguit.

Has

Has habet Sorites Formas, Figuras Modoſque: addere plures poſſem, ſed inuſitato huic dialecticandi modo hæc videntur ſufficere.

DCCC LVIII. *Imponere nomina ſemper permiſit ad inventori.*

NOmina iſtis modis adſcripſimus, ut illos non imitari ſolùm, ſed etiam nunc enpare poſſemus. Nunc exempla ſubjungo: & primò in Platonicâ Formâ.

Major. A. *Omnis homo eſt animal,*
Media. A. *Omne animal eſt vivens,*
Med. * *Omne vivens eſt ſubſtantia,*
Minor A. *Omnis ſubſtantia eſt Ens per ſe,*
Conſeq. A. *Ergo omnis homo eſt Ens per ſe,*

I. Aliquod animal eſt homo,
A. Omnis homo eſt rationalis,
* Omne rationale eſt riſibile,
A. Omne riſibile eſt admirativum:
I. Ergo aliquod animal eſt admirativum.

A. *Omnis homo eſt capax diſciplinæ,*
A. *Omne capax diſciplinæ eſt rationale:*
* *Omne rationale eſt animal:*
E. *Nullum animal eſt lapis:*
E. *Ergo nullus homo eſt lapis.*

I. Aliquis homo eſt albus,
A. Omne album eſt diſgregativum visûs
* Omne diſgregativum visûs eſt coloratum
E. Nullum coloratum eſt aër:
O. Ergo aliquis homo non eſt aër.

Addo exempla pro primâ Figurâ Ariſtotelis, quæ eſt mera inverſio præcedentis.

Maior. A. Omnis ſubſtantia eſt Ens per ſe:
Media. A. Omne vivens eſt ſubſtantia:
Media. * Omne animal eſt vivens:
Minor. A. Omnis homo eſt animal:
Concluſ. A. Ergo omnis homo eſt Ens per ſe.

A *Omne riſibile eſt admirativum,*
A. *Omne rationale eſt riſibile.*
* *Omnis homo eſt rationalis:*
I. *Aliquod animal eſt homo:*
I. *Ergo aliquod animal eſt admirativum*

E. Nullum animal eſt lapis:
A. Omne rationale eſt animal:
* Omne capax diſciplinæ eſt rationale:
A. Omnis homo eſt capax diſciplinæ:
E. Ergo nullus homo eſt lapis.

E. *Nullum coloratum eſt aër,*
A. *Omne diſgregativum visûs eſt coloratum,*
* *Omne album eſt diſgregativum visûs,*
I. *Aliquis homo eſt albus,*
O. *Ergo aliquis homo non eſt aer.*

Volui uti eiſdem exemplis in viâ Platonicâ, , & in Ariſtotelicâ, ut meliùs propoſitio noſceretur. Poſui duas medias, potui ponere unicam, potui plures, ſed ſemper ſimiles juxta Regulas ſuperiùs traditas. Venio ad ſecundam figuram Peripateticorum

E. *Nullus homo eſt lapis,*
E. *Nullus equus eſt lapis.*
* *Nulla arbos eſt lapis,*
A. *Omnis adamas eſt lapis,*
E. *Ergo nullus adamas eſt aut arbos, aut equus, aut homo.*
Ergo nullus homo, nullus equus, nulla arbos eſt adamas.

E Nullus canis eſt arbos:
A Omnis platanus eſt arbos,
* Omnis populus eſt arbos,
E Nullus equus eſt arbos,
E Ergo nec ullus equus, nec ullus canis eſt populus aut platanus.
Ergo nulla platanus aut populus eſt canis aut equus.

A. *Omnis homo eſt animal,*
E. *Nulla arbor eſt animal,*
* *Nullus lapis eſt animal,*
E. *Nullum metallum eſt animal,*
E. *Ergo nullum metallum, nullus lapis, nulla arbos eſt homo.*
Ergo nullus homo eſt aut arbos, aut lapis, aut metallum.

E. Nullus ignis eſt frigidus,
A. Omnis nix eſt frigida,
* Omne gelu eſt frigidum,
A. Omnis aqua eſt frigida;
E. Ergo nulla aqua, nullum gelu, & nulla nix eſt ignis.
Ergo nullus ignis eſt aut nix, aut gelu, aut aqua.

A. *Omnis Philoſophus eſt homo,*
A. *Omnis Dialecticus eſt homo,*
*. *Omnis Metaphyſicus eſt homo,*
E. *Nullus canis eſt homo.*
E. *Ergo nullus canis eſt Metaphyſicus, Dialecticus, Philoſophus.*
Ergo nullus Philoſophus, nullus Dialecticus, nullus Metaphyſicus eſt canis.

A. Omnis homo eſt animal,
E. Nullus lapis eſt animal,
* Nullum metallum eſt animal,
A. Omnis canis eſt animal,
E. Ergo nullus canis & nullus homo eſt metallum aut lapis.
Ergo nullus lapis & nullum metallum eſt canis aut homo.

E. *Nullus elephas eſt arbos,*
A. *Omnis platanus eſt arbos,*
* *Omnis ulmus eſt arbos,*
I. *Aliqua populus eſt arbor.*
O. *Ergo aliqua populus, aliqua ulmus & aliqua platanus non eſt elephas.* Vel
Ergo aliqua populus, omnis ulmus, & omnis platanus non eſt elephas.

E. Nul-

E. Nullus lapis eſt rationalis,
I. Aliquod animal eſt rationale,
* Aliquod vivens eſt rationale,
I. Aliqua ſubſtantia eſt rationalis.
O. Ergo aliqua ſubſtantia, & aliquod vivens & aliquod animal non eſt lapis.

A. *Omnis taurus eſt animal,*
A. *Omnis camelus eſt animal,*
* *Omnis unicornis eſt animal,*
O. *Aliquod vivens non eſt animal,*
O. *Ergo aliquod vivens nec eſt unicornis, nec camelus, nec taurus.*

Tertia Figura multò facilior eſt; eius Modus breviter percurramus.

A. *Omnis homo eſt rationalis,*
A. *Omnis homo eſt riſibilis,*
* *Omnis homo eſt animal,*
A. *Omnis homo eſt ſubſtantia,*
I. *Ergo aliqua ſubſtantia eſt animal riſibile & rationale.*

Poterunt hi quatuor termini inter ſe qualitercumque prædicari. Et idem dico de omnibus ſyllogiſmis huius figuræ in quibus concluditur affirmativè.

Iubes inferri. *Ergo aliqua ſubſtantia eſt animal, eſt riſibilis, & eſt rationalis,* non verò. *Ergo aliqua ſubſtantia eſt animal riſibile & rationale*, quòd in tertia Figurâ non liceat prædicata prædicatis afficere; nam aliàs iſte valeret ſyllogiſmus,

Iſte canis eſt pater,
Iſte canis eſt tuus,
Ergo iſte canis eſt pater tuus.

At ego ſto meæ reſolutioni, & nego ex hoc ultimo ſyllogiſmo inferri, *Ergo iſte canis eſt pater tuus*, quia medium non debet concluſionem ingredi. Sed quid infertur? *Ergo aliquis, qui eſt tuus (qui ad te ſpectat) eſt pater.*

A. Omnis homo eſt animal,
A. Omnis homo eſt vivens,
* Omnis homo eſt mortalis,
I. Aliquis homo eſt albus.
I. Ergo aliquod album eſt mortale, vivens & animal.

I. *Aliquod animal eſt equus,*
A. *Omne animal eſt vivens,*
* *Omne animal eſt ſubſtantia,*
A. *Omne animal eſt ſenſibile.*
I. *Ergo aliquod ſenſibile eſt ſubſtantia, vivens & equus.*

E. Nullus homo eſt equus,
E. Nullus homo eſt canis,
* Nullus homo eſt elephas,
I. Aliquis homo eſt albus,
O. Ergo aliquod album nec eſt elephas, nec canis, nec equus.

E. *Nullus lapis eſt homo,*
E. *Nullus lapis eſt pſittacus,*
* *Nullus lapis eſt equus,*
A. *Omnis lapis eſt ſubſtantia,*

O. *Ergo aliqua ſubſtantia nec eſt equus, nec pſittacus, nec homo.*

Poſſem & novas figuras & modos præſcribere, miſcendo, alterando, convertendo, ſed ubi fere nihil ab Authoribus dictum, hæc pauca perhibuiſſe ſufficiat. Et quidem miror à noſtris hominibus hanc argumentandi formam deſpici, quam veteres fecerunt maximi. Aliqua, ut eam firmem, teſtimonia producam. *An magni fieri debeat Sorites?*

APoſtolus Epiſtolæ ad Romanos decimo, *Quicumque invocaverit nomen Domini, ſalvus erit. Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient ſine prædicante? Quomodo verò prædicabunt, niſi mittantur? Sicut ſcriptum eſt, Quam ſpecioſi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona! Sed non omnes obediunt Evangelio; Iſaias enim dicit; Domine, quis credidit auditui noſtro? Ergo fides ex auditu: auditus autem per verbum Chriſti.* Cuius verba ad hanc formam reduco. DCCCLXI. *Prædeſtinationis Æconomia.*

Nemo, qui non credit in Deum, illum invocat;
Nemo, qui nihil audierit de Deo, credit in Deum; *Sorites in primâ figurâ Ariſtotelicâ.*
Nemo, qui caruerit prædicatore, quidpiam de Deo audiit;
Nemo, qui caruerit Apoſtolo (ſeu legitimo Eccleſiæ Miniſtro) habuit prædicatorem;
Ergo nemo, qui caruit Apoſtolo, Deum invocat.
At quicumque invocaverit nomen Domini, ſalvus erit; & quicumque non invocaverit ſalvus non erit.
Ergo nemo, qui caruerit Apoſtolo. (Magiſtro, Eccleſiæ Miniſtro) ſalvus erit.

Vidiſti Paulum negativis poſitionibus pulcherrimum Soritem in primâ Ariſtotelis figurâ contexentem; nunc eum iterùm audi alterum aſſertivis formantem; octavo enim ejuſdem Epiſtolæ ſic inquit. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti. Nam quos præſcivit, & prædeſtinavit conformes fieri imaginis filii ſui, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædeſtinavit, hos & vocavit. Et quos vocavit hos & iuſtificavit. Quos autem iuſtificavit illos & glorificavit.* Unde ego hunc Soritem elimo. *Iterùm de prædeſtinatione & iuſtificatione.*

Omnis prævíſus (præſcitus) eſt prædeſtinatus ſeu electus: (ſaltem ordine exſequutionis.)
Omnis prædeſtinatus eſt efficaciter à Deo vocatus:
Omnis efficaciter vocatus eſt iuſtificatus:
Omnis iuſtificatus eſt glorificatus (nimirùm nunc in pignore per charitatem, & poſteà in veritate per gloriam)
Ergo omnis prævíſus & præſcitus habebit charitatem in viâ, & in patriâ beatitudinis gloriam.

D. Antonius de Guevara, Accitanus Epiſcopus in Horologio principum, multa pulchra & ſubtilia complectitur. Capite I. II. & III. recenſet dilucidatque M. Aurelij Imperatoris vitam. Cap. V. & VI. Buxilli vitam mortemq; & eius ad Populum Romanũ dicta. Cap. XXI. Biantis vitam, ſermonem, Problemata, & Leges, omnia pulchra. Et Cap. XXII. dicta hoc pulcherrimo ſorite claudit. DCCCLXII. *Horologiũ Principum D. Antonij de Guevara, qualẽ*

Quò tendunt generis humani gaudia?

Omnes naturæ inſtinctu abundantiam potiùs, quàm penuriam expetunt;
Quidquid autem vehementer expetitur, id diligenter quæritur.
Quod verò diligenter quæritur, laborioſè obtinetur:
Quod laborioſè obtinetur, iucundè poſſidetur.
Quod iucundè poſſidetur, dolenter amittitur.
Quod dolenter amittitur, indeſinenter deploratur.
Concluſionem inferri vult à Lectoribus; & vix iſti aliam poterunt quàm hanc,
Ergo omnes naturæ inſtinctu (etiam cùm gaudia & beatitudinem terrenam ſe ambire putant) expetunt indeſinenter deplorare.

Et ſi hoc verum. (& quidem veriſſimum eſt) beatus ille qui procul negotiis; beatus ille, qui procul à chimærâ illâ, quam Mundus fælicitatem nominat. Beatus, qui adhæret Chriſto; hic enim eſt vera & legitima via, quâ ad beatitudinem venitur. *Morale Monitum.*

LOGICÆ VOCALIS

PARS V. ETIAM DISCURSIVA.

De Syllogiſmorum Transfigurationibus, quas Angelico ingenio D. Thomas invenit, & dilucidavit.

DCCCLXIII. *Aliquæ voces explicantur.* *Forma.* *Figura. Transformationes.* *Transfigurationes.* *Forma ſecundaria. Forma tertia.*

Nonnullæ occurrunt voces, quæ in digere luce & explicatione videntur: illæ ſunt: Forma, Transformatio, Metamorphoſis, Figura & Transfiguratio. *Forma Dialectica illa eſt, quæ Platonica, quæ Galenica, quæ homini connaturalis, & à Naturali potius Logica, quàm ab Artificiali dependens. Hanc dilucidavi Parte III. Figuræ ſunt quædam Formæ Platonicæ Metamorphoſes ſeu Transformationes, quæ Ariſtotelis ingenio & induſtriæ debentur, quod vel illas invenerit, vel ſaltem ad regulas & artem reduxerit & illuſtraverit. Tres ſunt: illaſque Parte V. illuſtravimus, & ſelectis exemplis exornavimus. Transfigurationes ſunt quædam curioſæ & ſpeciales Ariſtotelicarum Figurarum inverſiones, quibus utuntur paſſim aliqui, & Angelicus Doctor exactiùs & uberiùs. Illas totâ hâc Parte V. proponam & dilucidabo. Quia caremus vocabulis, Ariſtotelis Figuras aliquando* Formas ſecundarias *vocamus: & Transfigurationes* Formas tertias. *Unde patet nomen Formæ ſumi rigoroſiùs & laxiùs. Stando enim rigori ſyllogiſmus in formâ ille eſt, qui in aliquo Platonis Modo confectus: aut aliàs laxiùs loquendo, qui vel in aliquo vel Platonis vel Ariſtotelis vel D. Thomæ Modo legitimè conſtructus eſt. Hæc de vocibus adnotaſſe ſufficiat: ad digniora veniamus.*

OCCASIO SCRIBENDI.

DCCCLXIV. Edimus Platonicam Logicam novis inventis illuſtratam. Ariſtotelicam addidimus, correctam, elimatam, auctam. Sumimus nihilominùs novos ſpiritus ealantoſque, & iterùm de Dialectica ſcribimus, & cauſam ſcribendi inſinuamus.

D. Thomas, & ejus ſchola laudati. *An argumentetur in formâ D. Thomas.*

Inter alios Authores D. Thomæ lectione delectamur; hunc libenter evolvimus, ciuſque ſcholam & doctrinam, tametſi non profiteamur, veneramur. At putabamus olim illum in materia procedere, non in forma. Fovebant iſtud præiudicium iuniores Philoſophi & Theologi (Complutenſes, Salmanticenſeſque præcipuè) qui ejus verba citant; & demùm ad formam reducunt. Firmabat hoc ipſum præiudicium Peripateticorum Dialectica (quam nos exactè percallere putamus) cui Angelici Viri ratiocinia non conſonant. Triginta annis aut ferè hac præventus ſententia, evolvebam Divina Angelici Doctoris Opera, non ut Grammaticam diceret, non ut Dialecticam, ſed ut Theologiam. Accidit ſub huius anni initium ut Praga Viennam citis equis transveherer, & in periculoſo & difficili itinere meditatione Theologicarum rerum diſtraherem animum, ne vel cogitarem diſcrimina, vel turbarerur cogitatis. Dum varia variis miſceo; dum per terras, *Otium ſine* [illegible]

per

by Google

per cælos, per ideas, per realitates vagor. Peccatũ contemplari incipio, & ſpeculari quid ſit Malum. Occurrebant hæc verba, quæ contra concluſionem ſuam obijcit D. Thomas,

1.p.q.48. art.1.

Angelici Doctoris ſyllogiſmus

Quod non eſt, non agit:
Sed malum agit;
Ergo malum eſt.

Videbatur ſolutio potiùs à Logicâ, quàm à Philoſophiâ aut Theologiâ petenda: ex legi enim ſyllogiſtino ſeriò reſpondendum non eſt. At quantum memoria me juvare poterat, notabam mirabarque formam admitti à D. Thomâ, & ſolùm incuſari materiam. reſpondet enim, concedendo maiorem, & diſtinguendo minorem, Malumque agere efficienter negat; agere formaliter concedit: agere finaliter ſubdiſtinguit; per ſe & ratione ſui, negat: per accidens & ratione concomitantis bonitatis, admittit: & tandem negat illatam conſequentiam. Quanto molimine! quanto diſtinctionum & ſubdiſtinctionum apparatu! An non fuiſſet facilius iubere præmiſſas tranſire, & negare adulterinam conſequentiam? Fuiſſet quidem, ſi illam malam cenſuiſſet D. Thomas; at quia bonam cenſuit, præmiſſas tranſire non iuſſit; & quia hoc non iuſſit, inde colligo quòd legitimam cenſuit. Ecce; hanc eſſe bonam conſequentiam ſupponit D. Thomas. Ecce; Ariſtoteles, Peripatetici, & hodie cum ipſis Nominales, Scotiſtæ, imò & Thomiſtæ, d ipſum negant. Quid hîc Ego? Syllogiſmi virtutem video; eſſe bonum ſcio; & tamen cur bonus ſit, neſcio. Olim ad Sabidium Martialis, libr. 1. epigr. 29.

Quomodo Malum agat

Quando permiſſa non Auctor eodem tranſfert?

Non amo te Sabidi, nec poſſum dicere, quare:
Hoc tantùm poſſum dicere, Non amo te.

Multa cernimus, aut experimur potius, quorum cauſæ nos latent.

Et ego, dum huius argumentationis formam recogito, ſic Angelicum Doctorem alloquor;

Forma bona eſt, Thoma; nec poſſum dicere, quare:
Hoc tantùm poſſum dicere, Forma bona eſt.

DCCCLXV. Hiſpanus ſum; & phraſis Hiſpana me iuvat. *Tiene un no ſe qué*, dicimus, cùm amamus aut deteſtamur, & dum maximè hos ipſos affectus ſentimus, cauſas & motiva ignoramus. Evoluo Tua, Angelice Præceptor, Opera, & mentem ſentio conſequentiis ſtringi, extorqueri conſenſum & quia cauſas ignoro, ſumo ſtylum, non Hiſpanienſem, ſed Hiſpanum; & ſic inquam: *Divi Thomæ rationes*, tienen un no ſe qué, *habent unum neſcio quid, virtute cuius mentem reluctantem captivant*. Olim Stagirita; *Spinoſæ Dialecticorum rationes fateri nos cogunt, antequam aſſentiamur*. Nunc ego; *Florida D. Thomæ rationes aſſentiri nos cogunt, antequam fateamur.* quoniam damnare formam linguâ poſſumus, at mente non poſſumus: illa enim forma eſt efficax, quæ mentẽ convincit; & utrùm convincatur vel non, mens non ignorat. Sic ego. At contra occlamant omnes Peripatetici, & cum ipſis.

Martialis lib. 12. in Ep. ad Priſcum.

Efficacia Dialectica.

Barbara, Celarent, Darij, Ferio, Baralipton,
Celantes, Dabitis, Fapeſmo, Friſeſomorum,
Ceſare, Cameſtres, Feſtino, Barocco, *Darapti,*
Felapton, Diſamis, Datiſi, Bocardo, Feriſon.

Alta Dialecticæ Militiæ Nomina, magna Logicæ Numina: & Syllogiſmum aliter quàm horum Nominum concurſu formatum, bonum & legitimum eſſe pernegant. Ergo ad forum & litem neceſſariò venitur. Sed quî citari teſtes poterunt? Quis appellandus Iudex? Qualis inſtituendus proceſſus?

Omnia ſunt tecta nivibus, equi curſus eſt velox, aura ſubtilis. Ergo omnia candorem, velocitatem, & ſubtilitatem requirunt. Si eremum penetro, quis in loco deſerto vetat hominem eſſe diſertum? Induam Agathoclem, & me nunc dicam *Dialecticum ſolum & primum*. Nec timebo Demonacem contrà obiecturum, *Si ſolus es, quî primus eſſe potes? & quî ſolus, ſi primus?* quoniam ubi adeſt nemo, Demonax intereſſe non poteſt. Solus ſum, & quia ſolus, qui fortè in alijs

Eraſmus lib. 3. Apophtheg. An eſſe primus poſſis qui ſolus

eſſem ultimus, in hâc controverſiâ ſum primus, quem multi erudlti ſequentur. Ero igitur unus & omnia. Actor, Patronus, Iudex, Reus. Et quoniam omnis Cauſa duos, ſi benè inſtituatur, teſtes poſtulat, binos ego citabo, producam, audiam, examinabo, judicabo. Iubebo igitur *primò* Actionem ipſam & proponi & exponi. *Secundò* diſcuti, anne formari poſſit alius ſyllogiſmus poſito ſimilis, cujus præmiſſæ veræ, falſum conſequens? *Tertiò*, an ne eiſdem præmiſſis elici bona poſſit conſequentia? & ſi poſſit, qualis ea; & qualiter ab illata diſtincta?

DCCC. LXVI. *Quales ſunt ſecunda Figura Syllogiſmi?*

Actio ſic inſtituitur. [Hic eſt ſyllogiſmus, inquiunt illi, in ſecunda Figura & quia præmittit majorem univerſalem negativam, & minorem particularem affirmativam, in *Feſtino*. Debuiſſet igitur negativè concludere. At affirmativè concludit: ergo malus eſt] Quia concluſio ſequitur debiliorem partem. at maior negativa eſt: ergo & concluſio debet. At eſt affirmativa; ergo mala.]

Sed quia alii ſyllogiſmi ſimiles, loco teſtium, examinandi ſunt, iſti proponi poſſunt.

An ex negativis inferri affirmativa poſſint.

Quod non diſcurrit, non eſt riſibile:
Petrus eſt riſibilis,
Ergo Petrus diſcurrit.

Quod non eſt bonum, non amatur:
At Ferdinandus amatur:
Ergo Ferdinandus bonus eſt.

Quod non eſt album, non diſgregat viſum;
At nix diſgregat viſum:
Ergo nix eſt alba.

Aſcenſus modus eſt arguendi, qui ſic firmatur.

Cur plures ponerem? omnes ſunt ſimiles, & neceſſariò concludunt. Ergo omnes ejuſmodi ſyllogiſmi ſunt boni. Si non placeat aſcenſus, illum firmo. Sic ajo [Quod de omnibus individuis notis verificatur, & de nullo noto falſificatur, prudenter de univerſis aſſeritur. At efficaciter concludere videmus omnes hos ſyllogiſmos, quos formavimus: nullum ſimilem vidimus, qui malè concluderet: ergo omnes illis ſimiles benè concludere dicendi ſunt.] Ecce unum teſtimonium fortiſſimum pro D. Thomâ.

Sed ut lis habeat finem, examinetur alius. Adeſt Peripateticus, & juſſus hunc ipſum ſyllogiſmum corrigere, ſic infit.

Quod eſt Non-ens, non agit;
Sed Malum agit:
Ergo Malum non eſt Non-ens.

Ergo etiam ſtat pro D. Thomâ; nam hæ tres Conſequentiæ,

Ergo Malum non eſt Non-ens.
Ergo Malum eſt non Non-ens.
Ergo Malum eſt Ens.

ſunt æquipollentes, quia duæ negationes affirmant. Stat igitur in ſecundâ Figurâ, ſi maior extremitas ſit infinita, poſſe cõcludi affirmativè. Subſcribo hunc ſyllogiſmum, maioris eruditionis gratiâ.

Littera M. in nomine Metitis. iubet infinitum fore ſubiectum præmiſſæ quam affi-cit.

Vide Herculi Logica laborem primum.

Me-	FES-	*Nullum non-hinnibile eſt equus,*
ti-	TI-	*Pegaſus eſt equus,*
*	NO.	*Ergo Pegaſus non eſt non-hinnibilis.*
*	*	*Ergo Pegaſus eſt non non-hinnibilis.*
tis.	*	*Ergo Pegaſus eſt hinnibilis.*

DCCC LXVII.

Et ſic diſcurro. Sicut *Feſtino* habet Regulas, quibus reducitur ad *Ferio*; ſic etiam ſuas habet *Metitis*, quibus reducatur ad *Feſtino*. Ergo pro Angelico Doctore pronuntio; & definio illum ſyllogiſmum, quem obiiciebat, eſſe bonum.

Da-

Archimedis punctũ [illegible]

Da mihi punctum fixum extra terram, dicebat olim Archimedes, *& totam movebo.* Dixi ego. *Inveni punctum fixum, firmum, immobile extra Peripateticorum Dialecticam, totam igitur moturus ſum; imò totam ſpacio magno promoturus.* Dixi; præſtiti. Quæſivi enim primò, An-ne ſicut *Feſtino* correſpondebat *Metitis*, darentur aliæ Infinitorum Formæ, quæ reliquis Modis reſponderent? inveni plurimas, & calamo ſtudioſo notavi.

Syllogiſmorum Claſſis & [illegible]

Hinc novitate illectus, fatigo ingenium, & authores evolvo; & præcipuè illos, quos acumen commendat, & tot ſyllogiſmorum claſſes reperi, ut debuerim explicare non omnes (quis enim id præſtare poſſet?) ſed præcipuas: nempè illas, ad quos reducuntur, præter *Vniverſales, Particulares, Mixtas, Indefinitas, Singulares, Incompletas & Acervales*, Ariſtoteli nota; *Syllogiſmi Armati, Multiplices, Conditionati, Theologici, Infiniti, Repugnantes, Excluſivi, Proprij Exceptivi, Definitivi, Diviſivi, Comparativi, Contradictorij, Contrarij, Subcontrarij, Locales, Temporales, Etymologici, Identici, Synonymi, Denominativi, Activo-paſſivi, Probabiles, Poſſibiles, Neceſſarij*, & multi alij, quorum apud Veteres aut nulla, aut confuſiſſima notitia fuit. Mera Claſſium nomina relego, & ſtupeo, recognoſco & admiratione abundus exclamo.

Natura dives.

Bone Deus! quàm eſt natura dives, & quàm negligentes ſunt oculi! Quàm multa ego unus de Dialecticâ ſcribere poſſem aut dicere ſi unam rem agerem! Sufficiat fuiſſe huius navigationis Columbum, ign tosque Oceanos inveniſſe & notaſſe: aliorum erit breviùs à me inſinuata, calamo uberiore percurrere, præter illuſtratos à me, novos adhuc modos diſputandi indagare.

An hi novi ſyllogiſmorum Modi ſint utiles? DCCCLXVIII. Scholaſtica doctrina viget incepta à quingentis annis.

At dices, Fruſtrà per plura fieri, quæ per pauciora poſſent; has novas ſubtilitates, ut ſint veræ, neceſſarias non eſſe: magnos hucuſque fuiſſe Viros, qui iſta ignorarunt; adeòque omnia illa, ut magni ſimus, non requiri.

Et reſpondeo hanc eſſe antiquam cantilenam, quam inertes & otioſi inculcant. Illam reſcribo & totam pari inſtantiâ Philoſophiam & ſtudium veritatis proſcribo. Fruſtrà, inquam, per plura fiunt, quæ per pauciora poſſunt: notitiam veritatis neceſſariam non eſſe, totam poſſe ſepeliri Phyſicam Theologiamque Scholaſticam; magnos enim ante quingentos annos Doctores habuit Mundus, qui ignorarunt utramque, adeòque neutram requiri, ut magni ſimus.

Lege Arriagam in Summularum Proœmio, & diſp. 2. ſect. 5. in fine.

Putabam ſatis feciſſe; & non adquieſcis, ſed producis Arriagam, Virum profectò eximium, ingenio magno præditum, cuius ſcripta univerſi laudamus. Iſte, ais quid de novis his inventis dicet, ſiquidem totam Dialecticam aut ferè faſtidit, & minùs neceſſariam inclamat? Qui Modalium doctrinam & ſyllogiſmorum Reductiones, imò Modos ipſos imperfectos contemnit, quid non dicet, cùm tam varia & ignota genera ſyllogiſmorum interleget? An non omnia minùs eſſe neceſſaria aut potiùs magis eſſe ſuperflua pronuntiabit?

An Modalium notitia ſit utilis, vel neceſſaria?

Parciùs obſecro verbis ingenioque mei Arriagæ abutaris; ſed animum, & me paulatim diſcurrentem audito. Modalium doctrinam, ais, neceſſariam non eſſe. Et interrogo, An-non hæc ipſa propoſitio, *Modalium notitia neceſſaria non eſt*, non ſit modalis? & ſi modalis eſt, quo illam modo tueri poteris, ſi Modales ignores?

DCCCLXIX. [illegible]

Porrò hæc Propoſitio, *Syllogiſmi imperfecti* (ſic omnes reducibiles audiunt) *ſuperflui ſunt; poſſumus enim ab illis abſtinere, & rationes noſtras in Modis imperfectis formare.* Falſa eſt, quod alibi evidenter demonſtro. Sed condonetur eſſe vera; at tunc erit ſimilis huic Grammaticæ, *Superflua eſt tota Coniugationum notitia; ſuperfluum quidquid de ſyntaxi, præteritis aut etiam de ſupinis in minoribus ſcholis traditur, poſſumus enim ab omni verbo adiectivo abſtinere, & ſubſtantivo & participio utendo, conceptus noſtras explicare.* Et admitti debebit paritas: quia hæ propoſitiones, *Petrus amavit Deum, Ioannes eſt eruditus à Paulo*, quæ ſine Coniugationum, nec non Præteritorum, Supinorum, imò etiam Syntaxeos notitiâ non potuerunt fieri, reduci potuiſſent ad has, *Petrus fuit amans Dei, Paulus fuit erudiens Ioannis*, quæ ab eo formari poſſunt, qui omnibus his notitiis careat.

[illegible] Arithmeticæ Regulæ [illegible]

Tunc etiam eadem aſſertio eſſet ſimilis iſti Arithmeticæ. *Fruſtrà dantur multiplicandi regulæ: fruſtrà etiam dividendi: quia per Continuam Coniunctionem fieri Multiplicatio poteſt, & per continuam Subſtractionem Diviſio.* Quod exemplis demon-

ſtra. Sit iſte 9 dividendus per 3. & multiplicandus per 6. Quid ſi procedam ſic? Multiplicandi & dividendi Regulis non indigebo.

DIVISIO.		MULTIPLICATIO.
ex	9	9
ſubtr.	3	9
manent	6	9
ſubtr.	3	9
manent	3.	9
ſubtr.	3.	9
manet	o	54

E 9. ſubſtraho 3. & manent 6. & eſt prima abſtractio. E 6. ſubſtraho 3 & manent 3. & eſt ſecunda. E 3. ſubſtraho 3. & manet nihil. & eſt tertia. Ergo dico 9. diviſa per 3. dare 3.

Et multiplicaturus 9. multiplicandum hunc numerum ſexies ſcribo, & ſummam quæro, & eſſe 54. pronuntio.

An Geometra angulorum proportiones & lineas? Eadem aſſertio eſſet ſimilis iſti Opticæ. *Superflua eſt omnis Geometria; quidquid enim, ſaltem in terrâ, angulorum & linearum reſolutione infertur, poſſet quis ſcire, ſi ulnâ metiretur diſtantias.*

Sed quid diceres de Grammatico, qui non alio quàm ſubſtantivo verbo uteretur? quid de Arithmetico, qui Subſtractione continuâ divideret? aut continuâ Additione multiplicaret? Quid de Geometrâ, qui ulnâ diſtantias metiretur? Diceres proculdubio, primum ignorare Grammaticam, ſecundum Arithmeticam, tertium Opticam. Ergo conſequenter progredere, & dicito eum, qui Modales & Reducibiles ſyllogiſmos non callet ignorare Dialecticam.

DCCCLXX. *An Viro Theologo Dialectica ſit neceſſaria.* At iam, quia negare non potes, ab eo, qui Dialecticam ſcit, hæc ipſa ignorari non poſſe; aliam viam ingrederis, occlamaſque ipſam Dialecticam Theologo non eſſe neceſſariam; quia in Gymnaſiis Modalium doctrina non urgetur, nec ſyllogiſmi reducuntur. Hoc ultimum admittit Arriaga, ſed non Ego: condono tamen, ne nimiùm ſeverum me dicas, & ſic diſcurro. Si Dialectica addiſcenda non eſt, quia non eſt neceſſaria; nec Theologia ipſa Scholaſtica addiſcenda erit, nec enim neceſſaria eſt: multos enim habuit, habetque Mundus Sanctos, Pios, Doctos, qui non Theologiam; ſed alias ſunt Facultates profeſſi. Quòd ſi ex hypotheſi, quòd Deum benè cognoſcere velimus, Theologia neceſſaria dicatur; ex hypotheſi, quod Numeros benè cgnoſcere velimus, erit neceſſaria Arithmetica, & ex hypotheſi quòd ſyllogiſmos omnes, omneſque Propoſitiones exactè percallere velimus, erit neceſſaria Dialectica.

Eraſmus libr. 8 Apophtheg. Nolo ſcribere plura in re tam clarâ. Sed mentem hoc apophthegmate tuam efformo, meam confirmo. CVM Alexander etiamnùm adoleſcens cytharæ daret operam, & Præceptor admoneret ſubinde, quam chordam & quo modo pulſare deberet; parùm obſequens, Præceptori, *Quid ſi hanc pulſabo?* dixit Iuvenis. Et illi Cytharædus. *Si hoc ipſum interrogas, tanquam Rex futurus, nihil refert: ſi verò tanquam artifex futurus, plurimùm refert.* Dictum Tibi puta, Studioſe Diſcipule. Invigilo, ut te erudiam, ut tuam mentem efformem, & impatiens laboris, ſine quo fruſtrà de ſcientiarum acquiſitione præſumitur, Quid ſi Modales, inquis, & Æquipollentias ignorem? quid ſi imperfectos Peripateticorum ſyllogiſmos? quid ſi novam Argumentationum multitudinem, quam iſtud volumen exponit? Et Tibi Ego. *Si idipſum interrogas, tanquam Abbas, Epiſcopus, Cardinalis, Pontifex: aut tanquam Comes, Marchio, Dux, Rex aut Imperator futurus, nihil refert: ſi verò tanquam Magiſter Artium & doctiſſimus re potiùs quam nomine futurus; ſi tanquam Vir Theologica D. Thomæ opera, aliorumque Veterum libros, Dialecticis oculis lecturus, & intellecturus, multum refert.*

DCCCLXXI. Quòd ſi adhuc pertinax ſponte oculos claudas, noliſque vel oblatam Veritatem

tatem admittere, eumdem illum exlegem ſyllogiſmum repono & interrogo, an conceſſis præmiſſis negare conſequentiam audebis, Sic Ego;

Quod nan eſt aliquod Ens, non agit:
Hoc autem malum agit:
Erga hoc ipſum malum eſt aliquod Ens.

Quid Tu? Concedis majorem & minorem, & conſequentiam tranquillo animo rejicis; nam ille ad ſecundam ſpectat, & tamen nec in *Ceſare*, nec in *Cameſtres*, nec in *Feſtina*, nec in *Baroco* eſt. Sic reſpondiſti; & à Peripateticis tuis laudem & applauſum exſpectas. Ego tamen ſic inquam. Forma eſt legitima, Præmiſſæ ſunt veræ: ergo & Concluſio. Majorem probo; Quòd forma ſyllogiſmi ſit efficax, non inde habet, quòd Ariſtoteli & Peripateticis fuerit nota, ſed ex eo quòd in ea non poſſit dari ſyllogiſmus, cujus præmiſſæ veræ ſint, & falſum conſequens: ſed in Forma *Metitis*, ad quam iſte ſyllogiſmus ſpectat, præmiſſæ veræ inferre non poſſunt falſum conſequens: ergo illa eſt efficax. Si minorem negas, oſtende, oſtende vel unum ſyllogiſmum in *Metitu* terminis notis clariſque compoſitum, cujus ſit falſa conſequentia.

Efficacia & bonitas hujus ſyllogiſmi probatur. *Quid requiratur, ut argumentatio bona ſit*

Sufficeret ad demonſtrationem mei intenti talem, aſſignari non poſſe; at volo tertio gladio jugulare, qui jam lethaliter vulneratus es meo. Sic inquam. Conceſſis præmiſſis, hanc conſequentiam, *Hoc Malum eſt aliquod Ens*, negas: Ergo ejus contradictoriam (nimirùm, *Hoc Malum non eſt aliquod Ens*, concedes: & ego ſic argumentabor.

Idem ſyllogiſmus reducitur ad impoſſibile.

Mé- *Quod non eſt aliquod Ens, non agit:*
to- *Hac Malum non eſt aliquod Ens:*
po. *Ergo hac Malum non agit.*

Com- Hoc Malum non eſt aliquod Ens:
men- Quod non eſt aliquod Ens, non agit:
do. Ergo hoc Malum non agit.

IR- *Hoc Malum agit:*
IX *Hac Malum non eſt aliquod Ens:*
* *Ergo aliquid, quad non eſt aliquod Ens, agit.*

Iſte ad Fenordo-… *Iſte ad Fimeex.*

Omittam duos primos Syllogiſmos, quos eſſe bonos negare non poteſtimus, & tertium urgebo ſolummodò, qui tibi notus. Expoſitorius ipſe eſt. Major eſt illa minor, quam jam conceſſiſti ſuperiùs, minor eſt contradictoria conſequentiæ negatæ: ergo concluſio ex ipſis illata, vera eſt: at etiam erat vera diſputati ſyllogiſmi major: ergo dantur duæ Contradictoriæ ſimul veræ; hæ enim,

Aliquid, quod non eſt aliquod Ens, agit. Conſequentia poſterioris.
Quod nan eſt aliquad Ens, nan agit. Major prioris.

veræ, te concedente ſunt; & tamen contradictoriæ ſunt.

Stat igitur Modos à Peripateticis traditos bonos eſſe; (id enim contra Valerianum Magnum tam certum teor ut in dubium revocari non patiar) at præter illos paucos, dati alios plurimosæquè bonos & efficaces; quibus (præter Chriſtum & D. Paulum) Cicero, Martialis, D. Thomas, & alii magni ingenii Viri (naturæ ductu) utuntur: quos ego ad Regulas & Claſſes reduco; & ne latiùs pateat Logica Naturalis, quàm Artificialis, toto hoc libro quæro, reperio, ediſſero, & explano.

An Peripateticorum modi boni ſint

IN *Syllogiſmo duo reperio, materiam, formam: hæc propiùs propriùſque ad Dialecticam pertinet, illa remotiùs ac impropriùs. Circa utramque multas Transfigurationes reperio, & ideò hanc partem V. in duas ſectiones dividam; & in primâ de Transfigurationibus quæ formam: in ſecundâ de illis quæ materiam concernunt, diſputabo: Quæque dixero teſtimoniis Angelici Doctoris ſtabiliam, & hæc ipſa interdum Carminibus aut Diſcurſibus Aliorum Autherum confirmabo.*

SECTIO I.

De Tranſfigurationibus, quæ Dialecticam formam concernunt.

An liceant novos modos ſyllogiſmorum addere.

FOrmia Platonicis, & earum veteribus Tranſformationibus, quas invenit Ariſtoteles Stagirita, & multi Viri illuſtres & ingenioſi promoverunt, transfigurationes novas addo, lectione D. Thomæ excitatus, & ingenio & imitatione perductus. Si enim Ariſtoteli licuit formales Modos, qui in uſu erant, vertere, invertere, & in tres figuras diverſas transformare; cur non liceret D. Thomæ ipſas etiam Peripateticorum Figuras vertere & transfigurare, & ad methodum aliam reducere. Primo igitur loco agã de ſyllogiſmo *Verſo*, quẽ Græcè ἀναστρέμμενον dixere, deſumpto à verſione vocabulo. Illũ Conrad⁹ Dietericus in Inſtitutionib⁹ Dialecticis in uſum Gieſſeni Pædagogii illuſtratis libr. 2. cap. 24. *Crypticum*, hoc eſt, *Subterraneum* appellat, longè ducti metaphora; non tamen immeritò omninò, Verſi enim Syllogiſmi, quaſi per cuniculos reſpondentem invadunt. Conſtant tribus propoſitionibus; Simplici, Rationali & Cauſali. Rem exemplis illuſtro.

Ἀναστρέμμενον.

Syllogiſm⁹ Verſus, Crypticus, Subterraneus.

Quidquid eſt ſpiritus, in ſpiritu etiam colendum:
Ergo & Deus eſt colendus. Patet hoc:
Nam Deus eſt ſpiritus.

Homo eſt ratione prædítus:
Ergo eſt animal rationale. Patet:
Quidquid enim ratione eſt prædítum, illud eſt animal rationale.

Omnis homo eſt animal:
Ergo Petrus eſt animal. Patet:
Quoniam Petrus eſt homo.

Tria exempla ſcripſi, è quibus ſolùm ultimum habes à me, & illud approba; priora rejice, non enim carent aut errore aut veneno. Illa prior propoſitio, *Quidquid eſt ſpiritus, in ſpiritu etiam colendum eſt*: ſi cultum materialem excludat, eſt hæretica: cultus enim extrinſecus, quem Deo & Sanctis exhibemus Catholici, quem negant & rident multi Hæretici, ſanctiſſimus & digniſſimus eſt. Angelus eſt ſpiritus purus, Homo ex corpore & ſpiritu conſtat, & poſſet Deus creaturas purè materiales condere, quæ eſſent rationales & liberæ (quis enim has repugnare demonſtrabit?) & Deus colendus eſt ab Angelis puro ſpiritu, ab Hominibus ſpiritu ſimul & corpore, & à purè corporeis creaturis. Accedit, quod ille primus ſyllogiſmus iterũ ſit rejiciendus ob aliam graviorem maculam: eſt enim ſimilis huic

An cultus materialis & externus ſit malus?

An creari poſſit anima materialis libera?

Quidquid eſt ſpiritus, in ſpiritu etiam colendum:
Ergo & Diabolus eſt colendus. Patet
Quia Diabolus verè eſt ſpiritus.

Horremus conſequentiam nos; at illam Martinus Lutherus concedit: ſe enim eſſe Diaboli diſcipulum inſolenter gloriatur: concedunt & ejus diſcipuli, quotquot exiſtimant eum non fuiſſe mentitum; cùm ſe navaſſe operam Diabolo & ab eo præcipua dogmata didiciſſe fatetur.

An Martinus Lutherus diſcipulus Diaboli fuerit?

Exemplum alterum, licet veneno hæreſeos DCCCLXXIV.
careat, non video cur debeat eſſe animal rationale, quidquid ratione præditum. An non Angeli ſunt rationales? & tamen Animalia non ſunt. Videtur Dialecticus iſte Angelos componere corpore & animo, eoſque Animalium rationalium cenſui adſcribere, & autem inclinante Gregorio Pontifici Magno, homilia 10. in Evang. quam in Epiphaniæ ſolennitate concinnimus, dicente: *Quærendum nobis quidnam ſit quòd Redemptore nato Paſtoribus in Iudæa Angelus apparuit atque ad adorandum hunc ab Oriente Magos, non Angelus, ſed ſtella perduxit? Quia videlicet Iudæis tanquam ratione utentibus, Rationale animal, id eſt, Angelus prædicare debuit: Gentiles verò, quia uti ratione neſciebant, ad cognoſcendum Dominum, non per vocem, ſed per ſigna perducuntur.* Sed ſententia, quæ aſſerit Angelos eſſe Animalia rationalia immortalia, & Homines eſſe Animalia rationalia mortalia, tametſi olim multorum Theologorum fuerit, jam nullius eſt; omnes enim tenemus Angelos eſſe purè immateriales, & omnis corporeæ contagionis expertes.

An Angeli corporei ſint?

Et hæc ex occaſione dicta, ut obiter videamus Hæreticos etiam in libros Liberalium Scientiarum errores ſuos effundere, & exemplis abuti, quibus ſi veritatem aliquam liberalem nos doceant, multos Fidei Articulos, aut Theologicas Veritates dedoceant.

Hæreticorũ libri liberales cũ Fidei Divinæ contradicunt.

Proſcriptis igitur Conradi exemplis, & illo ſolummodò retento, quod addidimus, ad Syllogiſmi Verſi Fabricam & efficaciam revertamur. Ajo igitur Verſam ſeu Anaſtramenam Dialecticam eſſe novam, bonam tamen. Novam, inquam, quia etiam antiqua, ſi exciderunt & denuò revocantur, ſunt nova. De illâ ante me nemo ſcripſit: at illa ſæpè utitur Doctor Angelicus, cujus nonnullas periodos inferiùs ſubſcribam. Et cùm eſſem Lovanii ſub annum M. DC. XL. illa frequenter utebantur ſeniores & Doctiores Magiſtri: inter quos Libertus Fromondus, Vir optimus doctiſſimuſque, & niſi Janſenii eſſet diſcipulus, omni laude digniſſimus, ut ſe reſpondentium attemperaret tenuitati, ita interdum argumentabatur, ut ejuſmodi ſyllogiſmum divideret, & enthymema præmitteret ex ſimplici & rationali poſitione compoſitum: & ſi hanc negarent, ſubjungebat cauſalem ſolitariam, & ſic ſyllogiſmum

Fromondi Doctores Lovanienſes laus.

com-

complebat. Argumentabatur ingenioſè & ſeverè, iſtamque diſputandi normam, quam à ſenioribus didicerat, ad juniores nonnullos derivabat.

ARTICULUS I.

De Syllogiſmo Reverſo, ſeu ἀναστρεφομένῳ.

TRansfigurari Syllogiſmi tribus propoſitionibus & tribus terminis coaleſcunt, ad veteres leges diſpoſitis. Poſſent nominari *Cauſales* propter particulam *quia* concomitantem. Eorum fabrica illuſtratur his regulis.

Forma priùs medium dicit, poſt ſubiicit: illud
Prima figura priùs ſubdit, poſt prædicat: ipſum
Prædicat altera bis: bis illud tertia ſubdit.

Medii in forma & tribus figuris diſpoſitio.

Eædem ſerviunt Platonicis & Ariſtotelicis Syllogiſmis formandis: Illas nunc Paradigmatibus breviſſimis dilucidemus.

Forma Platonica.	*Figura prima.*	*Figura ſecunda.*	*Figura tertia.*
A eſt B:	B eſt C:	A eſt B:	A eſt B:
B eſt C:	A eſt B:	C eſt B:	A eſt C:
A eſt C:	A eſt C:	C eſt A:	C eſt B:

Singulos Modos denominabimus & exemplis firmabimus, & dilucidabimus.

Forma Platonica.

Tílima, Tangimi, Tárima, Tartôme: Tricorne.
Tranſpono, Tráſone: Francómer, atque ***Friomer.***

Prima Figura.

Saturno, Séboni, Salerne, Seréna. Sed adde
Srelómi, Srácomi. nec non ***Eretôna, Frecógni.***

Secunda Figura.

Fárama, Faſími, Fertêma. his junge ***Treómar.***
Trépomir & ***Trócomar,*** atque ***Tapinar.***
Tarſimir, Tibinar, Tremónir atque ***Tolónar.***

Tertia Figura.

Séntema, Saléme, Sortôma, Stôme, Sriône.
Srocóna, Filmar, Faxánar, atque ***Faségner.***

Nomina finita in R concludunt ind rectè: cætera directè. Et hîc nota tunc directè concludi in forma Platonica, cùm extremitas quæ in præmiſſis ſubjiciebatur, etiam in ultima ſubjicitur: & quæ in illis prædicabatur, etiam in ultima propoſitione prædicetur: at in figuris cùm major extremitas de minore enunciatur.

LEX horum Syllogiſmorum eſt hæc, ut ſi extremæ (prima & tertia) poſitiones ſint veræ, intermedia (videlicet ſecunda) eſſe falſa non poſſit. Quamobrem Academici & Peripatetici, qui Syllogiſmos ſuos ad hoc Principium *Quæ ſunt eadem uni tertio ſunt eadem inter ſe*, quod verum, imò & per ſe notum eſſe putant, reducunt: ineuntes Cauſalem Dialecticam poſſent illam hoc analogo Principio con-

confirmare;nimirùm, *Quæ ſunt eadem inter ſe,ſunt eadem uni tertio*:quia Syllogiſmorum horum prima & ultima propoſitio,ſi ſint converſæ inter ſe,erunt etiam converſæ alteri tertiæ,hoc eſt,intermediæ ſeu ſecundæ. Hinc eſt quod Reſpondentes, ſi primam & ultimam conceſſerint,non poſſint ſecundam negare.

DCCC LXXVI. *Ponam in margine modos ad quos ſyllogiſmi Anaſtrameni debent reduci.* MOdi in Forma Platonicâ ſunt novem. Nomina jam ſuperiùs dedimus, exempla addantur, quibus illa probentur. Plures potuiſſem ponere:ſed nos cogit brevitas & adjungendæ reductionis facilitas,ut iſtos ſolummodò expendamus.

AOE. Traſone.

Fapeſmor. *Omnis homo eſt vivens:*
Ergo aliquod vivens non eſt planta. Patet
Quia nullus homo eſt planta.

IOE. Tricorne.

Fiſmeror. *Aliquis equus eſt vivens*
Ergo aliquod vivens non eſt platanus. Patet:
Quia nullus equus eſt platanus.

AOO. Tranſpono.

Dacoocor. *Omnis homo eſt vivens:*
Ergo aliquod vivens non eſt equus. Patet:
Quia aliquis homo non eſt equus.

AIA. Tarima.

Darapti. *Omnis tigris eſt vivens:*
Ergo aliquod vivens eſt animal Patet:
Quia omnis tigris eſt animal.

AOE. Tartome.

Felapton. *Omnis homo eſt rationalis:*
Ergo aliquod rationale non eſt lapis. Patet:
Quia nullus homo eſt lapis.

AII. Tangiml.

Diſamis. *Omnis homo eſt animal:*
Ergo aliquod animal eſt vivens. Patet:
Quia aliquis homo eſt vivens.

IIA. Tilima.

Datiſi. *Aliquis homo eſt niger:*
Ergo aliquod nigrum eſt riſibile. Patet:
Quia omnis homo eſt riſibilis.

AOE. Francomer.

Feſapo. *Omne animal eſt ſenſibile:*
Ergo aliquod ſenſibile non eſt lapis. Patet:
Quia nullum animal eſt lapis.

IOE. Triomer.

Feriſon. *Aliquis homo eſt vivens:*
Ergo aliquod vivens non eſt aquila. Patet:
Quia nullus homo eſt aquila.

AOE. Francome.

Fapeſmor. *Omne hinnibile eſt vivens:*
Ergo aliquod vivens non eſt homo. Patet:
Quia nullus homo eſt hinnibilis.

IOE. Friomer.

Feſiſor. *Aliquis leo eſt ruffus:*
Ergo aliquid ruffum non eſt homo. Patet:
Quia nullus homo eſt leo.

Modi primæ Figuræ.

DCCC LXXVII. OCto expreſſimus, nimirùm ſelectiores & efficaciores;potuimus enim connumerare multò plures:eoſdem modò exemplis clariſſimis dilucidabimus.

EEA. Serena.

Nullus equus eſt homo. *Ceſare.*
Ergo nullum rationale eſt equus. Patet:
Quia omne rationale eſt homo.

AEE. Saletne.

Omnis leo eſt rugibilis: *Cameſtres.*
Ergo nullus canis eſt leo. Patet:
Quia nullus canis eſt rugibilis.

EOI. Seboni,

Nullus homo eſt viridis: *Feſtino.*
Ergo aliqua avis non eſt homo. Patet:
Quia aliqua avis eſt viridis.

AOO. Satorno.

Omnis equus eſt hinnibilis: *Baroco.*
Ergo aliquod animal non eſt equus. Patet:
Quia aliquod animal non eſt hinnibile.

EOI. Srelomi.

Nullus equus eſt homo: *Frimeſor.*
Ergo aliquod animal non eſt equus. Patet:
Quia aliquod animal eſt homo.

AOO. Sracomo.

Omne hinnibile eſt equus: *Dorocoor.*
Ergo aliquod vivens non eſt hinnibile. Patet:
Quia aliquod vivens non eſt equus.

EOA. Fretona,

Nullus leo eſt lapis: *Feſapo.*
Ergo aliquod corpus non eſt leo. Patet:
Quia omnis lapis eſt corpus.

EOI. Frecogni.

Nullus homo eſt cygnus:
Ergo aliquod animal non eſt homo. Patet: *Feſiſon.*
Quia aliquis cygnus eſt animal.

Modi ſecundæ Figuræ.

COmplectitur modos., quorum nomina ſuperiùs dedimus. Et hoc eſt hîc valdè ſingulare, quòd ex puris affirmativis optimè argumentemur in ſecundâ figurâ, quod Methodus Peripateticorum non patitur. Et ut liquidiùs perſpicuas,exempla addamus. DCCC LXXVIII.

AAA. Farama.

Omne animal eſt vivens: *Barbara.*
Ergo omnis homo eſt vivens. Patet:
Quia omnis homo eſt animal.

FEA. Fertema.

Nullum riſibile eſt lapis: *Celarent.*
Ergo nullus homo eſt lapis. Patet:
Quia omnis homo eſt riſibilis.

AII. Fatimi.

Omnis arbor eſt vivens: *Darii.*
Ergo Platanus eſt vivens. Patet:
Quia Platanus eſt arbor.

BOL.

EOI. Feromi.

Figmeno. *Nullus homo eſt lapis:*
*Ergo Petrus non eſt lapis:*Patet;
Quia Petrus eſt homo

EOA. Treomar.

Fapelmor. *Nullus homo eſt equus:*
*Ergo aliquod animal non eſt equus.*Patet;
Quia omnis homo eſt animal.

EOI. Trepomir.

Bifmeror. *Nullum animal eſt planta;*
*Ergo aliqua ſubſtantia non eſt planta.*Patet,
Quia aliquod animal eſt ſubſtantia.

OOA. Trocomar.

Bascecbr. *Aliquis homo non eſt equus:*
*Ergo aliquod vivens non eſt equus.*Patet:
Quia omnis homo eſt vivens.

AIA. Tapinar.

Darapti. *Omnis homo eſt admirativus:*
*Ergo aliquod animal eſt admirativum.*Patet:
Quia omnis homo eſt animal.

EOA. Terſonar.

Feliptom. *Nullus lapis eſt vivens:*
*Ergo aliqua ſubſtantia non eſt vivens.*Patet:
Quia omnis lapis eſt ſubſtantia.

IIA. Tibinar.

Difamis. *Aliquis homo eſt albus:*
Ergo aliqua ſubſtantia eſt alba.:Patet
Quia omnis homo eſt ſubſtantia.

AII. Farſinir.

Datiſi. *Omnis adamas eſt lapis:*
*Ergo aliquod ovale eſt lapis.*Patet.
Quia aliquis adamas eſt ovalis.

OOA. Tolonar.

Bocardo. *Aliquod animal non eſt album:*
Ergo aliquod vivens non eſt album. Patet;
Quia omne animal eſt vivens.

EOI. Tremonir.

Feriſon. *Nullus paſſer eſt quadrupes:*
*Ergo aliquod nigrum non eſt quadrupes.*Patet;
Quia aliquis paſſer eſt niger.

Modi tertiæ figuræ.

DCCC LXXIX. ENumeravi & denominavi novem quos juvabit modò ſubſcriptis exemplis demonſtrare: fruſtrà enim regulæ ſtatuuntur, niſi infallibiles eſſe probentur. Sequentes ſyllogiſmos perpende.

AEE. Saleme.

Omnis adamis eſt lapis: Ceſare.
*Ergo nullus adamas eſt homo.*Patet:
Quia nullus homo eſt lapis.

EEA. Sentema.

Nullus equus eſt avis, Cameſtres.
*Ergo nullus equus eſt cygnus.*Patet:
Quia omnis cygnus eſt avis.

IOE. Siome.

Aliquod animal eſt leo. Feſtino.
*Ergo aliquod animal non eſt homo.*Patet;
Quia nullus homo eſt leo.

OOA. Sortoma.

Aliqua arbos non eſt animal:
*Ergo aliqua arbos non eſt canis.*Patet: Baroco.
Quia omnis canis eſt animal.

IOE. Srione.

Aliquod vivens eſt leo:
*Ergo aliquod vivens non eſt equus.*Patet; Frimoſon.
Quia nullus equus eſt leo.

OOA. Srocona.

Aliquod corpus non eſt leo:
*Ergo aliquod corpus non eſt rugibile:*Patet: Domacoor.
Quia omne rugibile eſt leo.

AAA. Faxanar.

Omnis leo eſt animal:
*Ergo omnis leo eſt vivens.*Patet: Bammada
Quia omne animal eſt vivens.

AEE. Faſegner.

Omnis homo eſt riſibilis:
*Ergo nullus homo eſt lapis.*Patet: Camene.
Quia nullum riſibile eſt lapis.

IIA. Filinar.

Petrus eſt animal:
*Ergo Petrus eſt vivens.*Patet: Dimagui.
Quia omne animal eſt vivens.

IOE. Fioner.

Paulus eſt homo
*Ergo Paulus non eſt equus.*Patet: Figmeno.
Quia nullus homo eſt equus.

Hi ſunt Modi Cauſalium ſyllogiſmorum, quos in Formas & Figuras diviſimus, quibus frequenter utimur in ſcholis, qui naſcuntur ex Platonicis & Ariſtotelicis, & ad ipſos ſummâ facilitate & ſecuritate reducuntur.

ARTI.

ARTICVLVS II.

De Modorum iſtorum Reductione.

DCCC LXXX VLtima Vocalis, aut habebit præfixum M, vel N. Si habeat M, ponatur loco majoris; ſi N loco minoris, & deletis particulis *patet*, & *quia* habebis Syllogiſmum in formâ Platonica, aut in aliqua Peripateticorum figurâ. In formâ quidem, ſi prima littera modi ſit F. in figurâ autem primâ, ſecundâ aut tertiâ, ſi prima Litteraſit P, S, aut T. in modo videlicet indirecto, ſi ſecunda littera ſit R; aut aliàs in aliquo modo directo. Exemplo brevi hanc doctrinam dilucido. *Significatio litterarū*

Fer- *Nullum animal eſt lapis:*
te- *Ergo nullus homo eſt lapis.* Patet:
ma. *Quia omnis homo eſt animal.*

Reducendi methodus.

Conſidero nomen:& quia prima littera eſt F, hunc ſyllogiſmum ad formam Platonicam reducendum prævideo, & quia ultima ſyllaba eſt MA, moneor ut cauſalem in majorem converram, dicamque.

Ca- *Omnis homo eſt animal:*
me- *Nullam animal eſt lapis:*
ne. *Ergo nullus homo eſt lapis.*

qui eſt ſyllogiſmus in *Camene*, ſecundo modo Formæ Platonicæ.

DCCC LXXXI. MUlta poſſem teſtimonia producere, quibus doctrinam præcedentem firmarem; ſed cur Lectorem meum gravarem multis? hæc pauca ſcribo, ut Angelicum Doctorem his conſtet analogiſmis delectari.

Ipſe igitur 1. *part. q. 79. art. 4. in 5.* ait [*Si intellectus agens eſt aliquid animæ noſtræ, oportet quod ſit aliqua potentia; non eſt enim nec paſſio nec habitus*, &c.] quam argumentationem ad terminos iſtos reduco.

An intellectus agēs ſit potentia animæ?

Fa-Fi *Intellectus agens eſt qualitas animæ:*
xa- li- *Ergo intellectus agens eſt potentia:* Patet:
nar. nar- *Quia quæcumque qualitas, quæ in anima, eſt vel potentia vel paſſio vel habitus & intellectus, nec paſſio, nec habitus eſt.*

Eſt ſyllogiſmus in *Faxanar*, vel *Filinar*: utitur enim S. Thomas indefinitus loco univerſalium aut particularium. Et ſi tertiam propoſitionem loco debito ioterſeramus, habemus alium ſyllogiſmum in formâ Platonicâ; hoc enim ſignificat litera prima nominis, nimirùm F. Ergo propoſitiones debito modo reſcribamus.

Bar- *Omnis intellectus agens eſt qualitas in anima:*
ma- *At omnis qualitas in anima eſt habitus, paſſio aut potentia:*
da. *Ergo omnis intellectus agens eſt habitus, paſſio aut potentia.*
At non eſt habitus nec paſſio:
Ergo eſt potentia.

An figura ſit qualitas? Nulla ſit mentio figuræ, quæ ad mentem Ariſtotelis & D. Thomæ etiam eſt ſpecies qualitatis; quia figura eſt qualitas in corpore, & hic agitur de qualitatibus, quæ in anima.

Et idem S. Doctor *eiuſdem q. 79. art. 10. in 2.* ſibi objicit [*Boetius* libr. 5. de conſol. proſ. 5. *dicit, quod ipſum hominem aliter ſenſus, aliter imaginatio, aliter ratio, aliter intelligentia intuetur. Sed intelligentia eſt eadem potentia cum ratione: Ergo videtur, quòd intelligentia ſit alia potentia quàm intellectus; ſicut ratio eſt alia potentia quàm imaginatio & ſenſus.*] Et hunc ſyllogiſmum ad iſtum proportionalem reduco.

An Senſus, Ratio, Intellectus, & Intelligentia diſtinguantur?

Sicut ſe habet ratio ad imaginationem & ſenſum, ita intelligentia ad intellectum:
Ergo intelligentia diſtinguitur ab intellectu. Patet:
Quia ratio diſtinguitur ab imaginatione & à ſenſu.

Eſt Syllogiſmus reverſus, ſed ad Dialecticam obliquam, & methodum *Talem-qualem* ſpectans. DCCC LXXXII.

Et poſteà *art. 12.* inquirens, An ſynderesis potentia ſit? contra ſuam concluſionem argumentatur. [*Potentiæ rationales ſe habent ad oppoſita, Synderesis autem non ſe habet ad oppoſita, ſed ad bonum tantùm inclinat. Ergo ſynderesis non eſt potentia. Si enim eſſet potentia, oporteret quòd eſſet rationalis potentia, non enim invenitur in brutis.*] Et hanc ego periodum ad terminos ſequentes reduco.

An ſynderesis ſit potentia animæ?

Ca Ba *Omnis potentia rationalis eſt ad oppoſita:*
mes ro *Synderesis non eſt ad oppoſita:*
tres. co. *Ergo ſynderesis non eſt potentia rationalis.*

An potentiæ animæ ſint ad oppoſita?

Tunc

Tunc ſic:

Sen- Sar- *Synderesis reperitur in homine & non in bruto, & tamen non eſt potentia rationalis:*

te- to- *Ergo non eſt potentia.* Patet:

ma. ma. *Quia nulla eſt potentia in homine, quâ careant bruta, quæ non ſit rationalis potentia.*

Quem ſyllogiſmum, ſi placeant Modi Peripatetici, poteriſmus in figurâ ſecundâ iterùm formare & reſcribere. Sic inquam.

Ca- Ba- *Omnis potentia, quâ non carent homines, & tamen carent bruta, eſt rationalis potentia.*

mes-ro- *Synderesis eſt quâ non carent homines & tamen carent bruta, & non eſt rationalis potentia:*

tres.co. *Ergo ſynderesis non eſt potentia.*

An Angelus ſit ſignaculum ſimilitudinis Dei

Magnus Gregorius Papa homil. 34. in Evang. inter principium & med. *Angelum ſignaculum ſimilitudinis Divinæ appellat.* Incidit in huoc locum Doctor Angelicus 1. *part. quæſt.* 93. *art.* 3. *arg. ſed contra.* & inquirens, Utrùm Angelus ſit magis ad ſimilitudioem Dei quàm homo? & reſpondet aſſertivè, & ait. [*Dicit Gregorius, quòd Angelus dicitur ſignaculum ſimilitudinis: quia in eo ſimilitudo Divinæ imaginis magis inſinuatur expreſſa*] vel ſi placeat rigor ſcholaſticus ſic:

An Deo ſit ſimilior, quàm homo?

Quid ſit ſignaculum

Fi- *Angelus eſt ſignaculum divinæ ſimilitudinis:*

li- *Ergo Angelus eſt ſimilior Deo quàm homo:* Patet:

nat. *Quia ſignaculum dicitur quod eſt ſimillimum.*

Et, ſi ultima propoſitio præponatur cæteris, reſultabit ſyllogiſmus in primâ figurâ: & ſi interponatur, reſultabit in formâ Platonicâ. Firmo doctrinam iſtis lineis.

Da *Signaculum eſt quod eſt ſimillimum:*

ri- *Angelus eſt ſignaculum Divinæ ſimilitudinis:*

i. *Ergo Angelus eſt ſimillimus Deo.*

DCCCL-XXXIII. *Quomodo Univerſale in quinque Univerſalia dividatur? Quæ ſint ſingularia ſpecierum individua*

Vox *Angelus* ſumitur pro ſpecie Angelicâ, quæ eſt una ſingularis ſpecies ab aliis univerſis diſtincta. Quia hæc diviſio. *Specierum alia eſt humana & alia angelica*, eſt ſpeciei in individua: nã ſi hæc: *Univerſalium aliud eſt Genus, aliud Species, aliud Differentia, aliud Proprium, & aliud Accidens*, eſt generis io ſpecies, iſtæ ſpecies debebunt habere individua. Ergo in hoc ſyllogiſmo duæ propoſitiones erunt ſingulares.

Huc pertinent omnia Enthymemata, in quibus conſequentia benè probatur; nulla enim aptior conſequentiæ probatio eſt, quàm ſyllogiſmi completio. Pono unum exemplũ quod occurrit. Quærit Lalemandetius io Phyſicis diſp. 4. partit. 4. An Deus ad effectus cauſarum liberarum concurrat? & clypeo 2. tuetur negativam ſententiam, & ſic ait. [*Deus potuit ab æterno dare rebus vim, quâ ſola producerent ſuos effectus: ergo id Deus fecit. Probatur conſequentia; quia quod eſt maximè decens Deo, & congruum creaturæ, non denegari debet creaturæ, ſed magnificentia & liberalitas Divina hoc modo meliùs apparet: nam dando eſſe & non dando completam virtutem ſe ſolâ agendi, hoc eſt dare eſſe, & beneficium veluti diminutè. Item hoc maximè faveret creaturæ rationali.*] Et hæc verba ad hos terminos & normam reduco.

De concurſu Dei.

Scoti Dialectica; Et decet: & non repugnat.

Fa- *Virtus, quâ creatura ſe ſolâ ſuos produceret effectus, eſt maximè congrua creaturæ:*

xa- *Ergo iſt creatura divinitùs indita.* Patet:

nat. *Quia virtus maximè congrua creaturæ eſt illi divinitùs indita.*

Reducitur ad Bammada, vel ad Barbara.

Ubi Peripateticus inciperet ab ultimâ propoſitiooe & diceret.

Bar- *Virtus maximè congrua creaturæ eſt illi divinitùs indita.*

ba- *At virtus, quâ ſe ſolâ ſuos effectus creatura produceret, eſt maximè congrua creaturæ:*

ra. *Ergo eſt ipſi divinitus indita.*

Ubi Platonicus mutatis præmiſſis formaret ſyllogiſmum in *Bammada*.

An opinio Durandi ſit tolerabilis?

Sed occaſione ſumptâ ab huius ultimi ſyllogiſmi materiâ, inquiris, An-ne tolerabilis ſit opinio illa, quæ docet Deum non concurrere cum cauſis ſecundis? Reſpoodeo, eam à ratione non facilè expugnari poſſe: Addo teſtimonia multa in illam adduci, ſed quæ commodam habeaot interpretatiooem.

SECTIO II.

De Transfigurationibus, quæ Dialecticam materiam concernunt.

DCCCL-XXXIV. *Etymon. Identitas. Denominatio. Attributa Entis. Univerſalitatis diviſio.*

COnſtant vocibus Syllogiſmi Vocales, & Obiectivi rebus: & ego oculos ad voces convertens, diſſeram primo loco de ſyllogiſmo Etymologico, Identico & Denominativo. Poſteà reſpiciam realia rerum obiecta, & quia Entis attributa ſunt Veritas & Bonitas, & Unitas, quia Univerſalitas in Genericam, Specificam, Differentialem, Propriam & Accidentalem ſubdividitur: & quia Eos tandem in decem prædicamenta diſpeſcitur: agam de ſyllogiſmo Univerſali, Generico, Specifico, Differentiali, Definitivo, Singolari, Proprio & Accideotali. Agam de Quanto, Quali, Comparativo, Temporaneo, Activo-paſſivo, Ubicativo, Situativo, & Habitivo. Agam prætereà (ſed inferiùs) de Syllogiſmo Poſſibili, Impoſſibili, Neceſſario, Contingente, Repugnante, Contrario, Contradictorio, Subcontrario. &c. Ergo ſingulos coofideremus.

ARTICULUS I.

De Syllogiſmo Etymologico.

DCCCLXXXV. NOmina, ut inquit Plato, ſunt breves definitiones rerum, & eorum interpretatio *Notatio* à Ramo, à reliquis dicitur *Etymologia.* Examinamus nomina, quia *Concordant rebus nomina ſæpè ſuis* ; non tamen in eis promittemus aliquam ſecuritatem ; quoniam, *Diſcordant rebus nomina ſæpè ſuis.* Sanè, ut ſciamus quanti facere debeamus vocis etymon, quærendum, Quiſnam ſit nomenclator? ſunt enim nomina à Deo impoſita, ſunt ab hominibus; illa ſummo conſilio, iſta aliquando tenui aut nullo. Prioris generis ſunt Dei & Angelorum nomina, multaque Patriarcharum, quæ exſtant in ſacris litteris: poſterioris, quæ imponuntur ab homine, qui videtur aliàs ſeriò, aliàs ironicè, & aliàs cæcè proceſſiſſe. *Morbus* enim ſeriò denominatur quaſi *Mortis-via*: nam qui dixit *Pravius*, potuit & voluit dicere *Mort-vius*, & compendioſiùs *Morbus.* At *Parca* per antiphraſim, quòd nulli parcat. Reliqua autem vocabula, quæ nec ob poſitivam aliquam rationem, nec ob contrariam dicta, caſu impoſita, & non eſſe doctrinalia creduntur.

Notatio, Etymologia. *Semper periculoſa.* *Nomina imponuntur ſeriò, ironicè & caſu. Morbus, Parca.*

DCCCLXXXVI. OPtimè vires Etymi menſus fuit Pariſienſis Harlæus in ſuæ Logicæ part. 3. cap. 27. [Locus ab Etymologiâ, ait, parum roboris habet ad aliquid affirmandum de aliquo vel ab aliquo, ſeu negandum. Etenim plus ornatui confert, quàm neceſſitati. Indicio eſt immortalis inter Grammaticos contentio de nominum originatione. Quò fit, ut nihil certi ſtatui poſſit quo velut abicine fulciatur argumentũ. Excipio Nomina divinitùs impoſita inter q̃ & rem ſignificatã tantæ eſt neceſſitatis nexus, ut negari niſi à ſtolido aut cerebroſo non poſſit. Talia ſunt nomina *Abraham*, *Ieſus*, &c. à quorũ explicatione ſic inferre licet, *Abram eſt Abraham*, igitur a *erit pater multitudinis, ſeu multarum gentium*: *Chriſtus eſt Ieſus*, b ergo *ſalvabit populum ſuum à peccatis*, &c. Sumuntur etiam rationes ab antiquis. Sic Eccleſiæ Paſtor ſummus, *Pappa*, id eſt, *Pater*: Sacerdotes *Presbyteri* a *utique non ævo, ſed prudentia iudicandi.* Clericus à nomine Græco κλῆρος, quod Latinè *ſors* dicitur: quapropter ſic *vocantur Clerici* (ut doctè notat b B. Hier.) *vel quia de ſorte ſunt Domini, vel quia ipſe Dominus ſors*, id eſt, *pars Clericorum.* Senatores *à ſenio*: Conſules *à Conſilio* c: Membranæ Pergamenæ, c *à Pergamo*: Ceraſum d *à Ceraſunto* &c. Et id genus alia quæ non caſu aut temerè, ſed præmiſſo iuſtæ rationis examine imponuntur.]

Quando arguere liceat ab etymo?

a D. Hier. in Gen. b Matth. 1. a D. Hier. Ep. 13. ad Paul. Tom. 1. b Ep. 2. ad Nepot. Tom. 1. c B. Hier. Epiſt. 43. Tom. 1 ad Chrom. Iovinum & Euſeb. d Id. Ep. 29. ad Euſtochium Tom. 1.

Sic ille; qui mihi hucuſque placet, at hinc diſplicet, aſſerit enim has duas propoſitiones; nimirum, I. *Quidquid convenit aut non convenit Etymologiæ; id convenit aut non convenit Nomini & rei eo ſignificatæ.* II. *De quocumque affirmatur aut negatur Etymologia, de eodem affirmatur aut negatur Nomen ac res eo ſignificata*: *eſſe probabiles Maximas*; nam vel Nomenclator eſt Deus vel Homo. Si Deus; non iam probabiles, ſed certæ ſunt illæ Propoſitiones. Si Homo, erunt dubiæ & incertæ, & crebrò, etiam ubi Nomina rebus conveniunt, non poterunt verificari. *Rex* quidem à regendo dicitur, nec tamen omnis Rex regit, nec omnis, qui regit, eſt Rex. *Lapis* à læso pede nomen habet; nec ideò omnes lapides lædunt pedem; nec omnia quæ illum lædunt, ſunt lapides.

Etymologica Principia. Quantam certitudinem habeant? *Rex & Lapis unde dicantur.*

DCCCLXXXVII. Stat igitur non ad doctrinam Etymologiam conducere, ſed ad ornatum. Libenter illâ utuntur Poëtæ & Rhetores, ægrè Philoſophi: Cicer. 4. Ver. *O Verrea præclara! Quo enim acceſſiſti, quo non attuleris tecum iſtum diem? Et enim quam tu domum, quam urbem adiiſti, quod fanum denique, quod non everſum atque exterſum reliqueris? Quare appellentur ſanè iſta Verrea, quæ non ex nomine, ſed ex moribus naturâque tuâ conſtituta eſſe videantur.* Et 2. Philipp. *Tua Coniugis, bona fœmina, locupletis quidem certè, Bambalio quidam pater, homo nullo numero, nihil illo contemptius, qui propter haſitantiam linguæ, ſtuporemque cordis cognomen ex contumeliâ traxerit.* Et apud Quintilianum libr. 1. cap. 6. *Lucus, quia umbrâ opacus, parum luceat: & ludus, quia ſit longiſſimè à luſu: & Dis, quia minimè dives*: ſumptâ ratione nominis à diſſentaneis.

Ab Etymo argumentatur Cicero. *Verrea à verrendo.* *Bambalio unde dictus.* *Nomina Lucus, Ludus & Dis origo.*

Inter Poëtas veteres Ovidius Etymo delectatur. Pauca è multis producam. 6. Faſt.

Stat vi terra ſuâ; vi ſtando Veſta vocatur;
At Focus à flammis, & quod fovet omnia, dictus.

Veſta à vi ſtando.

Et 1. Faſtorum dixerat;

Prima dies tibi Carna *datur, Dea cardinis hæc eſt:*
Numine clauſa aperit, claudit aperta ſuo.

Carna à cardine.

Huc referri poſſunt omnia illa, quæ cum alluſione ad nomen à variis Poëtis dicuntur. Owenus lib. 2. Epig. 32.

Pra-

Lucia à Luce.

Præclarum lux ipſa dedit tibi Lucia nomen;
Luceat ut toto nomen in Orbe tuum.
Te Pater illuſtris generoſaque Mater in orbem;
In lucem virtus ingenuumque tulit.

SED QUIA Philoſophi & Theologi Poëtis & Oratoribus ſunt ſeveriores, eos audiam, & quo illi modo ab etymo diducant argumenta conſideremus.

Primum Etymologiæ fundamentum. Nomen Deus non ſecundum proprietatem, ſed ſecundum participationem & ſimilitudinem eſt communicabile.

Sanctus Thomas 1. part. quæſt. 13. art. 9. ſic obiicit: *Cuicumque communicatur res ſignificata per nomen, communicatur & nomen ipſum. Sed hoc nomen Deus, ſignificat divinam naturam, quæ eſt communicabilis aliis; ſecundum illud 2. Pet. 1. Magna & pretioſa promiſſa nobis donavit, ut per hoc efficiamur divinæ conſortes naturæ. Ergo hoc nomen Deus eſt communicabile.* Et reſpondet *quòd natura divina non eſt communicabilis niſi ſecundum ſimilitudinis participationem:* adeòq; eſt nomen ipſum non ſecundum proprietatem, ſed ſecundum analogiam & ſimilitudinem poſſe communicari.

DCCCLXXXVIII *Unde Falſum dicatur? An in rebus ſit falſitas?*

Et quæſt. 17. art. 1. agens de veritate & falſitate: *Falſum dicitur à fallendo: ſed res non fallunt: ut dicit Auguſt. in libr. de verâ relig. quia non oſtendunt aliud quàm ſuam ſpeciem. Ergo falſum in rebus nō invenitur.* Reſpondetq; *quòd res per ſe non fallunt, ſed per accidens: dant enim occaſionem falſitatis eò quòd ſimilitudinē eorum gerūt, quorū non habent exiſtentiā.*

Quid ſit Hypoſtaſis; quid Perſona? An genera, ſpecies & individua ſubſiſtant? Subſiſtentia dicitur à ſubſiſtendo. Et ſubſtantia à ſubſtando, etiam hypoſtaſeo. An dentur perſonæ & ſubſiſtentiæ univerſales?

Et eiuſdem primæ partis quæſt. 29. art. 2. *Videtur quòd perſona ſit idem quòd hypoſtaſis, ſubſtantia & eſſentia. Dicit enim Boëtius in libr. de duab. nat. quòd Græci naturæ rationalis individuam ſubſtantiam hypoſtaſeos nomine vocaverunt. ſed hoc etiam apud nos ſignificat nomen perſona. Ergo perſona omninò idem eſt quod hypoſtaſis.* Et ibidem. *Dicit Boëtius in libr. de duab. naturis, quòd genera & ſpecies ſubſiſtunt tantum, individua verò non ſubſiſtunt tantùm, verùm etiam ſubſtant. Sed à ſubſiſtendo dicuntur ſubſiſtentiæ, ſicut à ſubſtando ſubſtantia vel hypoſtaſes. Cum igitur eſſe hypoſtaſes vel perſonas non conveniat generibus vel ſpeciebus, hypoſtaſes vel perſonæ non ſunt idem quod ſubſiſtentiæ.* Et hîc ego non multum hærebo: neſcio enim cur non poſſimus admittere Perſonas, Hypoſtaſes, Subſiſtētias & Subſtantias primas & ſecundas, hoc eſt ſingulares & univerſales. Hæc eſt vera doctrina; an contrarium tenuerit Boëtius, alij examinent.

Nomina rerum definitiones.

Et parte iterum primâ quæſt. 29. art. 4. ſententiam Platonis aſſerentis, *Voces eſſe breves quaſdam rerum definitiones*, quam approbavit Ariſtoteles, in memoriam reducit, & ſic obiicit; *Secundum Philoſ. in 4. metaph. Id quod ſignificatur per nomen eſt ejus definitio: ſed definitio perſonæ eſt rationalis naturæ individua ſubſtantia, ut dictum eſt: Ergo hoc nomen perſona, ſignificat ſubſtantiam.* Et reſpondet, *quòd intellectu ſubſtantiæ individuæ, hoc eſt diſtinctæ vel incommunicabilis, intelligitur in divinis relatio.*

In divinis relatio eſt Perſonalis.

DCCCLXXXIX. *Principiū unde dicatur quid ſignificet? Aliud eſt, id à quo nomen imponitur, & aliud, quod nomen ſignificat.*

Et paulò poſt. quæſt. videlicet 33. art. 1. *Nomen principii à prioritate ſumitur. Sed in divinis non eſt prius & poſterius: ergo in divinis non debemus uti nomine principij.* Et reſpondet, *quòd licet hoc nomen* [*Principium*] *quantum ad id à quo imponitur ad ſignificandum, videatur à prioritate ſumptum, non tamen ſignificat prioritatem, ſed originem. Non enim idem eſt quod ſignificat nomen, & hoc à quo nomen imponitur. ut ſuprà dictum eſt q. 13. art. 8.*

An ſit prius & poſterius in divinis? Imago unde dicta. An in divinis ſit. In Deo nihil prius aut poſterius.

Et quæſt. 35. art. 1. ſic contra ſe diſcurrit. *Imago ob imitando dicitur. In quo importatur prius & poſterius. Sed in divinis perſonis nihil eſt prius & poſterius, ergo imago non poteſt eſſe nomen perſonale in divinis.* Et reſpondet, *quòd imitatio in divinis non ſignificat poſterioritatem, ſed ſolam aſſimilationem.*

An ſit Deo Hypoſtaſis? & an Perſona? Impoſitionis & ſignificationis diſcrimen.

Dixerat 1. p. q. 29. art. 3. *Omnis perſona eſt hypoſtaſis. Sed nomen Hypoſtaſis non videtur Deo competere: Ergo hoc nomen Perſona non eſt dicendum de Deo.* Et reſpondet, conſequentiam ſummam doctrinæ ſervans, *quòd quamvis hoc nomen Hypoſtaſis non conveniat Deo, quantum ad id à quo impoſitum eſt nomen, cùm non ſubſtet accidentibus: competit autem quantum ad id quod eſt impoſitum ad ſignificandum rem ſubſiſtentem.*

Hæc de nominibus humanis tranſlatis ad ipſam Trinitatem, quæ omnium Nomenclatorum mentes ſuperat, adduxiſſe ſufficiat; unum aut alterum teſtimonium de Deo uno producamus. Ipſe S. Doctor 1. p. q. 13. art. 11. ſic arguit. *Nullum nomen propriè dicitur de aliquo, verùm removetur, quàm de eo prædicetur. Sed omnia huiuſmodi nomina, Bonus, Sapiens, & ſimilia, veriùs removentur à Deo, quàm de eo prædicentur: Ergo nullum iſtorum nominum propriè dicitur de Deo* Et reſpondeo illa abſtrahendo ab omnibus imperfectionibus, nullo modo removeri à Deo.

An nomina Bonus, ſapiens, &c prædicentur de Deo.

DCCCXC *An nomen Deus univocum ſit vero & falſo? An nomina Divina ſint relativa? An hoc nomen QVI EST ſit proprium Dei? An ſit relativum? An nomen Dei Idolis competere poſſit?*

Et quæſt. 13. art. 10. ſic urget. *Nullus poteſt ſignare id quod non cognoſcit. Sed gentilis non cognoſcit naturam divinam. Ergo cùm dicit, idolum eſt Deus, non ſignat veram Deitatem; hanc autem ſignat Catholicus dicens unum eſſe Deum: Ergo hoc nomen Deus, non dicitur univocè, ſed æquivocè de Deo vero, & de Deo ſecundum opinionem.* Et art. 11. *Omne nomen divinum videtur importare relationem ad creaturas, cùm Deus non cognoſcatur à nobis niſi per creaturas. Sed hoc nomen, QVI EST, nullam importat habitudinem ad creaturas. Ergo hoc nomen, QVI EST nō eſt maximè proprium nomen Dei.* Et ego tametſi aſſeruerim ſuperiùs poſſe nomen rem ſignificare perfectiùs quàm ab Impoſitore cognoſcatur, non negabo unum & idem vocabulum diverſimodè accipi in diverſis facultatibus aut etiam Provinciis. Puto nomen *Deus* Idolis nullo modo competere, ipſa enim non ſunt Dij, ſed mendacia & deliria. At ſubiungo, ab Ethnicis illa putari veros Deos, illiſque verum *Dei* nomen ſub verâ ſignificatione per iniuriam attribui. Exiſtimo etiam non omnia Dei nomina reſpicere neceſſariò creaturas: cur enim præſcindendo ab his non poſſet dici & intelligi *Bonus, Sapiens, æternus, immenſus*, &c.? Quod ſi omnia eſſe relativa pertinaciùs affirmes, dicam tetragrāmaton nomen יהוה QUI EST, diduci à *Pihel*, aut *Hiphil*, & ſignificare non ſolùm illum, *qui eſt*, ſed etiam illum *qui eſſe facit*. Et in hâc illud ſignificatione eſſe relativum & reſpicere creaturas, à nemine negari poterit.

An omnia Dei nomina ſint relativa?

An de Deo dici queāt nomina Concreta, Abſtracta & Subſtracta?

Tandem primâ parte quæſt. 13. art. 1. ſic dixerat. *Omne nomen aut dicitur in abſtracto, aut in concreto: ſed nomina ſignificantia in concreto non competunt Deo, cùm ſimplex ſit, neque nomina ſignificantia in abſtracto, quia non ſignificant aliquid perfectum ſubſiſtens. Ergo nullum nomen poteſt dici de Deo.* Sed reſpondeo in Divinis

dari nomina Abſtracta, Concreta & Subſtracta, nec hoc eſſe cõtra ſimplicitatem Divinam; perſonas enim formaliter conſtitui naturâ & ſubſiſtentiâ, in S. Thomæ, aut etiam Scoti ſcholâ, certum eſt.

ARTICVLVS II.

De Syllogiſmo Idemtico aut Synonymo.

DCCC-XCI. MVltis modis conſtituitur: & primò illæſo ſyllogiſmo mentali, & ſecundò illo læſo. Non læditur ſyllogiſmus mentalis, cùm termini, qui bis poni debent, non repetuntur, ſed ubi repeti debebant, ſynonymi locatione ſupplentur. Conſidera exempla ſubſequentia.

Poſſumus uti ſynonymis illæſâ mente.

I.
Omne peccatum eſt nacivum:
Omne peccatum eſt ininria:
Ergo aliqua inturia eſt nociva.

II.
Omne peccatum eſt nacivum,
Omne peccatum eſt inturia:
Ergo aliqua inturia eſt pernitiaſa.

III.
Omne peccatum eſt nocivum:
Omne peccatum eſt iniuria:
Ergo aliqua affenſa eſt nociva.

IV.
Omne peccatum eſt nocivum,
Omnis culpa eſt inturia:
Ergo aliqua inturia eſt nociva.

V.
Omne peccatum eſt nacivum,
Omnis culpa eſt inturia:
Ergo aliqua offenſa eſt pernitioſa.

VI.
Omnis eulpa eſt pernitioſa:
Omne peccatum eſt offenſa:
Ergo aliqua ininria eſt nociva.

Primus Syllogiſmus eſt in *Darapti*: tres habet terminos, *Nocivum*, *Peccatum*, *Iniuria*: quibus æquipollet, *Pernitioſum*, *Culpa*, *Offenſa*. Ergo ſine iacturâ intellectualis Syllogiſmi, poſſumus (ſiquidem ſingulos terminos debemus ponere bis) non iam dicere *Nocivum* & *Nocivum*, ſed *Nocivum* & *Pernitioſum*, aut contrà: non iam *Iniuriam* & *Iniuriam*, ſed *Iniuriam* & *Offenſam*, &c. Exempla ſint loco illuſtrationis: quoniam in ſecundo exemplo ſuppletur Synonymo major extremitas: in tertio minor: in quarto medium: in quinto & ſexto omnes tres termini. Poſſent & bini, ſi vellemus multiplicare exempla.

At læditur ſyllogiſmus mentalis, cùm non ſervantur tres termini, ſed duo aut unus. Bini reperiuntur in ſequentibus.

In his ſyllogiſmis ſunt duo termini.

I.
Peccatum eſt nocivum:
Peccatum eſt pernitioſum:
Ergo pernitioſum eſt nocivum.

II.
Nociva ſunt pernitioſa:
Nociva ſunt deteſtanda:
Ergo deteſtanda ſunt pernitioſa.

III.
Peccatum eſt malum:
Peccatum eſt culpa:
Ergo culpa eſt mala.

IV.
Culpa eſt rationi diſſona:
Culpa eſt peccatum:
Ergo peccatum eſt rationi diſſonum.

Omnes hi ſyllogiſmi vocaliter videntur boni; at habent tantùm binos terminos; nam in primo coincidunt extremitates, *Nocivum* enim & *Pernitioſum* idem eſt: in ſecundo autem coincidunt medium & extremitas maior: & in tertio medium & extremitas minor.

Iſti habent unicum terminum in mente, & tamen in linguâ videntur eſſe regulares:

Et in his unicus.

Marcus eſt Cicero;
Marcus eſt Tullius;
Ergo Tullius eſt Cicero.

Peccatum eſt culpa:
Peccatum eſt reatus:
Ergo reatus eſt culpa.

Poſſumus illâ læſâ. Scio aliquorum Criticorũ ſententiâ nulla eſſe ſynonyma pura ſed ſemper aliquam differentiam in ſignificatione reperiri: at nos ſtamus communi ſententia, cùm iſtum Articulum ſcribimus. Et, ſi exempla hæc non placeant, ſemper alia & alia ſubſtituere poterimus, ut doctrina ſubſiſtat.

Ejuſmodi

An ejuſmodi ſyllogiſmi ſint boni?

Eiuſmodi ſyllogiſmi, ſi ſobriè illis utamur, boni ſunt; nimirùm, cùm aliquis, quæ reſpondent his verbis aſſ. rit, & quæ æquipollentibus, negat: aliàs eſſet verbis ludere, & non argumentari.

Enthymema ſynonymum.

Datur etiam Enthymema ſynonymum vel idemticum, in quo idem quod aſſumitur, infertur; & ne idemtitas faſtidium pariat, aliis verbis proponitur.

DCCCXCII. Sobriè his Idemticis argumentationibus uti jubeo; quia Dialecticus rigor non patitur quæ fortè commendaret Rhetorica. Volo cenſuram Angelici Doctoris adiungere, ut ſecutiùs & cautiùs ductu ipſius diſcurratur. Ipſe igitur 1.p.q.13.art.4. inquirit, *An nomina dicta de Deo ſint Synonyma?* Et reſpondet negativè: & pbat, *QVONIAM omnia ſynonyma, ſibi invicē adiuncta, nugationem adducunt; ſicut, ſi dicatur Veſtis, Indumentū. Si igitur omnia nomina dicta de Deo ſunt ſynonyma, non poſſet convenienter dici Deus bonus vel aliquid huiuſmodi; cùm tamen ſcriptum ſit Hier.32. Fortiſſime, Magne, Potens, Dominus exercituum nomen tibi.*

An nomina Dei ſint ſynonyma? Dialecticum, qui ſine neceſſitate ſynonymis utitur, nugatur.

Cum ſobriè uti iubeo, non interdico omnē uſum omninò; nam & apud eumdem Angelicum Doctorem multi ſynonymi ſyllogiſmi inveniuntur. 1. p.q.12.art.1 iſtum lego.

An Deus ignotus ſit?

Omne infinitum . . . . eſt ignoratum;
Deus eſt infinitus:
Ergo Deus eſt ignotus.

ubi vides *ignoratum* & *ignotum* eſſe ſynonyma; nec ideò quatto termino hanc objectionem laborare. Et quæſt. 21. art. 2. hoc ſynonymum Enthymema obiicit. *Veritas ſecundum Philoſophum in 4. Ethic. eſt quadam alia virtus à Iuſtitiâ: Non ergo veritas pertinet ad rationem Iuſtitiæ.* Idem enim eſt *eſſe aliud*, *Non eſſe idem*, & *Non pertinere ad rationem eſſentiamue*. Quòd ſi dicamus *Infinitam virtutem*, non re ſed verbis differre ſolummodò (quod multorum ſententiâ dici omninò debet) addam aliud ejuſdem S. Doctoris teſtimonium 1. p. q. 25. art. 2. ubi ait. *Sed contra eſt, quod dicit Hilar. 8. de trinit. quòd Deus iſt immenſa virtutis vivens & potens. Omne autem immenſum eſt infinitum. Ergo virtus divina eſt infinita.*

An Veritas differat à Iuſtitiâ?

Verbum Immenſum & Infinitum Dei diſtinguuntur?

Solent & Autbores profani fortiſſimè concludere, ſi conſequentiam diverſis verbis permittantur ſupponere, & in hoc videntur imitari Propertium, qui libr. 2. ſic ait.

Libertas quoniam nulli iam reſtat amanti:
Nullus liber erit, ſiquis amare velit.

Amans non eſt liber.

&, ut mihi videtur, idem ex eodem infert: in hâc enim argumentatione, *Nullus amans habet libertatem, ergo nullus amans eſt liber*, aſſumitur id quod infertur. Nec longè aliter Owenus libr. 2. ad Henricum Epigr. 50.

Non videt uxoris delicta Maritus amator;
Nullus amat verè Vir, niſi cæcus amat.
Nil oculo contra Dominam, nil creditur auri:
Eſt igitur ſurdus non modò cæcus Amor.

Amans eſt cæcus.

Sic etiam ſæpè Viri Magni, & inter ipſos, ut vidimus, D. Thomas non rarò.

ARTICULUS III.

De Syllogiſmo Denominativæ propoſitionis.

DCCCXCIII. Syllogiſmis expoſitis meritò Denominativum ſubſcribo, qui etiam pendet à vocibus.

Huc cohærere poſſunt, quæ de ſyllogiſmo ſynonymo ſuperius diximus.

DICO igitur *PRIMO has propoſitiones*, Petrus non eſt albus, Petrus non habet albedinem, & In Petro non eſt albedo, *eſſe æquipollentes, ac propterea non reperiri quatuor terminos in ſyllogiſmis ſubſequentibus.*

Barbara.

Omne rationale eſt homo:
Omne riſibile habet rationalitatem.
Ergo omne riſibile eſt homo.

Baroco.

Omnis Æthiops eſt niger:
In Petro non eſt nigredo:
Ergo Petrus non eſt æthiops.

DICO SECVNDO Si duo nomina in recto, aut alio analogo gradu commutantur, aut prædicantur, in reliquis commutari aut prædicari poterunt. Quoniam ſi

Denominativorum commutatio & proportio.

	Omnis Albedo	*eſt*	*Qualitas,*
etiam	*Omne Album*	*erit*	*Quale.*
&	*Omnis Albatio*	*erit*	*Qualificatio.*
&	*Omnis Albativus*	*erit*	*Qualificativus.*
&	*Omnis Albabilis*	*erit*	*Qualificabilis.*
&	*Omnis Albans*	*erit*	*Qualificans.*
&	*Omnis Albatus*	*erit*	*Qualificatus.*
&	*Omnis Albaturus*	*erit*	*Qualificaturus.*
&	*Omnis Albandus*	*erit*	*Qualificandus.* &c.

Hæc Regula ferè coincidit cũ quartâ ſyllogiſmi obliqui.

DICO TERTIO, Si duo nomina in recto convertuntur, quidquid acciderit alicui caſui ſubiecto, accidet analogo caſui prædicati. Pono exempla.

Petrus eſt dives, probuſque;
Ioannes eſt Petri filius:
Ergo Ioannes eſt divitis & probi hominis filius.
Petrus eſt vir doctus, ſincerus & ſanctus:
Petro diſplices:
Igitur Viro docto, ſincero & ſancto diſplices.
Deipara eſt Cælorum Regina:
Deiparam veneror:
Ergo Cælorum Reginam veneror.
Plinius eſt author à viris doctiſſimis laudatus:
Laudatur Martialis à Plinio:
Ergo ab Authore à Viris doctiſſimis laudato laudatur.

Vide Epiſt. Plinij Iunioris ad Cornelium Priſcum.

DCCCCXIV. PRimam Regulam firmare poſſunt hæc exempla. D. Thomas 1 *p. q.* 27. *art.* 1. contra ſuam veramque doctrinam ſic obiicit. *Omne procedens eſt diverſum ab eo, à quo procedit: ſed in Deo non eſt aliqua diverſitas: Ergo in Deo non eſt proceſſio aliqua.* Ubi, ut vides, Diverſum & Diverſitas, Procedens & Proceſſio, iuxta hanc primam Regulam aſſumuntur, nec ideò ſyllogiſmi termini multiplicantur. Hæc de obiectionis formâ: nonnihil ſubſcribo de materiâ. Dari in Deo aliquam diverſitatem perſonalem concedo: dari eſſentialem, nego. Et ideò, conceſsâ majore, & diſtinctâ minore, diſtinguo conſequens, & non dari in Deo proceſſiones perſonales nego, non dari eſſentiales, concedo.

An dentur proceſſiones in Deo.

Subiiciamus & exempla nonnulla, quibus Regulam ſecundam confirmemus. Occurrit D. Thomas 1. *part. quæſt.* 23. *art.* 3. ubi inquirit, *Vtrùm Deo competat reprobatio aliquorum hominũ?* & quia aſſertivè reſpondet, ſic contra obiicit. *Si Deus aliquem hominem reprobat, oportet quod ſic ſe habeat reprobatio ad reprobatos, ſicut prædeſtinatio eſt cauſa ſalutis prædeſtinatorum; Ergo reprobatio erit cauſa perditionis reproborum. Hoc autem eſt falſum: dicitur enim Oſeæ* 13. *Perditio tua Iſrael ex te eſt, tantummodò ex me auxilium tuum. Non ergo Deus aliquem reprobat.* Puto illos Thomiſtas, qui admittunt Reprobationem poſitivam ante præviſa demerita (quanta crudelitas!) non poſſe huic obiectioni reſpondere. At reliqui multò elementiùs & ſuaviùs. Quod hic ſufficiat tetigiſſe.

Sed hoc exemplo potiùs videtur dilucidari ſimilitudo, quàm identitas. An reprobatio ſit cauſa perditionis in reprobis?

An detur reprobatio poſitiva ante demeritorum præviſionem?

Do aliud exemplum rigoroſius. Ioannes in primæ Epiſtolæ cap. 4. verſ. 16. ait, *Deus Charitas eſt: & qui manet in Charitate in Deo manet, & Deus in eo.* Cuius verba ſic explico. Deus eſt Charitas. Ergo quidquid dicâtur de Charitate, debet dici de Deo. At dicitur, quòd in illa ſit Iuſtus, & illa in Iuſto: ergo & in Deo eſt Iuſtus, Deus in eo.

An Deus in Iuſto ſit? An Iuſti in Deo? An Deus ſit charitas?

Tandem firmemus tertiam Regulam his exemplis. Owenus libri unius Epigramm. 97.

In ſpeculo vultum quoties oculoſque tueris,
Si fortè elatam te tua forma facit
Splendida ſed fragilis, pulchra, at peritura; memento
Quàm ſimilis ſpeculo ſis Carolina tuo.

Fœmina ſpeculum pulchra, ſed fragilis.

Præmittit omnimodam ſimilitudinem inter Speculum & Carolinam (hæc Poëtæ ſufficit: Dialecticus aſſumeret identitatem) & ſtatim, quidquid de ſpeculo, id omne deprædicat de Carolinâ. At rigoroſiùs Epigramm. 14. ejuſdem libri.

Similitudo materialis. N.B.

Solſtitium vita Mors eſt. Sol ſtare videtur,
Non ſtat: homoque mori, Pontice, non moritur.

Nam, ſi ſemel dicatur Mors eſſe Solſtitium, reliqua conſequentia doctrinæ dici debent.

Mors Solſtitium. An iuſti moriantur?

ARTICULUS IV.

De Syllogiſmo Indefinito.

DCCCCXV. DAri Indefinitas Propoſitiones ſuperiùs vidimus; modò ex illis ſyllogiſmum cognominem formo, & aſſero binos tantùm poſſe fieri in ſingulis figuris; Ipſi ſunt

Bini tantùm in ſingulis figuris ſunt.

In fig. Galenica. Æ Æ Æ. Æ œ œ.
In Ariſtotelica. Æ Æ Æ. œ æ œ.
In ſecunda figura. Æ œ œ. œ æ œ.
In tertia verò. Æ œ œ. œ æ œ.

quos omnes his exemplis illuſtro. *In Forma Galeni ſeu Platonis.*

Homo

Homo eſt animal;
Animal eſt vivens;
Ergo Homo eſt vivens.

Homo eſt animal;
Animal non eſt lapis;
Ergo Homo non eſt lapis.

In prima Ariſtotelis, quæ mero præcedentis Forma inverſio eſt.

Animal eſt vivens;
Homo eſt animal;
Ergo homo eſt vivens.

Animal non eſt lapis;
Homo eſt animal;
Ergo Homo non eſt lapis.

In ſecunda Figura communi Platoni & Ariſtoteli.

Animal eſt ſenſibile;
Arbos non eſt ſenſibilis;
Ergo Arbos non eſt animal.
Ergo Animal non eſt arbos.

Arbos non eſt ſenſibilis;
Animal eſt ſenſibile.
Ergo Animal non eſt arbos.
Ergo Arbos non eſt animal.

In tertia etiam omnibus Dialecticis communi Figura.

Homo eſt rationalis;
Homo non eſt lapis;
Ergo Lapis non eſt rationalis.
Ergo Rationale non eſt lapis.

Homo non eſt lapis;
Homo eſt rationalis;
Ergo rationale non eſt lapis.
Ergo lapis non eſt rationalis.

An-ne patietur hæc Figura ſyllogiſmum indefinitum ex affirmativis puris compoſitum? Patietur, cum hac tamen cautela: videlicet, quod in Concluſione non prædicetur extremitas minùs univerſalis. *Pono exempla.*

Homo eſt rationalis;
Homo eſt riſibilis;
Ergo riſibilis eſt rationalis.
Ergo rationalis eſt riſibilis.

Homo eſt animal;
Homo eſt admirativus;
Ergo admirativũ eſt animal. *bona.*
Ergo animal eſt admirativũ. *mala.*

Ad profundiorem materiæ huius notitiam, adnotato Indefinitas propoſitiones ſemper debere fieri in materia neceſſaria; unde illa, *Animal eſt admirativum*, vel ſumetur particulariter, & tunc erit falſa; vel indefinitè, & tunc erit mala & impropria.

Multi id genus ſyllogiſmi exſtant in S. Thomæ operibus, nonnulla exſcribam.

An materia prima diſtinguatur à Deo? An ſit actu infinita? Sic habet S. Doctor 1. p. q. 7. art. 1. *Materia prima aliud eſt à Deo, ut ſuprà oſtenſum eſt, ſed materia prima eſt infinita: Ergo aliquid aliud præter Deum poteſt eſſe infinitum.* Eſt indirectus tertiæ Figuræ, & infert minùs quàm poteſt; poſſet enim inferre, *Ergo aliquid aliud à Deo eſt infinitum.* At ego negabo minorem, nam ſtando communi *An à quantitate præciſa partes habeat? An ſit poſſibilis quantitas infinita?* multorum ſententiæ, quæ aſſerit materiam etiam præciſam à quantitate habere partes, ipſa finita eſt. Stando alteri, ipſa ſecundum ſe cùm nullas partes actu habeat, nec dicetur habere finitas, nec infinitas; at dicetur habere finitas determinatas potentiâ (ut de proportionalibus nihil dicam) repugnat enim quantitas actu infinita, ut ſuo loco demonſtro.

Et ibidem quæſt. 14. art. 4. ſic diſcurrit: *Deo hoc eſt eſſe quod ſapientem eſſe. Hæc autem eſt ſapientem eſſe, quod intelligere. Sed eſſe Dei eſt eius ſubſtantia, ut ſupra oſtenſum eſt. Ergo intelligere Dei eſt eius ſubſtantia.* *Eſſe Dei eſt intelligere Dei.* Duos ſyllogiſmos Indefinitos ponit, priorem in Figurâ Galenicâ, & in tertiâ indirectâ poſteriorem.

Amor Dei eſt eſſentia Dei. Eſſentia nō recipit magis & minus. Etiam ad Galenicam Figuram pertinet hic, *Amor Dei eſt eius eſſentia. Sed eſſentia Dei magis & minus non recipit. Ergo nec amor eius. Non igitur quædam alius magis amat.* Et reperitur 1. p. q. 20. art. 3. Et reſponderem illud *magis*, vel ſe tenere ex parte Dei amantis, vel ex parte rei amatæ. *Amor æ… mort* Primo ſenſu certum eſt omnes volitiones divinas eſſe infinitas & æquales; at ſecundo inæquales extrinſecè; aliæ enim res ſunt capaces majoris amoris, aliæ minoris, aliæ nullius. Quod illuſtratur hoc exemplo. Sol non mittit radios vehementiores in lapides, remiſſiores in undas; ſed æquè intenſos; at plus caloris participat lapis, quàm unda, quia caloris capacior.

An Deo competat Providentia? An Prudentia? An Dubitatio? An Conſultatio? Ei eſt ſimilis hic ſyllogiſmus, quem objicit ſibi S. Doctor ibidem q. 22. art. 1. ubi ſic; *Videtur quod providentia Deo non conveniat. Providentia enim ſecundum Tullium eſt pars prudentiæ. Prudentia autem cùm ſit benè conſiliativa ſecundum Philoſ. in 6. Eth. Deo competere non poteſt: qui nullum dubium habet, unde eum conſiliari oporteat. Ergo providentia Deo non competit.* Et reſpondeo Providentiam Prudentiamque non requirere abſolutè conſultationem, ſed conditionatè, ſi fuerit neceſſaria; *Prudentia non ſemper conſultationem prærequirit.* unde etiam apud nos interdum ſine conſultatione reperitur; tunc videlicet, quando ingenium mediorum & efficaciam habemus optimè exploratam. Cùmque Deus mediorum virtutem infinitè cognoſcat, nec poteſt conſulere nec dubitare, ac per conſequens habet Prudentiæ & Providentiæ perfectionem omnibus imperfectionibus negatis.

Ad Trinitatem venio & meum Lectorem Theologiæ præparo, ſyllogiſmorum formas

An miſſio ſit æterna? An & Proceſſio? An miſſio à Proceſſione diſtinguatur?

& efficaciam examinando. Idem Doctor Angelicus 1.p.quæſt.43.art.2. ſibi objicit. *Miſſio proceſſionem importat. Sed Proceſſio divinarum Perſonarum eſt æterna; Ergo & miſſio.* Et reſpondet Miſſionem poſſe conſiderari entitativè & terminativè; entitativè eſſe ipſammet Proceſſionem, adeòque omninò æternam; at terminativè importare creaturam, & eſſe temporaneam. Et notari omninò volo hanc non eſſe ſpecialem doctrinam, eſt enim communis omni actui libero; Creatio enim activa eſt ipſamet volitio Dei, & eſt æterna; at terminus temporaneus eſt. Nam ſicut Chriſtianus ſemper eſt in hâc habituali voluntate benè moriendi; ſic Deus voluntate ſuâ æternâ vult hoc eſſe in tali tempore, & illud in tali.

Creatio activa.

Poteſt volitio eſſe in uno tempore, & terminari ad alterum.

An in Angelo diſtinguatur ab eſſentia intellectio.

Subſcribo alium ſyllogiſmum è floridâ Angelorum materiâ. S.Doctor 1.p.quæſt.54.art.2. ſic. *Videtur quod intelligere Angeli ſit ejus eſſe. Vivere enim viventibus eſt eſſe ut dicitur in 2. de Anima. Sed intelligere eſt quoddam vivere, ut in eodem dicitur: Ergo intelligere Angeli eſt eius eſſe.* Et reſpondet alio etiam ſyllogiſmo indefinito. *Intelligere Angeli eſt motus eius, ut patet per Dionyſium (cap.4.part.1.à med.) de divinis Nominib. Sed eſſe non eſt motus: Ergo eſſe Angeli non eſt intelligere eius.*

Nota.

Indefinitæ etiam inferuntur à Particularibus & Univerſalibus.

POſui exempla, in quibus etiam præmiſſæ eſſent Indefinitæ; at ſciri volo Indefinitam conſequentiam ab Univerſalibus & Particularibus educi poſſe; ſunt enim bonæ iſtæ;

Omnis homo eſt albus;
Ergo homo eſt albus.
Aliquis homo currit:
Ergo homo currit.
Petrus deambulat:
Ergo homo deambulat.
Homo peccat:
Ergo aliquis homo peccat.

An inferāt univerſales & particulares?

Et quidem etiam ex indefinitâ inferri univerſalis poſſet, ſi materia eſſet neceſſaria, vel propria; benè enim dicimus,

Homo eſt animal;
Ergo omnis homo eſt animal.
Homo eſt riſibilis,
Ergo omnis homo eſt riſibilis.

De univerſaliū, particulariū & indefinitarū æquipollentia.

Indefinitas ſæpè poni pro particularibus aut etiam univerſalibus oſtendi ſuperiùs, & ſic ad alia diſcurſum promoveo. Vide, quæ dicta ſunt ſuperiùs, *part. 2 art. 28. num.* 682.

ARTICULUS V.

De Syllogiſmo Univerſali.

An eſſentia fuer nt ab æterno?

Quid ſit æterna Univerſalium propoſitionū veritas.

ENuntiationes univerſales eſſentiales eſſe æternæ veritatis dicuntur; & ſtatim ſubdubitas, quo poſſint modo æternam veritatem habere, quæ æternæ non ſunt. ſi enim hæc propoſitio *Homo eſt animal* æternæ veritatis eſt, homo ab æterno eſt, quod nemo Chriſtianus admittet. Reſpondeo Hominem eſſe æternum & non eſſe æternum: æternum ſecundum veritatem objectivam, non æternum ſecundum realem exiſtentiam: fuiſſe enim creatum in tempore, de fide eſt. Sed qualis eſt objectiva illa veritatis æternitas? negativa. Ita Doctor Angelicus 1.*part.q.8.art.4.ad* 1.*& ad* 2.& iterùm *quæſt.16.art.7. ad* 2. qui ait Univerſalia eſſe ubique & ſemper: videlicet, in ſenſu negativo, quia non poſtulant locum tempuſ-ve, ut prædicatorum eſſentialium verificetur connexio: vel quia non datur, non dabitur, aut dari potuit locus, tempuſve in quo fuerit falſum dicere v. gr. *Homo eſt animal.* DCCCXCVI.

Qualis ſit?

Utrùm univerſalia ſint ubique & ſemper?

Subalternatio terminorū.

Cur univerſalia ſuperiora, & particularia inferiora dicātur?

Dici de omni & Dici de nullo.

Prædicata Univerſalia particularia ſubalternant, & ideò illa *ſuperiora* & hæc *inferiora* nominantur: hac lege, *ut quidquid de ſuperiori prædicetur, debeat de inferiori prædicari. & quidquid de inferiori negetur, debeat etiam de ſuperiori negari.* Hinc oriuntur duo celeberrima Logicorum Axiomata, *Dici de omni, Dici de nullo*: quibus omnes aut ferè ſyllogiſmi firmantur. Conſidera ſyllogiſmum ſequentem.

Modus arguendi in hoc genere.

Quidquid de ſuperiori, id omne debet de inferiori verificari.

* *Equus eſt Animalis ſpecies.*
Da- *Ergo quidquid verificatur de Animali, verificabitur de Equo:*
Quæ enim de Superiori, debent de Inferioribus verificari.
ri- *At de animali verificatur, quòd ſit ſenſibile.*
i- *Ergo de equo.*
* *Equus igitur ſenſibilis eſt.*

Hoc modo interdum D. Thomas: hoc etiam alii plurimi argumentantur.

Univerſale in Genus, Speciem, Differentiam, Proprium & Accidens

Univerſalis ſumpti ut ſingula quinque ſpecies distributio.

dens dividi ſolet. Et ego de ſyllogiſmis, qui correſpondent ſingulis, breviter diſputabo.

SYllogiſmus Genericus ſpeciales Generis characteres conſiderat: & quia noti illi ſunt, nec grandes poſſunt parere conſequentias, non eſt cur de illo inſtituamus Diſputationem ſpecialem.

Syllogiſmus Genericus: Specificus: & ſingularu, quem Expoſitoriū nominamus.

Syllogiſmus Specificus, ſicut & Genericus, etiam eſt eſſentialis; nec indiget commentario, ut ab omnibus cognoſci poſſit:

Generi ſubſunt, Species ſpeciei, ſingularia: & quia hæc nobis notiſſima, poſtulare videntur, ut agamus de Syllogiſmo Singulari, quem vulgò *Expoſitorium* nominamus: de illo igitur Articulo VI. diſputabo.

Differentialis.

Syllogiſmus Differentialis inferiora comparat & diſtinguit: & ad Univerſalem reducitur: & ideò non debet ſpecialiter dilucidari. Ex Genere & Differentiâ Definitio componitur, & inde oritur Definitivus Syllogiſmus, quem Articulo VII. exponemus.

Definitivus.

Proprius.

Syllogiſmus Proprius multa habet, quæ debent ſpecialiter ſoiti; & hanc ob rem VIII. illi Articulum deſignavimus.

Accidentalis.

Ultimum prædicabile eſt accidens, ſeu Contingens, de quo integrum Tractatum ſcripſimus, quem ſumus in Logici Herculis labore tertio tradituri.

ARTICULUS VI.

De Syllogiſmo Singulari, quem nominant Expoſitorium.

DCCCXCVII. QUando Medium eſt ſingulare, Syllogiſmus dicitur *Singularis*: idemque *Expoſitorius*, quòd clariſſimus ſit, & videtur ob oculos ponere veritatem. Varia de illo ab Authoribus dicta, quæ claudicant ad Empyreum tranſlata: multi enim Syllogiſmi, qui tolerarentur in humanis, in divinis exorbitant. Dico igitur *Syllogiſmum Singularem non eſſe ſecurum & doctrinalem niſi ad univerſalem vel mixtum reducatur.*

Quid ille ſit?

An expoſitorius ſyllogiſmus in Divinis vim habeat?

Syllogiſmi expoſitorii ut efficaces ſint, debent ad formales, aut ſaltē figurales reduci.

Petrus eſt doctus:
Trium-vir eſt Petrus:
Ergo Trium-vir eſt doctus.

Imperator eſt Ferdinandus:
Miles eſt Ferdinandus:
Ergo Miles eſt imperator.

Ioannes eſt Dux:
Ioannes eſt Epiſcopus:
Ergo aliquis Epiſcopus eſt Dux.

Da- *Quicumque eſt Petrus eſt doctus:*
ri- *Aliquis Trium-vir eſt Petrus:*
i. *Ergo aliquis Trium-vir eſt doctus.*

Ba- *Quicumq; eſt Imperator eſt Ferdinand⁹:*
ro- *Aliquis miles non eſt Ferdinandus:*
co. *Ergo aliquis miles non eſt Imperator.*

Da- *Quicumque eſt Ioannes eſt Dux:*
rap- *Quicumque eſt Ioannes eſt Epiſcopus:*
ti. *Ergo aliquis Epiſcopus eſt Dux.*

An hi ſyllogiſmi habent ſuos modos & nominat Habent & dabuntur inferius.

Habes hîc tres Figuras (ſi Formam Platonicam deſideres, eam ex prima erues; nam *Daru* dabit *Dimagni*, ſi tantùm deordinentur præmiſſæ) hâc igitur obſervatâ Methodo, poteris per cæteros modos diſcurrere.

DCCCXCVIII. APerui propriam mentem, & veram doctrinam paucis verbis expoſui: aliorum etiam mentes examinemus. Dicunt aliqui Syllogiſmum Expoſitorium eum eſſe, *cuius medium eſt entitas ſingularis habens, & extremitates ſunt concreta denominata à formis aut Formalitatibus habitis.* Pono exemplum.

Prima expoſitorii argumentationis expoſitio.

Franciſcus eſt doctus:
Franciſcus eſt albus:
Ergo aliquis albus eſt doctus.
Ergo aliquis doctus eſt albus.

Ubi vides extremitatea *doctum & album* eſſe concreta, quæ denominantur à formis quæ habentur à Medio: doctrina enim & albedo non habent Franciſcum, ſed habentur ab eo.

Hæc definitio ad excludendos Syllogiſmos, qui fieri ſolent in Divinis, & habent conſequentias falſas, bona fortaſſis eſt, at non comprehendit omnes, quos definit: non enim hunc,

An ſit bona in divinis? An ſit bona in humanis?

Hic Dialecticus eſt homo,
Hic Dialecticus eſt animal:
Ergo aliquod animal eſt homo.
Ergo aliquis homo eſt animal.

Nam videretur Animalitas & Rationalitas non eſſe formas habitas à Dialectico, ſed eſſe ſubjecta potiùs Dialecticæ. HANC OB REM dabo aliam definitionem, quæ ſit clarior, & meliùs definito reſpondeat. Syllogiſmum igitur Expoſitorium dico, *cuius medium eſt ſingulare.*

Expoſitio ſecunda.

re. Ut ſit expoſitorius , nihil aliud requirit; ſed ut ſit ſyllogiſmus , poſtulat ut habeat tres terminos, qui obliquis differant , quorum tamen infimum rectum (infimum *Habens*) ſit idem. Et ratio eſt;nam tametſi ratione materiæ contingat aliquando abſtracta de abſtractis, aut etiam de concretis verificari,[ut cùm dicimus in communi ſententiâ, *Animalitas eſt rationalitas, Angelus ſicuti natura & ſuppoſitum identificantur, eſt natura Angelica*,&c.] ratione formæ requiritur, ut eadem formalitas ponatur in recto prædicati,& eadem in recto ſubjecti: aliàs nulla erit in diſcurſu ſecuritas. Hæc enim propoſitio, *Homo eſt animal*, æquivalet huic, *Habens animalitatem & rationalitatem eſt habens animalitatem*,&c. Et quidem Expoſitorius Syllogiſmus in omnibus figuris, tametſi nullam univerſalem poſitionem præmittat, efficaciſſimè concludit. Pono exempla. In Platonicâ Formâ.

An ſubſiſtentia & natura identificētur in Angelis?

Concreta dicunt in recto ſuppoſitum.

Rex Hiſpaniæ eſt Philippus:
Philippus eſt Belgii Princeps:
Ergo Belgii Princeps eſt Rex Hiſpaniæ:
Ergo Rex Hiſpaniæ eſt Belgii Princeps.

In primâ Figurâ Ariſtotelicâ.

Petrus eſt Indus:
Aliquis albus eſt Petrus:
Ergo(hic)aliquis albus eſt Indus.
Ergo (hic)aliquis Indus eſt albus.

In ſecundâ Figurâ communi.

Aliquis dives eſt Petrus:
Aliquis juſtus eſt Petrus,
Ergo(hic) aliquis juſtus eſt dives.
Ergo(hic)aliquis dives eſt juſtus.

In tertiâ Figurâ communi.

Ioannes eſt juvenis,
Ioannes eſt ſapiens.
Ergo(hic)aliquis ſapiens eſt juvenis:
Ergo(hic)aliquis juvenis eſt ſapiens.

Exemplorū uis.

Præmiſi exempla , quia plus ſæpè docemur exemplis , quàm regulis. Et ex ipſis colligo *Primò*, ſyllogiſmum expoſitorium in humanis ne unam quidem præmiſſam univerſalem continere. *Secundò*, in ſecundâ figurâ poſſe conſtare puris affirmativis,quod reliqui ſyllogiſmi non poſſunt. *Tertiò*, Concluſionem poſſe eſſe ſingularem vel particularem.

Syllogiſmi Expoſitorii leges.

DCCCXCIX. Si altera præmiſſa ſit negativa,utraque concluſio erit etiam negativa, & in primâ extremitas præmiſſæ negantis prædicabitur,& ſecunda erit primæ contrapoſitio. Pono exempla.

In Platonicâ Formâ.

Aliquis Græcus eſt Plato:
Plato non eſt mendax:
Ergo aliquis Græcus non eſt mendax.
Ergo aliquis non mendax non eſt non Græcus.
vel. *Ergo aliquis non mendax eſt non non Græcus.*
hoc eſt, *Ergo aliquis non mendax eſt Græcus.*

Contrapoſitionis modus.

Si convertatur major in minorem,& contrà, eadem prodibit conſequentia,& erit in figurâ primâ Ariſtotelicâ.

In ſecundâ Figurâ ſemper reperio periculoſum conſequens. Hos ſyllogiſmos contemplator.

Aliquis homo fuit Plato:
Aliquis Philoſophus non fuit Plato:
Ergo aliquis Philoſophus non fuit homo.

Aliquod animal non fuit Plato:
Aliquod riſibile fuit Plato:
Ergo aliquod riſibile non fuit animal.

An in ſecunda poſſit altera præmiſſa eſſe negāns?

Et tandem in tertiâ.

Hic homo non eſt doctus,
Hic homo eſt Rex:
Ergo aliquis Rex non eſt doctus.
Ergo aliquis non doctus non eſt non Rex.
Ergo aliquis non doctus eſt Rex.

Semper vide in primâ conſequentiâ prædicari extremitatem illam, quæ fuerat in propoſitione negante,& inquiris, An ne poſſet altera extremitas prædicari ? Et ratio dubitandi eſt, quia hæ conſequentiæ, nimirùm , *Aliquis mendax non eſt Græcus, Aliquis Ariſtoteles non eſt Philoſophus: Aliquis Paulus non fuit ſanctus; Aliquis doctus non fuit Rex*,&c. videntur veræ,& tamen vi Regulæ excluduntur. *Et reſpondeo* Regulam eſſe ſervandam , aliàs enim ſi quando veraciter concluderemus, nunquam ſecurè,nūquam efficaciter. Et hunc ſolum ſyllogiſmum in teſtem ſufficientem produco

Quanam debeat extremitas prædicari?

Aliquod animal eſt Petrus,
Petrus non eſt equus:
Ergo aliquis equus non eſt animal.

Præmiſſæ ſunt veræ, & tamen conſequens eſt falſum:ergo unde orta hæc falſitas? Ex eo quòd non prædicetur extremitas præmiſſæ negativæ,quia juxta regulam deberemus concludere, *Ergo aliquod animal non eſt equus* , & hoc eſt verum;nam leo eſt aliquod animal, & tamen leo equus non eſt.

Hinc patet Syllogiſmos medii ſingularis poſſe reduci ad Canones. Sed ad quos? Ad iſtos.

Forma Platonica. Infirmi,Indixi.
Figura I. Ariſtotel. Indi, Dixiſti.
Figura Secunda. Divini.
Figura Tertia. Stirps-viri,Pix-viri.

Expoſitoriorum Syllogiſmorū nomina.

quos,ut intelligas, debes in memoriam reducere illos verſus,quos te olim memoriæ mandaſſe memini. Videlicet:

Aſſerit I.negat O.ſunt particulariter ambæ.
Aſſerit IR negat IX.ſunt ſingulariter ambæ.

Obſerva ergo illa modorum nomina,&in hâc materiâ diſcurrere ſecuriſſimè poteris.

CM. OBJECTIO I. Contra ſyllogiſmos expoſitorios ſic argumentaris. Oportet Philoſophari in humanis humanitùs , ſicut in Divinis Divinitùs : at in Divinis Syllogiſmi Expoſitorii habere locum nequeunt,ergo nec in humanis debent. Minorem probas nonnullos ſyllogiſmos proponendo, videlicet,

An humana & divina ſint analoga?

An expoſitorius ſyllogiſmus in divinis ſit efficax?

Pater

Pater eſt hæc Deitas,
Hæc Deitas eſt Filius:
Ergo Pater eſt Filius.
Ergo Filius eſt Pater.

Eſt ſyllogiſmus in Formâ Platonicâ; ſi mutes præmiſſas erit in Ariſtotelicâ, ſi convertas ſimpliciter minorem, erit in ſecundâ figurâ; ſi majorem, in tertiâ; & tamen ſemper erunt veræ præmiſſæ, & ſemper conſequentiæ falſæ. Addis,

Pater non eſt Filius,
Filius eſt hæc Deitas:
Ergo hæc Deitas non eſt Pater.
Ergo Pater non eſt hæc Deitas.

Et ſubjungis hunc ſyllogiſmum eſſe in formâ Platonicâ, & tamen aut præmiſſarum commutatione, aut alterius præmiſſæ converſione, poſſe ad reliquas figuras reduci; & nihilominùs propoſitiones antecedentes veras vides, & conſequentes falſas.

Prima reſponſio. An medium eſſe debeat ſuppoſitum.

Reſpondent aliqui ſyllogiſmos expoſitorios habere locum in divinis; negant tamen à te propoſitos eſſe expoſitorios. Primò, quia medium eſt *Deitas*, quæ formaliter ſumpta non eſt ſuppoſitum; & multi ſuppoſitum aut perſonam requirunt, ut ſyllogiſmus eſſe expoſitorius aſſeratur. Sed quia ego id non requiro, aliâ ſolutione indigebo. Negant alii hos eſſe expoſitorios; quia hæc propoſitio, *Filius eſt hæc Deitas*, eſt vera ratione materiæ, non verò ratione formæ; quoniam propoſitio formaliter vera debet in recto prædicati illam eandem formalitatem dicere, quam dixit in recto ſubjecti, ut *Hic homo eſt animal*, hoc eſt, *Habens animalitatem, rationalitatem & ecceitatem, eſt habens animalitatem*; ubi vides idem *Habens* eſſe in recto ſubjecti & prædicati, quod non poterit reperiri in hâc propoſitione, *Pater eſt hæc Deitas.* [Sed de hâc materiâ uberiùs in Tractatu de Trinitate diſputabimus; ubi hoc, ſi Diis placet, principium, *Quæ ſunt eadem uni tertio, ſunt eadem inter ſe*, & illud, *Quæ ſunt eadem inter ſe æquè diſtant ab uno tertio*, falſa eſſe demonſtrabimus, & hanc expoſitoriam ſyllogiſmorum formam cùm debitis limitationib' admittem'.] At hæc ipſa reſponſio non multum à præcedenti differt, & malè ad formalitates recurrit, quando veritas quæritur ſenſûs realis. Præterea, qui hoc reſpondeat modo, non ſolvet ſed fugiet propoſitam difficultatem. Et ut id verum eſſe videas, addatur

Secunda reſponſio. An medium debeat in recto dicere eandem formalitatem, quam extrema.

Duo principia ſpuria.

CMI. De individuo Deitatis.

OBJECTIO II. Subterfugium & non ſolutionem eſſe ais, quidquid de Concreto & Abſtracto à nobis vel ab aliis dictum: & ideò nominibus concretis utcris, & hunc ſyllogiſmum efformas:

Pater eſt hic Deus,
Hic Deus eſt Filius,
Ergò Pater eſt Filius.

Vel, ſi forma Platonica non placeat, in Ariſtotelicâ

Hic Deus eſt Verbum,
Spiritus ſanctus eſt hic Deus,
Ergo Spiritus ſanctus eſt verbum.

Reſpondet P. Andreas Capitel in Theſibus propugnatis Dilingæ anno 1617. num. 52. *Peſſimè infers: nam ly* Deus, *eſt terminus quidem ſingularis; non tamen incommunicabilis.* Et rationem poſuerat; *Quia ſyllogiſmus propriè expoſitorius debet conſtare Medio ſingulari, regulaturque hoc maximè principio*, Quæ ſunt eadem uni tertio, ſunt eadem inter ſe. *Porrò illud unum tertium debet eſſe ſingulare & incommunicabile.* Sic ille.

Tertia reſponſio. De ſingulari incommunicabili.

At nolo te hâc ſolutione eſſe contentum; quoniam illud Principium, *Quæ ſunt eadem, &c.* falſum eſt, ut ſuo loco videbimus: & ut eſſet verum, hic circulum evidenter committeres, ſi Capiteli adquieſceres; Vel inquiro; quid eſt eſſe incommunicabile? An-ne idem ac non identificari duabus entitatibus realiter diſtinctis? Ergo hæc Poſitio, *Quæ ſunt eadem uni tertio incommunicabili, ſunt eadem inter ſe*, reddet hunc ſenſum, *Quæ identificantur uni tertio, quod quidem tertium non identificatur duobus realiter diſtinctis; non ſunt realiter diſtincta*, Vel clariùs; *Quæ non ſunt realiter diſtincta, non ſunt realiter diſtincta.* Ubi nihil doctrinale reperio. Hic vides circulum, alium æquè manifeſtum adjungo. Peto, Cur Pater Filiuſque, licet identificentur uni tertio, nempè Divinitati, non ſint idem inter ſe? & reſpondes ideò id accidere, quia illud tertium, licet ſit ſingulare, eſt communicabile: & rogo iterùm, Cur ſit communicabile? & reſpondes, quia communicatur identificè perſonis realiter diſtinctis.

Principium falſum.

Committitur circulus.

Alius circulus manifeſtus.

Alii volunt eſſe quatuor terminos in hoc ſyllogiſmo; nam hoc nomen *Hic Deus* eſt idem ac *Hæc perſona*; unde vel præmiſſæ non erunt veræ, vel aliter accipitur *Hic Deus* in unâ quàm in alterâ.

CMII. Quarta reſponſio.

Ego autem, quia difficillima hæc controverſia eſt, nolo controvertere, An in divinis detur ſubſiſtentia communis? Et, ſi detur, an ſit completa aut incompleta? An hoc nomen *Hic Deus*, ſit abſtractum aut concretum? & ſi concretum, an univocum, an verò æquivocum. An ſumi naturaliter, an etiam perſonaliter debeat? An ſit individuum vagum? An ſit virtualiter univerſale? Id enim ad Theologos pertinet. Sed Dialecticum agam, & ita reſpondebo, ut ſuppoſitâ quâcumq; Theologorum ſententiâ, dicam quid aſſeri poſſit, aut non poſſit.

Sententiæ Theologicæ ſupponuntur & non controvertuntur.

Dicunt aliqui non dari ſubſiſtentiam communem, illudque nomen *Hic Deus* in concreto ſumptum eſſe æquivocum, & ſignificare Patrem, quando prædicatur de Patre & Filio; & idcircò illum ſyllogiſmum

Quinta reſponſio.

Virùm nomen Hic Deus ſit æquivocum.

Pater eſt hic Deus;
Hic Deus eſt Filius:
Ergo Pater eſt Filius.

eſſe malum: quoniam æquipollet huic:

Pater eſt Pater:
Filius eſt Filius:
Ergo Pater eſt Filius.

Et eſt ſimilis huic;

Zodiaci primum ſignum eſt Aries:
Aries eſt machina bellica:
Ergo illud ſignum eſt machina bellica.

Dicunt

CMIII. Sexta reſponſio.

Dicunt alii dari ſubſiſtentiam communem inadæquatam (quam nonnulli protrudunt) & ſyllogiſmum iſtum, de quo agimus, non eſſe expoſitorium, quia plus dicit in recto *Pater*, quàm *Hic Deus*; Pater enim dicit ſubſiſtentiam completam & hic Deus incompletam. Unde ille Syllogiſmus, *Pater eſt hic Deus*, &c. qui ſubeſt examini, eſſet ſimilis huic,

Petrus eſt hic homo:
Manus hujus hominis eſt minor perdice:
Ergo Petrus minor perdice eſt.

quia plus dicit in recto corpus quàm manus: hæc enim eſt corpus humanum incompletum. Sed neque hæc placet reſponſio, multa enim ponit & ſupponit, quæ non fatebor eſſe vera.

Septima reſponſio.

Dicunt alii hoc nomen *Hic Deus* eſſe abſtractum; & illum ipſum ſyllogiſmum æquipollere huic:

Pater eſt hac Deitas;
Hac Deitas eſt Filius:
Ergo Pater eſt Filius.

quem non eſſe expoſitorium multi aſſerunt. Nec volunt nomen *Deus* neceſſariò ſumi in concreto debere: quia Theologi aliter loquuntur quàm Grammatici. Dicit Auguſtinus Patrem & Filium Spiratores eſſe; & Priſcianus putaret, illud nomen *Spirator* ſumi ſubſtantivè debere; at D. Thomas ſumendũ adjectivè me docet. Sic etiam *Deus*, quidquid clamant Grammatici, abſtractim ſumi poterit, ſi id ratio Theologica ſuadeat. Et quidem, ſi abſtractim ſumitur, naturaliter ſumitur, hoc eſt, pro naturâ divinâ; &, ſi concretim, perſonaliter: idem enim eſt dicere Deum, quam Perſonam Divinam.

An Spirator ſit nomen adjectivum? An Deus ſit abſtractum?

Octava reſponſio.

Dicunt alii, ſumi ab aliquibus nomen *Hic Deus*, univerſaliter; ab aliis vagè. Qui dicunt repugnare duos Angelos ejuſdem ſpeciei, & tamen docent hanc propoſitionem, *Hic Michael eſt Michael*, eſſe ſimilem huic, *Hic homo eſt homo*, & eſſe ſecundi prædicabilis, neſcio cur non poſſint etiam hanc, *Hic Deus eſt Deus*, ad idem prædicabile reducere? Sed ut non poſſent, ſi ad individuum vagum recurratur, *Hic Deus* erit *Deus ſingularis*, & propterea ille ſyllogiſmus, quem examino, erit ſimilis huic,

An nomen Deus ſit univerſale? An individuum vagum? An poſſint eſſe in una ſpecie plures Angeli? Cujus ſit prædicabilis hæc propoſitio, Hic Deus eſt Deus?

Petrus eſt homo ſingularis;
Homo ſingularis eſt Paulus.
Ergo Petrus eſt Paulus.

quem nemo mortalium admittet.

CMIV. Nona reſponſio.

Dicunt alii *Hunc Deum* eſſe terminum formaliter ſingulariſſimum, ſed virtualiter univerſalem, hoc eſt, ita ſe habere, ac ſi realiter & verè eſſet univerſalis: & in eorum ſententiâ idem terminus in Expoſitorio Syllogiſmo medius eſſe non poterit: quia ſi eſſet univerſalis, talem locum habere non poſſet. Sed hic iterùm committitur circulus. Ideò enim dicitur *Hic-Deus* eſſe virtualiter univerſalis, quia eſt in multis realiter diſtinctis: & ideò eſt in multis realiter diſtinctis, quia eſt virtualiter univerſalis.

An nomen Deus ſit virtualiter univerſale. Committitur circulus.

Novem ſolutiones dedimus, nulla placuit, quia nulla reſpondit ſyllogiſmorum latæ legi.

Decima, ultima, & vera reſponſio.

Dixi in textu Articuli, *Syllogiſmum ſingularem non eſſe ſecurum & doctrinalem, niſi ad univerſalem aut mixtum reducatur*: ibidem reduxi nonnullos, & modò tentabo, An poſiti reduci poſſint? Primus erat.

Pater eſt hac Deitas:
Hac Deitas eſt Filius:
Ergo Pater eſt Filius:
Ergo Filius eſt Pater.

Debet Expoſitorius, ut ſit bonus, ad formalem aut figuralem ſyllogiſmũ reduci.

Forma eſt Platonica; & quia omnes ſunt aſſerentes, & conſequentia non eſt univerſalis, ad *Dimagni* reduci poterit. Ergo tranſire debebit in hunc

Di- *Pater eſt hac Deitas:*
ma- *Quidquid eſt hac Deitas, eſt Filius:*
gni. *Ergo Pater eſt Filius:*
* *Ergo Filius eſt Pater.*

Forma eſt legitima: at quia minor eſt falſa: nihil neceſſario concludit. Minorem eſſe falſam demonſtro: quia *Aliquid quod eſt Deitas (videlicet, Spiritus ſanctus) non eſt Filius.* Secundus ſyllogiſmus erat:

Pater non eſt Filius;
Filius eſt hac Deitas:
Ergo hac Deitas non eſt Pater.
Ergo Pater non eſt hac Deitas.

Et reiicitur, quia in reductione delinquit, Nam cum prima negans ſit, & forma ſit Platonica, non poteſt aliò quàm ad *Feſapor* aut *Feſiſor* tranſire. Conſidero lineas ſequentes.

Fe Fe- *Quidquid eſt Pater, non eſt Filius:*
ſa- * *Quidquid eſt Filius, eſt hac Deitas:*
* ſi- vel, *Aliquid, quod eſt Filius, eſt hac Deitas.*
por. ſor. *Ergo hac Deitas non eſt Pater:*
* * *Ergo Pater non eſt hac Deitas.*

Admitto iterùm formam eſſe legitimam: at majorem ego eſſe talem, cujus contradictoria eſt vera: videlicet, *Aliquid quod eſt Pater (nempe, Divinitas) eſt Filius.* Ex hinc patet quid ad cæteros duos (coincidunt enim cum prima) ſecurè reſponderi poſſit.

OBJECTIO III. Legis D. Thomam, & rationem, quam ipſe 1. *part quæſt.* 39. *art.* 5. objicit, urges; & ſic ais.

Deus eſt eſſentia Divina,
Deus generat Deum:
Ergo eſſentia Divina generat eſſentiam Divinam.

An eſſentia generet eſſentiam?

CMV.

Quòd, ſi incuſem Figuram, & concluſionem indirectam aſſeram, & addam minorem extremitatem de majore dici; & minorem extremitatem in concluſione non reperiri, non vis formam tueri, ſed eundem ſyllogiſmum reſcribis: aiſque,

Deus generat Deum:
Deus eſt eſſentia Divina:
Ergo eſſentia Divina generat Deum.
Atqui Deus, qui gignitur, eſt eſſentia Divina.
Ergo eſſentia Divina generat eſſentiam Divinam.
Subſumo ergo.

Reſpon-

D. Thomæ ſolutio.

Reſpondet D. Thomas, *quòd licet Deus & eſſentia Divina ſint idem ſecundum rem, tamen ratione alterius modi ſignificandi, oportet loqui diverſimodè de utraque*. Sed hæc reſponſio non ſufficit, nam deſtrueret omnem ſyllogizandi formam. Negari volunt aliqui majorem: ſed cur? nam ſi Symbolum fatetur Filium eſſe Deum de Deo, lumen de lumine, genitum non factum: quis audebit negare hanc poſitionem, *Deus generat Deum*. Dico igitur vocem illam *Deus*, bifariam poſſe ſumi, perſonaliter & eſſentialiter: perſonaliter, cùm ſumitur pro aliqua divinâ perſonâ; eſſentialiter, cum ſumitur pro naturâ divinâ omnibus tribus perſonis communi & identificatâ. Addo maiorem in ſenſu perſonali eſſe veram; tunc enim æquipollebit huic. *Pater generat Filium.* Subiungo eandem in ſenſu eſſentiali eſſe falſam: æquipollebit enim huic, *Natura Divina communis tribus perſonis, generat naturam Divinam communem tribus perſonis*: vel breviùs *generat ſeipſam*.

Rejicitur.

An Deus generat Deum? Divinitas à Perſonalitate modi ſingitur formaliter. Nomen Deus ſumitur, perſonaliter & eſſentialiter.

Syllogiſmi correctio.

Dices te velle maiorem ſumere perſonaliter, adeòque in ſenſu vero, & ideò corrigis tuum ſyllogiſmum, atque

Pater generat Filium:
Filius eſt natura Divina;
Ergo Pater generat naturam Divinam.

Reſpondeo hunc ſyllogiſmum non eſſe formalem Platonicum, nam prædicatum maioris non eſt *Filius*, ſed *Generans Filium*: adeòque malè à te fuiſſe correctum: debuiſſes enim poſuiſſe ſic. *Correctionis Correctio.*

Pater eſt generans Filium:
Generans Filium eſt natura Divina:
Ergo Pater eſt natura Divina.

Et ego univerſa concedo.

Hæc hìc diſputaſſe ſufficiat: at quia ille ſyllogiſmus, qui in Dialecticâ Rectâ locum non habet, in Obliquâ vix poteſt reiici, iterùm reſumetur loco debito ubi de ſimilibus acturi ſumus.

ARTICULUS VII.

De Syllogiſmo Definitivo.

CMVI. SI Propugnans conceſſerit Definitionem, & negaverit Definitum triumphabit Oppugnator, ſi hâc utatur doctrinâ, & argumentetur ſic. *Cuicumque competit Definitio, competit Definitum* (aut contrà) *ſed per te ſatyro v. g. competit Definitio hominis* (aut contrà) *Ergo & Definitum: Ergo Satyrus eſt homo. Forma eſt bona. Maior eſt per ſe nota. Minor à te admiſſa: Ergo conſequentia negari non poteſt.* Quod ſi Propugnans negaverit aliquam propoſitionem fruſtrà ad alicuius termini Definitionem recurres: qui enim negavit v. g. *Faunos eſſe homines, etiam negabit eos eſſe animantes rationales.* *Qualis ſit ejus uſus?*

Conſtructuris Definitivos ſyllogiſmos ſervire debent hæc Axiomata I. *Definitum non ingreditur definitionem.* II. *Converti cum eâ debet.* III. *De quo illud dicitur debet & illa dici: de quo illud negatur, debet illa negari.* IV. *Definitio nullum patitur verbum ſuperfluum.* *Principia.*

CMVII. UT meliùs conſtet, qui definitionibus uti poſſimus, & qualia ab eis ratiocinia formentur, placuit unum aut alterum exemplum ab operibus Angelici Doctoris ſumere, quo ſecuriùs ducamur. Ipſe igitur 1 part. quæſt. 29. art. 3. ſic obiicit. *A quocumque removetur definitio & definitum: ſed definitio perſona ſuprapoſita non videtur Deo competere. Tum quia ratio importat diſcurſivam cognitionem, quod non competit Deo, ut ſupra oſtenſum eſt. Et ſic Deus non poteſt dici rationalis natura. Tum etiam quia Deus dici non poteſt individua ſubſtantia, cum principium individuationis ſit materia: Deus autem immaterialis eſt. Neque etiam accidentibus ſubſtat, ut ſubſtantia dici poſſit. Nomen ergo perſona Deo attribui non debet.* Et reſpondeo definitionem illam, *Perſona eſt rationalis naturæ individua ſubſtantia*, ita debere intelligi, ut *Rationale* ponatur pro ſpirituali; *Individuam* pro ſingulari; & *Subſtãtia* pro Ente per ſe; hoc enim ſenſu nihil omninò habet, quod Deo non cõpetit.

An dentur Perſonæ in Divinis? An Deus ſit ſubſtantia Rationalis? An individuus?

Rationale interdum ponitur pro ſpirituali.

Sic Angelicus Doctor argumentatur in Divinis; adhuc duo exempla ſubſcribam, alterum Angelicum, Humanum alterum. Ipſe enim 1. p. q. 51. art. 1. ab Angeli definitione ſic arguit: *Gregor. in Homil. Epiphaniæ nominat Angelum rationale animal. Omne animal componitur ex corpore & animâ: Ergo Angeli habent corpora naturaliter ſibi unita.* Et reſpondeo multorum opinione Angelum eſſe animal rationale immortale, Hominem eſſe animal rationale mortale: adeoque utrumque convenire univocè in ratione animalis. An hoc verum? Videtur favere Patres veteres. At dicimus, aut ipſos non habuiſſe benè exploratas Angelorum eſſentias (fortè nec nos hodie multò illas meliùs intelligimus) aut nomen *Animal* ſumpſiſſe impropriè & laxè pro vivente: & Angelos eſſe viventes certum eſt. Hanc nominis acceptionem lingua Græca confirmat; nam *Vivens* & *Animal* dicitur Ζωὸς: unde

An Angeli ſint animalia? An olim veteres exactè ſciverint, quid ſint Angeli? An nos hodie id ſcimus? Animal accipitur bifariam.

An Deus Ζωὸς. Plato ipſum met Deum vocavit Ζωὸν, cuius lexicon uſi ſunt multi Patres.

CMVIII. *An mors ad hominis eſſentiam ſpectet* Hominis definitionem aſſumit *1.p.quæſt.97 art.1.* ſibi enim obiicit; *Videtur, quòd homo in ſtatu innocentiæ non erat immortalis: Mortale enim ponitur in definitione hominis* (videlicet, *Homo eſt animal rationale mortale.*) *Sed remotâ definitione aufertur definitum; ergo ſi homo erat, non poterat eſſe immortalis.* Et reſpondeo ſemel maiori admiſsâ, debere admitti minorem conſequentiamque; id puto eſſe certius, quàm quòd venire in controverſiam debeat. At ego majorem ipſam nego & illud *Mortale* ab hominis definitione expungo: tam enim eſt extra quiditatem ipſius, quàm eſſe purpureum vel album. Creatus eſt homo in ſtatu originalis Innocentiæ, ut poſſet eſſe, ſi vellet, mortalis Immortalis-ve. Peccavit; & in pœnam incurrit mortis debitum, quod ante peccatum non habuit. *De homine in ſtatu innocentiæ.*

ARTICVLVS VIII.

De Syllogiſmo Proprio, & Differentiali.

CMIX. EXcluſivus ipſe eſt; & quia quatuor genera Proprietatum enumerant, aliquid hîc dicere oportuit Proprium primo modo eſt, *quod ſoli alicui ſpeciei accidit licet non omni*; ut eſſe Grammaticum reſpectu hominis. Secundo autem modo, *quod omni accidit ſed non ſoli*, ut egere alimento. Tertio modo, *quod accidit ſoli & omni, non tamen ſemper*, ut mori ſine corruptione animæ. Et quarto tandem modo, *quod convenit omni, ſoli, ubique & ſemper* ut eſſe riſibile. *Quatuor genera Proprietatum. Porphyrius in Iſagog. cap. 5.*

Si aſſumamus proprietatem ſecundo modo, formabimus ſyllogiſmos in figuris vulgatis, & non minùs quàm in materiâ neceſſariâ propoſitiones particulares pro univerſalibus ſumemus. Quam ob rem iſti ſyllogiſmi erunt boni. *De proprietate in modo ſecundo.*

Aliquis homo indiget alimento:	*Aliquis homo eſt quantus:*
Petrus eſt homo:	*Aliquod riſibile eſt homo:*
Ergo Petrus indiget alimento.	*Ergo omne riſibile eſt quantum.*

Si verò illam ſumamus primo aut tertio, ſyllogiſmi erunt excluſivi iuxta doctrinam præcedentem. *Primo, tertio,*

Si tandem quarto, quomodocumque formentur ſyllogiſmi, erunt boni, modò pauculæ regulæ quæ ſunt poſitæ proprio loco, ſerventur: quas non debeo impræſentiarùm perſequi, cùm iam ſuperiùs ſint multis exemplis illuſtratæ. *& quarto.*

CMX. POſſumus adhuc novo fulmine armari, & ſecundas intentiones Prædicabilium reſpicere. Proprietatum characteres D. Thomas *1.p.q.75.art 5.* conſiderat, & ſic obiicit contra ſuam ſententiam; *In quocumque inveniuntur proprietates materiæ, ibi invenitur materia: Sed in animâ inveniuntur proprietates materiæ, quæ ſunt ſubiici & transmutari. Subiicitur enim ſcientiæ & virtuti, & mutatur de ignorantiâ ad ſcientiam, & de vitio ad virtutem: Ergo in animâ eſt materia.* Et reſpondeo nomen *Materia* ſupponi aliquando pro re corporeâ, & aliquando pro potentiâ receptivâ, ſpiritualis ſit aut materialis. Admitto ſecundo ſenſu quidquid obiicitur, & nego minorem & conſequentiam primo ſenſu. *Modus argumentandi à proprietatibus. An anima ſit materialis? Materia bifariam accipitur.*

Et 1.p.q.33.art.4. ſic arguit; *Proprium eſt quod uni ſoli convenit. Sed cùm ſint plures ab alio procedentes in divinis, nihil videtur prohibere quin etiam ſint plures ab alio exiſtentes* (id eſt, *geniti*) *Non igitur eſt proprium patri eſſe ingenitum.* Et reſpondeo eſſe falſam minorem. *An in Divinis multæ ſint perſonæ, quæ non procedunt*

NOTA.

De Proprio in primo modo.

FAciliùs doctrina traditur, quàm exempla quæruntur: quæ enim ab aliquibus dantur, ab aliis iure aut iniuriâ reiiciuntur. Oviedus *contr. 6. Logica punct. 5. num 1.* ſtat opinioni communi, & hanc propoſitionem ponit, *Homo eſt muſicus.* aitque eſſe muſicum convenire ſoli homini, non tamen ſemper, nec aliquando omnibus individuis. Hoc ipſum exemplum impugnant aliqui, aſſerentes Angelum etiam eſſe muſicum: contra quos nõ occurrit aliquid quod ſeriò dici poſſit; certum eſt enim omnes naturales ſcientias eſſe in Angelo; unde & Muſica illi eſt concedenda præcipuè, aut Pictorum indignatio incurrenda, qui non aliter cælum pingere ſciunt, quàm ornatum Angelis vario enarmonicorum inſtrumentorũ apparatu ludẽtibus. Sanè ſi Angelus etiam eſt muſicus: nõ ſolus Homo eſt muſicus: & ſi non ſolus, eſſe muſicũ nõ eſt ꝓprietas Hominis in primo modo. Alii exiſtimant ad Muſicam liberum arbitrium *An ſit facile reperire exempla pro quatuor modis proprietatum? An Angeli Muſici ſint. An artes & ſcientiæ*

Digitized by Google

Liberum arbitrium requirant?

riam non requiri, & admiſſo Stoicorum errore libertatem voluntati tollentium, & meram neceſſitatem delirantium, non tolli Muſicam; & hac doctrina præmiſſa producunt aves ſuo concentu & armoniâ humanam induſtriam excedentes. Etiamſi Aves muſicæ ſint, non ſolus Homo muſicus eſt. Si dicas te agere de Muſicâ humanâ & ſic Angelum & Aves excludi; dicam ego moveri eſſe proprium Hominis in primo modo, quoniam ago de motu humano, quo nec ſydera, nec Angeli, nec Aves, nec ullus non homo movetur. Addam & reperiri Aves, quæ modulentur more humano, nimirùm, juxta Aretinum & alios; ſæpè enim Pſittacos has voculas perfectiſſimè intonantes audimus, *Vt, re, mi, fa, ſol, la: La, ſol, fa, mi re, ut:* & in ipſis totam humanam Muſicam conſiſtere manifeſtum eſt.

An Aves ſint Muſicæ?

CMXI. Metaidheo.

Hæc, & ſimilia ſi obijciantur, ſi probentur, imò ſi demonſtrentur, non tangunt Logicum, ſed Phyſicum aut Philoſophum potiùs; ſtat enim Proprij in primo modo Definitio; & ſi Muſica non ſit talis proprietas, quærenda eſt alia, inter creaturis exiſtentibus aut poſſibilibus, quæ in exemplum ponatur.

An differentiæ ſint communes?

Profectò, ſi differentiæ, quæ contrahunt genus & conſtituunt ſpeciem, ſunt ſpeciales, & non communes; hoc eſt, ſi ſunt quales Porphyrius docuit, & Peripatetici exiſtimant, millena occurrent exempla, omniaque ſecuriſſima, quoniam in tali caſu quæcumque differentia erit reſpectu generis proprietas in primo modo; ſic enim hinnibile conveniet Animali, nimirùm ſoli, non tamen neceſſariò nec ſemper (quoniā annihilare poteſt Deus omnes equos) nec omni (quoniam præter hinnibilia, etiam ſunt alia) ſed hanc ipſam doctrinam, qui communes differentias admittunt, non admittunt.

Recurrendum igitur eſt aliò, ut exemplum ponatur; nimirùm ad actus provenientes à principio eſſentiali. Sed ad quos? Diſcurrere, ais, competit ſoli homini, nec tamen ſemper omni, qui enim dormiunt, aut ſunt deliri, non diſcurrunt. At quia nondum probaſti Angelos non diſcurrere, & quia ſunt multi, qui putent etiam dormientem hominem ſine intermiſſione diſcurrere, ſed malè, aut fortè benè; nam poſitis talibus præmiſſis, quas inducit ſpecierum turbatio, optimè inferentur nonnulla, quæ nobis notitiā aliâ prævenientis inconſequētiæ videantur.

An Angeli diſcurrāt? An homines diſcurrant in ſomno? An deliri diſcurrāt?

Ergo, ne extra ordinis intellectualis cancellos egrediamur, ponamus actum liberum voluntatis, & dicamus vix poſſe aliud adduci aptius exemplum, ſoli enim intellectuali ſubſtantiæ convenit operari liberè, non tamen ſemper omni: ſæpè enim operamur neceſſariò. Et fortè poteſt Deus condere aliquam intellectivam, quæ volitiva non ſit: fortè etiam aliquam, quæ intellectiva & volitiva ſit, & tamen libertate omni careat. Sed quid dicemus, ſi volitivam ſubſtantiam creet Deus, quæ intellectiva non ſit? Debebimus negare illam eſſe poſſibilem, aut ſaltem dicere illam, ſi daretur, libero arbitrio carituram: non enim inter lucem & tenebras poſſet eligere, quæ neutrum cognoſceret: quoniam, ſi ſemel daretur ſubſtantia non intellectiva, quæ tamen eſſet liberè volitiva, actus liber non eſſet ſubſtantiæ intellectivæ proprius in primo modo.

Homo non ſemper operatur liberè.

An poſſit creari ſubſtantia intellectiva & non volitiva? An volitiva non intellectiva?

CMXII.

Hæc ſufficiant, ut ab omnibus cognoſcatur, quàm ſit difficile exemplis illuſtrare doctrinā, etiam quando eſt certa & clara, & nulli contradictioni obnoxia. Hinc patet multis tricis ſe exponere, qui à Proprietate in primo modo argumenta deducat. Habeo præ oculis dum hæc ſcribo OCULUM ENOCH ET ELIÆ, librum doctiſſimū & iucundiſſimum: Authore R. P. Antonio Mariâ Schirlæo de Rheita, Ord. Capuccinorum, Amico meo ſpeciali; & quia eumdē laudat Iacobus Meelbaum Iuris utriuſque & Medicinæ Doctor, carmine elegantiſſimo, quod huc pertinere videtur, illud Lectori meo attentè legendum ſubſcribo.

P. Antonij Mariæ Rheitæ laus.

Hactenus in vulgum ſuperi de motibus Orbis
Plurima mendaces diſtribuêre manus.
Et cælos ſibi quiſque novos, ſibi quiſque planetam
Finxit inauditum, Sydereamque facem.
Hinc varia in tantas crevêre volumina moles,
Vt vix cuncta queat ferre gravatus Atlas.
Verum falluntur graviter, falluntque viciſſim,
Inque tenebroſis ſtantque meantque viis.
Qua ratio? pedibus quæ ſunt contermina noſtris,
Cùm penitùs norit nemo, quis illa ſciet?
Nemo ſciet niſi qui limen peragravit Olympi,
Perſecuit ſtabili Zodiacumque gradu.
Aut cui propitio cæleſtis numine pandit
Signa oculus ſupera prodigioſa plagas
Qualem purpureis demiſit nubibus Enoch,
Dignus Olympiacam vivus adire domum
Vnde tibi, Reverende Pater, iubar accidit ingens
Dat radios oculis æthereoſque tuis.
Ergo terrenis ſuperans connexa theatri
Libras ſtelligeri te ſuper axe globi
Ac totus cùm tu ſublimè ſerare per aſtra,
Metiri nemo rectiùs illa poteſt.
Hoc OCVLVS *tibi præſtat Enoch, & ad ardua ducit,*
Ad loca ſunt oculi nempè remota duces.
Vt plures igitur poſſis oculare, deinceps
Haud OCVLVM *latebris occule, at ede tuum.*

Multa & varia, incerta aut falſa ſcripta ſunt hucuſque de cælo.

Sic Meelbaum, cuius ejus ingenioſa carmina ad hunc ſyllogiſmum reduco.

Nemo fruitur ſcientiæ lumine, niſi peragravit olympum, &c.
At tu Antoni Rheita, frueris ſcientiæ lumine:
Ergo tu peragraſti Olympum, &c.

Qui ſyllogiſmus bonus omninò eſt & ſimilis huic;

Nemo eſt homo, niſi ſit animal;
Petrus eſt homo;
Ergo Petrus eſt animal.

& hic concludit benè: & concluderet malè, ſi formaretur ſic:

Nemo eſt homo: niſi ſit animal:
Equus eſt animal:
Ergo equus eſt homo.

Accidit igitur ſoli Humanæ ſpeciei metiri inſtrumentis & tabulis errores ſyderum: at non omni; multi enim non profitentur Aſtronomiam: ſed nec cunctis

Aſtronomis, quoniam inter multos, qui ex orbitant, ſolus Rheita (& pauci alij cum Ipſo, ſi id velit tolerare Meelbaum) perfectè cæleſtia contemplantur.

NOTA.

De Proprio in quarto modo.

CMXIII. *Propriiſſimum quid? Commune quid?* PRoprium in quarto modo ſolet nominari *propriiſſimum*, & eſt, ut dixi, *quod convenit omni, ſoli & ſemper*. Siquod aliquo ex his characteribus caret, eſt commune. Oportet autem animadvertere multa dici ſolere *communia*, quæ propriiſſima; & multa videri *propria*, quæ ſunt communia. Candidum olim, tenaciſſimum virum, cui divitiæ propriiſſimæ (ut putè, quæ totum occupabant hominem; videlicet ſolę, ubique & ſemper) & tamen eſſe communes omnibus Amicis mentientem, *lib. 2. Epigr.* 35. ſic Martialis perſtringit.

Avari volunt prodigi dici, non eſſe.

Πάντα, κοινὰ φίλων. *Agitatio taurorum, quæ hodie in uſu apud Hiſpanos, antiquiſſima eſt.*

Candide Κοινὰ φίλων hæc ſunt tua Candide πάντα,
Quæ tu magniloquus nocte dieque ſonas.
Te Lacedæmonio velat toga lota galeſo,
Vel quam ſepoſito de grege Parma dedit.
At me quæ paſſa eſt furias & cornua tauri,
Noluerit dici quàm pila prima ſuam.
Miſit Agenorida Cadmi tibi terra lacernas;
Non vendes nummis coccina noſtra tribus.
Tu Lybicos Indis ſuſpendis dentibus orbeis,
Fulcitur teſtâ fagina menſa mihi.
Immodici tibi flava tegunt Chryſendeta muli;
Concolor in noſtra Cammaro lance rubet.
Ex opibus tantis veteri fidoque ſodali
Das nihil & dicis Candide Κοινὰ φίλων.

Prodetir libri ejuſdem Epigramm. 10. ſubſcribere.

Eſſe quid hoc dicam, quòd olent tua baſia myrrham, *An ſemper & non ſemper coincidant? Monitio.*
Quodque tibi eſt nunquam non alienus odor?
Hoc mihi ſuſpectum eſt, quòd oles benè Poſthume ſẽper:
Poſthume non benè olet qui benè ſemper olet.

Et hoc duplici docemur Epigrammate non eſſe ſemper communia, non ſemper propria, quæ dicuntur, videnturque. Fallitur ſenſus, mentitur lingua, & Philoſophus præter aures & oculos habet mentem ſenſuum ipſorum iudicem. *Senſus fallaces. Mens ſenſuum Iudex.* Divitias omnes Candidi, communes multis credidiſſet Martialis, ſi auri fideret: fragrantiã Poſthumo propriam dixiſſet, ſi ſtaret ſenſibus. At mente in ſe reducitur, & evidenter infert, Opes Candido non eſſe alienas (hoc eſt, communes Amicis) ſed proprias; ſervientes illi ſoli; ſodales excludentes omnes ubique & ſemper. Et concludentes omnes ubique & ſemper. Et concludit, odorem, quem exhalabat Poſthumus, totus, unus, ſolus, ubique & ſemper, nõ eſſe proprium, ſed alienum. Quæ vel verbulo notare volui; tanta enim hodie eſt politici penicilli fælicitas, ut aliena appingantur ut propria, & ut aliena propria, quando iubet utilitas. *Hodie aliena pinguntur ut propria, propria ut aliena.*

Omnia Propria excludunt & excipiunt: nam Riſibilitas ita eſt hominis propria, ut omnes alias animantes à cenſu Riſibilium excludat: & ita omnes alias eſſe Irriſibiles ſtatuit, ut omnes univerſas excipiat. Ergo poſtquam de ſyllogiſmo egimus Proprio, de Excluſivo & Exceptivo ſumus diſputaturi.

ARTICULUS IX.

De Syllogiſmo Excluſivo.

Cur loco exempli ponitur Virginis conceptio immaculata? An nobis eſſe exemplo poterit quam non valemus imitari? An carere Originali culpâ poſſumus? Si non eſt nobis liberum ſine culpâ conceptas fuiſſe, ut is liberum ſaltem concipere; hoc eſt mentis actus elicere ſine peccato. Id noto ut mea devotioni & veſtræ inſtructioni ſatisfaciam, quod alibi uberius expende.

CMXIV. EGimus iam ſuperiùs de Poſitionibus Excluſivis; nunc de ſyllogiſmis Propriis, qui illis formantur, qualis eſt iſte,

Sola Chriſti Mater caruit peccato originali;
B. Maria eſt Mater Chriſti:
Ergo ſola B. Maria caruit peccato originali.

Et quidem multi ſunt, & notitiâ digniſſimi, quorum fabricandorum artem multi ignorant, nulli tradunt. Summo ſtudio & labore illis ſtudui, & ad Modos ſubſequentes reduxi, quos debitis characteribus diſtinxi, ne meus queat Lector in illorum conformatione errare.

Horum ſyllogiſmorum modi & nomina.

Forma Galeni.	*Figura Ariſtot.*	*Figura ſecunda.*	*Figura tertia.*
YEE.	YYY.	YYY.	YYY.
YOO.	YAI.	YAA.	YAI.
VAE.	YEE.	YII.	YII.
Poſſent	YOO.	YEE.	YOO. *Indir.*
& alij Mo-	VYV.	YOO.	VYV.
di hic con-	VAE.	VAE.	VVY.
formari, ſed	VIO.	VIO.	VAO.
iſtos poſuiſ-	VEA.	VEA.	VIO.
ſe ſufficiat,	VOI.	VOI.	VEA.

Ponitur

Multa poſſunt in hoc genere dici, quæ aliis [illegible]

Ponitur Propoſitio Excluſiva primo loco; quamobrem ſi mutentur præmiſſæ figura Platonica tranſibit in Ariſtotelicam, & contrà: & in ſecundâ & tertiâ duplicabitur modorum numerus.

Et quidem nos iſtis modis excluſivis neceſſariis, aut ſaltem univerſalibus utemur: laboremque reducendi ad regulas excluſivas particulares & contingentes aut relinquemus aliis, aut etiam nobis, ſi olim à curis liberiores fuerimus.

Modorum nomina præſcripſimus, quæ additis nonnullis conſonantibus poteris ad faciliorem pronunciationem reducere: debes tamen cognoſcere ſingulorum characterum valorem, quem dederunt ſuperiùs hi verſus.

Aſſerit A, *negat* E: *ſunt univerſaliter ambæ.*
Aſſerit I, *negat* O: *ſunt particulariter ambæ:*
Aſſerit Y, *negat* V. *ſunt excluſibiliter ambæ.*

quem inferiùs exemplis congruentibus dilucidabimus.

CMXV. Quo modo excluſivæ exponantur?

Propoſitio Excluſiva plures imbibit (ſic ſuperiùs docuimus, cùm egimus de ſecundâ mentis aut linguæ operatione.) quoniam hæc, *Tantùm homo eſt riſibilis*, æquipollet huic, *Inter animalia ſolus homo eſt riſibilis*; & complectitur has, *Homo quidem* (*omnis aut aliquis*; id enim non exprimitur) *eſt animal. Homo* (*omnis aut aliquis*) *eſt riſibilis.* & *Nullum non homo eſt riſibile.* Quando aſſumitur propoſitio excluſiva loco præmiſſæ, tres implicitæ propoſitiones adſumuntur, quarum unica ſola in concluſionem influit. Ponemus claritatis uberioris gratiâ Excluſivam maioris loco, & poſteà mera præmiſſarum commutatione ſyllogiſmorum modos multiplicabimus. Conſidera ſequentes lineas.

FORMA PLATONIS.

Y. *Solus homo eſt animal rationale.*
E. *Nullum animal rationale eſt lapis:*
E. *Ergo nullus homo eſt lapis.*

Y. Solus homo eſt animal rationale:
O. Aliquod animal rationale non eſt album:
O. Ergo aliquis homo non eſt albus.

V. *Solus Deus non eſt creatura;*
A. *Omnis creatura dependet ab alio:*
E. *Ergo nullus Deus dependet ab alio.*
Ergo Deus non dependet ab alio.

PRIMA FIGVRA.

Y. *Solus homo eſt riſibilis:*
Y. *Solum rationale eſt homo.*
Y. *Ergo ſolum rationale eſt riſibile.*

Y. Solus homo eſt Philoſophus:
A. Omne rationale eſt homo.
I. Ergo aliquod rationale eſt Philoſophus.

Y. *Solus homo eſt Grammaticus.*
E. *Nullus equus eſt homo:*
E. *Ergo nullus equus eſt Grammaticus.*

Y. Solus equus eſt hinnibilis:
O. Petrus non eſt equus:
O. Ergo nec eſt hinnibilis.

V. *Sola anima rationalis non moritur.*
Y. *Sola humana eſt rationalis:*
V. *Ergo ſola humana non moritur.*

V. Sola Anima rationalis non eſt materialis;
A. Omnis humana eſt rationalis;
E. Ergo nulla humana eſt materialis.

V. *Sola Anima hominis non eſt corporea.*
I. *Aliqua forma eſt Anima hominis:*
O. *Ergo aliqua forma non eſt corporea.*

V. Sola Anima hominis non eſt corporea.
E. Nulla Anima aloga eſt Anima hominis:
A. Ergo omnis Anima aloga eſt corporea.

V. *Sola Anima humana non eſt materialis:*
O. *Aliqua forma non eſt Anima humana.*
I. *Ergo aliqua forma eſt materialis.*

SECVNDA FIGVRA.

Y. *Solus homo eſt rationalis.*
Y. *Solum riſibile eſt rationale:*
Y. *Ergo ſolum riſibile eſt homo.*

Y. Solus homo eſt rationalis:
A. Omne riſibile eſt rationale.
A. Ergo omne riſibile eſt homo.

Y. *Solus homo eſt rationalis:*
E. *Nullus equus eſt rationalis:*
E. *Ergo nullus equus eſt homo.*

Y. Solus homo eſt rationalis:
O. Aliquod animal non eſt rationale:
O. Ergo aliquod animal non eſt homo.

V. *Inter formas ſola humana non moritur*
A. *Omnis leonina moritur:*
E. *Ergo nulla leonina eſt humana.*

V. Inter formas ſola humana non moritur:
I. Aliqua vivens moritur:
O. Ergo aliqua vivens non eſt humana.

V. *Solus Deus non habet principium:*
E. *Nulla perſona infinita habet principium:*
A. *Ergo omnis perſona infinita eſt Deus.*

V. Solus Deus non dependet,
O. Aliqua ſubſtantia non dependet:
I. Ergo aliqua ſubſtantia eſt Deus.

TERTIA FIGVRA.

Y. *Solus homo eſt rationalis:*
Y. *Solus homo eſt riſibilis.*
Y. *Ergo ſolum riſibile eſt rationale.*

Y. Solus homo eſt rationalis:
A. Omnis homo eſt animal:
I. Ergo aliquod animal eſt rationale.

Y. *Solus homo eſt rationalis:*
I. *Aliquis homo eſt albus:*
I. *Ergo aliquod album eſt rationale.*

Y. Solus homo eſt rationalis:
E. Nullus homo eſt equus:
E. Ergo nullus equus eſt rationalis.

Y. *Solus homo eſt rationalis:*
O. *Aliquis homo non eſt albus:*
OR. *Ergo aliquod rationale non eſt album.*

V. Sola ſpiritualia non ſunt diviſibilia:
Y. Sola ſpiritualia ſunt immaterialia:
V. Ergo ſola immaterialia nō ſunt diviſibilia.

V. *Sola ſpiritualia non ſunt diviſibilia:*
V. *Sola ſpiritualia non ſunt materialia:*
Y. *Ergo ſola materialia ſunt diviſibilia.*

V. Sola ſpiritualia non ſunt diviſibilia:
A.(I.) Omnia (Aliqua) ſpiritualia ſunt Entia realia:
O. Ergo aliqua entia realia non ſunt diviſibilia.

V. *Sola ſpiritualia non ſunt diviſibilia:*
E. *Nulla ſpiritualia ſunt corporea:*
A. *Ergo omnia corporea ſunt diviſibilia.*

CMXVI. PLACET hanc doctrinam aliquot exemplis confirmare; & quia præcipuè ſervire Theologis deſidero, pleraque ex Angelico Doctore diduco.

Occurrit textus ex 1. p. q. 9. art. 2. *Solus Deus immutabilis eſt; quæ autem fecit, quia ex nihilo ſunt, mutabilia ſunt.* Illum ad hanc formam reduco.

Creaturæ ſunt mutabiles, & immutabilis Deus.

Solus Deus eſt immutabilis:
Quæ facta ab ipſo non ſunt Deus:
Ergo quæ facta ab ipſo non ſunt immutabilia.
Ergo ſunt mutabilia.

Eſt in primâ figurâ in modo YEE.

P. Cornelius Curtius Auguſtinianus Cœnobii ad Schurterā Prior, in diſputatione Theologicâ propugnatâ Ingolſtadii XVII. Kalendas Apriles Anno M.DC.XXII. ut veram Eccleſiam internoſcamus ad Hierarchiam confugit, & hanc rationem unicam & efficacem eſſe exiſtimat.

Illa ſola eſt vera Eccleſia Chriſti, quæ habet regiminis formam inſtitutam à Chriſto:
Sed hanc habet Catholica: hanc Lutherana, Calviniana, & cætera nova non habent:
Ergo ſola Catholica eſt vera Eccleſia Chriſti.

Hunc ſyllogiſmum contraxi; illum Curtius uberiùs & luculentiùs ponit: eumdem etiam audiamos. Sic inquit.

Illa eſt vera orthodoxa Dei & Chriſti in terris Eccleſia, in quâ reperitur forma & ratio regiminis à Chriſto Domino in Republicâ ſuâ Chriſtianâ inſtituti, ſicut enim *forma dat eſſe ſpeciem & naturam rei cuique*; ita etiam eam à re quavis aliâ ſeparat ac diſcernit: hæc porrò forma R. P. Chriſtianæ, in eâ quam hoc loco deſcribimus Monarchiâ & Hierarchiâ Eccleſiaſticâ conſiſtit; quâ ad exemplar Angelicæ ac Iudaicæ Reipublicæ Eccleſiā ſuā voluit Chriſtus per unum ſacrorum Principem Petrum Petrique Succeſſorem Romanum Pontificem,

Petrus caput Eccleſiæ.

per Apoſtolos & Apoſtolicos viros Titos, Timotheos Sacerdotes & Epiſcopos, alios ab eo miſſos & cōſtitutos uſque ad mundi finem regi ac gubernari. Matth. 16. *Tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.* Ioann. 21. *Paſce oves meas.* Epheſ. 4. *Dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam verò Prophetas alios verò Evangeliſtas, alios autem Paſtores & Doctores ad conſummationem ſanctorum.* Act. 20. *Attendite vobis & univerſo gregi in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei quam acquiſivit ſanguine ſuo.* Auguſt. ep. 162. *In Eccleſia Romana ſemper Apoſtolicæ Cathedræ viguit principatus.* Ut PP. alios, CC. genus omne teſtium omittamus.

Atqui apud Catholicos & Pontificios *invenitur* hæc forma, hæc hierarchia, quemadmodum & præſentis Eccleſiæ facies ac ſtatus, & omnium retrò ſæculorum, ad ipſum uſque Chriſtum monumenta loquuntur. *Non invenitur apud Lutheranos, Calviniſtas, Anabaptiſtas* apud quos nulli Sacerdotes, nulli Epiſcopi; niſi ſi qui fortè à nobis deſcivere, Princeps ſacrorum nullus: quibus unum & unicum ſtudium pulcherrimā & ornatiſſimam hāc hierarchiā labefactare, convellere: Ergò Apud Catholicos & Pontificios ut ipſorum verbum repetam; Vera & orthodoxa Eccleſia Chriſtiana humiliter & ſtudioſè quærenda & invenienda, non item apud Lutheranos, Calviniſtas, Anabaptiſtas, alios.

Et eſt in primâ figurâ Ariſtotelicâ, in modo YEE.

Ad modū VOI. primæ figuræ Ariſtotelicæ, pertinet hic diſcurſus. *Sola nomina propria nō ſunt communicabilia: ſed hoc nomen, Deus, non eſt nomen propriū, ſed appellativum: quod patet ex hoc, quod habet plurale ſecundū illud pſal. 81 Ego dixi, dij eſtis. Ergo hoc nomen Deus eſt cōmunicabile.* Obiicitur cōtra doctrinam veram à D. Thomā 1. *p. q.* 13. art. 9. Et reſpondeo hoc nomē ſumi propriè & impropriè. Propriè ſumptū ſignificat Cauſam cauſarū, impropriè Dei vicariū & vicem gerentē: & addo primo communicari modo non poſſe, & ſecundo non ſolùm poſſe, ſed ſolere.

An Deus ſit nomen proprium? An communicabile? An nomina propria habeant pluralem? Nomen Deus bifariam ſumitur.

Illa autem verba ejus Doctoris Angelici. *Eius eſt immutare voluntatem, cuius eſt iuſtificare: cùm iuſtitia ſit rectitudo voluntatis. Sed ſolus Deus eſt qui iuſtificat. Ergo unus Angelus non poteſt mutare voluntatem alterius.* reperiuntur 1. *p. quæſt.* 106. *art.* 2. Et debent ad hanc formam reduci.

An Angelus poſſit immutare voluntatem?

Y. *Solus immutat voluntates, qui iuſtificat:*
Y. *Solus Deus iuſtificat:*
Y-Y. *Ergo ſolus Deus immutat voluntates.*
O-* *Sed Angelus non eſt Deus.*
O-* *Ergo Angelus non immutat voluntates.*

De ſyllogiſmus excluſivus.

In quâ duo ſū ſyllogiſmi; prior in modo YYY. ſecundæ figuræ: & in modo YOO. primæ figuræ Ariſtotelicæ poſterior.

Occurrit & unus ſyllogiſmus, in quem tota doctrina D. Thomæ conſpirat: quem, qui benè intelligat, hæreticus eſſe non poſſit.

An unica ſit fides vera? & quæ?

Y-Y- *Illa ſola Fides eſt vera, quæ Catholica, quæ per totum orbem diſperſa:*
I-* *Atqui Fides Romana eſt talis:*
* O- *Atqui Fides Lutherana, Calviniana, &c. non eſt talis.*
I.* *Ergo Fides Romana eſt vera.*
* O. *Ergo Fides Lutherana, Calviniana, &c. non eſt vera.*

Utram-

Digitized by Google

Utramque minorem probant Scripturæ Concilia & Patres.

Hoc ratiocinium pertinet ad ſecundam figuram, & quà concludit aſſertivè eſt in YE: & quà negativè eſt in YOO. Expendo illud in Theologiâ meâ Fundamentali, quod breviter Poëta neſcio quis ad Diſtichâ ſequentia reduxit.

Hæretici clamant: Doctrina credite noſtræ;
Noſtra etenim vera eſt, veſtraque falſa fides.
Nos contrà noſtris: Potius vos credite nobis:
Veſtra etenim falſa eſt, noſtraque vera fides.
Hæc ſancta, hæc una, hæc totum diffuſa per orbem eſt:
Omnibus hæc populis, gentibus atque patet.
Veſtra autem diſcors, varia, & vix cognita paucis,
De quâ quis meritò quærere poſſit, ubi eſt.
Utri ergo parti credendum, fortè rogabis;
Conſule Scripturas, conſulitoque Patres.

Obiectio.

CMXVII. Ut horum ſyllogiſmorum efficaciam meliùs poſſis cognoſcere, producis hæc Angelici etiam Doctoris verba.

Deus eſt æternus: An ne ſolus?

Deus ſolus eſt, qui exordium non habet:
Quidquid autem exordium habet, non eſt æternum:
Solus ergo Deus eſt æternus.

ea deſumpſiſti ex 1. p. q. 10. art. 3. & ut vides ſunt in formâ Galenicâ, & ad modum VEY ſpectanna. At quia hunc modum in noſtris tabulis non reperis, illas eſſe pauperes & inſufficientes affirmas.

An omnes modos Exclusivos poſuerim?

At reſpondeo primò, me non collegiſſe omnes modos, ſed præcipuos, & ſcire alios & alios poſſe addi; putaſſe tamen illos ad hoc arguendi genus demonſtrandum ſufficere.

An Divi Thomæ ſyllogiſmus ſit bonus?

Et reſpondeo ſecundò hunc ipſum D. Thomæ ſyllogiſmum ratione materiæ poſſe admitti, at in materiâ contingente non eſſe bonum. Ut evidenter rem proſpicias, ſuppone omne animal (aut, ſi malis, omne ens creatum) eſſe album, nullum nigrum; & audi me dicentem:

Homo ſolus irrationalitatem non habet:
Quidquid autem irrationalitatem non habet non eſt nigrum:
Solus ergo homo eſt niger.

audi & inſtantem. Conſequentia eſt eadem ac priùs; major & minor veræ ſunt, concluſio falſa: ergo conſequentia non eſt bona. Pono etiam in æternitate exemplum, ut fortiùs urgeam D. Thomam.

Solus homo eſt creatura carentiam rationalitatis non habens:
Quæcumque autem creatura carentiam rationalitatis habens non eſt æterna:
Solus ergo homo eſt æternus.

An Angeli ſint immortales. An cœli corrumpi deſinet. An homines æterni ſint, & quo ſenſu?

Fallit conſequentia; quia à parte poſt (de hac enim æternitate ſolùm agimus) præter hominem, etiam Angeli, & cœli ſuo modo æterni ſunt. Fallit ſecundò, quia ne quidem homo, rigoroſè loquendo, æternus eſt: juxta illud, *Quis eſt homo, & non videbit mortem?* omnes ergo homines ſunt morituri, & quia anima immortalis eſt, & ex ſingulari Dei beneficio ſumus reſurrecturi, poſt univerſalis judicii diem in æternum vivemus.

ARTICULUS X.

De Syllogiſmo Exceptivo.

Poſſem etiā hic deſundi, ſi vellē: interim, ut tandem finem imponam Logicæ, alius hæc uberiùs pertractāda relinquo.

CMXVIII. Exceptivas ſuperiùs Poſitiones expoſui: nunc aſſumo, & ex illis ſyllogiſmos conficio, qui ad claſſem propriorum ſpectent. Sic diſcurro. Si univerſalis exceptiva ponatur primo loco, reſultabunt variæ ſyllogiſmorum formæ, quas inſinuo.

BAM- *Omne animal, excepto homine, eſt irrationale,*
MA- *Omne irrationale habet animam materialem:*
DA. *Ergo omne animal, excepto homine, habet animam materialem:*

CA- Omne animal, excepto homine, eſt irrationale;
ME- Nullum irrationale habet mentem:
NE. Ergo nullum animal, præter hominem, habet mentem:
* *Omne animal, præter omnem hominem, eſt irrationale:*
* *Omne riſibile eſt animal & homo.*
* *Ergo nullum riſibile eſt irrationale*, hoc eſt:
CE- Nullus homo eſt irrationalis:
* Tametſi cætera animalia ſint irrationalia:
* Omne riſibile eſt animal: & etiam
LA- Omne riſibile eſt homo:
REN. Ergo nullum riſibile eſt irrationale.

In hoc

In hoc ultimo exemplo vidiſti Exceptivam æquivalere multis, quarum non omnes, ſed una tantùm in conſequentiam plerumque influit. Sit igitur hæc generalis Regula. *Vide quot, quales, & quæ ſunt propoſitiones, quas imbibit poſita maioris loco Propoſitio exponibilis, & ſumptâ unâ & ſubſumptâ alterâ ratiocinium efforma.* Verbigratiâ. Si hæc exceptiva detur, videlicet: *Omne animal, excepto omni homine, eſt irrationale*, dabuntur etiam iſtæ: *Omnis homo eſt rationalis, Omne non-homo eſt irrationale*, quæ poſſent diverſis ſyllogiſmis ſervire. Pono exemplum.

Exceptiva multas includit poſitiones.

Omne animal, præter hominem, caret mente:
Petrus eſt homo:
Igitur Petrus non caret mente. VEL CLARIÙS,

FE-Nullus homo caret mente, & tamen
* Omnis homo eſt animal; &
* Omne animal; quod non eſt homo, mente caret:
RI-Petrus eſt homo:
O. Igitur Petrus non caret mente; AUT ALITER.

Omne animal, præter hominem, caret mente;
Equus eſt animal & tamen non eſt homo:
Ergo equus caret mente. VEL CLARIÙS:

* Nullus homo caret mente: & tamen
* Omnis homo eſt animal: &
DA-Omne animal, quod non eſt homo, mente caret:
RI- Equus eſt animal, quod non eſt homo:
I. Ergo equus eſt animal, quod mente caret. AUT TANDEM:

Omne animal, præter hominem, mente caret;
Petrus eſt homo:
Igitur Petrus eſt animal. VEL CLARIÙS:

* Nullus homo caret mente:
DA-Omnis homo eſt animal: &
* Omne animal, quod non eſt homo, mente caret:
RI- Atqui Petrus eſt homo:
I. Petrus igitur eſt animal.

Nihiladdo. Vidiſti ab eadem majori tres ſuboriri conſequentias: quia cùm tres ipſi imbibat propoſitiones, minore additâ determinatur, ut unius potiùs quàm alterius virtute concurrat.

CMXIX. EXempla occurrunt apud authores varia, quæ non juvat colligere, volumus enim brevitati ſtudere, & paucioribus eſſe contenti.

Scandala vitanda ſunt, etiã cum rerũ terrenarũ iactura.

Chriſtus apud Marcum, cap. 9. verſ. 41. ſic inquit. *Quiſquis ſcandalizaverit unum ex his puſillis credentibus in me, bonum eſt ei magis, ſi circumdaretur molâ aſinariâ collo eius & in mare mitteretur. Et ſi ſcandalizaverit te manus tua, abſcinde illam, bonum eſt tibi debilem introire in vitam, quàm duas manus habentem ire in gehennam, ignem inextinguibilem..... Et ſi pes tuus te ſcandalizat, amputa illum: bonum eſt tibi claudum introire in vitam æternam, quàm duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis..... Quod ſi oculus tuus ſcandalizat te, eiice eum: bonum eſt tibi luſcum introire in regnum Dei quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.* Hæc legit relegitque Joannes Owenus, & cùm videt pedem poſſe excidi, manum præſcindi, oculum effodi, & tamen non licere caput deijci, ad Regum majorem gloriam ſecuritatemque ſic ſcribit:

An Rex, ſi tyrannus ſit, occidi poſſit?

Si manus offendat te dextra, abſcindito dextram:
Offendat ſi pes abiice, Chriſtus ait.
Corpus in errorem dexter ſi ducat ocellus,
Ipſe oculus peccans effodiendus erit.
Quælibet abſcindi pars corporis ægra iubetur,
Excipiunt Medici Theologique caput.

Et paucis verbis hunc ſyllogiſmum complectitur.

Reſpublica eſt corpus myſticum. Eius membra.

Quodcumque membrum quod noceat, excidi debet, præter caput:
Divites ſunt pedes, quibus promovetur Reſpublica:
Exercitus ſunt manus quibus ipſa defenditur:
Docti ſunt oculi quibus ipſi proſpicitur:
Rex eſt caput, cui ſubſunt omnia membra.
Ergo ſi noceant Divites proſcribi poterunt; ſi Milites exauthorari; ſi Doctores, deponi.
Ergo ſi noceat Rex, patienter tolerandus erit.

Sic Owenus acutè, ſed non verè. Certum eſt enim Regem, qui in Rempublicam peccat no poſſe privatâ authoritate interimi; & tamen certum eſt poſſe Rempublicam cum modera-

Omnis homo, ſeu reale, ſeu myſticum.

mine

ſeu publicam, ſeu privatā ſuppoſuit defendendum cum moderamine inculpatæ tutelæ.

mine inculpatæ tutelæ ſe defendere etiam occidendo invaſorem; non enim tori eſt negandum Reipublicæ, quod à Deo & legibus cuicumque aut ſutori aut ſartori aut etiam viliſſimo homini, ſi invadatur, conceditur.

Syllogiſmus etiam exceptivos claudant ſequentia Carmina.

Owenus in Append. 1.

Præter virtutem, nihil immortale tenemus;
Mens manet & virtus: cætera mortis erunt.

Ovidius.

Cætera ſi pereant, famam ſervare memento:
Quâ tantùm amiſsâ poſteà nullus eris.

Gen. 14. 21

Rex Abraha victus, victori talia dixit:
Da mihi tantùm animas, cætera tolle tibi.

Multi occurrunt in Angelici Doctoris operibus: hos paucos exſcribo. *1. p. quæſt. 41. art. 2.* ſic arguit. *Nihil magis eſt voluntarium quàm amor: ſed Spiritus ſanctus procedit à Patre & Filio* (tantùm) *ut amor: Ergo procedit voluntariè.* Et reſpondeo, Proceſſionem voluntariam poſſe duobus modis intelligi, nam & dicitur *voluntarium*, quod liberum, & quod producitur per voluntatem. Fateor Spiritum ſanctum procedere voluntariè ultimo modo, ſed non primo.

An Spiritus ſancti proceſſio ſit voluntaria?

CMXX. Progredior *ad quæſtionem 43. art. 4.* ubi S. Doctor ſic objicit: *Quidquid convenit alicui perſonæ, convenit omnibus, præter notiones & perſonas: ſed miſſio non ſignificat aliquam perſonam, neque etiam notionem, cùm ſint tantùm quinque notiones, ut ſuprà dictum eſt. Ergo cuilibet perſonæ divinæ convenit mitti.* Et reſpondeo negando minorem: quia mitti eſt tali modo produci.

An omnes perſonæ mittantur? Quot ſint notiones? Quid ſit mitti?

Idem Doctor Angelicus *1. p. q. 50. art. 1.* ſic arguit. *Nihil movetur, niſi corpus, ut probatur in 6. Phyſ. ſed Damaſ. dicit ibidem, quòd Angelus eſt ſubſtantia intellectualis ſemper mobilis: Angelus ergo eſt ſubſtantia corporea.* Et breviter reſpondeo negando primam propoſitionem.

An ſola corpora moveantur? An Angeli corporei ſint?

Et ibidem *quæſt. 88. art. 2.* ſic inſit; *Illa ſola cauſa per ſuos effectus comprehendi non poteſt, quæ in infinitum diſtat à ſuis effectibus: Hoc autem ſolius Dei eſt proprium. Ergo aliæ ſubſtantiæ immateriales creatæ intelligi poſſunt à nobis per res materiales.* Et puto majorem in utramque partem diſputari; quoniam ſunt qui ideò beatis negent omnium creaturarum poſſibilium notitiam, quòd exiſtiment illos, ſi omnes illas cognoſcerent, eſſe comprehenſuros Deum. Puto minorem etiam poſſe ad tribunal vocari; quia, ſi daretur creatura non operativa, per effectus comprehendi non poſſet: & tamen eam eſſe impoſſibilem, quis demonſtrabit?

An Deus ſit incomprehenſibilis? An omnes creaturæ comprehenſibiles? An beati videant omnes creaturas poſſibiles in Deo? An omnis creatura operativa ſit?

Hæc de Deo; ſubmitto ad creaturas oculos, & audio D. Thomam *eiuſdem 1. partis quæſt. 89. art. 4.* ſic objicientem. *Nulla potentia cognoſcitiva remanet in anima ſeparata niſi intellectus. Sed intellectus non eſt cognoſcitivus ſingularium. Ergo anima ſeparata ſingularia non cognoſcit.* Quam ego objectionem diſſolvo negando abſolutè minorem, & quæ Peripatetici dicunt, aut non dicunt, non moror.

Singularia cognoſcuntur ab intellectu, Item ab anima ſeparata.

Voluntas Intellectui eſt adnexa; Ergo videamus quid contra ejuſdem operationes ſupernaturales objiciatur. Sic habet S. Doctor *1. p. q. 62. art. 2.* *Ad ea tantùm videmur indigere auxilio, quæ ſunt difficilia. ſed converti ad Deum non erat difficile Angelo, cùm nihil eſſet in eo quod huic converſioni repugnaret. Ergo Angelus non indiguit auxilio gratiæ ad hoc quod converteretur ad Deum.* Et reſpōdeo, ſicut viſio eſt actus viſivæ potentiæ, ita etiam contritionem eſſe actum charitatis. Unde infero, tam poſſe amari Deum ſupernaturaliter ab impio, quàm videri colorem à cœco. Cœcus videre poterit, ſi Deus aperiat ejus corporeos oculos; poterit impius converti, ſi incorporeos, auxilia ſufficientia ad operandum miniſtrando.

An cõverti poſſit impius ſine gratia?

PArticula *Niſi* exceptiva etiam eſt: & quia ſpecialiter in univerſalibus negativis reperitur, poſtulare videtur, ut ejus ſyllogiſticum uſum uno aut altero exemplo illuſtremus. CMXXI.

Sit primum è Phyſicâ Senſibili ſumptum. Quanti enim debeat ſenſuum notitia fieri, ex Philoſophorū teſtimoniis, & experientiâ quotidianâ colligitur. Dicūt Peripatetici, *Nihil eſt in intellectu, quod non fuit prius in ſenſu.* Et etiā, *Senſu bus deficiente, deficit ſcientia.* Et etiam Lucretius *libr. 1.*

An ſenſibus credendum ſit?

Invenies primis à ſenſibus eſſe creatam
Notitiam veri, neque ſenſus poſſe refelli;
Qui niſi ſunt veri, ratio quoque falſa ſit omnis.

Hinc iſte ſyllogiſmus diducitur.

I. *Niſi ſenſus ſint veri, ratio eſt falſa:*
At ratio non eſt falſa:
Ergo ſenſus ſunt veri.

Utra ex duabus iſtis formis ſit bona?

Et etiam diducitur iſte;

II. *Niſi ſenſus ſint veri, ratio eſt falſa:*
At ſenſus ſunt veri:
Ergo ratio non eſt falſa.

Et tu, quoniam amas Dialecticā, uter ſit bonus, & benè concludat, inquiris. Reſpondeo nullo alio poſſe meliùs modo innoteſcere veritatem, quàm alios ſimiles conformando. Sic inquam, juxta formam primam.

Niſi Petrus ſit animal, erit non homo;
At Petrus non eſt non homo:
Ergo Petrus eſt animal.

Prior eſt bona.

Niſi ſit claritas, erit Solis abſentia:
At non eſt Solis abſentia:
Ergo eſt claritas.

Niſi ſit motus, erit non turſus:
Atqui non eſt non turſus:
Ergo eſt motus.

Omnes conſequentiæ ſunt bonæ, ac ideò primam formā utilem & bonam putamus. Igitur periclitemur ſecundam, & quantum ipſa valeat, aut non valeat videamus.

Niſi equus ſit animal, erit non homo,
At equus eſt animal:
Ergo equus non eſt homo.

Mala poſterior.

Niſi ſit claritas, erit Solis abſentia,
At eſt claritas:
Ergo non eſt Solis abſentia.

Niſi

Niſi ſit motus, erit non curſus:
Atqui eſt motus:
Ergo non eſt non curſus

Pronuncio has omnes conſequentias malas eſſe, & idcircò formam ſecundam, juxta quam conſtructæ ſunt, condemno: quoniam malæ ſunt omnes iſtæ illationes,

Eſt animal, ergo eſt homo.
Eſt claritas, ergo adeſt Sol.
Eſt motus, ergo & curſus.

nam Equus eſt animal, non tamen homo. Ignis claritas, Solis præſentiam nunquam infert, nam ſub mediam poteſt noctem haberi. Et tandem ex motu non infertur curſus, quia lapſus eſt motus, & non curſus: &c. *Prima igitur forma bona erat; ſecunda mala.*

An Martyres ab hominibus calcari poſſint

Hâc eâdem particulâ *Niſi* utendo alii, alii abutendo, frequentiſſimè dialecticantur. S. Auguſtinus *libr. 1. de ſerm. Domini in monte. cap. 6. tom. 4.* explicat caput quo totum Matthæi, & illa Evangeliſtæ verba, *Si ſal evanuerit, ad nihilum valet ultra, niſi ut mittatur foras & conculcetur ab hominibus:* iſto commentario dilucidat. *Ergo ad nihilum valet ſal infatuatum, niſi ut mittatur foras & calcetur ab hominibus, Non itaque calcetur ab hominibus, qui patitur perſequutionem, ſed qui perſequutionem timendo infatuatur. Balcari enim non poteſt, niſi inferior. Sed inferior non eſt, qui quamvis corpore multa in terra ſuſtineat, corde tamen fixus in cælo eſt.* Et quia Dialecticum rigorem amas, deſideras videre iſtam periodum ad ſyllogiſticam formam reductam. Et ego, ut tibi ſerviam, ſequentes propoſitiones ſcribo.

Y. Y. *Omnis & ſolus inferior calcari poteſt:*
I. *. *Qui patitur infatuato animo, eſt inferior:*
* O. *Qui autem conſtanti, non eſt inferior:*
I. * *Ergo ille calcari poteſt:*
* O. *Ergo iſte non poteſt.*

Quæ duos ſyllogiſmos involvunt, quos proderit clariùs & diſtinctiùs reſcribere. Primus eſt.

Bar- *Omnis inferior calcari poteſt:*
ba- *Omnis qui infatuato animo patitur, eſt inferior.*
ra. *Ergo calcari poteſt.*

Secundus verò.

Met- *Nullus qui non eſt inferior, calcari poteſt:*
ce- *Nullus, qui conſtanti patitur animo, eſt inferior:*
dem. *Ergo nullus qui conſtanti patitur animo, calcari poteſt.*

Vide Harum in Logica laborem primum.

ille eſt elimatus in *Barbara*, modo Ariſtotelico: iſte in *Mercedem* modo infinito (utetque modus pertinet ad primam figuram.)

ARTICULUS XI.

De Syllogiſmo Accidentali.

CMXXIII. Ultimum Prædicabile contingens & accidentale eſt: & ad illud ſpectat *Quantitas, Qualitas, Relatio, Duratio, Actio, Paſſio, Ubi, Situs, Habere.* Quantitas parit *Polylogiſmum*; Qualitas *Syllogiſmum Rhetoricum.* Relatio *Comparativos*, inter quos ille celebrior, qui à fortiori. Actio & Paſſio parturit *Activo-Paſſivos.* Ubi, Situs & Habere proferunt *Sympatheticos.* Addam *Syllogiſmos exleges*, qui eò nobiliores, quò obſcurioribus regulis ſunt conformati.

Quæ prædicata ad ultimum prædicabile ſpectent?

Multi ſunt Syllogiſmi ex D. Thomæ theſauris eruti, quibus alias Logicæ partes polio & orno: qui omnes huc revocari poſſunt, ſed quia ibi poſſunt facilè reperiri, non eſt cur vel repetantur, vel reponantur; vel deponantur.

Hîc obiter notare volo in ſyllogiſmo accidentali nihil neceſſarium eſſe poſſe: quæ enim e conſtantiæ muro eſſe poterit, qui ineſt fundamento fragili & inconſtanti. Hanc ob tem vim conſequentiæ doceo ſummam infallibilitatem, & nullam neceſſitatem inferre: conſequens enim in materiâ accidentali illatum, contingenter eſt, ſed tamen eſt: aliter ſe habere poteſt, ſed non ſe habet aliter, & quòd non ſe habeat aliter, infallibile eſt.

De conſequentia infallibilitate & neceſſitate.

Hæc eſt veritas, quam Majores noſtri inexaminatam reliquerunt, neceſſitatem cum infallibilitate confundentes; quæ Theologis ſummè prodeſſe poterit, nam Prædeſtinatio, Decreta, Libertas, ita componi debent, ut ſumma ſit actuum humanorum infallibilitas & certitudo, nulla neceſſitas.

Divina Scientia & voluntatis & humana libertatis compoſitio

ARTICULUS XII.

De Polylogiſmo.

MMXLIV.

Quid illa ſit

EST Polylogiſmus plurium antecedentium coacervatio, & ſimplicis conſequentiæ diductio. Singula antecedentia binis propoſitionibus conſtare debent, quarum eædem ſint extremitates, diverſum medium; & omnia in modis, qui eādem concluſionem dicant. Poſſunt & ſolent omnia antecedentia formari in eodem modo, nonnunquam in diverſo, ſed ejuſdem Figuræ; & aliquando in diverſa Figura.

POlylogiſmo utuntur Rhetores, utuntur Poëtæ, Scholaſtici rariùs. Pono exempla.

Exemplū in forma Platonicā.

* * Bam- *Omnis homo eſt animal:*
* * ma- Et *omne animal eſt ſubſtantia.*
* Bam- * *Omnis homo eſt ſenſibilis:*
* ma- * Et *omne ſenſibile eſt ſubſtantia.*
Bam- * * *Omnis homo eſt vivens:*
ma- * * Et *omne vivens eſt ſubſtantia.*
da. *da.* da. *Ergo omnis homo eſt ſubſtantia.*

Eſt Polylogiſmus in *Bammada*, modo Platonico, quem Ariſtotelicum facies merâ præmiſſarum commutatione.

Ejuſdem inverſio mutāndo.

BAR- *Omne animal eſt ſubſtantia:*
BA- Et *omnis homo eſt animal:*
Bar- *Omne ſenſibile eſt ſubſtantia:*
ba- Et *omnis homo eſt ſenſibilis.*
BAR- *Omne vivens eſt ſubſtantia:*
BA- Et *omnis homo eſt vivens.*
ra. *Ergo omnis homo eſt ſubſtantia.*

In utroque Polylogiſmo vides tria antecedentia, quodlibet ſufficiens, ut conſequentiam illam inferat, quam omnes ſimul. Extremitates ſemper ſunt eædem, ſed media ſolummodò mutantur. Huc pertinent hæc cujuſdam junioris Philoſophi diſticha, in modo *Dimagni* formata.

Carent pietate Milites.

Et miles Princeps. Et ſunt, qui caſtra ſequuntur
Infidi; Mavors nam pietate caret.

Divites,

Et locuples Princeps, aurum qui congerit, urbem
Exſpoliat: quoniam Dis pietate caret.

Litigioſi,

Litibus armiſonis turbas homineſque Deoſque,
Nec mirum audes, tu; lis pietate caret.

& Ignavi.

Et fato & ſorti rerum committis habenas.
Conſilio illud eget, Sors pietate caret.
Ergo novos licèt uſque Deos vetereſque Latino
Proponas populo, ut pietate cares.

Ovidius 1. Triſtium Elegiâ 1. polylogiſmo in *Baroco* formato ſuorum carminum tenuitatem excuſat. Sic inquit.

Muſa ſummo tranquillitatē indiget.

Carmina proveniunt animo deducta ſereno:
Nubila ſunt ſubitis tempora noſtra malis.
Carmina ſeceſſum ſcribentis & otia quærunt,
Me mare, me venti, me fera iactat hyems.
Carminibus metus omnis abeſt, ego perditus enſem
Haſurum jugulo jam puto jamque meo.

Hæc quoque quæ facio, judex mirabitur æquus
Scriptaque cum venia qualiacumque leget.

Quas periodos ad hanc formam Dialecticus rigor reducit.

hoc eſt, loco quieto & libero; nec non animo ſereno & æquali.

BA- *Quicunque velit componere carmina, debet habere tranquillum animum*
Ro- *Et ego tranquillum non habeo.*
Ba- *Debet eſſe in loco ſemoto & libero;*
ro- *Et ego in tali non ſum.*
BA- *Debet carere omni timore:*
Ro- *Et ego timore non careo.*
co. *Ergo vix, aut ne vix quidem ego poſſum illa componere,*

Conſequentia moralis, quæ nō omninò eſt negativa.

Volo hanc ipſam argumentandi formam exemplis divinis illuſtrare. Lucæ 18.12. *Duo homines aſcenderunt in templum ut orarent; unus Phariſæus & alter Publicanus. Phariſæus ſtans hæc apud ſe orabat. Deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominum raptores, injuſti, adulteri: velut etiam hic publicanus: jejuno bis in Sabbatho: decimas do omnium quæ poſſideo. Et Publicanus à longè ſtans, nolebat nec oculos ad cælum levare. ſed percutiebat pectus ſuum, dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori. Dico vobis: deſcendit hic juſtificatus in domum ſuam ab illo (præ illo) Quia omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur; & qui ſe humiliat, exaltabitur.*

Oratio hypocrita valdè glorioſa

Oratio hominis pænitentis.

Hâc prævențus hiſtoriâ ad caput 7. ejuſdem Evangelii regredior; & occurrit alter Phariſæus; & cum eo mulier quædam vel publica vel publicana. Invitatur à Phariſæo Dominus, & vix menſæ accubuerat, cùm fœmina quæ erat in civitate peccatrix; afferens alabaſtrum unguenti; ſtetit retrò ſecus pedes Chriſti, cepitque illos lachrymis rigare, & ſuis capillis tergere. Diſplicent omnia Phariſæo; non enim amabat aut pietatem, aut Chriſtum. Illum monet & inſtruit Dominus, & hæc verba ſubjungit. *Vides hanc mulierem? Intravi in domum tuam: aquam pedibus meis non dediſti, hæc autem lachrymis rigavit pedes meos, & capillis ſuis terſit. Oſculum mihi non dediſti hæc autem ex quo intravit, non ceſſavit oſculari pedes meos. Oleo caput meum non unxiſti, hæc autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. Cui autem minùs dimittitur, minùs diligit. Dixit autem ad illam; Remittuntur tibi peccata tua.* Lego attentè contextum, & è prioribus verbis Phariſæi hunc Polylogiſmum efformo.

Magdalena.

Bona malis diſplicent.

BA- *Cæteri homines ſunt fures, prædones, raptores:*
Ro- *Et ego aliena nec capio, nec deſidero.*
Ba- *Cæteri ſunt laſcivi & adulteri;*
ro- *Et ego non ſum talis, ſed caſtus, modeſtus, continens.*
BA- *Cæteri commeſſantur & inebriantur:*
Ro- *Non autem ego, qui ieiuno, &c.*
co. *Ergo ego non ſum ſicut cæteri homines.*

CMXXV. Ex poſterioribus Chriſti alium Polylogiſmum omninò diverſum eruo, & ut Ars meliùs cognoſcatur, adſcribo.

* DA- *Omnis, qui ſe ſuperbè exaltat humiliabitur:* &
DA- * *Omnis, qui ſe humiliat exaltabitur.*
* DA *Omnis, qui Chriſtum negligit, indignus eſt miſericordiâ:* &
DA- * *Omnis, qui eum diligit, veniam peccatorum adquirit.*
* RI- *At tu es ſuperbus, qui aquam pedibus meis non dediſti;*
ri- * *Et iſta eſt humilis, quæ lachrymis abluit pedes meos;*
* RI *Tu es negligens, qui unguentum capiti non miniſtraſti;*
ri- * *Et hæc diligens, quæ prætioſiſſimo inunxit pedes meos.*
* RI- *Tu es inurbanus, qui mihi oſculum pacis non dediſti.*
ri- * *Et hæc eſt urbana & benigna, non enim ceſſat exoſculari pedes meos.*
* I. *Ergo tu humiliaberis.*
i. * *Et illa exaltabitur.*
* I. *Ergo tu indignus es miſericordiâ.*
i. * *Et illa veniam peccatorum adquiret.*

Eâdem arte & ingenio (nam & eodem ſpiritu) ſcriptus eſt ille Polylogiſmus D. Pauli. (1. Cor. 4. b.) *Spectaculum facti ſumus mundo, & angelis & hominibus. Nos ſtulti propter Chriſtum, vos autem prudentes in Chriſto (in Chriſtum.) Nos infirmi, vos autem fortes. Vos nobiles; nos autem ignobiles. Vſque in hanc horam & eſurimus & ſitimus, & nudi ſumus & colaphis cædimur, & inſtabiles ſumus, & laboramus operantes manibus noſtris. Maledicimur & benedicimus. Perſecutionem patimur & ſuſtinemus. Blaſphemamur & obſecramus. Tanquam purgamenta huius mundi facti ſumus omnium peripſema uſq; adhuc. Non ut confundam vos hæc ſcribo, ſed ut filios meos chariſſimos moneo, in Chriſto Ieſu Domino noſtro.* Quibus videtur verbis iſtud ratiocinium conficere.

Περίψημα Scobs, ramentū, & quidquid limando deteritur. Sumitur hic in bonā partem pro quinta eſſentia; nā aliàs non eſſet gloria Paulo, & Corinthiis confuſioni eum fuiſſe omnium peripſema uſque adhuc.

DI- *Nos virtualiter ſtulti, illa quæ maximè ſcimus, ſponte ignoramus propter Chriſtum:*
CTA *Vos Mundani eſtis ſcioli, & quæ maximè ignoratis, ſcire ponitis, ut procedatis contra Chriſtum.*
Di- *Nos infirmi, debiles, faciles;*
cta- *Vos Mundani, fortes, duri difficiles.*
DI- *Nos humiles, deſpecti, ignobiles:*
CTA- *Vos Mundani ſuperbi, honorati & elati.*
Di- *Nos eſurimus, ſitimus, nudi ſumus, ſudore vultûs noſtri victum & amictum lucramur, nec habemus locum proprium, ubi caput reclinare poſſimus.*
cta- *Vos Mundani commeſſamini, inebriamini, pretioſis indumentis utimini; ſudore (ne dicam ſanguine) alieno victitatis, & fundos immenſos poſſidetis.*
DI- *Nos benedicimus oramuſque:*
CTA- *Vos maledicitis, blaſphematis, &c.*
TOR. *Ergo nos non ſumus mundani, vobis ſimiles; ſed potiùs Mundi peripſemata, ramenta, lymata.*

Eſt Polylogiſmus repugnans, in ſecundæ figuræ modo *Dictator* fabricatus.

Major relucet Ars, cùm duæ præmittuntur Majores, ſubduntur duæ Minores & duæ inde Conſequentiæ in diverſis modis aut etiam figuris inferuntur. Pono exemplum.

* DA *Omnis Peccator ſub Deo iuſto punietur:* &
Fe- * *Nullus innocens condemnabitur.*
* RI- *Ego David ſum peccator:* &
ri- * *Populus eſt innocens:*
* I. *Ergo ego puniendus ſum,* &
o. * *Populus non condemnabitur.*

Iuſtitia nullū ſcelerarum coronat, nullum que ſanctum punit.

Aut fallor, aut hic ipſe dilogiſmus continetur his verbis. *Dixitque David ad Dominum, cùm vidiſſet Angelum cædentem populum. Ego ſum, qui peccavi: ego qui iniquè egi: iſti, qui oves ſunt, quid fecerunt? Vertatur, obſecro, manus tua contra me, & contra domum patris mei.* 2. Regum 24. c.

Hâc eâdem arte componitur iſte diſcurſus.

* FRI- *Tua carmina habent rem,*
Do- * *Et tamen non habent nomen.*
* MES *Cæterorum non habent rem.*
mac- * *Et nihilominus habent nomen.*
* * *Ergo cæterorum carmina non ſunt ſicut tua.*
cor. OR. *Ergo & tua non ſunt ſicut cætera.*

In multis Poëtis nihil reperitur niſi verba.

quem Owenus libr. 1. Epigramm. 34. claudit hoc diſtico.

Carmina non ſine re tua ſunt, ſine nomine quamquam:
Scriptores alii re ſine nomen habent.

Et in hoc Diſtico (eſt libr. 2. Epigramm. 65. cui *Nec temerè, nec timidè* inſcribitur.)

Omnia deſpero prudenter, & omnia ſpera
Fortiter ut careas omnia, nil metuas.

Amor omnia deſperare poſſit, qui omnia ſperat.

Iſtum Dilogiſmum invenio.

* DA- *Qui omnia deſperat, cautus eſt,* &
Fe- * *Qui omnia ſperat, non eſt timidus.*
* RI- *Tu omnia deſperas;* &
ri- * *Tu omnia ſperas.*
* I. *Ergo tu es cautus,*
o * *& non timidus.*

Et paulò inferiùs Epigramm. 79.

Tu credis nulli, omnes Tibi Firmice credunt:
Omnibus Aule ſoles credere, nemo tibi

Illi, qui omnibus credit, nemo credit.

ſi materiam reſpiciam, me docet multa neceſſariò falſa & incredibilia dicturum, qui citò & cuicumque crediderit: ſi formam, iſtum dilogiſmum pauciſſimis verbis contineri.

* DA- *Omnes credunt illi, qui nulli credit:*
Fe- * *Nullus credit illi, qui omnibus credit:*
* RI *At Firmicus credit nulli:*
ri- * *Aulus omnibus:*

* I. Ergo

* I. *Ergo Firmico omnes credunt,*
o. * *Aulo non credunt.*

Vitium eſt nulli credere. vitiũ credere omnibus, Sunt duo ſyllogiſmi, qui implicantur obliquis, & poſſunt facillimè evolvi. Sed nec putarem eſſe cautelam nulli credere; tametſi,

Credendo falſis diſcas non credere veris:
Spes deſperantem te tua falſa facit.

Huc pertinet illud Triſtichum.

Amor eſt ſervitus.

* BAM- *Quiſquis amat ſervit;*
Bam- * *Dominatur, quiſquis amatur.*
* MA- *Qui ſervit patitur,*
ma- * *Qui dominatur agit.* Ergo
* DA. *Quiſquis amat patitur;*
da. * *Quiſquis amatur agit.*

Placet & tantiſper alterare Oweni carmen, ut fortiùs & ſecuriùs concludat. Iſte enim trilogiſmus.

Triformis Medicus: Divinus, Angelicus, Diabolicus.

* * DA- *Omnis, qui dicit ſalutem, eſt homo.*
* Da- * *Omnis qui illam dat eſt Deus:* &
Da * * *Omnis qui petit pecuniam eſt Dæmon:*
* * RI- *At Medicus dicit ſalutem;*
* ri- * *Dat dictam:*
ri- * * *Et pecunias pro ſuo labore poſtulat:*
* * I. *Ergo Medicus eſt homo,*
* i. * *Ergo eſt Deus:*
i. * * *Ergo & ſimul etiam Dæmon.*

quem hoc Epigramma, cui *Æſculapio triſonti* nomen, complectitur.

Intrantis Medici facies tres eſſe videntur
Ægrotanti; Hominis, Dæmonis atque Dei.
Quamprimum acceſſit Medicus, dixitque ſalutem:
Ecce homo qui infirmis ſubvenit, *ager ait.*
Cùm morbum medicina fugat, Deus ecce, *reclamat.*
Præmia cum Medicus poſtulat, Ecce Satan.

CMXXVI. Hunc eundẽ conceptũ propoſuit anno 1629. die 9. Novembr. Ingolſtadii P. Chriſtianus Bauman S.I. in Diſputatione de fælicitate & miſeriâ Animæ ſeparatæ. quæſt. 3. num. 3. dicens, *Chirurgum triplicem habere faciem: Angelicam cùm conſulitur: Divinam, cùm iuvat: ſed cum ſalarium poſcit Diabolicam. Tymp. in conviv. Ex his tamen ſpectatoribus decipitur ultimus, nam dum oculo ille & animo ingratiſſimo Diabolum videt, non Medicum aut Chirurgum, ſed ſeipſum videt.*

Taxata ingratitudo, & merito.

Arma Owenus Cupidinis (arcum, calamos) libr. 3. ad Henricum Epigr. 75. ſic explicat.

Nudus amor cur offenſivis utitur armis,
Non defenſivis? Omnia vincit amor.

Sic ego ad Dialecticam formam reduco.

* DA- *Qui omnia vincit offenſivis,*
Fe- * *Et non defenſivis armis utitur:*
ri- RI- *At omnia vincit amor:*
* I. *Ergo offenſivis ipſe,*
o. * *Et non defenſivis armis utitur.*

Minor eſt utrique ſyllogiſmo communis.

In Paradoxo ſecundo Cicero probaturus Virtutis Beatitudinem comitem, ait. [Nec verò, cuius virtus moreſque laudandi ſunt, eius non laudanda vita eſt: neque porrò fugienda vita eſt quæ laudanda eſt. Eſſet autem fugienda, ſi eſſet miſera. Quam ob rem, quidquid eſſet laudabile, idem & beatum & florens & expetendum videri debet.] Ubi video ietticariſſimam argumentationem, quam poſſis ad hanc formam reducere.

Virtus & Beatitudo ſocia.

* * Ca- *Omnis vita inſtructa laudandis moribus, laudanda eſt:*
Ce- * [illegible] *Nulla vita laudanda eſt fugienda:*
* Ce- *Ergo nulla vita inſtructa laudandis moribus eſt fugienda.*
la- ſa- * *At omnis miſera eſt fugienda:*
* res. * *Ergo nulla vita inſtructa laudandis moribus eſt miſera.*
res. * * *Ergo nihil laudabile eſt miſerum.*
* * Bam- *Ergo omne laudabile eſt non miſerum.*
* * ma- *Omne non miſerum eſt beatum.*
* * da. *Ergo omne laudabile eſt beatum.*

Quando hæc ſcribo, utor Cicerone impreſſo Coloniæ Agrippinæ anno 1571. & Annotationum Author (Deſiderius Eraſmus Rhoterodamenſis) omnes illas propoſitiones ad iſtum Soritem reducit.

Cuius mores laudantur, & vita laudanda eſt:
Cuius vita laudatur, fugienda non eſt
Cuius vita fugienda non eſt, ea miſera eſſe non poteſt:
Ergo cuius mores laudantur, is miſer eſſe non poteſt.

Sic infert ille. Inferrem ego. *Igitur cuius mores laudantur, eiuſdem vita miſera eſſe non poteſt*; & dicerem præcedentem Soritem eſſe malum, quoniam in ſimili formâ ex præmiſſis veris conſequens diducitur falſum. Sic reſcribo.

An homo ſit immortalis?

Animalis, cuius actus ſunt liberi, forma immaterialis eſt:
Cuius immaterialis forma eſt, ſpiritualis eſt:
Cuius ſpiritualis eſt, immortalis eſt:
Ergo Animal, cuius actus ſunt liberi, immortale eſt.

Conſequens eſt falſum: nam Rationale Animal (de hoc enim verificantur præmiſſæ) mortale eſt. Ergo inferri debuerat; *Animalis, cuius actus ſunt liberi, forma immortalis eſt.*

ARTICVLVS XIII.

De Syllogiſmo Rhetorico.

CMXXVII NEſcio cur Rhetoricus hic dici debeat; Nomenclatorẽ ad tribunal non provoco, ſed ſto cõmuni Lexico, & rem expono, & hũc eumdem ſyllogiſmum ad Qualitatem reduco, quẽ tu poteris ad Quantitatem referre, ſi velis. Quinque, inquam, ille Propoſitionibus componitur, Maiore & Probatione Maioris; Minore & eius Probatione, & Conſequentiâ. Poſſet componi ſeptem aut pluribus propoſitionibus, ſi vel utraque aut altera præmiſſa binis probationibus confirmaretur, vel Probatio ipſa fulciretur Confirmatione. Si aliqua præmiſſa videatur non indigere probatione, aut nuda ponitur, aut aliquo Conſectario veſtitur. Exempla multa, non ſolùm apud Oratores, ſed & apud Scholaſticos extant. *Nomẽclat de nomine. Aliquid de compoſitione.*

SAnderſonus in Dialecticæ libt. 3. cap. 7. ex Cicerone iſtud producit.

Maior. *Melius accurantur, quæ conſilio geruntur, quàm quæ ſine conſilio adminiſtrantur:*

Maioris probatio prima. *Domus ea, quæ ratione regitur, omnibus inſtructior eſt rebus; quàm quæ temerè & nullo conſilio adminiſtratur. Rurſum. Navis optimè curſum conficit ea, quæ ſcientiſſimo gubernatore utitur: eadem eſt exercitûs & cæterorum ratio.* *Secunda.*

Minor. *Nihil autem omnium rerum meliùs quàm omnis mundus adminiſtratur:*

Minoris probatio. *Nam & ſignorum ortus obituſq; definitum quendam ordinem ſervant; & diurna noctaque viciſſitudines immutata perſtant;*

Conſequentia. *Conſilio igitur mundus adminiſtratur.*

An hic ſyllogiſmus ad Logicã vocalem pertineat? Hic diſcurrendi modus ad Dialecticam Vocalem aut etiam Mentalem non pertinet; non enim ſic diſcurrimus aut argumẽtamur: at Scriptores illo utuntur, & tam frequenter, ut exempla proponere res minùs neceſſaria videatur. Producã nihilominùs unum aut alterum ex D. Thomà, ut ſcribendi modus à modo loquendi diſtinguatur. Ipſe S. Doctor 1. p. q. 9. art. 2. aſſerit ſolum Deum eſſe immutabile; & ſibi obiicit:

Maior. *Omne quod movetur, movetur propter aliquẽ finem:*

Eius probatio. *Quod enim iam pervenit ad ultimũ finem, nõ movetur:*

Minor. *Sed quædam creaturæ iam venerunt ad ultimum finẽ;*

Eius probatio. *Sicut omnes beati:*

Conſequentia. *Ergo aliquæ creaturæ ſunt immobiles.*

Angeli ſunt mobiles. Reſpondetque quòd Angeli boni ſupra immutabilitatem eſſendi, quę cõpetit eis ſecundũ naturã, & immutabilitatẽ electionis, quæ cõpetit eis ex divinâ virtute, habent mutabilitatẽ loci.

Et quæſtionis 10. art. 6. ſibi ſic obiicit:

Maior. *Ea, quæ non dependent ab invicem, non videntur habere unam menſuram durationis;*

Eius probatio. *Propter hoc enim omnium temporalium videtur eſſe unum tempus, quia omnium motuum quodammodo eſt cauſa primus motus, qui primo tempore menſuratur:*

Minor. *Sed ævitervia non dependent ab invicem:*

Quia unus Angelus non eſt cauſa alterius:

Conſequentia. *Non ergo eſt unum ævum tantùm.*

An ſit unicum tẽpus? An & unicum ævum? Reſpondetque, quod adhoc quod aliqua mẽſurentur per aliquod unũ, nõ requiritur, q illud ſit cauſa omniũ eorum, ſed quod ſit ſimplicius.

Et 1. p. q. 19. art. 3. Deum habere liberrimum arbitrium aſſerit, & tamen ſibi obiicit:

Maior. *Quidquid eſt Deo naturale, eſt neceſſarium.*

Eius probatio. *Quia Deus eſt per ſe neceſſe eſſe, & principium omnis neceſſitatis:*

Minor. *Sed naturale eſt ei velle quidquid vult:*

Eius probatio. *Quia in Deo nihil poteſt eſſe præter naturam, ut dicitur in Metaphyſicis.*

Concluſio. *Ergo quidquid vult, ex neceſſitate vult.*

CMXXVIII. *Divina libertas exponitur, defenditurque.* Reſponderique debet naturale ſumi poſſe bifariam, nimirum, aut pro eo quod eſt connaturale, hoc eſt, non violentum, & pro eo quod eſt neceſſarium. Dicimus volitionem divinam eſſe naturalem primo modo; & veniendo ad ſecundum, aſſerimus eam eſſe neceſſariã entitativè, & liberam terminativè: nam ſicut corpori v.g. eſt neceſſarium eſſe, non verò in tali loco eſſe; ſic volitioni divinæ eſt neceſſarium eſſe, at liberum tale obiectum attingere.

Et 1. p. q. 19. art. 8. contra ſuam concluſionem hunc ſyllogiſmum efformat.

Maior. *Omnis cauſa, quæ non poteſt impediri, ex neceſſitate ſuum effectum producit:*

Eius probatio. *Quia natura ſemper idem operatur, niſi aliquid impediat, ut dicitur in 2. Phyſic.*

Minor. *Sed voluntas Dei non poteſt impediri;*

Eius probatio. *Dicit enim Apoſtolus ad Roman. 9. Voluntati eius quis reſiſtit?*

Concluſio. *Ergo voluntas Dei imponit volitis neceſſitatem.*

Voluntatis divinæ & humanæ libertatis concordia. An poſſit aliquis divinæ voluntati reſiſtere? Reſpondeo, videri in maiori nõ ſolùm humanam, ſed & divinam etiam negari libertatẽ. Addo hunc totũ diſcurſum corruere, ſi ad ſcientiã mediam recurramus. Subiungo nõ poſſe reſiſti voluntati divinæ etiã in Thomiſtarũ ſententiã ſi dicatur Deus decreto infallibili ſuo velle ut Petrus liberè det eleëmoſynã; Petrus omninò illã dabit liberè; & hoc erit ſecũdũ illud: & poterit illã non dare; & hoc etiã erit ſecundũ illud, qui potiùs decreto divino reſiſteret, ſi neceſſariò eam daret. Stat igitur, ideò non imponi rebus volitis neceſſitatem, quia voluntas Dei eſt irreſiſtibilis; quia ſi imponeretur neceſſitas voluntati humanæ, fruſtraretur divina volens ut liberè operemur.

De reformatione Clericorũ. ¶ Hanc eandem diſcurrendi formulam videntur ob oculos habuiſſe Patres, qui Tridenti Concilium celebrarunt: inquiunt enim;

Maior. *Nihil eſt, quod alios magis ad pietatem & Dei cultum aſſiduè inſtruat, quam eorum Vita & exemplum, qui ſe divino myſterio dedicarunt:*

Cum

Probatio Maioris. *Cùm enim à rebus ſæculi in altiorem ſublati locum conſpiciantur; in eos tanquam in ſpeculum reliqui oculos conijciũt, ex iiſq; ſumũt quod imitentur.*
Maior. *Quapropter ſic decet omninò Clericos, in ſortem Domini vocatos, vitas moreſque ſuos omnes componere; ut habitu, geſtu, inceſſu, ſermone, aliiſque omnibus rebus, nil niſi grave, moderatum ac religione plenum præ ſe ferant.*
Levia etiam delicta, quæ in ipſis maxima eſſent, effugiãt; ut eorum actiones cunctis afferãt venerationẽ. *Corollarium Minoris.*
Cũ igitur, quo maiore in Eccleſiâ Dei & utilitate & ornamẽto hæc ſunt; ita etiã diligẽtiùs ſunt obſervãda. *Concluſio.*

ARTICULUS XIV.

De Syllogiſmo à fortiori.

CMXXIX. CVm conced.tur quod maius eſt, optimè inferri poterit id quod minus, ſi iſtud minus ſit maioris pars: nam aliàs claudicat hæc argumentatio, & præcipuè in materiâ liberâ. In duo membra dividitur; aliàs enim à maiori ad minus, & aliàs à minori ad maius proceditur. Valent hæc argumenta. *Notetur accuratè hæc doctrina.*

Potuit interimere decem:	*Non poteſt interimere quinque*
Ergo & quinque.	*Ergo nec decem.*
Valuit ſufferre centum pondera:	*Non valet ſufferre nonaginta pondera:*
Ergo & nonaginta.	*Ergo nec centum.*
Poteſt favere ſingulis;	*Non poteſt vel uni favere:*
Ergo & Franciſco.	*Ergo nec multis.*

Conſequẽtia bona.

Poſtulo ut illud minus ſit maioris pars, nec aliàs ullam ſecuritatem in hoc modo diſcurrendi reperio. Hæc exempla iudicanda produco.

Plus eſt abſolvere à peccatis, quàm à pœnâ capitis:
Sed ſacerdos ultimâ ſententia condemnatos à peccatis abſolvit. *Conſequẽtia mala.*
Ergo etiam à capitis pœna.
Minus eſt dare pauperi argentum aurum-ve, quàm claudo pedes: *Act. 3. 2.*
At Petrus non poterat dare argentum aut aurum claudo illi mendico, qui apud ſpecioſam templi portam ſedebat:
Ergo nec pedes potuit.
Plus eſt aqua producere gratiam, quàm ignem:
At nullus Chriſtianus ignem poteſt:
Ergo nec gratiam.
At omnis aquæ fuſione & verborum prolatione conferre ſacramentalem baptiſmi gratiam poteſt:
Ergo & ignem.

Stet igitur primo debere omnes circumſtantias maioris & minoris eſſe pares: quoniam, ſi fuerint impares, nihil concluditur. Tametſi enim plus ſit elevare decẽ libras, quàm unam ſi illæ decem ſint hîc, & illa una Conſtantinopoli, has omnes elevare potero, illam non potero. *Stet ſecundò*, illud minus debere eſſe partem alterius; quod exempla præmiſſa confirmant. *Stet tertiò* materiam liberam maiore circumſpectione egere: non enim hic ſyllogiſmus, *Qui poteſt maius, aliquando minus non poteſt.*

Petrus legavit Ioanni centum aureos,
At ego Petro eram charior, familiarior, munificentior; &c. eram pauperior, dignior, utiliorque;
Ergo à fortiori mihi legavit alios centum.

Conſideratur optimè materia libera, eſt enim periculoſa.

Conceditur maior, minorque, & negatur Concluſio; nam ubi materia eſt libera, non quæritur ratio volunt.ntis.

CMXXX. ARgumenta à fortiori deſumpta, ſæpè reperiuntur in libris ſacris, ſæpè in profanis etiam: exempla nonnulla produco.

A maiori argumentatur Paulus. *Quid ergo dicemus ad hæc? ait, ſi Deus pro nobis, quis cõtra nos? Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit: ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quo modo non etiam cum illo omnia nobis donavit?* [maximè cùm Chriſtus ſit Deus, & per conſequens nõ ſolùm Πᾶν, ſed & Πᾶν, hoc eſt, Omne] *Quis accuſabit adverſus electos Dei? Deus, qui iuſtificat, quis eſt, qui condemnet?* Nam ſi Deus, qui Optimus & Maxim⁹ eſt, nobis favet, reliqui minores cur obniti ſe auderent? Si Deus quod maximũ eſt, dedit, cur minima vellet negare? Si Deus, q ſeveriſſim⁹ eſt, abſolvit, quis nos condẽnare præſumeret? A minori ad maius procedit David pſal. 146. nã ſi Deus rerũ minimarũ habet curã, cur hominẽ principe creaturarum negligeret? Sic aſſumit. *Qui dat iumẽtis eſcam ipſorũ, & pullis corvorum invocantibus eũ.* Infertq; primò,

Rom. 8. 32. *Deus, qui dedit filiũ, omnia alia dabit.* *Deus eſt Πᾶν & Πᾶν hoc eſt, omne.*

Quem Deus abſolvit, nemo poterit condemnare.

Spei humanæ fundamenta.

ERGO *non in fortitudine equi voluntatem*, (voluptatem) *habebit; nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.* Et ſecundò, ERGO *beneplacitum eſt Domino ſuper miſericordiâ ejus.* Fortiùs & clariùs hanc arguendi formam aſſumit Chriſtus, Matthæi 10.29. dicens: *Nonne duo paſſeres aſſe veniunt, & unus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro? Veſtri autem capilli capitis omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere; multis paſſeribus meliores eſtis vos.* Et Lucæ 12.6. *Nonne quinque paſſeres veneunt dipondio, & unus ex illis non eſt in oblivione coram Deo? Sed & capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere; multis paſſeribus pluris eſtis vos.*

Patria, Mater communis, major quàm naturalis fieri debet.

Sed & profani Authores hoc ſuo modo argumentandi delectati. Cicero 1. Catil. ſic colligit. *Potior Parentibus eſt Patria: At ſi ad illorum ſecuritatem & quietem abſentia tua requireretur, dubio procul recederes: Ergo à fortiore debebis recedere, ubi agitur de quiete Patriæ.* Hæc eſt Ciceronis mens: pono verba. *Si te parentes timerent, atque odiſſent tui, neque illos ullâ ratione placare poſſes, ut opinor, ab eorum oculis aliquo concederes: nunc te patria (quæ communis eſt omnium noſtrorum parens) odit ac metuit & jamdiu nihil de te judicat, niſi de parricidio ſuo cogitare: hujus tu neque authoritatem verebere? neque judicium ſequêre? nec vim pertimeſces?* Hîc nonnihil hærere deberent aliqui Theologi, qui ob gravem Parentum neceſſitatem Religioſum poſſe exire docent, & negant in neceſſitate à Patriâ poſſe aſſumi ſuperiore inconſulto aut invito.

An Religioſi egredi poſſint ob neceſſitatem parentum? An Religioſus à Patriâ aſſumi & promoveri ad ſæculares dignitates poſſit?

Hac eadem arte Ovidius 1. Rem. diſcurrit, & majoris faciendum eſſe animum, minoris corpus ſupponit, & ſic ait:

Anima plus valet quàm corpus.

Vt corpus redimas ferrum patieris & ignes,
Arida, nec ſitiens ora levabis aquâ:
Vt valeas animo quicquam tolerare negabis?
At pretium pars hæc corpore majus habet.

Etiam à fortiore Philippi S... beatitudinem probat Owenus libr. 2. Epig. 29

Hic quod eſt minus, eſt majoris pars.

Qui ſcribenda facit, ſcribit ve legenda beatus
Ille beatior eſt qui utrumque facit.
Digna legi ſcribis facis & digniſſima ſcribi:
Scripta probant doctum te, tua facta probum.

CMXXXI Tandem Theologi, qui ſummum rigorem affectant, hoc modo nonnunquam utuntur. Et ex ipſis S. Thomas 1. *p. quæſt.* 19. *art.* 9. ſic inquit. *Sed contra eſt quod dicit Auguſt. in libr. 83 quæſt. nullo ſapiente homine auctore fit homo deterior. Eſt autem Deus omni ſapiente homine præſtantior, multò igitur minus Deo auctore fit aliquis deterior: illo autem auctore fit aliquid quod fit illo volente. Non ergo volente Deo fit homo deterior. Conſtat autem, quòd quolibet malo fit aliquis deterior. Ergo Deus non vult mala.* Et hîc vellem benè intelligere, quî hæc ipſa vera ſint, & tamen hominem Deus ad materiale peccati prædeterminat; quod aſſerunt multi Thomiſtæ.

An Deus velit mala? An ad materiale peccati prædeterminet?

Poſſem multa ex aliis teſtimonia congerere; ſed quia libentiùs lego (& legitis) hunc Angelicum Virum, adhuc ex ipſo aliqua exempla huc transferam, ut poſitam doctrinam firmē. Ipſe. 1. *p. q.* 41. *art* 6. ſic obiicit: *Deus Pater eſt potentior ad generandū, quàm pater creatus: Sed unus homo poteſt generare plures filios. Ergo & Deus, præcipuè cùm potentia patris uno filio generato non diminuatur.* Et reſpondet ideò hominē multos habere filios, quia eſt imperfectus & imperfectè generat; nam ſi totum ipſe ſemen in primi Filij generatione decideret, non generaret alterum. Pater divinus totam eſſentiam unigenito ſuo communicavit, nec habet quid communicare poſſet ſecundo filio, & ideò ſecundum non habet.

An ſine in Divinis plures filij? Cur Pater æternus plures filios non habeat?

Et 1. *p. quæſt.* 51. *art.* 1. proponit rationes illorum, qui Angelos eſſe formas phyſicas cælorū, aut etiam aliorum corporum exiſtimant; & inter alias hanc præcipuè; videlicet. *Perfectior eſt vita in Angelis, quàm in Animabus: ſed Anima non ſolùm vivit, ſed etiam vivificat corpus: Ergo Angeli vivificant corpora naturaliter ſibi unita.* Et ego iuxta noſtra principia concedo majorem & minorem, & nihilominùs nego conſequentiam: nō enim omnia quæ inferior & ignobilior poteſt, poterit etiam ſuperior & præſtantior: & ut millena exempla omittam, nobilior eſt Viſus Auditu, & tamen audire non poteſt; nobilior eſt Ignis Aquâ, & tamen frigus producere non poteſt.

An Angeli ſint cælorū aut aliorum corporum formæ? Sæpe nobilior nequit facere, quæ ignobilior poteſt. Viſus non poteſt audire, nec ignis frigefacere.

Et quæſtione ſequente art. 2. ſic infit. *Videtur quòd Angelus poſſit eſſe in pluribus locis ſimul. Angelus enim non eſt minoris virtutis quàm anima: ſed anima eſt ſimul in pluribus locis, quia eſt tota in quâlibet parte corporis, ut Auguſt. dicit. Ergo Angelus poteſt eſſe in in pluribus locis ſimul.* Non video inferendi neceſſitatem; admitto tamen conſequens, licet conſequentia non placeat: nam ſicut Anima eſt in multis locis, ita & Angelus: illa enim non eſt in multis diſtantibus, ſed in multis inadæquatis unum adæquatum conſtituentibus, hoc eſt, in uno ſpacio diviſibili; & ita etiam Angelus, & omnes ſpirituales creaturæ.

An Angelus & Anima ſint in in pluribus locis ſimul? Admitto conſequens, & nego conſequentiam. An Angelus ſit in loco diviſibili?

CMXXXII Etiam in ſequenti Argumento, concedo cōſequens, & conſequentiam aliis examinandam relinquo. *Quidquid poteſt inferior virtus poteſt virtus ſuperior. Sed intellectus humanus, qui eſt ordine naturæ infra intellectum Angeli poteſt cognoſcere res materiales. Ergo multò fortiùs intellectus Angeli.* Ita S. Doctor in 1. *p. quæſt* 57. *art* 1. Et ut exiſtimo major falſa eſt. Virtus enim ſuperior eſt Fides ſupernaturalis, ſuperior eſt Charitas: inferior eſt Fides naturalis & Voluntas; & tamen Fides naturalis, poteſt inniti humano teſtimonio, quod Fides ſupernaturalis non poteſt: & humana voluntas poteſt amare malum, aut indifferens, quod non poteſt Charitas, quæ eſt voluntas ſupernaturalis.

Angeli & Anima materialia cognoſcūt. Fides divina non innititur humano teſtimonio. Charitas non poteſt ſiſtere in creaturâ, ſed debet ordinari ad Deum.

Paulò pòſt *quæſt* 58. *art.* 3. ſic obiicit. *Quidquid poteſt virtus inferior, poteſt virtus ſuperior; ſed intellectus humanus poteſt ſyllogizare: & in effectibus cauſas cognoſcere, ſecundum quæ diſcurſus attenditur: Ergo intellectus Angeli, qui ſuperior eſt ordine naturæ, multò magis hoc poteſt.* Primòque reſpondeo negando majorem. Secundò condonando majorem, & concedendo minorem, ad ſummorū mētem conſequentiam negabo; quia ſyllogizare non eſt facere, ſed deficere: ideò enim homo ſucceſſivè cognoſcit, & unum ex altero infert, quia omnia illa ſimul non intuetur, quod facit Angelus. Tertiò reſpondeo me neſcire cur Angeli diſcurrere, & unum deducere ex alio non valeant: nam tametſi futura naturalia intuitivè cognoſcant; libera tamen non niſi per conjecturas & probabi-

An Angeli forment ſyllogiſmos? Quid ſit diſcurrere?

les

An homo magis intelligere poſſit, ſi minùs intelligibile intelligat?

Quæſtione 89. art. 3. ſimili methodo procedit: *Qui intelligit magis intelligibile*, ait, *multò magis poteſt intelligere minùs intelligibile. Sed anima ſeparata intelligit ſubſtantias ſeparatas, quæ ſunt maxima intelligibilium: Ergo multò magis poteſt intelligibilia minùs.* Neſcio cur debeat major præmiſſa admitti? imò è contrario dicerem, eum qui minùs intelligibilia & difficiliora intelligeret, faciliora & magis intelligibilia intelligere poſſe. Sed eſto vera maior. Quid inde? Eſto poſſit cognoſcere. An ne cognoſcit? De potentiâ ad actum in materiâ hâc obſcurâ, cõtingenti, & q̃ à libertâ Dei voluntate depẽdet, conſequẽtia nõ valet.

An potentiâ ad actũ affirmativè non proceditur.

Et tandem *quæſt.* 110 *art.* 2. ſic urget; *Quidquid poteſt virtus inferior, poteſt virtus ſuperior. Sed virtus Angeli eſt ſuperior quàm materia corporalis: corpus autem ſuâ virtute poteſt tranſmutare materiam corporalem ad formam aliquam, ſicut patet cùm ignis generat ignem: ergo multò fortiùs virtute ſuâ Angeli poſſunt materiam corporalem tranſmutare ad aliquam formam.* Majorem illam ſæpè poſitam etiam ſæpè negavi & nego. Unde licet Angelica virtus ſuperior dicatur aut negetur, nihil concluditur. Neceſſariò debemus dicere eam eſſe ſuperiorem quoad omnia: nam virtus intellectiva nobiliſſima eſt, & tamen ad producendum calorem, ignis multò potentior eſt: imo intellectus humanus ad hunc effectum impotens & improportionatus eſt.

An Angeli poſſint formas materiales producere?

Intellectus humanus nobilior eſt igne & tamen calorem non generat.

A FORTIORI Oratores multò liberiùs ſolent argumentari; quia nonnulla tolerari ſolent in ſuggeſtu, quæ non tolerantur in cathedrâ, ut enim ait Hiſpanus, *el pulpito no quiere poſte.* Et quidem hic perſuadendi modus erga populum potentiſſimus eſt, omnes enim vim rationis *à maiori* aut etiã *minori* procedentis percipiunt, & utrùm ſit in diſtantiâ aliquod diſcrimen pauci ſciunt. Pono aliquod Oratorium exemplũ.

Concionatorum libertas.

CMXXXIII. S. Ioannes Chryſoſtomus *homil.* 2. *in Matthæũ poſt init.* Sic oſtendit hominibus concedi ſupernaturalem gratiam, quâ in Dei filios cooptentur. *Vides ab ipſa ſtatim principio*, ait, *quàm lata ſint hæc nuntia. Quòd ſi ambigis de his, quæ ad tuum ſpectant honorem, ab iis quæ illius ſunt, etiam tua diſce credere. Quantum enim conſequi poteſt humana ratio, multò eſt difficilius Deum hominem fieri, quàm hominem in Dei filium conſecrari. Cùm ergo audieris, quia filius Dei, filius ſit & David & Abrahæ, dubitare iam deſine, quòd & tu, qui filius es Adæ, futurus ſis filius Dei. Non enim ſemetipſum humiliaſſet, niſi nos exaltaturus. Natus eſt enim ſecundum carnem, ut tu naſcereris ſpiritu: natus eſt ex muliere, ut tu deſineres filius eſſe mulieris.*

David gratiam adoptivam à fortiori probatur.

Cur filius Dei fuerit humiliatus, natus, paſſus, & c.?

Hanc periodum relego, & *dico primò*, Sancti Patris ſententiâ Chriſtum pro omnibus natũ, paſſum, mortuum; quod non obſtante definitione Tridentini Concilij hodie nonnulli negant, & volunt audire Catholici. *Dico ſecundò*, falſum eſſe omnes homines eſſe filios Dei adoptivos: quia univerſi infideles, & inter fideles omnes illi, qui ſunt in peccato mortali, carent iuſtificante gratiâ, ſine quâ non dicitur homo Dei filius. *Dico tertiò* hoc argumentum à maiori ad minus, quod format citatus Chryſoſtomus, non eſſe evidens, nam poteſt millenis inſtantiis elidi: poſſent enim in ſimili formâ argumentari Independentes (hæretici ſunt recenter nati in Angliâ) & dicere. *Quantum poteſt conſequi humana ratio, difficilius eſt Deum hominem fieri quàm hominem ab omni humano præcepta per divinam diſpenſationem liberari. At conſtat id, quod difficilius, eſſe factum: ergo & id, quod facilius, eſt præſtitum. Cùm ergo audieris, quia filius Dei, filius ſit & David & Abrahæ, dubitare iam deſine quòd & tibi conceſſa ſit legum humanarum immunitas, & ſis independentiâ & evangelii â libertate donatus.* Poſſent alij aliter argumentari. Poſſent Iudæi è contrà à minori ad maius negativè argumentum urgere, & dicere: *Difficilius omninò eſt Deum hominem fieri, quàm te Regem; at tu nondum es ad Regiam dignitatem promotus: ergo nondum Verbum caro factum eſt; & nondum habitavit in nobis.*

Anne Chriſtus ſit pro omnibus natus & mortuus?

An omnes ſint adoptivi Dei filij?

An ſit evidens Argumentum Chryſoſtomi?

An homines ſint independentes?

An Chriſtus venerit?

Ergo, Candide Lector, hinc intellige, quàm ſobriè debeas in ſcholis argumenta *à maiori*, aut etiam *à minori* proponere; poſſunt enim elidi mille modis; & apriora creduntur, quando nõ ſervatur rigor Logicus, nec aliquis reſpondere debet. Unde Hiſpanus, qui multa Concionatoribus indulget, quæ Scholaſticis inhibet, conſultò, ut paulo ante dicebamus, inculcat; *El pulpito no quiere poſte.* ad litteram, *ſuggeſtus concionatorius non requirit columnam*; & alludit ad nobilium Academicarum mores, in quibus poſt lectionem Profeſſor in columnario ante gymnaſium remanet, & columnæ hærens, diſcipulorum turbâ cingitur, & ſingula iubetur exponere, probare & propugnare: quâ lege Concionatores & Oratores non tenentur.

Argumentatoris & Concionatoris diſcrimen.

ARTICVLVS XV.

De Syllogiſmo Activo-Paßivo.

CMXXXIV. REduci ad vocum æquipollentiam debet, & dum deviare videtur à rigore Dialectico, & accedere ad colorem Rhetoricum, fortiter & pulchrè concludit. Conſidera ſyllogiſmos ſequentes.

Vocis Activæ & Paſſivæ æquipollentia.

Mundus eſt conditus in tempore:
Quod in tẽpore cõditũ eſt, ab æterno nõ eſt.
Ergo Mundus ab æterno non eſt.

Mundum Deus produxit in tempore:
Sed quod productum eſt in tempore ab æterno nõ eſt:
Ergo Mũdus ab æterno nõ eſt.

Primus eſt in *Camene*, & ſecundus ſolâ maioris Activo-Paſſivâ converſione ad eumdem reducitur. Hinc eſt multos ſyllogiſmos Veterum Authorum eſſe bonos, qui primâ fronte veræ ignaris Dialecticæ irregulares viderentur.

Dæmones ſemper ſunt naturaliter boni & ante lapſum erant etiam boni ſupernaturaliter.

Divus Thomas in 1. part. q. 63. art. 5. ſic inquit. *Geneſ. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona. Inter ea autem erant etiam Dæmones: Ergo & Dæmones aliquando fuerunt boni.* Qui ſyllogiſmus bonus & legitimus erit, ſi ſola major ex activâ in paſſivam mutetur: nimirùm, ſi dicamus.

DA- *Omnia facta à Deo fuerunt bona:*
RI- *Dæmones fuerunt facti à Deo:*
I. *Ergo fuerunt boni.*

quæ concluſio ſolet intelligi de bonitate gratiæ; ſed hanc non puto à præmiſſis inferri, quia hæc bonitas non inerat omni creaturæ: debet ergo intelligi de bonitate naturæ; quæ modò, licet enervata & impedita, reperitur in Dæmone. [Interim etiam Dæmon fuit in gratiâ conditus: hoc non negamus: ſed dicimus ex datis præmiſſis non inferri.]

ARTICVLVS XVI.

De Syllogiſmo ſympathetico.

CMXXXV. Ἀντιπάθειαν & συμπάθειαν cognoſcunt Naturales Philoſophi, ſunt enim effectus innumeri, qui aliter explicari non poſſunt, quàm ad hæc ſecreta Principia recurrendo. Cognoſcunt illas Ethici & Politici: reperitur enim non rarò antipathia etiam inter honeſtos mores. Cognoſcunt etiam illas Poëtæ, & inter ipſos Marius Victorinus de Orthographiâ & Carminum ratione libr. III. pag. 138. de Metris per ſympathiam & antipathiam coniunctis diſſerit. Quam obrem, non videbitur mirum, ſi in Dialecticâ aliqui ſyllogiſmi Propoſitionum ſympathiæ, aut etiam antipathiæ innitantur. Nam iſti termini linea AB, linea CD, & EF ſunt realiter diſtincti, nec poſſunt ſyllogiſmum inire, ſi debeant regulari hoc Principio, *Quæ ſunt eadem uni tertio, ſunt eadem inter ſe*: nec poſſunt commodè, ſi debeant iſtis: videlicet, *Dici de omni & Dici de nullo.* Conſidera ſequentes ſyllogiſmos.

An ſympathia à Philoſophis admitti debeat? An à Poëtis? An à Rhetoribus? An à Dialecticis?



Linea AB eſt minor, quàm linea CD: — *Quantitas.*
Atqui linea CD eſt minor, quam linea EF:
Ergo linea AB eſt minor, quàm linea EF.

Divitiæ pepererunt audaciam: — *Actio.*
Audacia inobedientiam:
Ergo tandem divitiæ inobedientiam.

Ivi Pragâ Viennam: — *Motus localis. Vbi.*
Viennâ vero Linzium:
Ergo Pragâ ivi Linzium.

In hoc genere ſyllogiſmorum magna cautelâ uti debemus, & conſequentiam talem inferre, quæ ſubiectum, ut plurimum particulare (nam erit obnoxium errori; ſi ſemper univerſale ſit) connectat cum prædicato immediatè aut mediatè.

CMXXXVI. Ut clarè videas, non ſemper antipatiam in ſyllogiſmis inveniri, aut ſaltem non ſemper efficacem, ſubiungere volo aliqua exempla habentia diſparem certitudinem & veritatem.

Puto non contemnendos eſſe excurſus cōparativos, quos in quatuor claſſes diſtribuo: aliæ enim res, (inter quas fit collatio) ſe excedūt prioritate, aliæ nobilitate; aliæ celſitudine; & aliæ authoritate. Exēplis univerſa dilucido.

Ordo ætatis.

Petrus eſt ſenior Ambroſio;
Ambroſius Auguſtino:
Auguſtinus Benedicto:
Benedictus Roberto:
Robertus Bernardo:
Ergo & Petrus Bernardo.

Ordo dignitatis.

Digniores ſunt Imperatores Regibus:
Reges Principibus:
Principes Ducibus:
Duces Marchionibus:
Marchiones Comitibus;
Ergo & Imperatores Comitibus.

Ordo loci

Baſis eſt inferior columnâ;
Columna capitello:
Capitellum coronide;
Ergo baſis eſt inferior coronide.

Hinc

Hinc occaſione ſumptâ diſcurrebat neſcio qui Architectus,& ajebat:

Fundamentum eſt in terra:
Baſis in fundamento:
Columna in baſi:
Capitellum in columna:
Coronis in Capitello:
Ergo capitellum eſt in terra.

quæ quidem conſequentia,quis agitur de inexiſtentiâ mediatâ , vera eſt. Non aliâ methodo Juſtus Lipſius in D.Virginis Aſpricollenſis cap.4. ait enim:

Lipſius.

Nec tamen quercum illam (nemo cenſeat) ob ipſam:
Sed in ea ſtatuam:
In ſtatua Divam(Deiparam ſcilicet)
In hac Deum venerati ſunt & adorarunt.

Statua Aſpricollenſis Diva qualis?

Statua hæc , quam libro integro celebrat Lipſius,ante annos centum quercui adfixa cæpit coruſcare miraculis:hodie magnâ veneratione colitur à Brabantinis ; imò & ab exteris , qui quoties morbo aliquo laborant,pleni ſpe illuc peregrinantur.

Redeo ad Dialecticam,à quâ me abripuerat devotio : & reperio apud veteres non pauca exempla : ſed quæ interdum laborant materiâ & formâ,ſemper difficultate.Iſte Sorites phyſicus eſt , & cauſas effectricea ſubordinat , & ſi examinetur benè,vitio caret.

An Aſtra moveantur à cœlis?

Nos elementa movent:hæc Aſtra coruſca;moventque
Cœlis aſtra:cœlos Angeli:Angelos Deus.

An cœli ab Angelis? An Angeli à Deo?

Supponit cœlos moveri ab Angelis, & Aſtra à cœlis;quod opinione Peripateticorum certum eſt. Subſcribam alium Soritem,ſed moralem ex Plutarcho *libr.de inſtit.puer.* deſumptum.

Mediata Authoritas inter-dum potentiſſima eſt.

Ego plurimum poſſum apud Matrem:
Mater apud Patrem:
Pater apud Athenienſes:
Ergo ego plurimum apud Athenienſes.

Sic Diophantus Themiſtoclis filius; & Sophiſticè opinione Harlæi *in ſua Logica cap.14.pag. 76 b.* ſed cavillationem non percipio : quoniam,qui apud Athenienſes nil immediatè poterat,omnia ſe poſſe (ſcilicet mediatè) gloriabatur:& verè: vidimus enim noſtro ævo *Philippum III. gubernantem pendentem ad Lermæ arbitrium. Lermaeum,tametſi ſummo judicio præditum, nihil reſolventem ſine Calderonis ſuffragio; Calderonem jurantem in verba Cardinalis Trexo: Cardinalem ad nutum Didaci Vaſquezij ſe gerentem; & hanc ob rem Vaſquezium gradatim omni politiæ reſolutioni cooperantem , & omni promotioni aut diſpoſitioni concurrentem.* Dabo tamen apertiora ſophiſmata.

An qui ſunt amici unius tertii,ſint Amici inter ſe?

Pompejus eſt amicus Claudii:
Claudius Anicii,
Anicius Q.Fabii:
& Q.Fabius Cæſaris:
Ergo Pompejus eſt amicus Cæſaris.

De Conſiliario Conſiliarii.

Theodorus eſt Conſiliarius Officialis:
Officialis eſt Conſiliarius Epiſcopi:
Epiſcopus eſt Conſiliarius Cardinalis:
Cardinalis eſt Conſiliarius Cæſaris:
Ergo Theodorus eſt Conſiliarius Cæſaris.

De famulo famuli.

Corylus eſt famulus Clodii:
Clodius Theopompi:
Et Theopompus Lyſimachi;
Ergo Corylus eſt famulus Lyſimachi:

De identificatione. An quæ identificantur uni tertio identificentur inter ſe.

Petreitas identificatur humanitati:
Humanitas rationalitati:
Rationalitas animalitati:
Animalitas Pauleitati:
Ergo & Petreitas Pauleitati.

Sed omnes iſtæ conſequutiones eſſent bonæ, ſi obliqui reducerentur ad rectos : tunc autem aliquæ præmiſſæ eſſent falſæ;unde conſequentiæ bonitate non tamen veritate gauderent.

ARTICULUS XVII.

De Syllogiſmo Probabili.

CM XXXVII.

SYLLOGISMUS Topicus,ſeu Probabilis ad Habere reducitur: conſtat enim poſitionibus probabilibus, quæ pro ſe rationes aut Authores habent. Dico igitur Syllogiſmum Topicum illum, *in quo in forma reali evidenter legitima ex præmiſſis comprobabilibus eruitur conſequentia probabilis.* Oportet ſingula verba benè intelligere. Et *primò* dari formas reales & formas morales ſyllogiſmorum: illas ſuperiùs dedimus , novemque hexametris comprehendimus : has dabimus in Morali Logicâ, eaſque ad hæc duo Sapphica reducemus.

Syllogiſmorum formæ aliæ ſunt reales & aliæ morales.

Ecce Faviſtis Placidi Magiſtri,
Partdis dextra,Rapidiſque telis.

Secundò in his formis ſyllogiſmorum Moralibus concludi modaliter , & hoc certiſſimè;& ſine modo probabiliter frequentius concludi,juxta ea quæ ibidem uberiùs

An detur forma ſeu modus ſyll.

b.riùs tractantur. *Tertiò* omnes formas reales eſſe evidenter legitimas; unde ſi contingeret dari formam realem ſyllogiſticam probabiliter tantùm legitimam, in illa ex neceſſariis certis & evidentibus non niſi probabiliter concluderetur. *Quartò* aliud eſſe præmiſſas eſſe verè probabiles, aliud eſſe comprobabiles, multa enim probabiliter dicuntur, quæ ſimul dici aut admitti non poſſunt, ut in Logica Morali fusè & liquidè oſtendo.

Legiſmè probabilis? Et quid ſi daretur? Aliud eſt præmiſſas eſſe probabiles, & aliud eſſe cōprobabiles.

CM XXXVIII. *An detur forma merè probabilis?*

SI daretur ſyllogiſmus, cujus forma probabilis eſſet, ajo, etſi concederentur præmiſſæ, tanquam evidentes & certæ, conſequentia eſſet merè probabilis. An ne poſſibilis eſt hic ſyllogiſmus? Forrè Suarius non abhorreret concedere hujuſmodi probabilem formam: non enim cognovit morales, quas ego inveni, & tamen in *Opere poſthumo de Fide diſp. 19. ſect. 2. num.* 17. illationem poſſe dari quæ non ſit evidens, expreſsè admittit. Cui conſentit Ægidius Coninck *de actibus ſupern. diſp.* 18. *dub.* 8. *num.* 130. concluſionem probabiliſſimè ex principiis fidei deductam adſtruens: cujus probabilitatem non poſſe à materiâ, ſed à formâ oriri certum eſt. Et quod mirabilius eſt, Joannes Sanderſonus in ſua Dialecticâ, in quâ proculdubio omnia debuit examinaſſe, q̃ ad ſyllogiſmos pertinent, affirmat poſſe concluſionem inferri, quæ neceſſaria eſſe videatur, & non ſit. Ita ille *libr.* 4. *cap.* 5.

Scio nonnullos Syllogiſmos ſolere verbis irregularibus exprimi, & poſſe ſignificatione illæsâ ad regulas communes reduci; & affirmo illos interdum eſſe bonos, & tamen malos & exleges videri. Scio alios ſpecioſiſſimos verbis ornatos, applauſum & aſſenſum extorquere, & dum maximè apparent legitimi, eſſe malos. Cæterùm, quia non ſum Authoribus à reductionibus aut correctionibus, volui aliquot irregulares ſyllogiſmos colligere, tuo committens ingenio, an poſſint corrigi, an verò ſint caſtigationis impores. Nec tibi viderí mirum debet viros maximos miſerè hallucinatos, aut contra, aut præter Dialecticæ facultatis præcepta ſyllogiſmos nonnunquam conſtruxiſſe; nam in Arenâ Scholaſticâ commune eſt concluſionem, præmiſſis conceſſis, negari; quæ quidem negari non poſſet, ſi diſcurſus in formâ non peccaret. Stat igitur toties novis & illegitimis modis argumentatorem abuti, quoties admiſſis antecedentibus impunè conſequentia negatur. Tu interim communes leges ſequere, ad veteres regulas ſyllogiſmos elima, & ſuſpectum judica quidquid exorbitans & præter Dialecticam inſtitutionem exaratum; & nihilominus eruditæ recreationis causâ paginas ſubſequentes interlege.

ARTICULUS XVIII.

De Syllogiſmo Exlege.

CM XXXIX.

AUdio Oratores & Poëtas, admirorque inertiam artemve, quâ aſſumunt, ſubſumunt & colligunt. Puto interdum me habere præ oculis Ciceroniana Topica, in quibus poſt medium occurrit: *Hæc argumentatio, quæ dicitur Artis expers, in teſtimonio poſita eſt.* Video enim non rarò ab illis vera inferri, & modum inferendi non capio. Ut rem examino, pronuntio ejuſmodi Syllogiſmorum veritatem (ſi quando illam non abeſſe contingat) eſſe contingentem omninò & à materiæ coaptatione pendere. Unico rem exemplo illuſtro: illudque peto ab Enchiridio Locorum communium, quos ex Auguſtini Marlorati Theſauro, & Chriſtophori Obenhenii Promptuario Iſaacus L. Feguernekinus Ungarus, & apud Heidelbergenſes Theologiæ Calvinianæ Profeſſor, collegit, exornavit, diſpoſuit: quem quidem Librum meo judicio deberet aliquis Theologus noſter recognoſcere; nam, ſi paucula, quæ hæreſin ſapiunt, mutarentur, noſtris ille hominibus prodeſſe poſſet. In hujus ergo Enchiridii principio Andreas Coroliniſius ſic Lectorem alloquitur.

An detur exlex argumentatio?

Multum debet eruditio ſanctæ Inquiſitionis diligentiæ, quæ Hæreticorum libros corrigit, ut Catholici poſſint prodeſſe.

ETHNICA ſi veterum, Lector, monumenta virorum,
Evolvis vigili nocte dieque manu:
Ut tibi contingat maior ſapientia rerum,
Quâ poſſis vitæ commoda ferre tuæ.
Quò magis ô Lector, debes incumbere ſacris,
In quibus eſt ſummi vox patefacta Dei.
Hæc tibi doctrina præcepta recondita pandit,
Hæc animo præbet grata alimenta tuo.

Utor interdum Ethnicorum, aut etiam Hæreticorum ingenio: & eos laudo, ubi non erraviſſe cognoſco.

Maior hujus Syllogiſmi exlege.

SED

ſicuti ubi errarunt, liberimè quiſcumq; viſitio.

SED QVIA nos rerum nimium nimiumque retardat *Minor.*
Copia, tunc refert ordinis eſſe viam.
Hanc, qui ritè tenet, magna ſe fruge beabit:
Sentiet & ſtudii præmia certa ſui.
Et cùm ſit ſeries rerum laudanda probata,
Officium authoris conſule, quæſo, boni.
Plurima non paucis complectens ordine pleno,
Oſtendit capitis verſiculique notas.
Adde quòd & ſenſum breviter ſubnectit apertum,
Ne ſubeant mentem tædia longa tuam.
ERGO Deo quisquis carus cupit eſſe, ſuiſque, *Concluſio.*
*Hoc ſcriptum * magna ſedulitate legat:*

** Poſtquā corrigatur, videlicet: non autem antea.*

Quid ſit exlex argumētatio?

Sed quo poterit modo exlex hæc ratiocinatio definiri? iſto. *Dicatur eſſe Argumentatio, in qua quibuſdam poſitis verum ſequitur, ſed tanta verborum perplexitate, ut verum ſequi auditor videat, & tamen neſciat cur debeat illud ſequi aut non ſequi.* Puto omnem exlegē ſyllogiſmum, ſi examinaretur, bonum aut malum eſſe, & legibus certis obnoxium, ſed quia has indagare non volumus, illum *Exlegem* nominamus.

CMXL. UT aliquis ita deviet à lege, ut non videatur illam frangere, ingenium & gratia requiritur. utrumque habuit quidam D. Thomæ diſcipulus, qui Magiſtrum ſuum Heptaſtichis his celebravit; quorum faciliùs eloquentiam laudes, quàm artem intelligas.

I.

De D. Thoma Doctrina.

Quien dixo verdades mas? Thomas.
Y quien las reduxo à ſumma? Su pluma,
Quien ſirue à la fe divina? Su doctrina.
Luego verdad imagina
El que dice que a la Fe
Tiene, y a la Igleſia en pie
Thomas: ſu pluma y doctrina.

II.

De eiuſdē vita & caſtitate.

Quien le formò luz del ſuelo? El Cielo.
Quien rixe ſu mocedad? Caſtidad.
Quien en ſu niñez le cria: Maria,
Luego bien claro ſe via,
Para lo que la criavan;
Pues en ello ſe occupavan
Caſtidad, Cielo y Maria.

III.

Quām ſit certa & qualificata eius doctrina?

Quien ſus eſcritos ha viſto? Chriſto.
Quien aprueva ſus auxilios? Concilios,
Quien abona ſu efficacia? La gracia.
Luego no tema deſgracia
El que ſigue ſu opinion,
Pues la dan aprobacion
Chriſto, Concilios, y gracia.

IV.

De eiuſdē eminentia.

Quien le diò tama eminencia? Su ſcientia.
Quien le obligò à tal deſuelo? Su Zelo.
Quien à enſeñar la verdad? Su bondad.
Luego con ſumma equidad
Le dan el ſupremo honor
Como ha Angelico Doctor
Su ſciencia, Zelo y bondad.

V.

De Angelici Doctoris hoſtibus.

Quien ſe opone à eſte Luzero? Luthero,
Quien contra ſus rayos lidia? La embidia.
Quien anublar le porfia? La Heregia.
Luego por aqueſta via
Su opinion a crecer viene,
Pues por enemigos tiene
Lutero, Embidia, Heregia.

V.

De eius nobilitate.

Quien le diò el ſèr natural? Caſa Real.
Quien la ſangre a que reſponde? Vn Conde.
De donde eſte honor le vino? De Aquino.
Luego oy a lo peregrino
Fue enſeñança ſingular.
Saber por Chriſto dexar
Caſa Real, Conde, y Aquino.

Placent mihi iſta carmina, & cur placeant non ſcio, Tot ſunt in illis Argumentationes, quot periodi; & in modo inferendi gratias video, nec tamen rigorem percipio; artemque quâ ſingulæ ſubſiſtunt, non capio. Illas (à ſe fortè compoſitas) mihi Reverendiſſimus & Eximius Dominus Thomas Sarria, Conſiliarius Auguſti, Concionator Auguſtæ, Regis Catholici apud Principes Electores Orator, &c. eloquio & ſtylo Vir clarus, meus amicus optimus communicaverat. Et Ego, quia die S. Thomæ Aquinatis eaſdem relegi, conatus ſum ſimile quid exprimere: & extempotali ſpiritu (non enim mihi flores diutiùs meditari permittitur) hos verſus Exleges profudi. CMXLI.

Thomas Sarria, qualis?

I.

S. Thomæ Patria, Parentes, Stemmata.

Qualis erat Thomæ domus olim? Regia. Et eius
Quis Pater? Armipotens in regione Comes,
Cui Leo donavit Stemmata, Nomen aqua.
Qualis erat Mater Thomæ? lectiſſima Princeps.
Et ſoboles tantâ digna Parente fuit.
Atque Parens tanto germine digna fuit.
Ergo multa hodie de Thomâ dicere noſtra
Muſa poteſt: hodie quærere multa poteſt:
Et, ſi fata favent, diſcere multa poteſt.

II.

Eiuſdem virtutes.

Ordior, & quæro. Quis eum mihi dédit? Olympus.
Qua

Digitized by Google

pietas.

Quæ exornant? Charites. Quid beat? ingenium.
Quid polit hoc? Studium. Quid regit hoc? Methodus.
Iſtas quis dotes promovit ad Aſtra? Maria.
Et cur? Virginibus Virgo ſacrata favet.
Et cur? Angelicos Virgo coruſca fovet.
Ergo virtutes Thomæ Natura creatrix
Quas dedit, has Virgo fœdere firmat ovans.
Quas regit, has Virgo fœnore firmat avens.

III.

Ejuſdem ſcripta & doctrina.

Dogmata quis quæſo ſcripſit certiſſima? Thomas.
Quis brevius? Thomas. Vel breviora dato.
Quis meliùs? Thomas Vel meliora dato.
Articulos Fidei quis dictat & ornat? Aquinas.
Quid firmat noſtros? Angelicus calamus.
Quid premit Hæreticos? Angelicus gladius.
Ergo firmantur Fidei ſacra Dogmata, Thomæ.
Divini Angelicis ingenio & calamo.
Divino Angelici judicio & gladio.

IV.

Quinam libros S. Thomæ approbârit!

Approbat in Thoma eloquii quis flumina? Chriſtus.
Cui proſunt? Iſtis utitur orbis aquis.
Mundi ſunt quoniam nobiliora aquæ.
Quæ Thomæ libros, & quæ doctiſſima firmant
Scripta? libros Phyſicos, turba, ſchola, cathedra.
Libros Theologos Templa, Patres Synodi.
Ergo non timet Hæreticûm certamina Thomas;
Nam terrena Viro Numina cuncta favent:
Nam divina Virum Numina cuncta fovent.

V.

Affectus S. Thomæ erga Germanos.

Quis Thomam ad ſummam evexit? ſapientia ſumma:
Quis decorat? Pietas. Quis tenet? Empyreum.
Quos amat? Auſtriacos. Cui favet? Imperio.
Quæ ſunt arma, quibus nunc Cæſaris arma tuetur?
Sui Libri: nam quot Pagina grammatibus,
Armatur totidem Pagina militibus.
Ergo non timet Hæreticas gens noſtra procellas,
Pro qua Præceptor cœlitùs arma gerit.
Quas magno calcant agmine diſcipuli.

VI.

P. Thomas Sarria cū Angelico Doctore collatus.

Et quia præ reliquis Thomæ veſtigia ſummi
Eximius Thomas Sarria figis ovans.
Eximiam Pacem Sarria noſter obit.
Imò dat; quando generosè attemperat ipſo
Divini Thomæ fortibus Articulis
Humanos Pacis debilis Articulos.
Ergo Orbis grates perſolvere debet uterque:
Namque favet Thomas alter ab Imperio:
Namque fovet Thomas alter ab Empyreo.

Sic placuit ſine lege diſcurrere: nam, ſi ut ait Melleus Doctor, modus diligendi Deum eſt Deum ſine modo diligere: laudandi Thomam, qui eſt Dei potentiſſima & clariſſima vox, lex erit ſine lege laudare.

Modus diligendi Deum. Modus laudandi D. Thomam.

N O T A.

Non omnia quæ docet D. Thomas potuerunt huic Tractatui interſeri. Ejus ingenio & doctrinâ etiã manuducimur in aliis locis.

HUcùſque dialecticari placuit ad Angelici Doctoris mentem. Multa alia habebamus parata quæ hîc contraximus, ne nimis diffuſi videremur. Sed quia ſemper D. Thomas eſt magnus, ſæpè ad ejus naturalem Logicam, ut noſtram artificialem conformemus, recurrimus, & præcipuè in Hercule Logico qui totus eſt ad mentem huius Magni Doctoris conformatus. Agam ibi de infinita Dialecticâ numer. 2274. in quâ multa nova & pulchra ſuppeditabit D. Thomas. Ibi de Theologicis Modalibus, à num. 2336. Ibi etiam de ſyllogiſmis qui afficiuntur neceſſitatis aut impoſſibilitatis modis à num. 2430. Ibi de ſyllogiſmis Privativis, Negativis & Repugnantibus art. 6. num. 2444. de Contradictorio, Contrario, Subcontrario, &c. art. 7. nu. 2446. Ibi etiam de aliis multis, quæ poterit Lector ſtudioſus perlegere.

ARTICULUS XIX.

De Modo loquendi.

CMXLII. POſſe hominem uti vocibus pro voluntate ſua, eſt blaſphemia grãmatica; vocum enim abuſus uni & ſoli illi licet cui & malè loqui. Oportet ſic ſaltem uti lingua, ut intelligamur: & ideò loqui cum multis neceſſarium eſt nec aliter à communibus terminis diſcedere, quàm cogente gravi neceſſitate.

Voces non debent mutari propria authoritate.

Stando igitur labio communi propoſitio dicenda eſt *vera* vel *falſa*, non bona vel mala. Et definitio, diviſio, *bona* vel *mala*, non vera vel falſa. Syllogiſmus ſimiliter eſt *bonus*, non verus; *malus*, non falſus. Majorem, minorem, & quodcumq; antecedens, *concedimus, negamus, diſtinguimus*; conſequentiam *concedimus* aut *negamus*, non diſtinguimus; conſequens *diſtinguimus*, non concedimus nec negamus.

Sic in ſcholis loquimur; nec audiendi, qui contrà audent; eſt enim res parvi momenti hoc vel illo modo loqui, & tamen iſte modus obtinuit, & cùm malus non ſit, debebit omninò ſervari.

Eſt ſemper loquendũ cũ multis.

Nomen

Nomen Logicæ.

Dialectica & Logica. OMnes homines eâdem mente utuntur, non eâdem linguâ; nam tametſi eadem ſit apud omnes intellectualis lingua, differunt vocales conceptus. Ab ipſo nomine Facultatis incipiam, dicamq; ab aliis *Logicã*, ab aliis vocari *Dialecticam*. Nonnulli putant Logicam habere tres partes, Apprehenſivam, Judicativam & Diſcurſivam; & hanc ultimam vocari *Dialecticam*. Exſtat P. Philippi du Trieu liber, qui inſcribitur, *Manuductio ad Logicam, ſive Dialecticam*: unde colligo ſui Authoris ſententiâ Dialecticam eſſe compendium Logicæ.

Operationes Mentis.

An duæ tantū ſint operationes mentis: TRes ſunt, Apprehenſio, Compoſitio & Diſcurſus. Ramus & Lalemandetius duas ultimas confundunt inter ſe. Primam Ramus Inventionem appellat, & ſecundam Judicium.

Igitur *Compoſitio, Poſitio, Propoſitio, Iudicium, Prædicatio, Enunciatio*, (aut etiam *Affirmatio*) & ſi nomina græca placeant, *Theſis, Protheſis*, ſunt ſynonyma.

Suppoſitio & Acceptio.

ALiqui diſtinguunt, & alii pro eâdem re accipiunt; at notandum omninò eſt ante annos centum & Lovanii & Coloniæ Acceptionem diviſam fuiſſe in Technicam, Simplicem & Perſonalem: ſed jam nos meliùs in Materialem, Formalē ſecundæ intentionis, & Formalem primæ intentionis. Vide Prodidagmata Aug. Hunæi. pag. 12.

Propoſitionum quiditas & quantitas.

CMXLIII. HÆ litteræ, A, E, I, O. poſitiones affirmãtes à negantibus & univerſales à particularibus diſtinguunt; ſed varia ſunt carmina quæ valorem exponunt. Tritum eſt hoc diſtichum

Aſſerit A, negat E; ſed univerſaliter ambo:
Aſſerit I, negat O; ſed univerſaliter ambo.

Illi æquipollet hoc.

LEX negat, affirmat fr Am omnia: Iiſque viciſſim,
Aſſerit, Os fatum particulare negat.

Hoc idem ſonat aliis verbis:

Aſſerit I, negat O dum aliquid: tunc arte potente
A cunctaq affirmãt, E quoque cuncta negat.

Converſio.

COnverſionem Propoſitionum aliqui reducunt ad hæc carmina.

Simpliciter FECI, convertitur EV A per accid.
ACTIO per contrap. Sic fit converſio tota.

Sunt qui maluerunt iſtis uti.

FELIX ſubeſt converſioni ſimplici;
MAGNES tamen convertitur per accidens.
Contrapoſitionem nam APOLLO poſtulat.

ſunt, qui hæc potiùs dictent;

Simpliciter MILES, convertitur ALCE ſecundum
Quid, Contradicendo PARIS, convertitur & ROS
Contraponendo. Sic fit converſio tota.

Nonnulli breviùs.

ECCE TIBI ſimpl. ARMA GERENS acc. ARMA
BONO contr.

Propoſitionum convertendarum nomina.

CUm eſſem puer, & regulas Converſionis docerer, volui has propoſitiones, *Omnes homines cumulatim ſumpti ſunt cētum, Omnes homines ſunt animalia, Omnis homo eſt animal. Aliqui homines ſunt animalia, Aliquis homo eſt animal, Homines ſunt animalia, Homo eſt animal, Hic homo eſt animal, Petrus eſt animal*, & eiſdem quaſcumque alias ſimiles, judicare, contraponere, opponere, convertere, & multa inveni nomina, quibus ſingulas indigitarem. Jam omnia faciliùs & ſecuriùs, ſed ne pereant hæc ingenii puerilis fulgura, unum caput ex Logicâ, quam compoſui, cùm eram Auditor, ſubjungo.

CAPITE IV. *quod De Convertendarum Poſitionum Veritate eſt, ſic ſcripſi.* [Cùm à terminorum connexione habeant Enuntiationes, quòd ſint veræ vel falſæ, aliquid de eâdem eſt Connexione dicendum. Aſſero igitur Connexionem triplicem eſſe. Prima enim eſt, quæ dicitur in rectâ lineâ, quando ſubjectum & prædicatum in rectâ linea Prædicamenti collocantur, ut *Homo eſt animal: Petrus eſt vivens*. Alia quæ dicitur in lineâ verſâ, quando Subjectum & Prædicatum in rectâ lineâ non ponuntur, ſed potiùs in collaterali, ut *Homo eſt Equus, Petrus eſt lapis*. Tertia, quando Prædicatum partim ponitur in rectâ lineâ, partim autem in verſâ; quod tum contingit, quando eſt concretum accidentale; *ut Album, Dulce*, &c. Priores Prædicationes, ſi ſunt directæ ſunt in materiâ neceſſariâ, ſi indirectæ autem, in contingenti. Directam Propoſitionem eam eſſe dico, in quâ Prædicatum ſuperius eſt ſubjecto, ut patet in his: *Petrus eſt animal, Homo eſt animatus*. Indirectam autem è contrario eam nomino, in quâ Prædicatum eſt inferiùs ſubjecto, ut *Animal eſt homo, Homo eſt Petrus*: & hæ ſunt abſque dubio accidentales, quandoquidem de Animalis eſſentiâ non ſit quòd ſit homo, ſicut neque Hominis, quòd ſit Petrus. Quæ ſiunt in verſâ lineâ, remotæ materiæ enuntiationes ſunt, ut *Homo eſt equus, Lapis eſt rationalis*: eæ, in quibus aliquod Concretum accidentale prædicatur, contingentis materiæ eſſe debent, ut in iſtis perpenditur *Homo eſt albus, quantus, veſtitus*, & ſimilibus.

CMXLIV. *Converſio.*

Propoſitio-num claſſes.

Quòd ſi ad prædicatum attendamus, in quo præcipua veritatis ratio conſiſtit, ſex ſunt propoſitionum genera, de quorum ſingulis ſuccinctè tractabimus.

Univerſale copulativū prædicatū. Primum propoſitionum genus eſt, in quo prædicatur univerſale copulativum, quod ſupra *Arithmeticum* nominavimus, ut patet in iis prædicationibus, *Petrus eſt omnes homines, Homo eſt omnes homines*.

Secun-

Vniverſale diſtributivum. Secundum, in quo prædicatur univerſale diſtributivum, ut *Petrus non eſt omne animal. Omne animal eſt omnis homo.*

Genericū. Tertium Prædicationum genus eſt, in quo prædicatur Genus ſumptum formaliter, quod & *Genus indiffinitum*, alias nullo ſigno affectum nuncupatur, ut *Petrus eſt animal*, *Animal eſt vivens, Corpus, Subſtantia.*

Specificum. Quartum, quando Prædicatum eſt ſpecies, & formaliter, ſive indiffinitè uſurpatur, ut *Petrus eſt homo, Hoc animal eſt animal*

Individuū vagum. Quintum Enuntiationum genus in eo conſiſtit, quòd prædicatum ſit individuum vagum ſive particularis terminus, qualis *Nonnullus homo, Aliquod animal*; ut in his conſpicitur enuntiationibus, *Petrus eſt aliquis homo, Homo eſt aliquod animal, Ioannes eſt aliquod rationale.*

Singulare. Sextum, in quo prædicatum eſt ſingulare, ut *Petrus, Paulus*: & patet in iis prædicationibus, *Marcus eſt hic homo, Ioannes eſt Marcus ergo Ioannes eſt hic homo.*

CMXLV. In quocumque Propoſitionum genere, multæ continentur Propoſitiones utiles: plures autem fallaces, quas memoriæ juvandæ gratiâ propriis nominibus deſignabimus.

Hæ ſunt igitur utiles propoſitionum ſpecies.

PRIMA FIGVRA.

Prima ſpecies. *Prima Figura Dapan, Daman, cui iungito Rapan*
Et Raman; omnes pravia quaque negant.
Secunda *Alter deinde modus ſequitur cognomine Xaſtax:*
Atque unum cum alio dicit identificum.
Hinc Depan, Deman, Repan, adiunge Remant que
Indeque cum illis annumerato Xeſtan.
Tertia. *Hinc Dipan, Diman, Ripan, Rimanque, Xitanque*
Quarta *In quarta ſpecie tum Dopan atque Doman*
Quinta. *Quinta Dupan Dumanque tenent, confuſſaque Rupan*
Queis Ruman iunges, addiderisque Xuthan.

SECVNDA FIGVRA.

Non aliter ſpecies plures, parteſque deorſum,
Altera complexa eſt conſpicuoſque modos.
Prima ſpecies. *Præcipuè Dapen, Damen concernit ibidem*
Rapenque & Ramen, egregiamque Xathen
Secunda. *Inſiſtit Depen Demen Repenque refluxa*
Profluus ad Remen fertur adusque Xethen.
Tertia. *Dein Dipen Dimen, Cripent Crimentq; Cxithenenque*
Quarta. *Cernens inde Dopen proſpicienſque Domen*
Quinta. *Ad Dupen quinto & Dumen diviſa refertur,*
In Rupen graditur, cum Rumen atque Xuthen.

TERTIA FIGVRA.

Prima ſpecies. *Ad Genus? Ecce Dapis, Dapiſt, Damis, atque Damiſtis,*
Rapin atque Ramin, tum Xathis atque Xatiſt.
Secunda. *Poſt ſequitur Depis atq; Depiſt, Demisq;, Demistq;*
Cum Repin, Remin, Xethis & inde Xethiſt.
Tertia. *Dein Dipis, Dipiſt, Dimis, Dimiſtque, Cripitque*
Queis Cripin Crimis cum Crimen adde Xathix.
Quarta autem ſpecie ſuberunt ſubiecta reflexa. *Quarta.*
Qualia cognoſcis Domis aduſque Domiſt.
Ad quintam Dupis, Dupiſt, Dumiſque, Dumiſtque *Quinta.*
Tum Crupit Crupin, iū Crumit atq; Crumin.
Ad qua confugiunt Xuthis Xuthiſtque, &c.

QVARTA FIGVRA.

Ad ſpeciem ſpectant Xathis, Xathiſtque deinde *1. Species.*
Xetiſque & Xethiſt: dein Xithix. inde Domis, *2. 3. 4.*
Cum Domiſt. tandem Xuthis Xuthiſtque ſequuntur, &c. *Quinta.*

QVINTA FIGVRA.

Quinta figura Rapon Ramo: Reponque ſecundo *1. Species.*
Cum Remon: Deinceps fiat Ripon atque Rimon. *2. 3.*
Conſtitue in quartoque loco quā nomine Zothox: *Quarta.*
In quinta Dupon cui annumerata Rumon. *Quinta.*

SEXTA FIGVRA.

Hinc Dapux, Damux Rapun, Ramunq; Xathunq; *Prima ſpecies.*
In prima ſpecie ſexta figura tenet.
Hinc Depux, Demux ſequitur, cui iungito Repun. *Secunda.*
Hâc Remun ſpecie conſtituoque Xethun.
Poſt Dipux, Dimux, addes Ripun, indeque Ripunt *Tertia.*
Et Xithun: ad aliam dui Dopux atque Domux. *Quarta.*
In quinta Dupis, Dupuſt, Dumus atque Dumuſtes. *Quinta.*
Crupunq; & Cruput tum Crumū atq; Crumut.
Poſtremòque illis Xuthux coniungitur, &c.

CMXLVI. Pro harum Figurarum intelligentiā notandum eſt quamque dictionem duas continere vocales, quarum prior ſubjectum denotat, altera prædicatum: per litteras variæ extremorum combinationes innoteſcunt. E ſignificat univerſalem terminum, eumque diſtributum, ut *Omnis homo eſt animal.* A. Univerſale Arithmeticum ſive copulatum, ut *Omnes homines ſunt duodecim.* I. Univerſale indefinitum, ut *Homo, Albedo, Qualitas.* O ſingulare & determinatum, ut *Petrus, Hic homo, Hoc animal.* V. Particulare vagum & indeterminatum, ut *Aliquis Homo. Nonnullum animal.* Et hæc de vocalibus.

Propoſitio contingens. Ex conſonantibus, C dicit Propoſitionem eſſe contingentem: reliquæ enim Enuntiationes, quæ hac litterâ non componuntur, in quacumque figurâ fiant, debent induere veritatem qualem infrà probandam ſuppono. M. Subjectum & Prædicatum inter ſe eſſe terminos mediatos; ſicut è contrariò P. ſignificat proximos. *Mediata. Proxima.* D. eſſe Propoſitionem directam, id eſt prædicari ſuperius de inferiori, ut *Homo eſt Animal.* *Directa. Reflexa.* R. autem retrogredi & indirectè procedere, inferius ſcilicet de ſuperiori dici, ut *Aliquod vivens eſt homo.* *Subſtantialis.* S. Prædicatū dicere ad ſubjectum relationem ſubſtantialem vel in eo quod quid, ut vulgus loquitur. T. prædicari accidentaliter & in quale. *Præciſa.* ST. prædicari ut ſic, ut abſtrahit ab utroque modo prædicandi, quod dicitur in quale quid. Quæ ut faciliùs memoriâ detineātur, adinventa ſunt hæc carmina, quibus tota Enuntiationum ſtructura dignoſcitur.

Vnum E diſtribuens, copulat quod A; I præſcindit ab imis.
Hoc O ſignificans: V que aliquale notant.
C. contingentem, propriorem P. M, mediatam,
R. retrahens rurſum, D. quoque digrediens.
S. in eo quod quid. T. porrò in quale refertur:
Quid ſimul S & T qualeque ſignificant.

Hinc

Hinc facilè venit explananda cuiuſcumq; Propoſitionis ſtructura & cõſtructio, quia præpoſito modo *Dapan* in primâ figurâ, cognoſco ſubiectum & prædicatum debere eſſe univerſalia copulata; prior enim vocalis & poſterior eſt A. quæ Arithmeticum univerſale ſignificat, ut *Omnes duodecim homines*; & ſimilia; prævideo eſſe directam, hoc eſt, prædicatum eſſe ſuperius ad ſubiectum, ut Vivens ad Animal & Rationale, quia D directam eſſe Enuntiationem denotat. Cóperio deniq; proximos eſſe & immediatos terminos, quia P. immediatam prædicationem eſſe ſignificat. Poſtremò, quod principalius eſt, per litteram N. cognoſcitur eſſe negativá, quæ omnia huic Propoſitioni concurrunt, huic ſcilicet *Omnis homo non eſt omne animal*, *Omne corpus non eſt omnis ſubſtantia*, in quibus omnes hæ leges inveniuntur; ſunt etenim tam ex parte ſubiecti, quàm prædicati univerſales copulatæ directæ, negativæ etiam & immediatæ. Et ſic conſtruere enũtiationes poſſumus in aliis dicẽdi modis & Propoſitionũ figuris.] *Sic ego in tenerrimâ ætate.*

SED CUR hanc nunc doctrinam deſero? quia difficilem iudico, & viam ſum faciliorem ingreſſus. Et hanc eandem ob cauſam omnes adoleſcentes ſpeculationes ſupprimo; nam licet hodie pleraſque opiniones retineam, iam ſingulas facilius & ſolidiùs pertracto. Interim antiqua mea Manuſcripta conſervo, ut etiam ſenex videam, ſi non quantum fecerim adoleſcens aut etiam puer, ſaltem quàm cito errores antiquorum perceperim, & quanto veterem Philoſophiá niſu voluerim curare aut recurare.

DEFINITIONES.

CMXLVII *Quidnam conſtituat Individuum?*

EST ſumma in ipſis varietas; Individuum ſic multi definiunt ex Porphyrio;

Forma, Figura, Locus, Tempus cum Nomine, Sanguis, Patria; ſunt ſeptem, quæ non habet unus & alter.

Et brevius alij regionem nativitatis, cum eâ in quâ vivimus confundentes ſic inquiunt;

Nomen, Stirps, Tempus, Forma, Figura, Locus.

ÆQUIPOLLENTIA SIMPLICIUM.

Æquipollentia regula.

GRammaticam potiùs ſapit quàm Logicam: & reducitur ad iſtos verſus.

Non-omnis, *quidã.* Non omnis non *quaſi nullus.*
Non-nullus, *quidã* Sed Nullus-non *valet omnis.*
Non-aliquis, *nullus.* Non-quidã non *valet omnis.*
Omnis non, *nullus.* Non-nullus non, *aliquis nõ.*
Non-alter *neuter.* Neuter-non *præſtat utrumque.*

ÆQUIPOLLENTIA MODALIUM.

Vide, quæſo, quantâ ego facilitate, Modalium doctrinam tradiderim.

CUm agitur de ſimplicibus Propoſitionib9 conveniunt univerſi; at Modales omninò difficiles ſunt. Aliqui utuntur iſtis vocibus.

Purpurea, Iliace: Amabimus, Edentuli.

ſive etiam iſtis æquivalentibus,

Argutule, Veridica Sunt atavi, Qui referunt.

Alij verò voces priores corrigunt, & ſubſtituũt

Puniceæ, Tritarari; Calebimus, Celaturi.

Nos utrobiq; errorem repetimus, & has voces reponimus.

Lugebat, Liſander Satyrus, Gemuit.

Expunximus contingentiæ modum, & placuimus, habuimuſque aſſeclas illos, qui dicunt

Docebas Limaces Sapidos recoli.

Caramuelis Logica Vocalis.

Ut cognoſcant quomodo his debeant uti nominibus Authores hoc carmine utuntur:

Edictum negat, Ique modum: nihil A, ſed V totum.

quod alij reducunt ad hoc diſtichon.

Deſtruit V totum: ſed A confirmat utrumque:
Deſtruit Edictum; deſtruit Ique modum.

MODI PRIORIS.

SAnderſonus Dialecticæ libr. 1. cap. 16.

Tẽpore Naturâ, prius ordine Cauſâ & Honore.

Franciſcus Harlæus Log. lib. 1. cap. 13. art. 2.

Tempore, Naturâ prius Ordine dic et Honore,
Cauſato & Cauſam ſi velis eſſe prius.

MODI SIMUL.

IDem Harlæus ibidem art. 3.

Tempore dico ſimul, quorum generatio nunc eſt:
Quæ convertuntur dicimus eſſe ſimul.
Suntque ſimul Species, Genus unum diſtinguentes,
At generis cauſâ, non ratione ſui.

MODI ESSENDI.

CMXLVIII

EXponentur inferiùs: & ad hæc carmina reduci poſſent.

Æquivocè. Haud aliud. Idem. Poſſibile. Si ſit.
Eſt nunquam. Abſtractum. Eſt nunc. Eſt ſemper. Æternat.
Cauſa Comes.

MODI INESSENDI.

SUnt qui continentur hoc diſticho.

Inſit Pars, Totum, Species, Genus & ſua Forma,
Res effectum Fine, Efficiente Locoque locatum.

vel, ut alij loquuntur.

Inſunt Pars, Totum, Species, Genus, Efficiente,
Fine Loco Subiecto, ac circum Tempore ſcriptum.

REDUCTIO.

MUlta ſunt carmina apud Authores, quæ huc ſpectant. Circa nomina ſyllogiſmorum.

S vult ſimpliciter verti. P. verò per accid.
M. vult transponi; C per impoſſibile duci.

Quam præmiſſam debeas retinere aut abiicere te docet Lalemandetus in Appar. colum. 91. his verſibus.

Maiorem in primâ abiecta vis pone minoris.
Excipe Celantes pro quo convertitur ordo.
Maiorem retines, perdisque ſecunda minorem,
Tertia maiorem perdit, ſervatque minorem,
Quartaque maiorem perimit, remanente minore:
Excipe Calerems, Calement, atque Firemos.

Sanderſonus & cum ipſo ferè omnes;

Maiorem ſervat, variatque ſecunda minorem.
Tertia maiorem variat, ſervatque minorem.

Ut ſciatur quò debeat Reductio nos ducere, datur ab aliquibus hoc carmen.

Neſciebatis, Odiebam, Lætare, Romanis.

ab aliis hoc æquivalens:

Phœbiger axe, obit terras, Sphæramque quotannis.

Google

PROPOSITIONES SYLLOGISMI

CMXLIX. TRes Propoſitiones in Syllogiſmo omnes cognoſcunt, at illas non omnes uno modo denominant. Nam Cicero utitur *Propoſitione, Aſſumptione, Complexione ſeu Concluſione*; Quintilianus *Intentione Aſſumptione, Connexione*; Themiſtius & Boëtius *Propoſitione, Sumpto*, & *Concluſione*; Rodolphus *Expoſitione, Aſſumptione, Intentione*; Ramus loquitur cum Cicerone. Ante annos centũ, ut conſtat ex Erotematibus Hunæi, Lovanienſes & Colonienſes *Propoſitione, Aſſumptione*, & *Conſequutione*. At Ariſtoteles, & hodie cum ipſo univerſi, *Maiore, Minore* & *Conſequentiâ*, Syllogiſmũ componimus. Hurtadus de Mendozà diſp. 10. ſect. 20. & Andreas Capittel in Clavâ Peripateticâ theſ. 44. tametſi primam Syllogiſmi propoſitionem vocẽt *Maiorem*, ſecundam *Minorem*, & tertiam *Concluſionem*, nihilominùs in Figurâ Galenicâ primam vocant *Minorem* & *Maiorem* ſecundam.

In primâ Logicæ editione omnes ſyllogiſmos poſſibiles propoſui, & denominavi diſſyllabis vocibus. Do litteram.

[Si combinationes, *dixi*, poſſibiles præmiſſarum placeat inquirere, reperiemus eſſe ſedecim in quâcumque figurâ, nempè;
AA, AE, AI, AO. *Clara, Clarè, Clari, Claro.*
EA, EE, EI, EO. *Certa*, Certè, *Certi*, Certo.
IA, IE, II, IO. *Firma, Firmè, Firmi, Firmo.*
OA, OE, OI, OO. *Nota*, Notè, *Noti*, Noto.
Ex quibus, ſi quatuor illas auferas, quæ ex puris negativis coaleſcũt, videlicet, *Certè, Certo, Notè, Noto*, ſupererunt duodecim in quâcũq; Figurâ.

Utor ſolùm his vocibus, quia Argumẽtatio, ut bona ſit, debet eſſe clara, certa, firma & nota. *Clara* quidem; quia ſi conſtaret terminis æquivocis, aut ignotæ ſignificationis, prodeſſe non poſſet. *Certa* etiam; quia ex præmiſſis, quæ certæ non ſunt, nîl certò inferunt. *Firma* verò, hoc eſt, conſtans formâ Dialecticâ, quâ ſi careat, cõſtantiam præ ſe ferre non poterit. *Nota* tandẽ, quia ſi diſputemus cum ruſtico, cui ignota eſt vis ſyllogiſtica, nihil unquam obtinebimus. Ex his igitur quatuor dictionibus, per vocales AEIO, declinatis, modos ſyllogiſmorum derivavimus.] *Sic ibi.*

SYLLOGISMORUM NOMINA.

CML. MUlta ſunt, quæ à paucis recepta: plura, q̃ ab omnibus. Vulgata carmina ſunt hæc.

Barbara, Celaren, Darij, Ferio, Baralipton.
Celantes, Dabitis, Fapeſmo, Friſeſomorum,
Ceſare, Cameſtres, *Feſtino*, Baroco, *Darapti,*
Felapton, Diſamis, Datiſi, Bocardo Feriſon.

Ut figuram à figurâ, (quod varietate characterum nos fecimus) diſtinguant, ſubſcribunt:

Prima novem: tibi quatuor altera prabet:
Vltima, quæ reſtant, numerat ſex verba, Figura.

Paulò aliter Ioannes Sanderſonus libr. 3. Dialect. cap. 2.

Barbara, Celaren, Darii, Ferio integri habentur;
Ad quos ducuntur reliqui cùm perficiuntur.
Ceſare, Cameſtres, Feſtino, Baroco, Darapti,
Felapton. Diſamn, Datiſi, Bocardo, Feriſon.

Amandus Polanus in Syntagmate Ariſtotelico-Ramæo.

Barbara, Celarent prima, Darij Ferioque:
Ceſare, Cameſtres, Feſtino, Baroco ſecundæ.
Tertia grande ſonans, recitat Darapti, Felapton,
Adiungens Diſamn, Datiſi, Bocardo, Feriſon.

Ego olim, cùm eſſem Philoſophiæ Profeſſor, modos clauſi hoc Hexaſticho:

Barbara, Celarent, Darii, Ferio agmine primo.
Sedunt: ſunt belli fulmina, tela Scholæ.
Ceſare, Feſtino, & Baroco claſſe ſecundâ,
Si contradicas horrida bella gerent.
Felapton, Diſamis, Feriſon, Bocardo, Darapti,
Non peiore Deo tertia caſtra tenent.

Ex ſuppoſitione quòd omittantur indirecti, & figura Galenica, debent *Cameſtres* & *Datiſi* intermitti.

Quartam vocant Figuram, quam nos primã Galenicam ſive Platonicam; illam Hurtadus diſp. 10. Logic. ſect. 20. in hos modos diſtribuit.

Barmoda, Caleren, Dimari, Fireno, Bamalipton,
Calẽmes, Dimatis, Feſapo, Friſeſomorum.

Lalemandetius Apparatûs Iſagogici part. 4. column. 88. ſcrupulizat contra Hurtadum, & hos verſus reponit.

Barmapi, Calerems, Firemo; Bamaliton,
Calement, Dimati, Feſapos, atque Friſiſſo.

REGULÆ OMNIUM FIGURARUM.

CMLI. ANdreas Capittel his carminibus utitur in ſuæ Clavæ Peripateticæ num. 46.

Vtraque pars inferre nequit, binaque negantes.
Partem pars inferre, negans debetque negantem.
Diſtribuas medium; non pòſt, niſi feceris antè.

PRO SINGULIS.

P. Andreas Cappitel ubi ſuprà.

Prima minore negat nunquam ſi clauditur aptè.
Nec partem maiore locat, niſi Friſeſomorum.
Forma ſecunda negat, dum clauditur hinc ab utrâque
Affirmare nequit partem aut maiore locare.
Tertia concludit partem, affirmatque minorem.

Sic conſtituuntur Syllogiſmi à Capittel, ſed hæc carmina ſuo morbo & errore laborant.

Lalemandetius Apparat. part. 3. part. 4. col. 86. multò breviùs.

Prima pars medium locat, & poſt prædicat ipſum.
Prædicat altera bis. Bis tertia ſubiicit. Aſt in
Quartâ converſo proceditur ordine prima.

Sanderſonus Dialect. libr. 4. cap. 2.

Sub præ. prima. Bis præ. ſecunda. Tertia bis ſub.

ARS INVENIENDI MEDIUM.

DIfficillima eſt, & tamen multi volunt illam ad hæc duo carmina reducere. CMLII.

Fécana, Cagẽti Daſẽnes, Hebâre Gedâco,
Gébali ſtant; ſed non ſtant Febas Hedas & Hecas.

An-ne, qui hoc teneas Diſtichon, ſcies omnem negatam poſitionẽ probare? Sic ſomniant. Reſpondeo tamen his verſibus tam doctos reddi iuvenes, quàm arte Lullianâ etiam duplici. Huc pertinent hæc etiam Carmina.

Prædicat A: ſubit E. B. ſequens, C præ Dque fit extra,
F ſequitur. G præcedit, H fit ſimul & extra.

VOlui hoc ultimum folium carminibus iſtis onerare; ut videat Lector, quam varia ſunt ingenia hominum & quàm multis viis ad eandem venitur.

CARAMUELIS LOGICA SCRIPTA.

CMXLIII. Libros multos ſcribere ſcholaſtici morbi effectus aliquando eſt.

MUlti ſcribunt, imò etiam multa; & ut video, in non paucis ille exorbitans ſcripturiendi fervor, febris eſt. Habemus multos veterum & iuniorum libros, doctos, acutos, ſolidos; in quibus Authorum ſanus genius relucet: at cum lego non-nullos, in quibus ſuperbiſſimæ machinæ fundamentis incertis ſubcollantur, Scriptoribus ſalutem apprecor, quos meliùs valere deſidero. In eos primo Tuſcul. Cicero. *Lectionem ſine delectione negligo*, ait; *Mandare quemquam litteris cogitationes ſuas, qui eas nec diſponere, nec illuſtrare poſſit, nec delectatione aliquâ allicere Lectorem, hominis eſt intemperanter abutentis & otio & litteris.* Abutentes condemnans Cicero, uſum ab abuſu diſtinguit; idem enim ignis alam Sandracæ eſt ſolatio & Papilioni excidio; & eadem occupatio & ſtudium multis eſt utilis, & plurimis etiam nociva. Cum Hæreticis non compono Catholicos; nimis enim eſt certum, horum eſſe ſalutiferos calamos, & illorum mortiferos. Utrique Sacram Scripturam appellant; ut illâ iuventur Catholici, ut illâ contra Deum abutantur Hæretici. Illam quidem, *legunt boni, legunt mali, ſorte tamen inæquali vita vel interitus.*

Iidem libri diverſo animo & intentione ſolent legi.

ipſa enim, tametſi cæleſtis & divina, *mors eſt malis, vita bonis: vide paris lectionis, quàm ſit diſpar exitus!* Ad ſcriptores Scholaſticos venio, qui in verba Ariſtotelis iurant, & ſibi me volunt aſſentiri, quia aſſentiuntur Philoſopho. Si rerum ordinem & pulchritudinem alia poſtulare aſſeram, quàm quæ affinxit Philoſophus; mihi illi, *Quod non capis, quod non vides, animoſa præſtat fides prater* (aut ſi ſinceriùs loqui libeat) *contra rerum ordinem.* Et reſpondeo, me nolle Fide laborare. Exorbitaret Oculis, ſi ſonorum intueretur concentum; Auris, ſi colores audiret: Fides, ſi Philoſopho Gentili crederet. Multiplicat entitates & Modos; Subſtantias, Accidentia; Formas, Formalitateſque; audio ſingula, & ad omnia reſpondeo, *Nego*; *Nego*. Qui probare debebant ſua Theoremata, ubi improbabilia eſſe dignoſcunt, credi illa iubent; at ego me obſtringi iſtâ lege decredo. Sumo calamum, non tam ut vera doceam, quàm ut falſa dedoceam: fælicior, ſi ſcriberem inſtructurus diſcipulos, quorum mens eſſet tabula raſa, in quâ nihil ſcriptum. Sed ſiquidem ſpiritualem iſtam tabulam iam exararunt præiudicia, ceras veteres novo labore complanemos. Lege ſubſequentes Quæſtiones, & vive fælicibus annis.

An debeamus captivare intellectum in obſequium Philoſophi.

Multò difficilius eſt dedocere, quàm docere.

ARTICULUS I.

Quid ſit Scriptio?

CMXLIV. Moralis tranſſubſtantiatio.

SIgnificationem vocum eſſe quamdam tranſſubſtantiationem moralem iam ſuperiùs aſſerui, & Scriptionem moralem tranſſubſtantiationem eſſe aſſero. Vi illius ſubſtantiam vocis in obiectum converti; & vi iſtius Librum in Authorem tranſire. *Quid eſt vox Homo?* Phyſicè aër taliter fractus & tali articulatione reſonans: at moraliter non eſt iam aër, ſed homo; quoniam aëris ſubſtantia deſiit, & tranſivit in ſubſtantiam Hominis ſub ſpeciebus ſeu accidentibus audibilibus, quæ ſolùm remanent. *Quid eſt dictio Homo ſcripta?* Phyſicè quatuor characterum delineatio: at moraliter eſt homo ſub ſpeciebus viſibilibus illarum literarum latens. Et unde id habet? A tranſſubſtantiatione morali. *Quid eſt Dionyſii liber?* Antequam ſcriberetur charta fuit (ſi inſcriptus chartæ) at

Libri & eorum Authores virtualiter non diſtinguuntur.

ſcriptionis vi hæc ipſa charta moraliter transſubſtantiata, in Dionyſium converſa eſt. Ecce adeſt verus ille Theologus, S. Pauli diſcipulus. Ecce ſub ſpeciebus chartæ latet. Et ecce ejuſdem vox ſub ſpeciebus litterarum auditur.

Abſentis Amicorũ imagines.

HAnc ipſam transſubſtantiationem inter veteris Philoſophiæ tenebras Seneca timabatur cùm dixit libr. 1. epiſt. 40. *Si imagines nobis amicorum abſentiũ jucundæ ſunt, quæ memoriã renovant, & deſiderium abſentiæ falſo atque inani ſolatio levant: quantò iucundiores ſunt litteræ, quæ vera amici veſtigia, veras notas afferunt.* Lego attentè; & ubi *vera veſtigia* audio, & *veras notas;* majorem inter Authorem Librumque ſimilitudinem, quàm inter Hominem & Imaginem à Senecâ concedi lego. Cùm igitur Imago ab imaginato intentionaliter non diſtinguatur, à fortiori dicendum Authorem Librumque non diſtingui moraliter aut intentionaliter.

ARTICVLVS II.

Quid ſit facilius, loqui, an ſcribere?

CMLV.
Pſal 44 2.

PRo ſcripturâ videretur eſſe ratio & authoritas: nam Propheta Rex, ut ſummam mobilitatem & velocitatem linguæ ſuæ exponat, ait, *Lingua mea, velut calamus ſcribæ velociter ſcribentis.* Ergo faciliùs & expeditiùs moveri poſſunt calami, tardiùs linguæ. Quod teſtimonium hac ratione dilucido. Nam quæ paucioribus & levioribus inſtrumentis utuntur, faciliùs & meliùs operantur: at calamo unico utitur, qui ſcribit; & novem inſtrumentis, qui loquitur: ergo characteres expeditiùs formabit. Hæc carmina minorem probant.

Novem articulationis inſtrumenta.

Inſtrumenta novem ſunt, guttur, lingua, palatum,
Quattuor & dentes, & duo labra ſimul.
Omnibus his Orator eget. Mirabile dictu!
Libros ſcripturo eſt unica penna ſatis.

At experientia docet linguâ calamum tardiorem eſſe, & multa dici poſſe antequam vel pauca ſcribantur. Ratio in contrarium poſita non urget, tum quia habenda eſt ratio materiæ, & lingua utitur aëre, calamus chartâ, & aër multò mobilior eſt: tum quia inſtrumentis coniunctis meliùs utimur quam ſeparatis: tum etiam quia non ſolùm ſcriba utitur calamo, ſed & brachio, manu, digitis, articulis, quæ omnia ſi computentur, numerum maiorem efficient. Davidis teſtimonium videtur convincere illo ævo fuiſſe Notarios qui compendiosè ſcriberent, & linguam præcellerent, quod quia rarum, non poteſt ad omnes extendi.

Compendioſus ſcribendi modus.

CMLVI.

AN-ne eſſet poſſibile talibus uti characteribus, quos citiùs delinees, quàm pronuncies? Reſpondeo, non ſolùm poſſe inveniri, ſed eſſe de facto inventas notas, & iam uſu receptas, quas faciliùs ſcribas quàm proferas. Pono ob oculos hos characteres. ☉ ☽ ☿ ♀ ♂ ♃ ♄ ☌ ☍ △. &c. ♈. ♉ ♊. &c. Addo iſtos arithmeticos. 16, 957, 347. quibus hæc ſcholaſtica compendia adſcribo ↄ°. *pr. fr. mr. ſpr. ſq.* &c. quæ omnia ſummâ celeritate ſcripta, non poterunt linguâ tam celeriter exprimi; nam proferuntur ſic. *Sol, Luna, Mercurius, Venus, Mars, Iupiter, Saturnus; coniunctio, oppoſitio, aſpectus triangularis,* &c. *Aries, Taurus, Gemini,* &c. *Sedecim milliones, nongenta quinquaginta & ſeptem millia, trecenta quadraginta ſeptem,* &c. *Concluſio. probatur. formaliter. materialiter. ſimpliciter, ſecundum quid.* His & aliis compendiis utitur quotidie noſter calamus, & in ipſis (id manifeſtum eſt) præcurrit linguam: cur igitur non poſſemus multas notas ſimiles invenire, ſi labore improbo illas quærere, & adſueſcere inventis vellemus?

Characteres & compendia ſcribendi ſaciliſsima.

Explicantur.

ARTI-

ARTICULUS III.

An eiuſdem ſit hominis bene dicere & bene ſcribere?

CMLVII. *Alii pollent linguâ, alii calamo.*

NEgativè ego reſpondeo. Sunt enim qui præſtent voce, ſunt qui calamo. nec in hoc ſpecialiter laborat noſtra ætas; id enim contigit ab omni ævo. Petrus Ramus libr. 1. Dialect. cap. 9. *Pericles & Hortenſius bene dicendi laude celebrantur, eodemque argumento Demoſtenes: & Cicero etiam bene ſcribendi.* Et noſtro ævo vidimus homines, quorum vox omnibus ad r ir itioni fuit, & calamus deſpectui aut contemptui. Inter alios eminuit Salmanticæ Marquez, Ordinis eremitarum S. Auguſtini decus, qui grandi ore vel leviſſima declamare ſolebat, ſemper cum plauſu auditus. Vidimus Madriti P. Maurum Capucinum, tam felicem Concionatorem, ut dictione ſua raperet univerſos. E contrà habuit Hiſpania feliciſſimos calamos, qui tamen linguis non correſpondebant: & cum illorum meminii, Lorcam Ciſtertienſem, & Niſſenum Baſilianum commemorabo. *Caterùm* hæc generalis Regula ſuas interdum patitur exceptiones; ſicut enim non pauci utriuſque (calami & linguæ) gloria carent, ſic etiam aliqui, magno Dei beneficio (& inter ipſos, Richartius Dominicanus qui Monſtrum dictus, & Manrique Ciſtertienſis) linguâ & calamo pollent.

P. Magiſter Marquez S. Th. Profeſſor. P. Maurus. P. Lorca. P. Niſſenus. P. Richartius. P. Manriquius.

CMLVIII. QUatuor vel ſex Viros illuſtres honoris causâ nominavi, & ut eorumdem virtus & eloquentia magis innoteſcat Lectori hæc pauca addo.

De Marquezio.

Marquez, reverà eximius, confidebat ſuæ linguæ, & ut ſolent, qui magno ingenio præditi, erat negligens in concione præparandâ: & fortè non erat liber hic neglectus, gubernabat enim Auguſtinianum Ordinem, & Veſpertinam S. Theologiæ lectionem Salmanticæ moderabatur: & hanc ob rem carebat tempore ut ſe pro concione habendâ præpararet. Nihilominùs Vir doctus & eloquens, ſuo labio fidens, adſcendebat ſuggeſtum, & tantâ concionabatur gratiâ, ut docti & indocti confluerent, & univerſi efficaciæ declamandi applauderent. Interim quadam die, dum dubia in cathedra explicaret, reperit iſtam ſchedam, ab Æmulo quodam appoſitam: videlicet. *Diganos V. P. como ſe atreve à predicar vegezes, que los ciegos las cantan por las calles.* hoc eſt, *Scire vellemus quâ fronte audet concionari decrepitos vulgarium Orationum conceptus, quos cæci per plateas decantant.* Moris enim eſt apud Hiſpanos, ut cæci cantando & orando tolerent ſuam paupertatem. Et quia in eorumdem Orationibus multa interdum ſuccurrunt digna riſu, hoc ideò ab Æmolis lepore Marquezius pungebatur. Iraſceretur alius illo indoctior: at Marquezius ſubridens legit publicè ſchedam & ait: *Señores, quanto yo digo, ſe lo dirá a V. mdes. un ciego en la plaza por un quarto: pero como yo lo digo, ni aun por quatro.* Pulchrè quidem: nam in Hiſpanâ linguâ bene concordant *quarto* & *quatro.* Mallem non ponere Latinè: at ne Germani conquerantur, apud quos iſta ſcribimus, transferam verborum conceptum, non gratiam. *Domini*, dicit Marquez, *quæ Ego declamo, poterit Dominationibus veſtris cæcus quilibet in foro declamare pro uno baſſo: at ille, prout Ego declamo, ne quidem poterit pro quatuor.*

Salmanticæ Profeſſores tenentur explicare in gymnaſio dubia, quæ apponuntur. *Quo modo ſe tolerent cæci in Hiſpaniâ.*

De Mauro.

Maurum ſum veneratus; & de illo unam aut alteram lineam ſcribam. Fuerat S. Stephani die cum ſummo applauſu concionatus: & quia invidebant illi, qui non ita placebant populo Concionatores etiam magni, dum apud ignem Communitas tantiſper hæreret poſt prandium, quidam ut eum transverberet, librum impreſſum evaginat, in quo erat tota concio ab ipſomet exordio ad calcem. Et arrogantiâ inflatus inquit: *Audierant pulchram hodie concionem; &, ſi eamdem iterum audire placeat, eamdem legam.* Attendunt cæteri, & ille primam periodum frigidè & obſcurè pronunciat, & progrederetur ulteriùs, niſi à Mauro fuiſſet interpellatus his verbis: *Ego non dixi ſic, ſed ſic.* Et voce argenteâ (clarâ & ſuaviſſimâ) eamdem periodum reponit, additque, *Etſi adlaboret centum annis, nunquam poterit dicere ſic.* Obmutuit Æmulus, adriſerunt amici: & in Mauro donum Dei (hoc eſt, dicendi gratiam & felicitatem) dilaudarunt.

De Comœdiis Hiſpanis. Cur non addam his magnis Viris aliquos, qui naturæ & Deo ingrati, talento abuſi, comœdias, cùm poſſent maiora, dixerunt. Cognovi Ariam, quo in loquendo & agendo efficaciorem hominem nullibi viderim. Virum tamen indoctum & inconſtantem, altiora cogitantem, & ſemper inferiora tenentem. Occupant theatra etiam alij, ſummo detrimento Reipublicæ, qui ſi literas didiciſſent, poſſent in rebus magnis Regi & Patriæ ſervire.

De Lorcâ & Niſſeno. Lorca & Niſſenus clarent optimis libris, ille Scholaſticis, iſte Concionatoriis; & tamen, ne concionaretur Lorca germanus ejus frater, author fuit: pulchros enim conceptus tum fervora ſcholaſtico, tum vocis obſcuritate deformabat: & in Niſſeno deſiderabamus univerſi memoriam vocemque ſimiles felicisſimo calamo.

CMLX. De Richardo & Manriquio. Cæterùm magno Dei beneficio, Dominicani & Ciſtertienſes habuerunt monſtra duo (duas inquam nobiliſſimas animas, ſupra humanas hierarchias evectas) quibus deformes facies dedit Deus, ornatiſſimas linguas, vehementiſſimas actiones, & ingenium ſublime. Tales fuerunt Richartius, & Manriquius, calamo & linguâ clari, quos nominaſſe laudaſſe eſt, quia Oraculâ patrono non egeot.

ARTICULUS IV.

De ſignificatione Scripturarum. An-ne immediatè ipſæ Voces, & obiecta non niſi mediatè ſignificent?

CMLXI. Scriptura ſignificant res & non voces. EXiſtimo Scripturam æquivalere Voci, non tamen ſignificare vocem: nec Ariſtotelis teſtimoniis terrebor: fateor enim ingenuè ipſum eſſe à ſententiâ contrariâ. Quando dico *Homo*, ſub his accidentibus vocis articulatæ moraliter & virtualiter eſt homo, abeſt ſubſtantia aëris. Cùm ſcribo eamdem vocem *Homo*, ſub his viſibilibus ſcripturæ accidentibus eſt ipſe homo, non verò vox; poſſumus tamen dicere ſcripturam Voci æquipollere, & ſolâ differre accidentium ſpecie. Hoc ipſum exemplo Euchariſtico expono.

Sub ſpeciebus Vini conſecratis non continetur hoſtia conſecrata, ſed Chriſtus. Panis & Vini conſecrati diſcrimen. Cùm conſecratur panis, vi phyſicæ transſubſtantiationis Chriſtus totus ſiſtitur realiter ſub accidentibus illis ſenſibilibus. Et tamen cùm conſecratur vinum, non ponitur hoſtia conſecrata ſub ſpecies vini, ſed ipſe Chriſtus, qui ſubſtabat accidentibus panis. Si panem vinumque poſt conſecrationem comparemus, dicemus illa non differre ſubſtantiâ, ſed accidentibus dumtaxat: addemus panem conſecratum æquivalere vino, nec plus eſſe ſubſtantiæ in uno quàm in altero, imò quàm in utroque. Et ſi hæc æquippollentia ad rationem ſignificationis in tuâ Grammaticâ ſufficiat, permittam à te dici, vinum ſignificare panem, modò velis è contra etiam aſſerere, panem ſignificare vinum: Interim monerem te, ut potius loqueretis benè cum multis, quàm malè cum paucis.

Vocis & Dictionis diſcrimen. Hinc ad Voces & Characteres venio, & ſummâ ſervatâ analogia ſic diſcurro. Cùm pronuntiatur dictio *Chriſtus* (quæcumque dictio eſt vox, non verò quæcumque vox eſt dictio, ſed ſolùm illa quæ ſignificat) vi moralis transſubſtantiationis totus Chriſtus ſiſtitur moraliter ſub accidentibus audibilibus iſtius dictionis. Cùm autem ſcribitur *Chriſtus*, non ponitur vox illa *Chriſtus* ſub ſpecies litterarum & characterum viſibilium, ſed ipſe Chriſtus, qui accidentibus vocis ſubſtabat. Vnde ſi vocem *Chriſtus* cum ſcriptura *Chriſtus* comparemus, in ſenſu morali & virtuali, quem ſequimur, dicemus, illa non differre ſubſtantia, ſed accidentibus dumtaxat: addemus ſcripturam *Chriſtus* æquivalere voci *Chriſtus*, nec plus eſſe ſubſtantiæ in una quàm in altera, imò quàm in utraque. Quod ſi hæc æquipollentia ad ſignificationem ſufficeret, tam deberet dici voces ſignificari à ſcripturis, quàm iſtæ à vocibus: quod nemo admittit.

Vox Chriſtus non eſt ſub ſpeciebus ſcripturæ, ſed ipſe Chriſtus.

CMLXII. Synonima comparata inter ſe. Et quidem ego exiſtimo ita ſe habere ſcripturam ad vocem, ſicut unum ſynonymum ad alterum. Vox *Enſis*, & vox *Gladius*, meris accidentibus differunt, idem enim militare inſtrumentum, quod moraliter ſubeſt accidentibus vocis

Enſis,

Enſis, idem ſubeſt accidentibus vocis *Gladii*, & tota differentia in articulatione conſiſtit, & tamen in re clara, tametſi omnes admittant æquivalentiam harum duarum dictionum, alteram ab altera ſignificari nemo dicit. Addo ſcripturam *Enſis*, & dico hanc ſcripturam & illam vocem non differre ſubſtantiâ; ſed accidentibus tantummodò; & viſibilia æquivalere audibilibus, non tamen illa ſignificare.

Hæc autem æquivalentia eſt duplex; altera ſignificationis, & altera compoſitionis. Prior reperitur inter has duas voces Latinas *Enſis, Gladius*, aut etiam inter hanc Latinam & Hiſpanam, *Via, Camino*: quæ omnes componuntur diverſiſſimis partibus, at vox *Enſis*, & ſcriptura *Enſis*, præter æquipollentiam ſignificationis, habent compoſitionis ſimilitudinem, quot enim elementa in voce reperiuntur, tot ſunt in ſcriptura characteres, qui eidem æquivalent.

Æquipollentia ſignificationis ac compoſitionis.

Hinc patet ſcripturam in articulatam & non articulatam dividi: articulata illa dicitur, quæ litteris viſibilibus conſtat, quæ vocalibus ſunt æquivalentes: & inarticulata, quæ non conſtat litteris, ſed præſcindendo à voce ſuum obj[ectum] ſimul ſignificat. Prioris generis ſunt nomina *Enſis, Gladius*, &c quorum ſingulis characteribus aliqua littera vocalis correſpondet; poſterioris apud nos ſunt characteres arithmetici; 1. 2 3. 4 &c. itê aſtrologici; ☉, ☾, ☿ ♀. ♂, &c. Geometrici, Muſici, Medici; &c. Conſultò dixi *apud nos*, quia apud Sinas, omnis ſcriptura inarticulata eſt.

Scriptura articulata & non articulata.

Characteres Arithmetici Aſtronomici, Geometrici & Muſici. Sinarum littera.

CMLXIII. ÆQuipollentiam vocis & ſcripturæ multi cognoverunt & admiſerunt veteres; & inter ipſos Ovidius Naſo, qui librorum Triſtium quinto ſic inquit:

Ovidius 5. Triſt. 14.

Quod tua me rarò ſolatur epiſtola peccas,
Remque piam praſtas & mihi verba negas?
Hoc precor emenda: quod ſi correxeris unum,
Nullus in egregio corpore nævus erit.
Utque ſolebamus conſumere longa loquendo
Tempora ſermoni deficiente die.
Sic ferat & referat tacitas nunc littera voces,
Et peragant lingua charta manuſque vices.
Quod tibi ne nimium videar diffidere, ſitque
Verſibus hoc paucis admonuiſſe ſatis.
Accipe quo ſemper finitur epiſtola verbo,
Atque meis diſtent ut tua fata, Vale.

Non ergo, aſſerente Ovidio, charta ſignificat linguam, ſed fert vices linguæ ſolummodò.

Scio hîc Juniores, ut Ariſtotelis verba propugnent, multa congerere, quæ ego conſultò miſſa fecero, non enim volo à præconceptâ opinione diſcedere, nec perdere tempus in re clarâ.

ARTICULUS V.

De Correctione Scripturæ.

ARticulatam Scripturam bifariam comparare poſſumus; videlicèt cum vocibus & cum objectis; & in utraque comparatione ſuos nævos habet & ſuas maculas, quæ magna correctione indigerent. Sanè loquendum eſſet ut ſcribitur; quod ipſum in nullo omninò idiomate accuratè obſervatur; nam & Græcus ſcribit Ἄγγελος, & legit *Angelos*; & Latinus ſcribit *Prudentia*, & nihilominùs legit *Prudencia*. Alia idiomata graviùs exorbitant, & graviſſimè Gallicum: eſt enim tanta inter linguam & calamum apud Francos diverſitas, ut duo idiomata putes, ſi conferas. Si calamo exactiſſimè ſequaris linguam, nemo leget; ſi linguâ exactiſſimè calamum, nemo intelliget. Hiſpanam ab hac nota non libero, in qua poſtquam etymologias ferè abſtulerimus, ut maneret ſcribendi & loquendi uniformitas, caremus derivationis notis, & tamen uniformitatem non videmus. Voces Græcæ à nobis admiſſæ nos torquent. φιλόσοφος, dicimus *Filoſofo*, & ſublato *Ph*, non manet etymon. Sed quo ſcribemus modo Μοναρχίαν; ſi *Monarchia*, aliter ſcribimus, quàm legimus: nam *Ch* apud Hiſpanos ſonat, ut in voce *Dichoſo*, non verò, ut in Μοναρχία. Si ſcribimus *Monarquia*, derivationem tollimus & pronunciationem retinemus. Sed hæc Orthographica ſunt, & non Dialectica, ad correctionem, quæ à ſignificatione oritur, deveniamus. CMLXIV.

Nemo ſcribit, ut loquitur.

Non Græcus.

Non Latinus.

Nō Gallus

Nō Hiſpanus.

Auferuntur etymologiæ & adhuc non obtinetur concordia lingua & calami.

Æquivocatio & æquiſcriptio Puto omnem æquivocationem Philoſophis eſſe nocivam; ſed quia tolli hæc non poteſt, tollendam ut minimum æquiſcriptionem: debere quæ ſignificatione, etiam ſcriptura differre. Fieri nonnunquam video, at omittitur, ubi maximè deberet obſervari. Scribunt, *Lépores, lepóres, Delègo, délego; Dominus, do minus*, &c. & ipſa ſcriptionis varietas ſignificationis varietatem inſinuat. At hæc minùs obſcura ſunt, & faciliùs intelligi poſſent, quam alia ubi ſtylus non juvat.

Formalis & Materialis ſuppoſitio. Primò enim nomina accipi ſolent materialiter & formaliter; dicuntur formaliter accipi cùm pro re ſignificata: materialiter verò, cùm pro ſe ipſis. Aliud enim eſt dicere, *Petrus eſt homo*: & aliud, *Petrus eſt nomen, eſt diſſyllabum, eſt hexagrammatum*, &c.

CMLXV. Modi eſſendi enumerātur & explicantur. Secundò in ſolo verbo *Eſt* magnam ſignificationum varietatem reperio, & quia ex ea magnæ difficultates ſuboriuntur, debebo illud attentiùs & accuratiùs meditari. Primò igitur verbum hoc, quod in nulla Propoſitione deſiderari poteſt, poteſt ſumi ut hucuſque in lata ambigua & æquivoca ſignificatione. Secundò, debet concernere identificationem negativam, ſive non diſtinctionem, ut cùm dicimus *Petrus eſt Petrus, Petrus eſt homo, Petrus eſt animal*, hoc eſt, Petrus non diſtinguitur à Petro, nec ab homine, nec ab animali. Tertiò, identificationem poſitivam, inter duas formalitates; ut *Paternitas eſt divinitas*. & in Thomiſtarum & Scotiſtarum ſententia *Animalitas eſt rationalitas*: & hi duo eſſendi modi ſunt ab exiſtentia præciſi, & ad eſſentias pertinent, & *eſſe obiectiva*, ſeu *intelligibilia* vocantur. Quartò dicitur eſſe poſſibile ſeu non repugnans. Quintò conditionatum, hæc enim poſitio, *Homo eſt animal*, non malè exponitur à dicente, *Si eſt homo, eſt animal*. Sextò, poteſt res exiſtere (in multorum ſententia) & tamē
An creatura tempore carere poſſit carere omni tempore, & conſequenter omni *quando*: Et Septimò (in ſententia omniū) poteſt exiſtentia cōcipi abſtracta ab omni temporū diverſitate: ſicut enim intelligitur *Animal*, quin intelligatur *Homo*, vel *equus*, ita etiam poteſt intelligi exiſtens in aliquo tempore, quin intelligatur exiſtere in hoc vel in illo. Octavò, res dicitur exiſtere aliquando determinatè, hoc eſt in determinata aliqua differentia temporis, ut cùm dicimus, *Adamus fuit, Petrus eſt, Antichriſtus erit*. Et tandem Nonò, ſolet res dici exiſtens omni tempore cum ſucceſſione, & Decimo omni tempore ſine ſucceſſione. Cœlum enim, ſi fuiſſet ab æterno conditum, & in æternum duraturum, duraret cum ſucceſſione omni tempore. Et tamen Deus tametſi duret omni tempore, caret omni ſucceſſione, & habet durationem ſimultaneam, quàm *æternitatem* nominamus. Adde *Eſſe cauſaliter*, & *Eſſe concomitanter*, quæ ſuperiùs expoſui.

Sed quo in nominibus modo ſuppoſitiones, & in verbo *Eſt* tam multas ſignificationes diſtinguemus: Reſpondeo inveniendas eſſe notulas & apices, quibus hæc vitetur confuſio. Res ab arbitrio pendent, ſed & laudantur placita, ſi fuerint rationi conjuncta Igitur, ne gravem Typographos characterum novorum ſculptione, utar antiquis, & his regulis ducor.

Prima. *Cùm dictio materialiter ſumitur, valor ſyllabarum notetur, ut vel ſic oſtendatur haberi litterarum rationem* Pono exemplum. *Homo* ſignificat ipſum hominem: at Hŏmŏ non ſignificet hominem, ſed vocem *Homo*. Aut ſi hoc magis arrideat, *ſcribatur charactere diverſo*: puta Romano, ſi reliquæ voces curſivo, aut curſivo, ſi reliquæ voces Romano.

Secunda. *Cùm verbum ſumitur formaliter, habebit unam è decem aut duodecim ſignificationibus poſitis, quam poterit aliquo accentu aut punctulo ſignificare.* Et poterimus communibus notulis uti videlicet e.ë.é.è.ê: *e.è.é.ẻ.ê* aut etiam iſtis, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

SEmel admiſsâ hac ſcriptionis varietate, multa dubia tollontor, multa rigorosè affirmantur, multa ſignificantiſſimè dicuntur. Reſumo concluſionem præmiſſam, & ſingulas voces interpretatorus, ad Grammaticæ Audacis primam partem, quæ Methodica eſt, nimirùm ad Articulum de verbo Subſtantivo: & ad Logicæ primam etiam partem, in cujus quinto Articulo eamdem materiam tracto, Lectorem ſtudioſum veritatis remitto: Interim carmina, quibus uti ſoleo, & utrobique calamum aut etiam linguam dirigo, hic ſubjicio.

Res

Duodecim eſſendi modi, characteribus notu distincti

1. A. 2. E. 3. Y. 4. O. 5. U.
Res eſt, Exiſtit, Æternum, Semper, & Unquam.
6 7 8 9 10
Æquivocè, Haud aliud, Idem, Poſſibile, Si ſit,
11 12
Infert, Eſt ſimilis, *&c.*

SIc ordinate eſſendi modos placuit; nec omninò ratione caret ordo ipſe, ſed hoc non curo; quia in abecedario non tam ordo, quàm characteres requiruntur, quibus exactè poſſimus omnes voces noſtras repræſentare: & hi numeri tanquam characteres ponuntur, ut diſtinguant eſſendi modos, & æquivocationem omnem auferant. Ut ergo uſum horum numerorum intelligas, illis utemur, & exemplis aliquibus dilucidabimus.

Pono igitur ob oculos hunc ſyllogiſmum. *Deus eſt ubique*; ŭbiquĕ *eſt adverbium: ergo Deus eſt adverbium.* Addo hunc, *Filius Dei eſt æternus; ſed Æternus, eſt vox quæ habet principium finemque: ergo Filius Dei eſt vox (Verbum ſi mavis) quæ habet principium finemque.* Et dico hos ſyllogiſmos, præter alios defectus, quos fortè habent, etiam habere quatuor terminos. Nam ŭbiquĕ ſumptum materialiter, & *ubiquè* ſumptum formaliter (idem de voce *æternus* dixero) ſunt duo termini.

Addendo etiam numeros, eſſendi modorum indices, plurimæ controverſiæ ſopiuntur & ſedantur. Dicit D. Angelicus & cum ipſo univerſi Thomiſtæ, *Omnis creatura (præterita, præſens, futura) eſt Deo præſens in menſura æternitatis.* Et vociferatur Scotiſta, hinc ſequi Antichriſtum jam eſſe antequam incipiat eſſe; id repugnare omninò, nec ab aliquo concedi poſſe. Thomiſta replicat; & quia non ſemper ipſe rem intelligit, non ſemper benè. At ego, quia pono has eſſe bonas conſequentias, *Fuit, ergo eſt* (5.) *Eſt: ergo eſt* (5.) *Erit: ergo eſt* (5.) dico utrique, quod littera occidit, ſpiritus autem vivificat; adeòque recurrendum eſſe ad ſpiritum, ut intelligatur Angelici Doctoris mens. Et concludo, *Adamus eſt, Antichriſtus eſt*, ſi agatur de tempore præſenti eſſe propoſitiones falſas; veras autem, *Adamus eſt* (5.) *Antichriſtus eſt* (5.) ſed hæc, quæ fortè modò aut minùs neceſſaria, aut fortè ſuperſtitioſa judicantur, olim tantam lucem datura ſunt, ut ſis ducturus nō poſſe hoc tēpore præciſo Grāmaticā Chriſtianā carere.

An creaturæ præteritæ & futuræ ſint Deo præſentes?

Quàm ſit neceſſaria hæc ſignificationum diſtinctio.

Moneo tamen non eſſe omninò novum hoc tempus, dantur enim phraſes etiam apud Latinos, quæ aliter non poſſunt intelligi. Dicis coquo. *Præpara cibos cum butyro, non cum pinguedine, illud enim comedo, iſtam non comedo?* Et rogaris, cujus temporis ſit illud *comedo*? non enim præſentis, ſed temporis abſtracti eſt. Non aliter. Accedis Petrum, & ais, *Cur ſic eras nos deſeris! Vadis cum illo?* & tibi Petrus: *Vado.* Et, ut video, nec *deſeris*, nec *vadis* nec *vado*, ſunt præſentis. Sed hoc inſinuaſſe ſufficiat.

Tempus præciſum eſſendi eſt in lingua Latina.

Duo priores eſſendi modi ſunt *eſſe* & *exiſtere*; *eſſe* pertinet ad exercitium habendi eſſentiam, CMLXVIII
exiſtere ad exercitium habendi exiſtentiam. Ad primum modum pertinent propoſitiones eſſentiales ab omni exiſtentia abſtractæ, ut cùm dicimus *Homo eſt* (1) *animal rationale*, cujus ſenſus eſt, *Prædicata quidditativa hominis ſunt animal & rationale.* Has eaſdem propoſitiones aliqui ad modum negativum, alii ad conditionatum reducunt: priores illi eas eſſe æternæ veritatis aſſerunt, & hanc ipſam æternitatem negativè explicant, dicentes, *In nullo loco aut tempore ab æterno & in æternum fuit aut erit verum quòd Homo non ſit animal rationale.* Poſteriores hoc modo: *Homo, ſi fuit (eſt, aut erit) fuit (eſt aut erit) animal rationale. Si eſſet (exiſteret) eſſet animal rationale.*

Eſſentia. Exiſtentia.

Æterna veritas.

Conditionata veritas.

Tertius & quartus modus dicunt perpetuitatem; at tertius divinus eſt (*numero Deus impare gaudet*, ait Poëta) & omnem ſucceſſionem excludit. Quartus, aut ab illa præſcindit, aut illam, ſi velis, concernit.

Perpetuitas duplex.

Cur plura, cùm uberiùs hæc eadem in Grammatica audaci, & uberiùs in Logicâ Vocali hæc eadem diſſeruero. Locos citatos recognoſce, & utere diſtinctione datâ, ſi ab hallucinationibus liberari volueris.

Quantam videris, tanta eſt Verbi Subſtantivi æquivocatio. Duodecim eſſendi modos poſui: & ſi multi videntur, retine ſaltem illos quinque, quos ob oculos ponit hoc carmen illud ſecundum,

A E Y O U
Res eſt, exiſtit æternum, ſemper, & unquam.

quo ſolo utor in Metagrammaticâ articulo de verbo ſubſtantivo, in quo non ſolùm calamo, ſed etiam linguâ has eſſendi differentias diſtinguo.

Petis, Quid ſit melius, uti illis aoriſtis *Sam, ſas*, &c. an numeris? Reſpondeo; nos vocibus illis uſuros; at quia interdum aliorum Authorum teſtimoniis utemur; ne eadem dicamur corrigere, numeros adſcripturi ſumus, ut verus pateat ſenſus, quem innuimus.

CARA-

CARAMUELIS LOGICA MENTALIS.

CMLXVIII. *Λόγος Sermo & ratio, unde Logica duplex Vocalis & Intellectualis.*

DIximus vocem Λόγος ſermonem rationemq; ſignificare; nunc addimus priorem illam ſenſu denominaſſe Vocalem Dialecticam, poſteriore Mentalem. Poſtquam de Logicâ Vocali plurima, & aliqua de Scriptâ diximus; aliqua etiam de Mentali dicamus. Erunt omnia clariora; nam quæ pueris aſſuetis meras voces cognoſcere prudenter non potuerant tradi; jam eiſdem dictionibus (ut pote Vocali Scriptaque Logica inſtructis) utiliter dictari poterunt. Video hic teneras mentes præcocibus quæſtionibus obrui, & juberi, aut omnes libros Animaſticos ſcire, aut ſaltem, quos ignorant, ſupponere; at ego ut diſcipulis faveam, ſic diſcurro.

Quid in vocis materia poſſit ignorare Grammaticus.

Grammatici, ad quem ſpectat voces condere, non eſt examinare quot motibus torqueatur lingua? quibus nervis trahatur? quid vox? quo ipſa modo ad aures animalis veniat? an egeat ſpeciebus auditûs? an audiri ſit pati vel agere?

Quid Poëta?

Poëtæ, ad quem ſpectat ſyllabarum quantitatem dignoſcere & condere diverſa carmina, non eſt examinare, An quantitas ſit realiter diſtincta à vocis ſubſtantiâ? an de abſolutâ Dei potentiâ poſſit formari vox, quæ non ſit quanta? an longitudo ſyllabæ ſit in infinitum diviſibilis? an poſſit rareſieri & condenſari? Quas qualitates habeat vox? & an ipſæ ſint intentionis remiſſionis & aliarũ affectionum capaces?

Quid Logicus?

Ergo Vocalis Logica non egredietur ſphæræ Dialecticæ terminos, ſed tantummodò dialecticabitur, hoc eſt, contemplabitur voces in ordine ad argumentationem formãdam. Speculabitur igitur primò, Dictiones ſingulas quà potentes Propoſitionem conſtituere, & nominabit *Terminos*; ſecundò meditabitur Propoſitiones quà potentes Argumentationem conſtituere: & tertiò ipſam Argumentationem, quà potentem verum invenire & ſuadere.

Quid in conceptuũ materia Profeſſor Logicæ intellectualis?

Logica igitur intellectualis, non vagabitur per Philoſophiæ animaſticæ campos; nec examinabit quid ſit Mens? quotuplex ſit intellectus? an agens realiter à paſſibili differat? Quid intellectio ſit? quo modo intellectum afficiat? An dentur ſpecies impreſſæ? an expreſſæ? an habitus ab ipſis ſpeciebus, aut etiam intellectu diſtincti? An intelligere ſit pati, vel agere? hæc enim omnia ad Phyſicam Animalem ſpectant. Tractabit autem de Apprehenſione ſimplici, quæ vocali dictioni vel termino; de Judicio, quæ Propoſitioni vocali; & de Diſcurſu, quæ vocali argumentationi correſpondet. Interim ad dicendorum intelligentiam faciliorem aliquas animaſticas veritates præmittet.

Hypotheſes.

NOn Ecthеſes, ſed Hypotheſes meras polliceor, nun enim eſt arguendi & diſputandi tempus, ſed tantùm ſciendi, quid Authores potuerint debuerintve dicere de intellectualibus principiis, comprincipiis, & actibus. Debeo audiri. Sic inquam. CMLXIX.

Anima oculus mentis.

Quod Lynci oculus, id animo rationali Mens. *Mens, Intellectus, Ratio*, niſi ſuperſtitioſè Grammaticæ ſtudere velîmus, tria ſunt nomina, ſed eadem res. Intellectum realiter ab Animò diſtingui aſſerit S. Thomas, negat Scotus; nec mutatur Dialectica, cùm ſequimur unũ vel alterum.

Incidentes Quæſtiones [illegible]

Quærunt Philoſophi, An-ne aliqua nova potentia creari poſſit, cui & noſtro Intellectui ſit unum objectum commune? Anne alium intellectum nobiliorem poſſit facere Deus, qui plura attingat? An-ne etiam alium, qui non jam omnia percipere poſſit, ſed aliqua? & tandem, An intellectus noſter cognoſcere poſſit plura ut plura? Sed omnes has ego difficultates miſſas facio, & meo Dialectico aſſerere aut negare permitto.

Quid intellectio ſit?

Intellectionem aliquid importare ab ipſo intellectu diſtinctum, certum eſt; non tamen æquè certum ab omni actu mentem aliquando ceſſare. Incertum, an illud ipſum, quod importat actus ſit intrinſecum, extrinſecum-ve. Si intrinſecum, eſt adhuc obſcurum & incertum, an Intellectio in actione, an in paſſione & unione qualitatis conſiſtat? Circa quæ meo Dialectico libertimè opinari permitto. Circa ſpecies impreſſas nolo ſcrupuloſus videri; aut Logicus neget aut aſſerat, eodem modo Intellectus operationes diriget.

& quotuplex?

Dicam igitur, cognitionem mentalem, quomodocumque illa fiat, & in quâcumq; re conſiſtat, eſſe objecti incorpoream notitiam, & *Intellectionem* vocari. Addam eam eſſe triplicem; Apprehenſivam, Judicativam, Diſcurſivam; de quarum dirigibilitate in Logicâ Mentali diſputatur.

ARTI.

ARTICVLVS I.

De Intellectione.

CMLXX. *Verbum aliud vocale, aliud mentale.*

NUlla eſt dictio, cui non poſſit in mente correſpondere ſua intellectio, & vocabulorum defectu, quia voces ſignificantes *verba* diximus, intellectiones verbis correſpondentes etiam *Verba* appellamus: & cùm diſtinctiùs loqui volumus, dictionem vocamus *Verbum oris*, intellectionem *Verbum mentis*.

Utrumque triplex. Quid ſit Apprehenſio? quid Iudicium? & quid Diſcurſus?

Triplex eſt Intellectio; Apprehenſio, Iudicium, & Diſcurſus. An-ne differant ſpecie, diſputabo ſuo loco; modò dico in ratione intellectionis convenire, & logicè ſic explicari, Apprehenſio eſt intellectio ſimplicibus dictionibus æquivalens. Iudicium eſt intellectio æquivalens: Propoſitioni & Diſcurſus eſt intellectio æquivalens Argumentationi.

An detur ſignificationis expers intellectio? An ſaltem dictio?

Me vides inter dictiones & intellectiones analogiam & proportionem inſtituere; & quia memineris dari voces carentes ſignificatione; interrogas, *An dari poſſit intellectio, quæ careat ſignificatione?* Negativè reſpondeo. Nec hinc volo analogiam elidi; quoniam illa inter voces & intellectiones non ponitur ſed inter dictiones & intellectiones: & tamen dari dictio ſignificationis expers poterit, cùm detur dictio aliqua, quæ non ſit dictio.

CMLXXI. *Mens linguâ & ſtylo potentior.*

COntra præcedentem doctrinam poſſet aliquis argumentari. Potentior enim & efficacior eſt intellectus linguâ, potentior calamo; at calamus poteſt & ſolet ducere lineas nihil ſignificantes; lingua proferre voces ſignificationis expertes: ergo & intellectus poterit qualitatem producere, quæ actus ſecundus ſit, qui nihil omninò ſignificet. *Poſſet addere.* Quando mens confusè concipit Petrum & Paulum, elicit actum confuſum & univerſalē, qui non ſignificet Petrum nec Paulum, ſed Hominem abſtractum & ut ſic. Si eliciat actum confuſiorem, non exprimet Animal rationale, ſed Animal. Si confuſiorem minus & minus ſignificabit. Ergo tandem, ſi ſubſtantiam & accidens confusè concipiat, exprimet Ens. Ergo, ſi adhuc actum confuſiorem & obſcuriorem eliciat, ſignificabit nihil. Ergo habere mens poterit actum ſecundum nihil ſignificantem. Patet quia cùm actus ille non ſit infinitè obſcurus, poterit adhuc eſſe obſcurior, adeòque minus quàm Ens (atque ideò nihil) ſignificare.

An præciſio ſit confuſione aliâ ...

Reſolutio.

Teneo concluſionem, & nullum dari actum mentis, qui caret objecto, pronuncio: quia quicumque ille ſit, erit conceptus, & conceptus ſignificatione carere non poteſt. Sicut enim implicat eſſe dictionem aliquam ſignificationis expertem, ita etiam implicat dari mentis conceptum, qui nihil ſignificet.

CMLXXII. *Non dictionis conceptus carere ſignificatione poteſt.*

Nec contrarium Objectiones evincunt. Ad primam enim reſpondeo condonando majorem; illa enim ſeu vera ſeu falſa ſit, non urget. Ad minorem dico nec calamum ſcribere, nec linguam proferre poſſe dictionem expertem ſignificationis: vocem poſſe; quia dictio non eſt quæcumque vox, ſed ſignificativa: adeòque intellectum non poſſe elicere aut producere conceptum expertem ſignificationis, qualitatem poſſe: quia conceptus (hæreo doctrinæ Peripateticæ, & communi) non eſt quæcumque qualitas, ſed objecti expreſſiva. Quod autem intellectus multos actus ſecundos habeat, qui non ſignificent (at illi conceptus non ſunt) probatur clarè. Nam producit ſpecies impreſſas; &, ſi hæ ſignificativæ dicantur, producit habitus & facilitates; imò experientia evincit, nimiâ ex ſpeculatione qualitates corporeas diſconvenientes provenire, & huc poſſe reduci illa verba, *Corpus, quod corrumpitur, aggravat animum: & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem*, Non enim evidenter erraret, qui ſubjungeret: *Corpus, quod corrumpitur, aggravat interdum Animum; cùm videlicet terrenam inhabitationem deprimit ſenſus multa cogitans.*

Quid ſit Conceptus?

Speculatio nimia valetudini nocet.

Ad ſecundam Objectionem dico, actum confuſum indigere objecto, quod confundat; & repugnare mentis conceptum, qui totaliter confuſus ſit. Ubi una confunditur formalitas, alia exprimitur; & cùm pervenitur ad Ens (ſi inſiſtere ſcholæ confuſivæ placeat) dici debet, aut repugnare conceptum confuſiorem conceptu Entis, qui eſt altiſſimus & confuſiſſimus (& quis poterit demonſtrare contrarium?) aut ſicut Totum quantitativum in ſententiâ Ariſtotelis, ſic etiam Totum formale, eſſe in infinitum diviſibile: quod non caret ſuâ veriſimilitudine, & fuit aliquando à nobis propugnatum Lovanii, ut exerceremus ingenium.

An ſit poſſibilis actus purè confuſus?

An formalitates ſint in infinitū diviſibiles?

ARTICULUS II.

De ſignificatione mentali. An conceptus poßint ſignificare ad placitum?

CM LXXIII. Voces & Scriptura habent etiã ſignificationem naturalem.

QVid ſit Vocum & Scripturaruum ſignificatio ſufficienter expoſuiſſed quia omnium ore verſatur illa diviſio, quâ Terminus aliàs eſt Mentalis, aliàs Vocalis, & aliàs Scriptus; qui de Dictionum & Scripturarum ſignificatione, etiam de Conceptuum ſignificatione diſputabo.

Quæris primò, An dentur Voces & Scripturæ, quæ ſignificent naturaliter? & an Conceptus poſſint ſignificare ad placitum? *Et reſpondeo*, ignem à fumo naturaliter ſignificari; omnique effectui eſſe naturale ſignificare ſuam cauſam; & idcircò nonnullos voce, nonnullos ſcripturâ prodi. Sæpè enim inviſos ex voce cognoſco, & cujus ſit epiſtola ex conformatione characterum, etiam illectâ ſubſcriptione intelligo. Et quidem non ſolùm ab effectu cauſam, ſed cauſæ affectiones percipio. Sæpè enim à flammæ & fumi intentione & colore ignis ſublatentis materia, & à vocis tono vel amor vel ira animalis dignoſcitur. Et tamen iſtis non obſtantibus doceo, grammaticas dictionum ſignificationes, omnes ad unam, eſſe ad placitum.

Conceptus poſſunt etiã ad placitũ ſignificare.

Hinc ad Conceptus venio, & aſſero illos eſſe ſigna intentionalia objectorum, nec in hac ſignificatione dependere ab hominum voluntate vel placito. Interim cùm videam fumum, qui naturaliter ignem ſignificat, hoſtium incurſum artificialiter in locis maritimis ſignificare; neſcio, cur non poſſit Conceptus *Homo*, qui naturaliter ſignificat hominem, equum ſignificare ad placitum.

Exemplũ.

Rem expono, & aſcetico argumento confirmo. Maria Auguſta, Ferdinandi III. Imperatoris conjux, devotiſſima Heröis, Deum ſibi ſemper præſentem reddere magno ſtudio & diligentiâ conabatur, multis rebus pia nomenclatrix indixit, ut ſibi Deum ſignificarent. Et quia inter alia amabat annulum nuptialem, amoris conjugalis indicium, quem nunquam deponebat è digito; decrevit, ut quoties hunc annulum cerneret, ſe Deo ſiſteret, & ejus favorem imploraret. Ecce, in novo hoc Viraginis Auguſtæ idiomate, viſio Annuli duas habebat ſignificationes; alteram naturalem, & alteram artificialem: naturaliter ſignificabat ſuum objectum, Deum verò ad placitum. Igitur non repugnat naturales notitias habere ſignificationes ſecundarias ab humana voluntate pendentes.

Confirmatio.

Vel, ſi reſolutio diſpliceat, doceat, obſecro, cur non poſſim ego hanc mihi legem ponere, ut quoties mei parentis recorder, etiam recorder Dei? An non in tali caſu, Conceptus ille ſignificabit naturaliter & primariò parentem, Deum verò ad placitum & ſecundariò? Stat ergo poſſe duos Angelos uti Stenographia mentali, quam non intelligat alius, qui careat clavi: poſſe, inquam, convenire, ut quoties alter audiat *Solem*, ſubintelligat Chriſtum; & quotieſcumque *Lunam*, Imperatricem Cœli, &c.

Steganographia intellectualis.

CM LXXIV.

HÆc doctrina certiſſima eſt, quæ à nemine negari poterit, qui eam intelligat. Illam ponit aut potiùs ſupponit Arriaga, qui *tom. 6. diſp. 50. de Adoratione. ſect. 4. ſubſ 2. num. 54. pag.* 541. aſſerit ſpirituales mentis & voluntatis actus poſſe eſſe ſigna & argumenta cultûs & adorationis, quod ipſum ediſſerit his verbis: [Eo caſu volitio interior reflexa ex eo animo imperans eum actum internum humilitatis, haberet pro objecto tam perfectam ſignificationem ſubmiſſionis, quam eam haberet de facto accenſio candelarum, aut percoſſio pectoris, aut genuflexio. *Idem dico* de actibus intellectûs, in quibus id faciliùs adhuc probatur, & quidem ex ipſius Patris Vaſquez Principiis, qui meritò dixit, actus intellectûs, quia naturâ ſuâ ſunt dictio, facillimè poſſe eſſe orationem ſeu ſignum; hinc manifeſtiſſimè argumentor, Ergo eo ipſo facillimè poterunt eſſe ſignum ſubmiſſionis, ſeu, (ut ad phraſim ejus Doctoris accedam) poterunt eſſe ſignum inferioritatis meæ & excellentiæ Dei ſupra me; hoc autem eſt eſſe perfectiſſimum, diſtinctiſſimum & clariſſimum ſignum meæ ſubmiſſionis. Neque obeſt quod ſuprà Vaſquez obiecerat, ſcilicet, actum intellectûs potiùs præcedere voluntatem adorandi, quàm ex ea emanare; etenim inde ſolùm infertur, aliquem actum intellectûs non poſſe eſſe materiam adorationis; illum ſcilicet, qui de facto dirigit illam volitionem, quæ eſt ipſa virtus adorationis; at non ideò id eſt negandum omnibus aliis actibus: poteſt enim unus præcede-

An ſubmiſſio poſſit actibus intellectûs ad placitum ſignificari?

Vaſquez objectio.

cedere, & alter ſpecie aut ſolo fortè numero diverſus ſequi. *Explico id* clariſſimè in Angelis (& idem poteſt ſuo modo in nobis dici;) nam ut ſuo loco docui, agens, quo pacto in illis excitemur ſpecies, illi poſſunt ſe applicare pro libitu iam ad cogitandum de hoc obiecto, iam de illo; Angelus ergo de facto per unum actum præciſè cogitans ſe eſſe Deo infinitè inferiore, dicat Deo: Domine, quandocumque poſteà me determinatè applicuero ad cogitandum, quod eodem modo ego potuerim peccare, ſicut peccavit Lucifer, & quod ex ſola tuâ gratiâ & liberalitate ego præ illo fuerim præventus auxilio congruo ad reſiſtendum, volo, ut hæc cogitatio à me liberè tunc imperata ſit ſignum cultûs mei in te; & volo ut plus adhuc proteſtetur de adoratione mei in te quàm inter homines proteſtatur genuflexio, &c. Profectò ſemel ſtatutâ hac voluntate, etiamſi in Angelo illo debeat præcedere ex parte intellectûs cognitio excellentiæ Divinæ ante voluntatem illam adorandi Deum, non tamen eſt neceſſum, ut præcedat ea diſtincta cogitatio ſecunda de his quæ inter Angelos acciderunt tempore viæ cū Lucifero, & de auxilio efficaci & ſufficienti; poterit ergo vi ejus prioris pacti, & ea deſiderio proteſtandi ſuam inferioritatem, imperare tūc eam ſecundum diſtinctam cognitionem, quam poſſumus. Vides ergo quàm clarè omnia explicentur, & ratio ſigni ſubmiſſi animi poſſit actibus intellectûs convenire. *Dices*: Illud ſignum tunc ſolùm eſt reſpectu Dei, non verò reſpectu aliorum Angelorum: illi enim nihil ſciunt tunc quid agatur. Sed contrà Primò manifeſtè; nam ad rationem ſigni adorationis non eſt neceſſum, niſi ut illam ſubmiſſionem ſignificet quis ipſi adorato; ideò in ſecreto nemine vidente poſſum propriè & in toto rigore Deū adorare, & poſſum ego ſigna externa adorationis pro me ſolo eligere, ut dum ea facio animo proteſtandi meam ſubmiſſionem, verè & realiter Deū adorem, eſto nullus alius homo ſciat, cur id ego faciam. Contra ſecundò, quia poteſt Angelus eam ſuam voluntatem ſignificandi prædictam ſubmiſſionem manifeſtare aliis Angelis; & deinde, quandocumq; habeat talē cognitionem, illam etiam manifeſtare eiſdem Angelis (iuxta modum quo unus Angelus cum altero loquitur; de quo puncto iam nihil diſputo;) ergo tunc erit perfectiſſimū ſignum adorationis, ac proinde perfectiſſima adoratio; certè ego nec levem rationem dubitandi in hoc video.] Sic Arriaga: ex cuius verbis & opinione naſcitur aliud dubium, videlicet,

An aliqua memoria libera sint indicia & adorationis signa?

Objectio.

An de ratione ſigni ſit, quod omnibus innoteſcat?

An dentur conceptus æquivoci?

CMLXXV Negativa ſententia non communis ſolùm, ſed uſque ad noſtra tempora unica fuit; at jam occurrerunt rationes, quæ contrarium ſuaderent; Authores, quibus perſuaderetur. Ego remiſſe expedio.

Ex ſignificatione ad placitum oriri poterit æquivocatio.

Dico primò, *Si dantur conceptus ad placitum ſignificantes aut dabuntur, aut ſaltem dari poterunt æquivoci.* Patet, quia ſicut eadem vox iuſſa eſt duo aut plura ſignificare, ſic etiam poterit cōceptus intra terminos ſignificationis ad placitum, quam habet.

Imò ex ſignificatione naturali.

Dico ſecundò, *In ſignificatione naturali, quæ aliis rebus convenit, ſolet dari æquivocatio.* Hoc aſſertum poſui contra aliquos, qui ideò negāt æquivocationem conceptibus, quòd iudicent ſigna naturalia nō poſſe æquivocatione laborare. At ego contra ipſos ſic diſcurro. Effectus eſt ſignū naturale ſuæ cauſæ; ergo qui habeat duas diſparatas, hoc eſt, qui ita producitur ab unâ, ut poſſit ab aliâ produci, duas habebit ſignificationes diſparatas, quæ ſuſpenſū tenebunt Philoſophū quouſque circumſtantiæ conſignificantes cōcurrant. Rem exemplo dilucido. Vapor niger & teter, qui ſumus dicitur, ab igne & caminis exoritur. [Virgilius 1. Eclog. *Et iam ſumma procul villarum culmina fumant.* & 9. Æneid. *Parte aliâ (horrendum viſu) quaſſabat Hetruſcam Pinum, & fumiferos infert Mezentius ignes.*] Etiam ab animalium ore mixtus anhelitu. [Martialis libr. 12. *Fumantem vivi naſum ne læſeris Urſi.* & Virgilius Æneid. 8. de Caco: *Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu) Evomit, involvitque domum caligine cæcâ, Proſpectum eripiens oculis: glomeratque ſub antro Fumiferam noctem*] Etiam à fimo, qui multorum opinione nomē traxit à fumo. Mihi igitur vapor iſte vel ſumus viſus, ſi cauſa lateat, quid naturaliter ſignificabit? an ne aliquid determinatè? Ex ſtimo tam determinatam eſſe ſignificationē Fumo viſo, quàm voci *Aries* auditæ; & ſicut hæc indiget conſignificativis circumſtantiis, ut gregarium Arietem potiùs quàm cæleſtem ſignificet; ita etiam illum, ut ignem potiùs, quàm aliā cauſam. Ergo ſi fumus à camino egrediatur ignis ſubardentis erit ſignum; ſi ex animalis ore, calorem ſtomachi ſignificabit; ſi ex ſtabulo, fimum aut ſtercus putreſcens.

An unus & idem effectus poſſit procedere à diverſis cauſis?

Fimus à fumo.

Dico tertiò, *Conceptus mentis in ſuâ naturali ſignificatione non poſſunt æquivocatione laborare.* Eſt contra Arriagam, qui ſolus, quem ſciam, deviat à communi ſententia *diſp.* 10. *Logicæ, ſect.* 1. Ut igitur ſuam opinionem perſuadeat ponit *primò* certum eſſe eodem conceptu poſſe plura ſignificari, quod mihi certum eſt. Deinde addit ipsū cenſere iuxta cōmunem opinionem conceptū illum, æquivocum eſſe dicendum, quia de ratione nominis univoci non eſt omnia ſimul ſignificare; quando enim dico *vidi equum*, non dico vidiſſe omnes equos, ſed unum, quem intellectus poteſt cum alio æquivocare: ergo de ratione æquivoci non eſt ſingula æquivocata ſeorſim ſumpta poſſe ſignificare: ergo ex nullo capite deneganda eſt æquivocatio conceptui communi pluribus objectis ex vi illius repræſentatis, quia ſi ex aliquo capite huic conceptui eſſet neganda æquivocatio, tantùm eſſet, quia conceptus ille non poſſet quodlibet objectum ſeorſim ſumptum repræſentare aliis non repræſentatis. Secundùm hunc dicendi modum conceptus ſimpliciſſimus Dei, quo plura obiecta creata in ſe diſparata cognoſcit, æquivocus eſſet dicendus, quod concedit Arriaga, qui docet hoc non eſſe inter idiotas ſpargendum, quia æquivocatio confuſionem ſonat, quæ in Deo admitti nequit.

CMLXXVI.

An unus & idem conceptus ſignificare poſſit plura?

At Arriagæ ſententia ſuſtineri nō debet, ſed

ſtandum omninò eſt communi, quam tenent & efficaciter probant Hurtadus *diſp. 9. Logica, ſect. 2.* & Oviedus *contr. 1. Metaph. punct. 1. num. 6.* dicendumque eſt æquivocationem in naturali conceptuum ſignificatione (quidquid de ſignificatione ad placitum ſit) inveniri non poſſe. Et ratio eſt; quia Deus, & Angelus, qui uno conceptu omnia cognoſcunt, non dicuntur formare conceptus æquivocos: neque conceptus hominis tales dicendi ſunt, etiamſi ſimplici conceptu plura obiecta inter ſe diverſa ſæpè repræſententur, quia huiuſmodi conceptus etiamſi plura ſignificent, illa ut in ſe diſtincta repræſentant, & pluribus conceptibus æquivalent: conceptus verò humanus, cui nomen univocum reſpondet, ita ſignificat plura, ac ſi eſſent unum, confundit enim (hanc viam tenet in Univerſalibus P. Arriaga) plura illa ubjecta ad quæ terminatur, & abſque ulla diſcretione, ſeu diſtinctione ipſorum inſtar unius ſimplicis obiecti intellectui proponit; In quæ non poteſt aliquando non eadem ratione indiviſibiliter ferri, neque poteſt dari conceptus, qui modò ſumatur ad repræſentandum hoc obiectum, & non aliud, modò ad aliud, & non iſtud exprimendum. Secus in omnibus contingit, quæ indifferenter ad hoc, vel illud obiectū ſub eadem, vel ſub diverſâ ratione, ad unum tantùm, vel ad plura ſignificanda deſumuntur. Quia hoc nomen *Gallus* aliquando ſumitur tātùm pro homine natione Gallo, aliquando pro gallo gallinaceo. & ideò dicitur æquivocū, quia confuſionem cauſat in intellectu, cui occaſionē præbet; ut modò hominem natione Gallum pro gallo gallinaceo deſumat, & poſteà gallum gallinaceum pro homine Gallo, quod eſt propriè æquivocationem pati, ſic dicimus æquivocari hominem, qui terminorum confuſione unum obiectum pro alio intelligit; vel qui linguæ lapſu verbum unū pro alio diſtincto protulit. Similiter hoc nomen *homo*, quod univocum eſt, ita ſignificat plura obiecta ſub eâdem ratione, ut aptum ſit ſub eadem ratione illorū quodlibet ſeorſim ſignificare, ſeu deſumi pro ſingulis ſeorſim ſumptis eadem ratione, quâ ſumitur pro tota collectione.

Aliud eſt ſignificare plura, aliud unum ô pluribus.

Quid ſit nomen univocum?

Ratio Arriagæ nihil probat, quia de ratione nominis univoci in eiuſdem ſententiâ eſt ſignificare omnia univoca confuſè, & quodlibet illorum in particulari ſub eadem ratione, quâ omnia ſimul ſumpta ſignificat, ſic nomen *homo* aliquando ſignificat Petrum, & Ioannem, & reliqua omnia individua ſpeciei hominis ſub una communi ratione apprehenſa, quod præſtat dū ſubſtituitur loco conceptûs, qui cōfusè omnia individua ſub illa ratione attingit, aliquando verò tantùm ſumitur pro unico tantùm individuo, ut cùm dico *Petrus eſt homo*. Addo, tūc propriè nomē dici univocū, quādo ſubſtituitur loco conceptûs ex vi cuius inſtar unius omnia individua apprehenduntur, & conſtituitur univerſale.

Quomodo loquendum ſit de Dei actibus?

CMLXXVII. *An actus Divinæ mentis ſint æquivoci: & ſi æquivoci ſint, an debeant æquivoci appellari?*

DOcuerat Arriaga *diſp. 10. Logica ſect. 1.* dari conceptus æquivocos, & actus Intellectûs Divini tales eſſe, & nihilominus non patitur Divinos dici æquivocos, tametſi verè & rigorosè ſint tales, quòd ſobriè & reverēter loqui debeamus creaturæ de Deo. Oviedus *contr. 1. Metaph. punct. 1. num. 7.* obviam it huic ſcrupulo, & ſic ait. [Neque ſatisfacit, quod reſpondet Arriaga, videlicet inconveniens non eſſe Deo cōceptus æquivocos attribui abſq; ulla confuſione obiectorū, ſed cum ſummâ ipſorum diſtinctione, cōſtitutâ tantùm æquivocatione in eo, qd idem mei cōceptus plura objecta inter ſe diſtincta, & diſparata repræſentet, quia licèt hic modus repræſentandi plura obiecta, etſi in ſe diſparata per eundē ſimplicē conceptū nullam dicat imperfectionē, potiùs ad perfectionē, & ſimplicitatem Dei ſpectet, tamen æquivocatio ſecundùm ſe, & ſecundùm acceptionē cōmunem non tantùm ſonat id, quod Deo tribuit Arriaga, ſed confuſionē, ideò neq; æquivocationis nomen tribuendū eſt Deo, quod malè audit, non enim ſat eſt prudenti Philoſopho, atq; Theologo ea tradere quæ intellecta ſecundùm ipſius interpretationem nullum continet abſurdum; ſed ita loqui, ut ex communi verborum ſignificatione nullam generent ſuſpicionem doctrinæ à veritate alienæ, neque aliquam tribuant occaſionem errandi. Sicut enim graviſſimè reprehendendus eſſet propter inordinatū loquendi modum, ille, qui aſſereret Deum committere peccatum, etiamſi poſtea diceret, peccatum committi à Deo non importare Deū eſſe formaliter peccatorem, neque cauſam inducentem ad peccatum, ſed tantùm concurrere ad materiale peccati determinatum à voluntate liberâ, quem concurſum à Deo exhiberi Theologi admittunt; ita reiiciendus eſt, qui dixerit conceptus Dei eſſe æquivocos, etiamſi Deo in re eoſdem tribuat conceptus, quos Theologi negantes in Deo æquivocos conceptus in Deo agnoſcunt.]

Æquivocatio non ſolum pluralitatem dicit, ſed incertitudinem & confuſionē.

ARTICULUS III.

In quo conſiſtat mentalis hæc ſignificatio?

CMLXXVIII. *Quid ſit ſignificatio Vocum? quid Conceptuum?*

SIgnificationem artificialem eſſe virtualem tranſſubſtantiationem totius ſubſtantiæ vocis in totam rem ſignificatam, manentibus dumtaxat accidentibus ſeu ſpeciebus audibilibus, ſæpiùs dixi, & expoſui; & ſubſcribo mentalem ſignificationem eſſe animi intelligentis & rei intellectæ identificationem veram, non tamen

mentealem & phyſicam, ſed intentionalem. Et addo Verbum mentis (quidquid illud ſit phyſicè, & quomodocumque explicetur) eſſe intentionaliter rem cognitam, in quam converſum eſt Verbum mentis per transſubſtantiationem intentionalem. Ut reſolutionem intelligas, notare debes plures eſſe Entium ordines: nam omittendo *Entia rationis*, quæ multi admittunt, & *Entia linguæ*, quæ negari non poſſunt, inter vera entia numerantur *Virtualia, Moralia, Intentionalia, Materialia, Spiritualia, Naturalia, Supernaturalia*; & alia, quæ inferiùs explicabimus. Ergo Concluſio non realiter, ſed intentionaliter debet intelligi.

Varia Entium genera.

Videbitur fortaſſis meo Lectori præcox hæc diſputatio, ſed dignabitur habere patientiam; tota enim Dialectica & poſt ipſam Univerſalium & Prædicabilium notitia ab hac Controverſiâ dependent, & ideò illam debebo radicitùs examinare. Quæritur igitur, *An Intellectio ſit transſubſtantiatio intentionalis? An vera identificatio?* Et ego, ut certa ab incertis ſeparem, reſpondeo me nec aſſerere modò nec negare intentionales ſpecies; nec definire, an detur verbum mentis ab ipſo intellectu diſtinctum; ſed omni ſcholæ & ſectæ ſerviturus, de aliis diſputare, ſi dantur; tenere tamen rationem imaginis intentionalis, non ſolùm eſſe attributum ſpecierum & notitiarum ſpiritualium, ſed etiam materialium & ſupernaturalium: nam ſi albedo videatur oculo, intelligatur mente naturali, aut etiam ſcientiâ ſupernaturali percipiatur, habebit tres intentionales imagines; materialem, ſpiritualem, & ſupernaturalem; de quibus ſit alogicè philoſophandum.

Omnis intellectio, & quæcumque perceptio intentionalis, eſt objecti imago.

Sit igitur PRIMA CONCLUSIO. *Anima cognoſcens rem aliquam identificatur realiter intentionaliter rei cognitæ.* Ita Ariſtoteles 3. *de Animâ tex.* 37 D. Thomas *ibid. lect.* 13. & 1. *p. q.* 14. *art.* 2. & *De verit. quæſt.* 1. *art.* 2. & *quæſt.* 2. *art.* 2. & *quæſt.* 21. *art.* 1. & 1. *contra Gentes cap.* 44. & ſæpè alibi. Subſcribunt Angelico Doctori Cajetanus & *de Ente & Eſſent. c.* 1. *q.* 2. 1. *p. q.* 14. *a.* 1. & *quæſt.* 79. *art.* 2. Zumel, & Bañez 1. *p. q.* 14. *a.* 1. quos ſequuntur Soto *in Præd. c.* 4. *q.* 1. Gonzales *ibidem diſp.* 34. *ſect.* 2. *num.* 13. Nazarius *ibidem*, Cornejo Carmelitanus *ibidem d.* 1. *dub.* 4. *n.* 23. & tandem Salmanticenſes Carmelitani *ibidem tract.* 3. *de ſcient. diſp.* 2. *dub.* 2. Unitatem conceptûs formalis Entis licet ex fundamentis aliis tuentur Scotus *in* 1. *d.* 3. *q.* 1. & *in* 2. *diſt.* 3. *q.* 3. & *q.* 6. & *in* 3. *d.* 8. *q.* 1. Iabellus 4. *Met. q.* 1. Avicen. 2. *Met.* Suarez 1. *s. diſp.* 2. *ſect.* 1. *n.* 9. Capreol. *in* 1. *diſt.* 2. *q.* 1. *Concl.* 1. & 9. Soncin. 4. *Met. ſect.* 1. Herv. *quodl.* 2. *q.* 7. Flandria *q.* 2. *a.* 6.

Identificatio animæ & objecti.

Probo ſententiam meam primò Ariſtotelis authoritate: ipſe de Animâ lib. 3. text. 37. *Omnia ea, ait, quæ ſunt, quodammodò eſt anima: aut enim ſenſibilia ea ſunt, aut intelligibilia. Eſt autem ſcientia quidem ſcibilia quodammodò, ſenſus autem ſenſibilia.* Hæc verba expendit Divus Thomas *lect.* 13. & ſubſcribit clariſſimè Ariſtoteli. Vide *text.* 38. *& deinceps.* Addam ſecundam Concluſionem ut poſſim utramque perſuadere à ratione.

CMLXXIX. SECUNDA CONCLUSIO. *Species expreſſa, ſeu cognitio ipſa objecto cognito identificatur realiter intentionaliter.* Et probo ſic. Ratio imaginis, quæ eſt in ſpecie expreſſâ, eſt ſimilitudo objecti; ergò vel eſt adæquata ſimilitudo, vel inadæquata. Si primùm dicas, ergò in nullâ re imago ab objecto diſtinguitur, quia ſi diſtingueretur in aliquâ, in illâ non eſſet illi ſimilis, ſed diſſimilis, ſive diverſa; nam ut habetur in communi axiomate, *Simile, ſi in omnibus alteri eſſit ſimile, non eſſet ſimile ſed idem.* Confirmatur. Illa quæ diſtinguitur, prout diſtinguuntur non conveniunt; atqui imago & objectum adæquatè conveniunt, hoc eſt imago in nihilo eſt diſſimilis objecto: ergò nullatenùs diſtinguitur ab illo. Probatur minor. Si in aliquo eſſet imago objectu ipſi diſſimilis, prout diſſimilis non eſſet imago; imago enim non niſi ſimilitudo quæpiam eſt. Confirmatur iterùm. In imagine ut tali nihil eſt quod imago non ſit: ergò nihil quod objecto diſſimile ſit: ergò nihil quod objectum non ſit. Patet, quia quidquid objectum non eſt, prout ab eo diſtinguitur, non eſt ſimile objecto.

Item ſpeciei & objecti.

Diſcrimen inter Simile & Idem.

Similitudinem adæquatam, eſſe identitatem probo iterum. Petrus & Paulus ſunt ſimiles ſed non adæquatè, ideò non ſunt idem, ſed diſtinguuntur. Cæterùm diſtinguuntur quà ſunt diſſimiles. In ratione ſpecificâ Hominis adæquatè ſunt ſimiles, & ideò in hâc formalitate adæquatè ſunt idem: in rationibus individualibus ſunt diſſimiles, & ideò in illis non identificantur.

Similitudo adæquata eſt identitas.

Dices rationem imaginis, quæ eſt in verbo mentis, eſſe inadæquatam ſimilitudinem. Infero hinc, inadæquatè cognoſci objectum: conſequens eſt falſum; ergò non erat verum antecedens. Illationem fuiſſe legitimam ſic probo. Cognitio nihil aliud eſt quàm cognitæ rei repræſentatio; igitur qualis fuerit repræſentatio, talis erit cognitio: ergò repræſentatio ſeu ſimilitudo inadæquata atque imperfecta, erit imperfecta inadæquataque cognitio. Ergò nunquam poterimus aliquid cognoſcere adæquatè, quod eſt contra experientiam; quia quando cognoſco numerum ternarium tres unitates concipio, non duas, & ſic ſimiliter in aliis.

An Verbum mentis ſit inadæquatè objecto ſimile?

Sed eſto: fallat nos experientia, nihil intelligamus adæquatè: an ideò fugeris difficultatē? minimè. Concipere inadæquatè eſt non concipere totum ſed partem; ergò illa pars tota concipitur, ergò conceptus erit illi adæquatè ſimilis, ergò identificatus.

CONCL. TERTIA. *Secundum eſſe intentionale identificatur Ratio imaginis, quæ eſt in ſpecie expreſſâ, cum Animo, Intellectu, & cum eſſe entitativo eiuſdem ſpeciei expreſſæ?*

Identificatio Verbi mentalis, intellectûs & Animæ.

Oſtendi identitatem inter objectum imaginemque intentionalem; ſupereſt probare rationem imaginis ab expreſsâ ſpecie, imò ab ipſo intellectu, & rationali Animo non diſtingui realiter, ſed ſolùm negativè: aut ſi poſitivè, virtualiter, ex naturâ rei. Pro intento ſyllogiſſo ſic.

CMLXXX Forma unitur potentiæ vel per informationem ſubſtantialem, vel per inhærentiam accidentalem, aut ſaltem per identificationem. Atqui in ſpecie expreſsâ ratio imaginis unitur rationi qualitaria, non ut forma ſubſtantialis, non ut inhærens accidens, ergò per identificationem; vel dato alium modum, quo forma poſſit ſubjecto ſe communicare. Atqui eodem modo unitur intellectui, & Animo: ergò.

Primò quod non uniatur ut forma ſubſtantialis, probo ſic. Imago eſt ſæpè accidens, atqui hoc nequit ſubſtantialiter informare: ergò Imago non informat entitatem phyſicam ſpeciei expreſſæ, intellectûs aut animi ut forma ſubſtantialis. Probatur major, quandò concipio Albedinem exempli gratiâ, iſte cõceptus eſt Albedo in eſſe intentionali, ergò & accidens.

Secundò ſæpè ratio imaginis eſt ſubſtantia, ſed neque tunc poteſt informare per actuationem ſubſtantialem, tum quia ſi cognoſcimus Materiam primam, hæc non poteſt eſſe forma ſubſtantialis: tum quia ſi cognoſcimus ſubſtantiam completam (puta Hominem, Equum) hæc non poteſt ſubjectum informare.

Dicis tunc ſaltem rationem imaginis informare ut actum ſubſtantialem, quando concipitur Rationalis animus, vel alia forma ſubſtantialis. Nec tunc acquieſcam: quia entitas phyſica ſpeciei expreſſæ eſt qualitas, & hæc non poteſt recipere formam ſubſtantialem. Prætereà: Ratio imaginis & qualitatis in ſpecie expreſsâ ſemper uniuntur eodem modo; Atqui demonſtratum eſt ſæpè non poſſe uniri ut potentiam & actum ſubſtantialem; ergò demonſtratum eſt ſemper non poſſe, hoc eſt, nunquam poſſe.

Hæ rationes probant etiam has duas formalitates non conjungi unione inhæſionis, ſi aliquomodo alterentur, atque tantiſper invertantur.

Primam illam rationem diſpono ſic. Imago intentionalis ſæpe eſt ſubſtantia; Atqui hæc ſive completa ſit ſive incompleta, non poteſt inhærere; Ergò ratio imaginis intentionalis non inhæret verbo mentis quà qualitati phyſicæ, ac propterea nec Animo, nec intellectui. Majorem probo; actus quo concipio Hominem, Animam humanam, ignem, lapidem, eſt verè ſubſtantia intentionaliter.

Has duas formalitates ſemper uniri eodem modo, nuperrimè ediſſeruimus, nec mente ſufficiemus concipere illam imaginem intentionalem ſæpè identificari, & aliàs inhærere, aut informare ſubſtantialiter: undè ſi ſemel probetur identificatio, ſemper eſt admittenda.

CMLXXXI Secundò actus, quo concipitur Materia prima, ſi ſumatur ſecundum *eſſe intentionale*, eſt idẽ cum Materiâ prima, ac proinde non eſt forma intellectûs, aut verbi mentis uniendà nexu ſubſtantiali, ut dixi. Atqui nec ſubiecto inhæret: ergò unitur identicè. Patet conſequentia, quia ea quæ uniuntur, una ex iis tribus unionibus uniuntur, nempè ſubſtantiali, accidentali, aut identicâ: ratio illa imaginis unitur ſpeciei, intellectui, & Animo non ſubſtantialiter, nec inhæſivè, ergò identicè.

Tertiò actus, quo concipio Album dulce intentionaliter eſt concretum, ſed concreta non ſunt formæ ſubſtantiales, nec accidentales: ergò *eſſe repræſentativum* illius actûs unitur ipſi *eſſe entitativo* non ſubſtantialiter nec inhæſivè, ſed identificativè.

Quartò conceptus, quo cognoſco Hominem *ut ſic*, Albedinem *ut ſic*, intentionaliter ſumptus eſt univerſalis; ergò non eſt forma accidentalis aut ſubſtantialis. Probo, quia non poteſt intelligi forma in ſubjecto quin ſit ſingularis; aut ſi Platonem ſequaris, quin ſaltem ab ipſomet ſubjecto individuetur; atqui idea Hominis eſt in conceptu Intellectuali, & tamen remanet univerſalis; ergò ſignum eſt, quod non ſit conceptûs illius forma ſubſtantialis, nec accidentalis; unitur tamen, ergò per identificationem.

Quintò nulla forma, aut ſubſtantialis, aut accidentaria poteſt eſſe in pluribus ſubjectis ſimul; atqui eadem numero objecti imago eſt ſimul in multis conceptibus, aut verbis mentis, ac proinde in multis intellectibus, & Animabus; ergò non eſt forma ſubſtantialis, accidentaliſve: ergò unitur non nexu ſubſtantiali, non accidentali, ſed identificativo. Probatur minor, quia identificatur cum objecto, & hoc ſemper eſt idem.

Ex dictis conſtat rationem imaginis identificari & objecto, & ſpeciei expreſſæ in *eſſe intentionali*; verùm magis cum objecto, quàm cum ſpecie. Ratio eſt: quia formalitas imaginis intentionalis & formalitas qualitatis phyſicæ in ſpecie expreſsâ ſunt duæ formalitates diſtinctæ virtualiter ante mentis operationem, quæ realiter identificantur, ut in Homine Thomiſtico aut Scotico Animal & Rationale; cæterùm ratio imaginis & objectum non ſolùm non diſtinguuntur realiter, ſed nec ratione ratiocinatâ, ſed ut plurimùm extrinſecè ſecundùm diverſos ſtatus; eadem enim formalitas, quæ prout eſt in ſe extra intellectum vocatur objectum, & prout eſt intentionaliter in intellectu appellatur imago.

Ex dictis infero immeritò carpi à Divo Thomâ *de Animâ libr. 3. tex.* 88. *lect.* 13. Empedoclem aſſerentem terram terrâ cognoſci, atque aquã aquâ: Ratio eſt, quia anteſignano & duce ipſo Doctore Angelico omnes Thomiſtæ dicunt *aquâ intentionali* (hoc eſt ſpecie, imagine, aut ideâ aquæ) *eſſe naturale & entitativum aquæ cognoſci*: immeritò inquam carpi Empedoclem aſſero, niſi fortè putaverit aquâ phyſicâ aquam, & terram phyſicâ terrâ cognoſci. *Defenſus Empedocles.*

Obſerva formalitatem illam imaginis, quæ identificatur ſpeciei expreſſæ, etiam identificari ipſi intellectui eodem modo atque ipſi mentis verbo. Ratio eſt, quia unitur cum intel-

Imago identificatur Intellectui. intellectu non ſolùm penes *eſſe entitativum*, ſed etiam penes *intentionale*: patet, nam aliàs intellectus non cognoſceret objectum, ſi non uniretur ſpeciei expreſſæ non ſolùm quà qualitati, ſed etiam quà repræſentativæ imagini. Ergò *eſſe intentionale* imaginis unitur ipſimet intellectui: non nexu ſubſtantiali, neque accidentario, ſed prorſus identificativo. Hanc conſequentiam ultimam probant omnes rationes illæ, quibus indiſtinctio imaginis & expreſſæ ſpeciei oſtenſa fuit: omnes prodeunt *Et etiam Animæ.* collatæ cum ipſo intellectu: ſicut & cum animâ, cùm ipſa ſit, quæ intelligit, & ſentit.

Obiectiones aliquot enodantur.
Prima.

CMLXXII. *Sed quid ſi aliquis diceret formas phyſicas identificari ſuis ſubiectis?* SEd obiiceis ex D. Thomâ. *Oportet*, ait in 1. diſt. 35. q. 1. art. ad 3. *quòd hæc ſpecies, quæ eſt intellecta in actu, perficiat intellectum in potentiâ, ex quorum coniunctione efficitur unum perfectum quod eſt intellectum in actu, ſicut ex animâ & corpore efficitur unum, quod eſt homo habens operationes humanas.* Ut doceret unitatem actûs & intellectûs eſſe compoſitionis, non identificationis, poſuit exemplum in corpore & animâ, ex quibus unum fit; quia hæc duo uniuntur per ſe, non nexu identico, ſed ſubſtantiali. Ne autem remaneret dubii occaſio immediatè ſubiungit. *Vnde ſicut anima non eſt aliud ab homine, ita intellectum in actu non eſt aliud ab intellectu intelligente actu, ſed idem: non tamen ita quod ſpecies illa fiat ſubſtantia intellectûs, vel pars eius niſi formaliter, ſicut nec anima fit corpus.* Ex his verbis formas ſyllogiſticè hanc rationem. Species unitur intellectui ut corpori rationalis animus, ex mente D. Thomæ: Atqui is non identificatur corpori, ut conſtat ex eodem Authore: Ergo ſpecies non identificatur intellectui, ſed unitur per phyſicam inhærentiam, ut aliæ qualitates.

Facilis eſt ſolutio; Dico D. Thomam agere de ſpecie ſecundum *eſſe entitativum*, non verò ſecundum *eſſe intentionale*. Eodem modo debes reſpondere cuiuſcumque Patris Eccleſiæ teſtimonio, cujus verba indicare videantur diſtinctionem realem inter ſpeciem, objectum, intellectum, & Animum. Hæc doctrina in causâ, ne tenearis præmeditari quî poſſis authoritatibus objectis in ſingulari, ſatisfacere; ipſa etenim eſt univerſarum ſatisfactio.

An ſit certum formas phyſicas à ſubiectis diſtingui? Ad ſyllogiſmi formam ſic. Diſtinguo maiorem, minotem, & conſequens; in ſenſu phyſico concedo; nego in intentionali.

Volo tamen notari, id ipſum, quod ſupponitur in argumento & reſponſione (nimirùm, formas reales & phyſicas non identificari materiæ) à nemine demonſtratum eſſe; quoniam ſeparabilitas non probat diſtinctionem, ſed diſtinguibilitatem; nam & ſunt multi, qui docent partes continui identificari inter ſe, & tamen aſſerunt eaſdem eſſe diſtinguibiles & ſeparabiles. Quam ob rem, qui illas identificari diceret, urgeri hac ratione non poſſet; bene tamen anthoritate.

Obiectio ſecunda.

CMLXXIII. *Vtra efficacior ſit, forma phyſica, an intentionalis* EFficacior eſt forma naturalis, quàm intentionalis; quia illa habet maiorē perfectionem, quàm iſta: ſed forma naturalis nunquam intimè unitur, ut identificetur; ergò nec forma intentionalis.

Conſiderando quamcumque formam in ſuo ordine, falſa eſt propoſitio illa major; quia ſicut in ordine entitativo eſt efficacior forma naturalis intentionali, imò intentionalis in illo via ullam habet efficaciam; ita in eſſe intentionali, naturalis forma nudam habet virtutem: cæterùm ſi conſtituatur utraque in ſuâ claſſe, efficacior eſt forma intionalis ad effectus intētionales, quàm naturalis ad naturales; ſiquidē intellectus intentionaliter poteſt habere flores in rigore hyemis, poteſt è ſepulchris mortuos contemplatione excitare, poterit efficere ne nives liquefiant in mediis ignibus, & alia ſimilia, quæ ſingulis horis concipimus; hæc non poſſunt præſtare phyſicæ & naturales cauſæ, ut omnibus notum: ergò potentior eſt intellectus in concipiendo, quam naturales cauſæ in operando. Ergo *eſſe intentionale* in ſuo ordine potentius eſt & efficacius, quàm *eſſe naturale* in ſuo. Ex his patet quòd ad formam ſyllogiſticam debeas negare maiorem, & quouſque hanc probent, non eſt opus expendere alias propoſitiones, Hæc penitiùs intelliges, ſi conſulas obiectionem quartam.

An motus identificetur ſuo termino? Cæterùm ne quidpiā maneat inconcuſſum, annotato minorē etiam eſſe falſam in aliquorum opinione; poteſt enim naturalis forma ita intimè uniri ſubjecto, ut identificetur. Patres Salmanticenſes Carmelitæ *in* 1. *part. tract.* 3. *diſp.* 2. *dub.* 2. *num.* 68. probabile judicant motum ita intimè uniri termino, ut hoc ipſo quod illum quaſi afficiat, maneat cum eo identificatus: & addunt hanc eſſe multorum opinionem. Cælum ab Ariſtotele aſſeritur corruptibile: 12. *Metaph. text.* 5. & 29. hanc opinionem ante ipſum habuerunt Philoſophi non pauci ut notat Hurtadus *d.* 1. *de Cælo ſect.* 5. §. 43. Omnia individua per ſe exiſtentia (hoc eſt ſubſtantialia) conſtare ex materiâ & formâ aſſerit *libri de Cælo prim. textu.* 92. cùmque Cœlum ſit ſubſtantiæ individuum, videtur aſſeruiſſe Cœlum habere etiam materiam. Clariùs 2. *de ortu & interitu text.* 51. ſit eſſe genere eadem, & numero æqualis principia Cæli & mortalium: *An Cœlum materiâ & formâ conſtet?* Ergò Cœlum in opinione Stagiritæ conſtat materiâ & formâ. Conſenſit D. Thomas 1. *p. q.* 66. *art.* 2. ſolùm addit materiam & formam eſſe *An ne inſeparabiliter?* diverſas à ſublunaribus, quia uniuntur inſeparabiliter. Ex eodem Ariſtotele defendunt Cælum eſſe ſimplex noſter Hiſpanus Averroës, Scotus, & ipſius diſcipuli apud Philipp. Fabrum *in ſua philoſophia Theor.* 60. *cap.* 3. Hanc opinionem habet Durandus *in* 2. *diſt.* 12. *q.* 1. *num.* 16. & 17. & alii quorum meminit Suarez *diſp.* 13. *Metaph. ſect.* 10. *num.* 2. Conimbricenſe Colleg. *libr.* 1. *de Cælo. cap.* 2. *quæſt.* 4. *art.* 1. Hic Ego. Cœlum eſt corpus ſimplex in ſententiâ Ariſtotelis; & nihiloſeciùs in ipſius opinione habet materiam atque formam:

ergò Ariſtoteles fuit oblitus ſui ? non admittam in tanto Philoſopho, ni rationum pondere cogar & modò non urgeor. Qui ergo ſatisfaciam ? Dico in opinione Stagiritæ Cœlum conſtare materiâ & formâ, ſed inſeparabiliter unitis, ut notat D. Thomas : hoc eſt ita intimè connexis, ut identificentur, & remaneat corpus realiter & phyſicè ſimplex, compoſitum tamen ex potentia & actu virtualiter, aut ea naturâ rei diſtinctis. Ecce vides ſecundùm mentem Ariſtotelis materiam & formam, quæ aliàs diſtinguerentur realiter, in Cœlis uniri nexu inſeparabili, hoc eſt identico, & talis ingenii, ut reddat corpus illud ſimplex, ſeu phyſicè incompoſitum. Præterea potentiæ & actus ſpirituales reales & phyſicæ entitates ſunt, & nihilominùs ſemper inter ſe identificari docui ſuperiùs ſubſcribens Auguſtino, Bernardo & aliis viris illuſtriſſimis.

An-ne identificatis!

Obiectio tertia.

CMLXXIV. OMnia illa argumenta, quæ probabant identificationem imaginis intentionalis & intellectûs, non habent vires ut probent ſpecies ſenſuum exteriorum quà intentionales identificari cum ſubjecto. Poſſet enim dici ſpeciem quà imaginem ſenſui inhærere, quia cum ipſa ſemper intentionaliter ſit accidens (ſenſus enim externi non niſi accidentia percipiunt) etiam poterit intentionali inhærentiâ conjungi.

An ſenſui & res ſenſata identificetur ſenſibilis & intentionalis imago?

Secunda (quæ expenditur n.) non urget, quia ſenſus externi non vident aut audiunt materiam primam.

An materia prima ſit ſenſibilis?

Tertia (quæ n.) nil probat, quia viſus non videt album, nec guſtus percipit dulce; ſed ille albedinem, & is dulcorem. Abſtractæ autem qualitates formæ ſunt, quæ poſſunt inhærere.

An-ne coloratum in cõcreto, & non ſolus color videatur?

Reſpondeo ſpecies ſenſuum externorum eſſe identificatas cum ſuis objectis ſecundum *eſſe intentionale*: hanc veritatem clariſſimè illæ rationes ſuperiùs propoſitæ ſuadent, & quinta præcipuè, quæ eſt efficaciſſima, ut probet eandem ſpeciem ſecundùm *eſſe intentionale* nec à ſenſu, nec ab Animo eſſe diſtinguendam. Maneat igitur integrum, ſenſuum externorũ ſpecies, licèt intentionaliter ſint accidentia, non poſſe inhærere ſubjecto, ſed debere intentionaliter identificari: & hoc non ita propter quatuor illas rationes, quæ expenduntur ſuperiùs; quàm propter quintam, quæ non ſolùm probat indiſtinctionem intentionalem objecti & intellectûs; ſed etiam objecti & ſenſuum externorum. Miſſam interim facio rationem tertiam, tametſi in eorum ſententiâ, qui credunt non Albedinem ſed album videri, ſanè efficaciſſima videatur.

Obiectio quarta.

CMLXXV. DIces tota hæc doctrina nititur debili ſcio...e; quoniam tota eſt in identificatione i... ginis intentionalis & objecti, ceu fundamento, etenim ſi hæc non identificatur cum illo, opus non eſt ut ea cum intellectu aut Animo identificetur. Aſſumptum probas, quoniã intellectus ſæpè concipit non exiſtentia, crebròque impoſſibilia: Atqui intellectus nequit impoſſibilibus, aut non exiſtentibus identificari, quia non exiſtunt: Ergò intellectus & objectum non habent identificationem.

Reſpondeo intellectum Humanum, aut Angelicum, immò neque Divinum poſſe impoſſibilia cognoſcere, quia illa quæ cognoſcuntur, eo modo quo cognoſcuntur, ſemper ſunt poſſibilia : ſed de hoc latè cum de Ente rationis.

Impoſſibilia non cognoſci.

Porrò quando intellectus non-exiſtentia concipit, nihil concipit quod non exiſtat. Concipit florem in mediâ hyeme. quid eſt flos? ſubſtantia vegetativa talis coloris, talis odoris, talis virtutis. Hæc omnia reverâ exiſtunt, licèt in ſubjectis ſeparatis. Zeuxis pictutus Deam, conjunxit pulcherrimas juvenes, & uniuſcujuſque perfectiorem partem cõtemplatus, compoſuit mente ideam, & figuram penicillo rei exiſtentis, & non exiſtentis in naturâ: nõ exiſtentis quidem, quia illius imaginis nulla mortalis fæmina fuit prototypus: exiſtentis ſanè, quia nulla pars erat in picta Deâ, quæ non exiſteret in aliquà earum adoleſcentum. Puta Dea in tabula habebat oculos Phillidos, os Amaryllidis, genas alterius, & alius venuſtatem. Ergò ſimiliter Mens (Zeuxis eſt ipſa intellectualis) ea vita vegetativà, quæ eſt in plantis, ex odore & fragrantia quæ eſt in balſamo, ea colore quæ eſt in ornatu, componit intentionaliter unum florem, qui phyſicè non exiſtit, non tamen habet partem, quæ phyſicè non exiſtat. Ideò talis flos debet naturæ ſuarum partium eſſentias, ingenio humano connexionem. Hinc conſtat intellectum humanum nihil concipere, quod non exiſtat, vel ſaltem habeat partes alicubi exiſtentes. Non decido An-ne poſſit aliquam formalitatem concipere, quæ nullibi ſit, quia id eſt maioris indaginis, & non petitur ab argumẽto, cui ſolvẽdo data doctrina ſufficit.

Intellectus cognoſcit poſſibilia non exiſtentia: & tamen hinc non ſequitur, ab eo cognoſci vel unicam formalitatem, quæ non exiſtat.

Zeuxis pictura.

An intellectus poſſit concipere nullibi exiſtentem?

Obiectio quinta.

INtellectus quamvis actuetur ſpecie intelligibili, dicit relationem realem & phyſicam ad objectum; Ergò diſtinguitur realiter ab illo. Patet, quia relatio realis petit extrema realiter diſtincta. Ergò intellectus & objectum in *eſſe intentionali* non identificantur.

An dicat relationem realem ad objectum?

An realis relatio ſit inter extrema realiter diſtincta?

Admitto antecedens, ſi loquaris in ſenſu phyſico & entitativo : nego, ſi in intentionali. Sed neque conſequentia eſt legitima; multæ enim relationes materiales non diſtinguuntur à ſuis extremis, ut patet in relatione quæ extremorum continuatio eſt: & ſi agamus, ut agere oportet, de relationibus ſpiritualibus omnes identificantur ſuis fundamentis, imò & terminis ſi fuerint unitivæ.

Obiectio ſexta.

CMLXXVI. EſT apud Theoſophos controverſia celebris examinans, utrùm in viſione beatifica detur creata aliqua ſimilitudo (hæc eſt ſpecies expreſſa)

An beati videant Deum per ſpeciem?

expreſſa) an verò ipſa Divina eſſentia per modum ſpeciei expreſſæ concurrat? ſemper credidi quæſtionē hîc eſſe merè de nomine, & de re nullam. Thomiſtæ negant ſpeciem expreſſam creatam, & ne videantur dicere beatificam illam viſionem non eſſe actum vitalem & ab intrinſeco, aſſerunt Animam elevatam glorioſo lumine producere actionem aliquam quam nominant Grammaticalem, quæ non ſit relatio extrinſecùs adveniens; neque ſit operatio de prædicamento actionis, quia aſſereretur ſine termino, quod non eſt poſſibile; ſed ſit verè qualitas. Hanc ipſam qualitatem, quam Thomiſtæ *Grammaticam actionem* (fortaſsè impropriè, ſed de hoc alii) hanc alii *ſpeciem expreſſam* nominarunt. Cæterùm ſive detur in beatis mentis Verbum, quod ſit imago Dei, ſive iſta Grammaticalis actio ſit quid diſtinctum ab ipſo verbo mentis, objicitur contra reſolutionem noſtram.

Actio grãmaticalis dicitur eſſe qualitas: cur non ſpecies?

An qui cognoſcit Deum, intentionaliter ſiat Deus?

Rationalis Animus, ipſius intellectus, & intellectio non poſſunt identificari cum objecto; corruit ergò fundamentum nuperrimæ reſolutionis. Aſſumptum probas: ſi Animus, intellectus, & intellectio identificarentur cum objecto; in gloriâ beatorum Animi, ipſorum mentes, & intellectiones eſſent Deus; Hoc eſt abſurdum: Ergò Major eſt certa, Minorem probo. Primò, quia non poteſt idem ſimul eſſe creatura & creator, finitus & infinitus, mortalis & æternus, diſcurſivus & comprehenſivus, ens per participationem & ens per eſſentiam: & ut verbo dicam, homo identificatus Deo.

In Incarnatione Natura (divina & humana) non identificantur, nec convertuntur, nec tranſſubſtantiantur.

Nec juvat recurrere ad myſterium Incarnationis, quia ibi homo eſt Deus hypoſtaticè, non identicè: neque enim natura Divina, imò neque Divina hypoſtaſis identificata eſt naturæ humanæ, hæc enim realiter ab utrâque diſtinguitur.

Reſpondeo diſtinguendo Antecedens. *Rationalis Animus ipſius intellectus, & intellectio non poſſunt identificari cum objecto in eſſe phyſico & entitativo*, tranſeat; *in eſſe intentionali*, nego: *Ergo corruit fundamentum nuperrimæ reſolutionis?* nego conſequentiam. Ad probationem, admitto beatos, ipſorum mentes, & intellectiones fieri Deum in *eſſe intentionali*, non tamen in *eſſe phyſico*. Hoc eſſe abſurdum nego cum Salmanticenſibus Carmelitanis *in ſui Curſûs Theolog. tract. 3. de Scientia diſp. 2. dub. 2. §. 11.* quia nullum eſt inconveniens in eo quod Deus ſtante diſtinctione reali phyſicâ identificetur intentionaliter beatorum mentibus & Animabus. Hinc nulla ſequentur contradictoria, imò neque contraria: Beatus enim ſecundum *eſſe reale & phyſicum* eſt creatura, finitus, temporaneus, diſcurſivus ac ens participatum: cæterùm in *eſſe intentionali* eſt creator, infinitus, æternus, in comprehenſivus, ens per eſſentiam; ac ut verbo abſolvam, eſt Deus: hoc eſt, adæquatè ſimilis objecto creatori, infinito, æterno, comprehendenti, enti à ſe, videlicet ipſimet Deo.

CM LXXXVII. An beatus ſit Deus per participationem?

Confirmo. Quod beati Animus ſit Deus per identitatem intentionalem, nihil aliud eſt, quàm quod ſit Deus per participationem manantem à gratuitâ voluntate Dei unientis ſe intelligibiliter cum ipſius mente. In hoc autem quis videat latere inconvenientia? ſemper remanet quà identificatus Deo intentionaliter ens participatum, quia ipſummet identificari, Deitatem participare eſt; ſemper beatus remanet dependens, atque ens ab alio; identificatur enim Deo, non à ſe, ſed propter Dei liberalitatem.

An participemus etiam in via divinam Naturam per gratiam?

Iterùm: Habitualis Gratia eſt participatio formalis Divinæ naturæ, ut omnes paſſim aſſerunt. Atqui nullum eſt inconveniens in eo, quod quis participet Divinam naturam Phyſicè & ſupernaturaliter, & ſit Deus per phyſicam participationem, juxta illud Exod. *Conſtituo te Deum Pharaonis*; & alibi. *Ego dixi Dii eſtis, & filii Excelſi omnes*. Ergo nullū inconveniens erit in hoc, quòd Deum beatus participet intentionaliter.

An beatus ſit Deus ſecundum eſſe naturale

Dices; ſpecies expreſſa Beati in quantum imago Dei, eſt vel adæquatè ſimilis objecto Deo, vel inadæquatè ſimilis. Si hoc ultimum; ergò beati inadæquatè vident Deum; ergò non totum Deum, quia ſi totum viderent, viderent adæquatè. Si dicas primum, nempè illam ſpeciem eſſe adæquatè ſimilem Deo; ergo eſt Deus adæquatè; ergò eſt Deus non ſolùm in *eſſe intentionali*, ſed etiam in *eſſe naturali*: quia ſi in alterutro non eſſet Deus, eſſet Deus partialiter, & inadæquatè.

Hæc ratio non militat contra identificationem Animi, & mentis cum objecto: ſed contra identificationem ſpeciei expreſſæ quà imaginis cum naturâ Divinâ. Reſpondeo igitur hanc adæquatè objecto eſſe ſimilem ſimilitudine non phyſicâ, ſed intentionali. Infers, *Ergò eſt Deus adæquatè, hoc eſt, non ſolùm in eſſe intentionali, ſed etiam in phyſico & reali*: Thomiſtæ concederent hanc conſequentiam, quia ipſis ſpecies expreſſa realiter & entitativè eſt natura Divina. Cæterùm argumentum non cogit illam conſequentiam admitti. Dico igitur ſpeciem expreſſam in eſſe intentionali ſuo, eſſe adæquatè ſimilem Deo, & repræſentare intentionaliter adæquatè ipſius Dei *eſſe* non ſolùm intentionale, ſed & reale.

Beati totum Deum vident, ſed non totaliter: quia totaliter ſibi uni eſt Deus cognitus, non alii. Quid ſit Deum videre totaliter non explico, quia reſolutionem hanc neque objectio ipſa poſtulat, nec tempus; ſed tractabitur in aptiore loco.

ARTICVLVS IV.

De Terminis.

CMLXXXVIII. Termini mentales.

Dantur in lingua dictiones ſimplices, quæ dictæ *Termini*, & in mente dantur ſimiliter apprehenſiones ipſis correſpondentes. Conceptus enim dividitur in Nomen & Verbum: in Poſitivum & infinitum; in Complexum & Incomplexum; in Subſtantivum & Adjectivum: in Categorematicum & Syncategorematicum: in Vniverſalem Copulatum & Diſtributivum. *Illorum variæ diviſiones.* Subdividitur Vniverſale Diſtributivum in Genus, Speciem, Differentiam, Proprium & Accidens, &c. & in omnibus definitiones traditas ſuperiùs conſervamus; notando characteriſticam differentiam ſolummodò; quæ enim terminus vocalis vocaliter & artificialiter, illa eadem mentaliter ſpiritualiter & naturaliter ſignificabit.

Conceptus directus & reflexus.

Dictio directa à reflexa diſtinguitur: quia quando dico Simonem Apoſtolorum Principem à Chriſto vocatum fuiſſe *Petrum*, poſſum ſermonem ſupra hanc eamdem dictionem reflectere & ſubjungere, dictum fuiſſe Petrum à petra, ut conſtat è definitione dicentis, *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Aut poſſum ſupra mea verba reflectere (& hoc ad rem pertinet potiùs) & me hoc dicere ſecundâ poſitione firmare. Nec aliter de mente philoſophor: dantur enim cognitiones reflexæ, quæ intellectionum intellectiones ſunt: hæc enim Propoſitio, *Ioannes cognoſcit multa*, differt omninò ab hac, *Ioannes ſcit ſe cognoſcere multa*.

Verba materialiter ſupponi ſolent. An-ne in conceptibus etiam dabitur ſignificatio materialis?

Præter voces reflexas (quarum una reflectitur ſupra alteram) dantur voces ſuppoſitæ materialiter pro ſe ipſis, in quibus una & eadem eſt directa & reflexa. ut cùm dicimus, *Imperator eſt nomen tetraſyllabum*. hîc enim illa vox *Imperator* ſemetipſam ſignificat. Et tu hac doctrinâ præventus inquiris, An-ne idem terminus mentalis; an-ne idem mentis actus poſſit reflectere ſupra ſe ipſum? Et reſpondeo à paucis hanc quæſtionem tactam, & utramque contradictionis partem ab aliquibus probabilem creditam.

CMLXXXIX. An infinitæ voces ſint nomina?

OBJICIES. Si omnia nomina vocalia ſunt dictiones, omnia mentalia erunt conceptus: at multa ſunt vera nomina quæ concipi non poſſunt: Ergo. Aſſumptum probas, quia infinita (aut ut vulgus loquitur, infinitata) qualia ſunt *Non homo Non-equus*, vel invito Ariſtotele *libr. 1. periherm. cap. 2 & libr. 2. cap. 1.* ſunt nomina teſte D. Thomâ *ibid.* cùmque hujuſmodi infinita nomina concipi non poſſint; ſequitur dari nomina quæ non ſint conceptus. Minorem probas; quia finita mens (talis eſt Angelica & Humana) non poteſt cognoſcere infinitum.

An mens cognoſcat infinitum?

Reſpondeo hanc objectionem purâ æquivocatione laborare. *Non-homo* terminus *infinitus* dicitur, non quòd infinitus ipſe ſit, ſed quia de ferè omnibus rebus poteſt prædicari; attamen finitus eſt, imò Ente limitatior, quia *Ens* de Homine dicitur de quo non dicitur *Non-homo*; quapropter Logici malunt hujuſmodi terminos *infinitatos* dicere quàm *infinitos*.

An negationes cognoſcantur?

Inſtas, licet infinitus terminus non includat infinitatem poſitivam, ſaltem includit infinitantem negationem: ergò non poteſt concipi; malè igitur conceptus eſſe diceretur. Aſſumptum probas, quia aſſerentibus D. Auguſtino *libri de vitâ beatâ cap. 4.* D. Thomâ *4. Metaph. & quæſt. prima de malo articulo 2.* D. Anſelmo *libri de caſu diaboli cap. 4. & libri de concept. Virg. cap. 5.* Cajetano *1. part. quæſt 48. art. 2. & libello de Ente & eſſ. cap. 1.* Ferrarienſi *3 contr Gentes, cap. 19.* Conimbricenſibus *libr. 1. Phyſic. cap. 9. quæſt. 7. art. 1. & 2.* negationes cognoſci non poſſunt.

Reſpondeo negationes ipſas nihil eſſe; addo in multorum opinione illas nec à Deo cognoſci, quia quod non eſt, ſaltem poſſibiliter, nec poſſibiliter verum eſt, ac proptereà nec cognoſcibiles. *Non homo* autem negatio nō eſt, ſed eſt *Ens poſitivum diſtinctum ab homine*; eſt vera hæc propoſitio *Elephas eſt non homo*, interim elephas Ens poſitivum eſt in omnium opinione. *Terminus infinitus non eſt pura negatio.* Puto omnes nos experiri mentes noſtras intelligere quid ſit *cæcus, claudus, irrationalis, &c.* adeòque terminos poſitivos negatione affectos. Quo autē modo id intelligamus, hoc loco explicari non poteſt. Et hæc de ſimplici apprehenſione breviter dixiſſe ſufficiat, ad ſecundam mentis operationem tranſeamus.

ARTI-

ARTICULUS V.

De Entitativa Iudicii compoſitione & diviſione.

CMXC *An propoſitio mentalis ſit ſimplex qualitas?*

DIxeram voce, *Homo eſt animal*; idem repeto mente:& inquiris, An-ne in Propoſitione hac mentali dentur termini? an ipſa ſimplex ſit;an verò ſicut vocalis, compoſita ſubjecto, prædicato, & copulâ? Et dati varias opiniones reſpondeo,è quibus Dialecticus habere poſſit, quam voluerit. PRIMA aſſerit Iudicium eſſe qualitatem compoſitam tribus eſſentialibus partibus (nimitùm, Subjecto, Copulâ, & Prædicato) quarum ſingulæ poſſint eſſe compoſitæ, ut videre eſt in hac Propoſitione mentali, *Aliquis homo albus eſt accidentaliter Faber ferrarius*, in qua *Aliquis homo albus* eſt ſubjectum, *eſt accidentaliter* copula, & *Faber ferrarius* prædicatum;& tamen hæ primariæ partes etiam ſunt compoſitæ aliis ſubpartibus. Hæc ſententia intra ſphæram Dialecticæ facillima eſt, & inter mentem linguamque quoad compoſitionem nullam admittit differentiam. SECUNDA tenet Iudicium eſſe ſimplicem qualitatem;quam ſi ſequamur, debebimus dicere hanc ipſam qualitatem intrinſecè conſideratam virtualiter aut formaliter eſſe compoſitam: hoc eſt, non eſſe compoſitam realiter, ita tamen ſe habere ac ſi eſſet realiter compoſita. Et debebimus addere hanc eamdem qualitatem eſſe compoſitam realiter extrinſecè; hoc eſt, æquipollere vocibus realiter diſtinctis. ET EODEM modo philoſophari debent illi, qui Iudicium ab Intellectu non diſtinguunt: immò neque hunc ab Animo.

Prima ſententia. *Secunda.*

An in mentali enunciatione detur Subjectum Prædicatumque?

Infero ergo ſtando huic doctrinæ, non datur ſubjecti & prædicati diſtinctio: & illationem perſuadeo, quia in hac propoſitione vocali *Petrus eſt aliquis homo*, ideò *Petrus* eſt ſubjectum & *aliquis homo* prædicatum;quia *Petrus* profertur priùs, & *Aliquis homo* poſteriùs;nam ſi contrà quis diceret, *Aliquis homo eſt Petrus*, jam *Petrus* eſſet prædicatum, & *Aliquis homo* ſubjectum. Cùm igitur in Propoſitione mentali non detur ordo & ſucceſſio partium (quòd illis careat intellectuale judicium, ſi ſimplex qualitas eſſe dicatur) ſequitur neceſſariò unam & eamdem Propoſitionem mentalem duabus vocalibus, Converſæ & Convertenti æquivalere.

Unica mentalis Enunciatio duabus vocalibus æquipollet.

Et quid dicemus, ſi propoſitio qualitas compoſita ſit? idem omninò: quoniam uterque terminus erit ſimul, ac ideò neuter erit prior, neuter poſterior: neuter ſubjectum, & neuter prædicatum.

SEcunda ſententia hoc ævo valdè communis eſt. Eam propugnant, qui ſubtiliori ſcholæ ſtudent. Eam Thomiſtæ etiam multi, ipſam alii. Et quia hodie invitor ad diſputationem Philoſophicam, quæ in Archiepiſcopali Seminario, cujus Inſpector ſum, Præſide R. P. Bernardino Hygino à Wenceslao Felice Calvo defenditur, & mihi dedicatur, volui ponere huc unicam lineam ex Theſ. VIII. videlicet; *Propoſitio mentalis eſt qualitas phyſicè ſimplex, enunciativa unum de alio.* Ecce quomodo Scotiſtæ philoſophantur de hâc materiâ.

AUdiviſti me ſecundam exponentem ſententiam:& ut meliùs intelligas id quod inſinuo, nimitùm non dari ſubjectum & prædicatum in propoſitione mentali, ſed unam & eamdem propoſitionem eſſe ſimul converſam & convertentem [hac enim doctrinâ multa inferiùs valdè curioſa, nova, & ſubtilia ſubcollabo] alios audi.

Comptonus laudatur.

Et quidem P. Thomas Comptonus polito & erudito calamo nuper ſcripſit: & *diſp. 21. de Anim. ſect. 2. num. 5.* hæc habet. [Quæri hîc ſolet, Utrùm judicium ſit ſimplex qualitas, an ex tribus actibus compoſitum? Reſp. eſſe ſimplicem qualitatem, ſicut etiam eſt ſimplex qualitas apprehenſio ſimplex, quâ ſcilicet quis duos terminos ſibi invicem unitos, ut *paries albus*, vel integram etiam propoſitionem mente concipit, ut *Anima eſt immortalis*. Probatur: licèt enim ſæpè contingat, quando quis alium audit ſucceſſivè proferentem propoſitionem aliquam, ut ipſe etiam ſucceſſivè apprehendat extrema, & per diverſos actus, hi tamen actus non ſunt judicium, ſed duæ vel tres apprehenſiones ſimplices: poſteà verò ubi loquens abſolvit propoſitionem totam, tunc audiens cùm per apprehenſiones præcedentes, quæ etiamnum manent, habeat ſibi ſufficienter propoſita extrema & objectum applicatum, per alium actum indiviſibilem aſſertivè profert quaſi ſententiam, & judicat extrema inter ſe uniri. Nec enim duæ vel tres apprehenſiones ſimplices

An judicium ſimplex qualitas ſit?

Hæc ratio ſolet ab aliis tanquam objectio poni.

faciunt

faciunt unum judicium: ſtantibus enim adhuc his apprehenſionibus, dubitamus frequenter utrùm objectum ita ſit à parte rei, nec ne, ſeu utrùm extrema illa inter ſe uniantur: ut cùm apprehendimus ſtellas & paritatem, licèt per aliam tertiam apprehenſionem apprehendatur etiam unio, dubitamus nihilominùs utrùm pares ſint vel impares: ergo hæ apprehenſiones non ſunt unio judicativa. QUOD VERÒ judicium ſit unicus actus ſimplex cognoſcens tam extrema quàm unionem, probatur: nam actus judicii cognoſcit neceſſariò unionem identitatis exercitam inter illa duo extrema, hominem v.g. & Petrum in hâc propoſitione *Petrus eſt homo*, ergo hic actus neceſſariò fertur etiam in extrema, ergo licet apprehenſiones quædam priùs naturâ prærequirantur ad hunc actum, in hoc tamen ſolo conſiſtit judicium. Quando autem dicitur, propoſitionem eſſe compoſitá, & habere extrema, ſermo ſolùm eſt de propoſitione vocali, nam propoſitio mentalis non alio modo habet extrema, quàm propoſitio objectiva, dum dicimus *Petrus eſt homo*, nempè formaliter & ratione noſtra. Unde ſicut ex parte objecti, ita ex parte cognitionis dari poterunt ratione noſtrâ diverſæ formalitates, formalitatibus objectivis correſpondentes.] Sic Comptonus: quem ſolum produxiſſe ſufficiat.

Etiamſi componeretur judicium tribus, a ſibus copula tangeret extrema.

An propoſitio mentalis habeat partes formales?

ARTICVLVS VI.

De poteſtativa diviſione & ſubdiviſione Poſitionum mentalium.

CMXCI. Quid ſit mentalis Propoſitio?

AN mentale judicium entitativè dividatur, aut etiam componatur expoſui; nunc illud breviter definio; Dico igitur, *illud eſſe conceptum* ſimplicem compoſitum-ve; id non urgeo) *aſſerens unam formalitatem eſſe aliam.* Huncque ipſum conceptum ut totum potentiale conſidero, & divido in membra diverſa: at diviſionem illam, quâ Propoſitio in aſſerentem & negantem dividitur, non admitto, puto enim omnes eſſe aſſerentes; [Si negativam velis dicere, quæ inficitur prædicato infinito, de vocibus non diſputabo; dicam tamen unam & eamdem Propoſitionem mentalem poſſe ſimul affirmare & negare; nam hæ, *Homo eſt non lapis* & *Non-lapis eſt homo*, vocaliter ſunt duæ Propoſitiones, & unica tantùm mentaliter, quam ob rem prima Propoſitio vocalis, dicatur eſſe negativa, ſecunda verò affirmativa, mentalis, quæ utramque complectitur, debebit eſſe affirmativa ſimul & negativa. Sed faciliùs profectò eſt Poſitiones negativas negare.]

An dentur negativæ?

An una & eadem ſimul ſit affirmativa & negativa?

Si conſideretur materia, mentalis Propoſitio erit quadruplex; Neceſſaria, Infallibilis, Propria, Contingens. Neceſſariaque in Naturalem Remotamque ſubdividetur. Si quantitas, erit iterùm quadruplex; *Univerſalis, Particularis, Indefinita, & Singularis.* Particularem & indefinitam vocaliter differre certum eſt; ſed quia non datur ratio efficax diſtinguendi mentaliter, eaſdem noſtra Logica mentalis aſſeret probabiliter diſtingui, & probabiliter non diſtingui, ut ſcholis diverſis ſeſe attemperet: utrumq; enim teneri poterit ſine Logici rigoris jacturâ. *Si qualitas* conſideretur, erit Propoſitio duplex; Vera aut Falſa, nec occurrit, cur nō poſſit una Propoſitio mentalis, æquè ac vocalis, de vera in falſam, aut è contrà, trāſire? Categorica eſt ſimplex Propoſitio, Hypothetica duplex; & utraq; in aliquorū ſententia eſt ſimplex qualitas. Hypothetica in quatuor præcipuas ſpecies ſubdividitur; videlicet, in *Copulativam, Diſjunctivam, Cauſalem, & Conditionalem*. Definitio habet duas præcipuas ſpecies. Eſt enim aut Logica aut Rhetorica. Illa fit per genus & differentiam; hæc per proprietates & characterica accidentia; quæ ſi ſint nota, appellatur *Deſcriptio*; at *Ænigma*, ſi ignota & à longè collecta; quorum ſingula communia aliis ſubjectis ſint, & omnia ſimul uni & ſoli definito conveniant. Nec in his omnibus, & aliis ejuſmodi formalitatibus aut etiam rebus, Propoſitiones Mentales à Vocalibus differunt.

Quotuplex ſit Propoſitio mentalis?

Veritas eſt qualitas propoſitionis.

Eadem propoſitio de verâ in falſam poteſt, & è contra tranſire.

Hypotheticæ ſpecies.

Definitionis ſpecies.

POſſem hîc meum Lectorem pluribus onerare: at quia eodem omninò modo quo de vocalibus, etiam de mentalibus propoſitionibus philoſophor, nihil de ſingulis generibus Propoſitionum dixero, ſed Lectorem curioſum remittam ad libros antecedentes, in quibus uberiùs omnia dilucidavi. Cæterùm antequam diſputem de diſcurſu, hunc Articulum doctrinam valde ſubtilem & neceſſariam continentem, addo.

ARTI-

ARTICVLVS VII.

An detur Cognitio, quæ ſit notitia ſui ipſius? An una Propoſitio poſſit in ſe ipſam reflecti? An unum Iuramentum poſſit reflecti in ſemetipſum?

CMXCII. *Quæſtio proponitur: in vocibus. in ſcriptu-ris. in actibus intellectûs. in moralibus.*

COnttoverſia eſt difficilis, quæ diſputat de reflexione Propoſitionum: An, cùm dico, *Ego mentior*, loquar de altrro propoſitione priore, an de iſtâ ipſiſſima, nempè *Ego mentior*, quam pronuncio. Idem dubitari poreſt de his, *Ego loquor*, *Ego dico verum*, &c. & tranſeundo ad calamum, quæritur, An quando hos characteres exaro; nimirùm, *Ego ſcribo*, agam de eiſdem, quos efformo, an de alus ab ipſis diſtinctis? Et aſcendendo ad mentem petitur, An, ſi Deus unam Creaturam intellectualem produceret, quæ unico tantùm inſtanri duraret (ita, ut in inſtanti A non eſſet, in inſtanti B eſſet, & in inſtanti C non eſſet) & illa mente diceret, *Ego cogito, Ego iudico, Ego ſecundàm mentis operationem exerceo*, verum diceret: nam ſi verum, illam propoſitionem ſignificare ſe ipſam, certum eſt: ponitur enim illum Angelum nullum actum, aut feciſſe aut facturum eſſe. Hinc ad Moralia tranſeundo, interrogatur, An juramentum poſſit ſupra ſe ipſum reflecti? quod eſt petere, An qui juraverit, ſe nullius juramenti diſpenſationem petiturum aut accepturum, ita ſe obſtringat, ut huius ultimi iuramenti non poſſet diſpenſationem impetrare?

Reſolutio. Scio hîc Scriptores variare. Scio alios aſſerere: alios negare: alios diſtinguere; at ego parti affirmativæ ſubſcribo, & aſſero poſſe actum ſignificativum in ſe ipſum tranſire, & ſe ipſum ſignificare.

CMXCIII. QUæſtionem in linguâ, in calamo, & in intellectu propoſui; & ut rem clariſſimè percipias, voces à ſcripturis, & utraſque à conceptibus mentis diſtinguo, & ubique ſingulatim aſſertam reflectionem demonſtro.

De lingua.

Vocalis Propoſitio poteſt in ſe ipſam reflecti. ESſe voces aliquas univerſales, quæ aliquam rationem communem ſignificant, & ſub illâ comprehendunt multa particularia, & inter illa ſemetipſas, manifeſtum eſt. Nam hæc vox *Vox*, vocem ſignificat ut ſic, & prædicatur de ſe ipsâ, ut videre eſt in hâc enunciatione *Nomen* Vox *eſt vox*. Idem dicendum eſt de vocibus, *Nomen*, *Vocabulum*, & *Dictio*. hæc enim vox *Nomen* eſt nomen: hæc *Vocabulum* eſt vocabulum: & hæc *Dictio* eſt dictio: imò ſingulæ ex iſtis vocibus eſt ſimul nomen, vocabulum & dictio: dictio, vocabulúque, quia dicitur, & quia ſignificat; nomen, quia per numeros & caſus declinatur. Sed hoc non eſt vocem ſignificare ſemetipſam, ſed ſignificare prædicatum quoddam univerſale eſſentialiter conveniens ſibi ipſi. Peto igitur an una vox ſingularis & determinata poſſit ſignificare ſe ipſam.

Aſſertivè reſpondeo, & ut probem, pono me olim nihil dixiſſe, nihil olim dicturum eſſe, & nunc pronunciare iſta verba *Ego loquor*, vel hæc, *Ego unam propoſitionem aſſerentem pronuncio*, & interrogo, An dixerim verum, vel falſum? Rem meditor, & non video, cur falſum dicam ergò dico verum: & ſi verum, hæc propoſitio ſemetipſam ſignificat: quia ſignificat verba à me dicta, & nulla alia à me dicta ſunt aut dicenda (ſic ſuppono) quàm iſta, quæ hanc propoſitionem componunt.

De Calamo.

SIcut nomen *Vox*, non ſignificat ſeipſam ſingularem, ſed rationem aliquam communem & univerſalem eſſentialiter convenientem ſibi ipſi. Sic etiam hæc dictio ſcripta *Scriptura* non ſe ipſam individuam ſignificat, ſed aliquam rationem generalem vel univerſalem convenientem eſſentialiter & neceſſariò huic verbo ſcripto & aliis omnibus verbis ſcriptis. Hæc omnis vera & certa ſunt, nec digna, quæ in controverſiam reducantur. Ergo ad alia tranſeamus magis diſputabilia: & inquiramus, An poſſit una individua ſcriptura ſe ipſam ſignificare? CMXCIV. *Scripta propoſitio reflecti poteſt ſuper ſe.*

Reſpondeo primò, voces aut ſcripturas ſimplices, quæ primæ mentis operationi correſpondent, quando materialiter ſumi dicuntur, ſe ipſas ſignificare, ut cùm dicimus, *A eſt vocalis. Nomen Homo eſt diſſyllabum*, & ut de characteribus ſpecialiter agam, *Litera O eſt circularis; Litera C hemiſphærica. Litera I eſt ſimplex linea*, &c. at tunc non ſumitur pro uno individuo, ſed pro quocumque ut ſic, quia non ſolùm hæc vox *Homo* eſt diſſyllaba, aut tantùm hæc litera *A* eſt vocalis, &c. ſed quæcumque vox *homo* erit diſſyllaba: & quæcumque litera *A* erit vocalis: & quæcumque O ſcripta erit ſphærica, quæcum-

que C erit ſemicirculus, & quæcumque I erit linea recta.

Reſpondeo ſecundò, poſſe dari, ſicut vocem, ita etiam ſcripturam, quæ ſingularis ſit, & ſemetipſam ſignificet, & hoc tametſi illa ad ſecundam mentis operationem pertineat. Et ut hoc probem, ſumo calamum, & hos characteres efformo, *Ego ſcribo*; aut etiam hos, *Ego litteras Latinas delineo*. & quia ſuppono me nullos alios formaſſe, aut formaturum eſſe, quæro à te qui me ſcribentem vides, An non unam propoſitionem ſcribam? & ſi propoſitionem, an ne falſam? Non habeo ſcientiam ſufficientem, ut illam falſitatis condemnem: & ideò illam veram pronuntio, & te à me ſtare confidenter affirmo. Ergo ſi hæc propoſitio *Ego ſcribo* eſt vera, & nihil ego aliud ſcribo, quàm hanc ipſiſſimam propoſitionem, conſequens eſt, ut illa ſemetipſam ſignificet.

De Mente.

CMXCV. Reflexio triplex.

TRibus modis poſſet intelligi aliquem mentis actum eſſe cognitionem ſui ipſius: *primò*, ſi dicamus habere duas formalitates (puta A & B) & formalitatem A eſſe cognitionem: formalitatem B eſſe cognitam: & quia in tali caſu A realiter eſſet B, ideò cognitio eſſet res cognita, & è converſo. At in tali caſu formalitas A, formaliter loquendo, non cognoſceret ſe ipſam. *Secundò*, ſi dicamus formalitatem A eſſe notitiam intuitivam, adeòque non ſolùm cognoſcere formalitatem B, ſed & cognoſcere formalitatem B, ut identificatam formalitati A, dicemus formalitatem A eſſe primariò notitiam formalitatis B, & ſecundariò ſui ipſius; & hoc in ſenſu formali; quia in reali ſemper erit cognitio ſui ipſius. *Tertiò*, ſi dicamus cognitionem illam, de quâ loquimur non habere duas formalitates, ſed eſſe unam formalitatem ſimpliciſſimam, & nihilominùs eſſe ſui ipſius cognitionem.

Duo priores modi facilè poterunt intelligi; nam ſi actum, quo cognoſco patrem, realiter Deus identificaret patri, ille actus realiter loquendo eſſet pater; & cùm eſſet cognitio patris, eſſet cognitio ſui ipſius. Sed urgendus eſt modus tertius, ut omnimoda ſervetur paritas; quia cum vox, aut ſcriptura ſemetipſam ſignificat, non dantur duæ formalitates objectivæ in eadem voce aut ſcripturâ, quarum altera ſit ſignificans, & altera ſit ſignificata; ſed una & eadem vox aut ſcriptura (tota, tota) eſt ſignificans & ſignificata.

Datur cognitio ſui ipſius.

De actu, qui ſit notitia ſuiipſius, agit Valloiſius & Arriaga: ille in Logicâ *part.* 4. *diſp* 3 *num.* 17. iſte in Logicâ *libr.* 6. *diſp.* 13. *ſect.* 1. *ſubſect.* 1. *num.* 5 6. & 7. *pag.* 179. & in libris de Animâ *diſp.* 6. *ſect.* 3 *à num.* 69. qui etiam doctrinæ conſequentia in Phyſicâ *diſp.* 9. *à num.* 19. admittit actionem ſui ipſius, & tamen ſemper rejicit objectivas Thomiſtarum aut Scotiſtarum præciſiones, & ideò non poteſt aliter quàm de eâdem formalitate explicari.

An etiam actio ſui ipſius.

Hæc, ut bene notavit Arriaga, eſt valdè communis ſententia, & admitti neceſſariò debebit ab omnibus Theologis, qui dicunt, poſſe eſſe aliquam viſionem beatam cognoſcentem in Deo omnes creaturas poſſibiles, inter quas una eſt ipſa viſio. Item ab omnibus, qui dicunt Angelum poſſe ſe diviniùs comprehendere, & in ſe omnes ſuos actus cognoſcere; inſtar illos enim cognoſcet ſe ipſam ea comprehenſio. Idem expreſsè à Suarez & multis aliis docetur. [Fortè hîc aliquam differentiam Philoſophia artificialis inveniet, & dicet creaturas videri in Deo ut in ſpeculo, & oculum cùm ſe videt in ſpeculo non elicere viſionem reflexam, ſed directam: ſed hoc alibi examinabo.]

Prima ratio.

CMXCVI. In Deo dantur cognitiones reflexæ. An infinitæ

SOlet probari primò. Quia cognitio Dei reflectitur ſupra ſe ipſam: Ergo non repugnabit cognitio creata, quæ ſit notitia ſui ipſius.

Reſpondent aliqui diſtinguendo antecedens: illudque in ſenſu reali admittunt, & in formali negant: aſſerunt enim in Deo ſaltem ratione noſtrâ diſtingui cognitionem cognitam à cognitione ſupra eam reflectente, unde in Deo admittunt infinitos actus reflectentes unum ſupra alium; quod autem in Deo ſit per diſtinctionem rationis, in creatis, inquiunt, ſit per realem; ergo in creaturis realiter ſemper debet diſtingui cognitio ab objecto. Hæc autem ſolutio multis diſplicet: & præcipuè Roderico Arriagæ, qui illam impugnat. *Primò*: non enim omnia, quæ in divinis diſtinguuntur ratione, in creatis debent diſtingui realiter, ut patet in intellectu & voluntate, in intellectu & eſſentiâ, & clarius in eſſentiâ & exiſtentiâ. Ergo non quia in divinis cognitio ratione differat ab objecto, debet in creaturis differre realiter. At hæc inſtantia non urget illos, qui Reali Philoſophiæ nomen dederunt, nam D. Thomas & ejus tota Schola, in homine & intellectum à voluntate, & potentias ab Anima, & exiſtentiam ab eſſentia realiter diſtinguunt: adeòque admittunt, quod loco abſurdi objicitur ab adverſariis.

An proinde quæ in Deo diſtinguuntur formaliter in creaturis diſtinguantur realiter

Diſplicet Arriagæ ſecundò, quia ſi in divinis ratione noſtrâ diſtinguitur ſemper objectum à cognitione de illo, ſequitur eſſe in Deo aliquem actum ratione noſtrâ, qui non cognoſcatur à Deo, quod eſt falſiſſimum: non enim eſſet Deus omniſciens. Sequelam probat, quia (ut in Phyſicâ dixit) unum infinitum poteſt eſſe majus alio; & ſi ponantur duo infiniti numeri hominum, & æquorum omninò æquales, poſteàque pereat unus equus, neceſſariò deberet manere unus homo ſine equo, ſi quilibet homo vellet aſſumere proprium, quod eſt, ut exiſtimat, evidentiſſimum. Hoc poſito ſic argumentatur; In eo infi-

An dantur actus divini, qui non cognoſcantur à Deo

An detur unum infinitum maius altero? infinito quod ponis in Deo, cognitionum reflexarum & reflexibilium, ſunt unâ plures reflexibiles, quàm reflectentes, quantumvis utræque ſint infinitæ; inſuper cuilibet reflectenti correſpondet una reflexibilis, ergò debet neceſſariò una manere reflexibilis ſine reflectente. Minor & Conſequentia ſunt certæ. Major probatur, quia prima cognitio de creaturis eſt reflexibilis & non reflexa, ſed directa, reliquæ omnes ſunt reflexibiles & reflexæ, ergò unâ plures, primâ ſcilicet, ſunt reflexibiles, quàm reflexæ; ergò una reflexibilis manet ſine reflexâ, & conſequenter, quin cognoſcatur, quod eſt abſurdum; ergo nec ratione noſtrâ debet in Deo diſtingui cognitio à ſeipsâ, ut reflectente ſupra ſe.

CM XCVII Hinc argumento multum fidit Arriaga: cui reſponſurus quidam Auctor, conceſſit totam ſequelam; addidit verò, in eâ non eſſe abſurdum, quando cognitio non eſt cognoſcibilis: unde non mirum, quòd à Deo non cognoſcatur. Solutio hæc excogitata ad evadendam tantam difficultatem, apertè eſt falſa, quia egomet ipſe cognoſco illam cognitionem, jam enim ego de illâ ago: ergo eſt cognoſcibilis, ergo aliquid cognoſcibile à me ignoratur à Deo.

Repugnat infinitum; quia repugnant illa omnia, quæ de illo asseruntur. At ego non video cur debeamus aſſerere eſſe aliquam cognitionem ultimam, quæ cognoſcens & incognoſcibilis aut incognita ſit. Omnia enim quæ de infinito creato ſubtiliter ediſſerit Arriaga in Phyſicis, rotundè nego. Repugnat multitudo infinita hominum: ſi non repugnaret, repugnaret numerus infinitus; quia niſi mutare vocum ſignificationem velimus, omnis numerus eſt multitudo numerata, ergo repugnat numerus qui innumerabilis ſit: & tandem, ſi nec hic repugnaret; adhuc non eſſet poſſibile unum infinitum maius altero: imò nec duplex infinitum. Omnia ergo, quæ dicit Arriaga falſo fundamento innituntur.

Triplex modus considerandi actus reflexos in divinis. Dico igitur Theologos, qui diſtinguunt in Deo formalitatem cognitam & cognoſcentem; tribus poſſe modis philoſophari: poſſunt enim aſſerere, illas diſtingui *primò* formaliter ex naturâ rei; *secundò* formaliter ratione ratiocinatâ, hoc eſt, ſecundum præſciſſiones objectivas; *tertiò* ratione ratiocinante ſeu expreſſivè, hoc eſt, ſecundum clarum & obſcurum conceptum. Si primo philoſophentur modo, poterunt ponere infinitas in Deo cognitiones ſubordinatas; quarum nulla ſit ultima (imò, ſi vellent, quarum nulla ſit prima: ſed hoc modò non urgeo:) & ſic nullum ſequetur inconveniens; quia non eſt abſurdum quod Deus habeat innumerabiles notitias: & ſi habet innumerabiles: nullam habebit ultimam, adeòque nullam habebit incognitam. Poſſent etiam; qui primo philoſophantur modo, duas tantum formalitates admittere; cognoſcentem, & cognitam: & aſſerere cognitionem divinam cognoſcere primariò formalitatem cognitam ſicuti eſt; & quia hæc eſt identificata cognitioni ipſi, ideò ſecundariò hanc cognoſcere ſe ipſam identicè: Sive unum, ſive alterum dicant, negabunt cognitionem humanam, quæ ſit notitia ſui ipſius, quia ſi in divinis datur cognitionum infinitas, nulla erit cognitio quæ ſit cognitio ſui ipſius; & ſi in divinis nulla eſt talis, corruit argumentum, quod ut humana rimaretur ſupponebat divina. Si autem in divinis unica ſit cognitio, ideò hæc erit cognitio ſui ipſius ſecundariò, quia identificatur ſuo objecto primario, & hoc cognoſcit ut eſt: & utrumque claudicat in humanis, quia objecta *Nulla notitia intellectus humani est intuitiva.* primaria realiter ſunt à noſtrâ cognitione diſtincta; & nos ſingula imperfectè cognoſcimus, & rarò aut nunquam prout ſunt in ſe.

Si ſecundò philoſophentur modo; diſtinctionem in divinâ cognitione non reperient, ſed facient: adeòque illa erit ſicut continuum Ariſtotelicum, in infinitum diviſibilis. *CM XCVIII* Dabitur igitur in tali caſu ſemper formalitas aliqua, quæ ſit ultima præſciſſa, non autem quæ ſit ultima præſciſſibilis: nec obiicere poteris, illam eſſe cognoſcentem & non cognitam, ſed tantummodò illam à me intelligi ut cognoſcentem, nondum tamen intelligi ut cognitam, ſed debere; ut intelligatur ut cognita, iterùm (& hoc in infinitum) in binas formalitates ſubdividi: Et quidem, ſi hoc modo philoſophari placeat, non ſequitur ex divinis dari in humanis cognitionem; quæ ſit notitia ſui ipſius.

Si tertio philoſophentur modo; poterunt dicere, ſe non ponere ibi duas formalitates, unam; quæ ſit objectum; aliam, *An omnia reperiri possint in unica formalitate divina?* quæ ſit cognitio de illo: in hoc enim ſenſu argumentum ſuprà factum haberet vim: ſed illam eamdem formalitatem poſſe concipi per ſpecies objecti puri, & ſic vocari objectum; poſſe etiam concipi per ſpecies cognitionis puræ, & ut ſic vocari cognitionem, neque hinc ſequi proceſſum in infinitum. Ita reſpondent aliqui; ſed hi ipſi, ut benè notavit Arriaga, deſerunt reſponſionem & ſententiam: dantque aliam diſtinctionem rationis; quam omninò veram ego puto, & ſæpè in aliis rebus poſui: At hinc, quomodo poſſunt hi probare, in creaturis debere admitti illos duos conceptus realiter diſtingui, quod intendebant adverſarij.

Egimus de antecedente hucùſque; illudque oſtendimus multis diſtinctionibus & difficultatibus obnoxium eſſe. Quid ſi illud admittas? debebis neceſſariò primam conſequentiam concedere: at non debebis neceſſariò ſecundam; & ratiò eſt, quia, cùm quæritur, An omnis creata cognitio ab objecto cauſetur? Philoſophi dividuntur in claſſes, & ſi eos ſequaris, qui aſſerunt, poteris ſecundam conſequentiam reiicere: quia quod competit cognitioni divinæ quà increatæ, id humanæ non poteſt competere.

Secunda ratio.

III. Poteſt cognitio repræſentare prædicatū aliquod ſibi intrinſecum.

SOlet aliâ viâ probari eadem veritas, argumento ſecundo, quo utitur Rodericus Arriaga, qui ſic argumentatur. De facto quando dico, *De conceptu omnipotentiæ eſt poſſe producere omnes creaturas nullâ exceptâ*: iſte actus habet ſe pro objecto: nam ipſe eſt una ex omnibus creaturis. Idem contingit, quando dico, *Omnis actus intellectus eſt cognitio.* Prætereà quando dico, *Omnis cognitio poſſibilis, nulla excepta, eſt repræſentatio objecti*, non eſt dubium includi ipſam, quâ id dico: alioquin jam exciperetur aliqua; ergo poteſt cognitio ſaltem ſeipſam cum aliis cognoſcere, imò & ſolam, quia non eſt in hoc major ulla repugnantia, & poterit de ſe affirmare, eſſe accidens intentionale.

Sed hoc argumentum non probat dari notitiam ſui ipſius, ſed dari notitiam, quæ ſit cognitio alicujus prædicati eſſentialis ſibi convenientis intrinſecùs: de quo non videtur controverſia procedere: nam cognitio *Entis, Accidentis, Qualitatis*, & multæ aliæ, contemplantur prædicata ſibi intrinſecùs convenientia, & tamen reflexæ non dicuntur.

Tertia ratio.

Vera probatio concluſionis.

DVas rationes ab Arriagâ poſitas examinavimus, & tametſi inefficaces ſint, ut vidimus; nihilominùs Concluſionem tenemus, & rationem reſumimus, quam in textu tetigerámus. Sic illam formo. In inſtanti A dico, *Ego cogito.* & interrogo, An-non hæc intellectualis propoſitio ſit vera: Si eſt vera, ſignificabit rem prout eſt in ſe. Sed quam rem? Seipſam proculdubio: nullam aliam.

Reſolutio prima.

Maneat igitur primò eſſe cognitiones aliquas univerſales, quæ ſunt notitiæ prædicati ſpecifici, aut generici, quod contrahunt: tales ſunt; quæ correſpondent iſtis vocibus, *Apprehenſio, Verbum mentis, Cognitio, Actus, Qualitas, Ens, &c.*

Reſolutio ſecunda.

Maneat ſecundò eſſe etiam aliquas notitias ſingulares, quæ ſeipſas in ſingulari ſignificant, qualis eſt illa mentalis propoſitio, *Ego affirmo.*

Sed quia nulla eſt veritas, quæ careat oſoribus & impugnatoribus, ut cæteris ſatisfacere poſſimus, argumenta nonnulla adverſariorum diſſolvamus.

Prima Obiectio.

IV. An omnis cognitio ſit relatio?

ALiqui argumentantur ſic. Cognitio eſt relatio ad objectum, ſed relatio debet eſſe diſtincta à termino; ergo & cognitio ab objecto.

Facilis eſt ſolutio, & non ſcio cur hîc hæreat Arriaga: reſpondet enim negando Antecedens univerſaliter: putat enim cognitionem ut ſic ſolùm eſſe eſſentiale, exprimere ſuum objectum: quando autem ſeipſam expreſſerit, id fore ſine reſpectu, quando verò aliud à ſe cum reſpectu, ſicut de unione & actione ſolet dici. Et hanc ipſam ſolutionem confirmat: quia cognitio divina non habet reſpectum ad ſeipſam, cùm tamen ſeipſam cognoſcat: ergo non eſt de ratione cognitionis ut ſic, reſpicere ſuum objectum.

An Relatio poſſit referri ad ſeipſam?

Sic placuit Arriagæ reſpondere: at ego non video quid illi potuiſſet imminere, ſi conceſſiſſet majorem, & negaſſet minorem, & dixiſſet, cognitionem, quâ ego cognoſco objectum realiter diſtinctum, eſſe relationem ad terminum realiter diſtinctum, & cognitionem divinam, quâ Deus cognoſcit creaturas in ſe ipſis (nota illud *in ſe ipſis*) eſſe relationem ad terminum realiter diſtinctum; & cognitionem, quâ Deus cognoſcit ſe ipſum, eſſe relationem ad terminum realiter identificatum: quia ſi datur cognitio, quæ terminetur ad ſe ipſam, quare non dabitur relatio, quæ terminetur ad ſe ipſam?

Illam propoſitionem; *Cognitio eſt relatio*; nec univerſaliter admittit Arriaga, nec univerſaliter negat; ſed diſtinguit; quando terminatur ad objectum realiter diſtinctum eſſe relationem concedit: quando terminatur ad objectum realiter indiſtinctum, negat. Sed hoc eſt ſupponere illud ipſum quod quæritur: ſed non ideò eſt arguendus, hæc enim & alia multa licent Reſpondenti. At ego exiſtimo cognitionem relationem non eſſe, ſed identificationem quandam intentionalem, & quod pulchrius & ſubtilius videri poterit, intentionalem tranſſubſtantiationem; quo poſito videtur vires Objectionem reſumere; aut parere alteram objectionem.

Quid ſit cognitio.

Secunda Obiectio.

V. I. An tranſſubſtantiatio requirat terminos realiter diſtinctos?

COgnitio eſt tranſſubſtantiatio intentionalis, quâ actus mentis tranſſubſtantiatur in objectum. At tranſſubſtantiatio debet eſſe inter terminos realiter diſtinctos; Ergo cognitio realiter diſtinguitur ab objecto. Majorem non probas, ſed ſupponis: nam omnis ſignificatio, tam intellectualis quàm vocalis aut ſcripta, eſt (ut ſupra probavimus) quædam tranſſubſtantiatio. Minorem probaturus; ad Sacramentum venerabile venis (ibi enim tranſſubſtantiationem didicimus) & ibi vides panem in Chriſti corpus à ſe realiter diſtinctum, & Vinum in Chriſti ſanguinem à ſe etiam realiter diſtinctum, tranſſubſtantiari: & colligis omnes alias tranſſubſtantiationes futuras eſſe huic ipſi ſimiles, adeòque inter terminos diſtinctos realiter. *Confirmas.* Quia tranſſubſtantiatio eſt totalis converſio: at nulla res poteſt converti in ſeipſam: ergo nulla in ſe ipſam poterit tranſſubſtantiari. Ergo in tranſſubſtantiatione realiter diſtinguuntur terminus à quo & ad quem.

Tranſſubſtantiatio Euchariſtica qualis?

An aliquid converti poſſit in ſe ipſum?

Reſpondeo in tranſſubſtantiatione reali deſinere priorem ſubſtantiam & incipere eſſe ſecun-

ſecundam, & hoc realiter: & quia eſſe realiter & non eſſe realiter ſunt termini contradictorij, qui non poſſunt eidem formalitati competere, ideò omninò requiri aliquam diſtinctionem aut realem aut formalem ex natura rei: puto enim primò & rem in rem realiter diſtinctam, & formalitatem in formalitatem ex naturâ rei diſtinctam poſſe tranſſubſtantiari: & puto ſecundò, ſi Deus voluiſſet, potuiſſet conſtituiſſe ſub accidentibus panis & vini corpus & ſanguinem Domini, relinquendo panis & vini ſubſtantias. In tranſſubſtantiatione morali aut intentionali, minor adhuc diſtinctio inter terminum à quo, & terminum ad quem reperitur: ergo quomodocumque diſcurramus ſemper negare debebimus illam minorem *Tranſſubſtantiatio debet eſſe inter terminos diſtinctos realiter:* & duci hac hypotheſi, *Cognitio, quâ ſe Deus cognoſcit, ſi per impoſſibile non eſſet realiter Deus, adhuc in tali caſu eſſet intentionaliter Deus.*

Nota id bene.

Tertia Obiectio.

XIII. An dentur cauſæ ſui ipſius?

SI ſtemus bonæ Philoſophiæ, objectum eſt cauſa cognitionis, vel per ſe, vel per ſpeciem; ſed nihil poteſt eſſe cauſa ſui, ergo neque cognitio ſui.

Huic objectioni reſpondet Arriaga negando antecedens: quia quando in cauſâ cognoſcitur effectus, cognitio illius effectûs non cauſatur ab effectu cognito, ſed â cauſâ à quâ cognoſcitur. *Si inſtes.* Cauſatur ab ipſo effectu, quatenus cauſatur à re continente illum effectum: ſe reponet Arriaga, quia hoc ſenſu non repugnat aliquid eſſe cauſam ſui, imò ſemper omnis effectus eſt cauſa ſui prædicto modo; quia ſemper producitur à re continente ipſum effectum, quod per te eſt cauſari ab ipſo effectu; ergò, eò quod cognitio producatur à Deo, in quo ipſa cōtinetur, nō repugnabit, ut ſeipſam in Deo cognoſcat, neque ideò erit ſui ipſius cauſa immediata, aut mediata. Secundò, quia objectum immediatum non eſt cauſa cognitionis: nam omnis cognitio per ſe infuſa de objecto creato; quantumvis immediatè ad illud terminetur; adhuc neque immediatè (ut per ſe patet) neque mediatè cauſatur ab illo objecto, quia ſpecies infuſæ, quæ cauſant immediatè cognitionem, nullo modo petunt oriri ab illo objecto, ut omnes admittunt. Ergo non eſt dicendum, omne objectum immediatum eſſe cauſam cognitionis immediatæ de ſe ipſo; ergo nec ideò negandum, actum poſſe eſſe objectum ſui ipſius.

Negavit antecedens Arriaga, & quia ſpecies intentionales admittit, etiam eſt difficultatibus novis obnoxius. nego etiam illud ego, & quia ejuſmodi entitatulas fictitias arbitror, faciliùs & liquidiùs me expedio. Dicunt Peripatetici objectum emittere ſpecies, has imprimi ſenſui aut potentiæ, & ſemel impreſſas (inde illis nomen, nam *impreſſæ* vocantur) concurrere cum ſenſu aut potentia ad productionem ſpeciei expreſſæ, quæ omnia negatis impreſſis ſpeciebus negantur.

Quarta Obiectio.

XIII. An omnis cognitio ſit poſterior objecto?

OBiectum debet eſſe prius cognitione, ergo eſt ab illa diſtinctum. Antecedens probatur, quia objecti exiſtentia vel poſſibilitas eſt independens à cognitione; cognitio autem dependet ab objecto, neque enim objectum eſt quia cognoſcitur, ſed potiùs quia eſt, cognoſcitur. Confirmatur idem antecedens: quoniam, quod eſt prius altero, eſt ſine illo; ergo realiter diſtinguitur ab illo. At obiectum eſt prius cognitione illâ, quâ ipſummet cognoſcitur: ergo fuit aliquando ſine illâ: ergo realiter diſtinguitur ab illâ.

Reſpondeo diſtinguendo antecedens: fateor enim obiectum debere eſſe prius quàm ſui cognitio, ſi agatur de prioritate aliqua rationis: nego ſi agatur de prioritate reali. Eſſe autem cognitiones, quæ non ſint realiter poſteriores ſuis obiectis demonſtrat Sciētia Dei, quæ non eſt minor ipſo Deo: demonſtrat Angelorū ſcientia, ſi dicantur habuiſſe meritum in primo inſtanti. demonſtrat etiam Dæmonum ſcientia, ſi primo inſtanti obiectum præceptum cognoviſſe, & in ſecundo peccaviſſe dicantur. Ad probationem antecedentis ait Arriaga, in aliquibus obiectis & cognitionibus id verum eſſe, non tamen in omnibus: quod confirmat ex cognitione Dei de ſeipſo, & de creaturis poſſibilibus; neque enim prior eſt poſſibilitas creaturæ cognitione divinâ, aut è contrario, cùm ab invicem eſſentialiter pendeant ob mutuum reſpectum tranſcendentalem; At illi, qui putamus, non ideò Deum eſſe omnipotentem, quia creaturæ ſunt poſſibiles, ſed ideò ipſas eſſe poſſibiles, quia Deus eſt omnipotens, aſſerimus, omnipotentiam eſſe illis priorem, cùm ergo omnipotentiâ (mihi eſt Dei voluntas) ſit intellectus prior: ſequitur cognitionem creaturarum poſſibilium ſuo obiecto priorem eſſe. Non ergo omne obiectum eſt prius ſui cognitione.

Vera ſit prior, poſſibilitas creaturarum, an omnipotentia divina?

An omnipotentia ſit voluntas divina?

Dices. Sicut repugnat unam & eamdem rem eſſe realiter priorem ſe ipsâ, ita & repugnat eſſe ſe ipsâ priorem prioritate rationis. At ex conceſſis patet obiecta (ſaltem cognitioni creatæ) eſſe priora ſuis cognitionibus prioritate rationis: Ergo nulla poterit reperiri cognitio, quæ ſit notitia ſui ipſius.

An aliquid poſſit eſſe ſe ipſo prius prioritate rationis?

Reſpondeo me etiam reperire inconveniens in prioritate formali ex naturâ rei, & etiam in prioritate formali rationis ratiocinatæ: non autem in prioritate rationis ratiocinantis, quæ non eſt in obiecto ſed in noſtro intellectu: non enim implicat ut una & eadem res ſub una conſideratione ſit prior, & ſub aliâ conſideratione poſterior: unde, licèt dicatur, obiectum debere ſemper cognitionem præcedere (quod ipſum non eſt omninò verum) adhuc poterit dici cognitionem, quæ ſe ipſam cognoſcit priùs intelligi à nobis quà obiectum eſt, & poſteriùs quà cognitio eſt.

Quid ſit eſſe ſe ipſo prius ratione ratiocinante?

De Iuramento.

MIV.

POteſt fieri ſolâ mente: at ſolet linguâ & calamo: & quæri poteſt, *An detur juramentum ſuiipſius:* Vt mentem temperes, & ſolutionem præpares, carmen priſcũ propono, quod apud Hiſpanos in uſu. Cùm nimiam jurandi conſuetudinem volunt ſignificare, ſic inquiunt.

No jureis Arcturo.
Juro a Dios, que no juro.
No juraſtis ahora?
No jure por nueſtra Señora.

ubi introducunt Arcturum ſingula Verba juramentorum multitudine falſificantem. Vt ab omnibus intelligatur, non enim omnes Hiſpanum idioma percallent, eamdem ſententiam ad numeros ſequentes traduco.

Ne jures, Arcture: Deos ne crimine tentes.
Me non jurare, immortalia Numina juro.
Aſt hoc eſt jurare Deos. Cur talia faris.
Quod non juro Deos, cœlorum Numia teſtor.
&c.]

Sumo igitur ſecundum carmen & dico, *Me non jurare iuro*, & inquiro, An hæc mea propoſitio (ſive vocalis, ſive ſcripta, ſive mentalis illa ſit) videatur vera? Reſpondebis omninò eſſe falſam. Ergo ſignificabit rem aliter, quam eſt in ſe: ſed quam rem? ſemetipſam: ſignificat enim propoſitionem quam pronuncio, & nullam aliam pronuncio, quàm hanc: ergo eadem eſt propoſitio ſignificans & ſignificata: ergo ſemetipſam ſignificat.

Datur iuramentum ſui ipſius.

Vt adhuc rem meliùs intelligas, addam contrahendi formulam, quæ apud Hiſpanos in uſu. *Yo daré*, inquit apud ipſos donator, *a Don Franciſco mill ducados. Y juro a Dios, que le cumpliré eſta palabra: Y juro, que no pediré diſpenſacion deſte juramento: ſiempre un juramento mas, y uno mas.* hoc eſt, *Ego dabo D. Franciſco mille aureos: & hanc promiſſionem juramento confirmo. Et juro me iſtius juramenti diſpenſationem non poſtulaturum: & ſemper urgebor uno juramento ulteriori, & uno ulteriori:* Et quia mira eſt in his paucis verbis Hiſpanorum Iuriſtarum cautela, ſingula verba examinemus.

Iuriſtarum Hiſpanorũ in recipiendis iuramentis cautela.

Te D. Franciſce alloquar, & ſic inquam. *Dabo tibi mille aureos.* An-ne teneor, & tu manes ſecurus? Minimè. quoniam promiſſionem etiam acceptatam non eſſe graviter obligatoriam multi dicunt, & potero eorumdem probabili opinioni ſubſcribere. *Iuro igitur Deum me omninò facturum quod premiſi.* Iam te putabis ſecurum, & me ligatum. Sed audi. Vinculo ſtrictiſſimo obſtringor, fateor; non tamen inſolubili; datur enim in terris poteſtas diſpenſandi, & ſi hujus vinculi diſpenſationem obtinuero, non obligabor juramento. Ergò, ut te ab omni ſuſpicione & periculo eximam, *juro me huius juramenti diſpenſationem non petiturum, nec admiſſurum.* Iam te omninò ſecurum putabis. Sed rem benè conſidera. Duo hîc emiſi juramenta: primũ de obſervatione promiſſionis: ſecundum de non petendâ aut acceptandâ diſpenſatione primi juramenti. Ergo ſi mille aureos non dedero, perjurus ero. Ergo, ſi primi juramenti diſpenſationem poſtulavero, aut gratis oblatam admiſero, perjurus ero: ſed quid ſi poſtulaverò & impetravero diſpẽſationem juramenti ſecundi? hoc non firmatur altero juramento. Vt huic inconvenienti obviam eant Iuriſperiti Hiſpani, addunt, *Siempre con un juramento mas, y uno mas.* quod eſt dicere, Ad non petendam diſpenſationem juramenti primi, volumus obligari ſecundo; ad non petendam diſpenſationem ſecundi, volumus obligari tertio; ad nõ petendam tertiĩ, quarto: & ſic in infinitum, ita ut ſemper cuiuſcumque iuramenti diſpenſatio impediatur uno juramento ulteriori.

An poſſit aliquis in iuramentis diſpenſare?

An in iuramentis debeamus procedere in infinitum?

MV.

Et quidem illi, ſi crederent juramentum poſſe in ſe ipſum reflecti, non excurrerent in infinitum: & ut illos impræſentiarùm juvem, aliquas Concluſiones ſubſcribo. Sit

Iuramentũ ſubordinata.

Prima. *Si obſtringeretur aliquis juramentis ſubordinatis, infinitis ſyncategorematice, nullius poſſet petere diſpenſationem, quin eſſet perjurus.* Voco iuramenta ſubordinata, quæ ſe ſucceſſivè reſpicerent, ita ut ſecundum obſtringeret hominem ne peteret diſpenſationem primi; tertium, ne ſecundi; quartum, ne tertii: & ſic in infinitum. Et demonſtratur Concluſio: quia nullum eſſet in totâ illâ multitudine iuramentum, quod eſſet ultimum: nullũ quod non ſequeretur aliud de non petendâ illius diſpenſatione.

Nota ſingula verba.

Secunda. *Velle currere, non eſt currere. Velle loqui, non eſt loqui. Ergo velle iurare, non eſt iurare. Ergo velle emittere infinita eu-que ſubordinata iuramenta, ita ut poſt quodcumque iuramentum determinatum unum ſit ſemper ulterius, non erit emittere hæc infinita & ſubordinata iuramenta.* Patet à pari.

Nota etiam hæc.

Tertia. *Qui ait*, Ego pronuncio infinita verba, *non ideo infinita pronunciat: Ergo qui ait*, Ego emitto infinita vota, aut iuramenta, *non ideo emittit infinita.* Patet etiam à pari.

Reſolutio.

Ergo Hiſpanus tametſi dicat ſe tot iuramenta præſtare, quot ſufficiant ut ſemper ſit unum ulterius (hoc eſt, tametſi dicat, ſe præſtare iuramenta infinita ſyncategorematicè) non ideò præſtat infinita ſyncategorematicè. Ergo in illa promiſſionem firmandi formulâ ſemper manet aliquod iuramẽtum ultimum, & hoc erit capax diſpenſationis.

Ergo, ut detur promiſſario ſecuritas, & promiſſor inſolubiliter maneat obſtrictus, ſiquidem ſyncategorematica hîc infinitas locum non habet, neceſſariò requiritur, ut ultimum in ſe reflectatur: & reflectetur, ſi concipiatur contractus per hæc verba. *Mille aureos ſpondeo. Sponſionem hanc iuramento ſtabilio. Et iuro me huius ſecundi iuramenti, quod præſtiti, & huius, quod modo actu pronuncio diſpenſationem aut commutationem, nec petiturum nec acceptaturum.* In hac formâ ſecundum iuramentum reflectetur ſupra ſe ipſum, & tollet omnem difficultatem.

Iuramentum ſupra ſe reflectens.

***

ARTI-

ARTICULUS VIII.

De Diſcurſus quiditate & unitate.

MVI. Quid ſit Diſcurſus?

QVam Vocalis Logica *Argumentationem*, Mentalis *Diſcurſum* appellat; licèt vocum abuſu, & argumentari mente, & diſcurrere lingua dicamur. Tunc diſcurrimus *cùm ex una aut altera præmiſſa legitimè concluſionem inferimus*, ut cùm dicimus, *Omnis homo eſt animal, Omne riſibile eſt homo, Ergo omne riſibile eſt animal.* Sed inquiris, An-ne totus iſte diſcurſus ſit ſimplex qualitas: an verò tria judicia realiter diſtincta complectatur. Reſpondeo illæ ſo rigore Dialectico alterutrum teneri poſſe; dantur enim duæ ſententiæ probabiles in animali Phyſica, quarum PRIOR tenet Diſcurſum eſſe qualitatem compoſitã multis Iudiciis, non ſecùs ac Argumentationem vocalem: eõtrà verò POSTERIOR totum Syllogiſmum eſſe ſimplicem qualitatem affirmat. PROFECTO illa prima ſententia intra cancellos Logicæ facillima eſt, utpotè, quæ inter compoſitionem vocalis argumentationis & mentalis Diſcurſus nullam differentiam ſtatuat; at ſtando ſecundæ, etiam poterit formalis compoſitio ſalvari, aut etiam realiter extrinſecè; quoniam mentalis Syllogiſmus, tametſi ſit ſimplex qualitas, ita ſe habet, ac ſi ex tribus Iudiciis diſtinctis realiter componeretur.

Sit-ne ſimplex, an compoſita qualitas?

Compoſitio formalis.

Duplex Quæſtio proponitur.

HIc occurrit aliquod dubium, cujus reſolutio varia apud Authores varius eſt, & eſſe una deberet, ſi æquivocationem non involveret. Veniunt ad tertiam mentis operationem Logici, & inquirunt, *Vtrùm ex hypotheſi, quod Syllogiſmus non ſit ſimplex qualitas, ſed ex tribus judiciis compoſitus, actus mentalis concluſionis attingat objectum præmiſſarum?* hoc eſt, ut multi explicant, *Vtrùm unum & idem objectum ſit Concluſionis & præmiſſarum?* Ergre dientes ad ſecundam mentis operationem, quærunt, *An ſi conſtemus eidem hypotheſi, & ducti rationis paritate inferamus, mentale judicium (Homo eſt animal, ex. gr.) ex tribus qualitatibus partialibus componi, ille actus, qui correſpondet copulæ, attingat cæterorum objecta?*

Obſervavit æquivocationem, quam hîc diximus latere, Comptonus *diſp.* 47. *Logica. ſect.* 4. *num.* 2. *pag.* 183. ſic inquit. [Mihi tamen non indiſcriminatim admittendum videtur, quod à quibuſdam recentioribus paſſim ſine exceptione ponitur, nempe objectum præmiſſarum & concluſionis eſſe ſemper idem. Hoc, inquam, ſi ſermo ſit de objecto adæquato præmiſſarum, mihi videtur falſum, primò, quia præmiſſæ ſæpè ſunt univerſales, concluſio particularis, ut in *Baralipton, Fapeſmo*, & *Darapti.* Deinde ex eiſdem præmiſſis diverſæ frequenter inferuntur concluſiones, & quæ objecta contineant realiter diſtincta, quod tamen implicaret, ſi objectum concluſionis eſſet adæquatè idem realiter cum objecto præmiſſarũ, nam *quæ ſunt eadem uni tertio, ſunt eadem inter ſe*, hæc autem objecta non ſunt idem inter ſe, ergo nec cum uno tertio, ſeu cũ objecto præmiſſarum; antecedens conſtat in *Barbara* & *Baralipton*, quæ eaſdem habent præmiſſas, & univerſim contingere hoc videtur in omni directè ſimul concludente, ut in hoc Syllogiſmo in *Celantes*, videlicet, *Nullum peccatum eſt appetendum, Omne homicidium eſt peccatum*, directè *Ergo nullum homicidium eſt appetendum*, indirectè *Ergo nullum appetendum eſt homicidium*, quæ diverſa ſunt objecta, ut conſtat. Ad ſummum ergo hoc verum eſt in ſyllogiſmis Expoſitoriis, ſeu conſtantibus ex ſingularibus, in aliis verò ſolùm hoc ſenſu communiter, quod contineatur objectum concluſionis in objecto præmiſſarum, & proinde habeant ſe objecta illa tanquam includens & incluſum. Vnde licèt objectum concluſionis inveniatur ſemper in præmiſſis, non tamen è contrà; concluſio enim non continet adæquatè objectum præmiſſarum, ſed tantùm inadæquatè. Deinde medium quod ſemper eſt in præmiſſis, nũquam poni debet in concluſione, ergo nõ formaliter & adæquatè idem eſt objectum concluſionis & præmiſſarum.] Sic ille.

Tollitur latens æquivocatio.

Axioma hoc examinatur proprio loco.

De Syllogiſmo Expoſitorio.

Concluſio minus continet, quàm præmiſſa.

Medium non intrat concluſionem.

Quæſtio duplex proponitur.

AD maiorem mentalium operationum intelligentiam duo hîc quæri ſolent, Alterum, *An diſcurſus ſit ſimplex quædam qualitas, an potius quædam non ſimplex & ex partialibus judiciis compoſita? Et, ſi dicatur ſimplex realiter, an ſaltem ſit compoſita formaliter?* Alterum. *Eo nimirum caſu, quo Syllogiſmus mentalis è tribus mentalibus propoſitionibus coaleſcat, quid nomine* diſcurſûs, *aut* Syllogiſmi, *ſi loqui velimus rigoroſè, intelligendum ſit: an præmiſſa ſolummodo, an concluſio ſolummodo, an utrumque?* Vt igitur has duas quæſtiones meliùs intelligamus, has paucas lineas ſubſcribemus.

Examinatur Dubium I.

Opiniones diverſæ.

TRes reperio opiniones notitiâ & examine dignas. *Prima*, aſſerit diſcurſum mentalem non eſſe qualitatem ſimplicem, vel compoſitam ex judiciis ſubordinatis, adeoque ſimillimam diſcurſui vocali. *Secunda*, huic è diametro oppoſita docet diſcurſum intellectualem eſſe ſimplicem qualitatem, & omni reali compoſitione carere: & in hoc differre à linguâ mentem, quod hæc unico ſimpliciſſimo actu omnia illa exprimat, quæ lingua vix poteſt diverſis. *Tertia*, init viam mediam, & ait conſtare quidem ſyllogiſmum mentalem tribus propoſitionibus realiter diſtinctis, at concluſionem attingere præmiſſarum objectum, adeòque in hoc ſyllogiſmo, *Omnis Equus eſt hinnibilis, Bucephalus eſt equus: Ergo bucephalus eſt hinnibilis*, concluſionem aiunt mentalem non eſſe vocali æquipollentem, ſed ipſas duas præmiſſas claudere, adeòque æquivalere huic vocali, *Ergo bucephalus eſt hinnibilis, quia & ipſe eſt equus, & omnis equus eſt hinnibilis.*

Earumdem Cenſura.

Si meam de his tribus opinionibus opinionem requiris, reſpondebo primam videri probabilem, & in Scholâ reali neceſſariò tenendam: Addam poſſe aut etiam debere Modaliſtas concluſionem à præmiſſis propter illationem, quam includit, diſtinguere modaliter; ita ut illi voci *Ergo* non jam aliqua qualitas realis, ut Realiſtæ aſſeverant, ſed ſolùm aliquis modus correſpondeat. Subiiciam, ſecundam ſententiam videri etiam probabilem, eamque ad Scholam formalem aut etiam expreſſivam pertinere, ſi in unâ & ſimplici qualitate formalitates illæ, quæ ſingulis propoſitionibus correſpondent, formaliter aut expreſſivè diſtinguantur. In tertiâ latere æquivocationem ſuſpicor, & debere ad ſecundam reduci: quoniam eius ſententiæ Authores non puto contradicturos fore tibi, ſi diceres, [Diſcurſus mentalis eſt ſimplex quædam qualitas, quæ fit hoc modo. Primò intellectus præmittit duo judicia, hoc eſt, duas propoſitiones, quas ideò *præmiſſas* vocamus; & ait, *Omnis equus eſt hinnibilis, & Bucephalus eſt equus.* Et deinde elicit tertium actum ſimplicem, quo dicit, *ſiquidem omnis equus eſt hinnibilis, & Bucephalus eſt equus, proculdubio Bucephalus erit hinnibilis.* Et quidem, hic actus ultimus non eſt concluſio à prioribus orta; ſed eſt integer ſyllogiſmus, cui formando præparaverunt viam duæ illæ propoſitiones antecedentes.] Si ſic loquereris, ut puto, non contradicerent tibi tertiæ ſententiæ defenſores: at tenereris de judicio pariformiter philoſophari, & dicere intellectum humanum primò elicere hanc apprehenſionem, *Omnis equus*, deinde hanc, *hinnibilis*: demùm conſiderans & collatis terminis elicere tertium quemdam actum, qui utrumque terminum copulet & dicat *eſt*; vel clarius, *Omnis equus eſt hinnibilis.* Et ſanè illæ duæ priores apprehenſiones, ut inſiſteremus tertiæ ſententiæ, quam impugno; deberent dici partes intrinſecæ judicij mentalis; & hoc deberet dici non eſſe ſimplex qualitas, ſed ex tribus partialibus componi; quarum duæ priores extremorum apprehenſiones ſint: & ultima eadem extrema exprimat, involvat & copulet. Sic illi dicerent: at tu doctè & clarè, mutares labium, ſi ſententiam teneres, & aſſereres, judicium eſſe quidem ſimpliciſſimam qualitatem, & conſiſtere totaliter in tertio illo actu *Eſt*, quo exprimuntur & copulantur extrema ab intellectu dicente; *Omnis equus eſt hinnibilis.* at hunc eumdem actum elici ab intellectu non poſſe, niſi ſufficientes præceſſerint extremorum notitiæ, quas nos *apprehenſiones* vocamus.

An Compoſitione analogicè debeat antecedere?

An concluſio ſit tota Syllogiſmus?

Hæc eſt noſtra in præſenti controverſiâ cenſura: nunc verò Authores producemus, ut videat Lector à quibus unaquæque ſententia Authoribus defendi ſoleat.

Authores pro utraque ſententiâ.

[Prima ſententia eſt Ruvij *1. poſt. c. 1. q. 6.* Fonſecæ *1. Metaph. c. 1. q. 4.* Vallij *1. poſt. d. 1. p. 2. q. 5.* Arriagæ *diſt. 15. Log. ſect. 4. ſubs. 2.* Oviedi *Cont. Log. part. 3. num. 4.* & aliorum, qui aiunt concluſionem attingere obiectum præmiſſarum. Secunda ſententia affirmat actum concluſionis non attingere obiectum præmiſſarum. Hanc tuetur Compronus *diſp. 47. Logic. ſect. 4. num. 5. pag.* 184. qui citat & ſequitur Suarium *3. p. d.* 54. *ſect. 5.* Vaſquez *1. 2. d. 33. c. 3. & 4.* Hurtadum *de Anim. ſect. 7.* & multi ex recentioribus.] Habet ergo utraque illuſtres doctores, à quibus ſtabiliatur & propugnetur, quorum rationes dante Deo examinabimus.

Examinatur Dubium II.

An ſit de nomine?

VIdetur eſſe Quæſtio de nomine: at nominum ſignificatio venit intelligenda, ne in vocum acceptione & ſuppoſitione oberremus.

Prima ſententia.

Sunt nonnulli Dialectici; qui Syllogiſmi (aut univerſaliùs, Diſcurſûs) nomine ſolas præmiſſas intellexerunt: illos ſuppreſſo nomine citant Authores, nec ego laborem adhibebo, ut nomina eorumdem inveniam, notitiâ Lector meus non indiget impræſentiarùm.

Secunda.

Sunt alij, qui Syllogiſmum & diſcurſum in concluſione ajunt conſiſtere. Hanc opinionem probabilem judicat Hurtado *diſp. 10. Log. ſect. 12. num.* 84. certam Compronus *diſp. 47. Log. ſect. 1. num.* 4.

Tertia.

Et tandem alij qui ad diſcurſum aut Syllogiſmû utrûque (præmiſſas & concluſionem) requirunt. Hos ſequitur Hurtadus *ubi ſuprà.* Arriaga *diſp. 15. Log. ſect. 2.* & alij multi. Et quidem hæc ultima

Reſolutio. ultima ſententia vera eſt ; quam etiam tenent, qui putant ſe tenere penultimam. Nam Comptonus, quem nuper citavi, habet in margine [Diſcurſus conſiſtit in ſolâ concluſione] & in corpore, [Dicendum, licèt Diſcurſus eſſentialiter ſupponat duos actus judicij (vel unum ſaltem virtualiter duplicem) ad quos ſequatur ; eſt enim cognitio habita per medium ; & non ob connexionem immediatam extremorum inter ſe, ſed quia intellectus ea priùs medio unita vidit in præmiſſis ; licet, inquam, actus illos ſeu præmiſſas ſupponat diſcurſus, eos tamen formaliter non includit, ſed in ſola conſiſtit concluſione.] Sic ille, qui cùm teneat diſcurſum eſſe ſimplicem qualitatem, non videtur tenere ſententiam, quam tenet.

Comptonus male loquitur & bene ſentit.

Dico igitur juxta Compronum diſcurſum præmiſſas formaliter includere, & quidquid dicat aut non dicat, ejus ſententiam calamo ſubobſcuro expoſitam ad has propoſitiones reduco. Sic inquam. Intellectus, quando dialecticatur, primò elicit unam propoſitionem, quæ eſt ſimplex qualitas, & æquivalet huic vocali, *Omnis homo eſt animal*; exempli gratiâ. Elicit poſteà alium actum, qui etiam eſt ſimplex qualitas, & æquipollet vocali huic, *Petrus eſt homo.* Et quidem iſta duo judicia non ſunt diſcurſûs partes, ſed notitiæ præeuntes, & ideò *præmiſſæ* nominentur, ſi velis. Hucúſque loquor & ſentio cum Comprono. Progredior. Intellectus igitur his duabus notitiis præventus, non elicit ſecundum Comptonum hoc judicium tertium, *Ergo Petrus eſt animal*: ſi enim id ille faceret ; Diſcurſus intellectualis ex judiciis intellectualibus realiter diſtinctis componeretur : ſed elicit hunc actum, *Ergo ſiquidem omnis homo eſt animal, & Petrus eſt homo, etiam Petrus eſt animal.* & hic actus eſt ſimplex qualitas, & non eſt concluſio, ſed ſyllogiſmus integer, majorem, minorem & conſequentiam complectens. Sic puto diſcurrit Comptonus, licèt aliter loqui videatur. Manet igitur tertiam ſententiam eſſe veram.

Quomodo homo diſcurrat, ſi Syllogiſmus eſt ſimplex qualitas.

An præmiſſa ſint diſcurſus partes.

***

ARTICULUS IX.

De Diſcurſibus, ſeu mentalium Argumentationum ſpeciebus.

MVII. *Aſcenſus.* *Deſcenſus.*

ARgumentationes illas intellectuales ; in quibus mens non differt à linguâ, nominare ſufficiet : fruſtrà enim de novo traderetur doctrina ; quæ per analogiam clariſſimè diduci poterit. Aſcenſus eſt diſcurſus ; quo à particularibus univerſale infertur, & vocatur *Inductio*: cui Deſcenſus opponitur ab univerſali ad ſingula particularia defluens. Tota Oppoſitionis doctrina debet omninò ſuſtineri ; nec alteranda, quæ de Dilemmate ſuperiùs tradita. Converſiones merè eſſe vocales exiſtimo, & à mente tam concipi unum terminum identificari alteri, quàm contrà; adeòque aſſero unam & eamdem mentalem propoſitionem æquivalere converſæ & convertenti. Ad ſyllogiſmum venio, & aſſero, vocalem habere duas præmiſſas ſucceſſivè, quarum prior dicitur *maior*, & poſterior *minor*: addo tamen in ſyllogiſmo mentali præmiſſas non poni ſucceſſivè ; quoniam (ſive diſtinguantur realiter intrinſecè, ſive non) neutra neutram præcedit; unde infero in Syllogiſmo mentali dari quidem duas præmiſſas ; at neutram eſſe intrinſecè majorem aut minorem ; & extrinſecè utramque eſſe æquè majorem & utramque minorem, denominatione ſumpta à lingua, utraque enim poteſt priùs, utraque poteſt poſteriùs pronunciari vocaliter. Nec dantur variæ Syllogiſmorum intellectualium figuræ, nec plures modi quàm *Barbara*, *Darii*, quod oſtenditur demonſtrativè. Omnes vocales ſyllogiſmi primæ, ſecundæ & tertiæ figuræ (exceptis illis ; qui habent CC. de quibus ſtatim) reducuntur ad hos quatuor modos perfectos ; nimirùm, *Barbara*, *Celaren*, *Darii*, *Ferio*, propoſitionum converſione & commutatione præmiſſarum : ergo eorumdem à quatuor perfectis diſcrimen in

Dilemma. Converſio. Syllogiſmus Maior, Minor.

In mente non dantur tres Figuræ ſed unica. Et in ipſa duo ſolum ... Modi.

ergò Ariſtoteles fuit oblitus ſui? non admittam in tanto Philoſopho, ni rationum pondere cogar & modò non urgeor. Qui ergo ſatisfaciam? Dico in opinione Stagiritæ Cœlum conſtare materiâ & formâ, ſed inſeparabiliter unitis, ut notat D. Thomas; hoc eſt ita intimè connexis, ut identificentur, & remaneat corpus realiter & phyſicè ſimplex, compoſitum tamen ex potentia & actu virtualiter, aut ea naturâ re diſtinctis. Ecce vides ſecundùm mentem Ariſtotelis materiam & formam, quæ aliàs diſtinguerentur realiter, in Cœlis uniri nexu inſeparabili, hoc eſt identico, & talis ingenii, ut reddat corpus illud ſimplex, ſeu phyſicè incompoſitum. Præterea potentiæ & actus ſpirituales reales & phyſicæ entitates ſunt, & nihilominùs ſemper inter ſe identificari docui ſuperiùs ſubſcribens Auguſtino, Bernardo & aliis viris illuſtriſſimis.

An-ne identificatio?

Obiectio tertia.

CMLXXXIV. OMnia illa argumenta, quæ probabant identificationem imaginis intentionalis & intellectûs, non habent vires ut probent ſpecies ſenſuum exteriorum quà intentionales identificari cum ſubjecto. Poſſet enim dici ſpeciem quà imaginem ſenſui inhærere, quia cum ipſa ſemper intentionaliter ſit accidens (ſenſus enim externi non niſi accidentia percipiunt) etiam poterit intentionali inhærentiâ conjungi.

An ſenſus & res ſenſata identificetur ſenſibiliter & intentionaliter imago?

Secunda (quæ expenditur n.) non urget, quia ſenſus externi non vident aut audiunt materiam primam.

An materia prima ſit ſenſibilis?

Tertia (quæ n.) nil probat, quia viſus non videt album, nec guſtus percipit dulce; ſed ille albedinem, & is dulcorem. Abſtractæ autem qualitates formæ ſunt, quæ poſſunt inhærere.

An-ne coloratum in colorato, & non ſolus color videatur?

Reſpondeo ſpecies ſenſuum externorum eſſe identificatas cum ſuis objectis ſecundum *eſſe intentionale*: hanc veritatem clariſſimè illæ rationes ſuperiùs propoſitæ ſuadent, & quinta præcipuè, quæ eſt efficaciſſima, ut probet candem ſpeciem ſecundùm *eſſe intentionale* nec à ſenſu, nec ab Animo eſſe diſtinguendam. Maneat igitur integrum, ſenſuum externorũ ſpecies, licèt intentionaliter ſint accidentia, non poſſe inhærere ſubiecto, ſed debere intentionaliter identificari: & hoc non ita propter quatuor illas rationes, quæ expenduntur ſuperiùs; quàm propter quintam, quæ non ſolùm probat indiſtinctionem intentionalem objecti & intellectûs; ſed etiam objecti & ſenſuum externorum. Miſſam interim facio rationem tertiam, tametſi in eorum ſententiâ, qui credunt non Albedinem ſed album videri, ſanè efficaciſſima videatur.

Obiectio quarta.

CMLXXXV. DIces tota hæc doctrina nititur debili ſcientiæ; quoniam tota eſt in identificatione imaginis intentionalis & objecti, ceu fundamento, etenim ſi hæc non identificatur cum illo, opus non eſt ut ea cum intellectu aut Animo identificetur. Aſſumptum probas, quoniã intellectus ſæpè concipit non exiſtentia, crebròque impoſſibilia: Atqui intellectus nequit impoſſibilibus, aut non exiſtentibus identificari, quia non exiſtunt: Ergò intellectus & objectum non habent identificationem.

Reſpondeo intellectum Humanum, aut Angelicum, immò neque Divinum poſſe impoſſibilia cognoſcere, quia illa quæ cognoſcuntur, eo modo quo cognoſcuntur, ſemper ſunt poſſibilia: ſed de hoc latè cum de Ente rationis.

Impoſſibilia non cognoſci.

Porrò quando intellectus non-exiſtentia concipit, nihil concipit quod non exiſtat. Concipit florem in mediâ hyeme. quid eſt flos? ſubſtantia vegetativa talis coloris, talis odoris, talis virtutis. Hæc omnia reverà exiſtunt, licèt in ſubjectis ſeparatis. Zeuxis picturus Deam, conjunxit pulcherrimas juvenes, & uniuſcuiuſque perfectiorem partem cõtemplatus, compoſuit mente ideam, & figuram penicillo rei exiſtentis, & non exiſtentis in naturâ: nõ exiſtentis quidem, quia illius imaginis nulla mortalis fœmina fuit prototypus: exiſtentis ſanè, quia nulla pars erat in pictâ Deâ, quæ non exiſteret in aliquà earum adoleſcentum. Puta Dea in tabula habebat oculos Phillidos, os Amaryllidis, genas alterius, & alius venuſtatem. Ergò ſimiliter Mens (Zeuxis eſt ipſa intellectualis) ea vita vegetativâ, quæ eſt in plantis, ex odore & fragrantia quæ eſt in balſamo, ea colore quæ eſt in ornatu, componit intentionaliter unum florem, qui phyſicè non exiſtit, non tamen habet partem, quæ phyſicè non exiſtat. Ideò talis flos debet naturæ ſuarum partium eſſentias, ingenio humano connexionem. Hinc conſtat intellectum humanum nihil concipere, quod non exiſtat, vel ſaltem habeat partes alicubi exiſtentes. Non decido An-ne poſſit aliquam formalitatem concipere, quæ nullibi ſit, quia id eſt maioris indaginis, & non petitur ab argumẽto, cui ſolvẽdo nata doctrina ſufficit.

Intellectus cognoſcit poſſibilia non exiſtentia: & tamen hinc non ſequitur, ab eo cognoſci vel unicam formalitatem, quæ non exiſtat.

Zeuxis pictura.

An intellectus poſſit concipere nullibi exiſtentem?

Obiectio quinta.

INtellectus quamvis actuetur ſpecie intelligibili, dicit relationem realem & phyſicam ad objectum: Ergò diſtinguitur realiter ab illo. Patet, quia relatio realis petit extrema realiter diſtincta. Ergò intellectus & objectum in *eſſe intentionali* non identificantur.

An dicat relationem realem ad objectum? An realis relatio ſit inter extrema realiter diſtincta?

Admitto antecedens, ſi loquaris in ſenſu phyſico & entitativo: nego, ſi in intentionali. Sed neque conſequentia eſt legitima; multæ enim relationes materiales non diſtinguuntur à ſuis extremis, ut patet in relatione quæ extremorum continuatio eſt: & ſi agamus, ut agere oportet, de relationibus ſpiritualibus omnes identificantur ſuis fundamentis, imò & terminis ſi fuerint unitivæ.

Obiectio ſexta.

EſT apud Theoſophos controverſia celebris examinans, utrùm in viſione beatifica detur creata aliqua ſimilitudo (hæc eſt ſpecies expreſſa) CMLXXXVI.

An beati videant Deum per ſpeciem?

expreſſa) an verò ipſa Divina eſſentia per modum ſpeciei expreſſæ concurrat? ſemper credidi quæſtionē hic eſſe merè de nomine, & de re nullam. Thomiſtæ negant ſpeciem expreſſam creatam, & ne videantur dicere beatificam illam viſionem non eſſe actum vitalem & ab intrinſeco, aſſerunt Animam elevatam glorioſo lumine producere actionem aliquam quam nominant Grammaticalem, quæ non ſit relatio extrinſecùs adveniens; neque ſit operatio de prædicamento actionis, quia aſſereretur ſine termino, quod non eſt poſſibile; ſed ſit verè qualitas. Hanc ipſam qualitatem, quam Thomiſtæ *Grammaticam actionem* (fortaſsè impropriè, ſed de hoc alii) hanc alii *ſpeciem expreſſam* nominarunt. Cæterùm ſive detur in beatis mentis Verbum, quod ſit imago Dei, ſive iſta Grammaticalis actio ſit quid diſtinctum ab ipſo verbo mentis, objicitur contra reſolutionem noſtram.

Actio grāmaticalis dicitur eſſe qualitas: cur non ſpecies?

An qui cognoſcit Deum, intentionaliter ſint Deus?

Rationalis Animus, ipſius intellectus, & intellectio non poſſunt identificari cum objecto; corruit ergo fundamentum nuperrimæ reſolutionis. Aſſumptum probas: ſi Animus, intellectus, & intellectio identificarentur cum objecto; in gloriâ beatorum Animi, ipſorum mentes, & intellectiones eſſent Deus; Hoc eſt abſurdum: Ergò Major eſt certa, Minorem probo. Primò, quia non poteſt idem ſimul eſſe creatura & creator, finitus & infinitus, mortalis & æternus, diſcurſivus & comprehenſivus, ens per participationem & ens per eſſentiam: & ut verbo dicam, homo identificatus Deo.

In Incarnatione Natura (divina & humana) non identificantur, nec diverſantur, nec tranſubſtantiantur.

Nec juvat recurrere ad myſterium Incarnationis, quia ibi homo eſt Deus hypoſtaticè, non identicè: neque enim natura Divina, imò neque Divina hypoſtaſis identificata eſt naturæ humanæ, hæc enim realiter ab utrâque diſtinguitur.

Reſpondeo diſtinguendo Antecedens. *Rationalis Animus ipſius intellectus, & intellectio non poſſunt identificari cum objecto in eſſe phyſico & entitativo*, tranſeat; *in eſſe intentionali*, nego: *Ergo corruit fundamentum nuperrimæ reſolutionis*? nego conſequentiam. Ad probationem, admitto beatos, ipſorum mentes, & intellectiones fieri Deum in *eſſe intentionali*, non tamen in *eſſe phyſico*. Hoc eſſe abſurdum nego cum Salmanticenſibus Carmelitanis *in ſui Curſûs Theolog. tract. 3. de Scientia diſp. 2. dub. 2. §. 11.* quia nullum eſt inconveniens in eo quod Deus ſtante diſtinctione reali phyſicâ identificetur intentionaliter beatorum mentibus & Animabus. Hinc nulla ſequentur contradictoria, imò neque contraria: Beatus enim ſecundum *eſſe reale & phyſicum* eſt creatura, finitus, temporaneus, diſcurſivus ac ens participatum: cæterùm in *eſſe intentionali* eſt creator, infinitus, æternus, in cōprehenſivus, ens per eſſentiam; ac ut verbo abſolvam, eſt Deus: hoc eſt, adæquatè ſimilis objecto creatori, infinito, æterno, comprehendenti, enti à ſe, videlicet ipſimet Deo.

CM LXXXVII.

An beatus ſit Deus per participationem?

Confirmo. Quod beati Animus ſit Deus per identitatem intentionalem, nihil aliud eſt, quàm quod ſit Deus per participationem manantem à gratuitâ voluntate Dei unientis ſe intelligibiliter cum ipſius mente. In hoc autem quis videat latere inconvenientia? ſemper remanet quà identificatus Deo intentionaliter ens participatum, quia ipſum inet identificari, Deitatem participare eſt; ſemper beatus remanet dependens, atque ens ab alio; identificatur enim Deo, non à ſe, ſed propter Dei liberalitatem.

An participemus etiam in via divinam Naturam per gratiam?

Iterùm: Habitualis Gratia eſt participatio formalis Divinæ naturæ, ut omnes paſſim aſſerunt. Atqui nullum eſt inconveniens in eo, quod quis participet Divinam naturam Phyſicè & ſupernaturaliter, & ſit Deus per phyſicam participationem, juxta illud Exod. *Conſtituo te Deum Pharaonis*; & alibi. *Ego dixi Dii eſtis, & filii Excelſi omnes.* Ergo nullū inconveniens erit in hoc, quòd Deum beatus participet intententionaliter.

An beatus ſit Deus ſecundum eſſe naturale

Dices; ſpecies expreſſa Beati in quantum imago Dei, eſt vel adæquatè ſimilis objecto Deo, vel inadæquatè ſimilis. Si hoc ultimum; ergò beati inadæquatè vident Deum; ergò non totum Deum, quia ſi totum viderent, viderent adæquatè. Si dicas primum, nempè illam ſpeciem eſſe adæquatè ſimilem Deo; ergo eſt Deus adæquatè; ergò eſt Deus non ſolùm in *eſſe intentionali*, ſed etiam in *eſſe naturali*: quia ſi in alterutro non eſſet Deus, eſſet Deus partialiter, & inadæquatè.

Hæc ratio non militat contra identificationem Animi, & mentis cum objecto; ſed contra Identificationem ſpeciei expreſſæ quà imaginis cum naturâ Divinâ. Reſpondeo igitur hanc adæquatè objecto eſſe ſimilem ſimilitudine non phyſicâ, ſed intentionali. Infers, *Ergò eſt Deus adæquatè, hoc eſt, non ſolùm in eſſe intentionali, ſed etiam in phyſico & reali*: Thomiſtæ concedetent hanc conſequentiam, quia ipſis ſpecies expreſſa realiter & entitativè eſt natura Divina. Cæterùm argumentum non cogit illam conſequentiam admitti. Dico igitur ſpeciem expreſſam in eſſe intentionali ſuo, eſſe adæquatè ſimilem Deo, & repræſentare intentionaliter adæquatè ipſius Dei *eſſe* non ſolùm intentionale, ſed & reale.

Beati totum Deum vident, ſed non totaliter: quia totaliter ſibi uni eſt Deus cognitus, non alii. Quid ſit Deum videre totaliter non explico, quia reſolutionem hanc neque objectio ipſa poſtulat, nec tempus; ſed tractabitur in aptiore loco.

ARTICULUS IV.

De Terminis.

CMLXXXVIII *Termini mentales.*

DAntur in lingua dictiones ſimplices, quæ dictæ *Termini*, & in mente dantur ſimiliter apprehenſiones ipſis correſpondentes. Conceptus enim dividitur in Nomen & Verbum: in Poſitivum & infinitum; in Complexum & Incomplexum; in Subſtantivum & Adjectivum: in Categorematicum & Syncategorematicum: in Vniverſalem Copulatum & Diſtributivum. Subdividitur Vniverſale Diſtributivum in Genus, Speciem, Differentiam, Proprium & Accidens, &c. & in omnibus definitiones traditas ſuperiùs conſervamus; notando characteriſticam differentiam ſolummodò; quæ enim terminus vocalis vocaliter & artificialiter, illa eadem mentaliter ſpiritualiter & naturaliter ſignificabit. *Illorum varia diviſiones.*

Conceptus directus & reflexus. Dictio directa à reflexa diſtinguitur: quia quando dico Simonem Apoſtolorum Principem à Chriſto vocatum fuiſſe *Petrum*, poſſum ſermonem ſupra hanc eamdem dictionem reflectere & ſubjungere, dictum fuiſſe Petrum à petra, ut conſtat è definitione dicentis, *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Aut poſſum ſupra mea verba reflectere (& hoc ad rem pertinet potiùs) & me hoc dicere ſecundâ poſitione firmare. Nec aliter de mente philoſophor: dantur enim cognitiones reflexæ, quæ intellectionum intellectiones ſunt; hæc enim Propoſitio, *Ioannes cognoſcit multa*, differt omninò ab hac, *Ioannes ſcit ſe cognoſcere multa.*

Verba materialiter ſupponi ſolent. Præter voces reflexas (quarum una reflectitur ſupra alteram) dantur voces ſuppoſitæ materialiter pro ſe ipſis, in quibus una & eadem eſt directa & reflexa. ut cùm dicimus, *Imperator eſt nomen tetraſyllabum*, hîc enim illa vox *Imperator* ſemetipſam ſignificat. Et tu hac doctrinâ præventus inquiris, An-ne idem terminus mentalis; an-ne idem mentis actus poſſit reflectere ſupra ſe ipſum? Et reſpondeo à paucis hanc quæſtionem tactam, & utramque contradictionis partem ab aliquibus probabilem creditam. *An-ne in conceptibus etiam dabitur ſignificatio materialis?*

CMLXXXIX. *An infinitæ voces ſint nomina?*

OBiicies. Si omnia nomina vocalia ſunt dictiones, omnia mentalia erunt conceptus: at multa ſunt vera nomina quæ concipi non poſſunt: Ergo. Aſſumptum probas, quia infinita (aut ut vulgus loquitur, infinitata) quaſia ſunt *Non homo Non-equus*, vel invito Ariſtotele *libr. 1. periherm. cap. 2. & libr. 2. cap. 1.* ſunt nomina teſte D. Thomâ *ibid.* cùmque hujuſmodi infinita nomina concipi non poſſint: ſequitur dari nomina quæ non ſint conceptus. Minorem probas; quia finita mens (talis eſt Angelica & Humana) non poteſt cognoſcere infinitum.

An mens cognoſcat infinitum?

Reſpondeo hanc objectionem purâ æquivocatione laborare. *Non-homo* terminus *infinitus* dicitur, non quòd infinitus ipſe ſit, ſed quia de ferè omnibus rebus poteſt prædicari; attamen finitus eſt, imò Ente limitatior, quia *Ens* de Homine dicitur de quo non dicitur *Non-homo*; quapropter Logici malunt hujuſmodi terminos *infinitatus* dicere quàm *infinitos*.

An negationes cognoſcantur? *Inſtas*, licet infinitus terminus non includat infinitatem poſitivam, ſaltem includit infinitantem negationem: ergò non poteſt concipi: malè igitur conceptus eſſe diceretur. Aſſumptum probas, quia aſſerentibus D. Auguſtino *libr. de vitâ beatâ cap. 4.* D. Thomâ *4. Metaph.* & *quæſt. prima de malo articulo 2.* D. Anſelmo *libr. de caſu diaboli cap. 4.* & *libr. de concept. Virg. cap. 5.* Cajetano *1. part. quæſt. 48. art. 2.* & *libello de Ente & eſſ. cap. 1.* Ferrarienſi *3. contr. Gentes, cap. 19.* Conimbricenſibus *libr. 1. Phyſic. cap. 9. quæſt. 7. art. 1. & 2.* negationes cognoſci non poſſunt.

Reſpondeo negationes ipſas nihil eſſe; addo in multorum opinione illas nec à Deo cognoſci, quia quod non eſt, ſaltem poſſibiliter, nec poſſibiliter verum eſt, ac propterea nec cognoſcibile: *Non homo* autem negatio nō eſt, ſed eſt *Ens poſitivum diſtinctum ab homine*; eſt vera hæc propoſitio *Elephas eſt non homo*, interim elephas Ens poſitivum eſt in omnium opinione. Puto omnes nos experiri mentes noſtras intelligere quid ſit *cæcus, claudus, irrationalis*, &c. adeòque terminos poſitivos negatione affectos. Quo autē modo id intelligamus, hoc loco explicari non poteſt. Et hæc de ſimplici apprehenſione breviter dixiſſe ſufficiat, ad ſecundam mentis operationem tranſeamus. *Terminus infinitus non eſt pura negatio.*

ARTI-

ARTICULUS V.

De Entitativa Iudicii compoſitione & diviſione.

CMXC. *An propoſitio mentalis ſit ſimplex qualitas?*

Dixeram voce, *Homo eſt animal*; idem repeto mente: & inquiris, An-ne in Propoſitione hac mentali dentur termini? an ipſa ſimplex ſit; an verò ſicut vocalis, compoſita ſubjecto, prædicato, & copulâ? Et dari varias opiniones reſpondeo, è quibus Dialecticus habere poſſit, quam voluerit. PRIMA aſſerit Iudicium eſſe qualitatem compoſitam tribus eſſentialibus partibus (nimitùm, Subjecto, Copulâ, & Prædicato) quarum ſingulæ poſſint eſſe compoſitæ, ut videre eſt in hac Propoſitione mentali, *Aliquis homo albus eſt accidentaliter Faber ferrarius*, in qua *Aliquis homo albus* eſt ſubjectum, *eſt accidentaliter* copula, & *Faber ferrarius* prædicatum, & tamen hæ primariæ partes etiam ſunt compoſitæ aliis ſubpartibus. Hæc ſententia intra ſphæram Dialecticæ facillima eſt, & inter mentem linguamque quoad compoſitionem nullam admittit differentiam. SECUNDA tenet Iudicium eſſe ſimplicem qualitatem; quam ſi ſequamur, debebimus dicere hanc ipſam qualitatem intrinſecè conſideratam virtualiter aut formaliter eſſe compoſitam: hoc eſt, non eſſe compoſitam realiter, ita tamen ſe habere ac ſi eſſet realiter compoſita. Et debebimus addere hanc eamdem qualitatem eſſe compoſitam realiter extrinſecè; hoc eſt, æquipollere vocibus realiter diſtinctis. ET EODEM modo philoſophari debent illi, qui Iudicium ab Intellectu non diſtinguunt: immò neque hunc ab Animo. *Prima ſententia.* *Secunda.*

An in mentali enuntiatione detur Subjectum Prædicatumque?

Infero ergo ſtando huic doctrinæ, non datur ſubjecti & prædicati diſtinctio: & illationem perſuadeo, quia in hac propoſitione vocali *Petrus eſt aliquis homo*, ideò *Petrus* eſt ſubjectum & *aliquis homo* prædicatum; quia *Petrus* profertur priùs, & *Aliquis homo* poſteriùs; nam ſi contrà quis diceret, *Aliquis homo eſt Petrus*, jam *Petrus* eſſet prædicatum, & *Aliquis homo* ſubjectum. Cùm igitur in Propoſitione mentali non detur ordo & ſucceſſio partium (quòd illis careat intellectuale judicium, ſi ſimplex qualitas eſſe dicatur) ſequitur neceſſariò unam & eamdem Propoſitionem mentalem duabus vocalibus, Converſæ & Convertenti æquivale[r]e.

Unica mentalis Enuntiatio duabus vocalibus æquipollet.

Et quid dicemus, ſi propoſitio qualitas compoſita ſit? idem omninò: quoniam uterque terminus erit ſimul, ac ideò neut[e]r erit prior, neuter poſterior: neuter ſubjectum, & neuter prædicatum.

Secunda ſententia hoc ævo valdè communis eſt. Eam propugnant, qui ſubtiliori ſcholæ ſtudent, Eam Thomiſtæ etiam multi, ipſam alii. Et quia hodie invitor ad diſputationem Philoſophicam, quæ in Archiepiſcopali Seminario, cujus Inſpector ſum, Præſide R. P. Bernardino Hygino à Wenceslao Felice Calvo defenditur, & mihi dedicatur, volui ponere hic unicam lineam ex Theſ. VIII. videlicet; *Propoſitio mentalis eſt qualitas phyſicè ſimplex, enuntiativa unius de alio.* Ecce quomodo Scotiſtæ philoſophantur de hâc materiâ.

Audiviſti me ſecundam exponentem ſententiam: & ut meliùs intelligas id quod inſinuo, nimirùm non dari ſubjectum & prædicatum in propoſitione mentali, ſed unam & eamdem propoſitionem eſſe ſimul converſam & convertentem [hac enim doctrinâ multa inferiùs valdè curioſa, nova, & ſubtilia ſubcollabo] alios audi.

Comptonus laudatur.

Et quidem P. Thomas Comptonus polito & erudito calamo nuper ſcripſit: & *diſp. 21. de Anim. ſect. 2. num.* 5. hæc habet. [Quæri hîc ſolet, Utrùm judicium ſit ſimplex qualitas, an ex tribus actibus compoſitum? Reſp. eſſe ſimplicem qualitatem, ſicut etiam eſt ſimplex qualitas apprehenſio ſimplex, quâ ſcilicet quis duos terminos ſibi invicem unitos, ut *paries albus*, vel integram etiam propoſitionem mente concipit, ut *Anima eſt immortalis*. Probatur: licèt enim ſæpè contingat, quando quis alium audit ſucceſſivè proferentem propoſitionem aliquam, ut ipſe etiam ſucceſſivè apprehendat extrema, & per diverſos actus, hi tamen actus non ſunt judicium, ſed duæ vel tres apprehenſiones ſimplices: poſteà verò ubi loquens abſolvit propoſitionem totam, tunc audiens cùm per apprehenſiones præcedentes, quæ etiamnum manent, habeat ſibi ſufficienter propoſita extrema & objectum applicatum, per alium actum indiviſibilem aſſertivè profert quaſi ſententiam, & judicat extrema inter ſe uniri. Nec enim duæ vel tres apprehenſiones ſimplices

An judicium ſimplex qualitas ſit?

Hæc ratio ſolet ab aliis tanquam objectio poni.

faciunt

faciunt unum judicium: ſtantibus enim adhuc his apprehenſionibus, dubitamus frequenter utrum objectum ita ſit à parte rei, nec ne, ſeu utrùm extrema illa inter ſe uniantur; ut cùm apprehendimus ſtellas & paritatem, licèt per aliam tertiam apprehenſionem apprehendatur etiam unio, dubitamus nihilominùs utrùm pares ſint vel impares; ergo hæ apprehenſiones non ſunt unio judicativa. QUOD VERÒ judicium ſit uniens actus ſimplex cognoſcens tam extrema quam unionem, probatur: nam actus judicii cognoſcit neceſſariò unionem identitatis exercitam inter illa duo extrema, hominem v.g. & Petrum in hac propoſitione *Petrus eſt homo*, ergo hic actus neceſſariò fertur etiam in extrema, ergo licet apprehenſiones quædam priùs natura prærequirantur ad hunc actum, in hoc tamen ſolo conſiſtit judicium. Quando autem dicitur, propoſitionem eſſe compoſitam, & habere extrema, ſermo ſolùm eſt de propoſitione vocali, nam propoſitio mentalis non alio modo habet extrema, quàm propoſitio objectiva, dum dicimus *Petrus eſt homo*, nempè formaliter & ratione noſtra. Unde ſicut ex parte objecti, ita ex parte cognitionis dari poterunt ratione noſtrâ diverſæ formalitates, formalitatibus objectivis correſpondentes.] Sic Comptonus: quem ſolum produxiſſe ſufficiat.

Etiamſi componeretur judicium tribus, aſſibus copula tangeret extrema.

An propoſitio mentalis habeat partes formales?

ARTICVLVS VI.

De poteſtativa diviſione & ſubdiviſione Poſitionum mentalium.

CMXCI. *Quid ſit mentalis Propoſitio?*

AN mentale judicium entitativè dividatur, aut etiam componatur expoſui; nunc illud breviter definio; Dico igitur, *illud eſſe conceptum* ſimplicem compoſitum-ve; id non urgeo) *aſſerens unam formalitatem eſſe aliam.* Huncque ipſum conceptum ut totum potentiale conſidero, & divido in membra diverſa: at diviſionem illam, quâ Propoſitio in aſſerentem & negantem dividitur, non admitto, puto enim omnes eſſe aſſerentes; [Si negativam velis dicere, quæ inficitur prædicato infinito, de vocibus non diſputabo; dicam tamen unam & eamdem Propoſitionem mentalem poſſe ſimul affirmare & negare; nam hæ, *Homo eſt non lapis* & *Non-lapis eſt homo*, vocaliter ſunt duæ Propoſitiones, & unica tantùm mentaliter, quam ob rem prima Propoſitio vocalis, dicatur eſſe negativa, ſecunda verò affirmativa, mentalis, quæ utramque complectitur, debebit eſſe affirmativa ſimul & negativa. Sed faciliùs profectò eſt Poſitiones negativas negare.]

An dentur negativæ?

An una & eadem ſimul ſit affirmativa & negativa?

Si conſideretur materia, mentalis Propoſitio erit quadruplex; Neceſſaria, Infallibilis, Propria, Contingens. Neceſſariaque in Naturalem Remotamque ſubdividetur. Si quantitas, erit iterùm quadruplex; *Univerſalis, Particularis, Indefinita*, & *Singularis*. Particularem & indefinitam vocaliter differre certum eſt; ſed quia non datur ratio efficax diſtinguendi mentaliter, eaſdem noſtra Logica mentalis aſſeret probabiliter diſtingui, & probabiliter non diſtingui, ut ſcholis diverſis ſeſe attemperet: utrumq; enim teneri poterit ſine Logici rigoris jacturâ. *Si qualitas* conſideretur, erit Propoſitio duplex; Vera aut Falſa, nec occurrit, cur nō poſſit una Propoſitio mentalis, æquè ac vocalis, de vera in falſam, autè contrà, trāſire? Categorica eſt ſimplex Propoſitio, Hypothetica duplex; & utraq; in aliquotū ſententia eſt ſimplex qualitas. Hypothetica in quatuor præcipuas ſpecies ſubdividitur; videlicet, in *Copulativam, Diſiunctivam, Cauſalem*, & *Conditionalem*. Definitio habet duas præcipuas ſpecies. Eſt enim aut Logica aut Rhetorica. Illa fit per genus & differentiam; hæc per proprietates & characterica accidentia; quæ ſi ſint nota, appellatur *Deſcriptio*; at *Ænigma*, ſi ignota & à longè collecta; quorum ſingula communia aliis ſubjectis ſint, & omnia ſimul uni & ſoli definito conveniant. Nec in his omnibus, & aliis ejuſmodi formalitatibus aut etiam rebus, Propoſitiones Mentales à Vocalibus differunt.

Quotuplex ſit Propoſitio mentalis?

Veritas eſt qualitas propoſitionis.

Eadem propoſitio de verâ in falſam poteſt, & è contra tranſire.

Hypotheticæ ſpecies.

Definitionis ſpecies.

POſſem hîc meum Lectorem pluribus onerare: atqui a eodem omninò modo quo de vocalibus, etiam de mentalibus propoſitionibus philoſophor, nihil de ſingulis generibus Propoſitionum dixero, ſed Lectorem curioſum remittam ad libros antecedentes, in quibus uberiùs omnia dilucidavi. Cæterùm antequam diſputem de diſcurſu, hanc Articulum doctrinam valde ſubtilem & neceſſariam continentem, addo.

ARTI-

ARTICVLVS VII.

An detur Cognitio, quæ ſit notitia ſui ipſius? An una Propoſitio poſſit in ſe ipſam reflecti? An unum Iuramentum poſſit reflecti in ſemetipſum?

CMXCII. *Quæſtio proponitur: in vocibus.* *in ſcripturis.* *in actibus intellectûs.*

CОntroverſia eſt difficilis, quæ diſputat de reflexione Propoſitionum: An, cùm dico, *Ego mentior*, loquar de altero propoſitione priore, an de iſtâ ipſiſſima, nempè *Ego mentior*, quam pronuncio. Idem dubitari poteſt de his, *Ego loquor*, *Ego dico verum*, &c. & tranſeundo ad calamum, quæritur, An quando hos characteres exaro; nimirùm, *Ego ſcribo*; agam de eiſdem, quos efformo, an de aliis ab ipſis diſtinctis? Et aſcendendo ad mentem petitur, An, ſi Deus unam Creaturam intellectualem produceret, quæ unico tantùm inſtanti duraret (ita, ut in inſtanti A non eſſet, in inſtanti B eſſet, & in inſtanti C non eſſet) & illa mente diceret, *Ego cogito, Ego iudico, Ego ſecundàm mentis operationem exerceo*, verum diceret: nam ſi verum, illam propoſitionem ſignificare ſe ipſam, certum eſt; ponitur enim illum Angelum nullum actum, aut feciſſe aut facturum eſſe. Hinc ad Moralia tranſeundo, interrogatur, An juramentum poſſit ſupra ſe ipſum reflecti; quod eſt petere, An qui juraverit, ſe nullius juramenti diſpenſationem petiturum aut accepturum, ita ſe obſtringat, ut huius ultimi iuramenti non poſſet diſpenſationem impetrare? *in moralibus.*

Reſolutio.

Scio hic Scriptores variare. Scio alios aſſerere: alios negare: alios diſtinguere; at ego parti affirmativæ ſubſcribo, & aſſero poſſe actum ſignificativum in ſe ipſum tranſire, & ſe ipſum ſignificare.

CMXCIII. QUæſtionem in linguâ, in calamo, & in intellectu propoſui, & ut rem clariſſimè percipias, voces à ſcripturis, & utraſque à conceptibus mentis diſtinguo, & ubique ſingulatim aſſertam reflectionem demonſtro.

De lingua.

Vocalis Propoſitio poteſt in ſe ipſam reflecti.

ESſe voces aliquas univerſales, quæ aliquam rationem communem ſignificant, & ſub illâ comprehendunt multa particularia, & inter illa ſemetipſas, manifeſtum eſt. Nam hæc vox *Vox*, vocem ſignificat ut ſic, & prædicatur de ſe ipsâ, ut videre eſt in hâc enunciatione *Nomen* Vox *eſt vox*. Idem dicendum eſt de vocibus, *Nomen, Vocabulum, & Dictio*. hæc enim vox *Nomen* eſt nomen: hæc *Vocabulum* eſt vocabulum: & hæc *Dictio* eſt dictio: imò ſingulæ ex iſtis vocibus eſt ſimul nomen, vocabulum & dictio: dictio, vocabulúmque, quia dicitur, & qa ſignificat: nomen, quia per numeros & caſus declinatur. Sed hoc non eſt vocem ſignificare ſemetipſam, ſed ſignificare prædicatum quoddam univerſale eſſentialiter conveniens ſibi ipſi. Peto igitur an una vox ſingularis & determinata poſſit ſignificare ſe ipſam.

Aſſertivè reſpondeo, & ut probem, pono me olim nihil dixiſſe, nihil olim dicturum eſſe, & nunc pronunciare iſta verba *Ego loquor*, vel hæc, *Ego unam propoſitionem aſſerentem pronuncio*, & interrogo, An dixerim verum, vel falſum? Rem meditor, & non video, cur falſum dicam ergo dico verum: & ſi verum, hæc propoſitio ſemetipſam ſignificat: quia ſignificat verba à me dicta, & nulla alia à me dicta ſunt aut dicenda (ſic ſuppono) quàm iſta, quæ hanc propoſitionem componunt.

De Calamo.

CMXCIV. *Scripta propoſitio reflecti poteſt ſuper ſe*

SIcut nomen *Vox*, non ſignificat ſeipſam ſingularem, ſed rationem aliquam communem & univerſalem eſſentialiter convenientem ſibi ipſi. Sic etiam hæc dictio ſcripta *Scriptura* non ſe ipſam individuam ſignificat, ſed aliquam rationem generalem vel univerſalem convenientem eſſentialiter & neceſſariò huic verbo ſcripto & aliis omnibus verbis ſcriptis. Hæc nimis vera & certa ſunt, nec digna, quæ in controverſiam reducantur. Ergo ad alia tranſeamus magis diſputabilia: & inquiramus, An poſſit una individua ſcriptura ſe ipſam ſignificare?

Reſpondeo primò, voces aut ſcripturas ſimplices, quæ primæ mentis operationi correſpondent, quando materialiter ſumi dicuntur, ſeipſas ſignificare, ut cùm dicimus, *A eſt vocalis. Nomen Homo eſt diſſyllabum*, & ut de characteribus ſpecialiter agam, *Littera O eſt circularis; Litera C hemiſphærica. Litera I eſt ſimplex linea*, &c. at tunc non ſumitur pro uno individuo, ſed pro quocumque ut ſic, quia non ſolùm hæc vox *Homo* eſt diſſyllaba, aut tantùm hæc litera *A* eſt vocalis, &c. ſed quæcumque vox *homo* erit diſſyllaba: & quæcumque litera *A* erit vocalis: & quæcumque O ſcripta erit ſphærica, quæcum-

que

que C erit ſemicirculus, & quæcumque I erit linea recta.

Reſpondeo ſecundò, poſſe dari, ſicut vocem, ita etiam ſcripturam, quæ ſingularis ſit, & ſemetipſam ſignificet, & hoc tametſi illa ad ſecundam mentis operationem pertineat. Et ut hoc probem, ſumo calamum, & hos characteres efformo, *Ego ſcribo*; aut etiam hos, *Ego litteras Latinas delineo*. & quia ſuppono me nullos alios formaſſe, aut formaturum eſſe, quæro à te qui me ſcribentem vides, An non unam propoſitionem ſcribam? & ſi propoſitionem, an ne falſam? Non habeo ſcientiam ſufficientem, ut illam falſitatis condemnem: & ideò illam veram pronuncio, & te à me ſtare confidenter affirmo. Ergo ſi hæc propoſitio *Ego ſcribo* eſt vera, & nihil ego aliud ſcribo, quàm hanc ipſiſſimam propoſitionem, conſequens eſt, ut illa ſemetipſam ſignificet.

De Mente.

CMXCV. *Reflexio triplex.* TRibus modis poſſet intelligi aliquem mentis actum eſſe cognitionem ſui ipſius: *primò*, ſi dicamus habere duas formalitates (puta A & B) & formalitatem A eſſe cognitionem: formalitatem B eſſe cognitam: & quia in tali caſu A realiter eſſet B, ideò cognitio eſſet res cognita, & è converſo. At in tali caſu formalitas A, formaliter loquendo, non cognoſceret ſe ipſam. *Secundò*, ſi dicamus formalitatem A eſſe notitiam intuitivam, adeòque non ſolum cognoſcere formalitatem B, ſed & cognoſcere formalitatem B, ut identificatam formalitati A, dicemus formalitatem A eſſe primariò notitiam formalitatis B, & ſecundariò ſui ipſius; & hoc in ſenſu formali; quia in reali ſemper erit cognitio ſui ipſius. *Tertiò*, ſi dicamus cognitionem illam, de quâ loquimur non habere duas formalitates, ſed eſſe unam formalitatem ſimpliciſſimam, & nihilominùs eſſe ſui ipſius cognitionem.

Duo priores modi facilè poterunt intelligi; nam ſi actum, quo cognoſco parietem, realiter Deus identificaret parieti, ille actus realiter loquendo eſſet paries; & cùm eſſet cognitio parietis, eſſet cognitio ſui ipſius. Sed urgendus eſt modus tertius, ut omnimoda ſervetur paritas: quia cùm vox, aut ſcriptura ſemetipſam ſignificat, non dantur duæ formalitates objectivæ in eâdem voce aut ſcripturâ, quarum altera ſit ſignificans, & altera ſit ſignificata; ſed una & eadem vox aut ſcriptura (tota, tota) eſt ſignificans & ſignificata.

Datur cognitio ſui ipſius. De actu, qui ſit notitia ſui ipſius, agit Valloiſius & Arriaga: ille in Logicâ *part. 4. diſp 3. num.* 17. iſte in Logicâ *lib. 6. diſp. 13. ſect. 1. ſubſect. 1. num. 5. 6. & 7. pag.* 179. & in libris de Animâ *diſp. 6. ſect. 3 à num.* 69. qui etiam doctrinæ conſequentia in Phyſicâ *diſp. 9. à num.* 19. admittit actionem ſui ipſius, & tamen ſemper rejicit objectivas Thomiſtarum aut Scotiſtarum præciſiones, & ideò non poteſt aliter quàm de eâdem formalitate explicari. *An etiam actio ſui ipſius.*

Hæc, ut bene notavit Arriaga, eſt valdè communis ſententia, & admitti neceſſariò debebit ab omnibus Theologis, qui dicunt, poſſe eſſe aliquam viſionem beatam cognoſcentem in Deo omnes creaturas poſſibiles, inter quas una eſt ipſa viſio. Item ab omnibus, qui dicunt Angelum poſſe ſe divinitùs comprehendere, & in ſe omnes ſuos actus cognoſcere; inſtar illos enim cognoſcet ſe ipſam ea comprehenſio. Idem expreſsè à Suarez & multis aliis docetur. [Fortè hîc aliquam differentiam Philoſophia artificialis inveniet, & dicet creaturas videri in Deo ut in ſpeculo, & oculum cùm ſe videt in ſpeculo non elicere viſionem reflexam, ſed directam: ſed hoc alibi examinabo.]

Prima ratio.

SOlet probari primò. Quia cognitio Dei reflectitur ſupra ſe ipſam: Ergo non repugnabit cognitio creata, quæ ſit notitia ſui ipſius. CMXCVI. *In Deo datur cognitio reflexa. An infinita?*

Reſpondent aliqui diſtinguendo antecedens: illudque in ſenſu reali admittunt, & in formali negant: aſſerunt enim in Deo ſaltem ratione noſtrâ diſtingui cognitionem cognitam à cognitione ſupra eam reflectente, unde in Deo admittunt infinitos actus reflectentes unum ſupra alium; quod autem in Deo fit per diſtinctionem rationis, in creatis, inquiunt, fit per realem; ergo in creaturis realiter ſemper debet diſtingui cognitio ab objecto. Hæc autem ſolutio multis diſplicet: & præcipuè Roderico Arriagæ, qui illam impugnat. *Primò*: non enim omnia, quæ in divinis diſtinguuntur ratione, in creatis debent diſtingui realiter, ut patet in intellectu & voluntate, in intellectu & eſſentiâ, & clarius in eſſentiâ & exiſtentiâ. Ergo non quia in divinis cognitio ratione differat ab objecto, debet in creaturis differre realiter. At hæc inſtantia non urget illos, qui Reali Philoſophiæ nomen dederunt, nam D. Thomas & ejus tota Schola, in homine & intellectum à voluntate, & potentias ab Animâ, & exiſtentiam ab eſſentiâ realiter diſtinguunt; adeòque admittunt, quod loco abſurdi objicitur ab adverſariis. *An omnia quæ in Deo diſtinguuntur formaliter in nobis diſtinguantur realiter?*

Diſplicet Arriagæ ſecundò, quia ſi in divinis ratione noſtrâ diſtinguitur ſemper objectum à cognitione de illo, ſequitur eſſe in Deo aliquem actum ratione noſtrâ, qui non cognoſcatur à Deo, quod eſt falſiſſimum: non enim eſſet Deus omniſciens. Sequelam probat, quia (ut in Phyſicâ dixit) unum infinitum poteſt eſſe majus alio; & ſi ponantur duo infiniti numeri hominum, & æquorum omninò æquales, poſteàque pereat unus equus, neceſſariò deberet manere unus homo ſine equo, ſi quilibet homo vellet aſſumere proprium, quod eſt, ut exiſtimat, evidentiſſimum. Hoc poſito ſic argumentatur: In eo *An detur actus divinus, qui nõ cognoſcatur à Deo?*

infi-

An detur numeri infinitum maius altero?

infinito quod ponis in Deo, cognitionum reflexarum & reflexibilium, ſunt unâ plures reflexibiles, quàm reflectentes; quantumvis ambæ ſint infinitæ; inſuper cuilibet reflectenti correſpondet una reflexibilis, ergo debet neceſſariò una manere reflexibilis ſine reflectente. Minor & Conſequentia ſunt certæ. Major probatur, quia prima cognitio de creaturis eſt reflexibilis & non reflexa, ſed directa, reliquæ omnes ſunt reflexibiles & reflexæ; ergo unâ plures, primâ ſcilicet, ſunt reflexibiles, quàm reflexæ; ergo una reflexibilis manet ſine reflexâ, & conſequenter, quin cognoſcatur, quod eſt abſurdum; ergo nec ratione noſtrâ debet in Deo diſtingui cognitio à ſeipsâ, ut reflectente ſupra ſe.

CM XCVII

Huic argumento multum fidit Arriaga: cui reſponſurus quidam Auctor, conceſſit totam ſequelam; addidit verò, in eâ non eſſe abſurdum, quia illa cognitio non eſt cognoſcibilis: unde non mirum, quòd à Deo non cognoſcatur. Solutio hæc excogitata ad evadendam tantam difficultatem, apertè eſt falſa, quia egomet ipſe cognoſco illam cognitionem, jam enim ego de illâ ago: ergo eſt cognoſcibilis, ergo aliquid cognoſcibile à me ignoratur à Deo.

Repugnat infinitum; quia repugnant illa omnia, quæ de illo aſſeruntur.

At ego non video cur debeamus aſſerere eſſe aliquam cognitionem ultimam, quæ cognoſcens & incognoſcibilis aut incognita ſit. Omnia enim quæ de infinito creato ſubtiliter ediſſerit Arriaga in Phyſicis, rotundè nego: Repugnat multitudo infinita hominum: ſi non repugnaret, repugnaret numerus infinitus; quia niſi mutare vocum ſignificationem velimus, omnis numerus eſt multitudo numerata, ergo repugnat numerus qui innumerabilis ſit: & tandem, ſi nec hic repugnaret; adhuc non eſſet poſſibile unum infinitum maius altero: imò nec duplex infinitum. Omnia ergo, quæ dicit Arriaga falſo fundamento innituntur.

Triplex modus conſiderandi actus reflexos in divinis.

Dico igitur Theologos, qui diſtinguunt in Deo formalitatem cognitam & cognoſcentem; tribus poſſe modis philoſophari: poſſunt enim aſſerere, illas diſtingui *primò* formaliter ex naturâ rei; *ſecundò* formaliter ratione ratiocinatâ, hoc eſt, ſecundum præciſiones objectivas; *tertiò* ratione ratiocinante ſeu expreſſivè, hoc eſt, ſecundum clarum & obſcurum conceptum. Si primò philoſophentur modo, poterunt ponere infinitas in Deo cognitiones ſubordinatas; quarum nulla ſit ultima (imò, ſi vellent, quarum nulla ſit prima: ſed hoc modò non urgeo.) & ſic nullum ſequetur inconveniens; quia non eſt abſurdum quod Deus habeat innumerabiles notitias: & ſi habet innumerabiles; nullam habebit ultimam, adeòque nullam habebit incognitam. Poſſent etiam, qui primo philoſophantur modo, duas tantum formalitates admittere, cognoſcentem & cognitam: & aſſerere cognitionem divinam cognoſcere primariò formalitatem cognitam ſicuti eſt; & quia hæc eſt identificata cognitioni ipſi, ideò ſecundariò hanc cognoſcere ſe ipſam identicè. Sive unum, ſive alterum dicant, negabunt cognitionem humanam, quæ ſit notitia ſui ipſius, quia ſi in divinis datur cognitionum infinitas, nulla erit cognitio quæ ſit cognitio ſui ipſius; & ſi in divinis nulla eſt talis, corruit argumentum, quod ut humana tiiaretur ſupponebat divina. Si autem in divinis unica ſit cognitio, ideò hæc erit cognitio ſui ipſius ſecundariò, quia identificatur ſuo objecto primario, & hoc cognoſcit ut eſt: & utrumque claudicat in humanis, quia objecta primaria realiter ſunt à noſtrâ cognitione diſtincta; & nos ſingula imperfectè cognoſcimus, & raròaut nunquam prout ſunt in ſe.

Nulla notitia intellectus humani eſt intuitiva.

CM XCVIII

Si ſecundo philoſophentur modo; diſtinctionem in divinâ cognitione non reperient, ſed facient: adeòque illa erit ſicut continuum Ariſtotelicum, in infinitum diviſibilis. Dabitur igitur in tali caſu ſemper formalitas aliqua, quæ ſit ultima præſciſſa, non autem quæ ſit ultima præſciſſibilis: nec obiicere poteris, illam eſſe cognoſcentem & non cognitam, ſed tantummodò illam à me intelligi ut cognoſcentem, nondùm tamen intelligi ut cognitam; ſed debere, ut intelligatur ut cognita, iterùm (& hoc in infinitum) in binas formalitates ſubdividi: Et quidem, ſi hoc modo philoſophari placeat, non ſequitur ex divinis dari in humanis cognitionem, quæ ſit notitia ſui ipſius.

An omnia reperiri poſſint in unica formalitate divina?

Si tertio philoſophentur modò; poterunt dicere, ſe non ponere ibi duas formalitates, unam; quæ ſit objectum; aliam, quæ ſit cognitio de illo: in hoc enim ſenſu argumentum ſuprà factum haberet vim: ſed illam eamdem formalitatem poſſe concipi per ſpecies objecti puri, & ſic vocari objectum; poſſe etiam concipi per ſpecies cognitionis puræ, & ut ſic vocari cognitionem, neque hinc ſequi proceſſum in infinitum. Ita reſpondent aliqui; ſed hi ipſi, ut benè notavit Arriaga, deſerunt reſponſionem & ſententiam: dantque aliam diſtinctionem rationis, quam omninò veram ego puto, & ſæpè in aliis rebus poſui: At hinc, quomodo poſſunt hi probare, in creaturis debere admitti illos duos conceptus realiter diſtingui; quod intendebant adverſarij.

Egimus de antecedente hucùſque; illudque oſtendimus multis diſtinctionibus & difficultatibus obnoxium eſſe. Quid ſi illud admittas? debebis neceſſariò primam conſequentiam concedere: at non debebis neceſſariò ſecundam; & ratio eſt, quia, cùm quæritur, An omnis creata cognitio ab objecto cauſetur? Philoſophi dividuntur in claſſes, & ſi eos ſequaris, qui aſſerunt, poteris ſecundam conſequentiam reiicere: quia quod competit cognitioni divinæ quà increatæ, id humanæ non poteſt competere,

Secunda ratio.

III. Poteſt cognitio repræſentare prædicatũ aliquod ſibi intrinſecum.

SOlet aliâ viâ probari eadem veritas; argumento ſecundo, quo utitur Rodericus Arriága, qui ſic argumentatur. De facto quandò dico, *De conceptu omnipotentiæ eſt poſſe producere omnes creaturas nullâ exceptâ*: iſte actus habet ſe pro objecto: nam ipſe eſt una ex omnibus creaturis. Idem contingit, quando dico, *Omnis actus intellectus eſt cognitio.* Præterea quando dicó, *Omnis cognitio poſſibilis, nulla excepta, eſt repræſentatio objecti*, non eſt dubium includi ipſam, quâ id dico: alióquin jam exciperetur aliqua; ergo poteſt cognitio ſaltem ſeipſam cum aliis cognoſcere, imò & ſolam, quia non eſt in hoc major ulla repugnantia, & poterit de ſe affirmare, eſſe accidens intentionale.

Sed hoc argumentum non probat dari notitiam ſui ipſius, ſed dari notitiam, quæ ſit cognitio alicujus prædicati eſſentialis ſibi convenientis intrinſecùs: de quo non videtur controverſia procedere: nam cognitio *Entis, Accidentis, Qualitatis*, & multæ aliæ, contemplantur prædicata ſibi intrinſecùs convenientia, & tamen reflexæ non dicuntur.

Tertia ratio.

Vera probatio concluſionis.

DVas rationes ab Arriágâ poſitas examinavimus, & tametſi inefficaces ſint, ut vidimus, nihilominùs Concluſionem tenemus, & rationem reſumimus, quam in textu tetigerámus. Sic illam formo. In inſtanti A dico, *Ego cogito.* & interrogo, An-non hæc intellectualis propoſitio ſit vera? Si eſt vera, ſignificabit rem prout eſt in ſe. Sed quam rem? Seipſam proculdubio: nullam aliam.

Reſolutio prima.

Maneat igitur primò eſſe cognitiones aliquas univerſales, quæ ſunt notitiæ prædicati ſpecifici, aut generici, quod contrahunt: tales ſunt; quæ correſpondent iſtis vocibus, *Apprehenſio, Verbum mentis; Cognitio, Actus, Qualitas, Ens, &c.*

Reſolutio ſecunda.

Maneat ſecundò eſſe etiam aliquas notitias ſingulares, quæ ſeipſas in ſingulari ſignificant, qualis eſt illa mentalis propoſitio, *Ego affirmo.*

Sed quia nulla eſt veritas, quæ careat oſoribus & impugnatoribus, ut cæteris ſatisfacere poſſimus, argumenta nonnulla adverſariorum diſſolvamus.

Prima Obiectio.

IV. An omnis cognitio ſit relatio?

ALiqui argumentantur ſic. Cognitio eſt relatio ad objectum, ſed relatio debet eſſe diſtincta à termino; ergó & cognitio ab objecto.

Facilis eſt ſolutio, & non ſcio cur hic hæreat Arriaga: reſpondet enim negando Antecedens univerſaliter: putat enim cognitionem ſic ſolùm eſſe eſſentiale, exprimere ſuum objectum: quando autem ſeipſam expreſſerit, id fore ſine reſpectu, quando verò aliud à ſe cum reſpectu, ſicut de unione & actióne ſolet dici. Et hanc ipſam ſolutionem confirmat: quia cognitio divina non habet reſpectum ad ſeipſam, cùm tamen ſeipſam cognoſcat: ergo non eſt de ratione cognitionis ut ſic, reſpicere ſuum objectum.

An relatio poſſit referri ad ſe ipſum?

Sic placuit Arriagæ reſpondere: at ego non video quid illi potuiſſet imminere, ſi conceſſiſſet majorem, & negaſſet minorem, & dixiſſet, cognitionem, quâ ego cognoſcó objectum realiter diſtinctum, eſſe relationem ad terminum realiter diſtinctum, & cognitionem divinam, quâ Deus cognoſcit creaturas in ſe ipſis (nota illud *in ſe ipſis*) eſſe relationem ad terminum realiter diſtinctum; & cognitionem, quâ Deus cognoſcit ſe ipſum, eſſe relationem ad terminum realiter identificatum: quia ſi datur cognitio, quæ terminetur ad ſe ipſam, quare non dabitur relatio, quæ terminetur ad ſe ipſam?

Illam propoſitionem; *Cognitio eſt relatio*; nec univerſaliter admittit Arriaga, nec univerſaliter negat; ſed diſtinguit; quando terminatur ad objectum realiter diſtinctum eſſe relationem concedit: quando terminatur ad objectum realiter indiſtinctum, negat. Sed hoc eſt ſupponere illud ipſum quod quæritur: ſed non ideò eſt arguendus, hæc enim & alia multa licent Reſpondenti.

Quid ſit cognitio.

At ego exiſtimo cognitionem relationem non eſſe, ſed identificationem quamdam intentionalem, & quod pulchrius & ſubtilius videri poterit, intentionalem tranſſubſtantiationem, quo poſito videtur vires Objectionem reſumere, aut parere alteram objectionem.

Secunda Obiectio.

V. I. An tranſſubſtantiatio requirat terminos realiter diſtinctos?

COgnitio eſt tranſſubſtantiatio intentionalis, quia actus mentis tranſſubſtantiatur in objectum. At tranſſubſtantiatio debet eſſe inter terminos realiter diſtinctos; Ergo cognitio realiter diſtinguitur ab objecto. Majorem non probas, ſed ſupponis nam omnis ſignificatio, tam intellectualis quam vocalis aut ſcripta, eſt (ut ſupra probavimus) quædam tranſſubſtantiatio. Minorem probaturus, ad Sacramentum venerabile venis (ibi enim tranſſubſtantiationem didicimus) & ibi vides panem in Chriſti corpus à ſe realiter diſtinctum, & Vinum in Chriſti ſanguinem à ſe etiam realiter diſtinctum, tranſſubſtantiari: & colligis omnes alias tranſſubſtantiationes futuras eſſe huic ipſi ſimiles, adeòque inter terminos diſtinctos realiter.

Tranſſubſtantiatio Euchariſtica qualis?

Confirmas. Quia tranſſubſtantiatio eſt totalis converſio: at nulla res poteſt converti in ſeipſam: ergo nulla in ſe ipſam poterit tranſſubſtantiari. Ergo in tranſſubſtantiatione realiter diſtinguuntur terminus à quo & ad quem.

An aliquid converti poſſit in ſe ipſum?

Reſpondeo in tranſſubſtantiatione reali deſinere priorem ſubſtantiam & incipere eſſe ſecun-

ſecundam,& hoc realiter: & quia eſſe realiter & non eſſe realiter ſunt termini contradictorij, qui non poſſunt eidem formalitati competere, ideò omninò requiri aliquam diſtinctionem aut realem aut formalem ex natura rei: puto enim primò & rem in rem realiter diſtinctam, & formalitatem in formalitatem ex naturâ rei diſtinctam poſſe tranſſubſtantiari: & puto ſecundò, ſi Deus voluiſſet, potuiſſet conſtituiſſe ſub accidentibus panis & vini corpus & ſanguinem Domini, relinquendo panis & vini ſubſtantias. In tranſſubſtantiatione morali aut intentionali, minor adhuc diſtinctio inter terminum à quo, & terminum ad quem reperitur: ergo quomodocumque diſcurramus ſemper negare debebimus illam minorem *Tranſſubſtantiatio debet eſſe inter terminos diſtinctos realiter*: & dico in hac hypotheſi, *Cognitio, quâ ſe Deus cognoſcit, ſi per impoſſibile non eſſet realiter Deus, adhuc in tali caſu eſſet intentionaliter Deus.*

Nota id bene.

Tertia Obiectio.

XIII. An detur cauſa ſui ipſius?

SIſtemus bonæ Philoſophiæ, objectum eſt cauſa cognitionis, vel per ſe, vel per ſpeciem; ſed nihil poteſt eſſe cauſa ſui, ergo neque cognitio ſui.

Huic objectioni reſpondet Arriaga negando antecedens: quia quando in causâ cognoſcitur effectus, cognitio illius effectûs non cauſatur ab effectu cognito, ſed â causâ à quâ cognoſcitur. *Si inſtes.* Cauſatur ab ipſo effectu, quatenus cauſatur â re continente illum effectum: ſic reponet Arriaga, quia hoc ſenſu non repugnat aliquid eſſe cauſam ſui, imò ſemper omnis effectus eſt cauſa ſui prædicto modo; quia ſemper producitur à re continente ipſum effectum, quod per te eſt cauſari ab ipſo effectu; ergò, eò quod cognitio producatur à Deo, in quo ipſa côtinetur, nô repugnabit, ut ſeipſam in Deo cognoſcat, neque ideò erit ſui ipſius cauſa immediata, aut mediata. Secundò, quia objectum immediatum non eſt cauſa cognitionis: nam omnis cognitio per ſe infuſa de objecto creato; quantumvis immediatè ad illud terminetur; adhuc neque immediatè (ut per ſe patet) neque mediatè cauſatur ab illo objecto, quia ſpecies infuſæ, quæ cauſant immediatè cognitionem, nullo modo petunt oriri ab illo objecto, ut omnes admittunt. Ergo non eſt dicendum, omne objectum immediatum eſſe cauſam cognitionis immediatæ de ſe ipſo; ergo nec ideò negandum, actum poſſe eſſe objectum ſui ipſius.

An dentur ſpecies impreſſæ An expreſſæ?

Negavit antecedens Arriaga, & quia ſpecies intentionales admittit, etiam eſt difficultatibus novis obnoxius. nego etiam illud ego, & quia ejuſmodi entitatulas fictitias arbitror, faciliùs & liquidiùs me expedio. Dicunt Peripatetici objectum emittere ſpecies, has imprimi ſenſui aut potentiæ, & ſemel impreſſas (inde illis nomen, nam *impreſſæ* vocantur) concurrere cum ſenſu aut potentia ad productionem ſpeciei expreſſæ; quæ omnia negatis impreſſis ſpeciebus negantur.

Quarta Obiectio.

XIII. An omnis cognitio ſit poſterior objecto?

OBiectum debet eſſe prius cognitione, ergo eſt ab illa diſtinctum. Antecedens probatur, quia objecti exiſtentia vel poſſibilitas eſt independens à cognitione; cognitio autem dependet ab objecto, neque enim objectum eſt quia cognoſcitur, ſed potiùs quia eſt, cognoſcitur. Confirmatur idem antecedens: quoniam, quod eſt prius altero, eſt ſine illo; ergo realiter diſtinguitur ab illo. At obiectum eſt prius cognitione illâ, quâ ipſummet cognoſcitur: ergo fuit aliquando ſine illâ: ergo realiter diſtinguitur ab illâ.

Reſpondeo diſtinguendo antecedens: fateor enim obiectum debere eſſe prius quàm ſui cognitio, ſi agatur de prioritate aliqua rationis: nego ſi agatur de prioritate reali. Eſſe autem cognitiones, quæ non ſint realiter poſteriores ſuis obiectis demonſtrat Sciẽtia Dei, quæ non eſt iunior ipſo Deo: demonſtrat Angelorũ ſcientia, ſi dicantur habuiſſe meritum in primo inſtanti. demonſtrat etiam Dæmonum ſcientia, ſi primo inſtanti obiectum præceptum cognoviſſe, & in ſecundo peccaviſſe dicantur. Ad probationem antecedentis ait Arriaga, in aliquibus obiectis & cognitionibus id verum eſſe, non tamen in omnibus: quod confirmat ex cognitione Dei de ſeipſo, & de creaturis poſſibilibus; neque enim prior eſt poſſibilitas creaturæ cognitione divinâ, aut è contrario, cùm ab invicem eſſentialiter pendeant ob mutuum reſpectum tranſcendentalem; At illi, qui putamus, non ideò Deum eſſe omnipotentem, quia creaturæ ſunt poſſibiles, ſed ideò ipſas eſſe poſſibiles, quia Deus eſt omnipotens, aſſerimus, omnipotentiam eſſe illis priorem, cùm ergo omnipotentiâ (mihi eſt Dei voluntas) ſit intellectus prior: ſequitur cognitionem creaturarum poſſibilium ſuo obiecto priorem eſſe. Non ergo omne obiectum eſt prius ſui cognitione.

Vtra ſit prior, poſſibilitas creaturarum, an omnipotentia divina?

An omnipotentia ſit voluntas divina?

Dices. Sicut repugnat unam & eandem rem eſſe realiter priorem ſe ipsâ, ita & repugnat eſſe ſe ipsâ priorem prioritate rationis. At ex conceſſis patet obiecta (ſaltem cognitioni creatæ) eſſe priora ſuis cognitionibus prioritate rationis: Ergo nulla poterit reperiri cognitio, quæ ſit notitia ſui ipſius.

An aliquid poſſit eſſe ſe ipſo prius prioritate rationis?

Reſpondeo me etiam repetire inconveniens in prioritate formali ex naturâ rei, & etiam in prioritate formali rationis ratiocinatæ: non autem in prioritate rationis ratiocinantis, quæ non eſt in obiecto ſed in noſtro intellectu: non enim implicat ut una & eadem res ſub una conſideratione ſit prior, & ſub aliâ conſideratione poſterior: unde, licèt dicatur, obiectum debere ſemper cognitionem præcedere (quod ipſum non eſt omninò verum) adhuc poterit dici cognitionem, quæ ſe ipſam cognoſcit priùs intelligi à nobis quà obiectum eſt, & poſteriùs quà cognitio eſt.

Quid ſit eſſe ſe ipſo prius ratione ratiocinantis?

De Iuramento.

MV. POteſt fieri ſolâ mente: at ſolet linguâ & calamo: & quæri poteſt, *An detur juramentum ſui ipſius*: Vt mentem tempeſtes, & ſolutionem præpares, carmen priſcũ propono, quod apud Hiſpanos in uſu. Cùm nimiam jurandi conſuetudinem volunt ſignificare, ſic inquiunt.

No jureis Arcturo.
juro a Dios, que no juro.
No juraſtis ahora?
No juré por nueſtra Señora.

ubi introducunt Arcturum ſingula Verba juramentorum multitudine falſificantem. Vt ab omnibus intelligatur, non enim omnes Hiſpanum idioma percallent, eamdem ſententiam ad numeros ſequentes traduco.

Ne jures, Arcture: Deos ne crimine tentes.
Me non jurare, immortalia Numina juro.
Aſt hoc eſt jurare Deos. Cur talia fatis,
Quod non juro Deos, cœlorum Numina teſtor.
&c.]

Sumo igitur ſecundum carmen & dico, *Me non jurare juro*, & inquiro, An hæc mea propoſitio (ſive vocalis, ſive ſcripta, ſive mentalis illa ſit) videatur vera? Reſpondebis omnino eſſe falſam. Ergo ſignificabit rem aliter, quam eſt in ſe: ſed quam rem? ſemetipſam: ſignificat enim propoſitionem quam pronuncio, & nullam aliam pronuncio, quàm hanc: ergo eadem eſt propoſitio ſignificans & ſignificata: ergo ſemetipſam ſignificat.

Datur juramentum ſui ipſius.

Vt adhuc rem meliùs intelligas, addam contrahendi formulam, quæ apud Hiſpanos in uſu. *Yo daré*, inquit apud ipſos donator, *a Don Franciſco mill ducados. Y juro a Dios, que le cumpliré eſta palabra: Y juro, que no pediré diſpenſacion deſte juramento: ſiempre un juramento mas, y uno mas.* hoc eſt, *Ego dabo D. Franciſco mille aureos: & hanc promiſſionem juramento confirmo. Et juro me iſtius juramenti diſpenſationem non poſtulaturum: & ſemper urgebo uno juramento ulteriori, & uno ulteriori*: Et quia mira eſt in his paucis verbis Hiſpanorum Iuriſtarum cautela, ſingula verba examinemus.

Iuriſtarum Hiſpanorũ in reſpiciendis juramentis cautela.

Te D. Franciſce alloquar, & ſic inquam. *Dabo tibi mille aureos.* An-ne teneor, & tu manes ſecurus? Minimè. quoniam promiſſionem etiam acceptatam non eſſe graviter obligatoriam multi dicunt, & potero eorumdem probabili opinioni ſubſcribere. *Iuro igitur Deum me omnino facturum quod promiſi.* Iam te putabis ſecurum, & me ligatum. Sed audi. Vinculo ſtrictiſſimo obſtringor, fateor; non tamen inſolubili; datur enim in terris poteſtas diſpenſandi, & ſi hujus vinculi diſpenſationem obtinuero, non obligabor juramento. Ergò, ut te ab omni ſuſpicione & periculo eximam, *juro me hujus juramenti diſpenſationem non petiturum, nec admiſſurum.* Iam te omninò ſecurum putabis. Sed rem benè conſidera. Duo hîc emiſi juramenta: primũ de obſervatione promiſſionis: ſecundum de non petendâ aut acceptandâ diſpenſatione primi juramenti. Ergo, ſi mille aureos non dedero, perjurus ero. Ergo, ſi primi juramenti diſpenſationem poſtulavero, aut gratis oblatam admiſero, perjurus ero: ſed quid ſi poſtulavero & impetravero diſpenſationem juramenti ſecundi? hoc non firmatur altero juramento. Vt huic inconvenienti obviam eant Iuriſperiti Hiſpani addunt, *Siempre con un juramento mas, y uno mas.* quod eſt dicere, Ad non petendam diſpenſationem juramenti primi, volumus obligari ſecundo; ad non petendam diſpenſationem ſecundi, volumus obligari tertio; ad nõ petendam tertii, quarto: & ſic in infinitum, ita ut ſemper cujuſcumque juramenti diſpenſatio impediatur uno juramento ulteriori.

An poſſit aliquis in juramentis diſpenſare?

An in juramentis debeamus procedere in infinitum?

MV. Et quidem illi, ſi crederent juramentum poſſe in ſe ipſum reflecti, non excurrerent in infinitum: & ut illos impræſentiarùm juvem, aliquas Concluſiones ſubſcribo. Sit

Prima. *Si obſtringeretur aliquis juramentis ſubordinatis, infinitis ſyncategorematicè, nullius poſſet petere diſpenſationem, quin eſſet perjurus.* Voco juramenta ſubordinata, quæ ſe ſucceſſivè reſpicerent, ita ut ſecundum obſtringeret hominem ne peteret diſpenſationem primi; tertium, ne ſecundi; quartum, ne tertii: & ſic in infinitum. Et demonſtratur Concluſio: quia nullum eſſet in totâ illâ multitudine juramentum, quod eſſet ultimum: nullũ quod non ſequeretur aliud de non petendâ illius diſpenſatione.

Iuramentâ ſubordinata.

Secunda. *Velle currere, non eſt currere. Velle loqui, non eſt loqui. Ergo velle jurare, non eſt jurare. Ergo velle emittere infinita ea-que ſubordinata juramenta, ita ut poſt quodcumque juramentum determinatum unum ſit ſemper ulterius, non erit emittere hæc infinita & ſubordinata juramenta.* Patet â pari.

Nota ſingula verba.

Tertia. *Qui ait*, Ego pronuncio infinita verba, *non ideo infinita pronunciat: Ergo qui ait*, Ego emitto infinita vota, aut juramenta, *non ideo emittit infinita.* Patet etiam à pari.

Nota etiam hæc.

Reſolutio.

Ergo Hiſpanus tametſi dicat ſe tot juramenta præſtare, quot ſufficiant ut ſemper ſit unum ulterius (hoc eſt, tametſi dicat, ſe præſtare juramenta infinita ſyncategorematicè) non ideò præſtat infinita ſyncategorematicè. Ergo in illa promiſſionem firmandi formulâ ſemper manet aliquod juramẽtum ultimum, & hoc erit capax diſpenſationis.

Ergo, ut detur promiſſario ſecuritas, & promiſſor inſolubiliter maneat obſtrictus, ſiquidem ſyncategorematica hîc infinitas locum non habet, neceſſariò requiritur, ut ultimum in ſe reflectatur: & reflectetur, ſi concipiatur contractus per hæc verba. *Mille aureos ſpondeo. Sponſionem hanc juramento ſtabilio. Et juro me hujus ſecundi juramenti, quod præſtiti, & hujus, quod modo actu pronuncio diſpenſationem aut commutationem, nec petiturum nec acceptaturum.* In hac formâ ſecundum juramentum reflectetur ſupra ſe ipſum, & tollet omnem difficultatem.

Iuramentum ſupra ſe reflectens.

* * *

ARTI-

ARTICULUS VIII.

De Diſcurſus quiditate & unitate.

MVI. *Quid ſit Diſcurſus?*

QVam Vocalis Logica *Argumentationem*, Mentalis *Diſcurſum* appellat; licèt vocum abuſu, & argumentari mente, & diſcurrere lingua dicamur. Tunc diſcurrimus *cùm ex una aut altera præmiſſa legitimè conclusionem inferimus*, ut cùm dicimus, *Omnis homo eſt animal, Omne riſibile eſt homo, Ergo omne riſibile eſt animal.* Sed inquiris, An-ne totus iſte diſcurſus ſit ſimplex qualitas: an verò tria judicia realiter diſtincta complectatur. Reſpondeo illæſo rigore Dialectico alterutrum teneri poſſe; dantur enim duæ ſententiæ probabiles in animali Phyſica, quarum PRIOR tenet Diſcurſum eſſe qualitatem compoſitã multis Iudiciis, non ſecùs ac Argumentationem vocalem: cõtrà verò POSTERIOR totum Syllogiſmum eſſe ſimplicem qualitatem affirmat. PROFECTO illa prima ſententia intra cancellos Logicæ facillima eſt, utpotè, quæ inter compoſitionem vocalis argumentationis & mentalis Diſcurſus nullam differentiam ſtatuat; at ſtando ſecundæ, etiam poterit formalis compoſitio ſalvari, aut etiam realiter extrinſecè, quoniam mentalis Syllogiſmus, tametſi ſit ſimplex qualitas, ita ſe habet, ac ſi ex tribus Iudiciis diſtinctis realiter componeretur.

Sit-ne ſimplex, an compoſita qualitas?

Compoſitio formalis.

Duplex Quæſtio proponitur.

HIc occurrit aliquod dubium, cujus reſolutio varia apud Authores varios eſt, & eſſe una deberet, ſi æquivocationem non involveret. Veniunt ad tertiam mentis operationem Logici, & inquirunt, *Vtrùm ex hypotheſi, quod Syllogiſmus non ſit ſimplex qualitas, ſed ex tribus judiciis compoſitus, actus mentalis concluſionis attingat objectum præmiſſarum?* hoc eſt, ut multi explicant, *Vtrùm unum & idem objectum ſit Concluſionis & præmiſſarum?* Et regredientes ad ſecundam mentis operationem, quærunt, *An ſi conſiſtemus in eadem hypotheſi, & ducti rationis paritate inferamus, mentale judicium* (Homo eſt animal, *ex. gr.*) *ex tribus qualitatibus partialibus componi, ille actus, qui correſpondet copulæ, attingat cæterorum objecta?*

Tollitur latens æquivocatio.

Obſervavit æquivocationem, quam hîc diximus latere, Comptonus & *diſp.* 47; *Logica ſect.* 4. *num.* 2. *pag.* 183. ſic inquit. [Mihi tamen non indiſcriminatim admittendum videtur, quod à quibuſdam recentioribus paſſim ſine exceptione ponitur, nempe objectum præmiſſarum & concluſionis eſſe ſemper idem. Hoc, inquam, ſi ſermo ſit de objecto adæquato præmiſſarum, mihi videtur falſum, primò, quia præmiſſæ ſæpè ſunt univerſales, concluſio particularis, ut in *Baralipton, Fapeſmo*, & *Darapti.* Deinde ex eiſdem præmiſſis diverſæ frequenter inferuntur concluſiones, & quæ objecta contineant realiter diſtincta, quod tamen implicaret, ſi objectum concluſionis eſſet adæquatè idem realiter cum objecto præmiſſarũ, nam *quæ ſunt eadem uni tertio, ſunt eadem inter ſe*, hæc autem objecta non ſunt idem inter ſe, ergo nec cum uno tertio, ſeu cũ objecto præmiſſarum; antecedens conſtat in *Barbara* & *Baralipton*, quæ eaſdem habent præmiſſas, & univerſim contingere hoc videtur in omni directè ſimul concludente, ut in hoc Syllogiſmo in *Celantes*, videlicet, *Nullum peccatum eſt appetendum, Omne homicidium eſt peccatum*, directè *Ergo nullum homicidium eſt appetendum*, indirectè *Ergo nullum appetendum eſt homicidium*, quæ diverſa ſunt objecta, ut conſtat. Ad ſummum ergo hoc verum eſt in ſyllogiſmis Expoſitoriis, ſeu conſtantibus ex ſingularibus, in aliis verò ſolùm hoc ſenſu communiter, quod contineatur objectum concluſionis in objecto præmiſſarum, & proinde habeant ſe objecta illa tanquam includens & incluſum. Vnde licèt objectum concluſionis inveniatur ſemper in præmiſſis, non tamen è contrà; concluſio enim non continet adæquatè objectum præmiſſarum, ſed tantùm inadæquatè. Deinde medium quod ſemper eſt in præmiſſis, nũquam poni debet in concluſione, ergo nõ formaliter & adæquatè idem eſt objectum concluſionis & præmiſſarum.] Sic ille.

Axioma hoc examinatur proprio loco.

Non eiſdem præmiſſis inferuntur interdum res realiter diſtinctæ.

De Syllogiſmo Expoſitorio.

Concluſio minus continet, quàm præmiſſa.

Medium non intrat concluſionem.

Quæſtio duplex proponitur.

AD majorem mentalium operationum intelligentiam duo hîc quæri ſolent, Alterum, *An diſcurſus ſit ſimplex quadam qualitas, an potius quadam non ſimplex & ex partialibus judiciis compoſita? Et, ſi dicatur ſimplex realiter, an ſaltem ſit compoſita formaliter?* Alterum. *Eo nimirum caſu, quo Syllogiſmus mentalis e tribus mentalibus propoſitionibus coaleſcat, quid nomine* diſcurſûs, *aut* Syllogiſmi, *ſi loqui velimus rigoroſe, intelligendum ſit: an præmiſſæ ſolummodo; an concluſio ſolummodo; an utrumque?* Vt igitur has duas quæſtiones meliùs intelligamus, has paucas lineas ſubſcribemus.

Reſolutio. ultima ſententia vera eſt ; quam etiam tenent , qui putant ſe tenere penultimam. Nam Comptonus , quem nuper citavi , habet in margine [Diſcurſus conſiſtit in ſolâ concluſione] & in corpore , [Dicendum, licèt Diſcurſus eſſentialiter ſupponat duos actus judicij (vel unum ſaltem virtualiter duplicem) ad quos ſequatur ; eſt enim cognitio habita per me lium ; & non ob connexionem immediatam extremorum inter ſe, ſed quia intellectus ea priùs medio unita vidit in præmiſſis ; licet , inquam , actus illos ſeu præmiſſas ſupponat diſcurſus , eos tamen formaliter non includit , ſed in ſola conſiſtit concluſione.] Sic ille , qui cùm teneat diſcurſum eſſe ſimplicem qualitatem , non videtur tenere ſententiam , quam tenet.

Comptonus malè loquitur & benè ſentit.

Dico igitur juxta Comptonum diſcurſum præmiſſas formaliter includere , & quidquid dicat aut non dicat , ejus ſententiam calamo ſubobſcuro expoſitam ad has propoſitiones reduco. Sic inquam. Intellectus, quando dialecticatur ; primò elicit unam propoſitionem , quæ eſt ſimplex qualitas, & æquivalet huic vocali , *Omnis homo eſt animal* ; exempli gratiâ , Elicit poſteà alium actum , qui etiam eſt ſimplex qualitas, & æquipollet vocali huic , *Petrus eſt homo*. Et quidem iſta duo judicia non ſunt diſcurſûs partes , ſed notitiæ præeuntes , & ideò *præmiſſæ* nominentur , ſi velis. Hucùſque loquor & ſentio cum Comptono. Progredior. Intellectus igitur his duabus notitiis præventus , non elicit ſecundum Comptonum hoc judicium tertium , *Ergo Petrus eſt animal* : ſi enim id ille faceret ; Diſcurſus intellectualis ex judiciis intellectualibus realiter diſtinctis componeretur : ſed elicit hunc actum , *Ergo ſiquidem omnis homo eſt animal , & Petrus eſt homo , etiam Petrus eſt animal.* & hic actus eſt ſimplex qualitas, & non eſt concluſio , ſed ſyllogiſmus integer, majorem, minorem & conſequentiam complectens. Sic puto diſcurrit Comptonus, licèt aliter loqui videatur. Manet igitur tertiam ſententiam eſſe veram.

Quomodo homo diſcurrat, ſi Syllogiſmus eſt ſimplex qualitas?

An præmiſſæ ſint diſcurſûs partes?

***

ARTICULUS IX.

De Diſcurſibus , ſeu mentalium Argumentationum ſpeciebus.

MVII. Aſcenſus. Argumentationes illas intellectuales ; in quibus mens non differt à linguâ , nominare ſufficiet : fruſtrà enim de novo tradetur doctrina ; quæ per analogiam clariſſimè diduci poterit. Aſcenſus eſt diſcurſus ; quo à particularibus univerſale infertur , & vocatur *Inductio* : cui Deſcenſus opponitur ab univerſali ad ſingula particularia defluens. *Deſcenſus.* Tota Oppoſitionis doctrina debet omninò ſuſtineri ; nec alteranda , quæ de Dilemmate ſuperiùs tradita. Converſiones merè eſſe vocales exiſtimo , & à mente tam concipi unum terminum identificari alteri , quàm contrà ; adeòque aſſero unam & eamdem mentalem propoſitionem æquivalere converſæ & convertenti. *Dilemma. Converſio. Syllogiſmi Maior, Minor.* Ad ſyllogiſmum venio , & aſſero ; vocalem habere duas præmiſſas ſucceſſivè , quarum prior dicitur *maior* , & poſterior *minor* : addo tamen in ſyllogiſmo mentali præmiſſas non poni ſucceſſivè ; quoniam (ſive diſtinguantur realiter intrinſecè , ſive non) neutra neutram præcedit; ùnde infero in Syllogiſmo mentali dari quidem duas præmiſſas ; at neutram eſſe intrinſecè majorem aut minorem ; & extrinſecè utramque eſſe æquè majorem & utramque minorem, denominatione ſumpta à lingua , utraque enim poteſt priùs, utraque poteſt poſteriùs pronunciari vocaliter. *In mente non dantur tres Figuræ ſed unica. Et in ipſa duo ſolummodo Modi.* Nec dantur variæ Syllogiſmorum intellectualium figuræ , nec plures modi quàm *Barbara* , *Darii* , quod oſtenditur demonſtrativè. Omnes vocales ſyllogiſmi primæ , ſecundæ & tertiæ figuræ (exceptis illis , qui habent CC. de quibus ſtatim) reducuntur ad hos quatuor modos perfectos ; nimirùm, *Barbara* , *Celaren*, *Darii* , *Ferio* , propoſitionum converſione & commutatione præmiſſarum : ergo eorumdem à quatuor perfectis diſcrimen in

merâ converſione & præmiſſarum commutatione ſitum eſt. At in mentali ſyllogiſmo nec converſio, nec commutatio locum habet, [non converſio; quia mentaliter eadem eſt Converſa & Convertens Propoſitio. non commutatio præmiſſarum, quia in mente præmiſſæ omnes ſunt ſimul.] ergo reliqui non diſtinguuntur ab his quattuor. PROGREDIOR. Ideò *Celaren* diſtinguitur à *Barbara*, & *Ferio* à *Darii*, quia propoſitio negans diſtinguitur ab aſſerente infinito prædicato præditâ; ſed duæ hæ propoſitiones (Negativa videlicet & Infinita) coïncidunt: ergo *Celaren* & *Ferio* coïncidunt cum *Barbara* & *Darii*. VENIO ad modos infectos CC. qui oſtenſivè ad perfectos reduci non poſſunt. Sunt ipſi, *Barocco*, *Bomaccor*; *Boccardo*, & *Bamoccor*. Cùm igitur merâ præmiſſarum commutatione *Bomaccor* tranſeat in *Barocco*, *Bamoccor* in *Boccardo*; iſti quatuor modi reducuntur ad duos; nimitùm *Barocco* & *Boccardo*. quos ipſos claudi etiam in perfectis, clariſſimè monſtrabo inferiùs.

Infinitam & Negativam non diſtingui inferius demonſtrabo.

MVIII. *De denominatione Maioris & minoris præmiſſæ.*

CÆtera bene intelligis; ſed quia Authores variant, cùm agitur de Syllogiſmorum præmiſſis, interrogas, *Quid ſit eſſe majorem, & minorem?*

Prima ſententia eſt Conimbricenſium cap. 7. quæſt. 1. art. 2. §. Ariſtotelem, ſtatuentium eſſe *Majorem illam*, cujus alterum extremum prædicatur de medio termino, *Minorem*, cujus extremum illi ſubiicitur; prædicari enim inquiunt dignitatem ſonat, ſubiici inferioritatem. Claudicat tamen hæc ſententia: ſervit enim ſolùm primæ figuræ: quoniam ſecundum hunc modum dicendi & diſtinguendi in ſecundâ & tertiâ figurâ non eſſet *Major* vel *Minor*: cùm in ſecundâ figura utriuſque propoſitionis extremum ſubiicitur medio termino, in tertiâ de eodem prædicetur utrumque.

Conimbricenſium opinio.

Secunda ſententia eſt Hurtadi diſp. 10. ſect. 11. §. 72. aſſerentis Majorem vel Minorem deſumi à quantitate propoſitionum, ut ille ſit *Major*, quæ univerſalis, & *Minor*, quæ particularis. Et quidem hic diſcurrendi modus, ſi ſolùm ſtaremus rationi, & non deberemus in controverſia Nominali authoritati & uſui communi deferre, defendi & propugnari poſſet; non enim urgent, quæ obiici ſolent contra Hurtadum: quem impugnant, nam ſecundum hunc modum philoſophandi ægrè *Major* inveniri vel *Minor* poſſet in *Barbara*, *Celarent*, *Celantes*, *Ceſare*, *Cameſtres*, *Darapti*, *Felapton*, & aliis hujuſmodi, ubi utraque præmiſſa eſt univerſalis; ſed neque in Syllogiſmo expoſitorio, ubi utraque eſt ſingularis. At hæc ratio non potuit latere Hurtadum, eſt enim obvia, & ſtatim occurrit: &, ſi illi non ſatisfecit inde fuit, quòd illam omninò contempſit, & indignam ſolutione putavit. Diceret enim in ſyllogiſmis *Barbara*, *Celarent*, &c. eſſe duas majores, nec inde aliquid abſurdi ſequeretur, nam in eius Lexico *Maior* præmiſſam univerſalem ſonat, & idem eſt duas admittere univerſales præmiſſas, ac duas majores. Illud quod additur de expoſitoriis ex inadvertentiâ aut ignorantiâ naſcitur, nam ſi hæc eſt bona forma,

Hurtadi Opinio.

An in uno & eodem Syllogiſmo maiores bina poſſint eſſe.

Marcus eſt Tullius;
Cicero eſt Marcus;
Ergo Cicero eſt Tullius.

De Syllogiſmo Expoſitorio.

etiam hæc erit bona: videlicet,

Deitas eſt Paternitas,
Filiatio eſt Deitas;
Ergo Filiatio eſt Paternitas.
Ergo Filius eſt Pater.

& tamen eſt mala, ut conſpicitur, nam ex antecedenti vero infert conſequens falſum. Ergo Syllogiſmus Expoſitorius, ut ſit bonus; poſtulat formam hanc,

Quidquid eſt Deitas, eſt Paternitas;
Filiatio eſt Deitas;
Ergo Filiatio eſt Paternitas. &c.

An eius efficacia conſiſtat in implicita Univerſalitate.

Et quidem forma iſta eſt legitima; & conſequens in illâ eſt falſum, quia maior præmiſſa erat falſa.

MIX. *Comptoni opinio.*

Tertia ſententia eſt Thomæ Comptoni *diſp. 8. Logicæ. ſect. 2. num. 4. pag. 53.* exiſtimantis conceptum Majoris prout a Minore condiſtinguitur, in hoc conſiſtere, ut repræſentet unionem cum medio illius extremi, quod in concluſione debet eſſe prædicatum, minor verò eſt, quæ repræſentat unionem cum medio illius extremi, quod eſſe debet in concluſione ſubjectum. Hoc autem maximâ ex parte eſt quid intrinſecum, nam propoſitio quæ ſemel habet hanc vim ſemper eam habet; unde quæ ſemel eſt *Major* reſpectu unius concluſionis, ſemper eſt talis reſpectu illius, quod autem poſſit eſſe *Minor* cum alia præmiſſa reſpectu alterius concluſionis, nihil obſtat, ſicut Sol cum equo generat equum, cum ceruo ceruum, &c. & quis per eandem quantitatem eſt major uno, minor altero, ut terra major luna, minor Sole: leo major lepore, minor elephante. Eſſe ergo *Majorem* vel *Minorem* remotè reſpectu talis concluſionis eſt quid propoſitioni adæquatè intrinſecum, eſſe *Majorem* vel *Minorem* proximè eſt quid partim extrinſecum. Tandem eſſe *Majorem* vel *Minorem*

in actu

in actu ſecundo, ſeu cauſare concluſionem eſt denominationis adæquatè extrinſeca, ſicut agere in omni cauſa tranſeunte.

Quid ſit artificium Logicum?

Sic diſcurrit Comptonus, & ut utatur ſuâ opinione progreditur, & ait [Artificium ergo ſyllogiſticum, ſeu ars ſyllogiſtica objectiva, quam Logica habet pro objecto, ſunt tales propoſitiones unitæ, non unio ſola, nec ſolæ propoſitiones, ſed utræque ſimul, propoſitiones ſcilicet affirmativæ vel negativæ, univerſales vel particulares; tali modo & ordine cooptatæ; quod ex eo magis patet, quia variata entitate propoſitionum, variatur forma ſeu figura Syllogiſmi; ut conſtat, ſi propoſitio de univerſali fiat particularis, aut de affirmativâ negativa. Sicut ergo forma domûs, vel horologij rotati nihil aliud eſt, quàm formæ omnium partium unitæ; ita & in Syllogiſmo. Quando autem dixi artificium Syllogiſticum eſſe quid propoſitionibus extrinſecum, intelligendum eſt de ſingulis ſigillatim ſumptis: Syllogiſmus enim aliud nihil eſt, neque extrinſecum neque intrinſecum, præter tres illas propoſitiones in mente ſimul exiſtentes.]

Quid ſit forma domus, aut horologij?

Comptoni ſententia rejicitur.

Verùm hæc Comptoni ſententia non ſubſiſtit; contradicit enim doctrinæ communi, quam Comptonus adducit & approbat *diſp. 7. Introd. ſect. 3. num. 10. pag. 25.* ibi Syllogiſmum directum ab indirecto diſtincturus ſic ait: [Directè concludunt illi, in quibus in concluſione prædicatur major extremitas & ſubjicitur minor, ſeu quod idem eſt, terminus qui erat in majori conjunctus medio termino, prædicatur; & qui erat cum eo (medio) conjunctus in minori, ſubjicitur. ex. gr.

Omnis color eſt viſibilis;
Albedo eſt color:
Ergo Albedo eſt viſibilis.

E contrà indirectè concludere dicuntur illi, in quibus vice versâ, minor extremitas, ſeu terminus in minori repertus prædicatur, & major extremitas, ſeu terminus repertus in majori ſubjicitur, ut

Omne animal eſt vivens;
Omnis leo eſt animal:
Ergo aliquod vivens eſt leo.

hæc eſt indirecta concluſio in *Baralip.* directa autem eſſet hæc, *Omnis leo eſt Vivens*, quæ eſt concluſio Syllogiſmi in *Barbara.*] Sic ille.

Sibi Comptonus contradicit.

Hos igitur duos Comptoni locos ſibi contradicere evidenter oſtenditur: nam ſi Major præmiſſa illa eſt, in quâ major collocatur extremitas, & major extremitas eſt, quæ in concluſione prædicatur, minor verò quæ in concluſione ſubjicitur: repugnabit minorem extremitatem in concluſione prædicari, non ſecus ac minorem non eſſe minorem. Ergo Syllogiſmi indirecti ſimul ſunt & non ſunt: ſunt quidem ex doctrinâ *diſp. 7. Introd.* non ſunt ex doctrinâ *diſp. 8. Logicæ.*

DX.

Sed dices, poſſe priorem opinionem in Cum, tono corrigi; poſteriorem teneri. Sed non, quia tollit Syllogiſmos indirectos, ut maxime dari indirectos, eoſque à directis diſtinctos certum eſt.

Quàm ſit difficile & periculoſum novâ inire viâ, & novas habere ſententias?

Rejectâ igitur tertiâ hac ſententiâ, tandem perveniamus ad quartam. Sed non ſtatim, quia hic placet tantiſper digredi. Lego in Præfatione ad Lectorem, quam toti Curſui ſuo Comptonus præfixit, *In pleriſque ergo à communi jam & trita in ſcholis procedendi ratione diſſentio, maximè in Dialectica, aliaque incedo via, qua & verior mihi ſemper, & ad graviſſimas, tum in Philoſophia, tum Theologia difficultates enodandas, multò viſa eſt expeditior.* Et moneo ſummè eſſe difficile abire à communi ſententia, aut enim debet centum habere oculos, qui ab ea deviat, aut debet ceſpitare & relabi: qui enim ſemel abit, debet pluries abire, ne redire cogatur. Receſſit igitur incautè Comptonus à communi & trita via, poſtquam illam doctè pede triverat & illuſtraverat. His igitur omiſſis,

Arriagæ opinio univerſis præfertur.

Quarta & ultima ſententia, quæ communis, quæ trita, quæ vera, quæ Compton *diſput. 7. Introd. ſect. 3. num. 6.* aſſerentis primam præmiſſam nominari *majorem, & minorem* ſecundam. Poſuerat triſyllaba Syllogiſmorum nomina & ſubjicit, [Singulæ ſyllabæ ſingulas ſignificant propoſitiones: prima majorem: ſecunda minorem: tertia concluſionem: &c.] Hanc eamdem doctrinam, etiam *diſp. 8. Logica,* ubi eam inconſideratè deſerit; Comptonus appellat communem. Eam habet Rodericus Arriaga *diſp. 3. in Summul. ſect. 5. num. 24.* dicens: *Oſtendo autem in intellectu non eſſe majorem & minorem propoſitionem: quia eſſe majorem vel minorem eſt denominatio extrinſeca, ex eo quod priùs vel poſteriùs producantur* (fortè, *proferantur.*) *in intellectu autem utraque propoſitio, quando infertur concluſio, ſimul tempore debent exiſtere, ac propterea non eſt una potiùs quàm alia major aut minor: ergo in intellectu non diſtinguitur quarta figura à prima. Fortaſſe ob eam rationem omiſſa eſt ab Ariſtotele.* &c. Quæ omnia à fortiori admittenda, ſi Syllogiſmus ſimplex qualitas eſſe dicatur. Et hic obiter nota etiam Comptonum *diſp. 8. Log. pag. 53. num. 15.* affirmare præmiſſas eſſe ſimul in mente, adeòque neutram eſſe primam, neutram ſecundam.

An præmiſſæ ſint ſimul in mente?

DXI. *Objectio.*

Ego quidem omnibus bene conſideratis Arriagæ conſono, & ultimam opinionem propugno. Sed objicit contrà Comptonus, Nam ſi in prima figura invertat quis præmiſſas, & faciat figuram Galeni, eadem ſequetur concluſio, ut in his exemplis conſtat: *Omne animal eſt ſenſibile, aliquis homo eſt animal; ergo aliquis homo eſt ſenſibilis:* qui Syllogiſmus eſt in Darii. Galenus hoc modo propoſitiones invertit, *Aliquis homo eſt animal, Omne animal eſt ſenſibile, ergo aliquis homo eſt ſenſibilis.* En eadem concluſio in utro-

utroque infertur: quæ propterea non eſt po-ſita ab Ariſtotele pro figura diſtincta, ut di-ctum eſt *in Introduct. diſp. 7. ſect. 3.*

Et reſpondeo formam Galeni non coïnci-dere cum primâ figurâ Ariſtotelis, ſed hunc eſſe inverſionem Galenicæ [Vide Logicæ Vo-calis partem III.] addo in formâ Galenicâ pri-mam propoſitionem nominari *majorem*, & ſe-cundam *minorem*; & affirmo me frequentaſſe florentiſſimas univerſitates & inter mille nos Viros magnos ſolùm vidiſſe duos (Hurtadum Salmanticæ, & Valerianum Magnum hîc) qui in praxi diſcedant ab iſtâ ſententia: quæ cùm ſit nominalis & communis à nemine deſeri debet.

Si adhuc pertinax diſſentis, EX his patet in mente utramque præmiſ-ſam eſſe ſimul, & quia ſimul non poſ-ſunt à linguâ proferri, eam dici *majorem*, quæ priùs, & *minorem*, quæ profertur poſte-riùs. Sed quia, id tametſi commune verum-que, non omnes admittunt, aliter eamdem veritatem repono. Sic inquam; *Abſtrahimus [illegible] Majoris & Minoris, & nomin. [illegible] Præmiſſæ primæ & ſecundæ nom. [illegible]*

[Ex his patet in mente utramque præ-miſſam eſſe ſimul, & quia ſimul non poſ-ſunt à linguâ proferri, eam dici primam præmiſſam, quæ priùs, & ſecundam, quæ profertur poſteriùs.] Et quis quæſo aliquid volet negare in re tam clarâ? Volo igitur hanc doctrinam altâ mente teneri, uſurus e-nim illâ ſum ſequenti Articulo, & illa Doctrinam ſummè curioſam fundaturus.

***

ARTICULUS X.

De Mentalis Syllogiſmi ubertate.

MXIII. Eadem ſimpliciſſima entitas multis nominibus ſignificari poteſt. VNum & eumdem Deum diverſis explicamus nominibus, quia il-lum diverſimodè conſideramus, nunquamque totum aut totali-ter. Id omnes dicunt ſed non omnes intelligunt; & ideò volo ob oculos ponere Dialecticam quamdam ideam, quæ unica realiter cùm ſit, debeat multis nominibus ſignificari. Pono ob oculos mentalem Syllogiſmum; qui (ſeu ſimplex ſit qualitas, ſive compoſita) immultiplicatus, invariatus omnibus aut ferè vocalibus æquivalet, quos ſuperiùs expreſſimus. Attentis oculis hoc Paradigma contemplare.

PRÆMISSA ALTERA.

Omne non-vivens eſt non-animal. A.
Aliquod non-vivens eſt non-animal. B.
Convertuntur hæ duæ.
Aliquod non-animal eſt non-vivens. D.
Hæ tres A.B.D. contraponuntur.
Omne animal eſt vivens. E.
Aliquod animal eſt vivens. F.
Aliquod vivens eſt animal. H.

PRÆMISSA ALTERA.

Omne non-animal eſt non-homo. I.
Aliquod non-animal eſt non homo. K.
Convertuntur hæ duæ.
Aliquod non-homo eſt non-animal. M.
Hæ tres I, K. M. contraponuntur.
Omnis homo eſt animal. N.
Aliquis homo eſt animal. O.
Aliquod animal eſt homo. Q.

CONSEQVENTIA ILLATA. *Ergò*

Omne non-vivens eſt non homo. R.
Aliquod non-vivens eſt non-homo. S.
Convertuntur hæ duæ.
Aliquod non-homo eſt non-vivens. V.
Hæ tres R.S.V. contraponuntur.
Omnis homo eſt vivens. W.
Aliquis homo eſt vivens. X.
Aliquod vivens eſt homo. Z.

Pono

Vnica Mentalis Propoſitio octonis Vocalibus æquivalet.

Puto equidem ſingulis mentalibus propoſitionibus ſenas ut minimum reſpondere vocales, inter ſe non æquipollentes; nam æquipollentes ſunt innumeræ, quarum nulla habenda ſit ratio. Et addo ideò multis vocalibus unam & eamdem mentalem poſitionem exponi; quia terminos Mens ſimul concipit, & lingua ſucceſſivè pronuntiat, & in ſucceſſione ſumma poteſt eſſe varietas. Definio igitur intellectum humanum eum format judicium A; ſimul formare iudicia B, D, E, F, H. quæ ab eo mentaliter non diſtinguuntur. Subſumo eâdem conſequentiâ doctrinæ Intellectum eliciendo Iudicium I. elicere K, M, N, O, Q; quia omnia etiam hæc vocaliter tantummodò differunt. Et concludo eumdem Intellectum inferendo conſequentiam R; deducere etiam S, V, W; X. Z. ab ea ſolâ voce diſtinctas.

Vnicus Mentalis Syllogiſmus univerſos vocales comprehendit.

Conſtat igitur tantam eſſe Intellectualis diſcurſûs ubertatem; ut unicus (ſimplex ſit ipſe qualitas; aut entitativè compoſita; id enim nec urgeo, nec refert) formaliter & verè contineat univerſos vocales; qui in diverſis figuris & modis juxta regulas vulgares efformantur.

MXIII. Mentalem Syllogiſmum propoſui; qui tres tantùm propoſitiones habet, & tamen ita fertiles uberaſque, ut vix octodecim propoſitionibus vocalibus exponi poſſint. Vt igitur in uno mentali Syllogiſmo omnem vocalem contineri perſuadeam, aliqua demonſtrata ſuperiùs, breviter revocabo.

Particularis in Vniverſali continetur.

Dico primò; Omnem mentalem propoſitionem in ſe particularem continere; eumque, qui dicit *Omnem hominem eſſe animal*, etiam dicere *Aliquem hominem eſſe animal*. quod oſtendi.

Converſa & Convertens mentaliter non diſtinguuntur.

Dico ſecundò, Vnam & eamdem propoſitionem mentalem eſſe converſam & convertentem, eumque qui mente videt *Petrum diſtingui à Paulo*, videre etiam *Paulum diſtingui à Petro* & eum qui mente videt *Hominem identificari Animali*, videre neceſſariò *Animal identificari Homini*.

Nec puto id negari debere; cùm Converſa & Convertens differant mero ordine terminorum, cùm ſint multi, qui Majorem Minoremque (plus ipſæ differunt, quàm Converſa & Convertens) putent unico ſimplici actu mentali exprimi. Vide Arriagani *diſp.15.Logicæ num.3.*

Ad converſionem ſequitur contrapoſitio.

Dico tertiò; Non poſſe unam propoſitionem intelligi; quin eius contrapoſita intelligatur; adeòque unam & eamdem aſſertionem mentalem, quæ aſſerit *Hominem eſſe rationalem*, negare *Irrationale eſſe hominem*. eodem enim actu quo ego intelligo *Corpus uniri animo*, intelligo eſſe *non-corpus* quod non unitur animo, & Eſſe *non-animum* quod non unitur corpori: adeòque ſicut coexiſtunt Corpus & Animus ita etiam Non-corpus & Non-animum debere coexiſtere.

Scio hîc aliquos; non quidem inventuros; ſed impoſituros ſcrupulum, contrapoſitionum ignaros: non enim omnes percipimus quo modo res intelligamus. Sanè P. Valerianus Magnus Capuccinus, toto orbe celeber, magno ingenio propoſitiones identicas & contrapoſitiones examinavit; & tandem tam arctum inter dictionem & identicam affirmationem; tam arctum inter contrapoſitam & contraponentem nexum reperit, ut ſtatuerit ex dictione *Theophilus* hanc identicam *Theophilus eſt Theophilus*, ſine ullo judicio prodire: & ex hac *Ens eſt ens*, hanc *Non ens eſt non ens* ſine ullo diſcurſu procedere. Do eius verba. *Cùm primum, quod objectivè cadit in mentem noſtram, ſit Ens; ſi id ſimpliciter dictum aut apprehenſum referatur ad ſemetipſum, ſeſe pertinaciſſimè enuntiat, ac repetit Ens. Vnde habemus hanc propoſitionem*, Ens eſt ens. *quæ eſt prima omnium per ſe notarum incommutabilium: non ſolùm quia non ſit illata, ſed etiam quia non ſit enuntiata; aut exaratâ ab alio terminò ſimpliciore, à nobis accuratè inſpecto. Ex hac propoſitione habetur hæc*, Non ens eſt non ens. *quæ eſt notiſſima citra ullam illationem: ignorarem tamen illam, ſi neſcirem hanc*, Ens eſt ens. *&c.* & poſt pauca, *Itaque Ens quodcumque ſimpliciter dictum ſe exſerit in propoſitionem hanc identicam*, Ens eſt ens, Ens eſt ſe ipſum: *ex quibus citra illationem habemus hæc*, Non ens eſt non ens, Non ens eſt ſe ipſum. *&c.* Ita ille *Libello de Axiomatibus cap.2.pag.8.& 10.* Ecce quantam inter contrapoſitam & contraponentem connexionem invênit. Ergo condicti à Magno dicamus videri probabile omnes propoſitiones identicas eſſe merè vocales, & eſſe ſimplices apprehenſiones in mente: illationem ex converſâ ad convertentem, aut etiam ex contrapoſitâ ad contraponentem eſſe merè vocalem, adeòque eſſe meram aſſertionem in mente.

An propoſitiones identicæ ad primam, an verò ad ſecundam mentis operationem pertineant. An conſequentiæ, quæ fiunt à converſâ ad convertentem, & à contrapoſitâ ad contraponentem ſint veræ; & ad tertiam mentis operationem ſpectent.

In mente non datur maior nec minor.

Dico quartò; In Syllogiſmo mentali non dari primam & ſecundam præmiſſam (adeòque nec majorem, nec minorem) ſed utramque eſſe ſimul. Et infero Syllogiſmos, qui mero præmiſſarum ordine in linguâ differunt, (cujuſmodi ſunt in primâ Figurâ Galenici & Ariſtotelici; in ſecundâ *Ceſare* & *Cameſtres*, *Feſtino* & *Frimeſor*; *Barocco* & *Bomaccor*. & in tertiâ *Diſamis* & *Datiſi*; *Felapton* & *Fapelmor*; *Boccardo* & *Bamoccor*; *Feriſon* & *Fiſmeror*. &c.) non poſſe differre mentaliter.

MXIV. His ergo poſitis ſequamur Syllogiſmorum ordinem, & exploremus, an ſit in toto Abaco aliquis vocalis Syllogiſmus, qui non contineatur in mentali quem poſui.

PRIMA

PRIMA FIGVRA PLATONIS.

BAM-Omnis homo eſt animal; N.
MA- Omne animal eſt vivens; E.
DA. Ergo omnis homo eſt vivens. W.

BAM-*Omne non-vivens eſt non animal;* A.
MA- *Omne non-animal eſt non-homo:* I.
DA. *Ergo omne non-vivens eſt non-homo.* R.

CA- Omne non-vivens eſt non-animal; A.
ME- Nullum non-animal eſt homo: I
NE. Ergo nullum non-vivens eſt homo R.

DI- *Aliquis homo eſt animal* O.
MAG-*Omne animal eſt vivens* E.
NI. *Ergo aliquis homo eſt vivens.* X.

DI- Aliquod non-vivens eſt non animal, B.
MAG-Omne non-animal eſt non homo: I
NI. Ergo aliquod non-vivens eſt non-homo. S.

FIR-*Aliquod non-vivens eſt non-animal;* B
ME-*Nullum non-animal eſt homo:* I.
O. *Ergo aliquod non-vivens non eſt homo.* S.

FES-Nullum non-vivens eſt animal A.
MA-Omne animal eſt vivens; E.
POR.Ergo aliquod non-vivens non eſt vivens. M.

FES-*Nullum non vivens eſt animal;* A.
IS- *Aliquod animal eſt homo:* Q.
OR. *Ergo aliquis homo non eſt non-vivens.* X.
Ergo aliquis homo eſt vivens.

PRIMA FIGVRA ARISTOTELIS.

Converte majores in minores; & contrà; & habebis *Barbara*, *Celaren*, *Dary*, *Ferio*, *Fapeſmor*, & *Fiſeſmor*. Modos *Baralip*; *Celantes*, *Dabitis*, poſſem omittere; eorum enim conſequentiæ ſunt ſecundariæ; ſed ne aliquid hîc deeſſe videatur, ipſos ſubſcribo.

BA- *Omne animal eſt vivens;* N.
RA-*Omnis homo eſt animal:* E.
LIP.*Ergo aliquod vivens eſt homo.* Z

BA-Omne non-animal eſt non-homo; I.
RA-Omne non-vivens eſt non-animal: A.
LIP.Ergo aliquod non-homo eſt non vivens. V.

CE- *Nullum non-animal eſt homo:* A.
LAN-*Omne non-vivens eſt non-animal.* I.
TES.*Ergo nullus homo eſt non-vivens.* W.

DA- Omne animal eſt vivens: E.
BI- Aliquis homo eſt animal: O.
TIS.Ergo aliquod vivens eſt homo. Z.

DA-*Omne non-animal eſt non-homo;* I.
BI- *Aliquod non-vivens eſt non animal:* B.
TIS.*Ergo aliquod non-homo eſt non-vivens.* V.

Eodem jure poſſemus in aliis Figuris ponere Modos indirectos, ſed tantùm illos ponemus, qui directè non poſſunt concludere, & reliquos reducemus ad conſequentias ſecundarias.

SECVNDA FIGVRA.

CES-*Nullum non-vivens eſt animal;* A:
A- *Omnis homo eſt animal;* N.
RE. *Ergo nullus homo eſt non-vivens.* W:

CA- Omnis homo eſt animal; N.
MES Nullum non-vivens eſt animal; A.
TRES.Ergo nullum non-vivens eſt homo. R.

FES-*Nullum non-vivens eſt animal.* A:
TI- *Aliquis homo eſt animal:* O.
NO- *Ergo aliquis homo non eſt non-vivens.* X:

BA- Omnis homo eſt animal; N:
RO-Aliquod non-vivens non eſt animal: B.
CO. Ergo aliquod non-vivens nõ eſt homo. S.

ex *Feſtino* & *Barocco* merâ præmiſſarum commutatione indirecti ſecundæ Figuræ educuntur.

TERTIA FIGVRA.

DA- *Omne non-vivens eſt non-animal;* A.
RAP-*Omne non-vivens eſt non homo.* R.
TI. *Ergo aliquod non homo eſt non-animal.* M.

DA- Omnis homo eſt animal; N.
RAP-Omnis homo eſt vivens, W.
TI. Ergo aliquod vivens eſt animal. H:

FE- *Nullum non-vivens eſt animal;* A.
LAP-*Omne non-vivens eſt non-homo:* R.
TON.*Ergo aliquod non-homo non eſt animal.* M.

DIS-Aliquod non-vivens eſt non-animal; B:
A- Omne non-vivens eſt non-homo: R.
MIS.Ergo aliquod non-homo eſt non-animal. M:

DIS-*Aliquis homo eſt animal;* O.
A- *Omnis homo eſt vivens:* W.
MIS.*Ergo aliquod vivens eſt animal.* H.

DA- Omne non-vivens eſt non-homo; R.
TIS-Aliquod non-vivens eſt non-animal. B.
I. Ergo aliquod non-animal eſt nõ-homo. K

DA- *Omnis homo eſt vivens;* W.
TIS-*Aliquis homo eſt animal:* O.
I. *Ergo aliquod animal eſt vivens.* F:

BOC-Aliquod non-vivens non eſt animal; B.
CAR-Omne non-vivens eſt non-homo. R.
DO. Ergo aliquod non-homo non eſt animal. M:

FE- *Nullum non-vivens eſt animal;* A.
RIS-*Aliquod non-vivens eſt non-homo:* S.
ON. *Ergo aliquod non-homo non eſt animal.* M

FAP-Omne non-vivens eſt non-homo; R.
EL- Nullum non-vivens eſt animal. A:
MOR.Ergo aliquod non-homo non eſt animal. M

FIS-

FIS- *Aliquod non-vivens eſt non homo.* S.
MER- *Nullum non vivens eſt animal.* A.
OR. *Ergo aliquod non homo non eſt animal.* M.
BA- Omne non vivens eſt non-homo. R.
MOC Aliquod non-vivens nõ eſt animal. B.
COR. Ergo aliquod non-homo non eſt animal. M.

Hinc patet, *Omnes ſyllogiſmos vocales, quos cognoverunt Veteres; omnes quos ſuperaddidi (imò multos etiam quos alibi ſuperſcripturus ſum) in unico mentali reperiri; quod fuerat demonſtrandum.*

Syllogiſmus licèt tres tantùm habeat terminos, uberrimus eſt. Etiam

Nec hoc iudicabit prodigium, qui anagrammata aliquando condiderit; quia paucæ litteræ merâ ordinis alteratione innumeras voces parturiunt, ut videre eſt in voce MARE, quæ eſt myſteriorum pelagus, & viginti quatuor dictiones differentes parturit; ut patet in exemplo ſequenti.

ubertas exponitur exemplo Anagrāmatis.

MARE.	AMRE.	RMAE.	EMAR.
MAER.	AMER.	RMEA.	EMRA.
MRAE.	ARME.	RAME.	EAMR.
MREA.	AREM.	RAEM.	EARM.
MEAR.	AEMR.	REMA.	ERMA.
MERA.	AERM.	REAM.	ERAM.

Cùm igitur ſyllogiſmus tres habeat terminos, & ſingulos bis poſitos, quos iam univerſaliter & iam particulariter efferimus; & ex ipſis trea propoſitiones iam negando iam infinitando contineat, opus eſt, ut in innumeram multitudinem eiuſdem anagrammata excreſcant; præcipuos dedimus; plures nos alibi eſſe daturos ſperamus.

ARTICVLVS XI.

De mentali Enthymemate.

MXVI. Calamus compendioſior Linguâ:

CAlamus, Lingua, Mens, tria ſunt, quibus obiecta attingimus; tria quidem & æquivalentia inter ſe. At video multa à Calamo omitti, quæ à Linguâ non poſſunt; adeòque non mirabor ſi multa omittantur à Linguâ, quæ à Mente non poſſint omitti. Nota ſunt omnibus characterum compendia. Illa *Raſchie Teboth* vocat Hebræus, *Abbreviationes* noſtri; fruſtrà enim ſcriberentur litteræ, quæ ſubintelliguntur neceſſariò; & fruſtrà pronunciarentur dictiones, quæ ſubintelliguntur, etſi non pronuntientur. Scribis; *M. T. Cic. Reip. fautori S. P. Q. R. applaudit.* & lego *Marco Tullo Ciceroni Reipublicæ fautori Senatus, Populuſque Romanus applaudit.* ubi vides ſummam Calami & Linguæ differentiam; multa enim Calamus omittit, quæ Lingua non poteſt. Cùm igitur plus Mens diſtet à Linguâ, quàm hæc à Calamo, nemini videbitur mirum, ſi multa, quæ Lingua ſubticet, Mens compenſet & ſuppleat.

Et Lingua Mente.

Enthymema aliquando ſubticet tertium propoſitionem.

Dico igitur Enthymema eſſe argumentationem in qua ex una Propoſitione alia infertur. Hæ duæ Propoſitiones, vel habent duos terminos, vel tres; ſi tres, Enthymema eſt vetus ſyllogiſmus, cuius altera præmiſſa ſubticetur; & in tali caſu, non dicimus quantum concipimus, ſed maiorem vel minorem, aut etiam concluſionem ſilemus. Cæterùm, ſi Enthymema duobus tantùm terminis contentum ſit, mentaliter non requiret tres propoſitiones. Pono exempla. Cùm dico. *Omne bonum eſt amandum, Ergo & virtus*; tres video terminos, (*Bonum, Amandum, virtus*) & ſubintelligo alteram præmiſſam, quâ ſyllogiſmus compleri poſſit: non enim erit conſequentia legitima, niſi ſubintelligatur, *Virtus eſt bona.* At quando dico, *Omnis homo eſt animal, Ergo aliquis homo eſt animal.* nullam præmiſſam ſubintelligo: ſed vel unico actu omnia ſimul concipio, vel ſaltem, ut conſequentiam eliciam, non egeo tertio.

Enthymema ſyllogiſticum mente nequit formari. Enthymema con... Enthymema ... poſitivum ... Enthymema ſubtacita...

Stet igitur Enthymema ſyllogiſticum, in quo ſint tres termini, mente fieri non poſſe, lingua poſſe. At alia, in quibus ſunt tantùm bini termini poſſe & lingua & mente ſine trium iudiciorum apparatu formari: puto enim eodem mentali iudicio, quo concipio *Hominem eſſe animal*, me viciſſim concipere. *Animal eſſe hominem.* Et etiam iudico eodem omninò actu quo intelligo, *Omnem ignem eſ[illegible]*, me ſubintelligere etiam, *Aliquem ignem eſſe calidum* hæc enim unica [illegible] talis, *Omnis ignis eſt calidus*, nulla vocali adæquatè exponitur; ſed [illegible] requirit, ut tota adæquatè exponatur; ut ex ſuperiùs diſputatis col-

inferre, niſi dentur præmiſſæ è quibus concluſio inferatur : Relatio enim duo extrema neceſſariò poſtulat, & Illatio eſt formalitas quædam relativa : unde idem erit quærere, *An poſſit dari Concluſio ſine Præmiſſis?* ac quærere, *An poſſit Filius ſine Patre?*

Hac certiſſimâ veritate ſuppoſitâ, adhuc inquiri poteſt, An in intellectu, qui in inſtanti C. conſequentiam diducit, debeant eſſe præmiſſæ etiã in inſtanti C. an ſufficiat, quòd fuerint immediatè antè, hoc eſt, in inſtanti B. ſi tempus componatur indiviſibilibus : aut ultimâ parte proportionali, ſi ex partibus ſemper dividuis : & an fortè ne quidem requiratur hoc, ſed ſufficiat quod in inſtanti A præmiſſæ extiterint?

Præmiſſæ ſunt Concluſionis cauſa. Sed qualis?

Sed reſpondeo præmiſſas debere exiſtere in inſtanti C. (nempe in illo ipſo, quo intellectus concluſionem diducit) cauſa enim quando operatur debet neceſſariò exiſtere, & præmiſſæ cauſa ſunt concluſionis; non efficiens, licèt multi id aſſeverent; ſed prædeterminativa.

MXIX. P. Maximus Steiner in ſuis Problematicis Theſibus ann. 1645. pag. 9. §. 7. interrogat : *Poſſit-ne exiſtere actus concluſionis, licèt nec immediatè nec mediatè antè ulla præmiſſa extiterint in Intellectu? an verò eſſentialiter prærequirat exiſtentiam præmiſſarum in eodem intellectu?* & reſpondet utrumque eſſe probabile, licèt inter Doctores ſit commune poſterius. Sed ſi loquamur bene, & retineamus eumdem ſenſum, utrumque probabile non exiſtimo; quoniam, ſi agamus de materiali concluſionis, non iam merè probabile, ſed evidens eſt poſſe elici ab intellectu, in quo nullæ fuerunt præmiſſæ; nec contrariũ inter Doctores commune eſt; imò contrarium nullius Doctoris eſt. Si autem agamus de formali concluſionis : hoc eſt, de concluſione quà tali, illam eſſentialiter pendere à præmiſſis certum eſt, ab omnibus ubique propugnatum, & mihi ita clarum, ut oppoſitum iudicem non eſſe probabile. Et quidem aliud eſt dicere, *Petrus eſt homo* : & aliud *Ergo Petrus eſt homo.* ut illud prius dicamus, non egemus præmiſſis : ut autem dicamus hoc poſterius, egemus.

Concluſio materialis à præmiſſis non pendet: formalis pendet.

Sed §. 8 ſubinquirit. *An ſi actus concluſionis prærequirit eſſentialiter præmiſſas debebunt illa in eo inſtanti, quo intellectus elicit concluſionem adhuc phyſicè exiſtere in intellectu; an ſufficiat, quòd intellectus per actum reflexum meminerit, ſe antè poſuiſſe præmiſſas?* Et reſpondet etiam problematicè, citatque pro priore ſententiã Arriagam diſp. 15. Logic. num. 57. & pro poſteriore nonnullos recentiores.

At citatus Arriaga à me relegitur, & non videtur hanc quæſtionem decidere, ſed aliam toto cælo diverſam : non enim agit de eo qui meminerit ſe poſuiſſe præmiſſas, ſed de illo, qui illas tantùm poſuerit. Et ego ut breviter rem totam expediam,

MXX. *Conſe-*

Dico primò. *Qui præmiſſas poſuit, nec tamen recordatur eas poſuiſſe], non poteſt conſequentiam inferre.* Et ſuadetur ratione in textu poſitâ, nam ſive præmiſſæ concurrant efficienter, ſive illuminativè, ſive determinativè, debent actu exiſtere, quando operantur. Si enim concurſus præmiſſarum effectus dicatur, ſicut ignis qui extinguitur in inſtanti A, non poteſt comburere in inſtanti C. ſic etiam præmiſſæ, quæ non ſunt, licèt fuerint, producere conſequentiam non poſſunt. Si concurſus ſit illuminativus, poterimus face iuvari. An-ne illæ, quæ arſerunt heri, hodie illuminant? Minimè. Si ſit concurſus determinativus, ſublatis præmiſſis tollitur mentis determinatio. *Confirmatur.* Quia concluſio, quà talis eſt relativa; aliud enim eſt cognoſcere Petrum eſſe animal, & aliud inferre : & relativa ſine extremis cognoſci non poſſunt.

quando nõ eſt operari non poteſt.

Dico ſecundò, *Qui præmiſſas ſe poſuiſſe meminit, nec tamen ſcit quas poſuerit, nullam ex ipſis determinatam poteſt conſequentiam inferre.* Patet, quia determinata conſequentia præmiſſas poſtulat determinatas.

effectus determinatus poſtulat cauſam determinatam.

Dico tertiò. *Qui meminerit ſe benè poſuiſſe has determinatas præmiſſas*, Omnis homo eſt animal, Petrus eſt homo, *poteſt inferre hanc conſequentiam* Ergo Petrus eſt animal : *quia recordari, intelligere eſt.* nec volo aliam rationem aſſumere, nam qui recordatur ſe iudicaſſe *Hominem eſſe animal*, niſi habeat rationes ob quas mutet dictamen, etiam iudicat *Hominem eſſe animal.* Sed ille qui aut mutat aut ſuſpendit iudicium, non recordatur ſe bene iudicaſſe, nam iudicare bene (ſic vocem intelligo) eſt iudicare rem ut eſt in ſe. Ergo qui recordatur, iterum intelligit: & ſi iterum præmiſſas elicit, quid mirũ, ſi concluſionẽ ipſam inferat, Et præcipuè ſi totus ſyllogiſmus dicatur ſimplex eſſe qualitas, quid vetat quæſo, ut qui recordatur præmiſſarum, vi huius recordationis qualitatem producat, quæ integer ſyllogiſmus ſit?

Recordari iterum intelligere eſt.

An diſcurſus ſit ſimplex qualitas?

ARTICVLVS XIII.

De Præmiſſarum influxu.

MXII. *An effici. vter, an vero illuminativè aut prædeterminativè concurrant*

VIdeo Authores in tres claſſes diviſos; alij concurſum effectivum, alii illuminativum, & alij formalem concedunt; & quos ſequi malimus, inquiris. Er reſpondemus concurſum illum efficientem ideò prudentiſſimè reiici, quia imprudentiſſimè adſtruitur; imprudenter enim entia multiplicantur ſine cauſa. Addimus illuminationem illam, ut in libris habetur, eſſe obſcuram: & concurſum formalem videri informen, & niſi ad aliam formam reducatur, non poſſe defendi. Video ita illuminationem aut etiam concurſum formalem à ſuis Authoribus exponi, ut à prædeterminatione non differat; præmiſſæ enim mentem illuminando & informando prædeterminant.

Dicamus igitur præmiſſas concurrere ad conſequentiam inferendam, non quidem efficienter aut illuminativè, ſed neque formaliter, ſed prædeterminativè. hoc eſt, præmiſſas non producere concluſionem, ſed præter hoc quod eſt informare intellectum & illuminare intelligentem, hunc illumque phyſicè & realiter prædeterminare ad inferendum conſequentiam.

An neceſſitemur ad Concluſionem inferendam.

Sed quomodo? An-ne ita prædeterminamur, ut poſitis præmiſſis concluſioni debeamus neceſſariò aſſentiri? An-non homo poteſt adhuc diſſentire, ſi velit? Reſpondeo intellectum præventum per ſe notis præmiſſis non poſſe diſſentire concluſioni legitimæ, ſi noverit eſſe legitimam. An-ne ſaltem quieſcere poterit, & omne iudicium ſuſpendere? Reſpondeo actum liberum ſummam advertentiam requirere, nec poſſe aliter nolle elicere talem concluſionem, quàm cognoſcendo eamdem concluſionem; nihil enim volitum, quin præcognitum. Quod autem concluſionem cognoſcam, illamque legitimè à per ſe notis illatam ſciam, nec tamen aſſentiar, impoſſibile eſt. Quod ſi præmiſſæ non evidentes, ſed probabiles (quidquid Scotus & Durandus apud Conimbricenſes *libr. 1. poſt. cap. 1. quæſt. 4.* affirment, & quidquid *1. 2. quæſt. 17. art. 6.* neget Divus Thomas.) neceſſitabunt hominem non ad aſſenſum certum, nec ad certum deſcenſum, ſed ad probabilem, vi cuius Concluſionem merè probabiliter teneat. *Notari* tamen volo, Certitudinem, & Probabilitatem eſſe formalitates relativas, poteſt enim & ſolet aliquando contingere eamdem propoſitionem, quæ Petro videtur probabilis, Franciſco videri evidentem.

Concluſio probabilis. *Nota id bene.*

MXXII. *An una opinio contra omnes & contra nullum eſſe poſſit.*

DE conſequentiâ probabili (cætera enim clara ſunt) paucula ſcribo, quæ ſint contra omnes, contra nullum: contra omnes, quia aliter quàm omnes Philoſophi, qui typis ſuos libros mandarunt, in materiâ hac philoſophor: contra nullum, quia expertus ſum viros doctiſſimos, quibuſcum egi, ut me audiverunt, adquieviſſe; & exiſtimo veteres, ſi hodie viverent, & liberarentur præjudicio, etiam manus daturos.

Doctrina Veterum.

Dicunt illi, rationes probabiles neminem cogere ad aſſentiendum. Addunt, eſſe liberum homini aſſentiri aut diſſentiri poſitis rationibus probabilibus. Subiiciunt autem, aſſenſum ex motivis probabilibus formidine (actuali, habituali, aut virtuali, nam has diſtinguunt) carere nec ſolere nec poſſe.

At ego. Modales à Simplicibus Aſſertis diſtinguens, iudico has conſequentias,

Ergo cælum eſt liquidum.
Ergo certum eſt cælum eſſe liquidum.
Ergo probabile eſt cælum eſſe liquidum.

non eſſe æquipollentes: ſed primam deduci ab eo, qui non examinat, an præmiſſæ ſint veræ: ſecundam ab eo, qui videt illas eſſe veras: tertiam ab eo, qui videt ut illas eſſe comprobabiles, aut alteram veram & alteram

teram merè probabilem. Ain eum, qui præmiſſas eſſe certas ſupponit, non poſſe elicere conſequentiam probabilem: nec eum, qui illas ſupponit eſſe incertas, poſſe certam. Et ut naturam & ingenium probabilitatis melius calleas, pronuncio me aſſentiri probabiliter alteri contradictionis parti, cùm dico, *Motiva utriuſque ſententiæ ſunt gravia, & tamen rationes neutrius partis me convincunt, ut indicem conluſionem aut poſitionem concluſioni contradictoriam eſſe certam: interim, quia ſupponere alterutram poſſum, & alteram debeo (vel volo) decernere cœlum eſſe liquidum, quouſque libeat propugnare contrarium.* quibus omnibus æquivalet hæc Propoſitio, *Ergo cœlum eſſe liquidum eſt probabile*

An Cœli ſint liquidi

Hinc patet, quid ſit ſequi probabilem ſententiam in moralibus. Si enim quis dubitet, An attentio illa, quæ ad ſenſum verborum eſt, requiratur, ut quis legendi officium divinum obligationi ſatisfaciat? & rem accuratè diſcutiat, & videat rationes probabiles, quibus alterutra fulcitur pars, & probabiliter concludat, neceſſariam non eſſe. Hic enim ſic loquitur tacitè, *Sive rationem, ſive authoritatem reſpiciamus, motiva utriuſque partis gravia ſunt; non tamen evidentia & convincentia. Interim, quia quieti conſcientiæ meæ & ſecuriori adhærere ſententiæ, conſultum eſt, volo pro Regulâ morum ſententiam negantem tenere, quouſque dictamine hoc mutato libeat propugnare contrarium.* Et quidem negantem ſententiam eſſe ſecuriorem in hac materiâ, in Comment. in Regulam D. Benedicti num. 57. demonſtravi.

An in Officij divini lectione requiratur attentio

Qualis ſit Regula morum probabilis.

ARTICVLVS XIV.

De Præmiſſarum certitudine. An ſemper Concluſione certiores ſint?

MXXIII. Quinque Quæſtiones proponuntur.

MUlta, eaque valde diverſa poſſunt hinc agitari: ſed quia ſtudes brevitati, omittis minùs neceſſaria, & inquiris, *Primò*, An Præmiſſæ ſint illatâ Concluſione veriores? *Secundò*, An neceſſariores? *Tertiò*, An notiores? *Quartò*, An certiores? *Quintò*? An Conſequentia ſequatur debiliorem partem; an fortiorem; an verò ſe attemperet utrique?

Reſpondeo ad primum, non dari Propoſitiones veriores & minùs veras; quoniam, ut una Propoſitio ſit vera, requiritur, ut rem enunciet ſicut eſt; eritque falſa, ſi vel in minimâ circumſtantiâ decipiat. Ex puncto ad punctum una ſola eſt linea recta, nec datur recta rectior alterâ; at multæ ſunt obliquæ, quæ in curvitate & obliquitate ſe excedunt. Ut multitudo, ſit denarius, v. g. debet habere decem unitates, nec pauciores, nec plures; ſed, ut illa non ſit denarius, multis poteſt modis deficere, aut excedere. Sic ſimiliter; ut Propoſitio vera ſit, debet eſſe talis, cum omnibus ſit ſimile objectum; at, ut falſa, multis poteſt modis exorbitare. Igitur, ſiquidem una recta altera recta rectior eſſe non poteſt; & tamen non omnes curvæ æquè diſtant à recta: & ſiquidem unus Denarius non eſt magis Denarius, quàm alter; & tamen non omnes numeri, qui Denarij non ſunt, æquè diſtant ab ipſo; plus enim ab illo diſtat Binatius, quàm Senarius: dicamus doctrinæ conſequentia conducti omnes veritates eſſe æquales; at falſitates ſumptas poſitive non item: nam falſitas ſumi bifariam poteſt poſitive videlicet & negative. Si hoc ultimo ſenſu ſumatur, idem eſt Propoſitionem eſſe falſam negative, quam veram non eſſe; & hoc ſenſu omnes Propoſitiones erunt æque falſæ: ſi verò falſitas ſumatur priore ſenſu, dicendum erit dari gradus; plus enim errabit, qui Platanum dicat animal rationale, quàm qui vivens ſenſibile.

Una obliqua linea altera obliquior eſſe poteſt: non tamen una recta altera rectior.

Omnes propoſitiones veræ, ſunt æquè veræ: at non omnes falſæ æquè ſunt falſæ

Reſpondeo ad ſecundum, non debere eſſe Concluſione magis neceſſarias Præmiſſas; Dei enim neceſſitas quæ infinite remota ab omni contingentia eſt, à poſteriore per creaturas, quæ ſunt contingentes, demonſtratur.

Neceſſariũ à contingentibus inferri poteſt.

Reſpondeo ad tertium, eſſe vitium dialecticum probare ignotum per ignotius: ſemper enim, ut negatam poſitionem ſuadeamus, ad clariora & certiora recurrimus. Idem enim eſt veritatem eſſe notiorem ac certiorem. Et ratio eſt, quia certitudo aut ſumitur relati-

Ignotum non debet probari per ignotius.

Propoſitio certa quoad ſe, & certa quoad nos.

relativè, aut abſolutè. Si abſolutè & ſecundum ſe, idem eſt Propoſitionem eſſe certam, ac eſſe veram; & tunc dabitur certior, cùm verior. Si relativè & reſpectu noſtri, idem eſt eſſe nobis certam ac eſſe veritatis nobis notæ: adeòque quæ fuerit notior, erit certior; Et hinc conſtat, quid ad quartum dicendum ſit.

MXXIV. Reſpondeo ad quintum conſequentiam non ſequi fortiorem præmiſſam, quod oſtenditur hoc ſyllogiſmo. *Omnis homo eſt animal; Omne animal habet corpus in infinitum diviſibile: Ergo omnis homo habet corpus in infinitum diviſibile.* Evidens enim eſt Maior, & tamen Conſequentia non eſt evidens.

An contraria temperentur contrariis?

An-ne hæc ipſa Conſequētia eſt minore minùs certa; an autem æquè certa; vel certior? Reſpondeo fuiſſe aliquos, qui volentes contraria contrariis temperari dixerunt, ex aquâ & vino reſultare aliquod tertium nobilius illâ & ignobilius iſto: ex igne & nive etiam aliquod calidius nive, frigidius igne; & hanc eſſe volunt veritatem, à qua tota noſtra vita dependeat: nam in Medicinâ Latinorum & Græcorum ſupponitur; Galenus enim cùm pharmaco indigent calido ut quatuor, ſi occurrat herba calida ut ſex, illi ipſi cooptat alteram frigidam ut duo, ut dum mutuò ſe attemperant, remittunt & intendunt, compoſitum in medio conſiſtat. Hac doctrinâ præmiſſâ ad Dialecticam tranſeunt, ſentiuntque Antecedens è duabus præmiſſis compoſitum, habere certitudinem inter utrumque mediam: & ſi altera ſit certa ut duo, altera ut ſex, aggregatum eſſe certum ut quatuor, & inferre conſequentiam certam ut tria vel ut quatuor; adeòque fortiorem debiliore parte. Sed hæc doctrina diſplicet; non enim mihi certius eſt humanum corpus, & minùs certum reliqua coaleſcere ex ſemper dividuis; ſed utrumque eſt mihi æquè probabile & incertum. Nec urgeor allatis exemplis. Probabile enim eſt aquam & vinum non ita miſceri ut utrumque pereat, & tertia natura reſultet; probabile aquam in vinum non converti, nec contrà; ſed liquidorum aridorumque eſſe ſimillimam mixtionem; nam certum eſt, avenam hordeo immixtam non tranſire in hordeum, nec illud convertere in ſe; ſed miſceri, & non tranformari aut corrumpi, & veroſimile aquæ & vini guttas, ſicut avenæ & hordei grana per meram mutationem localem inter ſe commiſceri. [Et hîc obiter notari volo ex hac probabili ſententiâ neceſſariò diduci, Aquam immixtam vino immediatè in ſanguinem Chriſti converti. Sed de hoc uberiùs alibi.] Idem dicerem de nive & igne, ſi tale daretur compoſitum. Ad rem Medicam veniens, dico Arabes commendare ſimplicia, nec noſtrorum infuſiones & mixtiones curare; ſcio tamen aliquos ex noſtris eis ſubſcribere, ſcio multos ex ipſis etiam uti compoſitis, ideò nolo hæc urgere, ſed dabo ſolutionem germanam. Condono omnia, quæ phyſicè dicta; nego conſequentiam illatam. Eſto, aqua convertatur in vinum, nix in ignem, herba frigida in calidam; quid inde? An-ne ideò propoſitio incerta convertetur in certam, quòd evidenti adhæreat; aut falſa convertetur in veram, quòd adhæreat articulo fidei? Peto à te, ne exempla multiplicare cogar, An corpus Chriſti componatur indiviſibilibus? Rem eſſe obſcuram reſpondebis, & merè probabilem. Iubeo te audire hunc ſyllogiſmum, *Omnis homo habet corpus compoſitum indiviſibilibus; Chriſtus eſt homo; ergo Chriſtus habet corpus compoſitum indiviſibilibus.* Es ne doctior, quàm anteà? An-ne continui compoſitio tibi eſt huius virtute ſyllogiſmi evidentior? Non puto; deberet tamen eſſe, ſi ſtaremus ſententiæ, quam impugno; quia huius ſyllogiſmi major, quæ eſt probabilis, adiuncta minori de fide creſceret certitudine & certitudinem minoris remitteret (rideo) & conſequentiam majore ſeorſim ſumptâ certiorem & notiorem inferret. Stat igitur ita ſequi debiliorem partem, ut ſi neceſſitatem & veritatem excipias (nam ex falſo ſequi ſolet verum, & ex contingente neceſſarium) in reliquis Concluſio ſi non debilior præmiſſâ debili, ſaltem æquè debilis ſit.

An hoc in Medicinâ locum habeat?

An in Dialecticâ?

An aqua convertatur in vinum?

An immediatè tranſeat in Chriſti ſanguinem?

Arabum Medicina.

An veritatem remittat admixta falſitas?

Concluſio quoad affirmationem & certitudinem non verò quoad neceſſitatem, ſequitur debiliorem partem.

Multa

MXXV. Multa hîc Juniores & aliqui me judice nimis multa conglomerant: omnia ad hoc reducuntur Axioma, *Concluſio ſequitur debiliorem partem*. Hoc aliqui ad materiam certitudinis limitant: hoc aliqui ad materiam obſcuritatis etiam extendunt, hoc alii etiam ad materiam neceſſitatis, at illis non aſſentiar omninò, quia ſic debeo diſcurrere.

De Concluſione quantitate. I. Stando formis Platonicis & figuris Ariſtotelicis, cùm agitur de quantitate Concluſionis, ipſa ſequitur debiliorem partem; quam ob rem, ſi altera præmiſſa ſit particularis, conſequentia erit ſimiliter particularis.

quiditate. II. Cùm agitur de quiditate Concluſionis (videlicet utrùm debeat eſſe affirmativa, aut negativa) illa ſequitur debiliorem partem; quam ob rem, ſi altera præmiſſa ſit negativa, erit Concluſio negativa.

qualitate. III. Cùm agitur de qualitate Concluſionis (nimirum cùm inquiritur, an illa ſit vera vel falſa) illa non ſemper ſequitur debiliorem partem; ſæpè enim aut ex duabus falſis, aut ex alterâ verâ & altera falsâ vera ſequitur, ut cùm dicimus, *Omnis homo eſt arbor, Omnis Platanus eſt Homo, Ergo Omnis Platanus eſt Arbor*. aut etiam, *Omnis Homo eſt ſubſtantia, Omnis Equus eſt Homo: Ergo omnis Equus eſt ſubſtantia*. Cæterùm ex antecedentibus veris non poteſt inferri falſum conſequens; quam ob rem iſtæ conſequentiæ ſunt bonæ. *Antecedens eſt verum, Ergo & conſequens. Conſequens eſt falſum: Ergo & antecedens.* *Ex falſo utrum ſequitur, non ex vero.*

IV. Cùm agitur de claritate & certitudine, Concluſio ſequitur debiliorem partem, quam ob rem, ſi altera præmiſſa ſit evidens, altera probabilis, concluſio erit probabilis: & quando altera præmiſſa ſit de fide, & altera naturalis, concluſio non erit de fide. *De claritate & certitudine.*

Sed qualis quæro, erit Concluſio, ſi altera præmiſſa ſit de fide, & altera meré probabilis? ſequetur utramque quoad debiliorem partem; quam ob rem, cùm fides ſit certa & obſcura; probabilitas incerta & clara, conſequentia erit obſcura incertaq; & pertinebit, ad novam propoſitionum claſſem: nam, ſicut dantur propoſitiones certæ & claræ, quales ſunt per ſe notæ; certæ & obſcuræ, quales ſunt articuli fidei: incertæ & claræ, quales ſunt opiniones probabiles: dari etiam poſſunt debentque incertæ & obſcuræ nonnullæ, quibus concluſionem ex articulo fidei & propoſitione probabili illatam & deductam accenſeo. *Nota id bene.*

V. Cùm agitur de neceſſitate, concluſio non ſequitur debilorem partem. Oſtenditur, quia ex præmiſſis contingentibus, veris tamen, Concluſio interdum neceſſaria diducitur: Dei enim exiſtentia neceſſaria eſt, & à creaturarum exiſtentia, quæ eſt contingens (vera tamen & certa) demonſtratur. *De neceſſitate.*

ARTICVLVS XV.

De Arte inveniendi Medium.

MXXVI. An detur talis Ars? AN-ne illam tradit Rodericus Arriaga, an omittit, cùm ait, *Omittam Artem inveniendi Medium: nullam enim aliam video commodiorem, niſi fælix ingenium, ſtudium continuum, frequentem diſputandi & reſpondendi uſum, ac bonam memoriam retinentem, quæ in ſimili occaſione ab aliis audita vel à ſe excogitata aliquando fuêre. Quomodo enim poteſt dari univerſalis regula ad diverſas, diſparatas imò & oppoſitas conſequentias in tot diſtinctis materiis probandas?* Tradi illam puto, & è verbis ejuſdem ſic illam deſcribo, ſic explico. *Ars inveniendi Medium eſt facile, promptum, & acutum ingenium, aſſiduâ meditatione, lectione, & diſputatione perpolitum, omnium opinionum notitiâ præmunitum, & in utramque partem præparatum,* quoniam, qui tali ingenio caret, benè argumentari non poteſt. Quod ſi adhuc te ingenio carere fatearis, & tamen illud arte adquiri contendas, audi Martialem Anglum, *Quid in Argumentatore requiratur?*

Owenus libr. 3 ad Henric. Epigram. 4

Simonides olim Memorandi repperit Artem:
Nullus adhuc Artem repperit Ingenij.

Sed quia Natura Arte politi poterit, nego dari Artem, quâ obtuſa Mens poſſit acutè argumentari: aſſero tamen acutam & ſubtilem his Regulis juvari poſſe.

Regula. PRIMA. *Quando negatur Propoſitio univerſalis, argumentans uti non poterit tertia figura* Patet? quia in tertia figura non concluditur univerſaliter.

SECVNDA. *Quando negatur Propoſitio aſſerens, inutilis eſt ſecunda Figura.* Et ratio eſt, quia in ipſa ſemper negativè concluditur.

TERTIA. *Quando negatur univerſalis affirmativa, probatio neceſſariò erit in* Bammada, *(in* Barbara, *ſi inverſio placeat) & ideò quærendum medium eſt, quod verè ſit medium; hoc eſt, ita interſit ſubiecto & prædicato, ut de illo prædicetur, & iſti ſubſit.* Pono exemplum. Negatur hæc propoſitio *Omnis Homo eſt vivens*; & occurrit me-

dius terminus *Animal*, qui prædicatur de omni Homine & univerſalitet ſumptus ſubjicitur Viventi. & ſic procedo.

Galenici ſyllogiſmi Artificiũ.

Omnis homo eſt ANIMAL; Omne ANIMAL eſt vivens:
Ergo Omnis homo ... . eſt vivens.

Quem ſyllogiſmum, ſi ad *BARBARA* voluero reducere, majorem tantùm in minorem tranſmuto.

MXXVII. *QUARTA. Quando negatur propoſitio particularis aſſerens, tribus mediis probari poterit, nimirùm aut eo, qui ſequitur ſubiectum & antecedat prædicatum; aut eo qui ſequatur prædicatum, & antecedat ſubiectum; aut tandem eo, qui præcedat utrumque. Si primo utaris, formabis ſyllogiſmum in BAMMADI, aut DIMAGNI (BARBARI, aut DARII, ſi Peripateticus ſis) ſi ſecundo, in BAMMADIR, DIMAGNIR (BARBARIR, DARIIR; aut ut alii loquuntur BARALIPTON, DABITIS.) indirectis modis primæ figuræ: ſi tertio, in DARAPTI, DISAMIS, aut DATISI.* Illuſtratur exemplis. Negetur hæc propoſitio, *Aliquis homo eſt vivens.* Et *primò* quæro medium quod prædicetur de aliquo homine, & univerſaliter ſubſit viventi: & reperio *ſenſibile*, & ſic diſcurro.

Aliquis homo eſt ſenſibilis; Omne SENSIBILE eſt Vivens
Ergo Aliquis homo.. .... eſt Vivens.

Si major non ſolùm particulariter ſit vera, ſed etiam univerſaliter, eadem inferri poterit conſequentia. bene enim univerſales loco particularium in antecedente poni poſſunt; non verò particulares loco univerſalium. Unde meritò iſti ſyllogiſmi cooprantur

DI-	*Aliquis homo eſt ſenſibilis;*	BAM-	*Omnis homo eſt ſenſibilis;*
MAG-	*Omne ſenſibile eſt vivens:*	MA-	*Omne ſenſibile eſt vivens:*
NI.	*Ergo aliquis homo eſt vivens,*	*	*Ergo omnis homo eſt vivens.*
*	*Ergo aliquod vivens eſt homo.*	DI.	*Ergo aliquis homo eſt vivens.*

Secundò quæro alterum medium, quod prædicetur de aliquo viventi, & univerſaliter ſumptum ſubſit Homini. & occurrit *Riſibile*, & ſic indirectè diſcurro.

Indirecti ſyllogiſmi artificium.

Aliquod vivens eſt RISIBILE: Omne RISIBILE eſt homo: Ergo
aliquis homo .... eſt vivens

eſt ſyllogiſmis in DIMAGNIR (apud Ariſtotelem ſi præmiſſæ mutentur DABITIS.) & concludit reflexè.

Tertiò, quæro medium, quod ſubiectetur utrique; nimirùm aut utrique univerſaliter, & tunc argumentabor in DARAPTI, aut tantùm ſubiecto univerſaliter, & tunc in DISAMIS, aut tantùm prædicato univerſaliter, & tunc in DATISI. Occurrunt medii termini, *Rationale, Animal, Riſibile*:

Directe Syll.		*Indirecti.*	
DA-	*Omne rationale eſt vivens;*	DA-	*Omne rationale eſt homo;*
RAP-	*Omne rationale eſt homo:*	RAP-	*Omne rationale eſt vivens:*
TI.	*Ergo aliquis homo eſt vivens.*	TIR.	*Ergo aliquis homo eſt vivens.*
DA-	Omne animal eſt vivens;	DA-	Omne riſibile eſt homo;
TI-	Aliquod animal eſt homo:	TI-	Aliquod riſibile eſt vivens:
SI.	Ergo aliquis homo eſt vivens.	SIR.	Ergo aliquis homo eſt vivens.
DI-	*Aliquod riſibile eſt vivens;*	DI-	*Aliquod animal eſt homo;*
SA-	*Omne riſibile eſt homo:*	SA-	*Omne animal eſt vivens:*
MIS.	*Ergo aliquis homo eſt vivens.*	MIR.	*Erga aliquis homo eſt vivens.*

Propoſitio negativa ad affirmativam reducitur.

QUINTA. Quando negatur propoſitio negans, ſi negatio copulæ ad prædicatum transferatur, erit aſſerens (æquipollens priori, aut ſaltem cum illâ convertibilis: id enim examinabitur inferius) & ad priores Regulas reducetur. Subſcribo exemplum. Si mihi negetur hæc enuntiatio, *Nullus homo eſt equus*, ſupponam fuiſſe mihi negatam, *Omnis homo eſt non equus*, & utar tertiâ Regula. Si autem negetur hæc, *Aliquis homo non eſt albus*, aſſumam probandam hanc, *Aliquis homo eſt non albus*, & utar quarta Regula. Et ne cauſetur Reſponſalis, infinitas ad negantes reducam. Verbi gratia.

Negata

Negata fuerat hæc Enunciatio *Nullus homo eſt equus* : & ego hos duos ſyllogiſmos efformo; videlicet,

BAM-	*Omnis homo eſt rationalis*:	CA-	*Omnis homo eſt rationalis*,
MA-	*Omne rationale eſt non equus*:	ME-	*Nullum rationale eſt equus*.
DA.	*Ergo omnis homo eſt non equus*.	NE.	*Ergo nullus homo eſt equus*,

priorem juxta regulas ſuperiùs poſitas,& merâ converſione infinitarum in negativas poſteriorem:reſervato in mente Priori illo,hunc linguâ poſteriorem pronuntio.

MXXVIII. *Ne quid. piã deeſſe videatur has etiam tametſi minùs neceſſarias, Regulas ſubſcribere volui.*

MAgna eſt Infinitarum & Negantium poſitionum affinitas (eſſe idemtitatem ſuo loco demonſtraturus ſum) & quidem Negantes ad Infinitas reducendo compẽdiosè Regulas & Præcepta vitabimus;at quia tu illas & hæc ſcire deſideras , & Negantes non vis ad infinitas reducere,aliqua adhuc ſcripturus ſum.

SIT SEXTA REGULA. *Propoſitio univerſalis negans, nec poterit probari ſyllogiſmo quarta figura,nec Modo indirecto*. (indirecti,qui naſcũtur à directis ſunt Submodi) quia utrobique concluditur particulariter. Qui dubitet Modos omnes relegat & examinet. Sunt enim indirecti,I. *Feſmaper*,*Feſiſor*;aut etiam *Fapeſmor*, *Fiſeſmor*:II.*Frimeſor*,*Bomaccor*.III.*Fapelmor*,*Fiſmetor*,*Bamoccor*.& directi tertiæ negativi *Felapton*, *Boccardo*,*Feriſon*.

SEPTIMA. *Ut negativa propoſitio probetur in forma;aut ut alii loquuntur,in figura Galeni,requirit medium quod prædicetur de ſubiecto , & univerſaliter negativè ſubſit prædicato*. Ut ſi probandum ſit,*Nullum hominem eſſe lapidem*; medium ſit *Animal*,& texatur ſyllogiſmus hoc modo.

CA- *Omnis homo eſt animal*,
ME- *Nullum animal eſt lapis*:
NE. *Ergo nullus homo eſt lapis*

aut inverſis præmiſſis

CE- *Nullum animal eſt lapis*;
LA- *Omnis homo eſt animal*:
REN.*Ergo nullus homo eſt lapis*,

vel converte ſimpliciter utriuſque ſyllogiſmi præmiſſam negativam,& habebis.

CA- *Omnis homo eſt animal*;
MES- *Nullus lapis eſt animal*:
* *Ergo nullus lapis eſt homo*.
TRER.*Ergo nullus homo eſt lapis*.

CE- Nullus lapis eſt animal;
SA- Omnis homo eſt animal;
RE. Ergo nullus homo eſt lapis.
*. Ergo nullus lapis eſt homo.

Probavimus univerſalem.Eâdem arte probabimus particularem:puta hanc; *Aliquod animal non eſt rationale*.

FIR- *Aliquod animal eſt equus*;
ME- *Nullus equus eſt rationalis*:
O. *Ergo aliquod animal non eſt rationale*.

& ſi commutes præmiſſas;

FE- *Nullus equus eſt rationalis*;
RI- *Aliquod animal eſt equus*:
O. *Ergo aliquod animal non eſt rationale*.

& convertendo ſimpliciter univerſalem præmiſſam.

FRI- *Aliquod animal eſt equus*;
MES-*Nullum rationale eſt equus*:
OR. *Ergo aliquod animal non eſt rationale*.

FES- Nullum rationale eſt equus:
TI- Aliquod animal eſt equus:
NO. Ergo aliquod animal non eſt rationale.

MXXIX. *An Loci, qui vocãtur* Dialectici,*potiùs ſint dicendi* Rhetorici.

HÆ OMNES REGULÆ formã reſpiciunt, & poſſunt vocari *Dialectica*;quæ materiam,fallaces ſunt,& potiùs videntur *Rhetorica*. Huc Juniores magno niſu Locos protrudunt; qui , ut ſuperiùs vidimus,aptiores ſunt Definitionibus texendis,quàm Syllogiſmis efformandis. Sanderſonus *lib.4.cap.1.pag.157*.hos enumerat; videlicet; *Definitionem*, *Genus*, *Speciem*,*Proprium*; *Totum*,*Partes*;*Conjugata*; *Adjacens*; *Actum*, *Subiectum*;*Efficientem*;*Finem intermedium & ultimum*; *Effectum*: *Deſtinatum*; *Locum*; *Tempus*; *Connexum*; *Adiuncta*,*antecedentia*,*coniuncta*,*conſequentia*; *Pronuntiata*;*Nomen rei*;*Comparationem maioris*,*minoris*,*paris*, *Similitudinem*;*Oppoſita*,*contraria*, *collata*, *privantia*, *contradicentia*; *Diverſa*. Et quidem ex omnibus poſſe argumenta diduci fateor; at ex omnibus poſſe fortia,nego. Putarem igitur hos omnes locos potiùs eſſe Oratorios, & ad verborum copiam & deſcriptiones efformandas conducere. Et quia nihil aliud occurrit,quod neceſſarium modò ſit,pono calamum,monens Lectorem,ut,ſi quid bonum legerit,Deo gratias habeat,omne enim donum perfectum de ſurſum eſt,procedens à patre luminum: ſi quid autem rationi aut fidei , quod non ſpero,diſſonum , meæ ignorantiæ adtribuat , & me dignetur certiora & meliora docere.

Quinam ſint

Proteſtatio Authoris

CARA

Digitized by Google

CARAMUELIS
LOGICA
OBLIQUA
SEU DISCRETA:
OBLIQUOS

Terminos Propoſitiones & Argumentationes ad Regulas & Artem reducens.

Eſt Ars nova, & Præceptis inſtituta facillimis. Obliquas Propoſitiones (nimirum, Comparativas, Superlativas, Diſjunctivas, Quantitativas, Arithmeticas, Geometricas, Temporales, Locales, &c.) iterum & iterum ſpeculatur: primùm penes terminos obliquos, quibus conſtant; ſecundùm penes Concluſiones obliquas, quas inferunt.

LECTORI.

Quæ magis communia & recepta maioribus interdum erroribus obnoxia ſunt.

LOgicas ſpeculationes dedimus; quibus linguam, calamum nec non intellectum direximus: & ſi loqui liberè liceat, reformavimus: multa enim in nobiliſſimâ Facultate correximus, quæ per ſæcula longa aut non notata, aut tolerata. Oſtendimus manifeſtos errores, & qui manibus palpari poſſint, in doctrinâ communi. Omnia in hanc horam rectè: at modo novos reſumo ſpiritus & ad obliqua aciem mentis converto. Sum traditurus NOVAM LOGICAM, nempè OBLIQUAM; de quâ Antiqui Dialectici nihil aut parum. Sum, inquam, traditurus LOGICAM à veteri toto diſtinctam, & oppoſitis fundamentis inhærens. Ut diſcuteret illa, & ſyllogiſmorum efficaciam probaret, ſic urgebar. *Quæ ſunt eadem uni tertio, ſunt eadem inter ſe: Petrus & animal ſunt idem homini: Ergo ſunt idem inter ſe. Ergo ſi homo eſt animal, & Petrus eſt homo, Petrus eſt animal.* Non affirmo probationem hanc eſſe legitimam; majorem enim, quam Oraculi loco habent Peripatetici, falſam aſſero: & novam viam ingreſſus Terminis realiter diſtinctis utor, illiſque novas propoſitiones & novos ſyllogiſmos fabricor. Non eſt animus diruere

Quo Logica communi modo probet ſuarum legum & regularum efficaciam? Nova Logica utitur terminis diſtinctis realiter.

Antiquam LOGICAM ab aliis aut etiam à nobis ſummo ſtudio firmatam; ſed illi Novam hanc accenſere, & numerum augere Muſarum. Favete igitur animis, Lectores candidi, favete linguâ; & proſpicite iſti generoſo conatui. LOGICAM iſtam Novam oculis veſtris honoratez diſcutite & examinate, ſi vultis; vel aliàs grato animo ſuſcipite, magno à nobis ſtudio, & impendio temporis diſcuſſam & examinatam.

Novæ Logicæ obiectum.

An ſemper condemnentur circuli?

CIrculum hîc committere placet, non enim arguo, ſed dilucido; & multa interdum circulo bene explicantur. LOGICAM OBLIQUAM eam voco, quæ reſpicit operationes (mentis, linguæ & calami) obliquas: & *Operationes obliquas* illas voco, quæ LOGICÆ OBLIQUÆ ſunt objectum. Eſt igitur objectum Novæ hujus facultatis, Terminus obliquus, Judicium obliquum, & Diſcurſus obliquus. Solet etiam vocari DISCRETA hæc nova LOGICA: & hæc eſt denominationis occaſio. Quantitas in Continuam Diſcretamque à Metaphyſicis univerſis diſtinguitur: & vocatur *Continua*, quæ conſtat partibus indiſtinctis; *Diſcreta*, quæ diſtinctis: Ergo LOGICA, quæ agit de Terminis diſtinctis & diſcretis nominetur DISCRETA:

Logica diſcreta.

TA:& quia pro Prudentiâ ſolet poni *Diſcretio*, à ſolis diſcretis legatur: eſt enim ſubtilis & ſublimis, nec inferioribus ingeniis apta.

An ſola propoſitio ſit objectū adæquatū Logicæ? Conſideratur duobus modis.

Poſſem, ſi vellem, hæc tria in unum colligere, & aſſerere, Propoſitionem eſſe objectum adæquatum Logicæ; & conſiderari debere ſecundum principia intrinſeca, quibus componitur; & effectus extrinſecos quos inducit. Prout illa ſub conſiderationem primam cadit, eſt totum, & componitur intrinſecè terminis ut partibus: prout ſub ſecundam, eſt concluſionis cauſa extrinſeca (inferens aut efficiens, juxta diverſas opiniones) & Argumentationis, quam componit, intrinſeca. At ſtemus viæ & doctrinæ communi, & omnes tres operationes (mentis, linguę, calami) OBLIQUÆ LOGICÆ objiciamus; & qa Propoſitio, ut totū, claudit Terminos; & ut pars, in Syllogiſmo clauditur; in duas partes dividamus Tractatum hunc; & in priori de Propoſitione obliqua, quà toto quodam Logico; adeòque de Terminis, ſeu partibus, quibus coaleſcit; in poſteriori de Propoſitione Obliquâ qua parte quadam Logicâ; adeòque de ſyllogiſmo, quem Propoſitiones conſtituunt, diſputabimus. In utraque brevitati ſtudebimus; nam aliàs debeteremus totâ vitâ de LOGICA OBLIQUA diſputare.

An præmiſſa producant concluſionē? Objectum Logicæ. Operis diſtributio.

PARS I.

De Propoſitione Obliqua ſeu Diſcreta; & partibus quibus componitur.

MXXX.

Quid terminum diſcretum.

SUmo ab ipſâmet definitione initium, & obliquam Propoſitionem illā dicam, quę conſtat terminis diſtinctis & loco copulæ verbo adjectivo; & hanc ob rē terminus obliquus erit extremum propoſitionis obliquæ; vel clariùs extremum Propoſitionis diſtinctum ab altero: ut videre eſt in hac affirmatione, *Maro celebravit Vlyſſem.* Diſcreta enim vocatur, quia primus terminus, qui eſt *Maro* realiter diſcernitur ab altero nempe *ab Vlyſſe.* [Dixi interdum ſuccurrere terminos realiter identificatos, ſed addidi hoc eſſe per accidens, hanc enim ipſam identificationem Diſcretæ Logicæ rigor non poſtulat:] Propoſitionum diſcretarum magna eſt ſuppellex: & commodè in ſex claſſes dividi poterit. Omnes quidem ſunt *obliqua*; earumdem tamen, aliæ ſunt *Comparativa* ſeu *Superlativa*: aliæ *Diſiunctiva*: aliæ *Conditionales* quarum in Philoſophiâ & Theologiâ ſummè eſt utilis (ne dicā neceſſaria) cognitio. Aliæ dicuntur, *Tanta quanta*, aut etiam *Tot quot*, aut *Tales quales*, juxta varietatem materiæ. Et tandem aliæ ſunt *Temporales* aliæ *Locales.* De ſingulis breviter & clarè diſſeremus.

An termini diſcreti ſint ſemper diſtinguēdi realiter? Dividitur Propoſitiō diſcreta.

DISPUTATIO I.

De propoſitione obliqua in genere.

MXXXI.

An obliqua propoſitio ſit genus?

SEd cur obliquam voco Propoſitionem quam primo loco trado, & omnibus diſcretis præfero? An-ne illam ut genus ſpeciebus diverſis ſuperpono? Maximè: quia omnes de quibus agemus inferiùs formaliter (aut radicaliter ſaltē) ſunt obliquæ & diſcretæ. Si has voco *obliquas*, anne ideò cæteras *Rectas* debeo dicere? Sane Categoricas omnes, quæ ad veterem pertinent Logicam, *Rectas* appellare debebo: & ſi ſic velis loqui, totam Logicam veterem *Rectam*. Et quidem veterem Logicā ideò *Rectam* vocari patior, quia in rectos binos propoſitiones univerſas diſſolvit; rectis binis componit: ut cùm dicimus; *Homo eſt animal*: nam uterque terminus propoſitionis in recto eſt, & verbo ſubſtantivo, & eſſentiali inter ſe copulantur. At novæ Logicæ Poſitiones quas vocamus *Obliquas* ſeu *Diſcretas*, recto & obliquo componuntur; ut cùm dicimus *Petrus diligit Deum*, quoniam in hac propoſitione primus terminus (nempè *Petrus*) eſt in recto: ſecundus (nempè *Deus*) in obliquo: & ipſi unione intermediâ (verbo nimirùm *diligit*, quod adjectivum eſt) copulantur.

Propoſitio recta.

Logica Recta.

Propoſitiōnis Diſcretæ ſeu obliquæ Termini. Primus. Secundus. Copula.

I.

OBliquarum Propoſitionum tria ſunt genera: aliæ enim habent obliquū ex parte ſubjecti, ut cùm dicimus, *Anima, quæ peccatum commiſerit, morietur*: aliæ ex parte prædicati, ut cùm dicimus *Anima anhelat ad gloriam*: aliæ utrinque ut ſi dicamus: *Anima quæ peccatum commiſerit, condemnabitur pœnâ æterna.* Ut ergo illas internoſcamus; primas vocemus *Præpoſitiones* in eis enim cōnotatū præponitur: Secundas *Poſtpoſitiones*, nā in ipſis cōnotatū poſtponitur: Ultimas verò *Compoſitiones*, quia utrinq; connotatū cōponitur, & omnes in genere ſūptę vocari poterunt

Obliquarū diviſio.

Prædicatū obliquum.

Præpoſitio. Poſtpoſitio. Cōpoſitio. Propoſitiō.

te unt *Propoſitiones* vocabulo retento: Æneidem Maro à præpoſitione incepit dicens

Ille ego, qui quondam gracili modulatus avenâ
Carmen & egreſſus ſylvis vicina coëgi:

Et inferiùs verſ. 38.

Iuno æternum ſervans ſub pectore vulnus.
Hæc ſecum, &c.

Virgilius Præpoſitionibus obliquis delectatur.

Et iterum verſ. 46.

Ipſa Iovis rapidum iaculata è nubibus ignem.
Disjecitque rates, evertitque æquora ventis: &c.

Frequentiſſimè occurrunt ejuſmodi propoſitiones: ſed has appoſuiſſe ſufficiat: Nam Virgilius ita hoc præpoſitionum genere delectatur, ut qui vellet omnes illas excerpere, totum aut ferè deberet ejus opus exſcribere.

Poſtpoſitiones obliquæ

Poſtpoſitionum aliqua exempla ſubſcribo. Eclogâ Primâ: Maro:

Nos Patriæ fines, & dulcia linquimus arva:
Nos Patriam fugimus, &c.
O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit:
Namque erit ille mihi ſemper Deus, &c.

Qui plura habere loca velit, legat totam hanc Eclogam, & quæ aptiora judicarit, excerpat: Compoſitiones etiam paſſim in eodem Authore reperio: In eadem Ecloga.

Compoſitiones obliquæ.

Tityre tu patulæ recubans ſub tegmine fagi:
Sylveſtrem tenui Muſam meditaris avenâ, &c.
Tu Tityre lentus in umbrâ
Formoſam reſonare doces Amaryllida ſylvas.

Illuſtriſſimi Authores Logicâ obliquâ frequentiùs quàm rectâ utebantur.

Et hîc aliquid notare volo; nimirū, me nō ſine admiratione magna legere Rhetores, & Dialecticos, & poſteà Ciceronis, Senecę aut etiā Virgilii opera. Hi (& alii multi) Authores doctiſſimi ſunt, & tamē naturâ Duce nō Dialecticâ rectâ & peripateticâ, ſed obliquâ, quam hîc tradimus ſemper utuntur: Quære mihi unam propoſitionem purè rectam in quoquo volueris Authore, Et ego ex ipſo me daturum ſpondeo denas vel vicenas obliquas.

De Terminis Obliquis.

II.

MXXXIII. *Quid ſit obliquus terminus? Propoſitio adjectiva. Verbum adjectivū. Terminus connotans & connotatus.*

TErminus obliquus eſt extremū Propoſitionis adjectivæ quæ habet verbum & caſum verbi: & propoſitio adjectiva eſt, quę verbo cōſtat adjectivo: Rem exemplis dilucido: In hac Propoſitione, *Milo occidit Clodium*: verbū adjectivum eſt *occidit*; termini *Milo* & *Clodius*: ille rectus, & iſte obliquus: ille eſt relationis ſubjectū, iſte terminus: ille vocatur *connotans*, hic *connotatus*: ſic etiam in hac Propoſitione: *Pictura placuit Regi*: verbum adjectivum eſt *placuit*: termini *Pictura* & *Rex*. ille in recto, iſte in obliquo. [Omnia quæ in Logicâ Vocali dicta fuerunt de terminis, verificabuntur de Recto Propoſitionis adjectivæ: & omnia, aut ferè appropriari, & applicari poterunt proportione ſervatâ connotato & obliquo.]

III.

Quid ſit adæquatus & inadæquatus?

Terminus tam rectus, quàm obliquus eſt duplex: adæquatus & inadæquatus. Adæquatus eſt terminus totalis, & inadæquatus partialis. Pono exemplum in hac propoſitione *Univerſitas Salmāticenſis format Viros doctiſſimos*, terminus Rectus totalis eſt illa vox *Univerſitas Salmanticenſis* quæ ex duabus partialibus coaleſcit: & terminus Obliquus totalis eſt illa vox, *Viros doctiſſimos*, & quia duas partes habet, etiam in duos terminos partiales (*viros* nimirū & *doctiſſimos*) poteſt ſubdividi. Copula etiam in adæquatam & inadæquatā, totalem, & partialē dividimus. In hac enim Propoſitione *Petrus legit librum*, illa vox *legit* eſt copula totalis, & ſimplex: & in hac *Petrus potuit venire velociter Romam*, termini ſunt *Petrus*, & *Roma*; copula illud *potuit venire velociter*, ex tribus partialibus vocibus compoſitū: Ut rem meliùs intelligas, poſtulas quenā ſit hęc propoſitio: *Ferdinandus eſt Princeps gratus populo?* & reſpondeo eſſe obliquam: ejuſque terminos eſſe *Ferdinandū*, & *Populum*, & copulam totú illud, *eſt Princeps gratus* quoniam idem eſt dicere, *eſt gratus populo*, ac dicere *placet Populo*.

Copula adæquata & inadæquata.

IV.

MXXXIV. *De termino categorematico, & ſyncategorematico.*

Iterùm terminus eſt duplex: categorematicus, & ſyncategorematicus: Ille eſt qui poteſt eſſe terminus adæquatus: hic qui non poteſt. Ne multis meum Lectorem oneremi, dilucidabo unum exemplum & illo mentem meam explicabo. In hac enim propoſitione. *Aliquis homo ſatis doctus, commiſit hodie tres errores notabiles*, rectus terminus adæquatus eſt *aliquis homo ſatis doctus*, ſingulæ voces ſunt termini inadæquati. Illæ voces *Aliquis* & *ſatis* ſunt ſyncategorematicæ; nō enim ſolæ poſſunt eſſe adæquati termini Propoſitionis: Vox *doctus* opinione multorū eſt etiam ſyncategorematica, tametſi aliorū ſententiā categorematica ſit: & tandem vox *Homo* eſt terminus rectus partialis, at quia totalis eſſe poteſt categorematicus: Copula totalis eſt *commiſit hodie*: & illud *hodie* eſt ſyncategorema copulæ: Et tandem *tres errores notabiles*, ſunt terminus obliquus adæquatus: ſinguli ſunt termini obliqui partiales: *tres* ſyncategorematicus, *errores* categorematicus: & *notabiles*, categorematicus aut ſyncategorematicus iuxta diverſas opiniones.

An nomina adjectiva ſint termini ſyncategorematici?

V.

Terminus primarius & ſecundarius.

Specialiter dividitur terminus obliquus in primarium & ſecundarium. Primarius eſt connotatum verbi: & ſecundarius eſt connotatum primarii. ut in hac propoſitione *Ego libenter lego libros Dianæ*: Vox *ego* eſt terminus rectus, *libenter lego* eſt copula adiectiva adverbii adhæſione modificata: *Libri* terminant actionē legendi: & *Diana* eſt connotati connotatum. [Sicut numerando ab initio connotatū poteſt dici. *Primum, Secundum, Tertium*, &c: ſic etiā numerando à fine *Ultimum, Penultimum, & antepenultimum*.]

De obliquarum Propoſitionum converſione.

VI.

MXXXV. *Propoſitio adjectiva, quæ? An omnis adjectiva ſit obliqua?*

ADjectiva Propoſitio eſt illa cuius verbum adiectivū eſt, ut *Homo currit*. quæ ſi præter verbum habeat etiā caſum verbi ut *Homo currit per campos* debebit nominari *obliqua*. quamobrē Adiectiva ad obliquam, ut magis univerſale ad minùs univerſale cōparabitur; omnis enim obliqua eſt adiectiva, non verò omnis Adiectiva eſt obliqua; nam adiectiva latiùs patet.

Quid ſit Converſio?

Activis, quas primas vocitant Grammatici, accidunt Converſio & Æquipollentia; Converſio eſt obliqui in rectū, & recti in obliquū mutatio:

tatio, hæc enim *Petrus amat Deum* convertitur in hanc, *Deus amatur à Petro.* & ambæ omnino æquipollentes ſunt. Cæteras non facili negotio in conſequentes, aut æquivalentes convertes.

Est quam-plex;

Et hæc converſio eſt duplex; nam vel verbũ immotatũ permanet, vel ex voce activâ in paſſivam aut è contrà transfertur. Prior convertendi modus plerumq; eſt adialecticus, nam ex antecedenti verò falſam conſequentiam deducet, ut patet iſtis exemplis.

Pater æternus generat verbum.
Ergo verbum generat Patrem.
Diabolus invidet homini:
Ergo homo invidet diabolo.

VII.

De infallibilitate Eccleſiæ & ſummi Pontificis: & quo modo hæc infallibilitas cum libertate componatur?

Illa propoſitio, *Poſſibile eſt, ut Pontifex definiverit unam propoſitionem erroneã*, eſt obſcura & difficilis; & malè intellecta, malè ſonans: & quia à plerisq; malè intelligitur, ne detur errori aliena occaſio, deberet omninò negari. At quia libertas ad utrumq; eſt, ſi velimus infallibilitatem diſtinitæ doctrinæ cum definientis libertate componere, audiendus eſt Gregorius Sanz, qui hoc modo diſcurrebat Cõpluti. [Si *poſſibile* idẽ ſit quod veriſimile, (hoc enim ſæpè ſenſu hæc vox accipi ſolet) illa propoſitio falſa eſt, ſi *poſſibile* ſit non repugnans, & *definire propoſitionẽ erroneam* ſit loco unius veræ aliam falſam proponere, poteſt concedi. Cùm autem hominibus nulla ad præteritum potentia ſit, (ſaltẽ humana) ille poſſibilitatis modus, non dicatur eſſe ad tempus præteritum, ſed fuiſſe Dicatur ergo, *Certum eſt quod Pontifex, quando pronunciavit propoſitionem Fidei, potuerit proferre aliam erroneam.* hoc enim ſenſu propoſitio poſita debet admitti, & nullo alio. Hæc autem non tranſit in hanc, *Certum* aut etiam *poſſibile eſt quod aliqua propoſitio erronea ſit definita:* ſed in hanc *Certum eſt,* [*quod propoſitio vera fuit definita: ſed quia Deus utitur cauſis ſecundis liberis, certum eſt etiam*] *quod quando propoſitio vera* [*quæ falſa eſſe non poteſt*] *fuit definita, tunc potuerit propoſitio vera non definiri, ſed loco eius pronunciari una falſa* : [*ſed certum eſt quod hoc factum non fuit.*]

De potentiâ ad præteritum. Non ſingula verba.

Ad certitudinem Fidei non requiritur, quod non potuerit errare Pontifex, ſed quod nunquam erraverit, nec aliam erraturus ſit.

Sic ſimiliter iſta propoſitio: *Quando ſcripſi hũc Characterem A. potui ſcribere hunc B.* non tranſit in hanc: *Ergo Character A dum à me ſcriberetur, potuit eſſe B.* ſed in hanc. *Ergo character A, cùm ſcribebatur, potuit non ſcribi, & loco illius potuit ſcribi Character B.*

MXXXVI. Nec aliter hæc propoſitio. *Deus quando creavit Angelum potuit creare canem*, non tranſibit in hanc: *Ergo Angelus cum creabatur, potuit eſſe Canis:* ſed in hanc: *Ergo Angelus, cùm creabatur potuit non creari; & loco eius potuit à Deo canis creari.*

An omnes ſciant mutare orationem ex activâ in paſſivam?

Et veniendo ad ultimam, hæc propoſitio, *Cùm Deus producit ſubſtantiam corpoream, poteſt facere ſpiritualem,* non reddit hunc ſenſum, nimirum, quòd quando producit ſubſtantiam corpoream tunc potuit facere, quòd hæc ipſa ſubſtantia corporea ſit ſpiritus: Sed hunc, quòd quando producit unam ſubſtantiam corporeã, tunc poſſit illam non producere, & poſſit loco ipſius producere aliam ſpiritualem. Igitur data propoſitio non convertitur in hanc: *Ergo ſubſtantia corporea, cùm à Deo producitur poteſt fieri ſpiritualis;* Sed in hanc. *Ergo quando à Deo producitur una ſubſtantia corporea, tunc poſſet illa non produci, & loco illius poſſet produci ſubſtantia aliqua ſpiritualis,* quæ omninò eſt vera.

Nec Deo, nec in Pontifice opponitur libertas & infallibilitas.

Hæc ex occaſione dicta ſint, quæ nõ ſunt specialia in materiâ fidei, ſed omnes divinas & humanas tranſcendunt. Certum eſt in Deo infallibilitatem & libertatem non opponi: Ergo & certum illas non opponi in Pontifice, qui eſt lingua Dei.] Sic diſcurrebat ille: & multorum opinione ſubtiliùs, q̃ vulgus academic⁹ capiat.

An Pontifex cum definit articulos Fidei, careat libertate?

Cæterùm amice lector, ſi adhuc es rudis, nec tam ſubtilia capis, ſcias infallibilitatem debere retineri illæſam, & ſi neſcias illam cum libertate componere, malo ut libertatem Pontifici definituro Fidei dogmata neges, quàm q infallibilitatem doctrinæ vel minimo periculo exponas. Qui enim diceret ſummum Pontificem in definiendi actu eſſe Inſtrumentum Dei, & merè ſe habere paſſivè, (hoc eſt, Deũ agere *ut quod*, & ſummũ Pontificem *ut quo*) minori indigeret ingenio, ut ſuam ſententiã propugnaret.

VIII.

Vidimus propoſitionem illam *Poſſibile eſt, ut Pontifex definiverit unam propoſitionem erroneam*, non eſſe proponendam vulgo, nec poſſe ſine magnâ theologia & ingenio explicari & ad ſenſum competentẽ reduci: nec poſſe, niſi per ambages & circulos varios converti. Alias faciliores que Aſſertiones ponamus. Iſtæ converſiones ſunt malæ.

Converſiones exorbitantes.

Fluvius inundat Vrbem.
Ergo Vrbs inundat fluvium.
Morbus extinxit Petrum.
Ergo Petrus extinxit morbum.
Ioannes reſpicit cæcum
Ergo cæcus reſpicit Ioannem.

Ecce exorbitant hæ converſiones; at dabo eiſdem ſimiles quæ non exorbitent.

Converſiones non exorbitantes.

Caius eſt frater Petri
Ergo Petrus eſt frater Caij.
Maria eſt coniunx Antonij.
Ergo Antonius eſt coniunx Mariæ.
Albericus eſt Socius Ferdinandi.
Ergo Ferdinandus eſt ſocius Alberici.
Gneius eſt apud Claudium
Ergo Claudius eſt apud Gneium.
Anima permeat corpus.
Ergo Corpus permeat animam.
Materia unitur formæ.
Ergo forma unitur materiæ.
Pompeius pugnavit cum Cæſare.
Ergo Cæſar pugnavit cum Pompeio. &c.

Unde ergo ſciemus, quando converſiones huiuſmodi poſſint admitti quomodo bonas conſequentias diſtinguemus à malis?

Relatio duplex æquiparans & diſcrepans.

Reſpondeo tradi à Logicis, aut etiam à Metaphyſicis, duo eſſe Relationum genera notiſſima inter alia, nimirũ *Æquiparans* & *Diſcrepans.* Relationes æquiparantes ſunt, q̃ eodẽ nomine utrũmque denominant extremum, ut ſimilitudo, quæ ſi eſt inter parietes duos, tàm denominabit hunc ſimilem alteri, quàm huic alterum. Diſcrepantes ſunt quæ diverſo nomine denominant unum extremum, diverſo alterum: ut generatio quæ inter Carolum Quintum Imperatorem & Philippum MXXXVII.

ſecundum Hiſpan. Regem interceſſit: Philippum enim denominavit filiũ, & Carolũ Patrẽ:

Converſio ſimplex.

His igitur præmiſſis dico, tunc ſimplicẽ modum converſionis valere, cùm inter propoſitionis Rectum obliquumque eſt reſpectus æquiparans: non valere, cùm diſcrepans [quod ſi hæc ipſa ſolutio circulari morbo laborare videatur, reſpondeo me rem explicare, non probare; & multa interdum licere Expoſitori, quæ Argumentatori non licent.] Sed hic aliquid diſco, aliquid doceo. Quando verbum adiectivum imbibit relationem diſcrepantem non valet converſio iuxta ſimplicem modum: Ergo valebit conſequentia ad contradictoriã convertentis: Ergo poteſt poni iſta Regula. *Si relatio ſit æquiparans converſio fiat iuxta ſimplicem modum: Si diſcrepans fiat etiam iuxta eumdem modum: ſed in convertente addatur unum* non, *quod afficiat copulam & reddat propoſitionem negativam.* Et quidem tametſi data exempla ſufficerent, ut mentem meam & regulæ ſenſum perciperes, volo aliquas lineas ſubſcribere, quæ rem claram adhuc clariorem reddant. Legebam hodie in Choro ad laudes, *Andreas Chriſti famulus; Dignus Dei Apoſtolus, germanus Petri, & in paſſione ſocius.* Et quia famulus & Apoſtolus dicunt relationes diſcrepantes, germanus autem, & ſocius æquiparantes, propoſitiones ſubſequentes ſcribo, & illas iuxta Regulam datam converto: Sic diſcurro.

An, & quando committere circulũ liceat?

Regula generalis.

Relationes diſcrepantes.

Andreas eſt Chriſti famulus.
Ergo Chriſtus non eſt Andreæ famulus.
Andreas eſt Apoſtolus Dei.
Ergo Deus non eſt Apoſtolus Andreæ.

Relationes æquiparantes.

Andreas eſt germanus Petri
Ergo Petrus eſt germanus Andreæ
Andreas eſt Socius Petri.
Ergo Petrus eſt Socius Andreæ &c.

Poſterior converſionis modus.

Poſterior ille convertendi modus quem propoſui paulò antè §. *Et hæc converſio.* iubens propoſitionem ex activâ in paſſivam tranſire, aut contrà, ſemper eſt ſecuriſſimus; nemo enim erit, qui neget hanc convertendi formam eſſe bonam, niſi velit nimium eſſe ſubtilis. Paucula hæc exempla produco:

Milo occidit Clodium.
Ergo Clodius occiſus à Milone fuit.
Cæſar vincit Pompeium.
Ergo Pompeius vincitur à Cæſare
Cicero cogitat Tuſculanam.
Ergo Tuſculana cogitatur à Cicerone &c.

IX.

MXXXVIII.

An una & eadem propoſitio poſſit in activâ concedi, & in paſſivâ negari?

Dixi neminem propoſitionem à ſe in activâ conceſſam in paſſivâ negare poſſe, niſi nimium velit eſſe ſubtilis, quia ut ſuperiùs num. VII. incipiebam expendere, ſemel Compluti cum magnâ totius Univerſitatis admiratione audivimus unam & eandem propoſitionem à Viro doctiſſimo, [nempe, P. Gregorio Sanz, Ciſtertienſi: S. Th. Doctore: mihi amiciſſimo] & in gymnaſio celeberrimo, in activâ concedi, in paſſivâ negari, & quod mirabilius videbatur, idẽ eximius, Vir eamdem iuxta bonas Grammaticæ Regulas transferri in paſſivam dicebat, ut vel ſic inſultaret Grammaticis. Theſis erat, *Pontifex non ſolum ut Doctor, ſed ut Pontifex, quando loquitur toti Eccleſiæ, & articulos Fidei definit, tunc errare poteſt.* Quæ

An Pontifex poſſit errare?

poſitio ſenſu à Præſide intento vera erat; ſufficit enim ad ſecuritatem Articulorum Fidei, quod Pontifex nec erraverit, nec erraturus ſit de facto; ſufficit, quod non habeat errandi potentiã reductam aut etiam reducendam ad actũ: quod autem careat potentiâ nec reductâ, nec reducendâ ad actum, non agamus, nec eiuſmodi potentia ex illis verbis: *Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua*, probatur: & tantùm probaretur ex iſtis, *Ego rogavi pro te Petre, ut non poſſit deficere Fides tua.* quæ tamen Chriſtus non dixit.

Potentia duplex reducenda ad actum & non reducenda ad actum.

Cæterùm licèt ſenſu ab Authore intento hæc Propoſitio vera fuerit, non debebit tolerari in Germaniâ, non enim ſtatim verum ſenſum inducit, & in alieno ſenſu accepta eſt hæretica: adeòq; primo intuitu malè ſonãs; &, ſi verba cõſpiciantur, errori Novatorũ proxima: eiſi hæreticorũ malevolentiâ, & populi orthodoxi ignorantiâ ponderetur, nociva vel periculoſa. In Hiſpania autẽ in quâ Fides illibata ſervatur, fortè careret ſcandalo: at ſcio propter hanc & ſimiles poſitiones nonnullos, etiam in ipſâ Hiſpaniâ, fuiſſe ad ſanctam Inquiſitionẽ delatos, vocatos, examinatos; nec omni tamen reprehenſione caruiſſe;

Propoſitio vera eſſe poteſt & ſimul malè ſonans & generi ignoranti nociva.

Impugnabat hanc Theſin quidam Doctor ingenii ſummi Vir, qui videbatur nõ verba, ſed fulmina loqui, & illi contradicebat ſic: [Attende quæſo, & ſingula verba perpende.]

Pontifex poteſt errare in definitione Articulorum Fidei. Ergo poteſt definire unam propoſitionem erroneã: Ergo potuit definire unam propoſitionem erroneã. Ergo poſſibile eſt ut deffinierit unam propoſitionem erroneã: quia quod heri potuit eſſe præſens, hodie poteſt eſſe præteritum) Ergo poſſibile eſt, ut aliqua erronea propoſitio à Pontifice ſit definita. Et Præſes concedebat oſſumptũ & primã conſequentiã: concedebat ſecundã & tertiam, quas putabat eſſe æquipollẽtes, cùm tamen benè examinatæ longè abſint: & tandem, quod mirabilius videbatur, conceſſâ tertiâ conſequentiâ in activâ, quartã, q̃ tertiã ad paſſivã transfert, animo tranquillo negabat.

An activa & paſſiva æquipollant?

De quantitate obliquarum.

X.

MXXXIX.

Quantitas eſt Univerſalis, Particularis, Indefinita, & ſingularis.

Alij Termini Propoſitionum ſunt univerſales, alii particulares, & alii indefiniti & ſingulares, alii aſſertivi, & alii negativi.

Definitiones ex communi Logica deſumi poſſunt, & his dilucidari exemplis.

Omnes homines vidit Petrus.
Nullos homines vidit Petrus.
Aliquem hominem vidit Petrus.
Aliquem hominem non vidit Petrus.
Hominem vidit Petrus.
Hominem non vidit Petrus.
Hunc hominem vidit Petrus
Hunc hominem non vidit Petrus.
Ioannem vidit Petrus.
Ioannem non vidit Petrus.

Hic obiter notandum eſt primò non eſſe æquipollentes propoſitiones ſubſequẽtes, videlicet

Non aliquis. Aliquis non.

Non vidit aliquem Hiſpanum Roma.
Roma aliquem Hiſpanum non vidit.

Obtinuit enim loquendi uſus, ut ſi negatio præcedat ſyncategorema *aliquis* non verbum ſed illud afficiat; ſecus, ſi ſequatur: quamobrem prior illa propoſitio æquipollebit huic,

Nullum

Nullum Hiſpanum vidi Romæ.
poſterior autem huic.
Erat Romæ, quidam Hiſpanus, quem non vidi.

Significatio literarum. Utebantur veteres his literis. A. E. I. O. ut ſyncategoremata, & quantitates varias ſignificarent. Et earundem literarum valorem hoc diſticho ſignificabant.

Aſſerit A. negat E. ſed univerſaliter ambæ.
Aſſerit I. negat O ſed particulariter ambæ.

Diſcrimen inter n. & ñ. Et in diſcreta hac Logicâ facilitati & ſecuritati conſulentes O. excluſimus, & addidimus N. quæ ſignificet *non*. Et hic notari omninò debet *n.* & ñ. habere exercitium diverſum Nam *n* afficit unum ex illis tribus ſyncategorematicis *Omnis. Nullus. Aliquis*: & ñ copulam. At quia *n.* finale ſemper afficit verbum, & ſi apice careat ratione loci notum eſt: interim etiam illud notabimus. Interſerimus interdũ *q*, ut pronomẽ relativum notetur. Et ſtellulam * ponimus, ut ſubjectum à prædicato diſtinguamus. Ergo quidquid poſt * ſtellulam eſt, pertinet ad prædicatum. Parẽtheſis ſervit cum obliquus anteponitur verbo. Conſidera igitur characteres ſequentes.

Conſiderentur bene ubi ſit virgula ſuper n & ubi non.

A.	*Omnis.*	E.	*Nullus.*
A*ñ.	*Omnis non.*	E*ñ.	*Nullus non.*
NA.	*Non omnis.*	NE.	*Non nullus.*
I.	*Aliquis.*	NI.	*Non aliquis.*
I*ñ.	*Aliquis non.*	I*(I)ñ	*Aliquis aliquem non.*

MXL. Quantitas obliqua propoſitionis quotuplex? Quantitas in propoſitione obliquâ duplex eſt: nam & afficit extremum connotans, & afficit extremum connotatum: ut cùm dicimus, *Nullus homo videt aliquem Angelum.* in quâ terminus connotans (*Homo*) afficitur ſyncategoremate *Nullus*, & terminus connotatus (*Angelus*) ſyncategoremate *Aliquis*: & hanc ob rem in propoſitionum nominibus duas uſurpabimus literas, quarum prior deſignabit quantitatem ſubjecti, & poſterior quantitatem connoti.

*Diſcrimen inter in & i*n.* Characterem IN ab I*N diſtinxi, & diſtinguo: & quia in propoſitionibus occurrunt ſæpè, illos expono: Has ſubſcribo.

A q ñ i*	*Omnis, qui nõ habet aliquẽ oculũ eſt cæcus.*
A q n i*	*Omnis, qui habet non aliquem (nullum) oculum eſt cæcus.*
A q(i) ñ*	*Omnis, qui aliquem oculum non habet, eſt cæcus.* vel *Omnis, qui aliquo oculo caret eſt cæcus.*
A q i*ñ	*Omnis, qui aliquem oculum habet, non eſt cæcus.*

Omnia, quæ ſunt ante ſtellulam debent poni ante verbum principale ſeu copulam. Et in his tribus propoſitionibus conſpicis ſyncatagorema A. ſeu ſignum *Omnis* afficere ſubjectum: & conſpicis ſyncategorema I. ſeu ſignum *aliquis* afficere connotatum Propoſitionis, (nam ſe tenet id ex parte ſubjecti) & cõſpicis tandem ñ* ſignificare quod particula *non* afficiat ipſammet connotationem) ſeu verbum adiectivum, quod ſe tenet ex parte ſubjecti: & *ñ. ſignificare, quod eadem particula *non* debet exulare à ſubjecto, & afficere copulam *eſt*, quæ intereſt ſubjecto, & p̃dicato. Recognoſce poſita exempla, & hanc doctrinam retine illâ enim utemur in Dialecticâ cùm artem condendi obliquos ſyllogiſmos tradamus.

De æquipollentia Propoſitionum.

XI.

Quæ æquivalentes ſunt, & eidem judicio mentali correſpondent, aut ſaltem eamdẽ veritatem ſignificant, æquipollentes nominãtur. Si unica ſit in propoſitionibus quãtitas facili negotio æquivalentia, aut etiam coincidentia dignoſcitur. Sunt enim æquivalentes iſti termini. MXLI.

A.	*Omnis eſt.*	E*ñ.	*Nullus non eſt.*
E.	*Nullus eſt.*	A*ñ.	*Omnis non eſt.*
NI.	*Non aliquis eſt.*	E.	*Nullus eſt.*
I.	*Aliquis eſt.*	Ne.	*Nonnullus eſt.*
I*ñ.	*Aliquis non eſt.*	Ne*ñ.	*Nonnullus non eſt.*

Si duplex ſit quantitas major erit terminorum varietas, & Obliquæ Logicæ ſtudioſus majori perſpicaciâ indigebit. Conſidera propoſitiones ſubſequentes.

Æquipollentes.

Omnis ſanctus amat omnem proximum.	A*a.
Nullus ſanctus non amat omnem proximum.	E*ña.
Nullus ſanctus aliquem proximum non amat.	E*(i)ñ.
Omnis ſanctus nullum proximum non amat.	A*(e)ñ.

Æquipollentes.

Omnis ſanctus habet nullum peccatum.	A*e.
Nullus ſanctus habet aliquod peccatum.	E*i.
Non aliquis ſanctus habet nullum peccatum.	Ni*i.

hoc eſt. Non eſt aliquis ſanctus, qui aliquod peccatum habeat. *Et ſunt vera, ſi agatur de peccato mortali.*

Æquipollentes.

Omnis homo habet aliquem defectum.	A*i.
Nullus homo habet nullum defectum.	E*e.
Non aliquis habet nullum defectum.	Ni*e.
Non aliquis non habet aliquem defectum.	Ni*ñi.
Non aliquis habet non aliquem defectum.	Ni*ni.

Tres poſteriores poſſent ad congruentiores terminos reduci, ſi diceremus, Non eſt aliquis, qui habeat nullum defectum. Non eſt aliquis, qui non habeat aliquem defectum. Non eſt aliquis qui non aliquem (qui nullum) habeat defectum. Ni,q*e. Ni,q*ñi. Ni,q*ni. Ni,q*e.

Æquipollentes.

Omnis monoculus aliquem oculum nõ habet.	A*(i)ñ.
Omnis monoculus aliquo oculo caret.	
Omnis monoculus nonnullũ oculũ nõ habet.	A*(ne)ñ.
Nullus monoculus habet omnes oculos.	E*a.
Omnis monoculus habet non omnes oculos.	A*na.

His ergo poſitis non erit difficile omnem hanc æquipollentium varietatem ad unicam Tabellam reducere.

A*A. E*ña. E*(i)ñ. A*(e)ñ.
A*E. E*i. Ni*i.
A*I. E*e. Ni*e. Ni*ñi. Ni*ni.
A*iñ. A*(ne)ñ. E*a. A*na.
E*a. A*iñ. A*(ne)ñ. A*na.
E*e. A*i. Ni*e. Ni*ñi. Ni*ni.
E*i. A*e. Ni*i.
E*(i)ñ. A*a. E*ña. A*(e)ñ.

Particulares ex univerſalibus prępoſitâ negatione eruuntur; notum enim eſt hæc ſyn-

categorematata apud omnes æquivalentia judicari.

Omnis. Nullus non.
Nullus. Omnis non. Non aliquis.
Aliquis. Nonnullus.
Aliquis non. Nonnullus non. [*Non omnis*]

Sed de ſyncategoremate *Non omnis*, aliqua inferius cum agam de Herculis Logici labore ſecundo.

De oppoſitione Obliquorum.

XII.

MXLII. PRopoſitiones obliquæ, tametſi a parte rectorum coïncidant, poſſunt & ſolent ratione obliquorum opponi. Proponam igitur aliquot paradigmata, ut hæc materia meliùs intelligatur. [Laminam ſecundam adito, & in eâ figuram IX. X. XIII. XIV. XVII. & XVIII. contemplator.]

Et quidem, tametſi omnia tam clara ſint, ut commẽtatio non indigeant, adhuc pauca ſubſcribam ut omnia meliùs intelligantur.

Dico igitur illas propoſitiones.

Exponitur figura nona.

Video omnes.
Video nullos.
Video aliquos.
Aliquos non video.

æquipollere his pertinentibus ad antiquam Dialecticam: videlicet.

Omnes videntur à me.
Nulli videntur à me.
Aliqui videntur à me.
Aliqui non videntur à me.

Omnes enim ſunt pluralis numeri; nec indigent novâ expoſitione: quo enim modo plurales Propoſitiones opponantur, iam docuimus ſuperius, cùm de ejuſmodi Propoſitionibus & earumdem oppoſitione diſputavimus. Repeto tamen, nec has

Quo modo opponantur Omnes & Aliqui non Nulli & Aliqui.

Omnes videntur à me.
Aliqui non videntur à me.

nec etiam has.

Nulli videntur à me.
Aliqui videntur à me.

eſſe contradictorias, ſed contrarias; licèt enim eſſe ſimul veræ nõ poſſint, poſſunt nihilominùs eſſe ſimul falſæ. Nam, ſi ſint decẽ lapides, quorum novem video, unum nõ video, eſſet falſum omnes videri à me; quod ſi unicum viderem, & novem alios non viderem, tunc eſſet falſum dicere aliquos videri à me: falſum nullos videri à me; quia iuxta cõmunem hominũ ſenſum hæc propoſitio, *Nulli videntur*, etiam unum excludit, vel aliàs in legem tarò poſſet homo ſolus peccare: nam Legiſlatores in plurali loquuntur, & nihilominus ſingulis præceptum imponunt. Primæ ex XII. Tabulis inſcriptum erat. *Divos caſtè adeunto, Pietatem adhibento, Opes amovento, qui ſecùs faxit, Deus ipſe vindex erit.* Nota illud, *faxit* & collige vel uno ſublato individuo univerſalem numeri pluralis falſam reddi.

Leges in plurali feruntur, & tamen obligant quemcumque ſingulari.

MXLIII. Tranſeo figuram XIII. & in ipsâ omnia reperio clara, quoniam iſtæ propoſitiones.

Exponitur figura tertiadecima.

Video omnem.
Video nullum.
Video aliquem
Aliquem non video.

æquipollent ſequentibus

Omnis videtur à me.
Nullus videtur à me.
Aliquis videtur à me.
Aliquis non videtur à me.

De quarum oppoſitione nulla nova inſurgere poteſt difficultas.

Figura decima has propoſitiones conferebat, videlicet.

Exponitur figura decima.

Sum omnia omnibus.
Sum nulla omnibus.
Sunt aliqua quæ ſum omnibus.
Sunt aliqua, quæ non ſum omnibus.

& ut oſtendam omnes eſſe ſimul falſas poſſe, illas à Theopompo pronũciari ſuppono: à Theopompo, inquã, qui Petro aliquid eſt, & nulli omnia, multis nihil. Prima ergo propoſitio in ore Theopompi falſa eſt, falſa ſecunda, falſa tertia, quarta, & quinta ſi æquivaleat huic, *Sum aliqua omnibus, non tamẽ omnia*, aut etiam huic, *Sum aliquid omnibus, non tamen omnia*, etiam eſt falſa. Ergo ut in Paradigmate videre licuit, inter nullas intercedit oppoſitio contradictoria.

Tranſeamus igitur ad ſeptimam-decimam figuram, & iubeamus, quod idem Theopompus has propoſitiones pronunciet: videlicet.

Exponitur figura decima-ſeptima.

Sum omnibus omnia.
Sum nullis omnia.
Aliquibus ſum omnia.
Aliquibus non ſum omnia.

Et dicam omnes eſſe ſimul falſas, adeòque inter ipſas nullam contradictionem inveniri.

Procedamus ad decimam-quartam: in illa enim has propoſitiones reperio.

Exponitur figura decima quarta.

Sum omni omnia.
Sum nulli omnia.
Alicui ſum omnia:
Alicui non ſum omnia.

Quibus exactè æquivalent.

Omnis homo habet in me omnia.
Nullus homo habet in me omnia.
Aliquis homo habet in me omnia.
Aliquis homo non habet in me omnia.

de quarum ſubalternatione & oppoſitione nulla poteſt oriri difficultas.

Et his examinatis figuram XVIII. recognoſcamus. In ipſa hæ propoſitiones conferuntur, nimirùm. *Exponitur decima-octava figura.*

Sum omni omne.
Sum omni nihil.
Sum omni aliquid.
Eſt aliquid quod non ſum omni.

De quarum veritate & falſitate, aut etiam ſubalternatione aut oppoſitione nolo iudicare, quouſque has æquipollentes ſubſcribam.

Omne auxilium datur à me omni Amico.
Nullum auxilium datur à me omni Amico.
Aliquod auxilium datur à me omni Amico.
Aliquod auxilium non datur à me omni Amico.

Et hæ, quia legibus communis Logicæ reſpondent non implicabunt nos ulterioribus Difficultatibus.

XIII.

MXLIV. *An omnia errent in omnibus.*

LEgebam Cyriaci Lentuli libellum, qui *Nova Renati des cartes ſapientia; faciliori, quàm ante hac,*

hat, methodo detectata, inſcribitur: & quia in ipſo non ſemel accuſatur Carteſius, quod omnes priores in omnibus erraſſe aſſeruerit, volui ſupponere hanc poſitionem. Omnes errant in omnibus: aut potius hanc: Omnis errat in omni, (ne immiſcerē difficultatibus difficultates, pluraliū enim enunciationū oppoſitio difficilis cognitu eſt, ut videmus.) falſa eſſe: & quia ejus falſitati opponetur alterius enuntiationis veritas, operæ pretiū judicavi inquirere, quænam eidē ſubalternentur aut opponantur. Quære laminam primam, & conſidera figuram tertiam.

MXLV. Exponitur tertia figura.

De harum propoſitionum ſubalternatione nihil dico, loquitur enim ipſa figura nec indiget explicatione: De oppoſitione, quia quodammodo videtur obſcurior, ſubſcribo hæc pauca.

Hæc propoſitio. *Omnis errat in omni* contrariatur huic, *Nullus errat in omni*. confalſæ enim ſunt, & eſſe converæ non poſſunt. Etiā contrariatur huic: *Nullus errat in aliquo*: eſt enim falſa utraque, nec dabis in ſimili forma ſimul veras. At contradicit huic: *Aliquis nō errat in omni*, ac propterea etiam huic. *Aliquis non errat in aliquo*: Et hinc patet quo opponatur modo hæc. *Nullus errat in omni*, cæteris affirmativis, Diſparatæ ſunt iſtæ propoſitiones.

Omnis errat in aliquo,

Aliquis errat in omni.

Non repugnat eſſe ſimul veras, aut ſimul falſas, & ſi agamus de tali hominum genere & brevi tempore iam erunt confalſæ de facto, & iam converæ. Idem dixero de his negativis,

Nullus errat in aliquo.

Aliquis non errat in omni.

Eſſent enim converæ, ſi nemo erraret: & confalſæ, ſi omnis erraret in omni. Etiam ſunt diſparatæ hæ.

Omnis errat in aliquo,

Aliquis non errat in omni.

nàm eſſe poſſunt ſimul veræ, & ſimul falſæ. Veræ ſimul ſi omnes in aliquo errarēt, & in aliquo non: falſæ ſimul ſi nullus erraret, & illud *non* ſecūdæ afficeret categorema. *Omne*, ut tota propoſitio æquivaleret huic. *Aliquis errat in nō omni*, qui enim non errare in omnibus dicitur, errare in aliquibus, & in cæteris non errare aſſeritur.

Quid ſit Non omne?

At verò videntur eſſe contrariæ iſtæ duæ.

Omnis homo errat in aliquo,

Nullus homo errat in aliquo.

& ſubcontrariæ iſtæ duæ

Aliquis homo errat in aliquo,

Aliquis homo non errat in aliquo.

illæ duæ univerſales ſunt de facto falſæ, nā Chriſtus eſt homo, & tamen non errat in aliquo: at eſſe ſimul veræ non poſſunt: iſtæ duæ particulares non poſſunt eſſe ſimul falſæ, at ſunt de facto ſimul veræ, prior, quia Iudas, & alii multi homines errant: poſterior, quia Chriſtus, (& etiam Beata Virgo) non errat.

An Chriſtus erraverit in aliquo? Aut idem de B. Virgine dicendum ſit?

XIV.

Ex his facili negotio colligetur, quo debeāt modo componi inter ſe iſtæ propoſitiones.

Omnis errat in nullo,		Nullus errat in nullo	
Aliquis errat in nullo,	Omnis in aliquo nō errat	Aliquis non errat in nullo	Nullus in aliquo nō errat,
Aliquis in aliquo non errat,		Aliquis nō in aliquo nō errat.	

Singulæ æquivalent propoſitionibus alius Diagrammatis, ut ex compoſitione innoteſcet.

Æquipoll. { *Omnis errat in nullo* / *Nullus errat in aliquo.* }

Æquipoll. { *Aliquis errat in nullo* / *Aliquis non errat in aliquo.* }

Æquipoll. { *Aliquis in aliquo non errat* / *Aliquis non errat in aliquo.* }

Æquipoll. { *Nullus errat in nullo,* / *Omnis errat in aliqua.* }

Æquipoll. { *Aliquis non errat in nullo.* / *Aliquis errat in aliquo.* }

Æquipoll. { *Nullus in aliquo non errat* / *Omnis errat in aliqua.* }

De Oppoſitione Copularum.

XV.

MXLVI. An duæ qualitates contrariæ, ut frigus & calor, poſſint de abſoluta potentia eſſe ſimul in eodem ſubiecto, & in gradu intenſiſſimo?

INter *eſt*, & *non eſt*, aut etiam *currit*, & *nō currit*, *legit*, & *non legit*; &c. eſt oppoſitio notiſſima: præter quam datur oppoſitio quoad modum ut videre eſt undecimâ & decima-nonâ figurâ: quarum illa abſolutam potentiam, & iſta ordinariam concernit; non enim poteſt de abſolutâ ſuâ potentiâ facere Deus, quod idem lignum & totaliter ardeat & ſimul totaliter non ardeat, at fortè poteſt facere quod ſimul ſit intensè calidum & intensè frigidum; quod ſi intenſiſſima qualitas oppoſitæ qualitatis omnes gradus excludat, etiam figura XIX. potentiæ abſolutæ reſpondebit.

Omnia quæ in undecimâ figurâ ponuntur, & vera & facillima ſunt, quoniam iſtæ propoſitiones.

Totaliter (omnimodè, ſeu ſimpliciter) ardet:

Totaliter (omnimodè ſeu ſimpliciter non ardet:)

Partialiter (aliquomodò ſeu ſecundum quid) ardet:

Partialiter (aliquomodo, ſeu ſecūdū quid) nō ardet:

Exponitur figura undecima.

æquipollent iſtis.

Omnis pars huius corporis ardet.

Nulla pars huius corporis ardet.

Aliqua pars huius corporis ardet.

Aliqua pars huius corporis non ardet.

Ex quibus demonſtratur oppoſitio, & ſingularum poſitionum collatio.

Expoſitio figuræ decimæ-nonæ.

In decimâ-nonâ figurâ intenſiſſimus calor opponitur contrariè intenſiſſimo frigori, [nomine autem intenſiſſimi illud intelligam, qui totum expulit contrarium: de vocibus non diſputemus, tu me ſequere.] ergo qualitates, intenſiſſimæ ſimul abſunt, at ſimul non adſunt. Ergo ſi calor intenſiſſimus totum expulit frigus, & frigus intenſiſſimum totum calorem, inter omnem calorem & aliquod frigus, nec non inter omne frigus & aliquem calorem, oppoſitio erit contradictoria, ut in figurâ expreſſum fuit. Calor remiſſus cūm frigore remiſſo cōpatitur, imò abeſſe frigori remiſſo iuxta communes corporeæ naturæ leges nō ſolet, imo & nō poteſt: & hanc obrē, quia coïncidūt,

in eandem cellulam poſita ſunt, & opponuntur contradictoriè, tàm calori intenſiſſimo, quàm frigori intenſiſſimo.

De Modis eſſendi.

XVI.

MXLVII. Quid ſit modus eſſendi. MOdus eſſendi extremorum conſiſtit in copulâ, à quâ illa habent, quòd vario ſe componant reſpectu; hanc ob rem, poſtquam de copulis paucula diximus, volumus aliqua ſubſcribere de eſſendi modis, hoc eſt, de ipſarū copularum modis. Proderunt illa meo Lectori, ut antecedentia meliùs retineat, & ſubſequentia meliùs capiat. Ad rem venio.

Modi eſſendi ſunt multi: & decem præcipuos, quos multa vix poſſent exponere, hæc duo Carmina, (ſi carmina vocari poſſunt) ſummâ brevitate proponunt.

I.a. II.e. III.Y. IV.o. V.u.

Res Eſt, Exiſtit, Æternum, Semper, & Unquam.

VI. VII. VIII. IX. X.

Æquivocè, Haud aliud, Nunquam, Comitatur, & Eſt nunc.

Percurram Modos ſingulos, & exemplis breviſſimis dilucidabo.

Eſſe æquivocè. Eſt æquivocè (ut à ſecundo carmine & ſexto eſſendi modo initium ſumam) *canis*, ſydus, piſcis, & animal, quia nomine mero conveniunt: ut cū dicimus, *Sydus & lapis ſunt* (6.) *canes.*

Eſſe negativè. Eſt negativè calidum, quod poſitivè non eſt frigidum: & negativè ſimplex, quod poſitivè non eſt multiplex: hoc ſenſu poteſt & ſolet Thomiſta dicere. *Materia prima præciſa à formâ.* (7.) *eſt una*; quæ propoſitio propter notam illam (7.) æquivalebit huic, *Materia prima præciſa à formâ eſt una negativè; quippe quæ non eſt multiplex poſitivè.*

Eſſe identicè. Eſt identicè, cùm verbum exercet vices copulæ in propoſitione eſſentiali, ut quando dicimus: *Homo eſt* (1) *animal rationale.* hoc eſt, *Prædicata eſſentialia hominis ſunt animal & rationale.* Hùc reduci poterit Eſſe poſſibiliter, ut ſi quàdo

Eſſe poſſibiliter. extremorum nulla eſſe repugnantia dicatur: pono exemplum: *Petrus eſt albus* hoc eſt, *Non repugnat quod Petrus ſit albus.* Hùc etiam reduci

Eſſe conditionaliter. poterit eſſe Conditionaliter, & Hypotheticè; ut cùm nihil aſſerimus, ſed aſſertum ab aliis, ſi ſit Verum ſupponimus, ut cùm dicimus: *Terra mobilis eſto*: hoc eſt, *Scimus terram quieſcere, at exercitii & eruditionis gratiâ ſupponamus illā mobilē eſſe.*

Eſſe nunquam. Eſt in nullo tempore iuxta Thomiſtarum doctrinam, creatura, quæ verè ſit & tamen nullo tempore ſit: & hoc exprimimus dicendo, *Angelus* (8.) *eſt.*

Eſſe unquam. Eſt tempore quidem ſed indeterminato, aoriſtico, & ut clariùs loquar, à præterito præſenti, & futuro abſtracto, ut cùm dicimus: *Ioannes* (5.) *eſt.*

Eſſe actu. Eſt nunc in tempore præſenti, & actuali; prout hoc tempus à præterito, & futuro diſtinguitur, ut ſi dicamus, *Ego* (10.) *ſum.*

Eſſe ſemper. Eſt ſemper, hoc eſt, fuit, eſt, & erit, per ampliationem temporum, & hæc exiſtentia ſucceſſionem importat, ut ſi dicamus, *In opinione Ariſtotelis Mundus* (4.) *eſt.* hoc eſt *fuit, eſt, & erit.*

Eſſe æternaliter. Eſt æternùm, hoc eſt ſimul; & hæc exiſtentia omnia tempora imbibit at omnem excludit ſucceſſionem: ut cùm dicimus *Deus* (3.) *eſt*, hoc eſt, *Deus habet infinitam & ſimultaneam durationē ut cuius ab æterno & in æternum ſimul omnibus temporibus eſt præſens.*

De Modis ineſſendi, & eorumdem oppoſitione.

XVII.

MXLVIII. Varii modi ineſſendi, enumerantur. DIcitur aliquid ineſſe in alio modis tredecim; nam I. Pars eſt in Toto. II. Totum in Partibus. III. Genus in ſpecie: IV. Differentia in ſpecie: V. Species in genere: VI. Natura in Subſiſtentia VII. Formâ in Materia: VIII. Materia in Formâ: IX. Effectus in cauſâ, [aut efficiente, aut finali, aut etiam exemplari.] X. Cauſa in effectibus: XI. Contentum in Continenti: XII. Locatum in Loco, XIII. Res in tempore: Proderit ſingulos modos explicare.

Et explicantur. Pars eſt in toto intrinſecè; illud enim intrinſecè componit. Totum eſt in partibus, ut in rebus habitis. Nam totum eſt, quod habet Partes. Genus eſt in ſpecie, ut materia Logicâ. Differētia eſt in ſpecie, ut forma logica. Species ſunt in genere, ut partes poteſtativæ in ſuo toto. Subſiſtentia; quoniam Natura à ſubſiſtentia ſuſtentatur. Formâ eſt in materiâ tanquā in ſubjecto. Materia eſt in formâ, tanquam in Cauſâ denominationis; corpus n. ab Anima animale, & ab Albedine vocatur Album. Effectus ſunt in Cauſâ, ut in principio, & in multis Cauſis idem eſt producere, quàm decidere realem aliquam ſuæ entitatis partem. Cauſa (efficiens, finalisq;) in effectu velut indice, ex quo poſſit cognoſci. Contentum à continente clauditur. Et in Tēpore Rei perſiſtentia extēditur & menſuratur. Dantur & alij adhuc inexiſtendi Modi, ſed præcipuos ſufficiat explicaſſe.

Relativa oppoſitio. Inter terminos relativos indiſpenſabilis eſt oppoſitio: quoniam eo ſenſu, quo A. eſt in B. eodem B. non eſt in A: Conſulto dixi eodē ſenſu, aut clarius eodem reſpectu, quia relatione mutatâ pars poterit componi ex totis [nam denarius eſt pars centenarij, & componitur duobus quinariis, qui ſunt quædam tota ex quinis unitatibus coaita.] & denominationes multæ mutari. Conſidera converſiones ſequentes

Manus eſt pars corporis,
Corpus igitur non eſt pars manûs,
Totum componitur ex partibus,
Pars igitur non componitur ex totis.
Genus contrahitur per differentiam:
Differentia igitur non contrahitur per genus.
Anima informat corpus:
Corpus igitur non informat animam.
Cauſa producit effectum,
Ergo effectus non producit cauſam.
Petrus eſt in cubiculo,
Cubiculum igitur non eſt in Petro.
Menſis eſt in anno,
Annus igitur non eſt in menſe,

Fortè darentur alij inexiſtendi modi, qui carerent oppoſitione poſitâ; nam ſi duo corpora penetrata ſibi mutuò exiſtere dicerentur, eodē

modo

Inexiſtentia Theologica. *Quo modo una perſona divina ſit in alia?*

modo eſſet A. in B. quo B. in A. at nos ſolùm illoa voluimus enumerare modos qui opponuntur. Porrò in Divinis inexiſtentia ſine oppoſitione reperitur, ait enim Chriſtus, *Ego in Patre, & Pater in me eſt*, ſed quo debeat id intelligi ſeſu aptiuri loco declarabitur. Omnes iſti ineſſendi modi duo extrema neceſſariò ſupponunt, nemo enim in ſeipſo eſt, ut pars, neque totū, nec ut materia, nec ut forma, nec ut cauſa efficiens, &c. Hinc patet ſummo Lactantiū Firmianū errore affirmaſſe, *Deū feciſſe ſeipſum*: nam ſi faciebat, erat, & ſi fiebat non erat, adeòque & erat, & non erat ſimul. Graviùs erravit quàm Lactantius, Carteſius, aſſerens Deum eſſe à ſe poſitivè, quia cùm natus fuerit tempore excultiſſimo, & maximo ingenio fuerit prædītus, quicunq; in illo error eſt major, ſed alibi vexatus ab Antagoniſtâ, verba ſua obtorquet, & ita meorem explicat, ut non jam *Deus ſit Ens poſitivè* ſed *Ens à ſe poſitivum*.

Lactantii error. *Carteſii error.* *An Deus ſit à ſe poſitivè?*

De Modis priùs poſterius, ſimul & eorundem oppoſitione.

XVIII.

MXLIX. Quot illi ſint?

PRiùs, & poſteriùs notæ ſunt voces, & tamen octo modis apud Philoſophos verificantur, I. Realiter. II. Ex naturâ rei. III. Origine: IV. Ratione ratiocinatâ. V. Ratione ratiocinante. VI. Ordine. VII. Dignitate: VIII. Cauſalitate. Addidi ego prioritatem hypotheticam, ſeu conditionalem, quæ in Theologicis ſummam claritatem communicat obſcuriſſimis difficultatibus: Explico terminos. Illud eſt *prius realiter*, quod vel tempore vel ſaltem aliquo reali inſtanti præit, ut privatio, quæ eſt entis naturalis principium; nam multorum ſententiâ, debet realiter præcedere fomam. *Prius naturâ* dicitur univerſale; nam contrahitur per differentias poſteriores. *Originis prioritas* à Theologis inventa eſt, ut exponant, qui Pater æternus nō ſit cauſa filii, & tamen eum generet. *Ratione ratiocinatâ*, illud dicitur prius quod concipitur eſſe ante alterum, & differt ab eo, quod eſt Prius *ratione ratiocinante*; quoniam aliud eſt concipere ſubſtantiam eſſe priorem accidentibus, & aliud concipere ſubſtantiam priùs, & accidentia poſteriùs, prior enim prioritas ſe tenet ex parte objecti, & poſterior ex parte actuum mentalium tantum. *Ordine* prior eſt binarius, quàm ternarius. *Dignitate* illud dicitur Prius, quod eſt nobilius, & tandem *Cauſalitate* omnis cauſa eſt prior ſuo effectu, eò ſenſu quo eſt cauſa; ſed hęc Prioritas, & Poſterioritas, Independentia & Dependentia eſt,

Modi eſſendi explicantur.

Realis prioritas.

Realis Prioritas cæteris notior, & in exemplum poni debet. Non puto Prioritatem & Poſterioritatem reales opponi, nec valere hanc conſequentiam: Eſt prior, Ergo non eſt poſterior: nam materia prima Animâ equi eſt prior, & eâdem ipſiſſima poſterior: quoniam materia prima equi eſt coæva mundo, durabit quamdiu mundus: cùm tamen certum ſit equi animā, quæ producta fuit heri, poſt annos pauculos interituram: quamobrem materia fuit hâc animâ hinnibili plurimis annis prior: erit multis annis poſterior: Ergo tota oppoſitio verſabitur inter Prius & Non priùs: & inter Poſterius, & Non poſterius.

Sunt animæ materiales mortales.

Sed quo iſti termini modo cooptabuntur Figuræ? quo ſubalternabuntur, & ordinabuntur? Conſidera Paradigma XII. quod hæc adverbia *Antè. Poſt. Simul.* & eorumdem negationes coordinat, & poſtea ad Paradigma XVI tranſi, in quo iſta adverbia, *Infrà. ſuprà, ſimul*, & eorumdem negationes ad ordinē aptum rediguntur,

Non opponuntur Prius & Poſterius; ſed Prius & Non prius: Poſterius & Non Poſterius.

Iſtæ particulæ non ſolùm relativæ, ſed etiam comparativæ ſunt, & ut bene intelligantur, aliquid de Comparativis aut etiam Superlativis ſubjungemus: nam ad obliquas omnes propoſitiones Comparativæ pertinent; nam in ipſis iſta ſemper componuntur extrema, ut alterum in recto, & alterum in obliquo ſit, ut cùm dicimus, *Petrus eſt doctior Paulo: Franciſcus eſt Alexandro generoſior*, &c.

DISPUTATIO II.

De Propoſitionibus Comparativis.

ML. Quàm neceſſaria ſit Comparativorum cognitio?

COmparationis energiā Vir Theologus ignorare non debet; multa enim à Doctoribus antiquis & junioribus dicta, quæ comparationem involvunt. Frequenter enim legimus, hanc ſententiam eſſe probabiliorem, communiorem, iſtam tutiorem; quas cenſuras nemo intelliget, qui rigorem comparativorum ignoret,

I.

Quid comparatio ſit?

Comparatio, tam obvia res eſt, ut non poſſit aliter, quàm per ſynonima explicari. Eſt ergo Comparatio duarum rerum ſimilium inter ſe collatio: & eſt duplex; videlicet Propria, & Impropria. Ad propriam comparationem neceſſe eſt poſitivum ejus accidentis in quo fit comparatio (nota id bene) utrique earum rerum, quæ comparantur, verè attribui. Quamobrem hæ non ſunt comparationes propriæ: *Petrus eſt candidior Æthiope. Ebur eſt nigrius lacte. Creatura eſt ignobilior Creatore. Deus eſt melior Diabolo.* cùm hæ orationes veræ eſſe non poſſint, videlicet, *Æthiops eſt candidus, Lac eſt nigrum, Creator eſt ignobilis, Diabolus eſt bonus*: Id quod Ariſtoteles quoque docet, ubi ſecundam qualitatis proprietatem explicat his verbis; ἁπλῶς δὲ, ἐὰν μὴ ἐπιδέχηται ἀμφότερα τὸν τῦ προκειμένου λόγον, ὐ ῥηθήσεται θάτερον τ̃ ἑτέρου μᾶλλον hoc eſt, Col: *Omnino autem niſi utraque rationem*

Eſt duplex: Propria, & Impropria.

In comparatione propria debet poſitivum in utroque extremo reperiri.

tionem ejus rei de qua agitur, recipiant, nunquam alterum altero magis minuſve dicetur. Arg. *Simpliciter ſi non ſubeant ambo propoſiti rationem, alterum altero magis tale minuſve minimè dicetur.* Ergo in Comparatione propria requiritur, ut illa ratio, quæ excellentiùs reperitur in uno, minùs excellenter reperiatur in altero. Quam ob rem hæc Naſonis inſtantia.

Buſiridis crudelitas.

> *Sævior es triſti Buſiride; ſævior illo,*
> *Qui falſum lento torruit igne bovem.*
> *Quique bovem Siculo fertur donaſſe Tyranno,*
> *Et dictis artes conciliaſſe ſuas.*

Ut ſit vera, requirit, ut ſit crudelis ille qui comparatur, ut & ſint etiam crudeles illi quibuſcum comparatur; & tandem ut plus ille habeat feritatis, quàm iſti: ſic etiam hæc poſitio: *Nix eſt candidior chartâ*, ita debet exponi, *Nix eſt candida, & charta etiam eſt candida, non tamen tam candida eſt charta quàm nix*: Et conſequenter hæc: *Iſta opinio probabilior eſt, quàm oppoſita*, æquivalebit his: *Hæc opinio eſt probabilis, oppoſita eſt etiam probabilis, at oppoſita non eſt tam probabilis, quàm hæc*: cujus veritatis notitia multum olim prodeſſe poterit.

An ſit bona conſequentia: Hæc opinio eſt probabilior ergo oppoſita erit probabilis!

II.

MLI. De comparatione impropria

Sciendum nihilominùs eſt apud multos authores, qui inconcinnè loquuti, reperiri collationes, & comparationes improprias: ſi aliquando enim accidens, in quo fit comparatio alteri tantùm, aliàs neutri extremo comparationis competit: Pono exempla: *Hæc Virtus peccato melior eſt*, incidit in hanc: *Virtus eſt bona, & peccatum bonum non eſt*, & hæc *Hæreſis melior eſt Atheiſmo*, in hanc, *Atheiſmo hæreſis minus mala eſt*, quæ ſic exponitur, *Atheiſmus eſt malus, & hæreſis etiam eſt mala, non tamen tam mala eſt hæreſis, quàm atheiſmus.* Hæ duæ Phraſes, *Petrus eſt doctior Paulo*, & *Petrus eſt magis doctus quàm Paulus*, æquipollentes ſunt. Neminem magis doctiorem dicimus; at in Matthæi Evangelio has lineas legimus: *Reſpicite volatilia cæli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater veſter cæleſtis paſcit illa? Nonne vos magis pluris eſtis illis?*

Matth. 6.

Magis plus.

Obſervatio Moralis.

III.

LII. De probabilitate opinionum.

Legis Morales authorum optimorum libros, & quia nonnunquam illi ſuam ſententiam veriorem & probabiliorem appellant, & nos diximus non poſſe alteram opinionem eſſe probabiliorem, quin altera probabilis ſit, Inquiris, *An ipſi poſſint pro contraria opinione probabilitate citari?* Reſpondeo veteres valde impropriè loquutos, & juniores non omnes eſſe doctos, adeòque nec ipſos ſemper dignos, qui citentur; at judicandum Authores claſſicos omnes omnia accuratè ſcripſiſſe; & ſi dixerunt hanc opinionem meliorem, tutiorem, & certiorem oppoſitâ, ſenſiſſe omninò oppoſitam bonam, tutam, & certam; & per conſequens pro probabilitate oppoſita citari poſſe. Quam ob rem prudens hoc judicium exiſtimo: Vaſquez ſenſit hanc eſſe ſententiam probabilem; quia tametſi illam rejiciat, & impugnet, ſuam quam ſequitur, tantummodò vocat probabiliorem.

Vide Metrologicam meam Dialecticam, ubi ex profeſſo hanc controverſiam tracto.

Comparativarum Converſio.

IV.

AD earundem Comparativarum Converſionem me confero: tot enim expedienda ſunt, ut longus eſſe in toto hoc libro debeam, etſi in ſingulis capitibus ſim breviſſimus: quia capita breviſſima, ſi multa ſint, longum librum conficient.

MLIII. Primus modus convertendi.

Quo ergo modo comparativæ convertuntur? communi & ſpeciali: quoniam hæc Propoſitio: *Omnis homo eſt doctior Ioanne*, juxta regulas communes, traditas in antiquâ Dialecticâ, tranſit in hanc, *Aliquis, qui eſt doctior Ioanne, eſt homo*, Convertitur ergo per accidens, & non ſimpliciter; hæc enim propoſitio, *Omnis, qui eſt doctior Ioanne, eſt homo*, falſa eſt: Nam Archangelus Michael eſt doctior Joanne, & tamen ille homo non eſt. Eadem etiam propoſitio, *Omnis homo eſt doctior Ioanne*, juxta ſpecialem converſionis Legem, quam nunc ſuggero, tranſit in hanc, *Ioannes eſt minus doctus omnibus hominibus*, aut etiam in hanc, *Ioannes eſt indoctior omnibus hominibus*, nam indoctior ſtando communi & vulgari vocum acceptioni, non dicit formam oppoſitam doctrinæ, nec omnimodam carentiam doctrinæ, ſed ſolùm doctrinam remiſſiorem. Poteſt etiam alio modo fieri converſio; nimirùm, ſi aſſerens ſimpliciter in negativam tranſeat. Addo exempla.

Secundus modus convertendi.

Quid comparativa privativa ſignificent.

Ferdinandus eſt prudentior Petro:
Ergo Petrus eſt minus prudens Ferdinando.
Ergo Petrus eſt imprudentior Ferdinando.
Ergo Petrus non eſt prudentior Ferdinando

Joannes civilior eſt Paulo.
Ergo Paulus eſt minus civilis Joanne.
Ergo Paulus eſt incivilior Joanne,
Ergo Paulus non eſt civilior Joanne.

Aurum eſt gratius argento,
Ergo Argentum eſt minus gratum auro.
Ergo Argentum eſt ingratius auro.
Ergo Argentum non eſt gratum auro.

In quibus prima, & tertia conſequentia ſemper ſunt bonæ; ſecunda etiam erit bona, ſi adjectivum ſumatur remiſſivè, ita ut non neget formam, ſed remittat. Verùm quia nec ſemper, nec omnes, illa hoc modo volunt nomina intelligere, poterit meus lector aut à ſecundâ conſequentiâ abſtinere: vel ſi placeat illâ uti; quo ſenſu verba capiat, poterit explicare.

De

De Superlativis.

V.

MLIV. An omnis ſuperlativa ſit comparativa.

OMnis ſuperlativa eſt comparativa; ſed non contra, ſola enim comparatio, quæ omnes reſpicit, ſuperlativa eſt, hæ enim propoſitiones, *Cicero Romanorum fuit eloquentiſſimus*, *Ariſtoteles inter Græcos ingenioſiſſimus*, *Annibal è Carthaginenſibus fortiſſimus*, æquipollebunt his, *Cicero fuit eloquentior univerſis Romanis*, *Ariſtoteles omnibus Græcis ingenioſior*, *Annibal fortior cunctis Carthaginenſibus*. Hinc eſt, quòd de Superlativis nihil ſit ſpeciale dicendum; ſed debeam de illis, ut de Comparativis nuper expoſitis, philoſophari.

Alius modus exponendi ſuperlativa.

Sic ego Superlativa expono, & ſummâ cum facilitate me expedio, alii aliter, & ne meus Lector careat notitiâ aliquâ utili, eorumdem ſententiam ſubſcribo. Sic rem explicat Auguſtinus Hunnæus [Enuntiationes ex ſuperlativo conſtantes ait, hinc difficultatem habere videntur, quod ſuperlativus nunc per affirmationem, nunc per negationem exponatur. Si per affirmationem exponere libeat, quæ expoſitio maximè propria eſt, (quemadmodum natura trium graduum arguit, exigens rem ſuperlativo denominatam tertio velut gradu ſuperare, ut eruditiſſimè Laurentius Valla docet libro ſuarum elegantiarum primo) ſequeris hoc paradigma, *Cicero eſt Romanorum eloquentiſſimus*, id eſt, *Cicero eſt Romanus eloquens, & alii plerique Romani item ſunt eloquentes: verùm Cicero cæteros Romanos omnes eloquentia vincit*: Si verò per negationem interpretari placeat, imitaberis hoc exemplum, *Subſtantia eſt genus ſupremum*, id eſt, *Subſtantia eſt genus altum, & alia pleraque ſunt alta genera, nihil tamen eſt, quod ſubſtantiâ ſuperius genus dici poſſit.*] Sic ille, Erat video vix, aut ne vix quidem à me differt, ſed obſcurè & involutè per plura explicat, quæ per pauciora ego & liquidiùs & clariùs.

Expoſitio per affirmationem.

Expoſitio per negationem.

Dubium incidens.

Quomodo igitur differunt iſtæ duæ poſitiones, *Ioannes eſt indoctior omnibus hominibus*, & *Ioannes eſt indoctiſſimus omnium hominum*, (aut ſi velis) *inter omnes homines, aut ex omnibus hominibus?*

MLV. Solutio.

Reſpondeo, in primâ non ſupponi Joannem eſſe hominem, quod ſupponitur in ſecundâ: Unde diſcrimen manifeſtum eſt. Recte enim dicimus, *Turcæ ſunt ditiores Chriſtianis*: non autem rectè, *Turcæ omnium Chriſtianorum* (inter *omnes Chriſtianos*) *ſunt ditiſſimi*, quia Turcæ Chriſtiani non ſunt.

Nota id bene.

VI.

De Superlativarum Propoſitionum Converſione.

De Converſione Superlativarum nihil ſpeciale dicturus ſum, ſufficiat enim dicere Comparativis eas æquipollere, & eodem modo converti debere, vel poſſe. Pono exemplum.

Hercules fortiſſimus fuit omnium hominum, hoc eſt;
Hercules fortior fuit omnibus hominibus.
Ergo omnes homines ſunt minùs fortes quàm Hercules,
Ergo omnes homines ſunt debiliores Hercule.
Ergo omnes homines non ſunt fortiores Hercule, hoc eſt, *Ergo nullus homo eſt fortior Hercule.*

VII.

Superlativarum Propoſitionum Oppoſitio.

Nihil etiam occurrit ſpeciale de ſuperlativarum oppoſitione: poſſumus enim illas, ſicut reliquas propoſitiones opponere. Interim ut omnia radicitùs capias, figuram XIX. & in ea ſingulas propoſitiones contempleris.

VIII.

Syllogiſmi è ſuperlativis Propoſitionibus formati.

Ad tertiam mentis operationem tranſeo, & explicare deſidero, quo omnia ſuperlativa modo argumentationi ſubſerviant.

Nonnullos ſyllogiſmos ſubſcribo.

Petrus eſt Doctiſſimus.
At Doctiſſimi ſunt Pauperrimi.
Ergo Petrus eſt Pauperrimus.

Sidera altiſſima ſunt rutilantiſſima.
Fixa omnia ſunt altiſſima.
Ergo & rutilantiſſima.

Ignis eſt calidiſſimus.
Aër, licet ſit calidus, non eſt calidiſſimus:
Ergo Aër non eſt ignis.

Cicero eſt eloquentiſſimus,
Cicero eſt ditiſſimus,
Ergo aliquis ditiſſimus eſt eloquentiſſimus.
Et aliquis eloquentiſſimus ditiſſimus.

Optima ſunt rariſſima,
Optima ſunt pretioſiſſima,
Ergo pretioſiſſima ſunt rariſſima.

Primus ſyllogiſmus formæ Platonicæ; ſecundus primæ figuræ Ariſtotelicæ; tertius ſecundæ: quartus & quintus tertiæ correſpondent, & omnibus regulis ſubjacent.

DISPU-

Google

DISPUTATIO III.

De Propoſitione Diſiunctivâ.

MLVI. *An propoſitiones diſjunctivæ ſint diſcretæ & obliquæ?*

SEcunda obliquarum Propoſitionum claſſis diſionctivas complectitur: eas eſſe Diſcretas nemo negare poterit, manifeſtum eſt enim plerumq; conſtare ex terminis diſtinctis realiter: cùm enim dicimus, *Hoc eſt aurum, argentumve,* duo metalla realiter diſtincta cooptamus: at eas obliquas eſſe non admittis, quia in datâ poſitione nulla eſt vox in alio caſu, quàm in recto. Interim licet fortè hæc quæſtio de nomine poſſet omitti: illam reſolvo, aſſerens hanc propoſitionem æquivalere huic, *Hoc eſt ex uno è duobus metallis, nimirùm vel ex auro, vel ex argento:*

I.

Quid & qualis diſjunctiva ſit? An particula vel ſit copula?

Diſiunctiva igitur eſt hypothetica coaleſcens ex duabus propoſitionibus, copulâ *vel* connexis: & cur particulam *vel* vocamus copulam, cùm potiùs diſiungat, quàm uniat: quia, tametſi objecta ſeparet, voces & conceptus conjungit: ut cùm dicimus.

Petrus eſt albus vel niger.
Petrus vel Ioannes loquitur.
Petrus legit, vel Ioannes ambulat,

vel ut clariùs ſingula intelligantur, hæc eadem exempla uberiùs & clariùs ſubſcribo.

Petrus eſt albus, vel Petrus eſt niger.
Petrus loquitur, vel Ioannes loquitur.
Petrus legit, vel Ioannes ambulat.

Tria exempla poſui, quorum quodlibet eſt una diſiunctiva, ex duabus ſimplicibus copulâ *vel* unitis inter ſe coaleſcens: eadem, ut magis reluceat obliquitas, tertio calamo ſcribo, ſic inquam:

Petrus eſt unum è duobus: nimirùm aut albus, aut niger, [addo & hanc: Petrus unũ è duobus facit; tacet enim, aut loquitur.]

Vnum è duobus loquitur: videlicet aut Petrus aut Ioannes.
Vnum è duobus fit: aut enim Petrus legit, aut Ioannes ambulat.

II.

Propoſitionũ diſiunctivarũ converſio.

De Diſiunctivarum Converſione multa non dicam, eſt enim facillima & tutiſſima, ut patet in datis exemplis, quæ poſſunt hoc modo converti.

Petrus eſt albus, vel Petrus eſt niger:
Ergo Petrus eſt niger, vel Petrus eſt albus.
Petrus loquitur, vel Joannes loquitur,
Ergo Joannes loquitur, vel Petrus loquitur.
Petrus legit, vel Ioannes ambulat:
Ergo Ioannes ambulat, vel Petrus legit.

In quibus æquè converſæ ac convertentes veræ ſunt.

III.

Earundẽ Propoſitionũ oppoſitio.

Nec multa ſubſcribam de earumdem oppoſitione: nam quidquid alii uberiùs & periculoſiùs ingeminent, ego ſic quæſtionem expedio. Puto debere negari totam propoſitionem, ut illi contradicatur: & exempla ſubſcribo.

Contradictoriæ { *Petrus eſt albus, vel niger.* / *Nõ eſt verũ, quod Petrus ſit albus vel niger.* }

Contradictoriæ { Petrus vel Joannes loquitur, / Falſum eſt, quòd Petrus vel Joaones loquatur. }

Contradictoriæ { *Petrus legit, vel Ioannes ambulat:* / *Non eſt verum, quòd Petrus legat, vel Ioannes ambulet.* }

DISPUTATIO IV.

De Propoſitione Conditionali.

MLVII. *An diſcreta & obliqua ſit?*

ETiam eſt diſcreta & obliqua. Diſcreta quia complecti poteſt terminos realiter diſtinctos. Obliqua, quia revera connotatis non caret, licèt carere aliquando videatur: quoniam hæc poſitio, *Si Petrus eſſet Romæ, Ioannes legeret Conſtantinopoli,* reddit hunc ſenſum: *Exiſtentia Petri Romæ eſt conditio, quâ poſitâ ſequitur lectio Ioannis Conſtantinopoli,* unde colligo omnem Conditionalẽ duas dicere propoſitiones (antecedentem & conſequentem) & illam priorem eſſe cauſam, (intrinſecam, extrinſecam, aut illativam) quâ poſitâ etiam poni debeat poſterior.

Quid in rigore ſignificent conditionales?

Conditionalis claſſes.

Et ſanè illæ duæ propoſitiones ſimplices, quæ conditionalem conſtituunt, vel tantùm differunt prædicato, vel tantùm ſubjecto, vel ſubjecto & prædicato ſimul. Pono exempla,

Petrus movetur, ſi currit. vel clariùs,
Petrus movetur, ſi Petrus currit.

Pars

Pars eſt Romæ, ſi totum eſt Romæ,
Dies eſt, ſi ſol apparet.

I.

Earundem propoſitionum converſio.

Converſio conditionalium periculoſiſſima eſt, rarò enim veritas conſervatur; & ne nova exempla producam, notis poſitis: Sic diſcurro,

Petrus movetur ſi currit:
Ergo Petrus currit ſi movetur.
Pars eſt Romæ, ſi totum eſt Romæ:
Ergo totum eſt Romæ, ſi pars eſt Romæ.
Dies eſt, ſi ſol apparet:
Ergo ſol apparet, ſi dies eſt.

Ecce omnes converſæ veræ ſunt, & omnes convertentes falſæ, aut dubiæ. Poteſt enim Petrus moveri, quin currat: & poteſt replicari Romæ pars, quin totum replicetur: & poteſt eſſe dies, quin ſol appareat.

II.

Conditionalium propoſitionum oppoſitio.

Contradictoriæ eodem hîc modo, ac paulò antè formantur: non enim Propoſitio alteratur, ſed alter ait, eam eſſe veram, alter eam eſſe falſam; Pono exempla.

Primus oppoſitionum modus.

Contradictoriæ { *Petrus movetur, ſi currit,* / *Non eſt verum, quod moveatur, ſi currat.* }
Contradictoriæ { Pars eſt Romæ, ſi totum eſt Romæ, / Falſum eſt, quod pars ſit Romæ, ſi totum eſt Romæ. }
Contradictoriæ { *Dies eſt, ſi ſol apparet:* / *Non eſt verũ, quod ſit dies, ſi ſol appareat.* }

Secundus oppoſitionum modus.

Si velis primam propoſitionem reddere negativam, etiam contradictio invenietur. Eadẽ exempla repono, & ad hanc legem poſteriorem elimo.

Contradictoriæ { *Petrus movetur ſi currit:* / *Petrus non movetur ſi currit,* }
Contradictoriæ { Pars eſt Romæ, ſi totum eſt Romæ: / Pars nõ eſt Romæ, ſi totũ eſt Romæ, }
Contradictoriæ { *Dies eſt ſi ſol apparet:* / *Non eſt dies, ſi ſol apparet.* }

III.

MLVIII. *Conditio duplex. Intrinſeca.*

Ut conditionalium oppoſitionem meliùs capias adnotato, conditionem aliàs eſſe intrinſecam, & aliàs extrinſecam. Sanè conditionalia, quæ habent conditionalem intrinſecam, (talia ſunt, quæ ad materiã neceſſariam & convertibilem ſpectant,) ſunt ſimillima aſſertis cauſalibus: differunt, quòd cauſalia ſemper ſupponant antecedens, de quo conditionalia videntur dubitare in indicativo, & in ſubjunctivo, ſi affirmativa ſint, negare, juxta ea quæ diximus ſuprà.

Inter cauſales & conditionales poſitivas diſcrimen.

Exponitur utraque.

Hoc, *Quia Petrus currit, movetur*, æquivalet huic, *Petrus verè currit, & verè movetur; idem tamen movetur, quia currit*, Hoc autem, *ſi currit, movetur*, huic, *Non diſcernam an currat, hoc enim vel neſcio, vel exponere nolo, dicam tamen, quod ex ſuppoſitione, quod currat, movetur*, Hoc verò, *ſi curreret, etiam moveretur*: huic, *Non dico quòd moveatur, aut quieſcat: aio tamen quòd non currat; & addo, quod ſi curreret nihilominus etiam moveretur*. Et hoc: *Si cucurriſſet, motus fuiſſet*, huic: *Sanè ille non cucurrit, at verò ſi cucurriſſet, motus fuiſſet*. Et tandem hoc, *ſi non curreret, non moveretur*, æquipolleret huic: *Ipſe de facto currit, & movetur; non tamen moveretur, ſi non curreret*. Cui adjunge hac in materia purè contingenti, *Si non eſſet Romæ, non legeret*: hoc eſt, *Legit quidem, & Romæ eſt; non tamen legeret, ſi hic non eſſet*, Et tandem hoc; *Etiam ſi non eſſet Romæ, etiam non legeret*, videtur correſpondere huic; *Romæ quidem eſt, & non legit, qui nec legeret, ſi Româ abeſſet.*

IV.

Adſignantur verarum & falſarum propoſitionum contradictoriæ & contrariæ.

Huic aſſerto, *Si Leo eſſet homo, eſſet rationalis*, opponitur contradictoriè hoc *Si leo eſſet homo, non eſſet rationalis.* Huic verò, *Si Petrus eſſet Leo, neceſſariò eſſet rugibilis*, hoc, *Si Petrus eſſet Leo, non eſſet neceſſariò rugibilis*; Hoc autem, *Si Petrus eſſet Leo, neceſſariò eſſet non rugibilis* opponeretur contrariè contrarietate modi. Huic, *Si David manſiſſet Seila, fuiſſet proditus*, contradictoriè opponitur hoc, *Si manſiſſet Seila, non fuiſſet proditus.*

Conditionalium aliæ ſunt falſæ poſitivè, & aliæ negativè.

Major erit difficultas in adſignandis contradictoriis illarum aſſertionum conditionalium, quæ ſunt falſæ. Aliæ enim falſæ ſunt poſitivè, hæ ſunt, quæ contra decretum Dei; aliæ negativè, illæ videlicet, quæ non ſunt veræ, quia non datur decretum Dei illas decernens, [Fortè Deus circa nullam propoſitionem ſe poteſt habere negativè: ſed hoc Dialecticus nec inquirit, nec diſcutit; ſed ex hypotheſi ratiocinatur.] Prioris generis hæc erit, *Si David manſiſſet Seila, non fuiſſet proditus*, quia opponitur directè Dei voluntati decernenti eum fuiſſe tradendum, ſi Seilæ remanſiſſet: Poſterioris verò hæc, *Si Petrus eſſet Conſtantinopoli, dormiret.* Supponendo non dari Dei decretum conſequens cum antecedenti conjungens, aut ſeparans. Hæc igitur aſſertio nec vera poſitivè, nec falſa poſitivè eſt, non enim eſt ſecundum decretum, quia ſupponitur non eſſe decretum; eſt autem vera negativè, hoc eſt non falſa poſitivè, imò & falſa negativè, hoc eſt, non vera poſitivè: ac proptereà non eſt capax alicujus oppoſitionis, quia ſublato decreto quæcunque conditionalis contingens effertatur (affirmativa ſit aut negativa) nec vera poſitivè, nec falſa poſitivè eſſe poteſt: veriùs enim vocari poſſet *Enuntiatio de termino non ſupponenti*, exprimit enim conditionem extrinſecam, quæ ſublato decreto nec eſſe nec intelligi poteſt.

An propoſitio falſa negativè, ſit etiam vera negativè?

Sic placuit ad mentem Thomiſtarum aliquorum diſcurrere, non enim poſſum ad mentem omnium & exempla veritatem non petunt. Si neget aliquis conditionalia decreta, hodie non impugnabitur à me, fortè nec cras. Et ſi dicat rem ut ſit, indigere decreto Dei, at verè illo non egere ut non ſit, ſed eo ipſo quòd decretum de rei exiſtentiâ non ſit, fore (neceſſariò aut infallibiliter) rei non exiſtentiam, non impugnabitur impræſentiarùm: Dialectica enim tractamus, non Theologica. Omiſſis igitur conditionalibus falſis negativè, quæ fortaſſis non dantur (ſed hoc Theologi examinent) reliquæ opponentur, ſi conſequens alterius neget, quod conſequens alius affirmat, ut patuit in exemplis poſitis. Addamus ergo aliqua de conditionalium quantitate.

An dentur decreta conditionalia?

An non-exiſtentia creaturæ à Decreto Dei poſitivo dependeat?

Quanta

V.

Quid ſit propoſitionum quantitas?

Quanta aſſertio dicitur, cùm eſt aut univerſalis aut particularis, (quia de ſingularibus, & indiffinitis jam egi,) & Conditionales quantæ eſſe poſſunt, ut patet in ſubjectis; *Si omnes homines navigarent, aliqua terra eſſet deſerta, Si aliquis homo curreret, omnes canes latrarent.*

Tota igitur oppoſitio debet ſe tenere ex parte conſequentis, & ſupponere decretum Dei decernens ponere aliquod conſequens, ſi fortè ponat antecedens: Ergo hæc propoſitio, *Si omnes homines currerent, aliquis caperet bravium*, q̄ ſupponebatur vera, opponeretur aliis propoſitionibus: lege, quam exprimit figura viceſima ſecundæ laminæ.

Si antecedentis quantitas, vel qualitas mutetur: puta ſi in dato caſu diceretur; *Si aliquis homo non curreret, aliquis homo non caperet bravium*, nulla eſſet oppoſitio; quia mutaretur ſuppoſitio, ex vi cujus mutationis, altera propoſitio evaderet de termino non ſupponenti: explico mentem meam. Dicat Deus *Si omnes homines navigent, aliquis ſubmergetur*: ex vi hujus decreti, quod ſupponitur, erit vera: & ex vi ejuſdem decreti hæc, *Si omnes homines navigent, nullus ſubmergetur*, erit falſa. Hæc autem: *Si aliquis homo naviget, aliquis ſubmergetur*, nec decreto opponetur, nec cum decreto conveniet, ſed erit inanis verborum ſyntaxis, & hypothetica de termino non ſupponenti.

DISPUTATIO V.

De Propoſitione Tanta-quanta; Tot-quot; Tali-quali.

MLIX. Omnes ſunt diſcretæ & obliquæ: diſcretæ, quia eſſe poſſunt & ſolent inter terminos realiter diſtinctos: & obliquæ, quia iſtæ propoſitiones,

Tantus fuit Æneas, quantus Pallas.
Tot fuerunt Troiani, quot Græci.
Talis fuit Achilles, qualis Hector.

æquipollebunt his:

Æneas magnitudine corporis fuit æqualis Pallanti.
Troianorum numerus fuit æqualis numero Græcorum.
Achilles fuit ſimilis Hectori.

Tres ſunt; & earum differentia à materiâ dependet. Ad continuam enim quantitatem prima, ad diſcretam ſecunda; ad qualitatem tertia ſpectat. Singulæ hypotheticæ ſunt, ex duabus ſimplicibus compoſitæ: ergo ut liquidius compoſitarum virtus & efficacia innoteſcat, aliquid de ſimplicibus quantis dicamus.

De Propoſitione quantâ geometricè.

I.

Quid illa ſit?

AGat circulo, & ex partibus ad totum recurram, & contrà: & tandem ad exempla: multa enim ſunt, quæ exemplis clariùs, & meliùs, quàm definitionibus, dilucidantur; ſic rem expedio. Propoſitio quanta eſt, quæ conſtat terminis quantis, & hinc oritur, quantam geometricè conſtare terminos quantis geometricè, & quantâ arithmeticè, terminis quantis arithmeticè. De iſtis poſtea: de illis impræſentiarū.

Termini quanti ſunt, qui componunt propoſitionem quantam, (ecce circulum) ergo aliâ viâ procedo, ſic inquam: Inter prima Geometriæ principia aut unum, aut unicum eſt illud, *Totum eſt maius ſuâ parte*, & in ipſo Geometricos terminos reperio, qui intento meo ſervire poterunt, ergo pronuncio Propoſitionem quantam eam eſſe, cujus ſubjectum eſt totum vel pars.

De toto & parte.

Totū quid? As quid? Hæres ex aſſe, quis?

Vox *TOTUM*, generalis eſt, & cuicunq; integræ moli convenit (vocatur etiam *As*: unde à Politicis dicitur, *ex aſſe hæres*, qui ex toto) & dividitur in ſexaginta partes proportionales, quæ poſteà diverſo modo cooptatæ diverſas denominationes ſortiuntur.

Conſidera tabellam ſubſequentem.

Partes Aſſis.

As	60
Deunx	55
Decunx	50
Dodrans	45
Bes	40
Septunx	35
Semiſſis	30
Quincunx	25
Triens	20
Quadrans	15
Sextans	10
Uncia	5
Atomus	1

Hæc tabula eſt communis, & reperitur tū apud alios, tum etiam apud Joannem Keplerum in Rudolphinarum cap. 14. Et hæc eſt diviſio Geometrica, cujuſcumq; totius indeterminati.

Partes Circuli.

Aſtronomi metiuntur Cœlos, & quia ipſis integer circulus habetur loco totius, illum divi ſunt, in quadrantes, hos in 3. ſigna: ſignum in 30. gradus: (Alphonſini in 60.) gradum in 60. ſcrupulos: ſcrupulum in 60. ſcrupulos ſecundos: &c. ſed quia in cœlis conſideratur etiam diameter, hanc lineam ſemidiametris terræ menſurant, ita ut communis Aſtronomorum ulna mille horarias Leucas noſtras aut exactè compleat, quod placet Wendelino, aut excedat.

Aſtronomorū ulna. Terræ ſemidiameter quanta?

MLX. *Pes, menſura communis.*

Geometræ metiuntur terram, & prima & notiſſima apud ipſos menſura Pes eſt, ſed apud nationes varias, varia. Hanc menſuram dedit ipſa natura, quæ in diverſis regionibus, & diverſis tēporib⁹ diverſæ magnitudinis pedes. Pes dividitur in 12. pollices ſeu digitos; digit⁹ in lineas,

Eius partes.

lineas, ſeu ut alij loquuntur grana.

Grana quid. At ideò has particulas grana nominant, quòd experti fuerint duodecim grana hordei ſecundum latitudinem cooptata digitum adimplere. At etiam hæc incerta ſunt: quia diverſa ſunt grana & valdè inæqualia inter ſe. Lineam Merſenus libr. de Menſuris prop. 1. pag. 2. complet, 12. arenæ granis, & inſert pedem 1728. grana complecti, (Hinc facili negotio

Numerus Arenarius. Arenarius numerus, qui totum mũdum æquaret, deduceretur: Mundi enim diameter diſſolvi deberet in pedes, hos duci in numerum 1728. ut egrederetur numerus, qui eſſet radix ſolida numeri ſphærici quem quæreremus) ex pedibus aliæ componuntur menſuræ.

Ulna. Hexapeda. Paſſus. Ulna ſolet eſſe trium pedum, Hexapeda continet pedes ordinarios ſex: Paſſus, ſi major ſit, continet quinque pedes: ſi minor, erit dimidia pars majoris: Major dici ſolet *Geometricus*, quoniam illo terram commenſuramus: *Milliare.* milliare enim 1000. paſſus majores ſeu 2000. minores, ſeu pedes 5000. complectitur.

Pondera. Dantur præter hæc menſuræ ponderum, & etiam menſuræ corporum aridorum & aliæ liquidorum, quas alibi expono, nunc omitto: nõ enim eſt animus ſingulas definire, & illuſtrare, ſed pauculas aliquas proponere, & de illis dialecticari, ut vel ſic oſtendam, quo poſſimus modo de cæteris philoſophari. Pono igitur ob oculos Aſſem pono etiam ejus partes, quas paulò antè accuratè diſtinxi; & ſic diſcurro.

Propoſitionum geometricarũ aliæ ſunt univerſales, aliæ particulares, & aliæ ſingulares. Univerſalitas Geometrica non eſt diſtributiva, ſed copulativa (aut Continuativa, ſi ſic loqui volueris.) & poterit vocari *Totalitas*, quo ſenſu

An omnis & totum diſtinguantur? particularitas dicetur *Partialitas*: & *omnis* erit idem quod *totum* quo ſenſu optimi Authores valde crebrò loquuntur, ſufficiat produxiſſe Virgilium: apud eum lego.

Eclog. 6. 11. —*Si quis tamen hæc quoque; ſi quis*
Captus amore leget: te noſtro Vare myrica,
Te decus omne (totum) *tenet*, &c.


Ibid. verſ. 44. *His adjungit Hylam, nautæ quo fortè relictum.*
Clamaſſent, ut littus Hyla, Hyla omne (totum) *ſonaret.*

Eclog. 9. 57. *Et nunc omne,* (totum) *tibi ſtratum ſilet æquor, & omnes*
(*Aſpice*) *ventoſi ceciderunt murmuris auræ.*

II.

Fig. XI. His ergo prælibatis Terminos Geometricos compono, & ad figuras convenientes reduco, ut poſſimus ſympathiam, & antipathiam reperire, excutere, & dilucidare. Conſidera figuras ſubſequentes.


Prima ſit.



Univerſalium copulativarum oppoſitio.


Et in ipsâ ſumitur ſyncategorema *Omne* copulativè, ut ſit idem quod *Totum*: quamobrem, ut ſtudeamus claritati, aliam æquipollentem Figuram ſubjungamus.

Totius & partis oppoſitio.



Poſſumus, & ſolemus adverbiis uti, & quæ hucuſque pronominibus ſyncategorematicis, aut adiectivis, omnia ope adverbiorum explicare: ut patet in ſequenti figurâ:

Oppoſitio adverbiorum. Vide figuram XI. ſecunda Lamina.




Pars biſariam ſumitur Et hic notandum eſt, adverbium illud *Partialiter*, poſſe bifariam ſumi: nam vel ſumitur præciſivè, vel negativè. Præciſivè, inquam, ut

N.B. aſſeratur quidem partem nemoris virere, non tamen negetur totum illud

virere:nam quando totum viret,etiam ſingulæ partes virent. Negativè,ita ut tantùm partialiter vireat non totaliter. Et iterum notandum eſt,in præcedenti figurâ vocem illam *Partialiter* præciſivè eſſe poſitam, quoniam ſi ſumeretur negativè deberet hoc modo ad cætera adverbia referri.

Si nomen Partis negativè ſumatur, figura illa penultima, in quâ totum & pars cooptabantur, alterari debebit: Subalterna enim tranſibunt in Contradictorias, & ſubcontraria in Æquipollentes.



Et hic bene conſidera has duas propoſitiones.

Nemus totaliter viret.
Nemus totaliter non viret.

eſſe contrarias:nam poſſunt eſſe ſimul falſæ: puta,ſi ex media illud parte vireret;in tali enim caſu,nec totaliter haberet virorem, nec totaliter virore careret. Iſtæ duæ,

Nemus partialiter tantùm viret.
Nemus partialiter tantùm non viret.

Hanc lineam Lamina prima collatâ primâ figuratam invenies.

non ſunt ſubcontrariæ,ſed æquipollentes omninò, quoniam ſi linea AC eſt tantùm alba ſecundum partem AB. ſecundum alteram partem nempe BC. erit non alba; quamobrem hæ duæ propoſitiones.

Linea AC. tantùm ſecundum partem AB. eſt alba:
Linea AC. tantùm ſecundum partem BC. non eſt alba.


ſunt æquivalentes: vel ſi hic aliqua ſubtilitas differentiam inveniat, ut minimum ſe mutuò inferunt, & ſunt neceſſariò converæ. Et tandem iſtæ duæ,

Nemus totaliter viret.
Nemus partialiter tantùm viret.
(& idem dicendum eſt de his duabus,
Nemus totaliter non viret.
Nemus partialiter non viret.)

Contradictoriæ ſunt, non Subalternæ; non enim eſſe poſſunt, aut ſimul veræ, aut ſimul falſæ.

Cooptantur & tradicantur termini ſimpliciter & ſecundum quid.

His ſyncategorematis, *Totaliter*, & *Partialiter tantùm*, æquipollent *Simpliciter*, & *Secundum quid*, quorum oppoſitionem (non enim ſubalternationem ullam habent) dilucidat Figura ſubſequens.



His præmiſſis ad *Aſſis* partes deveniamus, videamuſque quo illæ modo inter ſe componuntur: & ne ulla ſit æquivocatio repono illud quod iterùm ſuperiùs dixi: videlicet, illas vel ſumi præciſivè, vel negativè: Præciſivè cùm de parte dicitur, quod de reliquâ comparte nec aſſeritur nec negatur: Negativè, cùm de parte dicitur, quod negatur de toto, aut de cæteris partibus: Conſidera periodos ſequentes.

MLXII. As. Totum. Atomi. Vncia. Sextans.

Nomine *Totius* aſſem ſive totū intelligo, (ſive ſit magnum, ſive parvum) illud in ſexaginta partes divido, quarum ſingulas voco *Atomos*: quinas, *Vncias*: denas, *Sextantes*, &c. Sanè nomine Atomi intelligo minimam partem (quæ enim diviſibilis eſt, non eſt Atomus.) ut ſcias quo ſe reſpectu aſpiciāt ſinguli termini, in duabus propoſitionibus, quarum altera affirmativa ſit, negativa altera, ut ſi diceres,

Deunx eſt albus.
Bes non eſt albus.

duas habeo ob oculos tabellas, ſed quia minùs neceſſarias eas judico, aliam inibo viam, & docebo, quo debeas modo procedere, ſi delineatione iſtâ careas, & rem memoriter expedire volueris. *Scito igitur primò* Aſſem & Atomum contradictoriè opponi. *Scito ſecundò* illos duos terminos, quorum inveſtigatur oppoſitio, copulatos aut eſſe æquales toti, vel minores, vel majores; ſi æquales aut minores, habebunt oppoſitionem ſubcontrariam: ſi majores contrariam. *Recurro* ad propoſitiones poſitas, Deunx dicit 55. Atomos. Bes. 40. ſimul 95. ergo quia pluſquam 60. ſeu totum, pronunciabo contrariam oppoſitionem intereſſe, ac proptereà illas duas poſitiones ſimul falſas eſſe poſſe, at ſimul veras non poſſe, quoniam ſi corpus aliquod ex mediâ parte eſſet album & ex mediâ non album, de illo neutra ex illis propoſitionibus verificaretur: ubi enim ſunt 30. partes albæ, & 30. non albæ, eſt falſum dicere, eſſe 55. albas: & eſt etiam falſum addere eſſe 45. non albas.: Hæc de terminorum ſuorum oppoſitione ſcripſiſſe ſit ſatis.

Oppoſitionis cognoſcendæ regula.

Exempla.

Ad ſubalternationem ſubvenio. Attende. Omnes

Subalter-

mnes termini partiales aut ſumuntur negativè aut præciſivè: ſi præciſivè, inferiores termini ſuperioribus ſubalternantur, & valet conſequentia in eadem columnâ ab una propoſitione ad aliam, ſicut in aliis ſubalternis, & hoc ſivè ſucceſſivè, & per immediatas propoſitiones diſcurramus, ſivè ſaltim & per mediatas, puta à primâ ad tertiam Verbigratia: à ſecunda ad ſeptimam, octavam: &c. Sed quorſum valet conſequentia?

Præmittamus prius uberioris doctrinæ gratiâ has ſubalternas, de quibus in præſenti diſſeritur, & poſteà ſubiciemus cenſuram. Illæ ſunt.

Hæres eſt ex aſſe.
Hæres eſt ex deunce.
Hæres eſt ex decunce.
Hæres eſt ex beſſe.
Hæres eſt ex ſeptunce.
Hæres eſt ex ſemiſſe.
Hæres eſt ex quincunce.
Hæres eſt ex triente.
Hæres eſt ex quadrante.
Hæres eſt ex ſextante.
Hæres eſt ex uncia.
Hæres eſt ex atomo.

ſanè ſic diſpoſitis propoſitionibus; poterit deſcendere verificator & adſcendere falſificator. Ille hoc modo, Eſt vera tertia: ergo & quarta. Eſt vera tertia: ergo & undecima, &c. ſemper deſcendendo. Iſte autem hoc modo. Eſt falſa octava, ergo & ſecunda &c.

MLXIII *Partes Aſſis communes.* Propoſita & explicata fuerunt iſta nomina. *Totũ: Deunx: Decunx: Dodrans: Bes: Septunx: Semiſſis: Quincunx: Triens: Quadrans: Sextans: Vncia: Atomus*; non ſunt plura, quibus aſſem diſtinguere poſſim⁹: at calamus linguâ potẽtior innumeras alias diviſiones molitur, & ſicut Totum in 60. partes lingua, ſic ille in quotcunque diſtinguit: *Fractura.* Scriptiones ejuſmodi *fractiones* nominant, & notantur linea infrâ quam ſit totum in omnes diſſolutum partes, & ſupra partium determinatarum numerus; ideò ſuperior numerus dicitur Numerator, & Denominator inferior, nam ſi ſcribimus. $\frac{2}{8}$. dicemus ſignificari duas octavas partes, numerabimuſque duas octavas, quia numerus, 2. eſt ſuperiùs & has duas partes dicemus eſſe potiùs octavas, quam ſeptimas, quia numerum 8. reperimus inferiùs.

Partes aſſis ſi negativè ſumantur. Nota illud tantum. Si termini partiales ponantur negativè, omnes erunt contrarii, quia ſi eſt verum tantùm quadraginta partes corporis eſſe albas, erit falſum eſſe albas viginti tantùm, aut eſſe albas quinquaginta tantũ; &, ſi ſit falſum illud priùs adhuc poterit eſſe falſum hoc poſterius.

Si numerus oppoſitarum partium compleat exactè totum, dabunt propoſitiones æquipollentes, aut ſaltem ſe mutuò inferentes: unde iſte ſyllogiſmus eſt bonus.

Totum non habet niſi ſexaginta partes.
Sunt candida viginti tantum.
Ergo quadraginta ſunt non candida.

De Propoſitione quanta arithmeticè.

III.

MLXIV. *Quid illa ſit.* AGam hîc de univerſalitate Arithmeticâ, quam dicam eſſe ad numerum aliquem cõtractam, & determinatam: & incipiendo à primo numero: nimirum à Binario (nam Arithmetici plerique, quibus tanquam clariùs ſi non veriùs loquentibus placuit hodie ſubſcribere, unitatem dicunt non eſſe numerum imitantes Geometras aſſerentes punctum non eſſe quantitatem) & ſic diſcurram. *An unitas ſit numerus an punctum quantitas?*

In illo rerum genere, in quo duæ tantum unitates ſunt, valdè erit limitata univerſalitas; nam, ſi duo tantùm in mundo eſſent homines nigri, hæc propoſitio, *Omnis homo niger eſt doctus*, eſſet univerſalis, & tantùm duos homines complecteretur. Eidem æquipolleret illa, *Aliqui homines nigri ſunt docti*, & in hoc caſu ſine notabili prodigio videret Logicus particularem poſitionem coincidere cum univerſali. *Vniverſalitas limitata. An omnes & aliqui termini ſint æquipollentes?* [Sed quia hîc fortè eſſe poſſet erroris vel occaſio vel cauſa, notari volo ſyncategorema *Aliquis*, aut *Aliqui*, poſſe bifariam ſumi, aut præciſivè, aut relativè. Nomine ſumpto præciſivè, aliquis dici poterit etiam ille, qui eſt unicus, & aliqui, qui unici: at ſumpto nomine relativè, & partitivè, *Aliquis* eſt *Aliuſquis*, & *Aliqui* ſunt *Alii qui*, & tũc nec *aliquis* de unico, nec *aliqui* de unicis (hoc eſt de duobus, præter quos alii nulli ſint,) poterit prædicari: *Alius* enim nomen eſt relativum & ſemper dicit relationem ad alium. Alii ad alios [His ergo prænotatis progredior; & pronuncio, in data hypotheſi, huic propoſitioni *Aliquis poterit ſumi duobus modis: relativè & præciſivè. Aliquis. Aliusquis.*

Aliqui albi ſunt docti;

contrariari has,

Omnis albus non eſt doctus.
Nullus albus eſt doctus.

& contradicere hanc.

Aliquis niger non eſt doctus.

His poſitis, facili negotio formabimus conveniens paradigma, in quo ſingularum oppoſitio, & ſubalternatio conſpiciatur. Illud propono in primæ laminæ quartâ figurâ. *Quo modo opponantur. Omnes & Nulli.*

Et quidem *Omnes* & *Nullos* opponi contrariè fateberis: at etiam *Aliquos* & *Aliquos non* opponi etiam contrariè oſtendo: nam ſi duo eſſent tantum homines, alter albus & alter non albus, neutra ex his propoſitionibus. *Aliqui & Aliqui non. Aliquis & Aliquis non. Aliquis & Aliqui non.*

Aliqui homines ſunt albi.
Aliqui homines non ſunt albi.

eſſet vera. Sed quo opponũtur modo, *Aliqui* & *Aliquis non*: aut etiam *Aliquis* & *Aliquis non*? Nullo: nã poſſunt eſſe ſimul falſæ, & ſimul veræ. Simul falſæ; quia ſi unus ſolus eſſet homo in rerum natura & iſte eſſet albus, hæ duæ propoſitiones eſſent falſæ; videlicet,

Aliqui homines ſunt albi.
Aliquis homo non eſt albus.

& eædem eſſent ſimul veræ ſi eſſent quatuor in mundo homines, bini albi & bini non albi.

IV.

MLXV. *De Vterqueitate, ſeu Vniverſitate limitatâ & reductâ ad duos.* Eo caſu quo duo tantum eſſent in Mundo homines, acturus de illis Græcus, plurali uti nõ poſſet; ſed deberet ſe continere intra latitudinẽ

dualis, etſi abuteretur plurali, illa poſitio quam proferretur eſſet de verbo non ſupponente. Hoc ſignum univerſalitatis contractæ ad duos habet duo aſſumentia pronomina in linguâ latinâ, duo negantia: quibus etiam ſigna particularitatis correſpondent. Stando enim hypotheſi, [à quâ egredi non poterimus quin doctrinam univerſam turbemus] poſſumus dicere.

Affirmativè.

Omnis homo niger currit. } vel { Uterque homo niger currit.

Aliqui homines nigri currunt. } vel { Uterque homo niger currit.

Aliquis homo niger currit. } vel { Alter homo niger currit.


Negativè.

Nullus homo niger currit. } vel { Neuter homo niger currit.

Aliqui homines nigri nõ currunt } vel { Neuter homo niger currit.

Aliquis homo niger non currit. } vel { Alter homo niger non currit.

Ergo ſicut ſyncategoremata priora [*Omnes, Aliqui, Aliquis, Nulli, Aliqui non, Aliquis non:*] componebantur, ſic etiam poterunt componi poſteriora [videlicet *Vterque. Alter. Neuter. Alter non.*] Conſidera paradigma quod ſequitur.



In linguâ Latinâ Univerſalitas, ſi duos tantùm comprehendat, habet hæc nomina, *Vterque, Neuter, Alter*; ſed ſi comprehendat tria, quatuor, aut plura, caret propriis nominibus, præcipuè in rebus inanimatis.

V.

MLXVI. *De Vniverſalitate limitatâ ad tres. Veteres Politici finxerunt multa nova vocabula.* Si agamus de hominibus, non deerunt omninò vocabula, quoniam *Duum-vir, eſt unus è duobus, Trium-vir. eſt unus è tribus, Quatuor-vir, unus è quatuor:* &c. *Centum-vir, unus è centum* &c. Finxerunt illa veteres, ut Miniſtros Reipublicæ ſignificarent: & cur non poſſemus etiam nos alia fingere, & totam hanc materiam illuſtrare?

Quid ergo? ſi diceremus, quando agitur de duobus: *Vterque. Neuter. Alter.*


Quando de tribus, *Triterque, Treuter, Tralter.*

Quãdo de quatuor, *Quaterque, quatteuter, quatalter.*

Quando de quinque *Quinquerq;, Quinqueuter, Quinqualter,*

Quando de ſex. *Sexerque, ſexeuter, ſexalter* &c.

Cur id non liceat ſcholaſticis hodie, ſi poſtulet neceſſitas? Imitaremur Aſiaticos, Iberos, quorũ lingua, iam pridem vulgata, & illuſtrata nominibus iſtis non caret. Ut igitur his vocabulis utar dialecticè, unum aut alterum paradigma ſubiicio.



Vt omnia benè capias, ſingula explicare debebo. A ſuperioribus poſitionibus initium ſumo. Sunt ipſæ MLXVII.

Tres viri ſunt iuſti.

Tres viri non ſunt iuſti.

& in illis nomen *Vir*, ut paulò antè dicebam, ſignificat Archontem, Principem ſeu Conſulẽ. Et quidẽ propoſitiones iſtæ in dictâ hypotheſi ſunt univerſales, & contrariæ. Univerſales: quia ſupponitur omnes Cõſules eſſe tres. Et tres eſſe omnes. Cõtrariæ, quia ſimul falſæ eſſe queunt, ſimul eſſe veræ non poſſunt. Illæ duæ,

Trium-vir eſt iuſtus.

Trium vir non eſt iuſtus.

ſunt ſubcontrariæ: quoniam nomen *Trium-vir*, eſt idẽ ac unus vel aliquis ex tribus Viris ſeu cõſulibus; cũ enim ſit terminus particularis, efficit, ut ejuſmodi ꝓpoſitiones ſimul veræ eſſe poſſint: at falſæ ſimul eſſe nõ poſſint. Et tandẽ illæ

Tres viri ſunt iuſti.

Trium vir non eſt iuſtus.

& conſequenter etiam iſtæ

Tres viri non ſunt iuſti.

Trium vir eſt iuſtus.

ſunt contradictoriæ & incompoſſibiles: ſimul enim nec eſſe veræ poſſunt nec falſæ.

De Propoſitione hypothetica quantâ.

VI.

Egi de quantitate continuâ & diſcretâ poſitionum ſimpliciũ ſeu categoricarum: nunc venio ad Hypoteticas, quarũ causâ univerſa hæc præmiſimus: & eas volumus vocari, *Tantas-quãtas: Tot-quot: Tales-quales*; & ſumendo initium ab ultimâ, cuius nomẽ ab ipsâ materiâ deducitur, ſuccurrit illa verax, & generoſa proteſtatio Athanaſij, quâ poſternit Arianos in Filiũ [aut et Spiritũ ſanctũ] blaſphemos: quâ doctrinâ orthodoxã tuetur, dicens, *Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus ſanctus*: & id genꝰ innumera, q̃ ſimilitudinẽ terminorũ, aut extremorũ dicũt; quorũ apud

Propoſitionum perduna. *Perſonæ divinæ ſunt æquales.*

apud oratores [& Poëtas præcipuè] numeroſa ſupellex. Owen⁹ in ipſo libri ſui primo limine videlicet: Epigr. 7. ut Mariæ Nevillæ filiam commendet, concipit hanc propoſitionem: *Qualis Mater, talis filia*, illamque ad numeros ſequentes reducit.

An filij parentibus ſimiles ſint? An eſſe debeant?

Es ſimilis Matri, de te mihi dicere plura
Non opus eſt: Matri te ſimilem eſſe, ſat eſt.

Et Thomas Guillelmus laudaturus Owenl politiſſima carmina mente etiam concipiens iſtam propoſitionem, *Quale Authoris ingenium eſt, talis eſt liber*: ſubſumit. Authoris ingenium eſſe acutiſſimum, & ſubtiliſſimum & colligens idem omninò de libro judicari debere, parturit hoc Tetraſticum.

Quale rogas, nobis Ovvene epigramma probetur?
Dicam quale tuum parturit ingenium,
Quod breve, quod caſtum, doctum, celere, atque politum.
Quodque habeat multum, ſed ſine dente, ſalis:

vel aliter, vel fortè clariùs.

Quale, rogas, nobis videatur Carmen Iani?
Quale ejus promptum dicitur ingenium, &c.

VII.

Quo iſtæ propoſitiones modo convertantur?

Harum ſanè propoſitionum Converſiones facillimæ, & certiſſimæ ſunt, ut patet ex exemplis ſequentibus.

Qualis erat Græcus Æneas, talis Achates.
Ergo qualis Achates, talis erat Æneas.
Qualis Sol, talis virtus.
Qualis virtus, talis Sol.
Qualis intentio, talis operatio. [juxta illud, Quidquid agant hominis intentio judicat omnes.]
Ergo qualis operatio, talis intentio.

VIII.

De harum Propoſitionum oppoſitione.

Nec difficilius erit, cuicunque propoſitioni ex his reſpondentem contradictoriam adſignare: poſſumus enim inire duas vias; alteram, ſi dicamus.

Contradictoriæ. { *Qualis fuit Æneas, talis Iulius.*
Falſum eſt quod talis fuerit Iulius, qualis Æneas.

Contradictoriæ. { *Qualis eſt, Sol, talis eſt ſcientia humilis:*
Non eſt verum, talem eſſe ſcientiam humilem, qualis eſt Sol.

IX.

MLXIX. *Tranſcendentia hujus termini.*

Hoc nomen *Talis, qualis*, omnia prædicamẽta percurrit, ſi iuxta vulgi labium loquamur: Ad ſubſtantiam & eſſentiam illud tranſtulit Cicero 1. de leg. *Nulla gens eſt*, ait, *quæ non, etiamſi ignoret qualem* (hoc eſt, *quem*) *habere Deum deceat, tandem habendum cenſeat.*

An de Deo in mundo detur ignorantia invincibilis?

Quantitati applicatur ſi corpori. Figuram, quam Peripatetici in Prædicamento Qualitatis locarant, iam Iuniores Quantitatis Prædicamento reſtituerunt: & de illâ Ovidius Metamorph. 3.

——Falcata noviſſima cauda eſt;
Qualia dimidiæ ſinuantur cornua lunæ.

Hoc nomen, de quo agimus, ad Qualitatis Prædicamentum pertinere, certius eſt, quàm ut debeat probari: Interim, quia mæror eſt qualitas animum torquens & cor atterens, ex Virgilio 4. Georgic. carmina ſequentia ſubſcribo.

An mæror ſit qualitas?

Qualis populeá mærens Philomelâ ſub umbrâ
Amiſſos quæritur fœtus: &c.

Et quia color eſt etiam qualitas ex 6. Æneid. etiam ſequentia.

An etiam color eſt qualitas? Deſcriptio aurei rami.

Quale ſolet ſylvis brumali frigore viſcum
Fronde virere novâ, quod non ſua ſeminat arbos.
Et croceo fœtu teretes circumdare truncos,
Talis erat ſpecies auri frondentis opacâ.
Ilice ſic leni crepitabant bractea vento.

Ipſum etiam nomen inferiora Prædicamenta percurrens dicitur de tempore & Loco. Virgilius Æneid. 6. verſ. 270.

Quale per incertam lunam ſub luce malignâ
Eſt iter in ſylvis, ubi cælum condidit umbrâ
Iupiter & rebus nox abſtulit atra colorem.

An in tenebris colores ſint?

His tamen non obſtantibus eædem propoſitiones ubi agitur de quantitate Continuâ poſſunt vocari *Tanta, Quanta*, & ubi de Diſcretâ *Tot, Quot*, his enim particulis correlativis, utuntur frequentiſſimè Authores in hoc Prædicamento. Ad priorem claſſem ſpectabit hæc, quam habet Virgilius Æneid. 6. verſ. 199.

Paſcentes illa tantum prodire volando,
Quantum acie poſſent oculi ſervare ſequentem.

Ad poſteriorem (& hæc claudat præſentem Articulum) iſta, quâ Bahuſius Deiparam celebravit, videlicet.

Tot tibi Virgo ſunt dotes: quot ſydera Cælo.

X.

Dotes Mariæ Virginis quot?

Circa oppoſitionem harum Propoſitionem nihil ſpeciale occurrit, nihil ſcribo, & de converſione ſum dicturus non nihil, quod hoc ultimum Carmen me monet. Hæc eſt bona converſio.

Talis diſcipulus qualis ſolet eſſe Magiſter,
Qualis diſcipulus talis ſolet eſſe Magiſter.

Nam admiſſa converſâ negare convertentem non poſſes. At hæc converſio mala eſt.

Tot tibi Virgo ſunt dotes, quot ſydera cælo.
Sydera tot cælo ſunt Virgo, quot tibi dotes.

Quot ſint in cælo ſydera.

Si enim dicamus cæli ſydera eſſe 1022. [tot numerabant ante paucos annos Aſtronomi, nec hodie multò plures in ſuis tabulis habent.] & addamus Marianas dotes [quæ tantum non infinitæ ſunt,] hoc numero rotundo; nempè 10.000.000. contineri: certum erit ſyderum numerum in dotum claudi numero, & non contrà: adeòque Angelorum Reginam tot dotes habere, quot cælum ſydera; quia multò plures etiam, at verò falſum erit tot cælum interpingi ſyderibus, quot Virgo dotibus condecoratur. Ergo ſicut de multitudine, ſic etiam de magnitudine poterimus philoſophari.

XI.

MLXX. *Comparatio negatione inſerta.*


Hæc certa, & digniſſima ſcitu, ſed pro coronide etiam aliquid adnotaturus ſum;

nimitùm ingenioſè, & eleganter fieri comparatiu nem inter extrema duo, alterum aſſertum, alterum negatum. Cicero. Attic. lib. 2. *Videre mihi videor tantam dimicationem, quanta nunquam fuit de Aruſpicum reſponſione. De nullo opere publico tot ſenatus erant conſulta, quot de meâ domo.* Et rediens, ad Deiparam et propoſitiones tales, quales, ſic inquam

Talis [namque jubet pietas generoſa fateri]
Es virgo, qualis fœmina nulla fuit,

NOTA.

UT ea, quæ diximus, meliùs intelligantur, placuit hoc unicum diagramma ſubſcribere & exponere.



Idem, aut clariùs *Omninò idem* illa ſunt, quæ nullam diſſimilitudinem important, quæ in nullâ re differunt. Et *diverſa* ſunt quæ in nullâ re ſimilia ſunt, quæ in nullâ non differunt: & ne aliquis diverſitatis abutendo vocabulo, illam cum differentiâ confunderet, illud *omninò* addidi, ut diverſitas omnimoda omnem ſimilitudinem excluderet. *Simile, Diſſimile, Differens.* tria ſunt nomina, & eadem formalitas: illa enim dicuntur ſimilia, quæ non ſunt eadem, nec diverſa, ergo quæ partim ſimilia, & partim diſſimilia ſunt, & hæc eadem vocantur *differentia.* Rem exemplis illuſtro. Homo & Animal rationale ſunt omninò idem. Rationale & Irrationale ſunt omninò diverſa. Petrus, & Paulus, ſunt ſimiles, quia identificantur in ratione hominis: ſunt diſſimiles, quia diſtinguuntur per individuationes: & ideò differre dicuntur.

Quid ſit identitas? *Quid diverſitas?* *Quid ſimilitudo?* *Quid diſſimilitudo?* *Quid differentia?*

* * *

DISPUTATIO VI.

De Propoſitione Temporali.

MLXXI. An ſit diſcreta? An ſit obliqua?

VT doctrinæ ſimilitudo me juvet, aio Propoſitionem Temporalem eſſe diſcretam, & obliquam. Diſcretionem probat realis terminorum diſtinctio: & obliquitatem caſuum temporalium varietas; nam,

QUANDO eſt, *quo tempore:*
QUAMDIU eſt, *quanto tempore:*
QUOUSQUE eſt, *uſque ad quod tempus.*

Harum propoſitionum compoſitio. Addo hujuſmodi omnes Propoſitiones conſtare duobus terminis, aut extremis particulâ *quando,* aut alii ſimili copulatis: hoc eſt, conſtare duabus ſimplicibus propoſitionibus, quæ vel differunt prædicato tantùm, vel ſubjecto tantùm, vel ſubjecto & prædicato ſimul. V.G.

Petrus movetur, quando currit.
Mare creſcit, quando Luna creſcit.
Altera bilanx deſcendit, quando altera aſcendit.

Conſtat ex præcedentibus, quò intelligantur modo iſtæ tres lineæ, nec debent omnia ſcribi ad longum, aliquid enim debet ingenio Lectoris relinqui.

I.

Temporanea propoſitionis quantitas. Specialiſſimum eſt hujuſmodi Propoſitionibus habere quantitatem ratione temporis: nam aliæ ſunt univerſales, aliæ particulares, aliæ infinitæ, & aliæ ſingulares. Pono exempla.

Petrus ſemper currit: vel *Petrus omni tempore currit.*
Petrus aliquando currit: vel *Petrus aliquo tempore currit.*
Petrus aliquando non currit: vel *Petrus aliquo tempore non currit.*
Petrus non ſemper currit: vel *Petrus non omni tempore currit.* [hoc eſt, *Petrus aliquando currit, & aliquando non currit.*]

Earumdem propoſitionum oppoſitio: & ad regulas communes reductio. Hæ propoſitiones ſic cooptantur, ſic inferuntur, & opponuntur, prout demonſtrat quota-decima Laminæ ſecundæ figura.

Et quidem hanc terminorum, & propoſitionum compoſitionem bonam eſſe conſtat ex ſequentibus lineis,

Nullum eſt tempus, in quo Petrus non currat: vel brevius: *Petrus ſemper currit.*
Nullum eſt tempus in quo Petrus currat vel brevius: *Petrus nunquam currit.*
Aliquod eſt tempus, in quo Petrus currat. vel brevius. *Petrus aliquando currit.*
Aliquod eſt tempus, in quo Petrus non currat. vel brevius. *Petrus aliquando non currit.*

Sed

II.

Sed hæ propoſitiones non ſunt Diſcretæ, nā Diſcretæ ſemper ſunt hypoteticæ; & majori molimine ſolent opponi. Pono unum exemplum.

Contradictoriæ { *Petrus movetur, quando currit:*
Falſum eſt. quod Petrus moveatur, quando currit.

Contradictoriæ { Mare creſcit, quando Luna creſcit:
Non eſt verum, quod mare creſcat, quando Luna creſcit.

Contradictoriæ { *Altera bilanx deſcendit, quando altera adſcendit:*
Falſum eſt, quòd altera bilanx deſcendat, quando altera adſcendit.

Suppono alterum:

Contradictoriæ { *Petrus movetur, quando currit:*
Petrus non movetur quando currit.

Contradictoriæ { Mare creſcit, quando Luna creſcit:
Mare non creſcit, quando Luna creſcit.

Contradictoriæ. { *Altera bilanx deſcendit, quanda altera adſcendit.*
Altera bilanx non deſcendit, quando altera adſcendit.

III.

MLXXII. Poſitionū Temporalium Converſio. Converſio Temporalium differri hucuſq; debuit, quia ſine quantitate terminorum, de quâ egimus nuper, intelligi bene nō poteſt. Sanè ipſa periculo non caret: quoniam, ſi convertam propoſitiones poſitas, ex veris ſemper aut ferè falſas inferam. Pono exempla.

Petrus movetur, quando currit.
Ergo Petrus currit quando movetur.
Petrus loquitur, quoties illum audis.
Ergo audis Petrum quoties loquitur.
Subſtantia eſt figurata, quando eſt rotunda,
Ergo eſt rotunda, quando eſt figurata.
Fidea eſt quando eſt gratia.
Ergo gratia eſt, quando eſt fides.
Spes eſt quamdiu eſt charitas.
Ergo charitas eſt, quamdiu eſt ſpes.

Non ſunt bonæ conſequentiæ. quoniam ſæpè movetur Petrus quin currat, & ſæpè loquitur, quin illum audias, ſæpè eſt figurata ſubſtantia, quin ſit rotunda, ſæpè eſt ignis ſine ſumo, & ſæpe in animâ reperitur fides ſine gratia, &c.

Dixi converſionem Temporalium non carere periculo; nam ſi adverbia temporis ſint indefinita, vix poterunt benè converti & poſſumus huic inconvenienti ob viam ire, ſi propoſitiones ad terminos Quantos reducamus. *Termini quanti quot.* Ipſi ſunt *Semper*, *Nunquam*, *Aliquando* & *Aliquando non*. Conſidera exempla ſequentia, quæ, omnia ſunt Affirmativa, & imbibunt tempus univerſale.

Petrus ſemper movetur, quando currit.
Ergo aliquando currit, quando movetur.
Petrus ſemper loquitur, quando illum audis,
Ergo aliquando audis Petrum quando loquitur.
Subſtantia ſemper eſt figurata, quando eſt rotunda
Ergo aliquādo eſt rotūda, quando eſt figurata, &c.

In his omnibus & ſimilibus, ſi antecedens eſt verum, etiam erit conſequens: tametſi hoc falſum eſſe poſſit abſolutè. Stat ergo particulam *ſemper*, quæ eſt univerſalis, tranſire in *Aliquando*, ac propterea converti per accidens: exempla particularia ſubſcribamus.

Petrus aliquando fuit Romæ, quando Antonius: *Converſio ſimplex.*
Ergo Antonius aliquando fuit Romæ, quando Petrus.
Aliquando pluebat, quando Sol lucebat:
Ergo aliquando Sol lucebat, quando pluebat,
Aliquando tacente Petro, Ioannes loquitur:
Ergo aliquando loquente Ioanne, Petrus tacet.

Quid ergo de negativis involventibus tempus univerſale ſumus dicturi? Eaſdem ipſas converti ſimpliciter & per accidens. Firmo exemplis doctrinam. *Negativarum converſio.*

Nunquam fuit Ioannes Romæ, quando Petrus Neapoli.
Ergo nunquam fuit Petrus Neapoli, quando Ioannes Romæ.
Ergo aliquando non fuit Petrus Neapoli, Ioanne exiſtente Romæ.
Nunquam ſunt Tenebræ, quando Sol lucet,
Ergo nunquam Sol lucet, quando ſunt tenebræ
Ergo aliquando Sol non lucet, quando ſunt tenebræ
Nunquam eſt gratia in animâ: quando eſt peccatū.
Ergo Nunquam eſt peccatum in animâ quando eſt gratia.
Ergo aliquando non eſt peccatum in animâ quando eſt gratia:

Quo ergo modo convertentur illæ, quarum tempus eſt *aliquando non*, hoc eſt particulare negativum? *De propoſitionibus quarum tempus eſt Aliquando non.*

Reſpondeo tranſituras in propoſitiones, quarum tempus ſit Aliquando, relictâ negatione apud prius verbum. Pono exempla.

Aliquando non vigilo, dum Petrus adeſt.
Ergo aliquando Petrus adeſt, dum non vigilo.
Aliquando non loquor, dum Petrus ſcribit.
Ergo aliquando Petrus ſcribit, dum non loquor.
Aliquando non reſpondeo, quando interrogor.
Ergo aliquando interrogor, quando non reſpondeo.

DISPUTATIO VII.

De Propoſitione Locali.

MLXXIII. *Summa Temporis & Loci connexio.*

DOctrina de loco tantam connexionem habet cum doctrinâ de tempore, ut alterâ ignoratâ, altera radicitùs ſciri non poſſit, aut alterâ ſcitâ ignorari. Hanc veritatem nullo modo demonſtrabo efficaciùs quàm totum præcedentem articulum materiâ mutatâ, & ſervatâ formâ tranſcribendo. Illum antè lego, & hæc exſcribo.

I.

An localis aſſertio & diſcreta & obliqua ſit?

Propoſitio Localis eſt diſcreta & obliqua: Diſcreta quia conſtare poteſt terminis realiter diſtinctis: obliqua, quia adverbia loci nominum caſus obliquos complectuntur, & imbibunt. Omnis Propoſitio Localis conſtat duobus terminis, aut extremis, particulâ *ubi* (quæ ſignificat *eo loco quo*) cõnexis: hoc eſt duabus ſimplicibus propoſitionibus, quæ vel differunt prædicato tantùm, vel ſubjecto tantùm, vel ſubjecto & prædicato ſimul: Pono exempla.

Quid ſignificet ubi?

Petrus dormit, ubi (ſeu eo loco quo) cœnat.
Periit Ioannnes, ubi, (ſeu eo loco quo) Franciſcus.
Cecidit Antonius, ubi (ſeu eo loco, quo) Fridericus ſurrexerat.

Adverbiorũ localiũ quantitas.

Adverbia hæc loci, quæ has propoſitiones afficiunt, ſuam quantitatem habent: nam alia univerſalia, alia particularia, alia affirmativa, & alia negativa ſunt: Pono exempla:

Pauper ubique (omni loco) miſer eſt.
Pauper nullibi (nullo loco) miſer eſt.
Pauper alicubi (aliquo loco) miſer non eſt.
Pauper non ubique (non omni loco) miſer eſt.

Si agamus de horum adverbiorũ & aliorum ſimilium ſubalternatione & oppoſitione, prodeunt quatuor figuræ, quæ laminæ primæ octavâ cellulâ ponuntur.

Et quidem hæc adverbia benè inter ſe diſponi, & componi demonſtrant propoſitiones ſubſequentes,

Ubi eſt Petrus?

Nullus eſt locus in quo Petrus non ſit. breviùs, *Petrus eſt ubique [Ubivis: ubicunque]*
Nullus eſt locus, in quo Petrus ſit breviùs, *Petrus eſt nullibi [nuſquam.]*
Aliquis eſt locus, in quo Petrus ſit. breviùs, *Petrus eſt alicubi.*
Aliquis eſt locus, in quo Petrus non ſit, breviùs, *Petrus alicubi non eſt.*

Unde venit Joannes?

Nullus eſt locus, unde Ioannes non veniat. breviùs *Ioannes venit undique: (undevis, undecunque)*
Nullus eſt locus, unde Ioannes veniat. breviùs, *Ioannes venit nullibunde (ex nullo loco.)*
Aliquis eſt locus, unde Ioannes veniat. breviùs, *Ioannes venit alicunde.*
Aliquis eſt locus, unde Ioannes non veniat. breviùs, *Ioannes aliunde non venit.*

Quo vadit Franciſcus?

Nullus eſt locus, ad quem non vadat, breviùs, *Franciſcus vadit quovis (quocunque.)*
Nullus eſt locus, ad quem vadat, breviùs, *Franciſcus vadit nullò (nequò.)*
Aliquis eſt locus ad quẽ vadat, breviùs, *Franciſcus vadit aliquò.*
Aliquis eſt locus, ad quem non vadat, breviùs, *Franciſcus aliquò non vadit.*

Quà tranſivit Theodorus?

Nullus eſt locus, per quem non tranſierit, breviùs: *Theodorus tranſivit quavis.*
Nullus eſt locus, per quem tranſierit, breviùs: *Theodorus tranſivit nullà (nequà.)*
Aliquis eſt locus, per quem tranſierit, breviùs: *Theodorus tranſivit aliquà.*
Aliquis eſt locus, per quem non tranſierit, breviùs: *Theodorus aliquà non tranſivit.*

Reduxi hæc adverbia & propoſitiones, quæ illa habent, ad communes & ordinarios terminos, nemo enim ignorat quomodo conſequantur, & opponantur iſti termini, nimirùm, *Omnis locus Nullus locus: Aliquis locus: Aliquis locus non.*

II.

Locales ſunt iſtæ propoſitiones; & digna ſcitu earundem oppoſitio & collatio: non tamen ipſæ ſunt Diſcretæ, & hanc ob rem nonnihil additurus ſum; habeo enim (quod & ſuperiùs iterùm iterùmque inſinuavi) modos duos inveniendi contradictoriam cujuſcunque Diſcreti localis: Primum propono, & illuſtro his exemplis: *Inveniendi contradictoriam modus primus*

Contradictoriæ { *Petrus ibi eſt, ubi Franciſcus.* / *Falſum eſt, quòd ibi Petrus ſit, ubi Franciſcus.* }

Contradictoriæ { Joannes inde venit, unde Antonius. / Non eſt verum, quod inde Joannes veniat, unde Antonius. }

Contradictoriæ { *Ambroſius inde venerat, quò Paulus ibat.* / *Falſum eſt quòd unde Ambroſius venerat, quò Paulus ibat.* }

Secundum addo, & dilucido iſtis. *Secundus inveniendi contradictorias modus.*

Contradictoriæ { *Caius cõtendit, quò Deus inſpirat.* / *Caius non tendit eò, quo Deus inſpirat.* }

Cujus

Contra-dictoriæ { Gnej᷑ illac trāſivit, quà Cæſar voluit, / Gnejus non tranſivit illac quà Cæſar voluit.

Contra-dictoriæ { *Ibo quorſum voluerit:* / *Non ibo quorſum voluerit.*

III.

M LXXV. De Converſione Localium.

Sicut ſimplices, ita etiam diſcretæ temporales converti poſſunt ſimpliciter, peraccidens & per contrapoſitionem, quoniam tempus univerſale affirmativum convertitur in particulare,

Adverbiorum tranſitus.

Vbicunque in Alicubi.
Vndecunque in Alicunde.
Quocunque in Aliquò.
Quavis in Aliquà.

Conſidera converſiones ſequentes.

Quæ Localis modo convertātur per accidens.

Fernelius fuit, ubicunque Theopompus.
Ergo Theopompus alicubi fuit, ubi Fernelius.
Petrus venit undecunque Franciſcus.
Ergo Franciſcus alicunde venit, unde Petrus.
Illac tranſibo ubicunque ſint Galli.
Ergo Galli erunt alicubi, quà tranſibo.

In his & ſimilibus omnibus erit bona conſequentia, ſi inferatur adverbium particulare, ut vidiſti; mala, ſi univerſale: Nam ſi Fernelius fuiſſet Romæ, Pariſiis & Madriti, Theopompus tantùm Madriti, & Romæ, fuiſſet Fernelius ubicunq; Theopompus: non autem iſte ubicunque Fernelius, &c.

Adverbia particularia retinentur, & propoſitiones, in quibus illa ſimpliciter converti poſſunt. Pono exempla:

Quomodo convertātur ſimpliciter.

Petrus fuit in aliquo loco, in quo fuit Paulus.
Ergo Paulus fuit in aliquo loco, in quo fuit Petrus.

Vado ad quandam urbem, ex qua diſceſſit Cajus.
Ergo Cajus diſceſſit ex quâdam urbe, ad quam vado.
Tranſivi illac quà Antonius.
Ergo Antonius tranſivit, quà ego.

Si adverbia ſint univerſalia negativa, aut manere univerſalia negativa poſſunt, aut tranſire in particularia negativa. Et hanc ob rem convertitur

Quo negativa adverbia modo convertātur.

Nullibi in Nullibi vel *Alicubi non.*
Nulliunde in *Nulliunde*, vel, *Alicunde non*
Nullò in Nullò vel *Aliquò non.*
Nullà in Nullà vel *Aliquà non.*

Rem dilucido exemplo.

In nullo loco fui, in quo Pompeius:
Ergo Pompeius in nullo loco fuit, in quo ego.
Nulliunde diſceſſi, ubi fuerit Rutilus:
Ergo Rutilus nullibi fuit, unde diſceſſerim.
Ergo Rutilus alicubi non fuit, unde diſceſſerim.
Nullà tranſivi, quà tranſierit Cæſar;
Ergo Cæſar nullà tranſivit, quà tranſierim ego,
Ergo Cæſar aliquà non tranſivit, quà ego.

Veniamus ad particulas particulares negativas, quæ plus ſolent negotii faceſſere; ſic eas converte.

De particularibus negativis.

Alicubi non fui, ubi Petrus fuit, hoc eſt:
In aliquo loco non fui, in quo tamen fuit Petrus.
Ergo in aliquo loco fuit Petrus, in quo non fui, vel etiam: *Alicubi fuit Petrus, ubi non fui.*

Ergo tranſit Adverbium temporale ex uno extremo ad alterum, at negatio remanet apud ſuum verbum.

PARS II.

De Propoſitionibus Obliquis, ſeu Diſcretis; multiplici Toto (nimirùm, Dilemmate, Syllogiſmo, Sorite, &c.) quod ipſæ componunt.

MLXXVI. Propoſitio claudit terminos, quia Totū eſt, & claudītur in argumentatione, quia eſt pars. Argumentatio diſcreta, quæ obliquas.

EGimus parte primâ de Propoſitione quà Toto: nunc de eâdem quâ parte. Examinavimus hucuſque partes, quibus illæ conſtabant: nunc autē diſcuſſuri ſumus Tota varia [videlicet, Argomentationes] quæ ex mixtione & coordinatione obliquarum poſitionū reſultant. Vocabo igitur Argumentationes Diſcretas, quæ conſtant propoſitionibus Diſcretis: Obliquas, quæ obliquis: ut ſi dixero.

Vbi eſt theſaurus hominis, ibi & cor eius. Mat 6 21
Sed Petrus theſaurizat divitias & ignorat cui congregabit eas. Pſ. 38. v. 7.
Ioannes & Franciſcus honores, hoc eſt, fumum: ſunt enim omnia vanitas, Eccleſiaſtic. 1.
Ergo cor Petri eſt in pecunia.
Ergo cor Ioannis, & Franciſci in honorum & dignitatum vanitate.

Obliqua ſeu Diſcreta argumentationis ſpecies.

In multas argumentatio hæc ſpecies dividitur, at nos prius accuratè trademus formas, & figuras obliquas, & poſteà ejuſmodi argumentationem ex Propoſitionum Diſcretarum differentiâ, & numero dividamus in ſex claſſes diverſas: videlicet, in Comparativam, ſeu Superlativam, Disiunctivam, Conditionalem, Tantam-quantam (cui adjungo Tot-quot, & Talem-qualem) Temporalem, Localem: quas etiam in ſubalternas ſpecies aut claſſes dividemus; & ſingulas accuratè illuſtrabimus.

DIS-

DISPUTATIO VIII.

Doctrinam proœmialem præmittens.

OBliquus terminus aut ſumitur indefinitè, aut afficitur ſignis, *Omnis*, *Nullus*, *Aliquis*, &c. quomodocunque, illum ſumi contingat, aut extremitas, aut medium in bono ſyllogiſmo eſſe poteſt: conſtat ex his exemplis

Conſiderentur attentè hæc exempla.

Cuilibet ſancto debetur gloria.
Gloria eſt Beatitudo æterna.
Ergo cuilibet Sancto debetur beatitudo æterna.
Quilibet adulter meretur infernum.
Aurelius eſt Adulter:
Ergo Aurelius meretur infernum.
Omni ſacrilego debetur infernus.
Nulli pio debetur infernus.
Ergo nullus pius eſt ſacrilegus.
Omni ſacrilego debetur infernus.
Nulli ſacrilego debetur beatitudo.
Ergo beatitudo non eſt infernus.
Deum tantùm amo.
Christum amo.
Ergo Chriſtus eſt Deus.

I.

Poſſunt dari regulæ, quibus dirigamur, cùm formamus ſyllogiſmos obliquos. Has ſubſcribo.

Obliquorũ ſyllogiſmorum leges. Prima Regula.

PRIMA. Si in majore aſſerente ſit terminus aliquis obliquus (univerſalis, particularis, aut indefinitus) ille in minore ſit ſubjectũ univerſalis aſſerentis, cujus prædicatum particulariter, aut indefinitè, non verò univerſaliter ſumptum, erit obliquum quo differet à majore concluſio. Pono exempla.

Equos univerſos reſpicimus.
Omnis equus eſt animal hinnibile.
Ergo animalia hinnibilia reſpicimus.
Reſpicimus Canes.
Omnis Canis eſt Animal latrabile.
Ergo reſpicimus animalia latrabilia.
Miſertus ſum hominis;
Omnis homo eſt animal rationale.
Ergo miſertus ſum animalis rationalis.
Sepelivi Franciſcum in Eccleſiâ.
Omnis Eccleſia eſt locus Deo ſacer.
Ergo ſepelivi Franciſcum in loco Deo ſacro:
Catholicorum eſt Aras defendere.
Omnis Catholicus habet veram fidem.
Alicuius ergo, qui habet verã fidẽ, eſt Aras defendere.

Obſervatio notãda.

Etſi obliquus majoris afficiatur ſigno, *Omnis*, obliquus cõcluſionis nõ poteſt illo affici, nam aliàs malè concluderetur, Verbi gratiâ, ſi habuerimus decem oves, & decem gallinas, illas omnes comederimus, iſtas conſervaverimus, poterimus dicere.

Omnes oves comedimus.
Omnis ovis eſt animal.
Ergo animalia comedimus.
vel, *Ergo aliqua Animalia comedimus.*

Non verò, *Ergo omnia animalia comedimus.* Nam gallinæ animalia ſunt, & tamen illas non comedimus.

II.

Secunda Regula.

Si in majore aſſerente ſit terminus obliquus affectus ſigno *Omnis*, ipſe indefinitè poterit prædicari in minore affirmativâ, & minoris ſubjectum cum ſuo ſigno aſſerente (*omnis, aliquis,*) erit obliquum concluſionis: verbi cauſa,

Omnia animalia cognoſcit Angelus.
Omnis homo eſt Animal.
Ergo omnes homines cognoſcit Angelus.
Omnibus militibus ſolvitur ſtipendium.
Aliqui Batavi ſunt milites,
Ergo aliquibus Batavis ſolvitur ſtipendium.
Omnibus ſtudioſis conceditur immunitas.
Petrus (hic homo) eſt ſtudioſus.
Ergo Petro (ſive huic homini,) cõceditur immunitas

III.

Tertia Regula.

Si in majore aſſerente ſit ex parte ſubjecti obliquus affectus ſigno *Nullus*, tunc iſte obliquus poterit eſſe minoris aſſerentis ſubjectum, & affici ſigno *omnis, vel aliquis*, & minoris prædicatum tranſibit in concluſionis negativæ obliquum afficiendũ ſigno *Aliquis*. Pono exemplũ.

Nullos ego milites habeo;
Omnes milites ſunt homines.
Ergo aliquos homines non habeo.
Nulli diviti invideo;
Aliquis Dives eſt Hiſpanus;
Ergo alicui Hiſpano non invideo.
In nullius Doctoris verbo iuro.
Aliquis Doctor eſt Scotus.
Ergo in Scoti verbo non iuro.

IV.

Quarta Regula.

Eiuſdẽ majoris obliquus poterit eſſe in minori univerſali affirmativâ prædicatũ indefinitum, & tunc minoris ſubjectum cum ſuo ſigno affirmativo (*Omnis, Aliquis,*) tranſibit in concluſionis obliquum. Ut cùm dicimus.

Nullum metallum curo.
Omne aurum eſt metallum
Ergo omne aurum non curo,
vel. *Ergo nullum aurum curo.*
Nulli homini eſt Petrus obnoxius.
Aliquod Animal eſt homo.
Ergo alicui Animali Petrus non eſt obnoxius.
Ad nullum hominem ſpectat res creare:
Petrus eſt homo:
Ergo ad Petrum non ſpectat res creare.

V.

Quinta Regula.

Propoſitio negativa obliquo termino affecta, reduci poteſt ad affirmativam æquipollentem, & legibus præmiſſis regulari. Quoniam,

Nullus homo habet omnem equum, æquivalet huic, *Omnis homo caret aliquo equo.*
Et hæc, *Nullus homo habet nullum equum.* huic, *Omnis homo habet aliquem equum.*

VI.

Sexta Regula.

Idem obliquus poteſt eſſe in utrâque præmiſſâ modò habeat ſigna contradictoria, vel contraria, & concludat negativè. Rẽ illuſtro.

Omnes milites amat Petrus.
Nullus milites amat Paulus.
vel, *Aliquos milites non amat Paulus.*
Ergo Paulus non eſt Petrus,

Huc

Huc referri poteſt hoc feſtivum Triſti. hum

La Taraſca tiene un diente,
Vos Señora tenen dos:
No ſois la Taraſca vos.

Quod quia olim mihi placuit; in carmina ſequentia tranſtuli,

Inferni Princeps unum Proſerpina dentem
Ore patente movet: tu mea Cotta duos.
Ergo, quidquid alii dicãt, Proſerpina nõdũ es.
Illa tamen quando dens cadat alter, eris.

VII.

MLXXVIII Septima Regula. Si duas cõtradictorias reddas veras additione duorũ obliquorũ poſitorũ in eodẽ caſu, inferes concluſionẽ particolarẽ negativã in quâ obliquus, q erat univerſalis pdiceſur indefinitè de particulari: ſi uterq; obliquus ſit particularis, ille qui eſt in negativã, æquivalet univerſali; idẽ enim eſt, *non aliquis*, ac *nullus*. Pono exemplum.

Ego dedi eleemoſynam,
Ego non dedi eleemoſynam.

Sunt contradictoriæ, & tamen erunt ſimul veræ in ſyllogiſmo hoc,

Ego dedi Eleemoſynam alicui animali.
Ego non dedi Eleemoſynam alicui equo.
vel, *Ego dedi Eleemoſynam nulli equo.*
Ergo Aliquod Animal non eſt equus.

Si obliqui ſunt ſingulares poterunt mutuò in propoſitione componi: ut,

Petrus vidit Paulum.
Petrus non vidit Ioannem.
Ergo Ioannes non eſt Paulus.
Ergo Paulus non eſt Ioannes. &c.

VIII.

Octava Regula De obliquorũ ſyllogiſmorũ reductione. Omnium horum ſyllogiſmorũ bonitas reductione monſtratur; nimirũm terminos obliquos ad rectos reducẽdo: quod ut præſtes, indiges phraſium copiâ; & exactâ notitiâ Grammaticæ, ne fortè æquipollentes judices propoſitiones, quæ ſint diverſæ.

Dixi ſyllogiſmorum obliquorum merâ reductione efficaciam monſtrari; nunc oſtẽdo, & priores omnes ad rectos, & formales reduco.

OBLIQ. *Cuilibet Sancto debetur gloria.*
Gloria eſt Beatitudo æterna.
Ergo cuilibet Sãcto debetur beatitudo æterna.

Syllogiſmus indefinitus RECT. Id q debetur cuilibet Sãcto, eſt gloria:
Gloria eſt Beatitudo æterna,
Ergo id, quod debetur cuilibet Sancto, eſt Beatitudo æterna.

OBLIQ. *Omni ſacrilego debetur infernus.*
Nulli pio debetur infernus.
Ergo nullus pius eſt ſacrilegus.

Cameſtres. RECT. Omnis ſacrilegus damnatus Inferno.
Nullus pius damnatus inferno.
Ergo nullus pius eſt ſacrilegus.

OBLIQ. *Omni ſacrilego debetur infernus.*
Nulli ſacrilego debetur Beatitudo.
Ergo Beatitudo non eſt infernus.

RECT. Infernus eſt res debita ſacrilego.
Beatitudo non eſt res debita ſacrilego
Ergo Beatitudo non eſt infernus.

OBLIQ. *Deum tantùm amo.*
Chriſtum amo.
Ergo Chriſtus eſt Deus.

RECT. Omne quod amatur à me, eſt Deus.
Chriſtus amatur à me.
Ergo Chriſtus eſt Deus.

OBLIQ. *Omnes equos reſpicimus.*
Omnis equus eſt animal hinnibile.
Ergo animalia hinnibilia reſpicimus.

RECT. Omnes equi reſpiciuntur à nobis. Darapti.
Omnes equi sũt animalia hinnibilia.
Ergo aliqua animalia reſpiciunt à nobis.

OBLIQ. *Miſertus ſum hominis.*
Omnis homo eſt animal rationale.
Ergo miſertus ſum animalis rationalis.

RECT. Ille cujus miſertus ſum eſt homo. Dimagni.
Omnis homo eſt animal rationale.
Ergo ille, cujus miſertus ſum, eſt animal rationale.

OBLIQ. *Sepelivi Franciſcum in Eccleſia.*
Omnis Eccleſia eſt locus ſacer.
Ergo ſepelivi Franciſcum in loco ſacro.

RECT. Loc⁹, in quo Franciſcũ ſepelivi, eſt ſacer. Dimagni.
Omnis Eccleſia eſt locus ſacer.
Ergo locus, in quo Franciſcũ ſepelivi, eſt ſacer.

OBLIQ. *Catholicorum eſt aras defendere.*
Omnes Catholici habent veram fidem.
Ergo alicuius (aliquorum) qui habent veram fidem, eſt aras defendere.

RECT. Omnis Catholic⁹ debet aras defendere. Darapti. *Poſſet hic concludi univerſaliter, quia major eſt cõvertibilis*
Omnis Catholicus habet veram fidem.
Ergo aliquis, qui habet verã fidẽ debet aras defendere.

OBLIQ. *Omnes oves comedimus.*
Omnis ovis eſt animal.
Ergo aliqua animalia comedimus.

RECT. Omnes oves ſunt à nobis comeſtæ.
Omnes oves ſunt animalia. Darapti. *Hic militat contraria ratio.*
Ergo aliqua animalia sũt à nobis comeſta

OBLIQ. *Omnia animalia cognoſcit Angelus:*
Omnis homo eſt animal.
Ergo omnes homines cognoſcit Angelus.

RECT. Omne animal cognoſcitur ab Angelo. Barbara.
Omnis homo eſt animal.
Ergo omnis homo cognoſcitur ab Angelo.

OBLIQ. *Omnibus militibus ſolvitur ſtipendium.*
Aliqui Batavi ſunt Milites.
Ergo aliquibus Batavis ſolvitur ſtipendium.

RECT. Omnes milites recipiunt ſtipendium.
Aliqui Batavi ſunt milites. Darii.
Ergo aliqui Batavi recipiunt ſtipendium.

OBLIQ. *Omnibus ſtudioſis conceditur immunitas.*
Petrus eſt ſtudioſus.
Ergo Petro conceditur immunitas.

RECT. Omnis ſtudioſus gaudet immunitate. Darii.
Petrus eſt ſtudiuſus.
Ergo Petrus gaudet immunitate.

OBLIQ. *Nullos ego milites habeo.*
Omnes milites ſunt homines.
Ergo aliquos homines non habeo.

RECT. Nulli à me habiti ſunt milites. Feſapor.
Omnes milites ſunt homines.
Ergo aliqui homines nõ ſunt habiti à me.

OBLIQ. *Nulli diviti invideo.*
Aliquis dives eſt Hiſpanus.
Ergo alicui Hiſpano invideo.

RECT. Nullus dives eſt, cui invideam. Feriſon.
Aliquis dives eſt Hiſpanus.
Ergo aliquis Hiſpanus nõ eſt, cui invideã.

OBLIQ. *In nullius verba iuro.*
Aliquis Doctor eſt Scotus.
Ergo in Scoti verba non iuro.

RECT. Nullus Doctor eſt, quem in omnibus ſequar. Feriſon.
Aliquis Doctos eſt Scotus.
Ergo Scot⁹ nõ eſt, quẽ in omnib⁹ ſequar.

OBLIQ. *Nullum metallum curo.*
Omne aurum eſt metallum
Ergo nullum aurum curo.

RECT.

Celarent. RECT. Nullum metallum curatur à me.
Omne aurum eſt metallum.
Ergo nullum aurum curatur à me.
OBLIQ. *Nulli homini eſt Petrus obnoxius.*
Aliquod Animal eſt homo.
Ergo alicui animali Petrus non eſt obnoxius.
Ferio. RECT. Nullus homo præeſt Petro.
Aliquod animal eſt homo.
Ergo aliquod animal non præeſt Petro.
OBLIQ. *Dedi Eleemoſynam alicui Animali.*
Non dedi alicui equo.
Ergo aliquod Animal non eſt equus.
RECT. Aliquod Animal recepit à me Eleemoſynam. Primoſe.
Null⁹ equus recepit à me Eleemoſynã.
Ergo aliquod animal non eſt equus.

DISPUTATIO IX:

Syllogiſmorum purè Obliquorum Formas & Figuras expendens.

IPſemet titulus cùm agit de ſyllogiſmis obliquis, ſupponit eſſe & alios, qui non ſunt purè obliqui, ſed mixti, ut patet in exemplis ſequentibus.

Benedictus eſt antiquior Bernardo.
Sed non eſt antiquior Auguſtino.
Ergo Bernardus non eſt antiquior Auguſtino.

Benedictus erexit Caſinum:
Caſinum eſt devotiſſimum Cœnobium.
Ergo Benedictus erexit devotiſſimum Cœnobium.

Dedi duos ſyllogiſmos. Prim⁹ fuit purè obliquus, ſecundus mixtus, quoniam ſecundi minor recta eſt. Agemus igitur primò de puris, & poſtmodùm etiam de mixtis.

Forma Platonica.

I.

Regula generalis. SYllogiſmus in forma poſtulat, ut medium ſit connotatũ in majori, & connotãs (ſubjectũ) in minori: & major extremitas ſit connotans in majori & cõcluſione, & minor extremitas in minori, & cõcluſione cõnotetur. Ut cùm dicim⁹,

Ternarius eſt minor Quaternario.
Quaternarius eſt minor Senario.
Ergo Ternarius eſt minor Senario.

Et quia multifariã poſsũt terminorũ quãtitates miſceri, oriũtur multæ formæ, quas ſubſcribo.

n a. a a. n a. *Aſtra clamate fata.*
n a. a i. a i. *Aula favit malis.*
a i. a a. a a. *Arcus alta captat.*
a i. a i. a i. *Addit Paris Arci.*
i a. a a. i a. *Ipſa Pallas micat.*
i a. a i. i i. *Iſta pacis ſitis.*
i i. a a. i i. *Ibi fama minax.*
i i. a i. i i. *Ibi favit mihi.*

Plures modos poſſe proponere; ſed volui pᷓcipuos inter legere; cujuſcunq; enim erit alios, ſi occurrant, addere. Proderit igitur hos eoſdem exemplis confirmare.

I. Aſtra clamate fata.

An non ſint in his ſyllogiſmis quatuor, vel plures termini? Quid mirũ inde, ſi Ars id poſtulet, & ſi habeant terminos, pauciores eſſe boni nõ poſſunt?

Omnis Centenarius eſt major omni Denario.
Omnis Denarius eſt major omni Quaternario.
Ergo omnis Cẽtenarius eſt major omni Quaternario.

II. Aula favit malis.

Omnis homo eſt nobilior omni equo.
Omnis equus eſt nobilior aliquâ ſubſtantiâ.
[aliquâ inquam, non omni, quia Angelis non eſt nobilior.]
Ergo omnis homo eſt nobilior aliqua ſubſtantia.

III. Arcus alta captat.

Omnis leo eſt perfectior aliquo animali.
Omne animal omni arbore.
Ergo omnis leo omni arbore.

IV. Addit Paris arci.

Omne individuum ſubeſt alicui ſpeciei.
Omnis ſpecies alicui generi.
Ergo omne individuum ſubeſt alicui generi.

An immediatè? Hoc ratio concludendi non poſtulat.

MLXXX. Quàm ditior ſit Logica diſcreta ſeu obliqua? Quatuor iſti modi cõſtant ex univerſalibus & affirmativis, & tamen differunt inter ſe; ut vel hinc intelligatur, quantò ſit ditior obliqua Dialectica cæteris; ſiquidem quatuor aut pluribus modis præmiſſas ſuas diſponit, quas omnes rejiceret antiqua ad *Bammada*, & ſi non cognoſceret hunc modum, (non enim Ariſtotelicus ſed Platonicus eſt) ad *Barbara*.

V. Ipſa Pallas micat.

Aliquis Latinus eſt doctior omnibus Græcis.
Omnis Græcus eſt doctior omni Scytha.
Ergo aliquis Latinus eſt doctior omni Scythâ.

VI. Iſta Pacis ſitis.

Aliqui homines fuerunt fortiores omni leone.
(Samſon & David ſemper prævaluerunt, ut in litteris divinis legimus.)
Leones occiſi à Samſone & Davide.
Omnis leo eſt fortior aliquo elephante. (id ſuppono)
Ergo aliqui homines fuerũt fortiores aliquo elephãte.

VII. Ibi fama minax.

Aliquis Hiſpanus eſt doctior aliquo Italo.
At omnis Italus eſt doctior omni Indo.
Ergo aliquis Hiſpanus eſt doctior omni Indo.

VIII. Ibi favit mihi.

Aliquis vir privatus eſt ditior aliquo Rege.
(Fuerunt multi viri privati, qui Regiam opulentiam æquarent; & nonnulli, qui vincerent.)
Omnis Rex eſt ditior aliquo Imperatore.
(fuerunt enim Imperatores nonnulli valdè pauperes: & ille, quem expulit Odoacer, ideò fuit vocatus *Auguſtulus*.)
Ergo aliquis vir privatus eſt ditior aliquo Imperatore.

II.

Modi negativi. Hucùſq; omnes præmiſſæ fuerũt affirmativæ, & hanc ob rẽ ſẽper affirmavit concluſio: modò afferentes negantesq; propoſitiones cõmiſceamus, & experiamur, an forma ſubſiſtere poſſit? Sic inquam.

Omnis avus eſt ſenior omni ſuo Nepote.
Nonnullus ex his nepotibus eſt Senior ullo Patre.
(ſic pono: eſt enim veræ ſimilis)
Ergo nullus avus eſt Senior aliquo Patre.
(imò debet eſſe ſenior aliquo Patre: ergo malè concluditur.)

Pono aliud exemplum multo clariùs.

Omnis denarius eſt major omni binario.
Nullus binarius eſt major aliquo ſenario.
Ergo nullus denarius eſt major aliquo ſenario.

MLXXXI. Forma eſt eadẽ; tamen antecedens eſt verũ, & cõſequẽs iterũ falsũ. Ex his patet nõ valere con-

conſequentiam, ſi major aſſerat, & minor neget, & hanc ob rem eſſe inutiles modos.

Modi inutiles.

aa. ei. ei. *Arma belli petit.*
aa. ei. ac. *Armat belli pacem.*
ai. ei. ei. *Achilles ei dedit.*
ai. ei. ac. *Achilles ei addet.*
ia. ei. ini. *Illa petit, inquit.*
ii. ei. ini. *Ibi ſtetit iniquus.*

III.

ADdidi conſequentias ex analogia; quas nimirùm deberent habere, ſi eſſent boni. Invertamus ergo præmiſſas, & tentemus, an ex majore negativa & minore affirmativâ egrediatur conſequentia legitima. Periculum ſumo, & ſic inquam.

Nullus Centenarius eſt minor binario:
Omnis binarius eſt minor millenario:
Ergo omnis Centenarius non eſt minor millenario.

Etiam ſi præmiſſæ commutentur manens inutiles.

Si dicas debere indirectè concludi, & Syllogiſmum eſſe bonum, ſi inferat. *Ergo omnis denarius eſt minor centenario.* Si inquam hoc dicas; te errare evincam ſequentem Syllogiſmum producendo.

Omnis Centenarius non eſt minor binario.
Omnis binarius eſt minor denario.
Ergo omnis (aliquis) denarius non eſt minor centenario.

Ergo etiam iſti indirecti proſcribuntur, videlicet.

Modi indirecti inutiles.

ei. aa. ei. *Eripitur, Pallas que ferit.*
ei. aa. ac. *Excipitur, Fama favet.*
ei. ai. ei. *Eligitur, Paris erit.*
ei. ai. ac. *Edicitur, Aſtris Mater.*
ei. ia. ini. *Erigitur, Diva mihi.*
ei. ii. ini. *Eripitur, ibi cinis.*

An modi inutiles ſint propriè inſigniendi nominibus?

Sed cur denominantur, ſi ipſi inutiles ſunt? Fortè, qui hic non ſerviunt, ſervient alibi: fortè proderit benè cognoſcere qui ſint inutiles: fortè & tu multos inutiles domi alis, qui tamen non carent nominibus.

Prima Figura.

IV.

M LXXXII.

POſtulat, ut medium ſit connotans (ſubjectum) in majori, & connotatum in minori, & interim in concluſione extremitas, quæ in præmiſſis erat connotans, maneat connotans; & quæ connotata, connotata. *Et faciliùs.* Si Syllogiſmi in formâ commutentur præmiſſæ (major in minorem, & contra,) & retineatur concluſio, habebitur prima figura: Ejuſmodi ſunt hi.

Prima Ariſtotelis figura eruitur è formâ Platonicâ.

aa. aa. aa. *Parat aſtra fama.*
aa. ai. ai. *Parca rapit alios.*
aa. ia. ia. *Pallas picta vivat.*
aa. ii. ii. *Parcat illi vigil.*
ai. aa. ai. *Pallida fama cadit.*
ai. ai. ai. *Paris amicos adit.*
ai. ia. ii. *Pacis illa ſitis.*
ai. ii. ii. *Paris ſibi ſimilis.*

Et eoſdem eſſe legitimos & bonos exemplis ſequentibus probo.

I. Parat aſtra famam.

Omnis cohors eſt major omni manipulo.
Omnis Legio eſt major omni cohorte.
Ergo omnis Legio eſt major omni manipulo.

Quot milites continet Legio?

Legio olim conſtabat 6666. militibus, ſed cur? Quoniam 6000. milites diviſi in decurias ſeu manipulos indigebant 600. Decurionibus ſeu Manipulariis; ſi ſingulis cohortibus decem manipulos adſignemus, erunt 60. cohortes, quibus 60. Duces debebunt præfici: manent ergo ſex, videlicet legionarius, locum tenens, & Adminiſtri quatuor: alii legionem aliter intelligunt, aliter explicant, aliter dividunt. Nos inire volumus iſtam viam, ut Syllogiſmi poſiti terminos dilucidaremus.

Ergo retinebo illos, & tantum quantitates mutabo.

II. Parca rapit alios.

Omnis cohors eſt major omni manipulo.
Omnis Legio eſt major aliquâ cohorte.
Ergo omnis Legio eſt major aliquo manipulo.

III. Pallas picta vivat.

Omnis cohors eſt major omni manipulo.
Aliqua Legio eſt major omni cohorte.
Ergo aliqua Legio eſt major omni manipulo.

IV. Parcat illi vigil.

Omnis cohors eſt major omni manipulo.
Aliqua Legio eſt major aliqua cohorte.
Ergo aliqua Legio eſt major aliquo manipulo.

V. Pallida fama cadit.

Omnis cohors eſt major aliquo manipulo.
Omnis Legio eſt major omni cohorte.
Ergo omnis Legio eſt major aliquo manipulo.

VI. Paris amicos adit.

Omnis cohors eſt major aliquo manipulo.
Omnis Legio eſt major aliquâ cohorte.
Ergo omnis Legio eſt major aliquo manipulo.

VII. Pacis illa ſitis.

Omnis cohors eſt major aliquo manipulo.
Aliqua Legio eſt major omni cohorte.
Ergo aliqua Legio eſt major aliquo manipulo.

VIII. Paris ſibi ſimilis.

Omnis cohors eſt major aliquo manipulo.
Aliqua Legio eſt major aliqua cohorte.
Ergo aliqua Legio eſt major aliquo manipulo.

Fortè moleſtum tibi fuerit tot legere commateriales Syllogiſmos, at ratio doctrinæ id extorſit, ut meliùs forma cognoſceretur.

Secunda Figura.

V.

M LXXXIII. *Harum fi-gura leges.*

POſtulat ut medium ſit connotatum in utrâque præmiſsâ, & in concluſione major extremitas à minori connotetur. Multi ſunt in hac figurâ modi; ſed ſequentes interlego.

aa. ae. ae. *Sacra Pales favet.*
ae. ae. ei. *Sacra Pales legit.*
aa. ain. ae. *Saltat carina male.*
aa. ain. ei. *Saltat carina velis.*
aa. ana. ae. Sacra canat vates.
aa. ana. ei. *Sacra canat metrà.*
aa. ana. ae. *Salſa animo fallet.*
aa. ani. ei. *Salſa anima perit.*
aa. ei. ae. *Saltat velis mare.*
aa. ei. ei. Saltat certis velis.
ai. ae. ae. *Sacris favet Pater.*
ai. ae. ei. *Satis dares ei.*
ai. ain. ae. *Salit carina male.*
ai. ain. ei. *Salit carina velis.*
ai. ana. ae. Salix vana cadet.
ai. ana. ei. *Salix vana cedet.*
ai. ani. ae. *Sapit animo vates.*
ai. ani. ei. *Sapit animus ei.*
ai. ei. ae. *Satis fecit aër.*
ai. ei. ei. Satis fecit ei.
ia. ae. ina. *Siccat aër ligna.*
ia. ain. ina. *Siccat malignus vina.*
ia. ea. ina. *Smilax ferat vina.*
ia. ei. ijn. Smilax gerit vina.
ie. aa. ijn. *Sitit ara divina.*
ie. ai. ijn. Silet Paris vicinus.
ij. ae. ina. *Sibi placet digna.*
ij. ain. ijn. *Sidit carina vicina.*
ij. ea. ijn. *Simul iste a divina.*
ij. ei. ijn. Situs leva invadit.
ijn. aa. ijn. *Sistunt aſtra divina.*
ina. aa. ijn. *Sinamus ararum crimina.*

I. Sacra Pales favet.
II. Sacta Pales legit.

Omnis homo eſt nobilior nullo Leone:
Omnis platanus eſt nobilior nullo Leone:
Ergo omnis platanus eſt nobilior nullo homine:
Ergo nulla platanus eſt nobilior aliquo homine:
Ergo nulla platanus eſt nobilior homine.

III. Saltat carina male.
IV. Saltat carina velis.

Omnis Doctor debet eſſe omni licentiato eruditior
Omnis Baccalaureus aliquo licentiato eruditior eſſe non debet.
Ergo omnis Baccalaureus nullo Doctore debet eſſe eruditior.
Ergo nullus Baccalaureus debet eſſe aliquo Doctore eruditior.

V. Sacra canat vates.
VI. Sacta canat metris.

Omnis valetudo eſt dulcior omni morbo.
Omnis mors non eſt dulcior omni morbo:
Ergo omnis mors eſt dulcior nullâ valetudine:
Ergo nulla mors eſt dulcior aliquâ valetudine.

VII. Salſa anima fallet.
VIII. Salſa anima perit.

Omnis Philoſophus legit omnes libros:
Omnis Tartarus non legit aliquos libros:
Ergo omnis Tartarus eſt nullus Philoſophus:
Ergo nullus Tartarus eſt aliquis Philoſophus:

IX. Saltat velis mare.
X. Saltat velis certis.

Omnis ſcientia eſt melior omnibus divitiis:
Omnis res parva non eſt melior aliquibus divitiis (divitias enim dicunt poſſeſſionem rei magna.)
Ergo omnis res parva eſt melior nulla ſcientia.
Ergo nulla res parva eſt melior aliqua ſcientia.

MODUS XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. XX.

SI tantiſper alterentur decem modi præmiſſi, convertentur in decem præſentes: tota eorum differentia in eo eſt, quod in priori decade major ſemper ſit AA. & in poſteriori iſta AI. in illâ, major ſit propoſitio univerſalis habens connotatum etiam univerſale: in iſtâ ſit univerſalis habens particulare connotatum: ſed poſt converſionem erunt mali. M LXXXIV.

VI.

Tentemus an invenire poſſimus modum XI. & quia dubitamus, an norma *At. ia. ina.* ſit bona, hunc Syllogiſmum proponamus.

Omnis 8. eſt major nullo 9.
Aliquis 10. non eſt major omni 9.
Ergo aliquis 10. non eſt maior omni 8.

Antecedens ſuit verum, & eſt conſequens falſum: non ergo Syllogiſmus eſt bonus, ſed unde illi accidit, quod malè concludat? ut melius id videatur alterum in norma *At. ij. ina.* ſubjiciamus.

Omnis Græcus eſt doctior nullo latino (ponatur vera:)
Aliquis Hiſpanus eſt doctior aliquo Latino:
Ergo aliquis Hiſpanus nõ eſt doctior omni Græco:

Etiam eſt hæc concluſio falſa; quod ſi non jam negativè, ſed aſſertivè inferretur, eſſet in exemplis poſitis vera; at nova poſſemus apponere, in quibus concluſio aſſertiva eſſet falſa. Iſtud ſubjungo:

Omnis Cygnus eſt in colore ſimilis nulli corvo.
Aliquis Æthiops eſt in colore ſimilis omni corvo.
Ergo aliquis Æthiops eſt in colore ſimilis omni Cygno.

Sed neque iſte eſt bonus: hanc ergo Syllogiſmorum claſſem ad indirectos rejiciamus.

VII.

Progrediamur ulteriùs, & modos alios frequentiſſimos, quorum nomina dederam, examinemus.

XXI. Siccat aër ligna.
XXII. Siccat malignus ligna.

Aliquis

Aliquis 2. eſt minor omni 4.
Omnis 6. eſt minor nullo 4. vel
Aliquo 4. non eſt minor:
Ergo aliquis 6. non eſt minor omni 2.

XXIII. Smilax ferat vina:
XXIV. Smilax gerit vina:

Aliquis Scrupulus eſt minor omni gradu:
Nullum ſignum eſt minus omni (aliquo) gradu.
Ergo aliquod ſignum non eſt minus omni Scrupulo:

Quomodo apud Aſtronomos Signum & Gradus componantur?

Sumo exempla ex Prædicamento quantitatis tanquam ex notioribus locis. Et quidem Signum componitur ex 30. gradibus: & gradus ex 60. Scrupulis.

XXV. Silet ara divina.
XXVI. Silet paris vicinus.

Aliquis palmus eſt major nullo pede:
Omnis cubitus eſt major omni (aliquo) pede:
Ergo aliquis cubitus aliquo palmo non eſt major

XXVII. Sibi placet Divinus.
XXVIII. Sidit carina vicina.
XXIX. Similis ea divinæ.
XXX. Sitis levis invadit.

Aliquis puer eſt minor aliquo viro:
Omnis Gigas nullo viro (aliquo viro non) eſt minor: vel
Nullus Gigas omni (aliquo) viro eſt minor:
Ergo aliquis Gigas aliquo puero non eſt minor:

XXXI. Sitiunt aſtra divina.
XXXII. Sinamus ararum crimina.

Aliquis aulicus aliquo cive non eſt Politior: vel
Aliquis aulicus non omni cive eſt Politior:
Omnis Academicus omni Cive eſt Politior:
Ergo aliquis Academicus aliquo Aulico non eſt politior.

VIII.

Ecce ex multis poſſibilibus normis, triginta & duas elegi, et exemplis firmavi: omnes directas, legitimas, & efficaces. Illis modo ſubjiciantur Syllogiſmi

Indirecti.

ae. ia. ina. *Servetur cithara digna.*
ae. ij. ina. *Servetur: ſitis vina.*
ain. ia. ijn. *Sarciuntur fila Divina.*
ain. ij. ijn. *Sapiuntur illi Divini.*
5 ea. ij. ina. *Secatur via inaceſſa.*
ea. ij. ijn. *Sedeatur: illi divinant.*
ei. ia. ijn. *Seritur vita divina.*
ei. ij. ijn. *Seritur ibi vicina.*
aa. ijn. ijn. *Sacratur divina vicina.*
10 aa. ina. ijn. *Sacratur digna divinis.*
ai. ie. ijn. *Sagitur dote vicina.*
ae. aa. ae. *Saltetur: ara favet.*
ae. aa. ei. *Saltetur: ara cedit.*
ae. ai. ae. *Saltetur: fama legit.*
15 ae. ai. ei. *Saltetur valida vilis.*
ain. aa. ain. *Sarciuntur tranſtra carina.*
ain. aa. ei. *Sarciuntur aſtra cœli.*
ain. ai. ei. *Sarciuntur altes cœli.*
ana. aa. ana. *Sanatur ara cana.*

20 ana. aa. ei. *Sanatur ara perdita.*
ana. ai. ei. *Sanatur Paris gelidus.*
ani. aa. ae. *Sancitur ara malo.*
ani. aa. ei. *Sancitur palam legibus.*
ani. ai. ei. *Sancitur falſis legibus.*
25 ei. aa. ei. *Seritur ara gelida.*
ei. ai. ei. *Seritur calitrix debilis.*
ia. ae. ina. *Siccatur aëre: ſinas.*
ia. ain. ijn. *Siccatur carina vicina.*
ia. ea. ina. *Siccatur terra divina.*
30 ia. ei. ijn. *Siccatur pelvis vicina.*
ie. ai. ijn. *Siſtetur matri vicinus.*
ij. ae. ijn. *Siſtitur aër divinus.*
ij. ain. ijn. *Siſtitur aliquando vicinus.*
ij. ea. ijn. *Siſtitur ea vicinis.*
35 ij. ei. ijn. *Siſtitur ei vicinus.*

Nolo Lectorem meum exemplis gravare, nec indirectorum demonſtrare efficaciam; quia ipſi commutatis præmiſſis (majori in minorem & contra) in modos directos convertentur.

Tertia Figura.

IX.

M LXXXV. Syllogiſmorum huius figuræ tertiæ leges. Hac regula militat contra communes apprehenſiones.

POſtulat, ut medium ſit connotans (ſubjectum) in utrâque præmiſſa, & ut minoris connotatum connotet connotatum majoris.

Ex meris affirmativis nihil legitimè concluditur: probo hoc exemplo.

Omnis 10. eſt major 6.
Omnis 10. eſt major 5.
Ergo omnis (aliquis) 5. eſt major 6.

Nec ſufficit, ſi ad concluſionem indirectam recurras, hic enim

Omnis 10. eſt major 5.
Omnis 10. eſt major 6.
Ergo omnis (aliquis) 5. eſt major ipſo 6.

concludit indirectè & malè. Ergo proſcribendi illi ſunt omnes Syllogiſmi, qui ex aſſerentibus puris coaliti. Ergo in hoc ſecunda & hæc tertia figura convenient, quod altera ſemper præmiſſa aſſerat, altera neget.

Addo tertiam figuram ſuboriri ex ſecundâ: pono hoc exemplum,

Omnis homo eſt nobilior omni leone:
Omnis Platanus eſt nobilior nullo leone:
Ergo omnis Platanus eſt nobilior nullo homine:
Ergo nulla Platanus eſt nobilior aliquo homine.

Tertia figura naſcitur ex ſecundâ & quo modo?

Eſt in primo & ſecundo modo ſecundæ figuræ: *quos ſuperius*, Sacra Pales favet, *&* Sacra Pales legit, *nominavimus.* Ergo convertamus omnes propoſitiones relative, ita ut ex connotante termino fiat connotatus, & contra, & interpoſita copula conveniens (æquiparans remanet, diſcrepans tranſit in oppoſitum) videamus quid ex iſtâ converſione reſultet.

Relativa converſio.

Omnis Leo eſt ignobilior omni homine:
Nullus Leo eſt ignobilior omni Platano:
Ergo nullus homo eſt ignobilior omni Platano:
Ergo aliquis homo eſt ignobilior nullâ Platano.

Regula generalis. Emerſit Syllogiſmus indirectus in tertia figura: ergo ſtatuatur hæc regula. *Si* omnes propoſitiones relativè convertantur, directi ſecundæ figuræ tranſibunt in indirectos tertiæ: & indirecti ſecundæ in directos tertiæ. Mandemus igitur illam exequutioni. Sic ergo modos hujus tertiæ depingamus.

ea. aa. ea. *Terra clara cedat.*
ea. aa. ae. *Terra alma claret.*
ana. aa. ea. *Tanta aratra iram.*
ana. aa. ae. *Tanta mala cadent.*
ae. aa. ea. *Trahet aratra mea.*
ae. aa. ae. *Tales amat dapes.*

Et hos ipſos legitimos eſſe & bonos, aliquo exemplo demonſtremus. Sic igitur dialecticabimur.

Nullus 6. eſt major omni 8. vel
Omnis 6. eſt major nullo 8.
Omnis 6. eſt major omni 4.
Ergo nullus 4. *eſt major omni (aliquo)* 8. vel
Ergo omnis 4. *eſt major nullo* 8.

M LXXXVI. Præmiſſarum ſubjecta poſſunt eſſe contradictoria, aut etiam contraria: nunquam tamen ſubcontraria: Ergo, ſi major ſit univerſalis, minor poſſet eſſe particularis, aut è contra: Pono exemplum: ſit Petrus nobilis, & doctior univerſis Pragenſibus: & omnibus nobilibus ſint doctiores Romani: & tunc ſic inquam.

Aliquis nobilis non eſt indoctior omni Pragenſi.
Omnis nobilis eſt indoctior omni Romano.
Ergo nullus Romanus eſt indoctior omni (aliquo) Pragenſi.
Ergo omnis Romanus eſt indoctior nullo Pragenſi.

Multiplicatio modorum. Hinc patet iſtos ſex modos poſſe triplicari, nam vel utraque erit univerſalis (talem ipſi præſeferunt) vel major eſt univerſalis, & minor particularis: vel tandem major eſt particularis, & minor eſt univerſalis. Conſidera litteras ſequentes.

ea. aa. ea.	ina. aa. ea.	ea. ia. ea.
ea. aa. ae.	ina. aa. ae.	ea. ia. ae.
ana. aa. ea.	— — —	ana. ia. ea.
ana. aa. ae.	— — —	ana. ia. ae.
ae. aa. ea.	ie. aa. ea.	ae. ia. ea.
ae. aa. ae.	ie. aa. ae.	ae. ia. ae.

Sunt ergo modi Syllogiſmorum ſedecim.

Minor ſemper fuit. AA. quid ſi ſit AI? concludet etiam efficaciter. Præſcribo litteras.

ea. ai. ina.	ina. ai. ina.	ea. ij. ina.
ea. ai. ie.	ina. ai. ie.	ea. ij. ie.
ana. ai. ina.	— — —	ana. ij. ina.
ana. ai. ie.	— — —	ana. ij. ie.
ae. ai. ina.	ie. ai. ina.	ae. ij. ina.
ae. ai. ie.	ie. ai. ie.	ae. ij. ie.

Ecce triginta duos modos efficaces; ſed quia connotatum majoris ſemper fuit univerſale, interdum ſine detrimento conſequentiæ poterit fieri particulare, & tunc concluſionis connotatum etiam erit particulare.

Hinc patet quanta ſit ubertas hujus Tertiæ Figuræ.

Indirecti.

X.

NAſcuntur, ut hucusque, ex directis præmiſſis commutatis, & concluſione retenta.

Mirabitur fortaſſis lector, quod omnes hos modos non extendam, & producam ad longum, ſed quis tandem modus aut finis eſſet? non progredior, ſed curro: non expono, ſed tango, aut etiam interdum inſinuo: Alius cætera perſequetur, ſi velit.

NOTA.

Sæpè fallit ſucceſſio: non enim ſemper cauſæ ſubordinantur: ut igitur meus Dialecticus non careat materiâ, quam poſſit impendere, ut & cognoſcat omnes copulas, & verborum adjectivorum vim, diſcurram per omnia prædicamenta Architæ, & eruditionis gratiâ in ſingulis aliquos Soritas efformabo.

DISPUTATIO X.

De Sorite diſcreto, & diſcurrendi per terminos purè obliquos gradibus.

M LXXXVII. ELeganter & efficaciter formatur Sorites obliquus, qui per gradus varios procurrit. Multi reperiuntur in diverſis Oratorum & Poëtarum libris, unum ſubjungo.

Me tibi donat honor: ſed honor, qui me tibi donat,
Creditur altus amor: ſed amor qui creditur altus,
Me jubet eſſe tuum: vel amor qui me tibi junxit.

Ita Henricus Bebelius, Juſtingenſis Poëta laureatus in Racemationibus ſuis. Hos verſus adducit Goclenius in ſuo Philoſophico Lexico, *Verſus ſerpentinus.* verbo *Serpentinum*, agens de verſu reflectente, & ibi Retrogradum carminum genus Epanodicum nominat à figura *Epanodo*, quæ eſt latinus *Regreſſio*. *Verſus Epanodicus.*

Monitum Logicum. Eſt neceſſarium in hujusmodi gradibus valdè attentè procedere, & ſingula conſiderare; fallit enim Sorites, & præcipuè Diſcretus, ubi nimiùm illi confiditur. Teſtor hos verſus, quibus Pietatem ſceleratæ & licentioſæ vitæ matrem eſſe probant: Sic Poëta quidam.

Religio & pietas multos lucrantur amicos;
Iſti dant homini famam, fama addit honorem, *An relaxatio morum à morum puritate naſcatur?*
Divitias adquirit honos, & denique mores
Iſta corrumpunt: Igitur (mirabile dictu!)
Religio & pietas mores corrumpere poſſunt.

Ut

Ut igitur ſic gradus ſciamus adſcendere aut deſcendere, ut nullus error aut fallacia ſubrepat, omnia Prædicamenta percurramus: & quod in ſingulis vitari debeat, vel admitti, examinemus, notemus, advertamus.

Subſtantia Eſſentia.

I.

M LXXXXIIX IN prædicamento ſubſtantiæ aut per formalitates, aut per realitates diſcurritur, & ex infimis individuis ad genera ſuprema, ſine erroris ſuſpicione venitur: Per formalitates hoc modo:

Modus procedendi in hoc categoriâ.

Sorites per formalitates aſcendens.

De Petro prædicatur homo:
De homine animal:
De animali vivens:
De vivente corpus:
De corpore ſubſtantia:
De ſubſtantiâ ens:
Ergo de Petro prædicatur ens:
Ergo Petrus eſt ens.

Vel iterùm motu contrario:

Sorites per formalitates deſcendens.

Ens prædicatur de ſubſtantiâ:
Subſtantia de corpore:
Corpus de vivente:
Vivens de animali:
Animal de homine:
Homo de Petro:
Ergo ens prædicatur de Petro:
Ergo Petrus eſt ens:

An multæ ſubordinatæ formæ eandem materiam admittant?

Sicut per iſtas formalitates surſùm & deorſùm proceſſimus, ſic etiam poterimus per realitates; & ut faciliùs & clariùs poſſimus, ſupponamus ſententiam, quæ multas formas materiales ſubordinatas in eodem Elephante ex.gr. admittit: & ſtando hypotheſi diſcurramus hoc modo.

Sorites per realitates adſcendens.

Materia prima in Elephante ſuſtentat formam corporeitatis:
Forma corporeitatis vitam vegetativam:
Vita vegetativa ſenſitivam:
Vita ſenſitiva Elephantinam, quâ conſtituitur, & à brutis cæteris diſtinguitur Elephas:
Ergo materia prima ſuſtentat (nempè mediatè) formam Elephantinam:

Aut etiam motu contrario à ſummâ formâ ſubſtantiali ad primam (adeòque infimam) materiam deſcendendo.

Sorites per realitates deſcendens.

Forma Elephantina, quæ conſtituit Elephantem, & à cæteris brutis diſtinguit, informat ſenſitivam:
Senſitiva vegetativam:
Vegetativa corporeitatem:
Corporeitas materiam primam:
Ergo de primo ad ultimum, forma Elephantina informat materiam primam.

Et hinc poteris regi, ut ſcias, quod debeas modo progredi in cæteris Prædicamentis: ſemper enim doctrina amat analogiam.

Quantitas.

II.

M LXXXIX. EST accidens, & ut doctiores ſentiunt materiæ inhæret: habet partes, quoniam multorum opinione in merâ diviſibilitate conſiſtit: & eſt duplex, continua & Diſcreta. In illâ ſic excurro.

Sorites per partes quantitatis continuæ.

Zodiacus dividitur in quadrantes:
Quadrans in ſigna:
Signum in gradus:
Gradus in Scrupulos:
Ergo Zodiacus dividitur in Scrupulos.

Et ſic etiam recurro:

Scrupuli componunt gradum:
Gradus ſignum:
Signa quadrantem
Quadrantes circulum:
Ergo Scrupuli componunt circulum.

In quantitate Diſcreta multos progreſſus tradunt, & dilucidant Arithmetici: unum pono.

Sorites per numeros.

2. *Si duplicentur, dant* 4.
4. *Si duplicentur, dant* 8.
8. *Si duplicentur, dant* 16.
16. *Si duplicentur, dant* 32.
Ergo 2. *ſi ducantur in* 16. *dabunt* 32.

Poſſem plura ſubſcribere: omitto tamen, non enim trado Arithmeticam, ſed Dialecticam.

Moralis quantitas.

Huc poſſunt pretia omnia reduci: quid enim aliud pretia, quam rerum quantitates morales? & loco exempli poterunt ſervire iſti verſus, ad quorum normam Soritæ longiſſimi poſſent attexi. Plautus ſic ait:

Ego faxim, muli qui ſuperant equos
ſint viliores Gallicis canteriis.

Ex quibus verbis iſtum Syllogiſmum cōpono:

Canteria, quæ?

Canteria (*vehiculi Genus eſt.*) *Pretio ſuperantur ab equis:*
Equi à mulis (magni iſti olim, & etiam nunc)
Ergo canteria pretio ſuperantur à mulis.

Qualitas.

III.

SUnt denominationes nonnullæ à qualitatibus moralibus aut realibus ſumptæ, quæ citra periculum inferuntur per gradus, ut cùm dicimus. MXC.

Sorites per qualitatis gradus.

Alma iuveniles annos doctrina decorat:
Doctrinam pietas: Pietatem denique candor:
Ergo juventutem candor (mihi crede) decôrat.

At ſæpè fallitur qui nimiùm gradibus qualitatum confidit.

An potentia & Impotentia ſint veræ ſpecies qualitatis?

Potentiam & Impotentiam Peripatetici ad qualitatem reducunt: imò Peripatetici eas eſſe veras ſpecies qualitatis pronunciant; & interum iſtum Syllogiſmum condemnant:

Polypus vincit Locuſtam:
Locuſta Congrum:
Ergo Polypus Congrum.

An aliquis à victo ſuo victo vinci poſſit?

Non enim Polypus Congrum, ſed Conger ſuperat, & occidit Polypum: Sic Geſnerus Hiſtoriæ ſuæ naturalis libr. IV. pagina mihi 292. ubi concludit: ex tribus iſtis piſcibus

unumquemque à victi ſui victo vinci, & infert erraviſſe, qui dixit, *Si vincam vincentem te: à fortiori vincam te*: ſed non omninò rejici debet hoc axioma, quia ubi ceſpitare videtur, mutantur arma, cæteris enim paribus remanentibus adhuc ſtare debet.

Relatio.

IV.

MXCI. AD unum Prædicamentum redigitur Relatio multiplex: & interdum per omnia prædicamenta divagatur: ſed per nos ſtat, ut in omnia ſe inſinuet, ut in ſingulis locum reperiat: Rem hanc Metaphyſici examinent: Ego Logicam trado, & quo modo fiant in hoc prædicamento Soritæ, clariſſimis exemplis illuſtro.

Soritæ per relationes & comparationes procedentes.

Scrupulus eſt minor gradu;
Gradus eſt minor ſigno.
Signum eſt minus circulo
Ergo Scrupulus eſt minus circulo.
Pontifex eſt major Patriarchâ:
Patriarcha Archiepiſcopo:
Epiſcopus Presbytero:
Ergo Pontifex eſt major Presbytero,
Petrus eſt doctior Ioanne:
Ioannes Theopompo:
Theopompus Alberico:
Ergo Petrus eſt doctior Alberico.

Duratio, Tempus, Quando.

V.

OPus eſt præcognoſcere modos Prioris & Poſterioris, antequam ejuſmodi Soritas conformemus. Ergo remittendus erit meus Lector ad primam hujus tractatûs partem, ubi de prioritatibus curioſè tracto. Ut autem ſoritas temporales intelligas, hæc exempla ſubjungo:

Temporales Soritæ.

Scotum præceſſit Thomas:
Thomam præceſſit Bernardus:
Bernardum præceſſit Benedictus,
Benedictum præceſſit Auguſtinus
Ergo Scotum præceſſit Auguſtinus,

Sic etiam, & multò ſubtiliùs.

Piam affectionem ſequitur Fides,
Fidem ſequitur Spes.
Spem Gratia, & Charitas:
Piam ergo affectionem ſequitur gratia & Charitas.

Poſſent & ſolent hi ſoritæ ad comparativos reduci: idem enim eſt dicere *Scotum præceſſit Thomas*, ac dicere, *Thomas Scoto eſt prior.* Et idem eſt dicere *Piam affectionem ſequitur Fides*, ac dicere: *Fides eſt piâ affectione poſterior.*

De naturali Spiritu: ubi ille verò ſit?

Addo aliud exemplum & ut illud intelligas inquiro, *Ubi nam Spiritus naturalis reſideat?* Illum in epate Dreſſerus, pag. 64. conſtituit; negat Melanthon, propterea quod vitalis ad obeundas utriuſque ventris functiones ſufficere poſſe videatur. Conſtat ſententiæ ſuæ Dreſſerus, quàm putat fortè poſſe evidenter oſtendi, hoc ratiocinio,

Sanguis eſt prior Spiritu vitali, (puta ſi Sanguis dicatur eſſe in inſtanti F. & Spiritus vitalis in G.)

Sanguis ſemper habet adjunctum aliquem Spiritum (nempe naturalem, & hoc in inſtanti ipſo F. antequam ſint vitales Spiritus,)

Spiritus naturalis qualis ſit?

Ergo aliquis Spiritus eſt prior Spiritu vitali; (qui Spiritus vocatur *Naturalis*, & una cum Sanguine per venam cavam, quaſi quidam vapor in cor invehitur.)

At benè, ſi ſingula probaret Dreſſerus; iſte enim Syllogiſmus, ſi peccat, peccat in materiâ, non in formâ.

Actio.

VI.

INſiſtit iſte Sorites huic Axiomati, *Cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati*, Hoc ut admittat Gratianus Monfortius *in Axiomatibus ſuis Philoſophicis pag.* 14. ſubſcribens Scoto 4. *Sent. diſt.* 49. *quæſt.* 2. duas, & meritò, conditiones requirit: altera eſt, ut utraque cauſa ſit ejuſdem generis, altera ut ſint eſſentialiter ſubordinatæ. In cauſis materialibus fluit diſcurſus; ut cùm dicimus, MXCII.

An cauſa cauſæ, ſit cauſa cauſati?

Soritæ per cauſas materiales.

Materia prima ſuſtinet formam ſubſtantialem.
Forma ſuſtinet qualitates.
Qualitates ſuſtinent modos, &c.
Ergo materia prima ſuſtinet modos.

Si in cauſis materialibus diſcurſus fluit, fluere debet etiam in formalibus: nam diſcurſus præcedens æquivalet iſti.

Soritæ per cauſas formales.

Modi inſunt qualitatibus:
Qualitates inſunt formæ ſubſtantiali,
Hæc materiæ primæ:

An dentur Modi?

Ergo modi (ſi dentur: hoc enim in controverſiâ eſt.) *mediatè aut immediatè inſunt materiæ primæ,*

Soritæ per cauſas finales.

In cauſis finalibus etiam reperitur hic propoſitionum fluxus, ut ſi dicas,

Quæro corium ad formandum Ephippium.
Ephippium ad parandum Equum:
Equum ad agendum iter:
Ergo quæro corium ad agendum iter.

Etiam in exemplaribus: *v. gr.*

Soritæ per cauſas exemplares.

Imago A. eſt ectypus imaginis B.
Imago B. eſt ectypus imaginis C.
Imago C. eſt ectypus imaginis D.
Ergo Imago A. eſt ectypus imaginis D.

Valet autem in efficientibus præcipuè, ut cùm dicimus

Soritæ per cauſas efficientes.

Ferdinandus II. procedit à Ferdinando I.
Ferdinandus III. procedit à Ferdinando II.
Ferdinandus IV. à Ferdinando III.
Ergo Ferdinandus IV. procedit à Ferdinando I.

Lup-

Luppus de Vega ſ. Carpio. *part. 2. Comœdia* 3. quæ inſcribitur : *El gallardo Catalan. act. 1. pag. 112.*

Sorites per cauſas intentionales.

Ro. Comiença : Re: o necio! Ro. Yo ſé,
Que el guſto al guſto divierte,
Y en eſtando divertido
Entra la coſtumbre luego,
Y el fuego engendra el olvido,
El olvido en lo paſſado,
Aumenta mas lo preſente,
Que es muerto vivo un auſente
En la memoria enterrado.

Cujus verba ad hanc, aut aliam ſimilem poterimus formam reducere, Eſt intentum Rocabrunæ oſtendere ſicut clavum clavo, ſic etiam amorem amore pelli, & ne Remon. Comes Barcinonenſis Iſabellam peramet debere ſtudere Clavellæ : Quod ſic colligit,

Remedium amoris.

Novus amor voluptatem parit :
Voluptas mentis diſtractionem :
Mentis diſtractio aliam amandi inducet conſuetudinem :
Conſuetudo, ſi tranſeat in naturam, pariet neceſſitatem.
Hæc neceſſitas pariet amoris ſecundi nova incendia :
Hæc incendia prioris Ignis oblivionem inducent,
Ergo novus Amor prioris ignis, aut amoris oblivionem inducit:
Ergo poſito Clavella novo amore, Iſabella tametſi prius amata, erit vivum cadaver in libitinæ memoria monumento ſepulta.

Ignis igne extinguitur: Amore, Amor.

MXCIII. D. Antonius de Gueuarra in Horologio: principium lib. 1. cap. 28. ſic inquit: [Cùm autem natura homo ſit ſociale animal, (hoc eſt) ad ſocietatem civilem natum : ſocietas verò invidiam generet ; invidia diſcordiam gignat : diſcordia bellum pariat : bellum producat tyrannidem : tyrannis Rempublicam diſſipet : & perditâ Republicâ omnium periclitetur vita : profectò neceſſarium eſt in omni congregatione ab uno multos regi :] Conſequentiam video, & rationem inferendi non video : diſcurrerem potiùs ego ſic :

Homo ſociale animal.

Sorites Politicus.

Societas generat invidiam :
Invidia diſcordiam :
Diſcordia Bellum
Bellum tyrannidem :
Tyrannis Reipublicæ excidium :
Reipublicæ excidium ſingulorum pericula :
Ergo Societas generat ſingulorum pericula :
At homo eſt natus ſocietati,
Ergo invidia, diſcordia, bello, tyrannidi, Reipublicæ excidio, & propriæ perſonæ periculo.

Ut homo ſit natus miſeriis & periculis.

Hoc eſt naturæ lapſæ ingenium, quod temperat, non tamen tollit gratia ; quam concedit Redemptor, cujus Genealogiam Matthæus Evangeliſta ſorte erudito deſcribit. Probare intendit :

VII

CHriſtum Dominum eſſe Abrahæ necnon Davidis filium : & hunc diſcurſum ordine competenti contexit : ſic inquit :

Sorites Evangelicus procedit per generationum gradus, ut Chriſtum Abrahæ & Davidis eſſe filium demonſtret.

Abraham genuit Iſaac :
Iſaac autem genuit Iacob :
Iacob autem genuit Iudam :
Iudas autem genuit Phares :
Phares autem genuit Eſron.
Eſron autem genuit Aram :
Aram autem genuit Abinadab :
Abinadab autem genuit Naaſon :
Naaſon autem genuit Salmon :
Salmon autem genuit Booz :
Booz autem genuit Ieſſe :
Ieſſe autem genuit Regem David :
Ergo de primo ad ultimum Abraham, genuit Regem David : Ergo Rex David, eſt filius Abrahæ.

MXCIV. Præmiſſas omnes poſuerat ſanctus Evangeliſta, at conſequentiam expreſsè non intulerat ; nec debuerat expreſsè ſiquidem illam ſuperiùs probandam aſſumpſerat, & eò rem deduxerat, ut à quolibet poſſet clariſſimè, & tutiſſimè induci, ſed progreditur,

David genuit Salomonem :
Salomonem autem genuit Roboam :
Roboam autem genuit Abiam :
Abias autem genuit Aſa :
Aſa autem genuit Ioſaphat :
Ioſaphat autem genuit Ioram :
Ioram autem genuit Oziam :
Ozias autem genuit Ioathan :
Ioathan autem genuit Achaz :
Achaz autem genuit Ezechiam :
Ezechias autem genuit Manaſſes :
Manaſſes autem genuit Amon :
Amon autem genuit Ioſiam :
Ioſias autem genuit Iechoniam :
Iechonias autem genuit Salathiel :
Salathiel autem genuit Zorobabel :
Zorobabel autem genuit Abiud :
Abiud autem genuit Eliacim :
Eliacim autem genuit Azor :
Azor autem genuit Sadoch :
Sadoch autem genuit Achim :
Achim autem genuit Eliud :
Eliud autem genuit Eleazar :
Eleazar autem genuit Mathan :
Mathan autem genuit Iacob. [Et ut Patres multi aſſerunt etiam Joachimum :]
Iacob autem genuit Ioſeph virum Mariæ : [Joachimus autem genuit ipſam Mariam.]
Maria autem illa eſt Virgo puriſſima, de quâ natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus.
Ergo de primo ad ultimum David genuit Ieſum qui vocatur Chriſtus.
At David erat filius Abrahæ :
Ergo, & Abraham genuit Ieſum qui vocatur Chriſtus.

Cujus fuerit filius Ioachimus Deiparæ pater?

Ergo Ieſus Chriſtus eſt filius David, & filius Abraham, quod Matthæus, demonſtrandum adſumpſerat:

Volui hunc Soritem uberiùs ducere, ut ſervirem Dialecticis, & Theologis: illis oſtendendo præter identicam ſubjecti & prædicati connexionem poſſe formam arguendi illibatam ſubſiſtere: iſtis explicando argumentum Matthæi, qui ſubintelligit unam aut alteram præmiſſam tanquam notiſſimam ſub illud tempus. Non argumentatur ſic Divinus Hiſtoriographus:

An deficeat in Dialecticâ S. Matthæus?

Mathan genuit Iacob:
Iacob autem genuit Ioſeph:
Ioſeph autem fuit Mariæ vir:
Maria autem peperit Ieſum, qui vocatur Chriſtus.
Ergo Mathan genuit Ieſum, qui vocatur Chriſtus.

Non, inquam, ſic argumentatur Hiſtoriographus: hac enim viâ nihil probaret: Maria enim concepit Jeſum, non ex Joſeph, ſed ex Spiritu ſancto. Sed quo ille argumentatur modo? illum ſubſcribo:

Quo modo argumentetur?

Mathan genuit Iacob:
Iacob autem genuit Ioſeph:
Ioſeph autem fuit vir Mariæ: [Maria nimirùm quæ fuit filia Ioachim. Neptis Mathan.] Hæc enim, ut certa & nota ſubintelligit.
Maria tandem concepit ex Spiritu ſancto & peperit Ieſum, qui vocatur Chriſtus.
Ergo Mathan genuit Ieſum Chriſtum.
Ergo Ieſus Chriſtus eſt filius Mathan.
At qui Mathan erat filius David & Abraha.
Ergo Ieſus eſt filius David & Abraha.

Paſſio.

VIII.

MXCV. INvolvit paſſionem Actio: nec eſt puellus Grammaticus, qui orationem activam non ſciat in paſſivam convertere: Quamobrem omnia quæ de Sorite activo dicta, omnia poſſunt ad paſſivum tranſire merâ converſione extremorum. Sed, ne tibi moleſtus ſim eadem repetendo, & ut ita Dialecticus ſim, ut etiam Theologis ſerviam, cùm Soritem Actionalem quo fuit uſus Matthæus, dederim, proderit ſubjungere alterum Paſſionalem, quo utitur Lucas, ut ſacerdotalem Regiamque Chriſti Domini Geneologiam accurate contexat. Sic ergo ſanctus Hiſtoriographus ſuum Soritem inſtituit.

Soritanæ vis in paſſivum converſio.

Sorites Evangelicus à Lucâ factus.

Chriſtus Dominus putabatur eſſe filius Ioſephi.
Ioſeph fuit filius Heli, qui alias Iacob, pater Ioachimi, avus Mariæ, & proavus Chriſti.
Heli fuit filius Matthat: & interpoſitis multis generationibus, etiam Davidis, Abrahami, & Matuſale.
Matuſalem fuit filius Enoch:
Enoch fuit filius Iarethi:
Iareth fuit filius Malaleelis:
Malaleel fuit filius Cainanis:
Cainan fuit filius Enoſis:
Enos fuit filius Sethi:
Seth fuit filius Adami:
Adam fuit Dei:
Ergo Chriſtus fuit filius Davidis: fuit Abrahami, fuit Dei:

Circa gradus hujus Soritæ Genealogici (videntur enim differre ab illis, quos percurrit Matthæus) hoc unicum ſciendum eſt; nimirùm, verba utriuſque Authoris eſſe vera: ſunt enim Evangelica, & à Spiritu ſancto dictata: licèt difficillimè componi queant. Ut concilientur iſtæ Hiſtoriæ, Theologi olim, & nunc etiam Juniores, Patres adoptivos à naturalibus diſtinguunt, & aliquas etiam perſonas binomias fuiſſe aſſerunt, & uno nomine à Matthæo, altero à Lucâ nuncupatas.

An Lucas & Matthæus conſentiant?

Circa numerum gradum multa etiam edifferere ſolent: Iſidorus Clarius *Lucæ* 3. ſic inquit: [De genealogia hâc Servatoris ſatis ſit hîc admonere, quod obſervatum à Theologis ſit, & præſertim à Nazianzeno, Chriſtum ab Adamo eſſe ſeptuageſimum ſeptimum ſecundum genealogiam hanc à Luca deſcriptam: quæ res non poteſt non eſſe plena myſterii.] Sed nimis feſtinus legit hos Theologos Clarius, nam inter Adam & Chriſtum inter ſunt ſeptuaginta quatuor, & Chriſtus eſt ab Adamo ſeptuageſimus quintus, & ſi ipſum Adamum & Deum, (nam & hunc expreſsè recenſet Hiſtoriographus) tota hæc genealogia ſeptuaginta ſeptem perſonas complectetur: quod Theologi quos legit Clarius potuerunt dicere, & omninò debuerunt.

De numero generationum.

Circa artem ipſam hoc adnotare tandem debeo: videlicet, regulam datam ſuperiùs non ſervari exactè à divino Hiſtoriographo, non enim in eodem genere cauſæ diſcurritur; Chriſtus enim nec fuit filius naturalis nec adoptivus Joſephi, ſed putatitius tantùm: vel ſi ſcholaſticè loqui velimus *ſecundum dici*, Adam creatura fuit Dei, & non filius, ſi ſtemus naturali ſyſtemati de quo agit Lucas. Et nonnulli intermedii, non naturales Patres, ſed meri adoptivi dicuntur. Et tamen in texendo iſto Sorite genealogico Lucas proceſſit benè; texit enim Chriſti genealogiam, ſicut illo tempore illuſtrium Heroum familiæ, & eatundem gradus ad tabulas publicas referebantur.

Filius ſecundum dici.

Vbi, Locus.

IX.

OCcurrit primo Sorites, qui deſumi poteſt ex Virgilio, qui tamen ſubſiſtere non poteſt. Sic ille Eclog. 2. vers. 63. MXCVI.

Torva Leæna Lupum ſequitur: Lupus ipſe capellam
Florentem cytiſum ſequitur Laſciva capella.

quos verſus ad hanc formam reduco.

Leæna

Digitized by Google

Sorites en motu locali

Leana ſequitur Lupum:
Lupus ſequitur Capellam:
Capella ſequitur cytiſum:
Ergo Leana ſequitur cytiſum:

Et quidem, ſi verbum *ſequor* acciperetur propriè, & motum localem ſignificaret, bonus eſſet Sorites: at quia ſumitur alio ſenſu, ille exorbitat: non enim iſtæ Syllogiſmus eſt bonus.

Leo ſequitur (hoc eſt, appetit, & libenter comedit) agnos:
Agni ſequuntur, (hoc eſt appetunt & libenter comedunt) herbas.
Ergo Leo ſequitur (hoc eſt, appetit & libenter comedit,) herbas.

Poſſent etiam Soritæ locales per comparationem formari: ut ſi dicerem exempli gratiâ:

Sorites ex ſubordinatione locali

Luna eſt inferior Sole:
Sol Marte:
Mars Iove:
Iupiter Saturno:
Saturnus Syderibus fixis:
Luna igitur Syderibus fixis inferior eſt.

Situs.

X.

Situs duplex: realis, moraliſque.

Situs vox eſt, quæ poteſt aut realiter aut moraliter accipi: et ſi realiter, non facilè noſtro poterit miniſterio ſervire: Ergo illam ſumamus moraliter, & exemplo ſequenti periodos iſtas illuſtremus.

Sorites Politicus.

Vbi innocentes cadunt & calumniatores ſtant, ibi bonum commune ruit.
Vbi bonum commune ruit, ſingulis placet eſſe liberos.
Vbi ſingulis placet eſſe liberos, nemo habet cordi defenſionem Reipublicæ.
Vbi nemo habet cordi defenſionem Reipublicæ, illa periclitatur.
Ergo ubi innocentes cadunt, & calumniatores ſtant, Reſpublica periclitatur.

Iſte quidem Sorites ad Argumentationem Localem potiùs ſpectare videtur: ſed quia etiam terminos obliquos habet, aliis potuit interſeri. Occurrit modo hic Syllogiſmus.

Proponitur quidam Syllogiſmus difficilis.

Qui dicit canem eſſe animal, dicit verum:
Qui dicit canem eſſe equum, dicit canem eſſe animal:
Ergo qui dicit canem eſſe equum, dicit verum.

An-ne ideò condemnandus hic erit Syllogiſmus, quòd illud *dicit* tertiò ſit poſitum, cùm ſecundò deberet? Sic mihi aliqui, & ut video laborantes Dialecticâ, quibus nunc nihil occurrit aliud, quàm hunc Syllogiſmum reponere.

Qualis ſit intellectio.

Intellectio dicit imaginem:
Imago dicit (imbibit) animæ attentionem:
Attentio dicit conatum & actionem:
Ergo intellectio imaginem dicentem (involventem) actionem:
Ergo intellectio dicit actionem.

Ita argumentatur Oviedus contr. 6. de anima, punct. 1. num. 21. ut probet intellectionem conſiſtere in actione, qualitate & unione realiter identificans.

Habere.

XI.

Argumenta, quæ debent ad hoc caput reduci, fundantur illo axiomate certiſſimo: *Si contineam continentem te, à fortiori continebo te, quoniam hic diſcurſus eſt bonus.* MXCVII. *De Continente & Contento.*

Empyreum comprehendit Aplanem:
Aplanes Cælos Planetarios:
Iſti aërem:
Aër tellurem:
Empyreum igitur ſuo gremio tellurem complectitur.

Et etiam iſte non eſt malus.

Arx mea habet hortos:
Horti habent arbores:
Arbores habent fructus:
Arx igitur mea fructus habet.

Cui ſimilis videtur hic,

Petrus habet veſtes:
Veſtes habent lanam:
Lana habet ornamenta ſerica:
Hæc ornamenta auri, & argenti flammulas:
Petrus igitur habet in veſtibus auri, & argenti flammulas:

Huc ſpectat ille celeber Machomethanorum caper, cujus in Alchorano multa mentio: cujus, ſi Saracenis credimus, hæc eſt ſpecies: *Mahomethi caper.*

Caper habet decem capita:
Singula capita habent decem cornua:
Singula cornua habent decem ramos:
Singuli rami habent decem nodos:
Ergo ille caper habet decem capita, centum cornua, mille ramos, & decies mille nodos.

Placuit etiam Hæreticis forma hæc obliqua, illâque ſæpè abuſi ſunt, ut cautiùs & firmiùs noceent. Michael Hogius, Prædicans Serenbergenſis, ut Monachos acutiùs ſtringat, verba ſua ad hanc formam elimans, & verba Dei (quod Hæreticis familiare eſt) in ſenſus diſſentaneos torquens, ſic inquit:

Dixit quoque Dominus Deus (Geneſ. 2. 18.) *Non eſt bonum eſſe hominem ſolum; Græce Μόνον.* *An liceat homini eſſe Monacho?*
Μόνος, idem eſt, quod Μοναχός.
Ergo non eſt bonum hominem eſſe Μοναχόν.

Eſt Syllogiſmus obliquus, & reducibilis ad tertiam figuram Ariſtotelis: poſſet enim hoc ordine verborum reformari.

Μόνος,

Μόνος diſplicet Deo, [conſtat ex textu allato.]
Μόνος eſt Μοναχὸς, [patet ex nominum ſimilitudine.]
Ergo Μοναχὸς diſplicet Deo.

Abutitur verbis Prædicans, & quatuor terminis dialecticatur: non enim eodem ſenſu ſumitur Μόνος in majori & minori: Etſi liceat ludere verbis in rebus ſeriis magniſque, audiri debebit P. Joannes de Gonda, qui Hæretici argumentum retorquet, dum ait:

An Adamus fuerit Monachus

Μόνος eſt Μοναχὸς,
Adam creatus eſt Μόνος:
Ergo Adam creatus eſt Μοναχὸς.

Vide Benedictum Haëftenum *Diſquit. Monaſticarum libr. 2. tract. 1. diſp. 2. pag. 267.*

DISPUTATIO XI.

De Syllogiſmo Obliquo mixto.

MXCVIII. CONſtat ex tribus propoſitionibus Syllogiſmus. Si rectæ illæ, ad veterem ſpectabit Dialecticam: ſi omnes obliquæ, adſcribetur purè obliquorum cenſui, quem paulò antè expoſui; ſi tandem non omnes ſint obliquæ, vocabitur mixtus: & ad hanc undecimam diſputationem pertinebit. Omnia exemplis illuſtro.

Syllogiſmorum claſſes tres.

Omnis homo eſt animal:
Omnis homo eſt ſenſibilis:
Ergo aliquod ſenſibile eſt animal.

Nullus homo eſt nobilior Angelo:
Omnis homo eſt nobilior Leone:
Ergo nullus Leo eſt nobilior Angelo.

Angelus homine eſt perfectior:
Elephas homine non eſt perfectior:
Ergo Elephas non eſt Angelus.

Ecce habes ob obulos tres Syllogiſmos: Primum purè rectum, nullum enim terminum obliquum habet: ſecundum purè obliquum, omnes enim propoſitiones, ex quibus coaleſcit, ſunt obliquæ: tertium mixtum, præmiſſas enim obliquas, & concluſionem rectam habet. Ergo totâ hac diſputatione de Syllogiſmis ſimillimis tertio diſputabimus.

De Syllogiſmo in Formâ.

MXCIX. IN hoc formalis à figurali differt, quod in ipſo medium ſit in fine majoris, & in initio minoris: ut cùm dicimus.

Petrus videt equum. Equus eſt hinnibilis. Ergo
Petrus videt ——— ——— hinnibilem.

Major poteſt eſſe obliqua.

In hoc Syllogiſmo, una propoſitio erit recta: & duæ obliquæ: ſed quæ recta? An-ne major? cur non; Probo hoc exemplo.

Omnis homo eſt animal:
Omne animal eſt obnoxium morti:
Ergo omnis homo eſt obnoxius morti:

Minor etiam.

An ne minor? Aptiſſimè? Probavit id Syllogiſmus, quem in initio poſui & confirmabit ſubſequens.

Omnis homo ſubeſt Creatori:
Creator eſt Deus;
Ergo omnis homo ſubeſt Deo.

An-ne & concluſio?

An-ne concluſio? Hîc hærebo: non enim tam facili negotio reperiam quomodo connotatum minoris poſſit de connotante majoris prædicari: Interim occurrit hoc exemplum:

Omnis homo identificatur animali:
Omne animal identificatur ſubſtantiæ.
Ergo omnis homo eſt ſubſtantia.

Syllogiſmi obliqui reducuntur ad rectos.

Sed hic diſcurſus æquivalet huic.

Omnis homo eſt animal:
Omne animal eſt ſubſtantia:
Ergo omnis homo eſt ſubſtantia.

Et hanc ob rem non pertinet ad obliquam Dialecticam. Excluſis ergo Syllogiſmis in quibus propoſitio recta primum aut ultimum locum occupat, de illis agemus tantum qui illam habent in medio: de illis inquam, quorum major obliqua eſt, minor recta, & conſequentia obliqua. Et quidem hæc Syllogiſmorum claſſis eſt ditiſſima. Si non omnes, ſaltem potiores & nobiliores modos proponamus.

Ara

aa. a. ai. Ara ab aſtris.
aa. a. ij. Alma pax tibi.
ae. a. ain. Alpes ad Carinas.
ae. a. eo. Alpes ad mella.
5 ae. a. ijn. Arces ad Irin.
ae. a. ina. Artes pax pingat.
ai. a. ai. Altis ab Aſtris.
ai. a. ein Agit pax geminos.
ai. a. ij. Abit ab illis.
10 ai. a. ijn. Abit ad Divina. Periculoſus.
ain. a. ain. Acinctus ad acinacem.
ain. a. ea. Aſinus ad bella.
ain. a. ina. Adpingit ars bina.
ea. a. ain. Ebax ad caminos.
15 ea. a. ea. Edax ad menſam.
ea. a. ijn. Eat ad Irin.
ea. a. ini. Heras ad iniquas.
ee. a. ai. Expers pax pacis.
ee. a. ee. Eques at exſpes.
20 ei. a. ein. Ecce ſtat geminus.
ei. a. ain. Elpis ad Parin.
ei. a. eo. Enſis dat ſtellas.
ei. a. ijn. Edit pax Irin.
ein. o. ai. Equi ne pots cloſſis?
25 ein. o. ein. Epinicia ad geminos.
ein. a. ij. Eninum ad Sitim.
ia. a. ij. Illa à Divis.
ian. o. ijn. Ibant ad Irin.
ian. a. ina. Ibant ad digna.
30 ina. a. ijn. Invadit Mars vicina.
ie. a. ijn. Ipſe ad vicino.
ie. a. ina. Iſter dat ligna.
ine. a. ine. Inedia ad ignem.
ine. o. ij. Ineſt pax tibi.
35 ien. a. ij. Irene pax civium.
ij. a. ij. Iris ab Iri.
ijn. a. ijn. Illinc ad divina.
ina. a. ijn. Invadit Mars vicina.
ino. a. ino. Iuarat Ars trina.
40 ine. a. ij. Ineſt pax ibi.
ine. a. ine. Inedia ad ignem.
ini. a. iju. Inibi arx divina.
ini. a. ina. Iniquus Mars vincatur.

Omnes iſti, & alii, quos diſſimulo, ne in infinitum Dialecticæ divitiæ creſcant, ſunt legitimi, fortes & efficaces. Et hoc ipſum demonſtro diſcurrendo per ſingulos, & exemplis aptiſſimis dilucidabo.

Modus I.

Ara ab aſtris.

MC. *An omnia animalia habeant quinos ſenſus?*

Omnis anima ornatur omnibus ſenſibus: [ago de perfectâ: probabile enim eſt imperfectas paucioribus contentas eſſe.]
Omnis ſenſus eſt qualitas. [ſic ſentit Angelicus Doctor.]
Ergo omnis anima ornatur aliquibus qualitatibus.

Eſt forma fecundiſſima & efficaciſſima: & tamen concluderet malè, ſi concluſionis obliquus eſſet univerſalis: ex eo enim quod omnes ſenſus ornent animam, non ſequitur eandem eſſe ornatam omnes ad unam qualitates. Hic Syllogiſmus commodè ad *Darapti* reducitur: poſſumus enim ſic diſcurrere.

Omnes ſenſus ornant animam:
Omnes ſenſus ſunt qualitates:
Ergo aliqua qualitates ornant animam:
Ergo aliqua, quæ ornant animam, ſunt qualitates.

Si convertatur per accidens minor, appelletur ad *Darij*: & ſi poſteà transmutentur præmiſſæ ad *Dimagni*.

Modus II.

Alma pax tibi.

Omnis vir pius præditus eſt omni virtute Theologicâ [illæ ſunt Fides, Spes & Charitas.] *Virtutes Theologicæ quæ*
Omnis virtus Theologica eſt qualitas ſupernaturalis.
Ergo aliquis vir pius præditus eſt aliquâ qualitate ſupernaturali.

Plus poſſet inferre, quàm infert: non tamen ideò condemnabilis hic modus eſt, quoniam agens non tenetur operari per ultimum poſſe, nam bonitas argumentationis in hoc tantummodò conſiſtit, quod ex antecedenti vero non inferatur, falſum conſequens: & nemo erit, qui formet Syllogiſmum in iſto modo, in quo ex veritate præmiſſa falſitas inferatur. Sed ad quem modum veterem novus hic Syllogiſmus reducetur? ad *Darapti*. Sic inquam:

An cauſæ operentur per ultimum ſui poſſe?

Eſſentia boni Syllogiſmi in quo ſita ſit.

Omnis virtus Theologica ineſt omni viro pio:
Omnis virtus Theologica eſt habitus ſupernaturalis:
Ergo aliquis habitus ſupernaturalis ineſt omni viro pio: Ergo etiam alicui viro pio.

Modus III.

Alpes ad Carinas.

Omnis cæcus habet nullum viſum: MCI.
Omnis viſus eſt ſenſus:
Ergo omnis cæcus aliquem ſenſum non habet.

Conſidera conſequentiam attentè: & ſtando doctrinæ prius habitæ inter hæc categoremata: *Non aliquis & aliquis non*, pone ſummum eſſe diſcrimen: Ergo quando obliquus eſt *aliquis non* ita ponatur, ut verbi negationem præcedat: quoniam hæ duæ propoſitiones,

Diſcrimen inter Aliquem & Aliquem non.

Omnis Cæcus aliquem ſenſum non habet:
Omnis Cæcus non habet aliquem ſenſum.

non ſunt æquipollentes: quoniam *non habere aliquem ſenſum* videtur eſſe *nullum habere ſenſum*.

Nota hoc bene, quod eſt dignum magnâ obſervatione.

Syllogiſmus iſte transponi poteſt in *Felapton*; ut ſic dicas.

Nullus viſus habetur à nullo cæco:
Omnis viſus eſt ſenſus:
Ergo aliquis ſenſus non habetur à cæco:
Ergo aliquid quod non habetur à nullo cæco, eſt ſenſus.

Modus

Modus IV.

Apes ad mella.

MCII. *Omnis ſanus habet nullam febrem*:
Omnis febris eſt morbus:
Ergo nullus ſanus habet omnem morbum:

Omnis bubulcus habet nullam ovem:
Omnis ovis eſt animal:
Ergo nullus bubulcus habet omnia animalia.

Omnis Presbyter utitur nullâ togâ purpureâ.
Omnis toga purpurea eſt veſtis:
Ergo nullus Presbyter utitur omni veſte.

Eſt norma legitima & facilis; & ſe inſinuat in *Felapton*, cùm cogitur ad veterem Dialecticam tranſire: Conſidera lineas ſequentes

Nulla febris habetur ab homine ſano:
Omnis febris eſt morbus:
Ergo aliquis morb⁹ nō habetur ab homine ſano:
Ergo homo ſanus non habet omnem morbum:

Nulla ovis paſcitur à bubulco:
Omnis ovis eſt animal:
Ergo aliquod animal non paſcitur à bubulco:
Ergo bubulcus non paſcit omne animal:

Nulla toga purpurea permittitur Presbytero:
Omnis toga purpurea eſt veſtis:
Ergo aliqua veſtis non permittitur Presbytero.
Ergo Presbyter non omni poteſt uti veſte.

Omnes ſunt in *Felapton*, & tranſibunt ad *Ferio*, ſi volueris.

Modus V.

Arces ad Irin.

An beati peccatum habeant?

Omnes Beati habent nullum peccatum:
Omne peccatum eſt macula:
Ergo aliquis beatus aliquam maculam non habet.

Sic inferas, & non. *Ergo aliquis beatus non habet aliquam maculam*: propter rationem datam in Modo *Alpes ad carinas*: quoniam ſequens Syllogiſmus eſt malus.

Omnes haſtati milites habent nulla moſqueta:
Omnia moſqueta ſunt arma.
Ergo omnes haſtati milites non habent aliqua arma. hoc eſt,
Ergo omnes haſtati milites nulla habent arma.

ſed ad quem Modum Dialecticæ antiquæ Modus *Alpes dant pinos*, reducetur? Ad *Felapton*. Sic inquam,

Nullum peccatum habetur ab aliquo beato:
Omne peccatum eſt macula:
Ergo aliqua macula nō habetur ab aliquo beato:

Et *Felapton*, quò tandem poterit transferri? ad *Ferio* illum transferes ſi Peripateticus ſis: & ad *Figmeno*, ſi Academicus.

Modus VI.

Artes pax pingat.

MCIII. *Omnis cæcus habet nullum oculum*:
Omnis oculus eſt ſenſus corporeus, (ſumo nomen hoc ſenſu.)
Ergo aliquis cæcus non habet omnem ſenſum corporeum.

Eſt novus & bonus Syllogiſmus, & reducitur ad iſtam veterem.

Nullus oculus conceſſus eſt cæco, (ſi enim aliquem haberet, non eſſet cæcus.)
Omnis oculus eſt ſenſus corporeus.
Ergo aliquis ſenſus corporeus non eſt conceſſus cæco.

Et iſte ultimus Syllogiſmus eſt in *Felapton*, cui cognati ſunt ſemper *Ferio* & *Figmeno*.

Modus VII.

Altis ab aſtris.

Omnis homo habet aliquod vitium: *An ſit homo, qui peccato careat?*
Omne vitium eſt malum:
Ergo omnis homo habet aliquod malum.

Materia eſt bona: quia major eodem ſenſu eſt vera, quo iſta. *Omnis homo mendax*, cùm enim agimus de hominibus, & univerſales poſitiones proferimus, non eſt animus comprehendere Chriſtum aut Matrem ejus: non illum, quia non fuit purus homo, non iſtam, quia fuit homo quidem, ſed tot ac tantis privilegiis ſuffulta, ut viam ordinariam non tenuerit, quàm cæteri quotidie percurrimus.

An omnis homo ſit mendax?

An omnis propoſitio univerſalis univerſaliter accipi debeat?

Forma eſt bona; nam retento ſenſu & pauculis verbis mutatis transferetur ad *Diſamis*: Sic enim inquam:

Quales homines Chriſtus & ejus Mater fuerint.

Aliquod vitium eſt in omni homine:
Omne vitium eſt aliquid mali:
Ergo aliquid mali eſt in omni homine.
Ergo aliquid, quod eſt in omni homine, eſt malum:

Et ex *Diſamis* ad *Darii*, & inde ad *Dimagni* procurret.

Modus VIII.

Agit Pax geminos.

Omnis homo habet aliquam curam: MCIV.
Omnes curæ ſunt tortores animi.
Ergo nullus eſt homo, qui aliquem animi tortorem non habeat.

Homo ad laborem natus.

Eſt bonus Syllogiſmus: quem ſi volueris transformare, & ad regulas antiquas reducere conficies ſubſequentem.

Semper aliqua cura vexat & exercet omnem hominem.
Omnis cura eſt tortor animi.
Semper igitur aliquis animi tortor vexat, & exercet omnem hominem.
Non ergo eſt homo, qui aliquo animi tortore careat.

Eſt in *Diſamis*, paratus progredi ad *Darij* vel *Dimagni*, ſi impetret media neceſſaria.

Modus

Modus IX.

Abit ab illis.

Omne vivens habet aliquam animam:
Omnis anima eſt forma ſubſtantialis:
Ergo aliquod vivens habet aliquam formam ſubſtantialem.

An dentur formæ ſubſtantiales? An detur Anima vegetativa? An materiales animæ ſint ſubſtantiales?

Major conſonat communi doctrinæ ſcio enim à multis negari omnes formas materiales. Scio multos etiam admiſſis ſubſtantialibus formis, vegetativam eſſe ſubſtantialem negare: ſed modò illos audire nolo etſi doctè diſcurrant: indigeo enim materiâ, ut meos Syllogiſmos efformem, & cogor per placita diverſorum Philoſophorum divagari. Sed quò tendemus tandem, ſi hunc Syllogiſmum reducere ad terminos antiquos velimus? Ad *Diſamis*. Conſidera lineas ſequentes.

Aliqua anima eſt in omni vivente.
Omnis anima eſt forma ſubſtantialis:
Ergo aliqua forma ſubſtantialis eſt in omni vivente.
Ergo aliqua forma ſubſtantialis eſt in aliquo vivente.

Modus X.

Abit ad Divina.

Dialecticæ ſinceritas & ſecuritas poſtulat ut modi ſemper boni ſint.

Hic modus interdum bonus eſt, interdum malus; & ideò non debuit omninò omitti, nec neceſſarius accenſeri.

Modus XI.

Accinctus ad Acinacem.

MCV. *Omnis regio alicui Principi non ſubeſt:*
Omnis Princeps eſt homo.
Ergo omnis regio alicui homini non ſubeſt.

Illa major (cui conſonat omninò conſequentia) æquipollet iſti propoſitioni.

Omnis regio ſemper deſignare poterit Principem cui non ſubſit,
aut etiam iſti,
Nulla eſt Regio reſpectu cujus non poſſit adſignari aliqui Princeps cui illa non ſubſit:

Nota id benè: quia ſæpe occurrit.

debemus enim inter *alicui non ſubeſt*, & *non ſubeſt alicui* diſtinguere.
Sed quo hic Syllogiſmus modo poterit ad veterem Logicam traduci? Difficili. conſidera lineas ſequentes.

Non omnis Princeps imperat in omni Regione.
Omnis Princeps eſt homo.
Ergo non omnis homo imperat in omni Regione.

De iſto Syllogiſmo non ſimilibus agam inſtitutis in Herculis Logici labore ſecundo.

Major hujus Syllogiſmi eſt ſimilis illi notiſſimæ. *Non omnis fert omnia tellus.* ſed iniquâ figurâ, vel modo erit hic Syllogiſmus? Si *non omnis* eſſet idem quod *Aliquis non*, eſſet in *Bocardo* qui pertinet ad tertiam Figuram. Sed quia diſcrimen horum ſyncategorematum obſervavi, & expoſui, ne cum antiquis errem, aliò debebo tendere, ut Obliquum ad Rectum Syllogiſmum reducam. Sic inquam.

Nullus Princeps imperat in omni regione.
Omnis Princeps eſt homo:
Ergo aliquis homo non imperat in omni regione:
Ergo nulla eſt regio, reſpectu cujus non poſſit deſignari aliquis homo, qui non imperet.

Argumentatus ſum in *Felapton*: & potero in *Ferio* aut *Figmeno*, cùm voluero.

Modus XII.

Aſinus ad bella.

Omnis arbos aliquem ſenſum non habet: MCVI.
Omnis ſenſus eſt qualitas:
Ergo nulla arbos habet omnem qualitatem:

Concludit pulchrè, & benè: nec dabitur illi ſimilis alius qui ex veris inferre valeat falſa. concludit inquam benè: nam ſi aliquem ſenſum non habet, aliquam qualitatem non habet: & ſi aliquam non habet, non omnem qualitatem habet.

Sed ad quam figuram reducetur? ad tertiam. Me ſequere. Sic inquam.

Aliquis ſenſus eſt, qui non ſit in omni arbore:
Omnis ſenſus eſt qualitas:
Ergo aliqua qualitas eſt, quæ non ſit in omni arbore.
Ergo nulla arbos habet omnem qualitatem.

Eſt in *Diſamis*: & mutatis mutandis convertetur in *Dimagni*, aut in *Darij*.

Modus XIII.

Adpingit ars bina.

Omnis arbos aliquod pomum non habet:
Omne pomum eſt fructus:
Ergo aliqua arbos non omnem fructum habet:

Stat conſequentia, & poteſt facillimò negotio ad terminos antiquos reduci: Diſcurre ſic,

Aliquod pomum deſignari poteſt, quod non ſit in omni arbore:
Omne pomum eſt fructus:
Ergo aliquis fructus deſignari poterit, qui non ſit in omni arbore.
Ergo aliquis, qui in aliqua arbore non ſit.

Eſt in *Diſamis*, & poterit tranſire ad *Dimagni*, aut etiam *Darij*.

Modus XIV.

Edax ad caminos.

MCVII. *An Artes, ſint ſcientiæ?*

Nullus homo ſcit omnes artes Mathematicas:
Omnes artes Mathematicæ ſunt ſcientiæ:
Ergo omnis homo aliquam non ſcit ſcientiam.

Hic Syllogiſmus, quia in prædicato majoris categorema *omnis* non ſumitur diſtributivè ſed copulativè, magnâ eſt cum attentione ad Dialecticam antiquam reducendus. Arguamus ſic.

Mathematica tales ſunt, ut omnes ſimul nemo ſciat:
At omnes Mathematicæ ſunt ſcientiæ:
Aliqua ergo ſcientiæ ſunt, quas omnes ſimul nemo ſciat.

Et iſte eſt Syllogiſmus alteri æquivalens: & eſt in *Diſamis*: & poterit ad *Darij* aut etiam ad *Dimagni* tranſire.

Modus XV. & XVI.

Edax ad menſam, Eat ad Irin.

Nulla avis habet omnes colores:
Omnis color eſt qualitas:
Ergo nulla avis habet omnes qualitates,
Ergo aliqua avis aliquos colores non habet.

Major eſt digna contemplatione: nam *omnes colores* dicit, ſed non diſtributivè, ſed copulativè: & ideò non facilè poterit ad figuram aliquam Peripateticorum reduci: at quia circumire licet, ubi pergere rectà non licet, ſic diſcurremus.

Aggregatum omnium colorum eſt in nulla ave.
Colores ſunt qualitates:
Ergo aggregatum omnium qualitatum eſt in nulla ave.

Sed iſte iterùm eſt Syllogiſmus obliquus; & qui multum differt à Peripateticorum figuris. Ergo diſcurramus iterùm ſic:

Aliquis color deſideratur in quacunque ave:
Omnis color eſt qualitas:
Ergo aliqua qualitas deſideratur in quacunque ave:
Nulla ergo avis habet omnes qualitates:

Et quidem iſte Syllogiſmus eſt in *Diſamis* & poteſt in *Darij* aut *Dimagni* tranſire.

Modus XVII.

Heras ad iniquas.

MCVIII. *Nullus Iudex placuit omnibus Procuratoribus:*
Omnes Procuratores ſunt Iuriſperiti:
Ergo aliquis Iudex alicui Iuriſperito non placuit.

Continet ſe intra terminos modeſtiæ, nàm amplius poſſet: nòn enim juvat omnes vires exſerere, cùm poſſumus minores, quàm poſſumus. Concludit particulariter, & univerſaliter poſſet. Sed quomodò hunc Syllogiſmum reducemus? Alterando tantiſper majorem, & iterum ſubſcribendo ſic.

Semper aliquis Procurator conqueritur, quod ſibi diſpliceat Iudex, quiſquis ſit: *An Iudex omnibus placere poſſit?*
Omnis Procurator eſt Iuriſperitus:
Ergo aliquis Iuriſperitus conqueritur, quod ſibi diſpliceat Iudex, quiſquis ſit.
Ergo quicunque Iudex ſemper diſplicet alicui Iuriſperito.
Ergo & aliquis Iudex.

Eſt Syllogiſmus in *Diſamis*; & ſi jubeas, erit in *Darij*, vel in *Dimagni* tranſibit.

Modus XVIII.

Expers Pax pacis.

Nulla eſt Academia, quæ nullum indoctum promoverit: *An poſſit adhiberi diligentia ut nemo indignus promoveatur? ſi in academiis id vitari non poterit, in aliis locis minùs poterit.*
Omnes indocti ſunt indigni laurea:
Ergo omnis Academia promovit aliquem indignum laurea.

Et iſte Syllogiſmus, ſi antiquæ veſtes placeant, poterit exui novis, & ad veterem cultum reduci, ſi dixerimus:

Aliquis indoctus in quacunque Academia interdum ſubrepit, promoveturque.
Omnis Indoctus eſt indignus laurea:
Ergo aliquis indignus laurea in quacunque Academia interdum ſubrepit, promoveturque.
Ergo omnis academia interdum promovet aliquem indignum laurea.

Et hæc argumentatio eſt in *Diſamis*; hoc eſt in via ut ad *Darij* aut etiam *Dictau* perveniat.

Modus XIX.

Eques at expes.

Nullus homo habet nullum vitium: MCIX. *Nemo nævo caret.*
Omnia vitia ſunt imperfectiones morales:
Ergo nullus homo habet nullam imperfectionem moralem.

Illa major, *Nullus homo habet nullum vitium*, æquivalet huic. *Omnis homo habet aliquod vitium*: & hanc obrem modus, *Eques at expes*, æquipollere debebit Modo *Altis ab Aſtris* & poterit reduci ſic.

Aliquod vitium eſt in quocunque homine:
Omne vitium eſt imperfectio moralis:
Ergo aliqua imperfectio moralis eſt in quocunque homine.

Ergo

Ergo nullus caret aliqua morali imperfectione.

Eſt bonus etiam Syllogiſmus, nempè in *Diſamis*: & poterit transfigurari in *Darij* aut etiam in *Dimagnis*, ſi ordinem præmiſſarum conſerves.

Modus XX.

Ecce ſtat geminus.

Nulla eſt Civitas, quæ nullum habeat improbum:
Omnis vir improbus eſt dignus pœna:
Ergo nulla eſt civitas, quæ aliquem dignum pœna non habeat.

Nulla pictura eſſe pulchra ſine umbris poteſt: & nulla communitas ſine hominibus improbis, qui bonos & ſanctos exerceant. Paulus Chriſtum perſequitur: Petrus negat: Iudas vendit.

Et hoc ipſiſſimum, quod in magnis communitatibus perenne eſt, non eſt rarum in parvis: nam Apoſtolorum Collegium paucos complexum fuit, & tamen inter illos Paulum, qui ante converſionem Chriſtum fuit perſequutus: Petrum, qui poſt converſionem Chriſtum negavit: Iudam, qui vendidit. In aliis Communitatibus ſemper eſt aliquis, qui deſit aliquid quod eas perturbet, & quia Iudæ mẽtionem feci, aliam communitatem volo ob oculos ponere. Eſt Capitulũ N. floreutiſſimum dignissimumque, habet viros nobiliſſimos & doctiſſimos, illaque Eccleſia ſanctiſſimis ditatur reliquiis & inter alias tunicâ noſtri Salvatoris. O quanti faciendæ ſunt Hominis-Dei exubiæ, quantâ devotione & ſinceritate tractandæ! & tamen noſtro ævo vidimus inter multos optimos unum, qui Chriſti tunicam vendere conatus fuerit, ut avaritiæ privatæ ſatisfaceret. Sed teſtitere unt contractui cæteri ad unum; & mirabilem illum monopolam vidimus celebrari iſto Diſticho:

Noſtri Redemptoris tunica ſervatur Treviris.

Sylvius & Iudas in hoc differre videntur:
Vendidit hic Chriſtum, vendidit ille Togam.

An-non & togam Iudas, qui togatum an non & Chriſtum Sylvius, qui togam decoratam Chriſti diviniſſimo ſanguine? Hæc obiter propter materiam præmiſſi Syllogiſmi ſint dicta. Venio ad formam. Eſt bona; & poteſt in ſequentem tranſire.

Semper eſt aliquis improbus in quacunque etiam florentiſſima Civitate:
Sed omnis improbus eſt pœna dignus:
Ergo ſemper eſt aliquis pœna dignus in quacunque Civitate:
Ergo omnis Civitas habet aliquem pœna dignum.
Ergo nulla eſt Civitas, quæ aliquem hominem pœna dignum non habeat.

Eſt in *Diſamis*; & quia *Diſamis* naſcitur à *Darij* & *Dimagnis*, ad eoſdem poterit retrograda formatione redire:

Modus XXI.

Elpis ad Parin.

Nullus vir prudens invidet alicui Regi:
Omnes Reges ſunt Nobiles.
Ergo omnis vir prudens alicui non invidet nobili:

MCX. *Compaſſione Reges, & non invidia digni ſunt.*

Eſt norma dialecticandi optima & poteſt ad numeros ſequentes reduci.

Nullus eſt Rex, cui invideat Prudens:
Omnis Rex eſt nobilis:
Ergo aliquis nobilis non eſt cui invideat Prudens:

Eſt in *Felapton* modo noto, & qui ad *Ferio* & *Figmeno* faciliſſimo negotio reducitur.

Modus XXII.

Enſis dat ſtellas.

Nullus Belga poſſidet aliquem hominem:
Omnis homo eſt animal:
Ergo nullus Belga poſſidet omnia animalia.

Belgium provincia libera: ſervos non tolerat.

Hæc propoſitio: *Nullus Belga poſſidet aliquem hominem*, æquipollet huic *Belga nullum poſſidet hominem*: & eſt vera: tanta enim eſt hujus nationis generoſitas, ut mancipia non tolerent: quam ob rem quicunque ſervus, ubi primum ingreditur terram hanc liberam, liber eſt. Totus etiam Syllogiſmus bonus eſt, & poteſt in ſequentem converti:

Belgarum laus.

Nullus homo poſſidetur à Belga:
Omnis homo eſt animal.
Ergo aliqua animalia non poſſidentur à Belga;
Ergo nullus Belga poſſidet omnia animalia:

Eſt iſte Syllogiſmus in *Felapton*: & commodè poterit ad *Ferio*, aut ſi velis ad *Figmeno*, notiſſimos modos tranſire.

Modus XXIII.

Edit pax Iſiſi.

MCXI.

Nullus Tartarus habet aliquam domum:
Omnis domus eſt locus certus ad inhabitandum.
Ergo aliquis Tartarus aliquem locum certum ad inhabitandum non habet.

Eſt neceſſarium benè percipere vim conſequentiæ, & ideò aliud etiam exemplum addo: & ſuppono omnes Scythas habere equos, & tamen non habere canes. Et cur hoc ſuppono? quia indiget hac ſuppoſitione Argumentatio. Sic ergo inquam.

Nullus Scytha habet aliquem canem:
Omnis canis eſt animal:
Ergo nullus Scytha habet aliquod animal
Ergo aliquis Scytha non habet aliquod Animal:
Ergo aliquis Scytha aliquod animal non habet:

Ecce tres conſequentias: Duæ priores, ſunt falſæ, adeòque malæ, & rejectæ; & tantùm

ultima retenta & ex illâ modus iſte formatus, qui reducitur etiam ad *Felapton*, (a propterea ad *Ferio* & *Figmeno*) poſſemus enim dicere.

Nullus canis poſſidetur ab aliquo Scytha:
Omnis canis eſt animal:
Ergo aliquod animal non poſſidetur ab aliquo Scytha:
Ergo omnis Scytha aliquod animal non habet:
Ergo aliquis Scytha aliquod animal non habet:

Modus XXIV. & XXV.

Equine pars claſſis. Epinicia ad geminos.

MCXII. *Imò omnis ſanctus habere debet gratiam, quam comitantur Fides, Spes, & Charitas.*

Nullus ſanctus in vita aliquam virtutem Theologicam non habet:
Omnis virtus Theologica eſt donum ſupernaturale:
Omnis ergo ſanctus in vita habet aliquod donum ſupernaturale.
Nullus ergo ſanctus, qui aliquod donum non habeat.

Eſt bonus, tametſi affirmativè concludat, & legibus Dialecticæ antiquæ confuſis oculis conſideratus non obediat; debet enim affirmativè concludere, quia major, etſi videatur negativa, æquipollet huic.

Omnis ſanctus in vita omnem Theologicam virtutem habet:

& hanc ob rem Syllogiſmus eſt benè formatus. Transformatur in iſtum.

Omnis virtus Theologica eſt in omni ſancto, dum vivit.
Omnis virtus Theologica eſt donum ſupernaturale:
Ergo aliquod donum ſupernaturale eſt in omni ſancto: &c.
Ergo omnis ſanctus habet aliquod donum ſupernaturale.

Et quidem ultimus iſte Syllogiſmus eſt in *Darapti*: & eſt proximus *Darij*, & *Dimagni*; ad quos poterit pervenire, ſi juſſeris.

Nota concluſionem modi XXV. debet enim interponi pronomen relativum *qui* ut vitetur omnis hallucinatio.

Modus XXVI.

Erinum ad ſitim.

MCXIII. *Nulla manus integra aliquem digitum non habet.*
Digitus eſt pars corporis:
Ergo aliqua manus integra partes corporis habet.

Majoris negationes fortè impedimento eſſe poterunt, ne benè ſenſum eius capias. Illam explico: idem eſt dicere, *Nulla manus integra aliquem digitum non habet*, ac dicere. *De manu integra non verificabitur, quod aliquem digitum non habeat*: ſi enim aliquem non habeat, non erit integra. Ergo eſt idem ac dicere *Omnis manus integra omnes digitos habet*. Ergo poterit reduci ſic. *Quod aliquâ caret parte non eſt integrum.*

Omnis digitus eſt in omni manu integra:
Omnis digitus eſt pars corporis:
Ergo aliqua pars corporis eſt in manu integra.

Qui quidem Syllogiſmus in *Darapti* eſt & poterit ad *Darij* aut *Dimagni* venire. Potuiſſem eundem formaviſſe in *Felapton* & dixiſſe.

Nullus digitus abeſſe poteſt manui integræ:
Digitus eſt pars corporis:
Ergo aliqua pars corporis non poteſt abeſſe manui integræ:
Ergo aliqua manus integra aliquam partem (aliquas partes) corporis habet:

Modus XXVII.

Illa à Divis.

Aliquis mercator emit omnes equos:
Omnis equus eſt animal:
Ergo aliquis mercator emit aliquod animal.

Eſt forma clariſſima & efficaciſſima, & poteſt tranſire ad *Darapti*; ver. gr. ſi dicas.

Omnis equus emitur:
Omnis equus eſt animal:
Ergo aliquod animal emitur.
Ergo aliquid, quod emitur, eſt animal.

Modus XXVIII.

Ibant ad Irin.

Hac Univerſitas omnem Theologum non habet: MCXIV. *Sunt aliqua Univerſitates, in quibus non dictatur Theologia: & hodie Praga Carolina nullum Theologum habet.*
Omnes Theologi ſunt docti, (ſic pono. v.g.)
Ergo hac Univerſitas aliquos doctos non habet:

Tranſit ad *Felapton*; & propoſitiones ſubſequentes.

Nullus Theologus profitetur in hac Univerſitate:

Omnes

Omnes Profeſſores Theologiæ ſunt viri docti:
Ergo aliqui viri docti non ſunt in hac univerſitate.
Ergo hac univerſitas aliquos viros doctos non habet.

Modus XXIX.

Ibant ad digna.

An fides omnis virtus ſit

Tertullus omnem fidem non habet:
Omnis fides eſt virtus:
Ergo Tertullus non habet omnem virtutem.

Vide quantâ arte negatio, quæ in majori ſequebatur obliquum, in conſequentiâ illum præcedit. Eumdem Syllogiſmum Reducamus.

Nulla fides eſt Tertullo.
Omnis fides eſt virtus:
Ergo aliqua virtus non eſt Tertullo.

Modus XXX.

Invadit Mars vicina.

An Artes ſint ſcientiæ?

Gneius non didicit omnem artem liberalem:
Omnes artes liberales ſunt ſcientiæ, (ſic multi aſſerunt, & nunc ſuppono.)
Ergo Gneius aliquam ſcientiam non didicit.

Eſt argumentatio legitima; & poteſt ad ſequentem tranſire:

Aliqua ars liberalis ignoratur à Gneio:
Omnis ars liberalis eſt ſcientia:
Ergo aliqua ſcientia ignoratur à Gneio:
Ergo Gneius aliquam ſcientiam ignorat.

Eſt in *Diſamis*, & eſſe debuiſſet in *Bocardo*, ſi iviſſem ad paſſiuam verbi *Diſco*.

Modus XXXI.

Ipſe ad vicina.

MCRV.

Paulus nullum habet equum:
Omnis equus eſt animal:
Ergo Paulus aliquod animal non habet.

Concludit efficaciter; & poterit reduci ad ſequentem:

Nullus equus poſſidetur à Paulo:
Omnis equus eſt animal:
Ergo aliquod animal non poſſidetur à Paulo.
Ergo Paulus aliquod animal non poſſidet.

Eſt in *Felapton*, & juxta veteris Logicæ leges poterit ad *Ferio* aut *Figmeno*, ſi velis, tranſire.

Modus XXXII.

Iſter dat ligna.

Aliquis fluvius habet nullos piſces:
Omnis piſcis eſt animal:
Ergo aliquis fluvius non habet omne animal.

Eſt bonus analogiſmus iſte & ſi reducatur ad terminos antiquos, erit,

Nullus piſcis eſt in illo fluvio:
Omnis piſcis eſt animal:
Ergo aliquod animal non eſt in eodem fluvio.

Eſt in *Bocardo*, & opinione Peripateticorum non poteſt oſtenſivè ad formam nobiliorem reduci: Peripateticorum inquam: quia nos etiam *Baroco* & *Bocardo* oſtenſivè reducimus. — *An Bocardo & Baroco poſſint oſtenſivè reduci?*

Modus XXXIII.

Inedia ad ignem.

Petrus non fugit nullum hominem: — MXVI.
Omnis homo eſt animal:
Ergo Petrus non fugit nullum animal.

Eſt bonus Syllogiſmus; & æquipollet huic:

Petrus fugit nonnullum hominem:
Omnis homo eſt animal:
Ergo Petrus fugit nonnullum animal.

& etiam iſti adhuc clariori:

Petrus fugit aliquem hominem:
Omnis homo eſt animal:
Ergo Petrus fugit aliquod animal.

Et hic ultimus pertinet ad modum qui dicitur *Iris ab Iri*, quem ſuo loco expoſuimus.

Modus XXXIV.

Ineſt pax ibi

Carolus non timet nullum hoſtem:
Omnis hoſtis eſt hæreticus:
Ergo Carolus non timet nullum hæreticum.

Hic etiam modus æquivalet modo *Iris ab Iri* & poſſet reſcribi iſtis verbis.

Carolus timet aliquem hoſtem:
Omnis hoſtis eſt hæreticus:
Ergo timet aliquem hæreticum:

iſtis, ioquam, ſi intra terminos Diſcretæ Logicæ remanere vellemus; quia ſi ad veterem reverti placeat, iſtis,

Aliquis hoſtis timetur à Carolo:
Omnis hoſtis eſt hæreticus:
Ergo aliquis hæreticus timetur à Carolo.

Eſt in *Diſamis*. & poteſt ad *Darij*, aut etiam *Dimagni* reduci.

Modus XXXV.

Irene pax civium.

MCXVII. *An Medici ſint neceſſarii.* *Romani nullum medicum non proſcripſerunt.*
Omnes medici ſunt homines:
Ergo Romani proſcripſerunt aliquos homines.

Romani Medicos omnes urbe expellunt. Illa major æquivalet huic, *Romani proſcripſerunt omnes medicos*: Et idcirco iſte modus poterit ad modum *Illa à divis*, reduci. Et hoc intra terminos novæ Dialecticæ; quia, ſi velimus ad antiquam tranſire, iſte Syllogiſmus tranſire poterit, & ſi paulò alteretur, ad numeros *Darapti* transformari. Pono exemplum.

Omnes medici proſcripti fuerunt à Romanis.
Omnes medici ſunt homines:
Ergo aliqui homines proſcripti fuerunt à Romanis,

Quo uti debeamus modo, & medicis, & medicinis? Et quidem legimus in hiſtoriis unà cum medicis morbos fuiſſe proſcriptos; ut mirum ſit hodiè tot medicos in Europâ permitti cum tantâ ſalutis humanæ jacturâ. Non condemno medicinarum uſum, ſed abuſum, me enim judice.

Vt ſemper valeas benè, prudens utere Lector,
Et modico medicè, & medico modicè.

Modus XXXVI.

Iris ab Iri.

Petrus habet aliquem equum:
Omnis equus eſt animal:
Ergo Petrus habet aliquod animal,

In ſimili formâ nunquam dabitur antecedens verum & conſequens falſum. Et Syllogiſmum iſtum poterimus convertere in hunc;

Aliquis equus habetur à Petro:
Omnis equus eſt animal,
Ergo aliquod animal habetur à Petro.
Ergo aliquid, quod habet Petrus, eſt animal.
Ergo Petrus habet aliquod animal.

eſt in *Diſamis*: & ſi jubeas ad *Darij* ſeu *Dimagni* tranſibit:

Modus XXXVII. & XXXVIII.

Illincad divina.

MCXVIII. *Caius aliquem canem non (nonomnem canem) habet.*
Omnis canis eſt animal:
Ergo Caius aliquod animal non habet.

Clariſſimè, & efficaciſſimè concludit: interim, ſi reduci ad Peripateticas figuras debeat, hanc induet:

Aliquis canis non nutritur à Caio:
Omnis canis eſt animal:
Ergo aliquod animal non nutritur à Caio:

& erit in *Bocardo*, modo tertiæ figuræ ſatis noto.

Modus XXXIX.

Inaratarx trina.

Aliquis homo non habet omnes virtutes, *An virtutes ſint reales qualitates?*
Omnis virtus eſt qualitas (realis moralis-ve)
Ergo aliquis homo non habet omnes qualitates.

eſt bonus Syllogiſmus: & reduci poterit ad ſubſequentem.

Aliquæ virtutes non ſunt in aliquo homine:
Omnes virtutes ſunt qualitates:
Ergo aliquæ qualitates non ſunt in aliquo homine:
Ergo aliquis homo non habet omnes qualitates.

eſt in *Boccardo* modo notiſſimo tertiæ Figuræ,

Modus XL. & XLI.

Ineſt pax ibi
Inedia ad Ignem

Aliquis homo non habet nullos (habet nonnullos) canes.
Omnis canis eſt animal:
Ergo aliquis homo habet aliqua (non nulla) animalia.

eſt bonus etiam, & ad ſequentem reducibilis.

Aliqui canes habentur:
Omnis canis eſt animal:
Ergo aliqua animalia habentur,

& iſte apud Peripateticos dicitur *Diſamis* & eſt certiſſimus, & ſecuriſſimus.

Modus XLII.

Inibi arx divina.

Petrus non habet aliquem equum: **MCXIX.**
Omnis equus eſt vivens ſenſibile:
Ergo Petrus aliquod vivens ſenſibile non habet.

eſt efficax; & ad *Felapton* mutatis mutandis reducitur: ſic inquam

Nullus equus ſervit Petro:
Omnis equus eſt vivens ſenſibile:
Ergo aliquod vivens ſenſibile non ſervit Petro.

pote-

Poterit etiam reduci ad *Figmeno*, aut ad *Ferio*, ſi velis.

Modus XLIII.

Iniquus Mars vincatur.

Aliquis homo non habet aliquem equum: (hoc eſt, *nullum habet equum*)
Omnis equus eſt animal:
Ergo aliquis homo non habet omnia animalia.

Conſonat modo *Iſter dat ligna*: & à Peripateticis poterit ad terminos ſequentes reduci:

Nullus equus habetur ab hoc homine (pono Syncategorema demonſtrativum majoris claritatis gratiâ:)
Omnis equus eſt animal;
Ergo aliquod animal non habetur ab hoc homine:
Ergo hic homo non habet omnia animalia:

Iſt Syllogiſmus in *Felapton* tertiæ, & conatur in *Ferio*, aut *Figmeno* devenire:

Nota.

INquiris, an in Syllogiſmo formali poſſit eſſe minor negativa? Reſpondeo poſſe, ſi connotatum concluſionis ſit particulare, & inter ſyncategorema *aliquid*, & ſubſtantivum ponatur hæc particula, *quod non eſt*, & hic modus connotandi ſignificabitur Syllaba jus; conſidera ſequentia paradigmata:

aa. e. ains. *Alas det Martini.*
aa. e. ijus. *Alas det ſtrictius.*
ai. e. ains *Abit & Arius.*
ai. e. ijus. *Abſit & citius:*
ia: e. ijus. *Illas fert Circius.*
ij: e: ijus. *Iſthic ſed mitius:*

ut vim Concluſionis benè intelligas, hoc exemplum ſubſcribo.

Modus XLIV. XLV. XLVI. & XLVII.

Omnes venatores volunt occidere omnem (aliquem) cervum; MCXX.
Nullus cervus eſt aquila:
Ergo omnes (aliqui) venatores volunt occidere aliquid, quod non eſt aquila.

Et iſte Syllogiſmus eſt bonus & debet reduci ad *Fapelmor*, indirectum tertiæ Figuræ, ſic inquam:

Omnis cervus eſt occidendus, &c.
Nullus cervus eſt aquila:
Ergo aliquid occidendum non eſt aquila.
Ergo aliquid, quod non eſt aquila, eſt occidendum:

Sed inquies *Fapelmor* non eſſe modum legitimum, quia nec ab Ariſtotele nec a Perlpateticis ponitur. Sed hæc negativa ratio non probat illum eſſe illegitimum; ſed potiùs multa eſſe ſcienda in Logica, quæ olim neſcivit Ariſtoteles; multa; quæ Peripatetici hodie ignorant. Interim hunc modum eſſe bonum ſic probo. Et primò, quia in ſimili forma nunquam dabitur antecedens verum & conſequens falſum, & ſecundò quia commutatis præmiſſis tranſibit in *Pelapton*, ut ſi dicas: *An Fapelmor ſit modus legitimus? An multa adhuc lateant in Logica?*

Nullus cervus eſt aquila:
Omnis cervus eſt occidendus.
Ergo aliquid, quod eſt occidendum non eſt aquila:
Ergo aliquid, quod non eſt aquila; eſt occidendum:

Et paucis mutatis tranſibit ad *Figmeno*, vel *Ferio*. Si major eſſet particularis inferret particularem concluſionem & Syllogiſmus ad modum XLVIII. & IL. pertineret.

De Syllogiſmo in primâ Figurâ.

MCXXI. *Terna Syllogiſmorum claſſes?* SYllogiſmi formales patiuntur tres metamorphoſes (transformationes aut transfigurationes, ſi velis) & ideò Platonicos Peripatetici ad tres claſſes ſeu figuras reducunt: Agam de primâ impræſentiarum. Si præmiſſæ formalis Syllogiſmi mutentur, (ita ut major tranſeat in minorem, aut contrà) erit figura prima: eritque in illâ Medium connotans ſeu ſubjectum majoris & connotatum minoris, ut cùm dicimus.

Omnis homo eſt animal:
Nos vidémus non nullos homines;
Ergo & vidémus non nulla animalia:

Hinc patet eſſe facillimum modos primæ figuræ è modis formalibus deducere; quià *aa. a. ai.* tranſit in *a. aa. ai.* & ſic de cæteris: Interim uberioris doctrinæ gratiâ ſingulos tranſcribamus. Sunt ergo:

aa. aa. ai. *Pax aſtra tradit.*
a. aa. ij: *Pax clamat ibi:*
a. ae. ain. *Pax tradet malignos.*
a. ae. ea. *Pax arces ſervat.*
5 a. ae. ijn. *Pax arcet Irin.*
a. ae. ina: *Pax arces cingat.*
a. ai. ai. *Pars claſſis aliqua.*
a. ai. ein *Pars mali gemini.*
a. ai. ij: *Pars Martis ibi:*

10.a. ai. ijn. *Pars arcis vicina.*
a. ain. ain. *Par carina malignus.*
a. ain. ea. *Par carina cella.*
a. ain. ina. *Par camino inani.*
a. ea. ain. *Pax pellat malignos.*
15.a. ea. ea. *Pax tella pellat.*
a. ea. ijn. *Pax reddat divina.*
a. ea. ini *Pax erat inibi*
a. ee. ai. *Pax heret Arcis.*
a. ee. ee. *Pax ſemper perget:*
20.a. ee. ein. *Pax refert Epinicia.*
a. ei. ain. *Pars ei adpingatur.*
a. ei. ea. *Pars pellit vela.*
a. ei. yn. *Pars es vicina.*
a. ein. ai. *Pars ermo tadit.*
25.a. ein. ein. *Par ermo extinguitur.*
a. ein. ij. *Par ermo ſidit.*
a. ia. ij. *Pax iſta triſtis.*
a. ian. ijn. *Pax Diana vicina.*
a. ian. ina. *Pax Dianâ digna.*
30.a. ina. yn. *Pax digna limine.*
a. ie. iin. *Pax die divino.*
a. ie. ina. *Pax litet digna.*
a. ine. ine. *Pax ciners ineſt.*
a. ine ij. *Pax media ſidit.*
35. a. ien. ij. *Pax limen militis.*
a. ii. ii. *Pars militis ibi.*
a. ijn. ijn. *Pars vicina vicinio.*
a. ina. ijn. *Pars digna divinis.*
a. ina. ina. *Pars digna invadit.*
40.a. ine. ij. *Pars ignes mittit.*
a. ine. ine. *Pars ignes ingerit.*
a. ini. ijn. *Pars igni vicina.*
a. ine. ina. *Pars igni digna.*

Et ſi major negativa ſit.

e. aa. aius. *Per arâ manus.*
45.e. aa. ijus. *Pes arca ſtrictius.*
e. ai. aius. Pes *aſtris clarius.*
e. ai. ijus. Per *maria ſiccius.*
e. ia. ijus. Per *Divas mitius.*
e. ij. iius. Per *milites citius.*

Poſſem efficaciam horum modorum novis exemplis demonſtrare: ſed cur fatigabo citra neceſſitatem meum Lectorem? omnia enim exēpla, quæ formales Syllogiſmus formarūt, omnia ad unum primā hanc figurā confirmāt.

De Syllogiſmo in ſecundâ Figurâ.

MCXXII. *Syllogiſmorum claſſes.*

HVc omnes ſpectant, in quibus Medium eſt connotatum in utrâque præmiſſa.

Sed quem locum recta propoſitio obtinebit; primum, ſecundum, tertium. Ergo Syllogiſmos ejuſmodi in tres claſſes diverſas diſtinguamus: & in primam ponamus eos, quorum major eſt recta; in ſecundam illos, quorum minor eſt recta: & in tertiam illos, quorum concluſio eſt recta. Igitur de primâ diſſeramus.

Prima claſſis.

NOn erunt nimis multi, qui huc pertinebunt: nec omnes à me dinumerandi ſunt, ſed tantummodò excellentiores. Paradigmata ſcribo.

aa. aa. aa. *Satis ampla mala.*
ai. ia. ia. *Satis fiat Italis.*
ii. aa. ai. *Sibi ara favit.*
ii. ia. ij. *Si quis illam ſiſtit.*
5. ai. ae. ae. *Sapite artes graves.*
ai. ei. ei. *Satisfecit eis.*
ai. ie. ie. *Sapit iſte dies.*
ii. ie. iin. *Situs ille divina.*
ii. ae. ain. *Siſtit mare carinas.*
10.ii. ei. ain. *Siſtis debilia malignus.*

Et ſcripta exemplis præclaris dilucido.

Modus I.

Satis ampla mala.

Omnis equus eſt animal:
Omnis homo videt omne animal:
Ergo omnis homo videt omnem equum.

Modus II.

Satis fiat Italis.

Omnis Æthiops eſt niger:
Petrus videt omnia nigra:
Ergo Petrus videt omnes Æthiopes

Modus III.

Sibi ara favit.

Aliquis canis eſt candidus:
Omnis homo amat omnia candida:
Ergo omnis homo amat aliquem canem.

Modus IV.

Si quis illam ſiſtit.

Aliquis homo eſt iniquus:
David omnes iniquos odio habuit:
Ergo David aliquem hominem odio habuit.

Modus

Modus V. & VI.

Sapite artes graves:
Satis fecit eis.

Omnis adamas eſt lapis pretioſus:
Omnis mercator contemnit nullum lapidem pretioſum: vel
Nullus mercator contemnit aliquem lapidem pretioſum.
Ergo omnis mercator contemnit nullum adamantem.
Ergo nullus mercator contemnit aliquem adamantem:

Modus VII.

Sapit iſte dies.

Omnis aquila eſt avis:
Petrus occidit nullam avem:
Ergo Petrus occidit nullam aquilam.

Modus VIII.

Sitit ille Divina.

Aliquis cygnus eſt niger: aliquis ſanè juxta illud, Rara avis in terris nigroque ſimillima cygno [ponitur eſſe vera.]
Ego nullam rem nigram vidi:
Ergo aliquem cygnum non vidi:

Modus IX. & X.

Siſtit mare carinas.
Siſtit debilia malignus.

Aliquis nobilis eſt ſapiens: [aliquis ſanè: tot enim hac in regione docti nobiles ſunt quot cygni nigri:]
Sed omnes aulæ nullum habent ſapientem; aut aliter: *Nulla aula ullum habet ſapientem:*
Ergo omnes aulæ aliquem nobilem non habent:

Poſſem plures adjungere: ſed in infinitâ materiâ quæ exhauriri non poſſunt, ſufficiat eſſe prælibata:

Secunda Claſſis.

HVc poni omnes illi Syllogiſmi debebunt, quorum minor eſt recta, & ipſi à Syllogiſmis partis primæ aboriuntur, ſi mutentur præmiſſæ & concluſio (quæ nunc erit indirecta) retineatur. Subiicio paradigmata:

aa. ai. ai. *Sacratur Paris mari:*
aa. ii. ai. *Sacratur illi Paris.*
ae. ai. ae. *Salvetur Paris ſaltem.*
ae. ii. ain. *Salvetur ibi carina.*
ei. ai. ei. *Seritur gratis levitas.*
ei. ij. ain. *Seritur ibi acinus.*
ia. ai. ij. *Siſtatur aliquis mihi.*
ia. ii. ii. *Siſtatur Iſis ibi.*
ie. ai. ie. *Siccetur aliqua die.*
ie. ii. yn. *Sileatur ibi divinus.*

Hos modos demonſtrare non debeo: quia jam ſunt ſuperiùs demonſtrati.

Tertia Claſſis.

IN ejuſmodi omnibus Syllogiſmis præmiſſarum altera aſſerit, altera negat: utraque obliqua eſt; & concluſio eſt negativa & recta: Conſidera exempla & nomina modorum quos examinabimus. MCXXIII.

aa. ae. ae. *Sacra Pales pallet.*
aa. ae. ei. *Sacra mater ſerpit.*
aa. ain. ae. *Sacra marina Pales.*
aa. ain. ei. *Sacra Parin petit.*
5. aa. ea. ae. *Sacra Dea patet.*
aa. ea. ei. *Sacra legabat ei.*
aa. ei. ae. *Sacra celi mater.*
aa. ei. ei. *Sacra celi vectrix.*
aa. ina. ie. *Sacra digna vive.*
10. aa. ina. ini. *Sacra digna lini.*
aa. ijn. ie. *Sacra divinus videt.*
aa. yn. ini. *Sacra divinus linit.*
ae. aa. ae. *Sacer amat Patrem.*
ae. aa. ei. *Sacer aſtra petit.*
15. ae. ia. ie. *Sacer micat die.*
ae. ia. ini. *Sacer mira ſinit.*
ae. ai. ae. *Sacer adſit ales.*
ae. ai. ei. *Sacer adſit ei.*
ae. y. ini. *Sacer ibi tingitur.*
20. ai. ae. ae. *Sacri mater ſalve.*
ai. ae. ei. *Sacri mater Dei.*
ai. ei. ani. *Satis fecit animo.*
ai. ei. ei. *Satis fecit legi.*
ai. ie. ie. *Sacris pie ſcribet.*
25. ai. ie. ini. *Sacris dicet invida.*
ai. ini. ie. *Satis iniqua dies.*
ai. ini. ini. *Satis iniqua iniquis.*
ea. aa. ae. *Sera fama patet.*
ea. aa. ei. *Sera aſtra legit.*
30. ei. aa. ae. *Serpit fama Materni.*
ei. aa. ei. *Serpit fama Regis.*
ei. ai. ani. *Serit aliqua Animis.*
ei. ai. ei. *Seris additur legibus.*

Indirecti.

ia. ae. ie. *Siſtetur mater rite.*
ia. ae. ini. *Siſtatur mater minime.*
ii. ae. iin. *Situur latex divinus.*
ijn. aa. ie. *Sitiuntur aſtra mille.*
ijn. aa. ini. *Sitiuntur arma iniqui.*
ina. aa. ie. *Signatur Pallas miles.*
ina. aa. ini. *Signatur Pallas inibi.*

Hæc claſſis; ut vidiſti; magno numero illuſtrium Syllogiſmorum exuberat: Paradigma-

digmata & nomina præpoſui , probationes ſubſcribo.

Modus I. & II.

Sacra Palles pallet.
Sacra Mater ſerpit.

MCXXIV. *An animalia imperfecta habeant omnes ſenſus?*

Omne animal perfectum habet omnes ſenſus.
Omnis arbor habet nullum ſenſum.
Ergo nulla arbor eſt aliquod animal perfectum imò nec animal:
Ergo omnis arbos eſt nullum animal.

An arbores ſint animantes?

Eſt modus valdè ſimilis modo illi veteri qui vocatur *Cameſtres*: at etiam ab illo notabili diſtantiâ diſtinguitur.

Modus III. & IV.

Sacra marina Pales.
Sacra Parin petit.

Omnis Hiſpanus cognoſcit omnes abecedarij literas, (utinam vera ſit.)
Omnis Iudæus aliquas non cognoſcit literas.
Ergo omnis Iudæus eſt nullus Hiſpanus:
Ergo nullus Iudæus eſt Hiſpanus.

Sapit modum *Cameſtres*, ſed ab illo etiam deviat : at eſt modus efficax & benè concludens.

Modus V. & VI.

Sacra Dea patet.
Sacra legabat ei.

Omnis ſtudioſus cognoſcit omnes Doctores hujus Academiæ:
Nullus Iudæus cognoſcit omnes: &c.
Ergo omnis Iudæus eſt nullus ſtudioſus:
Ergo omnis Iudæus non eſt ſtudioſus.

Redolet etiam *Cameſtres*: licet purè non ſit.

Modus VII. & VIII.

Sacra cæli mater.
Sacra cæli rectrix.

An debeant Eccleſiæ traditiones admitti?

Omnis Catholicus admittit omnem Eccleſiæ traditionem:
Nullus Lutheranus admittit ullam Eccleſiæ traditionem:
Ergo nullus Lutheranus eſt Catholicus.
Ergo omnis Lutheranus eſt nullus Catholicus.
Ergo omnis Lutheranus non eſt Catholicus.

Primo adſpectu videretur ad *Cameſtres* pertinere; at re examinatâ ab illo diſtat.

Modus IX. & X.

Sacra digna vive.
Sacra digna lini.

MCXXV.

Omnis mercator cognoſcit omnes nummos.
Aliquis ſenex non cognoſcit omnes nummos.
Ergo aliquis ſenex eſt nullus mercator:
Ergo aliquis ſenex non eſt aliquis mercator:
Ergo aliquis ſenex non eſt mercator.

Non multum deviat à *Baroco* ad quem poterit facillimo negotio reduci.

Modus XI. & XII.

Sacra Divinus videt.
Sacra Divinus linit.

Maior iubetur ſupponi, at multa ſunt propter quæ illam non credam.

Omnes Philoſophi fuerunt in omni genere ſcientiarum exculti ſſimi:
Aliqui Athenienſes in aliquo genere ſcientiarum non fuerunt exculti ſſimi:
Ergo aliqui Athenienſes fuerunt nulli Philoſophi.
Ergo aliqui Athenienſes non fuerunt aliqui Philoſophi.
Ergo aliqui Athenienſes non fuerunt Philoſophi:

Non differt toto cælo à *Baroco* ad quem poſſet reduci.

Modus XIII. & XIV.

Sacer amat patrem.
Sacer aſtra petit.

Ebrietas vitiorum omnium mater.

Omnis ſanctus laborat nullo vitio:
Omnis Ebrioſus laborat omni vitio:
Ergo omnis ebrioſus eſt nullus ſanctus:
Ergo omnis ebrioſus non eſt ſanctus:
Ergo nullus ebrioſus eſt aliquis ſanctus.
Ergo nullus ebrioſus eſt ſanctus.

Videtur cognatus modo *Ceſare*, & quia ad eum facillimè tranſire poſſit.

Modus XV. & XVI.

Sacer micat die.
Sacer mira finit.

Non cadit in virum prudentem invidia.

Omnis prudens nulli invidet:
Aliquis ambitioſus omnibus invidet:
Ergo aliquis ambitioſus eſt nullus prudens.
Ergo aliquis ambitioſus non eſt aliquis prudens.
Ergo aliquis ambitioſus non eſt prudens.

Eſt bonus: non enim poterit dari forma ſimilis, in quâ antecedens ſit verum , & conſequens falſum.

Modus

Modus XVII. & XVIII.

Sacer adſit Ales.
Sacer adſit ei.

MCXXVI. *Character tyrannidis.*

Omnis vir Iuſtus condemnat nullum innocentem.
Omnis Tyrannus condemnat aliquem Innocentem.
Ergo omnis Tyrannus eſt nullus Iuſtus.
Ergo nullus Tyrannus eſt aliquis juſtus.
Ergo nullus tyrannus eſt juſtus.

Eſt Syllogiſmus bonus, & videretur reduci ad *Ceſare* poſſe, ſi diceres.

Nullus juſtus condemnat innocentem:
Omnis Tyrannus condemnat innocentem:
Ergo nullus Tyrannus eſt juſtus.

Modus XIX.

Sacer ibi cingitur.

Omnis modeſtus nemini inſultat:
Aliquis ſuperbus alicui inſultat:
Ergo aliquis ſuperbus non eſt modeſtus.

Simillimus *Feſtino* eſt: poſſet enim quis dicere,

Nullus modeſtus inſultat:
Aliquis ſuperbus inſultat:
Ergo aliquis ſuperbus non eſt modeſtus.

Modus XX. & XXI.

Sacri mater Dei.
Sacri mater ſalve.

Omnis homo laborat aliquo morbo:
Omnis Angelus laborat nullo morbo:
Ergo nullus Angelus eſt aliquis homo.
Ergo nullus Angelus eſt homo.
Ergo omnis Angelus eſt nullus homo:
Ergo omnis Angelus non eſt homo.

Si uteremur modo *Cameſtres* deberemus dialecticari ſic.

Omnis homo laborat morbo:
Nullus Angelus laborat morbo:
Ergo nullus Angelus eſt homo.

Modus XXII. & XXIII.

Satis fecit animo.
Satis fecit Legi.

MCXXVII. *An Verbũ, aut Spiritus ſanctus ſint creatura?*

Omnis creatura pendet ab aliquo:
Nulla perſona divina pendet ab aliquo:
Ergo omnis perſona divina non eſt aliqua creatura.
Ergo omnis perſona divina non eſt creatura.
Ergo nulla perſona divina eſt creatura.

Non eſt opus hunc Syllogiſmum ad *Cameſtres* reducere: tanta enim id fit facilitate, ut Lector directore non egeat.

Modus XXIV. & XXV.

Satis piè ſcribet.
Satis dicet invida.

Dignus eſt mercenarius mercede ſua.

Omnis famulus habet ſalarium aliquod:
Aliquis Amicus habet ſalarium nullum:
Ergo aliquis Amicus non eſt aliquis famulus
Ergo aliquis Amicus non eſt famulus.

Reducere eum ad *Baroco* poteris ſi dicas:

Omnis famulus habet ſalarium:
Aliquis Amicus non habet ſalarium:
Ergo aliquis Amicus non eſt famulus.

Modus XXVI. & XXVII.

Satis iniqua dies.
Satis iniqua iniquis.

Liberalitas non conſiſtit in dicto, ſed in facto.

Omnis liberalis largitur aliquid Amicis:
Aliquis avarus non largitur aliquid Amicis:
Ergo aliquis avarus eſt nullus liberalis.
Ergo aliquis avarus non eſt aliquis liberalis.
Ergo aliquis avarus non eſt liberalis.

Et ipſum ad *Baroco* ſumma facilitate traduces.

Modus XXVIII. & XXIX.

Sera fama patet.
Sera Aſtra legit.

MCXXVIII. *An ne miſera eſt vera? Tam eſt miſera hominum conditio ut ne quidem innocens omnibus placere poſſit.*

Nullus Iudex placet omnibus:
Omnis vir privatus placet omnibus:
Ergo omnis vir privatus eſt nullus Iudex.
Ergo omnis vir privatus non eſt Iudex.
Ergo nullus vir privatus eſt aliquis Iudex:
Ergo nullus vir privatus eſt Iudex.

Modus iſte eſt ſimillimus ipſi *Ceſare*: & ideò ſolutione non indiget.

Modus XXX. & XXXI.

Serpit fama materni.
Serpit fama Regis.

An ne ſuperbus ſubiicere caput poterit alicui? Poterit, ſed ut alios premat aut opprimat, & ideò etiam cùm ſe ſubiicere videtur, ſe effert, ac ſincerus non eſt.

Nullus ſuperbus cedit alicui:
Omnis humilis cedit omnibus.
Ergo omnis humilis eſt nullus ſuperbus.
Ergo omnis humilis non eſt ſuperbus.
Ergo nullus humilis eſt ſuperbus.

Non multum diſtat à *Ceſare*; ad eum enim poſſet reduci hoc modo.

Nullus ſuperbus cedit aliis.
Omnis humilis cedit aliis:
Ergo nullus humilis eſt ſuperbus.

Modus

Modus XXXII. & XXXIII.

Serit aliqua animus.
Seris addictus legibus.

An poſſint, aut ſoleant peccare Angeli.

Nullus Angelus (bonum intelligo) habet aliquam maculam.
Omnes Dæmones habent aliquas maculas:
Ergo omnes Dæmones non ſunt aliqui Angeli.
Ergo omnes Dæmones non ſunt Angeli.
Ergo nulli Dæmones ſunt aliqui Angeli.
Ergo nulli Dæmones ſunt Angeli.

Et poterit tranſire ad *Ceſare*, ſi termini ad veterem Dialecticam elimentur.

Modus I. & II. Indirecti.

Siſtatur Mater ritè.
Siſtatur alter minimè.

MCXXIX. *Aliquod animal habet omnem carentiam mentis:*
Omnis homo habet nullam carentiam mentis:
Ergo aliquod animal eſt nullus homo.
Ergo aliquod animal non eſt aliquis homo.
Ergo aliquod animal non eſt homo.

Veniet ad *Frimeſor*, modum ſecundæ figuræ indirectum à nobis additum: ſic eum reduces.

Aliquod animal habet carentiam mentis:
Nullus homo habet carentiam mentis:
Ergo aliquod animal non eſt homo.

Modus III. Indirectus.

Sititur latex Divinus.

An arma & litera

Aliqui homines habent aliquos libros:
Omnes milites habent nullos libros: [fortè verum id eſt, ſupponatur.]
Ergo aliqui homines non ſunt aliqui milites.
Ergo aliqui homines non ſunt milites.

oppoſitæ ſunt? Fortè bellica directio à viro poteſt doctus inſtitui: at ex ſequuntur animos perturbatos, præcipites & inconſideratos requirit.

Et non multum diſtabit à ſequenti.

Aliquis homo habet libros:
Nullus miles habet libros:
Ergo aliquis homo non eſt miles.

Modus IV. & V. Indir.

Sitiuntur aſtra mille.
Sitiuntur arma iniqui.

An imperfecta animalia careant aliquo ſenſu? ſi Talpa habet oculos tectos, quod multi aſſerunt, non ſuccurret ratio fortis, quæ ſuadeat alia animalia carere aliquo ſenſu poſſe. mus enim dicere illa non carere ſenſu, ſed uſu.

Aliquod Animal aliquem ſenſum non habet:
Omnis Leo omnem ſenſum habet:
Ergo aliquod animal eſt nullus Leo:
Ergo aliquod animal non eſt aliquis Leo.
Ergo aliquod animal non eſt Leo.

Eſt modo *Domaccor* ſimillimus: & ad eum poterit pauciſſimis mutatis reduci.

Modus VI. & VII. *Indir.*

Signatur Pallas miles.
Signatur Pallas inibi.

Aliquod animal [nempè Equus Cæcus] non habet omnes ſenſus:
Omnis homo habet omnem ſenſum [ſic ſuppone]
Ergo aliquod animal eſt nullus homo.
Ergo aliquod animal non eſt aliquis homo.
Ergo aliquod animal non eſt homo:

Poterit reduci ad *Domaccor*, ſi termini nonnulli dedolentur.

***

De Syllogiſmo in tertiâ figurâ.

MCXXX. AN & iſti, ſicut & præcedentes Syllogiſmi poterunt in tres claſſes diſtingui? poſſent fortaſſis, ſi vellemus: at nos omnes reducemus ad unam in quam illos ponemus qui has proprietates habeant. Illos, in quibus primo medium ſit ſubjectum ſeu connotans in utrâque præmiſsâ: in quibus & præmiſſa altera aſſerat, altera neget; in quibus tertiò utrâque præmiſſa ſit obliqua: in quibus quartò conſequentia ſit recta. Hæc omnia reperiuntur in Paradigmatibus, quæ propono.

Syllogiſmorum claſſes

Eorundem leges.

Directi.

aa. ea. ini. *Tartarus bella init.*
aa. ini. ini. *Tartarus ubi finit.*
ai. ini. ini. *Talibus inſit finis.*
ei. ai. ini. *Tremit amicus inibi.*
ia. ea. ini. *Tripla Dea miniſtrat.*

Indirecti.

ai. ei. ini. *Trahitur velis minimis.*
ea. aa. ini. *Teratur Parca inibi.*
ea. ia. ini. *Teratur illac miniſter.*
ini. aa. ini. *Tingitur ara inibi.*
ini. ai. ini. *Tingitur palmis dignis* [dubius.]

Hi ſunt aliqui ex multis, quos placuit producere, & probare: dedi nomina, probationes ſubiicio.

Modus I.

Tartarus bella init.

Conſidera ultimam conſequentiam, qui contrapoſitio eo decurrit.

Omnis homo videt omnes equos:
Nullus homo videt omnia animalia:
Ergo aliquod animal non eſt aliquis equus.
Ergo aliquod animal non eſt equus.
Ergo aliquid quod non eſt equus eſt animal.

Si de-

Si debeat ad veterem Logicam reduci, tranſibit ad ſecundam figuram, ut conſpicis:

Omnes equi videntur, &c.
Aliqua animalia non videntur, &c.
Ergo aliqua animalia non ſunt equi.

Eſt in *Baroco* notiſſimo, & fortiſſimo modo; de quo alibi plura diximus, & plura alibi dicturi ſumus.

Modus II. & III.

Tartarus inibi finit.
Talibus inſit finis.

Quærunt Philoſophi, An poſſit creare oculum Deus, quo hos poſſit & non illos colores reſpicere? an intellectum ad talia aut talia objecta determinatum & limitatum? & quia pro utraque parte ſunt argumenta fortia, utrumque videtur probabile.

Omnis oculus poteſt videre omnem (aliquem) colorem:
Aliquis oculus non poteſt videre omnem qualitatem:
Ergo aliqua qualitas non eſt aliquis color:
Ergo aliqua qualitas non eſt color.

Eſt bonus & efficax, & poteſt ad *Baroco* reduci, ut ſi dicas.

Omnis color videtur, &c.
Aliqua qualitas non videtur, &c.
Ergo aliqua qualitas non eſt color.

Ne utaris iſto modo tertio, niſi cum cautelâ: poterit enim te interdum decipere, ſi diligentiam neceſſariam non habeas.

Modus IV.

Tremit amicus inibi.

MCXXXI.

Nullus homo utitur aliquo cane
Omnis homo utitur aliquo animali:
Ergo aliquod animal non eſt aliquis canis.
Ergo aliquod animal non eſt canis.

Eſt efficax & tranſit in *Feſtino* converſis præmiſſis, hoc modo:

Nullus canis ſervit homini:
Aliquod animal ſervit homini:
Ergo aliquod animal non eſt canis.

Et ſi velis mutatis pauculis erit Syllogiſmus in *Figmeno* vel *Ferio*.

Modus V.

Tripla Dea miniſtrat.

Aliquis homo excidit omnes pinos:
Nullus homo excidit omnes arbores:
Ergo aliquæ arbores non ſunt aliqua pini:
Ergo aliquæ arbores non ſunt pini.

Et Syllogiſmus legitimè concludens, & poteſt tranſire in ſequentem:

Omnes pini ſunt exciſſa, &c.
Aliquæ arbores non ſunt exciſſa, &c.
Ergo aliquæ arbores non ſunt pini.

Et iſte eſt in *Baroco*, qui multa conficit, quæ alibi præſtari non poſſunt.

Modus I. Indirectus.

Trahitur velis minimis.

Omnis homo alit aliquod animal:
Nullus homo alit aliquem ſerpentem:
Ergo aliquod animal non eſt aliquis ſerpens:
Ergo aliquod animal non eſt ſerpens.

Tranſit ad ſecundam figuram: ut ſi dicas:

Aliquod animal alitur, &c.
Nullus ſerpens alitur, &c.
Ergo aliquod animal non eſt ſerpens.

Et iſte eſt Syllogiſmus in *Frimeſor*. & commutatis præmiſſis in *Feſtino*.

Modus II. Indirectus.

Teratur Parca inibi.

Auſtralia Sydera non videmus: & in auſtralibus regionibus non poſſunt conſpici ſeptentrionalia. Sed quid de aſtris illis dicemus de quibus Virgilius Æneid. 6. Solemque ſuum ſua ſydera norunt.

Nullus homo vidit omnia Sydera:
Omnis homo vidit omnes Planetas.
Ergo aliquod Sydus non eſt aliquod Planeta:
Ergo aliquod Sydus non eſt Planeta.

Eſt bonus Syllogiſmus & reducitur ad ſecundam figuram, nempè ad modum indirectum, Domaccor: & præmiſſis mutatis ad Barocco, ſic inquam.

Aliqua Sydera non videntur: &c.
Omnes Planetæ videntur, &c.
Ergo aliqua Sydera non ſunt planetæ, &c.

Modus III. Indirectus.

Teratur illac miniſtet.

MCXXXII *An poſſet humana diligentia fieri, ut omnes lupi caperentur aut occiderentur? Cur non? Imò id dicitur in Angliâ factum: in quâ plurimi olim, & hodie ne unus quidem eſt lupus.*

Nullus venator capit omnia animalia:
Aliquis venator capit omnes lupos:
Ergo aliqua animalia non ſunt aliqui lupi:
Ergo aliqua animalia nou ſunt lupi.

Eſt indirectus, bonus tamen, & reducitur ad Domaccor, & commutatis præmiſſis ad *Barocco*: Sic loquam.

Aliqua animalia non fuerunt capta, &c.
Omnes lupi ſunt capti, &c.
Ergo aliqua animalia non ſunt lupi.

Modus IV. Indirectus.

Tingitur ara inibi.

Aliquis aucepi non decepit aliquam avem:
Omnis aucepi decepit omnem paſſerem:
Ergo aliqua avis non eſt aliquis paſſer:
Ergo aliqua avis non eſt paſſer.

Poteſt ad veteres modos tranſire: ut ſi dicas,

Aliqua avis non fuit decepta, &c
Omnis paſſer; ſunt decepti, &c.
Ergo aliqua avis non eſt paſſer.

Hic enim Syllogiſmus eſt in *Domaccor*, & etiam in *Barocco*: ſi jubeas præmiſſas commutari.

Modus V. Indirectus.

Tingitur palmis dignis. [*dubius.*]

Eſt interdum legitimus: ſed ſine delectu non debebit admitti: quoniam interdum claudicabit.

DISPUTATIO XII.

De præpoſitivo Obliquorum genere.

MC XXXIII. *Obliquarum Propoſitionum claſſes tres.*

PRopoſitiones Obliquas in duas Claſſes diviſimus, & compoſuimus tertiam qui utramque quodammodo clauderet. Diviſimus inquam in duas, & ad alteram remiſimus omnes illas, quæ deſinunt in connotatum; & ad alteram illos, quæ à connotato incipiunt; hoc eſt, illas, quæ habent Connotatum à ſubjecto. Prioris generis ſunt, ***Carolus V. ſubegit Africam*** : ***Ferdinandus III. reſtauravit Imperium*** : & poſterioris, ***Qui deponit potentes (ſuperbos) de ſede, & exaltat humiles, eſt Deus*** : ***Omnis, qui ſe humiliat, exaltabitur; & qui ſe exaltat, humiliabitur.*** Illæ priores ſunt notiores, & communiores, & hanc ob rem ubertimas progenerant Syllogiſmorum Series, quas hucuſque expoſuimus: Hæ poſteriores minus in uſu ſunt apud Dialecticos, aut etiam apud Rhetores; magis apud Poëtas, & præcipuè Virgilium, tamen æquè utiles & fertiles; & hanc ob rem debebunt ſpecialiter dilucidari, breviùs tamen: tùm quia lector meus dictis inſtructus paucioribus egere videtur: tum quia in infinitâ materiâ debet filum abrumpi, aut finis non poni: Formalia paradigmata & poſteà figuras delineabo. *Obliquæ Poſitiones in hac diſputatione explicabuntur.* *Et cur breviter.*

Forma Syllogiſmorum.

MG XXXIV.

SErvabo igitur priorem ordinem, agamque de Syllogiſmo formali priori loco, & poſteriori de Dialecticis metamorphoſibus.

1 aa* a. ai* *Alma pax abijt*, Malus.
2 aa* a. ij* *Alta clam diſcit.*
3 ae* a. ain* *Ales ad marina.* Malus.
4 ae* a. ea* *Amet Mars bella.*
\- ae* a. ae* *Apes ad apes.*
5 ae* a. ijn* *Amet Pan Irin.*
\- ae* a. ina* *Artes Mars cingat.*
7 ai* a. ai* *Aſtris à validis.* Malus.
8 ai* a. ein* *Abit Mars geminum.*
9 ai* a. ij* *Abſit Pan illis.*
10 ai* a. ijn* *Adlicit Mars vicina.* Periculoſus.
\- ain* a. ain* *Accincti ad accinctos.*
12 ain* a. ea* *Accincti ad bella.*
13 ain* a. ina* *Accincti ad digna.*
14 ea* a. ain* *Erat Pan malignus.* Malus.
15 ea* a. ea* *Erat Pan mendax.*
16 ea* a. ijn* *Egle dat Irin.* Malus.
\- ea* a. ij*n *Egla dat Iri*n.* Bonus.
17 ea* a. ini* *Erat Pan iniquus.*
18 ee* a. ai* *Exlex ars pacis.* Malus.
19 ee* a. ee* *Exſpes pax exlex.*
20 ee* a. ein* *Effert pax geminor.* Malus.
21 ei* a. ain* *Enſis ad Parin.* Malus.
\- ei* a. ai*n *Enſis ad Pari*n.* Bonus.
22 ei* a. ea* *Enſis ad Bella.* Bonus.
\- ei* a. ei* *Enſis à ſtellis.* Bonus.
23 ei* a. ijn* *Enſis ad Iſin.* Malus.
\- ei* a. ij*n *Enſis ad Iſi*n.* Bonus.
24 ein* a. ai* *Epinicia ad Maximum.* Malus.
25 ein* a. ein* *Epinicia ad geminos.* Malus.
\- ein* a. ei*n *Epinicia ad gemi*nos.* Malus.
26 ein* a. ij* *Epinicia ad milites.*
27 ia* a. ij* *Ibat ab illis.*
28 ian* a. ijn* *Ibant ad Irin.* Bonus.
\- ian* a. ij*n *Ibant ad Iri*n.* Malus.
29 ian* a. ina* *Ibant ad digna.*
30 ina* a. ijn* *Invadit Mars vicina.* Bonus.
\- ina* a. ij*n. *Invadit Mars vici*na.* Malus.
31 ie* a. ijn* *Ille ad divina.*
\- ie* a. ij*n *Ille ad divi*na.* Malus.
32 ie* a. ina* *Ille ad digna.* Malus.
33 ine* a. ine* *Inde ad ignem.*
34 ine* a. ij* *Inde pax tibi.*
35 ien* a. ij* *Irene dat illis.*
36 ij* a. ij* *Ibi fas vicit.*
37 ijn* a. ijn* *Illinc Mars: illinc:* Bonus.
\- ijn* a. ij*n *Illinc Mars illi*nc.* Malus.
38 ina* a. ijn* *Indagat ars divina.* Bonus.
\- ina* a. ii*n *Indagat ars divi*na.* Malus.
39 ina* a. ina* *Indagat Pan digna.*
40 ine* a. ij* *Ignes dat Iris.*
41 ine* a. ine* *Ignes ab Igne.*
42 ini* a. ijn* *Inquit Pan divina.* Bonus.
\- ini* a. ii*n *Inquit Pan divi*na.* Malus.
43 ini* a. ina* *Inquit Pan digna.* Malus.

Et ſi recta ſit univerſalis negativa

44 aa* e. aius* *Audax eſt Marius.* Malus
45 aa* e. iius* *Audax eſt Circius.*
46 ai* e. aius* *Ambit & Arius.* Malus.
47 ai* e. iius* *Amicus eſt ſtrictius.*
48 ia* e. iius* *Illas fert mitius.*
49 ii* e. iius* *Irides fert citius.*

Ita

Syllogiſmi Poſtpoſitionales, & Præpoſitionales habent eadem nomina. Cur?

Iſta ſunt formalia paradigmata Syllogiſmorum Præpoſitionalium (ſeu ex præpoſitionibus compoſitorum) ſe in formâ continentium, & nondum transfigurationes affectantium: Sunt ſimillima paradigmatis poſtpoſitionalibus, ſed non eadem: at retinui priorum nomina, ne fortè meorum Auditorum memoriam gravarem ſine neceſſitate. Ut ergo horum Modorum efficaciam demonſtrem; utar etiam prioribus exemplis ad præſentes numeros alteratis, ut ex collocatione innoteſcat differentia liquidiùs. Igitur ſic dialecticor.

Modus aa* a. al* *Malus.*

MC XXXV. *An ſenſus & potentia animæ ſint qualitates? Quid ſi identificantur ipſi animæ? Erunt qualitates formales, & non reales.*

> *Omnis anima, quæ ornatur omnibus ſenſibus, eſt perfecta* [eſt probabilis, & ſupponi poteſt.]
> *Omnis ſenſus eſt qualitas:*
> *Ergo omnis anima quæ ornatur aliquibus qualitatibus eſt perfecta.*

Supponit hoc argumentum, tanquam valdè probabile, animarum alias eſſe perfectas alias imperfectas: illas omnium ſenſuum compotes, iſtas aliquorum expertes: & ex antecedenti verò falſam concluſionem deducit: Talpa enim (dicitur potentiâ viſivâ carere) ornatur aliquibus qualitatibus (puta auditu, guſtu, tactu, &c.) & tamen ſtando hypotheſi non eſt perfecta: Ergo debemus iſtum modum excludere: Examinemus alium.

Modus ac* a. ain* *Malus.*

> *Omnis qui habet nullum viſum, eſt cæcus.*
> *Omnis viſus eſt ſenſus.*
> *Ergo omnis, qui aliquem ſenſum non habet, eſt cæcus:*

Iterum eſt mala conſequentia, quia ſurdus aliquem ſenſum non habet, & tamen ipſe non eſt cæcus. Ad negativas deſcendamus.

Modus ea* a. ea*.

> *Nullum animal, quod habet omnes colores, eſt avis:* [ponatur vera.]
> *Omnis color eſt qualitas:*
> *Ergo nullum animal, quod habet omnes qualitates, eſt avis.*

Et hic conſequentia ſuſtinetur, quia negat: Ergo ne debebimus omnes & ſolos illos modos excludere, quorum concluſio ſit affirmativa univerſalis? Non video cur debeam temerè legem univerſalem pronunciare. *Ergo ſingulos recognoſco.*

I. Alma Pax abiit. *Malus.*

> *Omnis homo, qui habet omnes tres virtutes ſupernaturales, eſt juſtus:*
> *Omnis virtus ſupernaturalis eſt qualitas:*
> *Ergo omnis homo, qui habet aliquas qualitates, eſt juſtus:*

Caramuelis Logica Obliqua.

Concluſio eſt falſa: quia nemo eſt, qui aliquas qualitates non habeat, & tamen non omnes ſunt juſti: eſſet concluſio bona & vera, ſi obliquo univerſali prædita: qui enim omnes haberet qualitates; haberet etiam gratiam, & eſſet juſtus. Eſſet etiam concluſio bona, ſi indirecta, puta ſi inferres. *Ergo omnis homo, qui eſt juſtus, habet aliquas qualitates.*

II. Alta clam diſcit. *Bonus.*

Infert hanc particularem: *Ergo aliquis homo qui habet aliquas qualitates, eſt juſtus.* veram, & benè.

III. Ales ad marina. *Bonus.*

> *Omne animal habens nullum viſum, eſt cæcum:*
> *Omnis viſus eſt ſenſus:*
> *Ergo omne animal habens nullum ſenſum eſt cæcum:*

IV. Amet Mars bella, *Bonus.* Apes ad Apes, *Bonus.*

MC XXXVI. *Nomine organi intellige omnia neceſſaria ad ſentiendum.*

> *Omnis qui nullum oculum habet, eſt cæcus:*
> *Omnis oculus eſt organum alicuius ſenſûs:*
> *Ergo omnis qui nullum organū habet, eſt cæcus*
> *Ergo nullus, qui habet omnia ſenſuum organa, eſt cæcus.*

V. Amet Pan Irin, *Bonus.*

> *Omnis, qui nullum habet peccatum, eſt ſanct⁹.*
> *Omne peccatum eſt macula:*
> *Ergo aliquis, qui aliquam maculam non habet, eſt ſanctus:*
> *Ergo omnis, qui nullam habet maculam, eſt ſanctus.*

VI. Arces Mars cingat, *Bonus.*

Pone mancum non dici, qui alteram ſaltem manum habet.

> *Omnis, qui nullam habet manum eſt mancus:*
> *Omnis manus eſt membrum corporeum:*
> *Ergo aliquis, qui non habet omnia membra corporea, mancus eſt:*
> *Ergo omnis, qui habet omnia membra corporea, non eſt mancus.*

VII. Aſtris à validis, *Malus.*

Majorem ſuppone eſſe veram argumenti illuſtrandi gratiâ.

> *Omnis, qui habet aliquem canem, eſt venator:*
> *Omnis canis eſt animal:*
> *Ergo omnis, qui habet aliquod animal eſt venator:*

Ut vim conſequentiæ intelligas, pone omnes & ſolos venatores uti canibus, cæteros homines aliis nonnullis animalibus, & reperies majorem minoremque eſſe veras, & conſequentiam falſam: eſſet tamen vera, ſi concluderes ſic, *Ergo omnis, qui nullum habet animal, non eſt venator.* Vel ſic, *Ergo aliquis, qui habet aliquod animal, eſt venator.*

VIII. Abiit Mars geminos. *Bonus.*

> *Omnis, qui aliquos diſcipulos habet, eſt Magiſter*

Omnis Diſcipulus eſt animal:
Ergo nullus qui aliqua animalia non habet, eſt Magiſter:
Ergo omnis, qui nullum diſcipulum habet, eſt Magiſter.

Animam rationalem eſſe formam negavunt veteres, nec deſunt juniores, qui eam eſſe formam adſiſtentem aſſirment: nos eſſe informantem tenemus.

IX. Abſit Pan illis, *Bonus.*

Omne quod habet animam rationalem, eſt vivens:
Omnis anima rationalis eſt forma:
Ergo aliquis, qui habet aliquam formam eſt vivens.

Rejecimus modum VIII. quòd concluderet univerſaliter; & hic error in hoc modo corrigitur.

X. Adlicit Mars vicina, *Periculoſus.*

MC XXXVII. Hic modus interdum infert propoſitionem veram, & quia dari poterunt leges, quibus poſitis veritas retineatur, non debet totaliter expungi; at quia non ſemper bonus eſt vocari poterit periculoſus: Pono exemplum.

Omnis, qui habet aliquam albedinem eſt albus:
Omnis albedo eſt qualitas:
Ergo aliquis, qui aliquam qualitatem non habet, non eſt albus.

Benè fluit, fluetque excepto illo caſu, in quo connotatum majoris ſit res immultiplicabilis numero, & prædicatum minoris cum ſuo ſubjecto convertatur. Pono ob oculos.

An-ne ille, qui falſum colit Deum eſt atheus? Si in rigore loquamur, iſte Idololatra eſt, atheus non eſt.

Omnis qui admittit aliquem verum Deum, eſt non atheus:
Omnis verus Deus eſt hic unus, quem nos colimus:
Ergo omnis, qui hunc unum Deum, quem colimus, non admittit, eſt non atheus:

Ergo hic modus nec ſalebris nec periculo caret

XI. Accincti ad accineros, *Malus.*

An liceat Præſidi aut Iudici aliquam legem ignorare?

Omnis Præſes, qui aliquam legem non ſcit, periculosè judicat:
Omnes leges ſunt propoſitiones:
Ergo omnis Præſes, qui aliquam propoſitionem non ſcit, periculosè judicat.

Eſſet bonus, ſi inferret *Ergo omnis Præſes, qui nullam propoſitionem ſcit, periculosè judicat.*

XII. Accincti ad bella, *Bonus.*

Patet major, quia gratia conſtituit virum ſanctum, & ipſa ſine Fide, Spe & Charitate non exiſtit.

Omnis homo, qui aliquam virtutem Theologicam non habet, eſt peccator:
Omnis virtus Theologica eſt qualitas:
Ergo nullus homo qui habet omnes qualitates, eſt peccator:

XIII. Accincti ad digna, *Bonus.*

Suppone minorem eſſe veram.

Omnis manus, quæ aliquem digitum non habet, eſt imperfecta:
Omnis digitus eſt res calida:
Ergo aliqua manus, quæ non habet omnem rem calidam, eſt imperfecta:
Ergo omnis manus, quæ nullam rem calidam habet, eſt imperfecta.

Colligit benè, & tamen colligeret malè, ſi alio quovis illegitimo, modo.

XIV. Erat Pan malignus, *Malus.*

Nullus qui ſciat omnes Mathematicas, dimittetur:
Omnes Mathematicæ ſunt ſcientiæ:
Ergo omnis homo, qui aliquam ſcientiam non ſciat, dimittetur:

Conſequens claudicat: poſſemus enim & admittere omnes qui ſciant totam Matheſim, & præter eos, etiam nonnullos qui Geometriam neſciant.

XV. Erat Pan mendax, *Bonus.*
XVI. Egla dat Irin, *Malus.*
Egla dat Iri*n, *Bonus.*

Nullus, qui callet omnes ſeptem artes liberales; eſt incapax, [puta hujus, vel illius promotionis.]
Omnes artes liberales ſunt ſcientiæ:
Ergo nullus, qui callet omnem ſcientiam, eſt incapax:
Ergo aliquis, qui aliquam ſcientiam non callet, eſt incapax:
Ergo aliquis, qui aliquam ſcientiam habet, non eſt incapax:

In caſu, quo etiam admitterentur, qui nullam ſcientiam ſcirent, prima conſequentia eſſet bona, ſecunda mala, & tertia bona. *MC XXXVIII.*

XVII. Erat Pan iniquus, *Bonus.*

Nemo qui placuit omnibus procuratoribus, fuit Iudex:
Procuratores ſunt Iuriſtæ:
Ergo aliquis, qui alicui Iuriſtæ non placuit, fuit Iudex:

Iuriſtis omnibus ne ſtra quidem placent: ſemper enim eſt ſententiarum varietas.

XVIII. Exlex ars pacis, *Malus.*
XIX. Exres Pax exlex, *Bonus.*
XX. Effert Pax geminos, *Malus.*

Nulla communitas, quæ nullum malum habuit, eſt magna:
Omnis malus eſt ſuperbus:
Ergo omnis communitas quæ aliquem ſuperbum habet eſt magna:
Ergo nulla communitas, quæ nullum ſuperbum habet, eſt magna.
Ergo nulla communitas, quæ aliquem ſuperbum non habet, (à quâ aliquis ſuperbus abeſt) eſt magna:

Major eſt vera moraliter: vix enim poſſibile eſt, quod inter multos nemo ſit malus.

E tribus iſtis conſequentiis ſola ſecunda eſt bona. Rejicio primam, quia communitas quæ tres habet eſt minima, & tamen illi poſſunt eſſe ſuperbi. Rejicio tertiam, *quia aliquem non habere*, non eſt, *nullum habere*, ſed *eſſe aliquem*.

Quid ſit, aliquem non habere?

aliquem, quem non habeat: aliàs enim idem eſſet dicere *non aliquem* ac *aliquem non.*

XXI. Enſis ad Par'n, *Malus.*
XXII. Enſis ad Pari*n, *Bonus.*
Enſis ad bella, *Bonus.*
Enſis à bellis, *Bonus.*
Enſis à ſtellis, *Bonus.*
Enſis ad Iſin, *Malus.*
Enſis ad Iſi*n, *Bonus.*

An - ne poteſt invidia & prudentia conjungi? Aliâ nonnulla crimina videntur ab hominu ſanâ prudentia nata, at Invidia non ſolùm contra Divinam Sapientiam militat, ſed & contra prudentiam mundanam.

Nullus, qui alicui invidet Regi, eſt prudens:
Omnis Rex eſt Iudex:
Ergo omnis, qui alicui Iudici non invidet, eſt prudens: mala.
Ergo omnis, qui alicui Iudici invidet, non eſt prudens:
Ergo nullus qui invidet omni (alicui) Iudici eſt prudens:
Ergo aliquis, qui alicui Iudici non invidet, eſt prudens: mala.
Ergo aliquis, qui alicui Iudici invidet, non eſt prudens:

Ecce ex eiſdem præmiſſis ſex ſuboriuntur conſequentiæ, & non omnes legitimæ, diſcretione opus fuit, & in uſu diligentiâ opus erit.

XXIV. Epinicia ad Maximum, *Malus.*
XXV. Epinicia ad geminos, *Malus.*
Epinicia ad gemino*s, *Malus.*
XXVI. Epinicia ad milites; *Bonus.*

MC XXXIX.

Virtutes quidem ſupernaturales qualitates ſunt; & Habitus ſolent vocari, at reverà potentiæ ſunt, dum enim Animâ non facilè ſis poſſe, ſed ſimpliciter poſſe.

Nullus qui aliquam Theologicam virtutem non habet, eſt ſanctus:
Omnis virtus Theologica eſt qualitas:
Ergo omnis, qui aliquam habet qualitatem eſt ſanctus: mala.
Ergo nullus qui aliquam qualitatem non habet, eſt ſanctus. hoc eſt,
Ergo nullus reſpectu cujus eſt aliqua qualitas, quàm non habeat eſt ſanctus: mala.
Ergo nullus, qui aliquam qualitatem habet, non eſt ſanctus: mala:
Ergo aliquis, qui aliquam qualitatem habet, eſt ſanctus:
Ergo nullus, qui nullam qualitatem habet, eſt ſanctus.

XXVII. Ibat ab illis.

An. ne emere aut vendere eſt mercari? Non ſemper: ſed quando quis emit ut vendat.

Aliquis, qui emit omnes equos, eſt mercator:
Omnis equus eſt animal:
Ergo aliquis, qui emit aliqua animalia eſt mercator.

XXVIII. Ibant ad Irin. *Bonus.*
Ibant ad Iri*n. *Malus.*
XXIX. Ibant ad digna, *Bonus.*

Pone maiorem eſſe verum.

Aliquis, qui omnem canem non habet [qui nullum canem habet] eſt venator:
Canis omnis eſt ſubſtantia:
Ergo aliquis qui aliquam ſubſtantiam non habet, eſt venator:
Ergo aliquis, qui aliquam ſubſtantiam habet, non eſt venator: mala.
Ergo aliquis, qui non omnem ſubſtantiam habet, eſt venator.

XXX. Invadit Mars vicini, *Bonus.*
Invadit Mars vici*na, *Malus.*

MCXL. An non, qui ſuperbos Hiſpanos dicunt, ſuperbiam confundunt cum animoſitate?

Aliquis, qui non omni Hiſpano favet, eſt potens:
Omnis Hiſpanus eſt animoſus:
Ergo aliquis, qui alicui animoſo non favet, eſt potens:
Ergo aliquis qui alicui animoſo favet, non eſt potens.

XXXI. Ille ad Divina, *Bonus.*
Ille ad Divi*na, *Malus.*
XXXII. Ille ad Digna, *Malus.*

Aliquis Studioſus qui nullam habebat togam; eſt damnatus:
Omnis toga eſt indumentum:
Ergo aliquis Studioſus qui aliquod indumentum non habebat, eſt damnatus:
Ergo aliquis Studioſus, qui aliquod indumentum habebat non eſt damnatus: mala.
Ergo aliquis Studioſus qui non omnia indumenta habebat, eſt damnatus: mala.

XXXIII. Inde ad Ignem, *Bonus.*
XXXIV. Inde pax tibi, *Bonus.*

Aliquis qui nonnullum habebat equum, erat miles:
Omnis equus eſt animal:
Ergo aliquis, qui nonnullum (aliquod) habebat animal, erat miles:

XXXV. Irene dat illis; *Bonus.*

Propoſitio *ien* æquipollet propoſitioni *ia* & iſte modus *Irene* &c. vigeſimo ſeptimo quem paulò antè explicuimus:

XXXVI. Ibi fas vicit, *Bonus.*

Aliquis qui habet aliquem oculum, eſt ciclops:
Omnis oculus eſt organum ſenſibile:
Ergo aliquis, qui habet aliquod organum ſenſibile eſt ciclops:

XXXVII. Illinc Mars illinc, *Bonus.*
Illinc Mars illi*nc, *Malus.*

Aliquis, qui aliquem oculum non habet, eſt monoculus:
Omnis oculus eſt organum ſenſuale:
Ergo aliquis, qui aliquod organum ſenſuale non habet, eſt monoculus:
Ergo aliquis, qui aliquod organum ſenſuale habet, non eſt monoculus: mala:

XXXVIII. Indagat ars divina, *Bonus.*
Indagat ars divi*na, *Malus.*
Indagat Pan digna, *Bonus.*

Propoſitio *ia* ſenſu non differt ab *ine*, & hanc ob rem iſti jam judicati ſunt quando modus XXXVII. MCXLI.

XL. Ignes dat Iris, *Bonus.*
XLI. Ignes ab Igne, *Bonus.*

Vide Modum XXXVI. quia idem eſt *ii*, ac *ine* idem *aliquis* ac *non nullus.*

XLII. Inquit Pan divina, *Bonus.*
Inquit Pan divi*na, *Malus.*
XLIII. Inquit Pan digna, *Bonus.*

Recognoſcendus eſt modus XXXI. & ex illo argumentum & cenſura ſumenda, ſunt enim æquipollentia *ie.* & *ini.*

* * *

Hucuſque uſi ſumus Syllogiſmis, quorum minor ſeu ſecunda propoſitio eſſet univerſalis aſſerens: addamus modos aliquos in quibus eadem maneat univerſalis, ſed ſit negans.

XLIV. Audax eſt Marius, *Malus.*
XLV. Audax eſt Circius, *Bonus.*
XLVI. Ambit & arius, *Malus.*
XLVII. Amicus eſt ſtrinctius, *Bonus.*
XLVIII. Illas fert mitius, *Bonus.*
XLIX. Irides fert citius, *Bonus.*

Omnes (aliqui) qui volunt occidere omnem cervum, ſunt venatores Regij:
Nullus cervus eſt aquila:
Ergo aliqui qui volunt occidere aliquid, quod non eſt aquila, ſunt venatores Regij.

Sex horum modorum nomina deſinunt in *ius*: & non ſine ſpeciali myſterio: vide, quæ ſuperiùs de ſimilibus modis dicta ſunt.

***

Figura I. Syllogiſmorum.

MCXLII. CRitur ex commutatione præmiſſarum; ſi enim conſtruas Syllogiſmum in forma, & poſteà præmiſſas commutes (nimirùm, majorem in minorem & contra) habebis Syllogiſmum in primâ figurâ priori correſpondentem. Quamobrem non eſt, cur multa de hâc primâ figurâ differamus: ſed mera paradigmata addidiſſe ſufficiat:

1 a. aa* a.* *Inutilis.*
2 a. aa* ij* *Pax grata illis.*
3 a. ai* ain* *Inutilis.*
4 a. ae* ea* *Pax favet Ceſari.*
\- a. ae* ae* *Pars aule favet.*
5 a. ae* j* *Pars ara vicina.*
6 a. ae* ina* *Pars aula invadit.*
7 a. ai* ai* *Inutilis.*
8 a. ai* ein* *Pars partis geminat.*
9 a. a.* ij* *Pars areis militat.*
10 a. ai* ijn* *Periculoſus.*
11 a. ain* ain* *Pars carina carina.*
12 a. ain* ea* *Pars maligno ſtella.*
13 a. ain* ina* *Pars carina invadit.*
14 a. ea* ain* *Inutilis.*
15 a. ea* ea* *Pax ſedat bella.*
16 a. ea* ijn* *Inutilis.*
\- a. ea* ij*n *Pax regat Iri*n.*
17 a. ea* ins* *Pax erat inibi.*
18 a. ee* a.* *Inutilis.*
19 a. ee* ee* *Pax bene eſſet.*
20 a. ee* ein* *Inutilis.*
21 a. ei* ain* *Inutilis.*
\- a. ei* ai*n *Pax eis maligna.*
22 a. ei* ea* *Pax eis certa.*
\- a. ei* ea* *Pars belli Gettici.*
23 a. ei* ijn* *Inutilis.*
\- a. ei* ij* *Pars belli vici*ni.*
24 a. cin* ai* *Inutilis.*
25 a. ein* ci* *Inutilis.*
\- a. ein* ei*n *Inutilis.*
26 a. ein* ij* *Pax eris-ne illi.*
27 a. ia* n* *Pax fiat ſibi.*
28 a. ian* ij* *Pax Diana divina.*
\- a. ian* n*n *Inutilis.*
29 a. ian* ina* *Pax Dianam inaurat.*
30 a. ina* iin* *Pax trina vicina.*
\- a. ina* ij*n *Inutilis.*
31 a. ie* ijn* *Pars dies vicini.*
\- a. ie* ij*n *Inutilis.*
32 a. ie* ina* *Inutilis.*
33 a. ine* ine* *Pax finet inermis.*
34 a. ine* ii* *Pars digna illis.*
35 a. ien* ij* *Pars dicent ibi.*
36 a. ij* ij* *Pars ſibi fidit.*
37 a. ijn* ijn* *Pax divana divinis.*
\- a. ijn* ij*n *Inutilis.*
38 a. ina* ijn* *Pars digna vicinis.*
\- a. ina* ij*n *Inutilis.*
39 a. ina* ina* *Pars ligna invadit.*
40 a. ine* ij* *Pars ineſt ibi.*
41 a. ine* ine* *Pars ignes ingerit.*
42 a. ini* ij* *Pars iniquum vicino.*
\- a. ini* ii*n *Inutilis.*
43 a. ini* ina* *Inutilis.*

Et ſi recta ſit univerſalis negativa:

44 e. aa* aius* *Inutilis.*
45 e. aa* iius* *Per aſtra circius.*
46 e. ai* aius* *Inutilis.*
47 e. ai* iius* *Per maria mitiùs.*
48 e. ia* ijus* *Per viam ſtrictius.*
49 e. ij* iius* *Per molitus cuius.*

Figura

Figura II. Syllogiſmorum.

MCXLIII. HAbet duas propoſitiones obliquas, unam rectam: & quia hæc in primo, ſecundo, aut tertio loco poteſt poni, tres claſſes horum Syllogiſmorum diſtinguo. *In primâ* medium erit prædicatum majoris, & connotatum minoris: *In ſecundâ* erit connotatum majoris & prædicatum minoris. Et *in tertiâ* erit connotatum utriuſque.

Syllogiſmorum claſſes tres.

Prima Claſſis.

COmplectitur multos Syllogiſmos: excerpſi aliquos, quos volui proponere, exponere, dilucidare, demonſtrare, nimirùm.

1 ai. aa* aa* *Saxis ara facta*, Malus.
- ai. aa* i.* *Satis ampla miracula.*
2 ai. ia* i.* *Saxis firma fiat.*
3 ij aa* ai* *Siccis agat aſtris*, Malus.
- ij aa* ij* *Sibi ara militat.*
4 ij. ia* ij* *Sibi mira dicit.*
5 ai. ae* ae* *Sarcit pales artes.* Malus
- ai. ae* ie* *Sarcit artes mille.*
6 ai. ei* ei* *Satisfecit bellicis*, Malus.
- ai. ei* ie* *Satis fecit miles.*
7 ai. ie* ie* *Sapit minerva diem.*
8 ij. ie* ij* *Sitit ille divina*, Malus.
- ij. ie* ij*n *Sitit ille divi*na.*
9 ij. ae* ain* *Sitit mare carinas.* Malus.
- ij. ae* ij*n *Sitit mare vici*num.*
10 ij. ei* ain* *Sitit debilia malignus*; Malus.
- ij. ei* ii*n *Sitit debilia vici*nus.*

Addamus exempla nonnulla, quibus efficaciam & perfectionem Modorum, quos elegimus, & bonos putamus, demonſtremus.

I. Saxis ara facta, *Malus.*
Satis ampla miracula, *Bonus.*
II. Saxis firma fiat. *Bonus.*

Omnis homo eſt aliquod animal:
Sed omnis (aliquis) qui perſequitur omnia animalia, eſt crudelis:
Ergo aliquis qui perſequitur, omnem hominem eſt crudelis.

III. Siccis agat aſtris: *Malus.*
Sibi ara militat: *Bonus.*
IV. Sibi mira dicit: *Bonus.*

Iſte quartus modus ex duabus particularibus concluſionem ſuam in materiâ contingenti ſecuriſſimè colligere.

Aliquis canis eſt candidus:
Omnis (aliquis) qui amat omnia candida eſt homo:
Ergo aliquis, qui amat aliquem canem, eſt homo:

V. Sarcit Pales artes.
Sarcit artes mille.
VI. Satisfecit bellicis;
Satis fecit miles.
VII. Sapit minerva diem.

Omnis Tartarus eſt homo: [ſumo nomen pro natione B   ca omni, ſu   n r.]
At omnis qui nullum (nullus qui aliquem, aliquis qui nullum) occidit hominem, eſt non homicida:
Ergo aliquis, qui nullum occidit Tartarum, eſt non homicida.

Si ſupponamus omnes homines eſſe homicidas, & nullum hominem occidiſſe Tartarum; ſupponeremus aliquid quod eſſet poſſibile, & in tali caſu eſſent veræ præmiſſæ & falſum conſequens.

Si aliquis tantùm Tartarus eſſet homo, etiam Tartarus in concluſione deberet ſumi particulariter. Sumamus ergo nomen Tartari, non ſolùm pro homine, ſed etiam pro equo, cane & quocunque animali nato in Tartariâ, & lineas ſequentes contemplemur.

VIII. Sitit ille divina *Malus.*
Sitit ille divi*na.
IX. Sitit mare carinas. *Malus.*
Sitit mare vici*num.
X. Sitit debilia malignus. *Malus.*
Sitit debilia vici*nus.

Aliquis Tartarus eſt homo:
Omnis qui nullum (nullus qui aliquem, vel aliquis qui nullum) occidit hominem, eſt non homicida.
Ergo aliquis, qui aliquem occidit Tartarum, non eſt non homicida.
Ergo aliquis, qui aliquem occidit Tartarum eſt homicida. Mala.

Secunda Claſſis.

NAſcitur ex primâ: ſi enim majorem in minorem commutes & contra, habebis Syllogiſmos, qui huc ſpectent; eorum iſti ſunt Characteres: habent tres propoſitiones aſſerentes; primam obliquam, ſecundam rectam, tertiam obliquam, Medium eſt connotatum in majori, & prædicatum in minori: & conſequentia majorem imitatur; ſubjicio paradigmata: MCXLIV.

Quales ſunt Syllogiſmi, qui pertinent ad ſecundam claſſem.

1 aa* ai. aa* *Inutilis.*
- aa* ai. ia* *Sacra vadit Dia.*
2 ia* ai. ia* *Smilax rapit vitam.*
3 aa* ii. a* *Inutilis.*
- aa* ii. ii* *Saga dixit tibi.*
4 ia* ii. ij* *Sicca tibi fit.*

5 ae* ai. ae* *Inutilis.*
\- ae* ai. ie* *Sacer abijt dies.*
6 ei* ai. ei* *Inutilis.*
\- ei* ai. ie* *Serit gravis Cicero.*
7 ie* ai. ie* *Silet aliquo die.*
8 ie* ii. iin* *Inutilis.*
\- ie* ij. ii*n *Silet ille divi*nus.*
9 ae* ij. ain* *Inutilis.*
\- ae* ij. ij*n *Sacerdos tibi vici*na.*
10 ei* ij. ain* *Inutilis.*
\- ei* ij. ij*n *Sedit ibi divi*na.*

Tertia Claſſis.

MCXLV. POſtulat, ut præmiſſæ præſcindendo à connotato, aut contrariæ aut contradictoriæ ſint, & in concluſione alterum connotatum negatur de altero, ut

Omnes, qui habent uxores, laudantur ab Auguſto Cæſare:
Nulli, qui habent pellices, laudantur ab Auguſto Cæſare:
Ergo nullæ pellices ſunt uxores.
Ergo nullæ uxores ſunt pellices.

Et re bene conſideratâ eligo tres directos, & totidem indirectos modos. Directi ſunt,

e* a* e. *Sed ad rem.*
e* i* in. *Sed i hinc.*
a* in* in. *Sat in ſinu.*

Indirecti prodibunt commutatis præmiſſis, & erunt.

a* e* e. *Satur fert rem.*
i* e* in. *Siletur Rex hinc.*
in* a* in. *Sinitur pax inibi.*

Eorundem efficaciam exemplis clariſſimis demonſtro.

I. Sed ad rem.

Nullus filius ruſticorum admittitur:
Omnis filius nobilium admittitur:
Ergo nulli nobiles ſunt ruſtici.
Ergo nulli ruſtici nobiles.

II. Sed i hinc.

Nullus, qui occidit homines vocatur lanio: *Lanio, qui occidit oves & boves.*
Aliquis, qui occidit animalia vocatur lanio:
Ergo aliqua animalia non ſunt homines.

III. Sat in ſinu.

Omnis, qui habet viſum, eſt non cæcus:
Aliquis qui habet aliquem ſenſum non eſt non cæcus (vel eſt cæcus:)
Ergo aliquis ſenſus non eſt viſus:

Indirecti naſcuntur ex commutatione præmiſſarum, ita ut non ſit neceſſarium illos novis exemplis illuſtrare.

Tertia Figura Syllogiſmorum.

MCXLVI. An poſſint formari hi Syllogiſmi? DIfficulter poterimus formare præpoſitionales Syllogiſmos in tertiâ figurâ; nam ſi prædicemus ſubjectum de ſubjecto, aut prædicatum de prædicato, reincidemus in veterem Logicam; ſi connotatum de connotato, redibimus ad ſecundam figuram, de quâ paulò ante differebamus

NOTA.

DEdimus duo obliquorum Syllogiſmorum genera: alterum ex Poſtpoſitionibus, & alterum ex Præpoſitionibus coaleſcens: Addere & tertium poſſumus conſtructum ex Compoſitionibus. Poſſemus hæc ipſa genera variè miſcere, & immiſcere, ita ut Modorum numerus omnem modum & numerum transgrederetur: Sed aliquid relinquendum eſt poſteris, nec ita debemus meditari Dialectica, ut nos totos, & vitam integram in januâ ſcientiarum teramus. *Quàm ſit dives Dialectica?*

***

DISPUTATIO XIII.

De Syllogiſmo obliquo Expoſitorio.

EGimus de Expoſitorio Syllogiſmo (nimirùm, de Recto) ſuperiùs, nunc ſumus acturi de Obliquo; & diſputationem hanc in duas ſectiones dividemus, in primâ de Expoſitorio purè obliquo: & in ſecundâ de obliquo mixto diſputabimus. Poſſem uberiùs; ſed alia advocant, & claudere hunc Librum deſidero. Lector legere poterit, quæ de Expoſitorio Recto dixerim, & huc omnia transferre proportione ſervatâ.

SECTIO I.

De Syllogiſmo Expoſitorio purè obliquò.

MCXLVII A Purè obliquio ſumo initium. Regulasoon pronunrio, ſed ad latas ſequentia exempla accuratiùs ſelimo.

FORMA.

Cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati; videlicet mediata aut immediatè.

Philippus I. genuit Carolum V.
Carolus V. genuit Philippum II.
Ergo Philippus I. genuit Philippum II.

Quando in eodem genere cauſæ progredimur, non Syllogiſmi modò, ſed etiam Sorltæ nobiliſſimi, & extenſiſſimi formari ſolent.

FIGURA I.

Carolus V. genuit Philippum II.
Philippus I. genuit Carolum V.
Ergo Philippus I. genuit Philippum II.

Prima figura naſcitur immediatè ex forma.

Syllogiſmi in formâ conſtructi prima transfiguratio eſt præmiſſarum (majoris in minorem, & minoris in majorem) commutatio, ut vidiſti.

FIGVRA II.

I. *Antonia genuit Fridericum:*
Petronius genuit Fridericum:
Ergo Petronius, &c.
Ergo Antonia, &c.

II. Joanna peperit immediate Claudium:
Carolina nec mediatè, nec immediatè peperit Claudium:
Ergo Carolina non peperit Joannam:
Ergo Joanna non peperit Carolinam:

III. *Petrus eſt doctior Paulo:*
Ioannes non eſt doctior Paulo:
Ergo Ioannes non eſt doctior Petro:
Ergo Petrus eſt doctior Ioanne.

IV. Maro non eſt ſenior Terentio:
Romulus eſt ſenior Terentio:
Ergo Maro non eſt ſenior Romulo:
Ergo Romulus eſt ſenior Marone:

V. *Chriſtus eſt ſimilis Franciſco:*
Bonaventura eſt ſimilis Franciſco:
Ergo Bonaventura eſt ſimilis Chriſto:
Ergo Chriſtus eſt ſimilis Bonaventuræ.

Habes quinque Syllogiſmos differentes. Cùm in genere cauſæ efficientis dentur agentia totalia & partialia, primus Syllogiſmus nihil colligit, ſive concluſio aſſerens, ſive negans trahatur. Cæterùm ſtando legibus, à Deo & Eccleſiâ ſtabilitis, quas videmus rigoroſè ſervari, concluſio affirmativa in contrarium aliundè conſtet, poterit admitti tanquam certa moraliter: Nam ſi Antonia & Petronius ſunt Friderici parentes, nec illa eſt Mater Petronii, neque Petronius ejus Pater.

Præterea ille Syllogiſmus poſſet tantiſper reformari & tranſire in hunc.

Antonia legitimè & immediatè genuit Fridericum:
Petronius legitimè & immediatè genuit Fridericum:
Ergo Antonia eſt uxor Petronii:
Ergo Petronius eſt maritus Antoniæ.

Secundus Modus colligendi eſt bonus: quoniam ſi Carolina peperiſſet Joannam, eſſet Avia Claudij, adeòque illum ſaltem mediatè peperiſſet.

Tertius & quartus etiam ſunt boni, & ſunt generis excedentis & exceſſi: & nos docent extremitatem præmiſſæ negativæ connotari debere: & extremitatem affirmativæ connotari in concluſione negativâ: debereque contrario procedere modo, qui concluſionem aſſerentem educat.

Quintus eſt in genere æqualitatis, & utrinque concludit æquè benè. Habet utramque præmiſſam aſſerentem, poteſt alteram tantùm, ut vides:

Triginta Groſſi ſunt æquales Imperiali:
Vnus aureus non eſt æqualis Imperiali:
Ergo aureus non eſt æqualis triginta Groſſis:
Ergo 30. Groſſi non ſunt æquales aureo.

Ergo erit efficax, ſive directa, ſive indirecta ſit concluſio.

FIGVRA III.

Omitto cauſam efficientem, quæ non ſine argumentationis periculo centenas tricas patitur, ſumam terminos excedentes; æquales, & exceſſos; & ex illis meos Syllogiſmos concinnabo. MCXLVIII

An ſit periculoſa cauſa efficiens.

I. *Petrus eſt nobilior Ioanne:*
Petrus non eſt nobilior Franciſco:
Ergo Ioannes non eſt nobilior Franciſco:
Ergo Franciſcus eſt nobilior Ioanne:

II. Marſus non eſt doctior Perſio:
Marſus eſt doctior Circio:
Ergo Circius non eſt doctior Perſio:
Ergo Perſius doctior eſt Circio:

III. *Beni-*

III. *Benedictus eſt ſimilis Roberto,*
Benedictus eſt ſimilis Bernardo,
Ergo Bernardus eſt ſimilis Roberto:
Ergo Robertus eſt ſimilis Bernardo:

Horum Syllogiſmorum conformandorum leges. Si termini ſe habeant ſicut excedens, & exceſſus, duæ elici poterunt concluſiones, altera affirmativa, altera negativa: In concluſione affirmativa erit ſubjectum extremitas præmiſſæ negativæ, & in concluſione negativâ extremitas præmiſſæ affirmativæ: Hoc duo priores Syllogiſmi nos docent.

Si termini ſint æquales, & affirmativi [quales in tertio Syllogiſmo ſunt] non eſt habenda extremitatum ratio: Nam poſſumus utrinque concludere, ut in Exemplis patuit: ſed quid, ſi altera præmiſſa ſit negativa? Verbi gratia.

Tu es ſimilis Auguſto Cæſari:
Tu non es ſimilis Neroni:
Ergo Nero non eſt ſimilis Auguſto Cæſari:
Ergo Auguſtus Cæſar Neroni non eſt ſimilis:

Etiam (vides) poterit utrinque concluſio colligi:

SECTIO II.

De Syllogiſmo Expoſitorio obliquo mixto.

MCXLIX. Malo ponere exempla, quàm regulas: puto enim iſta faciliùs ſæpè intelligi, quàm illas. Ergo ſequentes Syllogiſmos conſidera.

FORMA.

Maria Deipara. I. *Maria genuit Chriſtum:*
Chriſtus eſt Deus:
Ergo Maria genuit Deum:

Judæi Deicidæ à Bernardo vocantur. II. Judæi occiderunt Chriſtum:
Chriſtus eſt Deus:
Ergo Judæi occiderunt Deum:

III. *Servio Ferdinando:*
Ferdinandus eſt Imperator:
Ergo ſervio Imperatori, &c.

Iſte Modus colligendi facillimus & tutiſſimus eſt.

FIGURA I.

Vis transfigurare hos Syllogiſmos? commuta præmiſſas, & primam Figuram habebis: ſed hîc notare volo ad hanc pertinere figuram Syllogiſmi nonnulli, quos aliquis ad tertiam rejiceret. Pono Exemplum.

Chriſtus eſt Deus:
Chriſtum genuit Maria:
Ergo Maria genuit Deum:

In hoc enim Syllogiſmo minor, ſi debito modo reſcribatur, erit hæc:

Maria genuit Chriſtum.

FIGVRA II.

MCL. I. *Petrus amat Cajum:*
Ioannes non amat Cajum:
Ergo Ioannes non eſt Petrus:
Ergo Petrus non eſt Ioannes:

II. Omnis homo placet Petro:
Aliquod animal non placet Petro:
Ergo aliquod animal non eſt homo:

III. *Nullus homo occidit Ioannem:*
Aliquod animal occidit Ioannem:
Ergo aliquod animal eſt nullus homo:
Ergo aliquod animal non eſt homo:

IV. Aliquis homo amat honorem:
Aliquis homo non amat honorem:
Ergo quid? *Anne aliquis homo non eſt aliquis homo?*

V. *Paulus eſt ſervus Cæſaris:*
Aliquis homo non eſt ſervus Cæſaris:
Ergo aliquis homo non eſt Paulus.

Ex his Exemplis multa colligo. Nam ſi extremitates ſint termini ſingulares directè aut indirectè concludere Syllogiſmus poterit; Si altera extremitas ſit ſingularis, altera particularis, ſingularis de particulari prædicabitur. Si altera ſit univerſalis, & altera particularis, illa in concluſione univerſaliter, aut indefinitè [hoc eſt cum ſuo ſigno univerſalitatis, aut ſine illo, ſi velis.] prædicabitur.

Si utraque particularis ſit, nihil colligetur omnino:

FIGVRA III.

I. *Petrus amat Cajum:* MCLI.
Petrus non amat Cæſarem.
Ergo Cæſar non eſt Cajus:
Ergo Cajus non eſt Cæſar.

II. Hæc clamys eſt Theopompi:
Hæc clamys non eſt Aſſorii:
Ergo Aſſorius non eſt Theopompus.

III. Phi-

III. *Philippus eſt Rex omnium Hiſpanorum:*
Et tamen Philippus, nec eſt Rex Petronij, nec Filardij:
Ergo Petronius & Filardus non ſunt Hiſpani.

IV. Philippus non eſt Rex Gallorum:
Philippus eſt Rex meus & tuus:
Ergo nos duo non ſumus Galli:

V. *Petrus reſpicit omnes homines:*
Petrus non reſpicit omnia animalia:
Ergo aliquod animal non eſt homo.

VI. Joannes occidit nullum hominem:
Et tamen occidit aliquod animal:
Ergo aliquod animal non eſt homo.

VII. *Honores ab aliquo ambiuntur:*
Honores ab aliqua non ambiuntur:
Ergo quid? nulla inferri poteſt cōſequentia.

Horum Syllogiſmorum leges.

Poſui ſeptem Syllogiſmos, ad quos cæteri, quicunque fiant, facili negotio reducentur. Hinc conſtat alteram præmiſſam debere eſſe affirmativam, alteram negativam, alias enim nihil concludetur omninò: quia ſubſequens Syllogiſmus non eſt bonus, ſeu concluſio ſit affirmativa, ſeu negativa. Sic eum conformo:

Saturnus compoſuit carmen: [puta proteſtationem contra Jovem, &c.]
Is genus indocile & diſperſum montibus altis Compoſuit, legeſque dedit: Latiumque vocari Maluit, his quoniam latuiſſet tutus in oris:
Ergo Populus Latinus eſt Carmen.

Apollo genuit Cantorem:
Apollo genuit Linum:
Ergo Linus non fuit Cantor:
Ergo erravit ille, qui dixit: *Cantorem genuit Cantor Apollo Linum.*

Et ut vides in utroque hoc Syllogiſmo infertur conſequentia falſa. Debemus ergo dicere præmiſſas nec purè aſſerentes, nec purè negantes eſſe poſſe:

Hinc conſtat etiam alterum connotatum debere negari de altero: ſed quod de quo? majus de minori, vel contra? Non habetur majoris vel minoris ratio: ſed ad has leges tota difficultas reducitur. I. *Si utrumque ſingulare ſit, alterum negabitur de altero, & contra.* II. *Si alterum ſit ſingulare, & alterum non ſingulare,* (& non ſingularis nomine intelligo *indefinitum, particulare,* aut *univerſale*) *ſingulare erit concluſionis ſubjectum.* III. *Si alterum ſit univerſale, & alterum particulare, hoc erit ſubjectum concluſionis, non alterum.*

DISPUTATIO XIV.

Omnia, quæ ſunt de Syllogiſmo obliquo dicta, teſtimoniis illuſtrum Authorum affirmans.

MCCII.

SUbtilia hæc omnia ſunt, & ſupra Academici vulgi cothurnum; digna ſingula quæ ab Angelicis ingeniis exerceantur. Ut confirmentur igitur teſtimonia à Viris magnis, & præcipuè ab Angelico Doctore deſumamus; utitur enim ipſe ut vidimus, uberiori Dialecticâ, quàm Philoſophi cæteri: & hanc ob rem ſæpè argumentatur ſubtiliùs, quàm ſinguli capere poſſint. Et quia obliquis frequentiſſimè utitur, aliquas rationes interlegam, & ad Rectas reducam.

I.

An Spiritus ſanctus ab utroque procedat?

Inquirit 1. part. quæſt. 36. art. 2. *An Spiritus ſanctus procedat à filio?* Aſſerit: & tamen ſibi objicit.

Nihil procedit ab eo, in quo quieſcit:
Sed Spiritus quieſcit in filio:
Ergo Spiritus ſanctus non procedit à filio:

Probat minorem: quoniam habetur in legenda S. Andreæ: [Pax vobis & univerſis qui credunt in unum Deum: Patrem, & unum Filium ejus unicum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum: & in unum Spiritum ſanctum procedentem ex Patre in Filio permanentem:] Formabo priùs hunc Syllogiſmum ad numeros Logicæ diſcretæ; & poſteà eundem ad numeros antiquæ reducam. Angelicus Doctor arguit ſic:

An Spiritus ſanctus quieſcat in filio?

Nihil procedit ab eo in quo quieſcit:
Ergo nulla perſona ab eâ, in quâ quieſcit.
Ignis *Ergo Spiritus ſanctus non procedit ab ullâ perſona, in quâ quieſcat:*
ab *Sed omnis perſona, in quâ quieſcit Spiritus ſanctus, eſt filius:*
Igni. *Ergo Spiritus ſanctus non procedit à filio:*

Eſt Syllogiſmus obliquus mixtus, [ejus enim major, & conſequentia obliquæ ſunt & minor recta] eſt in Formâ, & hanc ob rem ad nullam figuram ſpectat. Sed in quo modo formali compoſitus eſt? in penultimo, videlicet, *ini à ini*, qui dicitur *Ignis ab Igni.* Hunc eundem Syllogiſmum (quia etiam volumus ſatiafacere Peripateticis) antiquæ Logicæ poterit reſtitui, ſi dicamus,

Is, in

* *Is, in quo aliquis quieſcit, non eſt is à quo procedit ille, qui quieſcit:*

Fe- *Ergo omnis is, in quo Spiritus ſanctus quieſcit, non eſt is, à quo Spiritus ſanctus procedit:*

ti- *At filius eſt, in quo Spiritus ſanctus quieſcit:*

o. *Ergo filius non eſt is, à quo Spiritus ſanctus procedit.*

MCLIII. *Actus immanentes quieſcunt in clauſis.* Et debemus huic objectioni reſpondere negando majorem, quia omnes actus immanentes quieſcunt in cauſis, à quibus producuntur: Et Spiritus ſanctus non ſolùm quieſcit in Filio; ſed etiam in Patre, propter inexiſtentiam perſonarum, juxta illud. *Ego in Patre, & Pater in me eſt*, quod ſuo modo extenditur ad Spiritum ſanctum.

Spiritus ſanctus quieſcit in Patre & Filio. Inexiſtentia Perſonarum.

II.

Idem ſanctus Doctor contra ſuam doctrinam *1. part. quæſt. 44. artic. 4.* ſic objicit.

Finem omnia appetunt:

Sed Deum non omnia appetunt; quia ipſum neque omnia cognoſcunt.

Deus ergo non eſt omnium finis.

An Deus omnium rerum ſit finis?

Eſt bonus Syllogiſmus è flaviſſis obliquorum mixtorum, ad tertiam figuram ſpectans, & conſtructus in modo: *At. ini. mi.* qui dicitur, *Maris tuſit ſini*, & reducendo obliquos ad rectos ſic:

Finis eſt id, quod omnes appetunt:

Deus non eſt id, quod omnes appetunt:

Ergo Deus non eſt finis omnium.

Tranſibit ad Dialecticam veterem, & erit in ſecundâ figurâ. Sed tamen non evincet intentum, *reſpondeo* enim omnia non intellectualia eò moveri, quò Deus præcipit; hoc eſt, vult; & ſi hoc ſufficit ut Deus *finis* dicatur, Deum eſſe illorum finis; *Addo*, creaturas intellectuales debere eò rendere, quò Deus præcipit, at interdum pro arbitrio voluntatis deficere: *Subjungo* eaſdem, ſi Deus nihil juſſiſſet, [quod multi poſſibile judicant] ceſſante obligationis termino, non debuiſſe aliquid facere, at his non obſtantibus potuiſſe Deum laudare, & ejus ſibi majorem gloriam in omnibus ſuis actionibus proponere.

Quo modo naloga tendunt in fines ſuos: quo modo nos?

An poſſibilis ſit creatura intellectualis exlex.

III.

MCLIV. Ipſe etiam Angelicus Doctor *quæſt. 12. art. 8.* ſic arguerat. *Quicumque videt ſpeculum, videt ea quæ in ſpeculo reſplendent: Sed omnia, quæcunque ſunt, vel fieri poſſunt, in Deo reſplendent, ſicut in quodam ſpeculo; ipſe enim omnia in ſeipſo cognoſcit: Ergo quicumque videt Deum, videt omnia quæ ſunt, & quæ fieri poſſunt.* Sic Angelicus Doctor, cujus ego rationem ad terminos clariores reduco.

An videntes Deum, omnia videant, quæ ſunt in Deo?

Videt omnia, quæ in ipſo reſplendent, qui videt ſpeculum:

Deus eſt ſpeculum:

Ergo videt omnia quæ in Deo ſunt, qui videt Deum.

An Deus ſit ſpeculum, in quo creaturæ univerſa relucent?

Sed quæ ſunt (reſplendent) in Deo, ſunt omnia exiſtentia & poſſibilia:

Ergo, qui videt Deum, omnia exiſtentia & poſſibilia videt in Deo.

Tam benè omnia & ſingula fluunt, ut ſupervacaneum ſit illa ad veteres figuras reducere. Sed quomodo hæc ſolvetur objectio? ſunt qui conſequentiam concedant: nec putent inde urgeri poſſe comprehenſionem divinam: ſunt qui putent illam eſſe negandam, quia aliàs creatura comprehenderet Deum, ſunt qui hanc ſequelam negant: ſunt qui dicant Deum comprehendi poſſe, & citent pro ſe Apoſtolum dicentem Corinthiis. *Currite, ut comprehendatis*; quos non hæreticos, ſed temerarios eſſe dicit Arriaga *de Viſione diſp. 13. quæſt. 3. num. 16.*

An beati omnia poſſibilia videant in Deo?

An Deus comprehendi poſſit?

IV.

Egi de Deo ut intelligibili; dicam aliquid de illo ut intellectivo: S. Doctor *1. pag. quæſt. 14. art. 13.* ſic ait.

Qui finxit ſigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum: Pſalm. 32.

Sed opera hominum ſunt contingentia, utpote libero arbitrio ſubjecta:

Ergo Deus ſcit futura contingentia.

An Deus contingentia cognoſcat.

Admitto majorem, & minorem condono, non enim contingentia benè infertur ex libertate. Nam actus divini liberi ſunt, & tamen contingentes non ſunt: Et deinde concedo conſequentiam, & Syllogiſmum iterum recto calamo ſcribo. Sic inquam: MCLV.

An omnia libera ſint contingentia?

DA- *Omnia opera hominum cognoſcuntur à Deo:*

RAP- *Omnia opera hominum ſunt contingentia:* (ſint libera aut non ſint; poſſunt impediri ab extrinſeco: & hæc eſt vera ratio contingentiæ.]

TI. *Eego aliqua contingentia cognoſcuntur à Deo.*

Non infero *omnia*, ſed *aliqua*; nec plus poteſt ex illis præmiſſis inferri. Quàm ob rem ſanctus Thomas, ut univerſalem inferat; aliter argumentari debet. Qualiter tamen? ſic puto. [*Aliqua contingentia cognoſcuntur à Deo, ergo omnia: Patet conſequentia, quia non poteſt aſſignari ratio, cur iſta cognoſcantur & non illa: cum nulla interluceat diſparitas. Quoniam ut ſæpe vidimus extra materiam contingentem valet conſequentia ab uno ad omnia; & opera hominum contingentia cognoſcit à Deo neceſſarium eſt & non contingens.*] Poteram etiam aliis modis, ſed ego potiùs volui promovere argumentum prius, quàm aliud novum exarare.

An benè argumentetur D. Thomas.

Contingentia omnia à Deo cognoſci non contingens, ſed neceſſarium eſt.

V.

Articulo ſequenti, ſic idem ſanctus Doctor diſcurrit. MCLVI.

Deus

Digitized by Google

An Deus cognoſcat cogitationes? An enuntiabilia?

Deus ſcit cogitationes hominum: Pſalm. 93.
Sed enuntiabilia continentur in cogitationibus hominum:
Ergo Deus cognoſcit enuntiabilia.

Omnia ſunt vera: poſſuntque ad hos terminos rectos reduci.

BAR- *Omnes Cogitationes humanæ cognoſcuntur à Deo.*
BA- *Sed omnis enuntiatio eſt cogitatio humana*:
RA. *Ergo omnis enuntiatio cognoſcitur à Deo.*

VI.

An Deus aliqua velit extra ſe?

Poſteà *quæſt.* 19. *art.* 2. affirmat Deum velle alia extra ſe, & contra reſolutionem ſuam ſic obiicit:

Cuicunque voluntati ſufficit aliquod volitum, nihil quærit extra ſe:
Sed Deo ſufficit ſua bonitas: *& voluntas ejus ex eâ ſatiatur*:
Ergo Deus non vult aliquid aliud à ſe.

vel ſic, ſi utamur rectis,

FE- *Nulla voluntas, cui ſua bonitas ſufficit, quærit aliquid extra ſe*:
RI- *Sed divina eſt voluntas, cui ſua ſufficit bonitas*;
O. *Ergo divina* [*voluntas*] *non quærit aliquid extra ſe*:

MCLVII. *Deus nihil amat extra ſe ex indigentiâ, ſed ex libertate & clementia.*

Sed reſpondeo bifariam. *Primò* diſtinguendo majorem, poſſum enim dicere, voluntatem cui ſua bonitas ſufficit, nihil extra ſe quærere ex indigentiâ aut neceſſitate, benè tamen ex libertate: & conceſsâ minori poſſum eodem modo diſtinguere conſequens; Deus enim non ex neceſſitate aut indigentiâ, ſed ex merâ clementiâ & libertate aut etiam liberalitate quærit alia extra ſe. *Secundò*, concedendo majorem & negando minorem; quia Mundus eſt extra Deum, illumque debet Deus neceſſariò aut velle aut nolle, eſt enim probabiliſſima illa ſententia, quæ aſſerit in Deo puram omiſſionem, imò nec in hominibus admitti poſſe. Rem ſic explico. Intelligentiâ ſuâ infinitâ Deus cognoſcit ſe poſſe facere ut Mundus ſit, & ſe poſſe facere ut Mundus non ſit: & neceſſariò debet velle alterum [nimirùm Mundum aut non Mundum] at libertas in hoc tota eſt, quod poſſit velle Mundum eſſe, & poſſit velle Mundum non eſſe. Sic placuit diſcurrere negando Deo [aut etiam Homini] omiſſionem puram: quam etiam, ſi vellem probabiliter, concedere poſſem: & tibi, ſi libeat, concedam.

An detur pura omiſſio in Deo? an hominibus?

VII.

Quis fuerit Poëtarum Græcorum nobiliſſimus? quis Latinorū?

Hunc etiam volo ſyllogiſmum ſubiicere, ut meliùs hæc doctrina innoteſcat. Sic inquam,

Meritò Europæ Vrbes decertant de ſummi Poëtæ Natali; meritòq; hanc ſibi gloriam unaquaque ambit; & quibus rationibus poteſt, ſtabilit.

At hucùsque ſummus Poëta fuit Homerus: *& ipſe Græcus fuit*:

Vter altero major?

Ergo meritò ab hac concertatione excluſa omnes Vrbes quæ à Græciâ: *ergo meritò etiam illa, quæ in Græcia ſita, ſi rationes ſibi Homerum vindicandi non habent. Ergo meritò concertabunt illa, quæ rationes probabiles habent.*

At hodie inter Poëtas Homerus non eſt primus, quoniam Homero Virgilius major eſt.

Ergo ceſſare debet illa veterum Vrbium concertatio: *& citra controverſiam celebranda eſt Mantua, quæ Genethliâ honoratur Virgilij.*

MCLVIII. *An gloriosū ſit urbi habere indigenas illuſtres? An à moribus patriæ ſumi poſſit præſumptio? Vbi natus Homerus fuerit?*

Major patet, ſummæ enim gloriæ eſt cuicunque vrbi habuiſſe illuſtres doctosque; nam à Majorum gloriâ argumenta ſumuntur, & ex eorumdem vitiis adverſus poſteros ſolet ſuboriri præſumptio. Minor ante Virgilium natum ab omnibus admiſſa fuit, unde conſequentia legitimè deduci videtur, quam firmat Cicero qui pro Archiâ: *Homerum*, inquit, *Colophonij civem eſſe dicunt ſuum*: *Chij ſuum vendicant*: *Salaminij repetunt*, *Smirnæi verò*; *ſuum eſſe confirmant*, *itaque etiam delubrum ejus in oppido dedicaverunt*: *multi alij præterea pugnant inter ſe*, *atque contendunt*: & de hac ipſa re exſtat diſtichon apud Gellium lib. 3. cap. 11. & ex ipſo apud Conradum Gernerum in Onomaſtico verb. Homerus. videlicet,

Septem Vrbium, quæ de Homero contendût, nomina.

Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν Ὁμήρου
Κύμη, Σμύρνα, Χῖος, Κολοφών, Πύλος, Ἄργος,
Ἀθῆναι.

Septem Vrbes pugnant de dulcis origine Homeri;
Cyme, Smyrna, Chios, Colophon, Phylus, Argos,
Athenæ.

Subſumptam minorem (videlicet, Virgilium eſſe Homero majorem) ſtatuit Joannes Ludovicus de la Cerda tom. 1. *in Virgilium Elog.* 4. *cap.* 4. illamque probat ex Macrobio, Politiano, Mureto, Hieronymo Vidâ, Matthæo Tuſcano, Scaligero & aliis; ex quibus omnibus liquidò conſtat conſequentiam bene deduci.

Hic totus ſyllogiſmus ad obliquorum claſſem pertinet, & reperitur in primo Virgilij Tomo, ſub cujus initium ante alia Encomiaſtica Carmina Andreas Schotus Antuerpienſis ſic loquitur.

Virgilij laus

Audimus vatum decus immortale ſororum
Illuſtraſſe juvet Cerda aſpirante Camanâ;
Qui tenet in lætis ſemper florentis Homeri
Nomen, & hoc vate nunquam præſtantior alter,
Seu ſylvas ſeu rura canit, ſive arma virûmque.
Cui Phœbus, cui Muſarum Chorus aſſurrexit,
Auſonia, & totis applaudit Roma theatris.
Huic meritò virides tranſcribat Græcia palmas,
Atque in Olympiacâ decerpat dona coronâ:
Ergo Mæonij non jam de ſanguine certent
Vrbes, Oppida tot, Populi, Genteſque Pelaſgûm.
Vicit enim Maro (*ſic animis linguisque favete*)
Troiani belli ſcriptorem, [*cedite Graij*]
Et ſenis Aſcræi ſuperavit carmina Vatis,
Atque Syracuſij ſublegit ſcripta Poëtæ.
Fallor? an Elyſiis nunc Mæonidē inter & Orphea:

Ipſe ſedet campis ſella ſublimis eburnea?
Multimodis animo verſans ſua Carmina Care,
Priſcaque dicta Patrum, de Quinctis Annalibus Ennî
[*Miracano:*] *inſignes fuctus depromere gemmas.*

VIII.

MCLIX. An proſeribendi muti ſunt? Annon loquaces potius?

Pythagoras, D. Antonio de Guevarrâ *in Horologio Principum libro 2. cap. 30.* afferente, omnes mutos ſine ullâ contradictione civitate ejici juſſit: hac inductus ratione.

Sorites.

Lingua per mentis conceptus movetur:
Qui ergo lingua caret, mentem non habet: unde apud Græcos ἄλογοι dicuntur invocales, & irrationales:
Qui mentem non habet, beſtia eſt:
Qui beſtia eſt, ut beſtia tractari debet:
Beſtiæ mittuntur ad ſylvas & ad paſcua:
Ergo mutus ex civitate proſcribi, & ad ſylvas & montes mitti debet.

Ἀ'λογοί, qui?

Retorquetur Sorites contra garrulos.

Cur non eodem modo contra garrulos diſcurrere poſſemus? cur non dicere?

Lingua per mentis conceptus movetur:
Qui ergo linguoſus eſt, mentem turbatam habet:
Qui mentem turbatam habet, uſu rationis caret:
Qui uſu rationis caret, virtualiter ratione ipſâ carere dicitur;
Qui ratione ipſâ caret, beſtia eſt:
Beſtiæ mittuntur ad montes & ad paſcua:
Ergo linguoſus debet ex Civitate bene gubernatâ proſcribi, & mitti in paſcua.

Perturbata loquela à mente perturbatâ naſcitur.

Pſal. 139. 12 Quàm concluſionem firmat Propheta Rex dicens: *Vir linguoſus non dirigetur in terrâ, virum injuſtum mala capient in interitu*: non dirigitur, qui ejicitur, & proſcribitur: & quia omnis linguoſus eſt iniquus, Virum linguoſum comitabuntur mala dum vixerit, & peiora, cùm vitam cum morte commutaverit.

De utroque Sorite iudicium.

Uterque diſcurſus periculosè fluit: quia deſcendit per gradus non ſubordinatos, & habet nonnullos, qui univerſaliter ſumpti ſunt falſi, & particulariter ſumpti nihil inferunt.

IX.

MCLX. An Cicero ſit lapſus in Logicâ?

Scripſit Topica olim Cicero à C. Trebatio rogatus; & mirum omninò eſſet, ſi in primò ſyllogiſmo quem loco exempli poſuit, fuiſſet hallucinatus: & quidem hallucinatus fuit, ut doceamur humani ingenij ſubtilitatem eſſe finitam, & obnoxiam errori. Paulò poſt initium ſic inquit, [*Ejus argumenti talis eſt forma.* Jus Civile eſt æquitas conſtituta iis, qui ejuſdem Civitatis ſunt ad res ſuas obtinendas, ejus autem æquitatis utilis eſt cognitio: Utilis ergo Juris civilis ſcientia: *Tum partium enumeratio*, &c.] & interrogo quo ſenſu ſumatur æquitas? An in genere & univerſaliter: an verò ut ad Jus Civile contracta: ſi hoc ultimum, ludit Cicero verbis, & propoſitiones identicas ponit: nam ſi æquitas ſumitur ut contracta ad Jus civile, idem erit dicere,

An neceſſaria ſit Iuris cognitio?

Quid ſit æquitas?

Ius Civile eſt æquitas:
Æquitatis cognitio eſt utilis:
Ergo Iuris Civilis cognitio eſt utilis

ac dicere,

Ius Civile eſt Ius Civile:
Iuris civilis cognitio eſt utilis:
Ergo Iuris Civilis cognitio eſt utilis.

Ergo, ſiquidem hoc admitti non poteſt, dicendum eſt æquitatem ſumi univerſaliter, & in communi; & ſi hoc dicatur, iterùm erit arguendus Cicero, qui materiâ deceptus, talem ſyllogiſmum propoſuit, qualis non ſubſiſteret forma: puto enim omnes hos ſyllogiſmos conformes:

Ius Civile eſt æquitas:
Scientia æquitatis eſt utilis:
Ergo ſcientia Iuris civilis eſt utilis.

Homo eſt vivens:
Viventium multi ſunt irrationalia:
Ergo & hominum multi ſunt irrationales.

Homo eſt animal:
At animalia video in ſtabulo:
Ergo & homines.

Ortus eſt error Ciceronis ex ignoratione Logicæ obliquæ.

Sed unde hallucinatio Ciceronis provenit? ex eò quod nomen, quod in alterâ præmiſsâ eſt obliquum, in alterâ, quæ erat univerſalis, debeat eſſe non prædicatum, ſed ſubjectum.

Pono exempla:

Omnis æquitas conſtituta Legibus eſt Ius civile:
Sed æquitatis Legibus conſtitutæ ſcientia eſt utilis;
Ergo Iuris civilis ſcientia eſt utilis.

MCLXI. Inſtantia prima pro Cicerone.

Adhuc vis tueri Ciceronem: & conſiderans illud *ejus*, quod in minori ponitur, aſſeris *æquitatem* in majori ſumi univerſaliùs & abſtractiùs, in minori verò particulariùs & contractiùs; Sed hâc viâ non defenditur Cicero, quia ſi dantur duæ æquitates, altera in majori, & altera in minore; volo ſcire quot terminos habeat iſte ſyllogiſmus? an medium ponatur bis in præmiſſis? &, an aliqua extremitas, in præmiſſis ſit bis? quæ omnia ſtante Dialecticâ ſtare non poterunt.

Secunda.

Dices Ciceronis ſyllogiſmum eſſe bonum: quia major convertibilis eſt. Et reſpondeo me non condemnaſſe materiam, imò & dixiſſe illum ratione materiæ veram concluſionem inferre: & teneo concludendi illam formam in materiâ neceſſariâ, repugnante aut etiam contingente malam eſſe: Addoque Ciceronem materiam hanc convertibilem à cæteris non diſtinxiſſe, fortè nec cognoviſſe, atq; ideò ſemper manet eum hallucinatum eſſe.

Si indifinitas deferens, quibus uſus fuit Cicero, ad propoſitiones quantas ſyllogiſmum reducas, volam illum videre priusquàm collaudare, aut condemnare.

X. Feli-

X.

Feliciùs argumentatus fuit idem Cicero, libr. 2. Invent. ubi meliori uſus Dialecticâ hunc formavit diſcurſum.

An Mundus optimè adminiſtretur?

Nihil adminiſtratur meliùs Mundo.
At illa quæ meliùs adminiſtrantur, adminiſtrantur conſilio:
Ergo Mundus adminiſtratur conſilio:

Sed ipſe debet reduci ad hunc,

An ea, quæ bene reguntur, regantur conſilio?

Mundus optimè adminiſtratur:
At illa, quæ optimè adminiſtrantur adminiſtrantur conſilio:
Ergo Mundus adminiſtratur conſilio.

MCLXII. Addo verba formalia [Nihil, ait, meliùs omnium rerum, quàm Mundus adminiſtratur: nam & ſignorum ortus & obitus definitum quendam ordinem ſervant, & annuæ commutationes non modò quâdam ex neceſſitate ſemper eodem modo fiunt, verùm ad utilitates quoque rerum omnium ſunt accommodatæ, & diurnæ nocturnæque viciſſitudines nullâ in ſe unquam mutatâ, quidquam nocuerunt: quæ ſigna ſunt omnia non mediocri quodam conſilio naturam mundi adminiſtrari. Quod ſi meliùs geruntur ea quæ conſilio, quàm quæ ſine conſilio adminiſtrantur, nihil autem omnium rerum meliùs, quàm Mundus adminiſtratur, conſilio igitur Mundus adminiſtratur.] Sic ille.

An Mundi curſus ſit conſtantiſſimus?

XI.

Matthæus Dreſſerus, *in libro de partibus Humani corporis, & animæ potentiis, edito Lipſiæ anno* 1556. *pag.* 58. proponit problema Ariſtotelicum nimirùm, *Cur omnes ingenioſi, ſive ſint Philoſophi, ſive Poëtæ, ſive alij artifices, ſint Melancholici?* Et reſpondet, quia humor melancholicus cùm firmus ſit, afficit etiam ſpiritus, & motus animi firmiores, acriores, ardentiores, quod ipſum hac ratione confirmat:

An omnes & ſoli melancholici ſint ingenioſi?

Spiritus firmior & ardentior gignit ſenſum acriorem:
Melancholicus humor efficit Spiritus ſive motus atque impetus acres, ardentes, tenaces, & ſtabiles:
Ergo melancholicus humor gignit ſenſum acriorem, & auget ingenium.

MCLXIII. Fortè in Logicâ mentali non peccat ſyllogiſmus iſte, at in vocali ipſe debet tantiſper reformari, ut meliùs, & clariùs concludat: Illum calamo ſeveriore reſcribo, & ſic inquam.

Spiritus firmior & ardentior gignit ſenſum acriorem:
Melancholicus humor gignit ſpiritum firmiorem, & ardentiorem:
Ergo melancholicus humor gignit ſenſum acriorem.

Eſt ſyllogiſmus purè obliquus, & bonus, & diſcurſus iſte ad prædicamentum actionis debet reduci.

Occaſione hinc ſumptâ: [ingenio enim polles & omnia vis diſcurrere, & examinare] duos ſyllogiſmos conſiderandos aut etiam judicandos ponis. Sit primus

Omnis melancholicus eſt ingenioſus;
Marcus eſt melancholicus;
Ergo Marcus eſt ingenioſus.

Non omnes melancholici ſunt ingenioſi.

Sit ſecundus:

Omnis Ingenioſus eſt Melancholicus:
Cicero eſt ingenioſus:
Ergo Cicero eſt Melancholicus.

Non omnes ingenioſi ſunt melancholici.

Uterque ſyllogiſmus eſt bonus, & univerſaliter loquendo neutrius major eſt vera, ſunt enim ingenioſiſſimi, qui minimè melancholici ſunt, qualis fuit Cicero; & ſunt alij etiam Melancholici, nec tamen ingenioſi, qualis fuit Marſus. Pro ſolutione igitur triplicem eſſe Melancholiam ait Dreſſerus: Mediocrem, Aduſtam, & Phlegmoſam. Hæc *aſinina* dicitur, quod ſtuporem ingerat: Aduſta *furens*: quod mentem humanam perturbat: At prima ab Ariſtotele nominatur, Πνευματικὴ, quia eſt bona & ſanguini temperato admixta. Duæ aliæ obtundunt, & perturbant ingenium, quod hæc acuit, & excitat; & ideò ipſa ingenij comes, & via ad ſublimem doctrinam.

Cicero hilaris.
Marſus melancholicus.
Melancholia triplex.
Aſinina:
Furens:
& Spiritalis.
Hæc ultima acuit ingenium.

XII.

MCLXIV. Huc referri poteſt ſyllogiſmus ille, quo idem Matthæus Dreſſerus *lib.* 2. *de anim. pag.* 76. non creari novas animas, ſed in ſemine decidi delirat. Legerat in Galleno libro de fœtuum formatione: *Apparet animam corpus formantem ex parentibus in ipſum fœtum transfundi, ceu contentam in ſemine quæ et forma interna ſit formatrix ipſius fœtûs, ſicut & augmentationis*, & quia malebat Ethnicorum quàm Catholicorum opinionem tueri, Sic arguit,

An creentur novæ animæ? an potiùs per traducem fiant?

Materia non eſt abſque forma ſua;
Anima eſt forma hominis aut corporis humani:
Ergo homo ſeu corpus humanum non propagatur abſque anima.

Omnia improbo. *Primò*: Materia non habet formam ſuam, hoc eſt, propriam; nam juxta communem ſententiam eſt indifferens ad omnes formas. *Secundo* falſum etiam eſt, ſi ſtetur Doctrinæ ſublimiori, materiam non eſſe abſque omni forma; putat enim Carteſius, & cum illo multi viri ſapientes omnia corpora inanima eſſe ſimplicia, hoc eſt, materias omni carentes formâ: Sed hîc illum non carpo, quia adhæſit opinioni communi. *Tertiò*, anima non eſt forma actualis hominis futuri, ſed erit, nec hominis præteriti, ſed fuit. *Et quartò* concluſio, quidquid ſit de antecedentium veritate, ex illis præmiſſis non inferun: Ergo ſi velit aliquid dialecticè loqui Dreſſerus, ſic ſuum ipſe ſyllogiſmum conficiat:

An materia habeat propriam formam?
An non poſſit carere formâ?
An corpora inanima ſint informia?
An anima ſit forma hominis?
Errat in Logica Dreſſerus.

Materia ſeu corpus hominis actu viventis non eſt abſque ſua formâ :
At anima rationalis eſt forma hominis actu viventis;
Ergo Materia ſeu corpus hominis actu viventis non eſt abſque animâ rationali.

Quid ſit ſemen? Sed quid hic contra communem opinionem ? Nam ſemen ſuam formam ſpecialem habet, & materia ſeminis, quando deciditur, non eſt materia aut corpus hominis exiſtentis de facto, ſed hominis qui poſt aliquos dies erit.

XIII.

MCLXV. *Quàm ſit ſubtilis Obliqua Logicâ?* Ex dictis patet obliquam & diſcretam Dialecticam eſſe ſubtiliorem, & difficiliorem quàm multi exiſtimant, multosque in ſyllogiſmorum ejusmodi compoſitione miſerè decipi & hallucinari: Idem Matthæus Dreſſerus *libro 2. de animâ pag. 76.* ut probet non creari de novo animas, ſed ex traduce eſſe, hoc utitur parallogiſmo, quem exiſtimat eſſe ſyllogiſmum legitimum & expoſitorium.

An ex ſimilitudine probetur propagatio ex traduce?

Adam genuit in ſimilitudine ſuâ, & juxta imaginem ſuam : (id eſt, qualis erat Adam, talis erat ſoboles.)
Adam habuit animam & corpus :
Ergo anima & corpus ex parentibus in ſobolem propagantur.

At ego ex quâ hæc Logicâ inferatur conſequentia non video. Benè eam inferri probat ille, quoniam aliàs ſimilitudo, & imago Adami non eſſet integra in ſobole. Confirmat ex Gen. 44. ubi legimus : *Omnes animas, quæ ingreſſæ ſunt cum Iacobo in Ægyptum, egreſſas ex femore ejus.*

An anima egrediatur ex fœmore?

Confirmat iterùm ex ſimilitudine ingeniorum & morum, quam crebrò in liberis & parentibus cernimus : nam ut optimè loquitur Galenus de Theriacâ ad Piſonem : *Nati non tantùm parentes æmulantur, ſed etiam avos exprimunt.*

Soboles ſimiles parentibus & avis ſunt.

An Lutherani docti ſint? Videte obſecro, quibus nos Armis Lutherani invadunt, & nihilominùs dici volunt Doctores. Syllogiſmus ille prior nihil valet, & confirmationes ſunt debiles: corrigo ſyllogiſmum, & quia ita exorbitat, ut ad Dialecticam obliquam difficilius poſſem illum, ad rectam ſeu antiquã reduco. Sic inquam

Corrigitur Dreſſeri Syllogiſmus.

Adam genuit in ſimilitudine ſuâ, & juxtâ imaginem ſuam :
Adam habuit animam & Corpus.
Ergo aliquid (aut potiùs aliquis) *habens animam & corpus, genuit in ſimilitudine ſuâ & juxta imaginem ſuam :*

MCLXVI. Et quid obſecro hîc contra communem opinionem, quàm Dreſſerus impugnat? Subdit ille: quoniam aliàs non eſſet ſimilitudo, & imago integra in ſobole. Et nego conſequentiam Ego : imò dico, ſi aliquid ſequeretur, id debere unicum, nimiùm non futuros tam ſimiles Adamo liberos, quàm modo ſi ex traduce eſſet. Nam Adamus ex traduce non fuit : quam ob rem ſequentem Ego ſyllogiſmum, tametſi non careat exceptionibus, meliorem Dreſſeriano pronuncio : Illum pono :

Anima Adami creata fuit.

Anima Adami fuit ſimilis animæ ſui filij :
At anima Adami fuit creata, & non per traducem deciſa :
Fuit igitur creata anima filij, & non per traducem deciſa :

Ad primam Confirmationem reſpondeo *Animas*, in illo loco ſumi pro hominibus; nam & ille Sodomorum Rex, quem vicit Abraham, dixit Victori Gen. *Da mihi animas* [hoc eſt, *homines*] *cætera tolle tibi.* Ad ſecundam confirmationem dico, ſimilitudinem paſſionum & inclinationum ad organa & humores reduci: videmus enim unam gentem integram habere provinciales virtutes, & provincialia vitia & paſſiones in lacte etiam, etiam in cibis ebibi, & qui barbaro lacte aut carne ferarum nutriti, ſemper habere aliquid barbaræ feritatis, quod in cæteris non reperitur.

Animæ ſignificant homines.
Paſſiones reducuntur ad temperamentum humorum.
Provincialia vitia : Provinciales virtutes.
Malæ inclinationes à cibis.

XIV.

MCLXVII. *Iterum de Dialectica Lutheranorum.* Volo adhuc addere alterum ſyllogiſmum, ut meliùs innoteſcat Dialectica Lutheranorum; ſemper enim eam negligunt, & ideò ſemper inferunt album pro nigro. Idem Matthæus Dreſſerus *lib. 2. de Anima. pag 76.*

An peccata propagentur?
An etiam propagentur animæ?

Peccatum propagatur :
Peccatum eſt in animâ :
Ergo etiam anima propagatur.

Subdubitavi, an univerſaliter, an ſingulariter accipi vellet præmiſſas: nam particulariter non eſſe accipiendas pronuncio : quoniam ex meris particularibus nihil infertur ; ſi præmiſſæ ſint univerſales, erit ſyllogiſmus in *Darapti* & debebit ſic confici.

Omne peccatum propagatur :
Omne peccatum eſt in animâ ;
Ergo aliquid quod eſt in anima propagatur.

At in hoc ſyllogiſmo major eſt falſa, minor indiget expoſitione, & conſequentia non militat pro errore Dreſſeri. Si præmiſſæ ſint ſingulares, erit expoſitorius ſyllogiſmus ; videlicet,

Hoc Adami peccatum propagatur:
Hoc Adami peccatum eſt in animâ Adami :
Ergo aliquid, quod eſt in Adami animâ, propagatur.

Porrò ut videas, quantum debeamus horum hominum Theologiæ confidere, quantum eorumdem Dialecticæ, æquiformes ſyllogiſmos ſubſcribo.

Gratia eſt corruptibilis:
Gratia eſt in anima :
Ergo anima eſt corruptibilis.

Gratia

Gratia eſt diviſibilis juniorum ſententiâ:
Gratia eſt in animâ:
Ergo eorundem ſententia anima eſt diviſibilis.

Anima eſt ſpiritualis:
Anima eſt in corpore:
Ergo corpus eſt ſpirituale.

An in inferno, in dæmonibus, & damnatis ſit Deus?

Deus eſt ſummè beatus:
Deus eſt in Damnatis, & Dæmonibus;
Iſti igitur ſunt ſummè beati.

Lapis eſt ſolidus & durus:
Lapis eſt in aqua:
Ergo aqua eſt ſolida & dura.

MCLXVIII. Hæretici ſunt adialectici.

Jacio è manu calamum: tanto enim tædio afficior, cùm adialecticos Lutheranorum libros lego, ut, ſi perſeverare longo tempore cogerer, deberem in morbum incidere: At quia putabit aliquis hoc me præiudicio laborare, & omnia Lutheranorū dicta vili pendere, proteſtor me acuta, & ſubtilia magnifacere, etiam à Lutherano dicta, & ut ſinceritatem meam demonſtrem periodos ſequentes ſubſcribo.

XV.

Syllogiſmus validus & condemnatus à Capittele, proponitur & propugnatur.

Andreas Capittel *in Herculis Philoſophici clavâ Peripateticâ. num.* 53. ſeverè condemnat Syllogiſmum, qui mihi eſſe bonus videtur. Ejus verba ſubjungo, ait enim. [Sed in Syllogiſmum quendam ligneum Thomæ cujuſdam Buccinatoris Auguſtani, Prædicantis Phorzenſis in Badenſi Marchionatu Lutherani Theologi, quo gloriatur, ſe reduxiſſe ad formam ſyllogiſticam, ratiocinationem illam Chriſti Domini Reſurrectionem mortuorum probantis: Matt. XXII. Sic habet in ſuo Amuleto Jeſuitico.

Deus eſt Deus viventium & non mortuorum:
Deus eſt Deus Abrahami. Iſaaci, & Iacobi:
Ergo Abrahamus, Iſaacus, & Iacobus vivunt & non ſunt mortui.

Etiam hic ſyllogiſmus eſt bonus. De hac ſecundariâ conſequentiâ dicam mox. Eſt in tertia figurâ non verò in forma Galenicâ.

Oraculum! ſed audi Thoma, quid ſi ſic colligam, *Deus eſt Deus viventium & non mortuorum: Deus eſt Deus Gabrielis Michaelis Raphaelis: Ergo Michael, Gabriel, Raphael vivunt: & non ſunt mortui.* Anne tunc ſequitur, *Ergo datur reſurrectio mortuorum?* Monſtrum! Dein in quâ tandem figura eſt? Expoſitorius, (clamas) in tertiâ figurâ. Divinaſti, quia te omnium Dialecticorum riſui exponit. Et, ſi in figurâ aliquâ eſt, erit in Galeni, quia adeò æger, adeò ulceroſus eſt, ut vix Galenus aliquis aut Hippocrates ei ſit medendo.

MCLXIX. Non habet plures terminos quã debeat.

I. Quia non habet niſi quinque terminos: *Deus: Deus viventium & non mortuorum: Abrahami, Iſaaci, & Iacobi: Abraham, Iſaac, Iacob: vivant & non ſunt mortui.*

Non debet prædicari plus quam connotatũ de connotato.

II. Non totum prædicatum Majoris ſit prædicatum concluſionis, omittitur enim ly *Deus:* ſecundo loco in Majori poſitum.

Eſt obliquus ſyllogiſmus optimus.

III. Si fortè ſomnias eſſe ex obliquis [prærerquam id falſum eſt, quia non convenit ei Regula tradita præcedenti Theſi] ubi didiciſti utopikqois affirmativis, Medio utrinque obliquo, viſ formæ colligi concluſionem in Recto? nondum te tua nova forma ſat deformavit? vide quid eâdem retentâ tenaciſſimè, & ſolâ materiâ variatâ Inferam.

Nullus est hic eſt illi ſimilis: & hinc cõſtat Capittelem artem obliquorũ neſcivisſe.

I. *Thomas eſt Prædicans Badeni Marchionatûs.*
Thomas eſt prædicans Theologiæ Lutheranæ:
Ergo Theologia Lutherana eſt Badenus Marchionatus.

II. *Calvinus fuit hoſtis Antichriſti.*
Calvinus fuit hoſtis Lutheri.
Ergo Lutherus eſt Antichriſtus.

III. *Lutherus eſt auctor novi. [ſcilicet] Verbi Dei.*
Lutherus eſt auctor belli Ruſtici:
Ergo bellum Ruſticum eſt novum verbum Dei.

Lutheri Evangelium novum. Religio inventa.

IV. *Hæreſis Lutheri eſt Hæreſis centum annorum:*
Hæreſis Lutheri eſt Hæreſis centum Horarum.
Ergo centum horæ ſunt centum anni.

Ut novo Jubilæo Lutherano etiam applaudamus.

V. *Hic annus milleſimus ſexcenteſimus decimus ſeptimus eſt annus Iubilæi Lutherani.*
Hic annus milleſimus ſexcenteſimus decimus ſeptimus eſt annus Bacchanaliorum:
Ergo Bacchanalia ſunt Iubilæum Lutheranum.

MCLXX.

Hæc ſatis: jam enim alius lixivium acrius adhibuit. Quibus porrò Buccinator in Theologiâ Hæreſibus provehêris, qui in unica conſequentia Logicâ tam malè aurigaris? Rectius biennio tibi à Gonteto Jeſuitâ conceſſo connexioni illi inſudaſſes, ſed exſudaſſes fortè animam.] Hucuſque Capittel.

Et quidem tametſi de Religione Catholicâ Thomas alibi ſæpè malè ſentiat, In Dialecticis videtur innocens: nam ille ſyllogiſmus eſt bonus, & ad Regulam VII. Diſputatione VIII. traditam clinatus, & impugnatio eſt mala aut veriùs nulla. Ille Prædicantis ſyllogiſmus,

Relegatur attentè hæc ſeptima Regula.

Deus eſt Deus nullius mortui:
Deus eſt Deus Abrahami, Iſaaci, & Iacobi:
Ergo Abrahamus, Iſaacus, & Iacobus non ſunt mortui.

eſt ſimilis omninò huic,

Ego dedi Eleemoſynam alicui animali:
Ego non dedi Eleemoſynam alicui equo;
Ergo aliquod animal non eſt equus.

Recognoſcuntur Capittelis Conſuta.

Et tamen hunc ultimum eſſe bonum aſſerui & probavi, illum ad formam rectorum reducendo. *Falſum eſt*, in aliquo ex his duobus ſyllogiſmis eſſe quinque terminos; nam ſunt tres tantùm: non enim ſunt quærendi, prout exiſtimabat Capittel, ſed ut Ars jubet; juxta quam eſt unicus terminus connotans, & duo connotati. *Falſum* illum eſſe in figurâ Galeni, eſt enim extra anni Solisque vias, hoc eſt extra omnem figuralem Dialecticam: licet ſit in tertiâ Obliquorum figura, & poſſit reduci ad *Feſtino*, ut ſtatim videbimus *Falſum*, illos à P. Capittele ſuppoſitos eſſe ſimiles ſyllogiſmo hujus Lutherani Prædicantis: illi enim ex meris affirmativis conſtant; & hic habet unum connotatum negativum: *Falſum* dari poſſe aliquem in eâdem formâ, cujus præmiſſæ veræ ſint, & falſum conſequens; vel qui dubitet talem ſyllogiſmum oſtendat: *Eſt tamen verum*

Argumentatorem fabricam obliquorum ſyllogiſmorum ignotaſſe, & ideò audentiùs contra hunc Prædicantem proceſſiſſe; Syllogiſmum igitur ad terminos rectos reduco.

Reducitur prior ſyllogiſmus.

FES- Nulli mortui ſunt homines, quorum Deus, ſit Deus:
TI- Abrahamus, Iſaacus, & Jacobus ſunt homines quorum Deus, eſt Deus:
NO. Ergo Abrahamus, Iſaacus, & Jacobus non ſunt mortui:

Eſt in *Feſtino*: nec ullâ dignus reprehenſione Ille etiam ſyllogiſmus:

Secundus expenditur.

Deus non eſt Deus mortuorum
Deus eſt Deus Gabrielis, Michaelis, & Raphaelis.
Ergo: Gabriel, Michaël, & Raphaël non ſunt mortui.

etiam eſt bonus, facta enim reductione tranſit in hunc:

& reducitur.

Nulli mortui ſunt perſonæ quarum Deus eſt Deus,
Gabriel, Michael, & Raphael ſunt perſonæ, quarum Deus eſt Deus:
Ergo Gabriel, Michael, & Raphael non ſunt mortui:

De ſecundariâ hac conſequentiâ major eſſe poteſt difficultas; ſed extra ſphæram Logicæ. Vita duplex: completa & incompleta. Subſtantia duplex: completa & incompleta.

Anne hinc ſequetur, *Ergo datur reſurrectio Angelorum?* & ſi non hinc, cur ex priori ſequi poterit: *Ergo datur reſurrectio mortuorum?* Reſpondeo, id non tangere Dialecticam, ſed Theologiam, quo enim ſenſu intelligenda ſint illa verba majoris, *Deus eſt Deus viventium, & non mortuorum*, eodem concluſio intelligenda eſt, Sic enim *viventis* nomen ſignificat vitam qualemcunque, videlicet completam aut incompletam, [completa eſt in Petro, qui eſt completa ſubſtantia, incompleta in Animâ ſeparatâ, quæ vivit, & tamen eſt ſubſtantia incompleta] hoc ſyllogiſmo non probatur mortuorum reſurrectio, ſed disjunctivè altera è duabus, nimirum aut mortuorum reſurrectio, aut animarum immortalitas; at, ſi ſignificet vitam completam reſurrectionem probat pro tempore illo de quo intelligitur, illa copula *eſt*, reſurrectionem inquam, ſi præceſſerit mors, non alias; quàm ob rem, vitam æternam utrobique, [tam in Angelis, quàm in Hominibus] probat; at quia illi non moriuntur & hi moriuntur, non illorum, ſed iſtorum reſurrectionem probat: ſed hæc ſunt Theologica, & à revelatione pendentia, ſufficiat Dialectico ſcire illum ſyllogiſmum eſſe bonum, & in ejus majore & concluſione mortem eodem ſenſu negari.

Reſurrectio eſt vita ſecunda: ſupponit enim vitam habitam & deperditã.

Venio ad ſyllogiſmos, quos Capittel ſubſcribit, & illos eſſe ſimiles prioribus credit. MCLXII
Sanè iſti

Omnes iſti ſyllogiſmi ſunt mali: quia altera præmiſſa eſſe deberet negativa, & concluſio deberet unũ connotatũ negare de altero.

Thomas eſt Prædicans Badeni Marchionatûs.
Thomas eſt Prædicans Theologiæ Lutheranæ:
Ergo Theologia Lutherana eſt Badenus Marchionatus.

Calvinus fuit hoſtis Antichriſti.
Calvinus fuit hoſtis Lutheri.
Ergo Lutherus eſt Antichriſtus.

Lutherus eſt Author quinti Evangelij:
Lutherus eſt Author belli ruſtici:
Ergo bellum ruſticum eſt quintum Evangelium.

Hæreſis Lutheri eſt centum Annorum.
Hæreſis Lutheri eſt centum horarum.
Ergo centum horæ ſunt centum Anni.

Hic annus eſt Iubilæi Lutherani:
Hic annus eſt Bachanaliorum:
Ergo Bachanalia ſunt jubilæum Lutheranum.

ſunt mali, conſtant enim puris affirmativis, quod non facit ille ad cujus ideam ſunt à Capittele conſtructi; mutentur tantiſper, ita ut altera præmiſſa tendat in connotatum negativum, & videbit Capittel hos omnes ſyllogiſmos eſſe bonos. Sic diſcurro,

Corriguntur ſyllogiſmi præmiſſæ.

Thomas eſt Prædicans Badeni Marchionatûs:
Thomas non eſt Prædicans Theologiæ Romanæ:
Ergo Theologia Romana non eſt Badenus Marchionatus.

Calvinus fuit hoſtis Antichriſti.
Calvinus fuit hoſtis nullius voluptatis.
Ergo voluptas non eſt Antichriſtus:

Lutherus eſt Author quinti Evangelij. [hoc eſt, *falſi*]
Lutherus non eſt Author veræ doctrinæ:
Ergo vera doctrina non eſt quintum. [ſeu *falſum*] *Evangelium.*

Hæreſis Lutheri eſt centum annorum:
Hæreſis Lutheri non eſt mille annorum:
Ergo mille Anni non ſunt centum Anni.

Hic annus eſt Iubilæi Lutherani:
Hic annus non eſt annus pacis:
Ergo pax non eſt Iubilæum Lutheranum.

Stat igitur illum ſyllogiſmum, quem formavit Thomas Prædicans Pforzenſis, eſſe bonum, & à Capittel more Andabatarum impugnari.

* * *

DISPUTATIO XV.

De Argumentatione Diſiunctiva.

MCLXXII

Diſiunctionis extrema: quæ

POteſt intereſſe diſiunctio inter extrema realiter diſtincta: puta, inter duo ſubjecta, ut cum dico, *Veniet Petrus, vel Ioannes*: aut inter duo obliqua, ut cum addo, *Loquar Friderico, aut Antonio.*

Et quidem argumentandi modus iſte clariſſimus, & facillimus eſt. Unum aut alterum exemplum loco regularum ſubſcribo. Succurrunt hæc verba Catonis: [Ante annos quinque, Patres Conſcripti, acriter, & quidem me proponente aut etiam urgente, diſceptatum hic fuit; An Romanus Populus eſſet imperaturus, an ſerviturus? Reditis tandem ad quæſtionem eamdem; ego, ut video, ad diverſam: Pono Romanum Populum non imperaturum: pono illum ſerviturum: Ecquid quæritur? Utri. Cæſarinè, an Pompeio?] & his ideis præoccupatus [ideis inquam: fortè enim verba formalia non ſcripſi] ſic arguo.

Scribo ſenſum, non enim formalia retineo.

Debet tandem: (inquit ſinceritas) Pompeio aut Cæſari populus Romanus ſervire:
At non Pompeio:
Debet igitur ſervire Cæſari.

Qui formet ejusmodi argumenta, debet obſervare, & diſcutere, An utrique ſimul aut neutri membro diviſionis denominatio competat: ut in exemplo poſito, ſi neutri poſſet ſervire populus, major ſyllogiſmi eſſet falſa, ſi poſſet utrique argumentatio præcedens bene flueret.

De Syllogiſmo diviſivo.

I.

MCLXXIII. DE Propoſitione diſiunctivâ ſuperiùs egimus; nunc illam loco majoris ſumimus, & ex negatione unius partis ad alius affirmationem, aut ex affirmatione unius ad alius negationem procedimus, ut videre eſt in ſequentibus.

Equus aut eſt rationalis, aut irrationalis;
At non eſt rationalis: Ergo eſt irrationalis.
At eſt irrationalis: Ergo non eſt rationalis.

Petrus eſt ſapiens aut inſipiens:
At non eſt ſapiens: Ergo eſt inſipiens.
At eſt inſipiens: Ergo non eſt ſapiens.
At eſt ſapiens: Ergo non eſt inſipiens,
At non eſt inſipiens: Ergo eſt ſapiens.

Homo vel eſt ſenſibilis vel inſenſibilis.
At eſt ſenſibilis: Ergo non eſt inſenſibilis.
At non eſt inſenſibilis: Ergo eſt ſenſibilis.

Major debet enumerare omnia diſiunctionis membra; quæ ſi ſint duobus plura, etiam debebunt ſingola recenſeri: Pono exemplum,

Verbum Divinum aut eſt majus Patre, aut minus, aut æquale.
At non eſt majus Patre: quoniam DEO nihil majus:
Nec eſt minus Patre, quoniam non eſſet Deus:
Ergo eſt æquale Patri. vel ſic;
At eſt æquale Patri, eſt enim coeſſentiale;
Ergo nec majus, nec minus Patre eſt.

De Perſonarum Divinarum æqualitate.

Si non enumerentur univerſa diſiunctionis membra, dabitur medium, & nihil concludetur omninò. Patet: nam ſi dicamus,

Evangelia [quæ ſunt Mundi ſupernaturalis Elementa] aut ſunt plura aut pauciora Elementis Mundi corporei, quæ eſſe quatuor dicuntur: Videlicet: Ignis: Aër, Aqua. Terra.

Evangelia ſunt Orbis Orthodoxi elementa.

At non ſunt plura: Ergo ſunt pauciora.
At ſunt pauciora: Ergo non ſunt plura.
At ſunt plura: Ergo non ſunt pauciora.
At non ſunt pauciora: Ergo ſunt plura.

inferemus quattuor conſequentias: omnes falſas, aut à falſis minoribus ortas: quoniam inter pauciora & plura, datur medium; adeoque quia totidem Evangelia ac Elementa ſunt, nec plura nec pauciora ſunt. Sic deſcendendo, & quidem ſic etiam aſcendendo proceditur, nam cum poſitio aliqua debet firmari aut infirmari analogâ lege progredimur.

* *Animal diviſione generis in ſpecies dividitur in rationale & irrationale.*
DA- *Ergo quidquid eſt rationale eſt animal, & quidquid eſt irrationale eſt animal.*
RI- *At Petrus eſt rationalis: & Pegaſus eſt irrationalis.*
I. *Ergo Petrus eſt animal: Ergo Pegaſus eſt animal.*

Animalis diviſio.

Conſultò agimus de diviſione generis in ſpecies, quoniam ſi diviſio eſſet accidentaria, nihil concluderetur; ut ſi fortè quis diceret,

Videtur inutilis diviſio accidentaria.

Homo dividitur in album & nigrum:
DA- *Ergo quidquid eſt album eſt homo, & quid quid eſt nigrum eſt homo:*
RI- *At nix eſt alba, & pix nigra,*
L. *Ergo nix eſt homo. Ergo etiam pix eſt homo.*

Eſt mala prima conſequentia, & ideò totus ſyllogiſmus laborat. Fatebor autem diviſionem accidentalem in aliquo caſo per accidens poſſe eſſe congruam: puta, ſi illa accidentia de facto ſolis hominibus conveniant: nam, ſi de facto nullum Animal præter hominem veſtitum ſit, nullum armatum; & nullus ſit homo, qui veſtibus aut armis careat, hæc argumentatio eſſet bona: videlicet.

| | | | *Homo dividitur in armatum togatumque.*
| | DA *Ergo quidquid eſt armatum eſt homo:*
| Da | *Et quidquid eſt togatum eſt homo:*
FE | | *Et quidquid nec togatum nec armatum eſt, non eſt homo.*
| | RI *At Iulius Cæſar eſt armatus:*
| ri. | *M. T. Cicero eſt togatus:*
RI | | *Concitatus (equus fuit Caligulæ) nec armatus nec togatus.*
| | —*Ergo I. Cæſar eſt homo.*
| —. | *Ergo M. T. Cicero eſt homo.*
O | | *Ergo Concitatus non eſt homo.*

At diſſuaſiri progredimur ſic:

An ne arbores ſunt irrationales? Aſſerunt, qui admittunt differentias communes; negant, qui docent irrationalitatem in brutis eſſe formalitatem poſitivam: alij dubitant.

* * *Si eſt animal aut eſt rationale aut irrationale:*
Me- FE- *Ergo quod nec eſt irrationale, nec irrationale non eſt animal.*
ro- RI- *At Platanus nec eſt rationalis, nec irrationalis:*
po. O. *Ergo Platanus non eſt animal.*

Eſt bonus ſyllogiſmus in **Meropo**, modo infinito, & ad **Ferio** reducitur.

II.

An aliquis duobus dominis ſervire poſſit?

Multa occurrunt nobiliſſima exempla, quibus poſſim doctrinam poſitam confirmare. Hodie ſecundum Benedictinas Rubricas, hoc in choro Evangelium meis Religioſis prælegi: *Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Nemo poteſt duobus Dominis ſervire, aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut unum ſuſtinebit, & alterum contemnet. Non poteſtis Deo ſervire & mammonæ.* In quibus verbis Ars ſyllogiſtica ſatis clarè relucet.

III.

MCLXXIV. An Spiritusſancti proceſſio ſit generatio?

Hac etiam argumentandi formâ crebiò utitur Doctor Angelicus. Sic ait. 1. p. q. 27. art. 4. [Sed contra eſt, quod ſecundù hoc ſequeretur quod Spiritusſanctus, qui procedit ut amor, procederet ut genitus; quod eſt contra illud Athanaſij: *Spiritus ſanctus à Patre, & filio nec factus, nec creatus nec genitus, ſed procedens.*] Quæ verba ad hanc formam reduco.

Athanaſ. in Symbolo.

Spiritus ſanctus aut eſt factus, aut creatus aut genitus, aut procedens.
Sed nec eſt factus, nec creatus, nec genitus.
Ergo eſt procedens:
At ex hac doctrinâ, quam impugno (inquit S. Doctor) *non eſſet procedens, ſed genitus:*
Ergo hæc non eſt bona doctrina.

IV.

Omnis formalitas divina, aut pertinet ad Unitatem, aut ad Trinitatem.

Ejuſdem partis primæ quæſt. 32. art. 2. ſic obiicit: [Quidquid ponitur in divinis, aut pertinet ad unitatem eſſentiæ, aut ad trinitatem perſonarum; ſed notiones non pertinent ad unitatem eſſentiæ, nec ad trinitatem perſonarum: de notionibus enim neq; prædicantur ea, quæ ſunt eſſentiæ; non enim dicimus, quod Paternitas ereet, vel ſit ſapiens: neque etiam ea quæ ſunt perſonæ: non enim dicimus quod paternitas generet, & filiatio generetur: Ergo non ſunt ponendæ notiones in divinis.] Et reſpondetur Notiones pertinere ad Perſonas, & quia actiones ſunt ſuppoſitorum, hoc eſt, concretorum, tametſi realiter ſint veræ illæ prepoſitiones, *Paternitas generat, & filiatio generatur:* dicimus illas formaliter verificari in concreto, videlicet, *Pater generat, & Filius generatur:* & an Paternitas, & Filiatio ſint abſtracta nomina, an ſubſtracta [quod multi exiſtimant] alibi examinamus.

An notiones ſint ponendæ in divinis? An ad Unitatem, an verò ad Trinitatem pertineant? An Paternitas & Filiatio ſint abſtracta, an potius ſubſtracta vocabula?

V.

MCLXXV. Quid ſit perſona?

Ei quæſt. 29. art. 1. ſic datam à Boëtio, & ab omnibus receptam, Perſonæ definitionem videlicet, *Perſona eſt rationalis (intellectualis) naturæ individua ſubſtantia*, quam & ipſe tuetur, eruendæ veritatis gratiâ impugnari permittit. [Subſtantia inquit, prout ponitur in definitione perſonæ, aut ſumitur pro ſubſtantiâ primâ aut pro ſubſtantiâ ſecundâ: ſi pro ſubſtantia prima, ſuperfluè additur *individua*, quia ſubſtantia prima eſt ſubſtantia individua: ſi verò ſtat pro ſubſtantiâ ſecundâ, falsò additur & eſt oppoſitio in adjecto. Nam ſecundæ ſubſtantiæ dicuntur genera vel ſpecies: Ergo definitio eſt malè aſſignata.] Reſpondet doctè & eruditè Sanctus Doctor: ego me clariùs & commodiùs expedio, aſſerendo nomen ſubſtantiæ ſumi pro ſubſtantiâ à primâ & à ſecundâ præciſâ, idem enim eſt dicere, *ſubſtantiam individuam* quàm primam.

Subſtantia duplex: prima & ſecunda. Quid prima ſit? Quid ſecunda? Subſtantia à primâ & ſecundâ præciſa.

Et quidem ſi hæc objectio eſſet alicujus roboris, paulò alteratis terminis ſic reponi potuiſſet: Cùm Ariſtoteles ſingularem ſubſtantiã *ſubſtantiam primam* nominavit, vel ſubſtantiæ vocabulo intellexit ſingularem, vel univerſale: ſi univerſalem, ſtat oppoſitio in adiecto, nam ſubſtantia univerſalis non eſt ſingularis: & ſi ſingularem, ſuperfluè dicitur *prima*: tunc enim *ſubſtantia prima* eſſet idẽ, ac ſubſtantia ſingularis ſingularis, quod potiore Eraſmus iure, quàm *Canonicorum Regularium* [hoc eſt, Canonicorum Canonicorum; aut Regularium Regularium] cognomentũ rideret. Et Respondeo nomen *Subſtantia* ſumi ab Ariſtotele abſtractum quà ab univerſali & ſingulari præciditur. *Addo* nomen *Canonicus* eſſe ſubſtantivum ſicut etiam nomen *Cardinalis*, *Officialis* &c. & nomen *Regularis* eſſe adjectivum, & præter hoc non eſſe ſynonyma eccleſiaſticè, tametſi grammaticè aut ſint ſynonyma, aut eſſe videantur: quia *Canonicus* ad Regulam vivit quã non vovet ſolemniter, *Regularis* verò ad regulam, cujus obſervantiam [pœnale aut moralem, juxta varias ſententias & ordines] ſolemni profeſſione promittit.

Retorquetur in Ariſtotelem objectio. Eraſmus nomen Canonicorum Regularium irridet. Voces non eamdem habent grãmaticè ſignificationem, quam civiliter vel eccleſiaſticè. D. ſerimen inter Canonicum & Regularẽ.

VI. Doctor

VI.

MC LXXVI. *Dilectio duplex: bona & mala; bene ordinata & deordinata. An Charitas ſit ſupra naturam? An dilectio naturalis ſit in Angelis? An in hominib⁹? An omnis dilectio recta ſit ſupernaturalis? An Ethnicorum virtutes fuerint vitia?*

Doctor etiam ipſiſſimus 1. part. quæſt. 60. art. 1. ſic objicit, [Omnis dilectio aut eſt recta, aut non recta: Dilectio autem recta pertinet ad charitatam: Dilectio autem non recta pertinet ad iniquitatem. Neutrum autem horum pertinet ad naturam, quia Charitas eſt ſupra naturam, iniquitas autem eſt contra naturam: Ergo nulla dilectio naturalis eſt in Angelis.] Huic Angelicus Doctor inſtantiæ doctiſſimè ibidem reſpondet: at Ego ejusdem ſolutionem ſupponens aſſero hanc rationē, ſi alicujus momenti eſſet, æquè impugnaturam humanam ac angelicam dilectionē: & tamen apud homines eſſe naturalem amorem, & hunc ipſum ſincerū, certum eſt: nam Ethnici ſuos filios amant, & tamen Charitatem ſupernaturalem nō habent. Addo non omnem actum rectum eſſe Charitatis, dantur enim virtutes morales naturales, & hæc Propoſitio: *Omnia infidelium opera ſunt peccata, & virtutes Philoſophorum Gentilium fuerunt vitia*, in Bayo, & Janſenio à quatuor ſummis Pontificibus, eſt condemnata.

VII.

Quid ſit conſcientia? An ſit potentia, habitus, an actus?

Et alibi idem S. Præceptor, ſic de conſcientiâ diſſerit. [Neceſſe eſt quod conſcientia ſit actus vel habitus vel potentia. Sed non eſt actus; quia non ſemper maneret in homine. Nec etiam habitus; non enim eſſet unum quid conſcientia, ſed multa: per multos enim habitus cognoſcitivos dirigimur in agendis: Ergo conſcientia eſt potentia.] Nos autem tametſi libenter audiamus & legamus Thomiſtas, & eorumdem Magiſtrum veneremur, conſcientiam dicimus eſſe ſimul potentiam, habitum, & actum: Homo enim vel intelligitur in actu purè primo, vel in actu primo facile potens exire in ſecundum, vel in actu ſecundo: ſub primam conſiderationem conſcientia eſt potentia; ſub ſecundam habitus; ſub tertiam actus. Una enim & eadem realitas diverſimodè conſiderata, potentia, habitus & actus eſt: quod tametſi à Peripateticis, & cum ipſis etiam ab ipſo D. Thoma negetur, eſt probabiliſſimum; non enim eſt cur entia multiplicemus ſine causâ.

Homo & ejus conſcientia trifariam poteſt conſiderari. Quomodo potentia, habitus & actus diſtinguantur?

VIII.

MC LXXVII. *An Anima ſeparata intelligat? An ad intelligendum acquiratur ſpecies? Species alia ingenita, & alia adquiſita, ſeu à rebus abſtracta. An ſpecies adquiſita in animâ ſeparatâ remaneant? An dentur ſpecies ſupernaturales?*

Apud eundem Angelicum Theologum 1. part. quæſt. 89. art. 1. nonnulli ſic conantur oſtendere nihil omninò ab Animâ ſeparatâ poſſe intelligi: ſic arguunt. [Si anima ſeparata intelligit, oportet quod per aliquas ſpecies intelligat: ſed non intelligit per ſpecies innatas; quia à principio eſt ſicut tabula in qua nihil eſt ſcriptum: neque per ſpecies, quas abſtrahit à rebus; quia non habet organa ſenſus & imaginationis, quibus mediantibus ſpecies intelligibiles abſtrahuntur à rebus, neque etiam per ſpecies priùs abſtractas, & in animâ conſervatas: quia ſic anima pueri nihil intelligeret poſt mortem. Neque etiam per ſpecies intelligibiles divinitùs influxas: hæc enim cognitio non eſſet naturalis, de quâ nunc agitur, ſed gratiæ. Ergo anima ſeparata à corpore nihil intelligit.] Ante quam huic objectioni diſjunctivæ reſpondeam, ajo, mihi videtur valde mirum, quod Argumentator probaturus Animam ſeparatam nihil intelligere, habeat abſurdi loco ſeparatas puerorum (infantium potiùs) animas nihil intelligere: & hanc ob rem ſuaderem illi, ut illa verba, *quia ſic anima pueri nihil intelligeret*, deleret, & aliunde negatam poſitionem probaret. Hoc obiter notato, reſpondeo alios fortè torqueri hâc objectione poſſe, ſed non me, qui omnes ſpecies fictas à Peripateticis exiſtimo, & omnia quæ intelligimus, ſentimusque meliùs ſine eiſdem expono. Nego igitur primam illam conditionalem, & ſic toti ſatisfacio objectioni, quæ illi innititur.

An concedenda neceſſariò ſint ſpecies intentionales?

MC LXXVIII. *An dentur ſpecies innatæ?*

Sed quid, ſi darentur ſpecies? non urgeret. *Primò* enim cur non poſſemus dicere contra Ariſtotelem, Animam non eſſe tanquam tabulam raſam in quâ nihil ſcriptum. An-non agnellus recens natus novit parentis ubera, & inter canem lupumque ſimillimas animantes diſtinguit. Omnes hirundines unicolores ſunt, & Joannes Marcus Marci, Naturæ explorator eximius, obſervavit earum pullos vix ovo egreſſos parentes volitantes in ipſo aëre internoſcere, & mero viſu à millenis aliis ventos pectentibus diſtinguere. Natura igitur quæ erga nullum avara, ſingulis aliquas ſpecies [forte & omnes] indidit: & poſteà, aut earum ope novas adquirimus, aut inditis utimur accuratiùs. *Secundò* cur etiam Anima ſeparata non abſtrahere poſſet à rebus ſpecies? An-ne Angeli, qui multorum ſententiâ ſuo labore, & induſtriâ novas ſpecies adquirunt, habent organa & corporea inſtrumenta? Cur non etiam ſpecies priùs adquiſitas Anima conſervabit? quid mali quod plures habeat ſpecies Anima Senioris quàm Pueri? Quod ſi Deus poſt hominis mortem ſpecies neceſſarias infundat, cur non ipſæ naturales dicentur, productæ à Deo ſecundum exigentiam naturæ? Anima enim rationalis creatur à Deo, & tamen ad ordinem gratiæ non pertinet.

An Angeli adquirant ſpecies? An Deus poſt mortē ſpecies animabus infundat?

IX.

MC LXXIX. *Duplex cognoſcendi modus. Quid illabatur in animam? An Angelus Animâ ſit ſimplicior?*

Dubitarunt an Anima ſeparata cognoſcat? modò an ipſa & Angelus, & etiam ſeparatæ ſubſtantiæ cognoſcantur? ſubdubitant; & apud Sanctum Thomam. 1. p. quæſt. 89. art. 2. ſic objiciunt. [Omne, quod cognoſcitur, vel cognoſcitur per ſui præſentiam, vel per ſuam ſpeciem, ſed ſubſtantiæ ſeparatæ non poſſunt cognoſci ab animâ per ſuam præſentiam: quia nihil illabitur animæ, niſi ſolus Deus; neque etiam per aliquas ſpecies quas anima ab Angelo abſtrahere poſſit, [quia Angelus ſimplicior eſt quàm anima] Ergo nullo modo anima ſeparata poteſt cognoſcere ſubſtantias ſeparatas.] Sic contra ſuam & veram doctrinam Angelicus Doctor objecit: at quia ipſe ſuas reſpon-

Digitized by Google

reſponſiones ad Ariſtotelis Principia & Peripateticorum Dogmata ciimat, nos quæramus compendium, & ſtando Parco Naturæ Genio, dicamus non dari ſpecies, ſed ipſamet objecta videri. Illud quod de Deo dicitur, etiam admiſſis ſpeciebus, dubium eſt; multi enim in viſione beatifica ſpeciem impreſſam, & expreſſam concedunt, multi alteram, & multi neutram. Et quidem, ſi paries immittit ſpeciem in oculum, quis illum inconſequentiæ arguet, qui dicet ſui ſtantiam ſeparatam immittere ſpeciem in mentem.

An in Viſione beatificá detur ſpecies impreſſa, aut expreſſa Dei?

X.

Cur plura adjunxerò? ſufficiant hæc ut videas, quo Theologi modo hac formâ argumentandi utantur: Unum aut alterum carmen ſubſcribo, ut ipſamet erudiat, & delectet varietas. Hunc ſyllogiſmum

Aut ſto à Pompeio, aut à Cæſare, aut à Sylla,
aut à Mario:
At non ſto à Pompeio, nec à Cæſare, nec à Sylla:
Ergo ſto à Mario:

ad hæc verba reducit Owenus lib. 1. ad Mæcen. Ep. 88.

Pompejanus ego non ſum: non Cæſerianus:
Non ſum Syllanus; Sum Marianus ego:

MCLXXX Pono calamum: & quia ſoluendi Marianum penſum hora eſt, ſequentia in diem craſtinam differo. Carmen relego, & quia Pompeium dictum à Pompâ exiſtimo à Cæde Cæſarem, hoc exulcerato tempore cùm omnia ardeant ſanguine & extra cædes nulla videatur pompa, & inter cædi, aut cædere, duos belli ſcopulos (Scyllam, Carybdim) pauci medium reperiant, Ego inter politicorum fluctuum vortices oculos ad Empyreum ſubrigo, Mariam Cœli Reginam invoco, & ſic finio.

Pompejus dicitur à pompa. Cæſar à cædendo Sylla, quaſi Scylla.

Perdere vel perdi Populus dum cogitur omnis;
Pacis ſpe aut ſpecie terra Bohema perit:
Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim,
Et pacem ſperans cogitur arma pati.
Quis medium teneat? medium tenuere Beati:
Aſſequar ergo illud. Sic què Beatus ero.
In medium Oceani è medio Cœleſtis Olympi:
Magna ſalus hominum, candida ſtella micat.
Huic Maria nomen, magnum eſt: timet illud Avernum:
Illoque audito Dæmonis arma ruunt.
Si à Plutone petar, defendar nomine tanto:
Virginis ac alto nomine tutus ero.

Maria nomen Virginis matris, habet medium indifferentè.

Maria aliB nomen.

Pompejanus Ego non ſum, *nam lubrica pompa*
Diſplicet, & clauſtri vita modeſta placet.
Et Scyllanus Ego non ſum, *nam exiſſe Carybdi:*
Quin me corripiat vortice Sylla queo.
Cæſarianus Ego non ſum, *ſi nomen ab armis:*
Fluxerit, & ſolitus cadere, Cæſar erit.
Sed Marianus ero tantùm, *& pro Matris honore*
Virginea fuſo ſanguine miles ero.
Et quoniam noſter Cæſar diſſlare ſuperbos,
Subjectiſque piâ parcere voce ſolet:
Et quoniam Hæreticis pulſis, toto Orbe triumphans,
Virginis imperio ſubjicit imperium:
Dignùs ut poſſim inter tot diſcrimina rerum
Eſſe Marianus, Cæſarianus ero.

Ferdinandus III Romanorum Imperator, Virgini Matri devotiſſimus.

De Ciceronis Dialecticâ.

XI.

MC LXXXI. HUc etiam pertinent plurima Ciceronis, quæ doctrinam præcedentem confirmant. Illa partim dedi ſuperiùs, & partim dabo propriis locis: nunc verò aliquas ſubjicere volo periodos, quibus Cicero artem eandem tradit, quam Ego hac diſputatione dilucido.

Cicero non ſolùm disjunctivis argumentis utitur: ſed & artem atendi tradit.

[*Partium enumeratio, ait, tractatur hoc modo.* Si neque cenſu, neque vindictâ, neque teſtamento liber factus eſt, non eſt liber.] Sic ille in Topicis ſub initium, & multò inferiùs: [*Reliqui Dialecticorum modi plures ſunt, qui ex disjunctionibus conſtant.* Aut hoc aut illud: Hoc autem: non igitur illud. *Itemque:* Aut hoc aut illud: Non autem hoc: illud igitur. *Quæ concluſiones idcircò rata ſunt quod in disjunctione plus uno verum eſſe non poteſt: Atque ex his concluſionibus, quas ſuprascripſi, prior quartus, poſterior quintus à Dialecticis modus appellatur. Deinde addunt conjunctionum negantiam ſic:* Non & hoc eſt, & illud: Hoc autem: Non igitur illud: *Hic modus eſt ſextus: ſeptimus autem,* Non & hoc & illud. Non autem hoc: illud igitur: *Ex his modis concluſiones innumerabiles naſcuntur, in quo eſt ferè tota Dialectica:*] Hæc omnia Cicero: non tamen omnia, licet ſint Ciceronis, tibi arrident, nam ſextum & ſeptimum modum ſophiſticum, & fallacem judicas: & meam deſideras cenſuram, & Judicium audi: Omnes expendo.

Ad disjunctivum Cicero Dialecticâ fere reducit.

* I. *Non hoc eſt & illud:*
Hoc autem eſt:
Igitur non eſt illud.
II. Lapis non eſt ſimul ſenſibilis, & rationalis:
Eſt autem ſenſibilis:
Non igitur rationalis eſt.
III. *Homo non eſt ſimul riſibilis, & irrationalis:*
Eſt autem riſibilis:
Non igitur eſt irrationalis.

Huic Ciceroniano Modo, quem Sextum vocat, reſpondent ſequentes ſyllogiſmi.

* IV. Non hoc ſimul & illud:
Atqui non hoc:
Ergo illud.
V. *Petrus non eſt ſimul lapis, & canis:*
Atqui non eſt lapis:
Ergo eſt canis.

Et huic, quem vocat ſeptimum, ſubſequentes.

VI. Homo

VI. Homo non eſt ſimul hinnibilis & rugibilis:
At qui non eſt hinnibilis:
Ergo eſt rugibilis.

VII. *Turca non eſt ſimul Iudæus, & Chriſtianus:*
At non eſt Iudæus:
Ergo eſt Chriſtianus.

MC LXXXII. Quandò eſt verè examinanda major. Et tandem Exemplis his conſideratis pronuncio majorem, [nimirum illa quæ complectitur illos terminos *hoc & illud*] eſſe conſiderandam: Sanè ſi illi termini ſint contradictorij aut incompoſſibiles ſalva res eſt: ſi alter adſit, & alter abſit & ſi contingenter id acciderit, etiam ſalva. *Hallucinatur Cicero.* At, ſi uterque abſit, modus quem vocat ſextum Cicero, malus eſt, malus quem ſeptimum: in illo nunquam conſequentia erit vera, niſi minor ſit falſa, & hoc nomine etiam inutilis eſt: [quis enim bonum dicat argumentandi modum, cujus altera præmiſſa eſt falſa?] In iſto, conſequentia erit falſa, & tamen utraque præmiſſa erit vera.

De Syllogiſmo disjunctivo.

XII.

MC LXXXIII. Major, quod audeant Philoſophiâ aut alterâ docere homines tam rudes Dialecticæ. Libro ſecundo de Animâ: Matthæus Dreſſerus, videlicet paginâ 68. hunc mirabilem ſyllogiſmum producit:

Motio vel motus eſt accidens;
Anima eſt motus, vel actus:
Ergo anima eſt accidens.

Putat formam eſſe legitimam, nam reſpondet diſtinguendo majorem, in qua minus malè legeret, *motus vel actus*, &c. quàm *Motio vel motus*: &c. *Dreſſeri ſyllogiſmus non valet.* Porrò iſte ſyllogiſmus nihil valet, nam poterimus centenos producere ſimiles in quibus ſint præmiſſæ veræ, & falſum conſequens.

Hos propono:

Probatur exemplis clariſſimis.

Canis vel homo eſt rationalis:
Animal latrabile eſt canis vel homo:
Ergo animal latrabile eſt rationale.

Virtus vel vitium eſt laudabile:
Furtum eſt virtus vel vitium:
Ergo furtum eſt laudabile.

Album vel nigrum viſum congregat:
Candor eſt albus, vel niger:
Candor igitur viſum congregat.

XIII.

Quæſtio incidens. Interrogas: *An in argumento disjunctivo neganda ſit altera pars? An interdum poſſit aut debeat utraque ſimul aut negari aut concedi?*

Reſpondeat Zerda, quem Salmanticæ audivi reſpondentem & ingenioſiſſimè fortiſſima tela regerentem: contra quem cùm ſinceritas audere nollet, diſſimulationem advocavit, quâ armatus Titius, ſic orditur. [Conſideravi inquit hanc Theſin, & quia novatorũ doctrinæ conſonat, ſic eam impugno. Hæc propoſitio vel eſt Lutherana vel eſt Calviniana: Atqui ſive Lutherana ſit, ſive Calviniana erit hæretica: Ergo hæc propoſitio eſt hæretica. Negat majorem Zerda; & Titius. Negas majorem: ſed quia duas illa partes complectitur, ſcire vellem, utram conceſſeris, utram negaveris: Utramque negavi, inquit Zerda, quia Theſis mea nec eſt Lutherana, nec Calviniana.

De Lemmate.

XIV.

MC LXXXIV. Dilemma unde dictũ? Complexio quid? Argumentum cornutum. Græcè Δίλημμα dicitur, quod duplici lemmate conſtituatur: id nominat *Complexionem* Cicero: & *Cornutum ſyllogiſmum* Gellius. Immeritò hunc modum argumentandi aliqui à Dialecticâ eliminant, ad quam maximè pertinet. Hieronymus contra Rufinum. *Hoc eſt inquit, dilemma tuum, non ex Dialecticâ arte, quam neſcis; ſed ex carnificum officinâ prolatum.* Illud diſtinguo in duas ſpecies; nam vel ex duabus viis contradictionis in eundem ſcopum collimamus, aut ex eiſdem principiis inferimus duas contradictorias: Illud *Antecedens* dicitur, hoc *Conſequens*. *Dilemma antecedens. Dilemma conſequens.*

Antecedens Dilemma apud Patres frequentiſſimum eſt, eo uſus eſt ſæpè contra Pelagium Auguſtinus, & contra Gilbertum Porretanum Bernardus, & contra alios Hæreticos diverſi. Diſſerebat aliquando Auguſtinus, & neganti per ſe nota, Mea poſitio, ait, tam vera eſt quam hæc, Auguſtinus exiſtit. Ipſi alter fortè carpendi ſtudio, Non eſt valde certum quod tu exiſtas, ergo ſi tuæ exiſtentiæ propoſitio eſt ſimilis, verè ejus veritas periclitatur. *An poſſit aliquis demonſtrare ſe exiſtere.* Auguſtinus acutè, & efficaciter: *Ego aſſero*, inquit, *me exiſtere: Ergo aut verum dico, aut mentior. Si verum dico, intentum habeo: habeo etiam, ſi mentiri dicar. Ergo exiſto: quia ni exiſterem, falli vel mentiri non poſſem.*

MC LXXXV. Trilemma. Aliquando Trilemmate utimur. Hoc argumento armatus meus Mellifluus Doctor Gilbertum expugnavit aſſerentem Divinas relationes ab eſſentiâ diſtingui: *Illa*, inquit, *relatio, quæ aſſeritur diſtincta à Deo, vel Deo major eſt, vel æqualis vel minor; Non major, quia nil Deo majus. Non minor quia quod Deo minus ſit Deum conſtituere non poteſt. Ergo eſt Deo æqualis. Ergo eſt alter Deus.* *An Perſonalitates & Relationes à Divinitate diſtinguantur?*

Tetralẽma. Nonnunquam Tetralemmate, aut argumento diſcreto in plura membra.

Conſequens Dilemma difficile eſt, ſed valdè pulchrum: Sint tibi exemplo periodi ſequentes: [De infinito actu us, an concedas, an neges, id ignoras: Omnipotentiam Dei conſulis, & tibi conſulis, quia aliundè non poteſt ſumi ſolida difficultatis reſolutio. *An Deus condere poſſit infinitũ?* Nihiloſeciùs, quò attentiùs Dei potentiam conditricem ſpeculor, eò fortior tuam ſententiam expecto: negantam, aſſerentem eiſdem armis adoriar: Deum non poſſe producere infinitum aſſeris? Dialecticè Theſin impugno: *Infinita Dei potentia eſt, ergo reſpicit objectum infinitum: poteſt igitur innumeras creaturas producere.* *Ex eodem antecedẽti poſſunt duæ oppoſitæ concluſiones inferri.*

Sic

Hæc ratio primo intuitu fortius eliditur ab Omniſcientia, quæ ſimul cognoſcit omnia cognoſcibilia, & nihil poteſt de novo cognoſcere.

Si è contrario infinitum à Deo produci poſſe aſſerueris, eadem adhuc præmiſſa erit utilis: *Potentia Dei*, inquam, *infinita eſt, ergo non poteſt producere effectum infinitum*: *Conſequentiam perſuadeo, quia infinita potentia exhauriri non poteſt: &, ſi Deus infinitas creaturas produceret, virtus divina exhauriretur, & ampliùs non poſſet producere: ergo infinitas non poteſt producere. Quid & quotuplex ſit Lemma* expoſui: nunc juvat eandem doctrinam nonnullis exemplis illuſtrare.

Dilemma antecedens.

XV.

Quo modo formetur Dilemma?

ANtigonus Traſillo Cynico petenti drachmam, *non eſt*, inquit, *munus regium*; Cynico ſubiiciente: Talentum igitur da. *At non eſt*; inquit, *Cynicum tale munus accipere.* Utroque Cornu repulit poſtulatoris improbitatem, quem exiſtimabat nullo dignum beneficio: Plutarchus *in Reg. & Imp. apophth.*

MC LXXXVI. *Quo modo diſſolvatur?*

Ut Dilemma ſolvatur, excogitari medium debet, aut ſi id non occurrat, debet omninò illud retorqueri & inverti. Exemplum dabimus ex Gellio *lib. 5. cap. 11.* apud quem matrimonium diſſuaſurus ſic inquit. [*Si formoſam duxeris Vxorem, habebis communem, ſin deformem, moleſtam: proinde nulla ducenda eſt.*

An ducenda ſit uxor? Dilemma negans. *Retorquetur.* *Solvitur.*

Diſſoluitur aut invertendo, ut *Si duxero formoſam, erit jucunda: ſin deformem, non erit communis*: aut medium excogitando, ut *Non omnis fœmina adeò formoſa, vel deformis eſt: talem itaque mihi deligam, cujus nec deformitas offenſionem, nec forma Zelotypiam parere queat.* Media quippe forma quædam eſt, quæ & à nimiæ pulchritudinis periculo, & à ſummo deformitatis odio vacat: qualis à Q. Ennio in Menalippâ perquam eleganti vocabulo *Stata* dicitur, quæ neque Communis, neque Pœna futura ſit. Quam formam *modicam & modeſtam* Phavorinus non inſcitè appellat *Vxoriam*: Ennius autem in illâ, quam dixi, tragœdiâ, eas ferè ait fœminas incolumi pudicitiâ eſſe, quæ Statæ forent.] Hæc Gellius.

Forma ſtata. Forma modica, & modeſta. Forma Vxoria.

Dilemma conſequens.

XVI.

MC LXXXVII. *An datur culpa originalis. An ex eodẽ capite dari & non dari antiqui intulerint?*

EX Juſtitia Dei dari peccatum Originale inferebant temporè Auguſtini Catholici, ex eâdem illud non dari inferebant Hæretici: *Deus eſt iuſtus*, aſſumebat Julianus, *ergo non datur peccatum originis*; & Auguſtinus *Deus eſt juſtus, ergo datur*: illi videtur iniquum puellos rationis uſu carentes ſine perſonalibus actibus poſſe reos agi: huic iniquum, doloribus, ignorantiæ & aliis adjudicari pœnis, ſi nulla præceſſerit culpa. Unde Juliani ratiocinium expendi ſic debet, [Deus eſt juſtus; atqui iniquum eſt aliquem reum agere propter aliena crimina: neminem ergo Deus propter aliena crimina reum agit. At infantes, ſi infecti peccato originali naſcerentur, rei agerentur propter aliena crimina: Ergo non datur peccatum originale.] At è contra Auguſtinus. [Deus eſt juſtus, inquit; atqui iniquum eſt aliquem punire ſine culpâ, ergo neminem Deus punit ſine culpâ. Sed parvulos ignorantiæ, dolorum; & morborum pœnas ſubire videmus propriis oculis, ergò peccatum habent. Non actuale, quia cùm careant uſu rationis, actualiter peccare non poſſunt, habent igitur originale.] Videatur opus imperfectum contra Julianum, (ſi Auguſtini illud eſt) in quo hæc duo argumenta ſæpiſſimè adiumuntur & repetuntur.

Diſcurſus Juliani contra culpam originis.

Diſcurſus Auguſtini ad culpam originis probandam.

Trilemma.

XVII.

MC LXXXVIII.

COrnuta Argumentatio, tametſi multimembris ſit, vulgò *Dilemma* dicitur: at Keplerus, quia caſtigatè loqui vult illam *Dilemma*, *Trilemma*, *Tetralemma*, à numero membrorum nominat: In Proœmio Ephemeridis Anni M. DC. XXIV. in Additiunculâ §. *Sed mentionem*, inquirit, Cur nonnunquam umbra diameter contractior ſit, & Ecclipſes Lunares expectatione minores & breviores? & ſic ait: [Do in præſens conſiderandum; num & quibus cauſis opticis in ipſa profunditate auræ æthereæ proximè Solem latentibus, diameter Solis interdum extra ordinem ſe ipsâ appareat major, ut ſic trilemma fiat, habeamusque hoc, ſi neque terræ rotunditas, neque radiis poſt terram rectitudo adimenda [puta, aut aſſerendo Terram ovalem eſſe, aut radios umbram verſus refringi,] ſequi ut ſol ipſe quandoque fiat major, radiique tanquam à verè majore deſcendentes, forment umbram anguſtiorem.] Porrò argumentationis Materiam Mathematici examinent, nos Dialectici formam; Cornuta eſt, & quia tricornis meritò vocatur, *Trilemma* & non *Dilemma*: & in ipsâ à duorum membrorum negatione ad tertij aſſertionem proceditur.

Dilemma. Trilemma. Tetralemma.

Cur Lunæ eclipſes omni ſint aliquando expectatione minores?

An terra ſit ovalis? An Sol creſcat & minuatur interdum?

Modus argumentãdi in Trilemmate.

XVIII.

MC LXXXIX. *An Philoſophia ſit utilis? Quid ſit fatum? Quid ſit Deus? Quid ſit Caſus? An certa mutari queant? An homo ſe poſſit incerta opponere?*

Tricorni argumentatione oppetitus meiis Seneca, ſubtiliter & acutè ſatisfacit. Obiiciebar nonnullus: *Quid mihi Philoſophia prodeſt, ſi fatum* [concatenata & inevitabilis neceſſitas eventuum univerſorum] *eſt? quid prodeſt, ſi Deus* [independens à noſtro arbitrio & voluntate,] *rector eſt? quid prodeſt ſi Caſus* [& effectuum incognoſcibilis incertitudo] *imperat? nam & mutare certa non poſſunt* [ſi enim mutari poſſent, non eſſent certa ſed incerta,] *& nihil preparari poteſt adverſus incerta* [omnia enim quæ ab homine præparari poſſunt, debent certum & determinatum finem, & inten-

Intentum reſpicere] *ſed aut conſilium meum Deus occuparit* [aut præoccupavit] *decrevitque quid facerem aut* [libertati &] *conſilio meo nihil fortuna permittit.* Ecce iam olim ſeveriſſimè propoſitam quæſtionem & Charybdes, & Scyllas controverſiæ agitatas, ut miteria tàm claros oculos habuiſſe Senecam, qui potuerit tam diſtinctè proponere omnia hæc mentis pericula, & obſcuritates. Solutionem audiamus. *Quidquid eſt, ex his Lucili, vel ſi omnia hæc ſunt philoſophandum eſt. Philoſophandum eſt, inquam, ſive nos inexorabili lege Fata conſtringunt; ſive arbiter Deus univerſi cuncta diſpoſuit: ſive Caſus res humanas ſine ordine impellit & iactat. Philoſophia nos tueri debet. Hæc adhortabitur ut libenter Deo pareamus*, [ſi ipſe ſuo conſilio res gubernat, non noſtro,] *ut fortunæ* [& fato, ſi omnia ex neceſſitate eveniunt.] *contumaciter*, [etiam ultra vires] *reſiſtamus. Hæc docebit, ut Deum ſequaris*, [quocunque te lege lata conduxerit] *ut feras Caſum* [qui fuerit ab incertitudine abortus.] ECCE Hiſpanus Philoſophus proponit trilemma ad Phyſicorum omnium mentes, nam tres illæ ſententiæ, quas propoſuit, ſub illud tempus inter Naturalis & Moralis Philoſophiæ Profeſſores varios habuerunt defenſores; ſed & ipſe ſemper in illa fuit, quæ Deum Arbitrum ſine læſione noſtri arbitrij concedit. Multa poſſent occurrere contra reſolutionem, & reſponſionem iſtam Senecæ, ſed quæ liberi arbitrij, & prædeſtinationis concordiam tangerent, à quibus conſultò ſuperſedeo.

An quæſtiones de providentia Divina & humana libertate concordia fuerint nota Gentilibus? Seneca ipsam Trilemma proponit, & lectores in ſtudio Philoſophiæ accendit.

Seneca opinio de regimine rerum.

Tetralemma.

XIX.

PHavorinus ſcito dilemmare Aſtrologos iudiciarios perſtringere ſolitus eſt; aut adverſa inquit eventura dicunt, aut proſpera, ſi dicunt proſpera & fallunt, miſer fies fruſtrà expectando: ſi adverſa dicunt, & mentiuntur, miſer fies fruſtrà timendo: ſi vera reſpondent, eaque ſunt non proſpera, jam inde ex animo miſer fies: ſi fælicia promittunt, eaque eventura ſunt, tam planè duo erunt incommoda, & expectatio te ſpei ſuſpenſum fatigabit, & futurum gaudij fructum ſpes tibi iam defloraverit. Nullo Igitur pacto utendum eſt iſtiuſmodi hominibus res futuras præſagientibus, A Gellius: *lib* 14. *cap.* 1. MCXC.

An audiendi Aſtrologi ſint?

Nota hoc eſſe *Tetralemma*, cjus enim membra ſunt hæc: *Aut Aſtrologi prædicunt proſpera verè, vel proſpera falsò, vel adverſa verè, vel adverſa falsò. Quidquid ſit ex his quatuor audiendi non ſunt: Igitur audiendi non ſunt.*] Nota etiam hanc eandem Phavorini Argumentationem quadrimembrem à Laurentio Beyerlingio & alijs non niſi *Dilemma* nominari, ut obiter diſcas Dilemmatis vocabulum ſumi pro quocunque argumento cornuto, quotcunque illud partibus aut membris componatur: niſi fortè dicere velis illud eſſe bimembre: priùs enim in duo cornua dividitur, & poſteà ſingula ſubdividit in binos ramos.]

Contrahitur Tetralemma Gellij.

DISPUTATIO XVI.

De argumentatione Conditionata.

MCXCI.

An tota Dialectica quanta eſt, conditionato ſeu fundamento ſubſiſtat?

IOvanij ante annos pauculos totam Dialecticam communem, quam Peripateticam dicimus, Argumentationi conditionatæ inniti, ut me docuit experientia, ſecurè & cum plauſu defendi: non quidem, ut hoc dogma tanquam certum ſupponerem, ſed ut per probabilis doctrinæ campos ingenium vagari permitterem. Nunc breviter ſententiæ, quàm tunc defendi, fundamentum ſubſcribo, ſic inquam.

Subſequens ſyllogiſmus, quem legi ſtudiosè deſidero: nimirum.

Omne —— album —— eſt coloratum:
At Petrus eſt albus: Ergo eſt coloratus.

eſt in Darii *modo notiſſimo Peripateticus*: *& tamen æquipollet huic.*

Omne —— album —— eſt coloratum.
Ergo, ſi Petrus eſt albus: —— eſt coloratus.

& etiam huic.

Petrus, ſi eſt albus —— eſt coloratus.
At ipſe eſt albus: Ergo eſt coloratus.

qui ſunt conditionati, ſuccollantque Logicam Ariſtotelis.

Conditionalium ſyllogiſmorum efficacia.

I.

Solet conditio inferre res omninò diſtinctas & diverſas, modò habeant connexionem intrinſecam extrinſecamve; ut patet in ſubjectis exemplis.

Conditionalium terminorum connexio.

Si Ramirus venit ad Civitatem, Cæſar adeſt.
At Ramirus venit: Ergo adeſt Cæſar.
Si tuba inſonuit, milites fuerunt congregati.
At ipſa inſonuit, igitur congregati illi ſunt.
Si Petrus graviter eſt vulneratus, morietur.
At eſt vulneratus, morietur ergo.

In majori datur antecedens, & conſequens: minor affirmat antecedens, & concluſio infert conſequens

Huc ſpectat illud carmen Ovidii.

Phœbus adeſt, ſonuêre tubæ, ſonuêre Pharetra
Signa Deum noſce per ſua, Phœbus adeſt.

quod poteſt ad terminos iſtos reduci.

Primus ſyllogiſmorum modus.

Si ſonant tubæ & Pharetra, adeſt Phœbus.
At iſta ſonant; adeſt ergo.

Adquieſcia: ſed tamen Inquiris, *An ne à con-*

à conſequentis negatione ad antecedentis negationem recurri queat? & affirmativè reſpondeo: & exemplis dilucidans ſecundum modum conditionalium trado.

Secundus ſyllogiſmorum modus.

Si iam ortus eſſet ſol, eſſet iam clara dies.
Sed nondum eſt clara dies: ergo nõ dũ eſt ortus ſol.

Si in hoc Monte eſſent lepores, latrarent canes.
At non latrant canes: Ergo non ſunt hic lepores.

Si tantam iniuriam Turca intuliſſet Perſæ, eſſet bellum.
At bellum inter Turcas & Perſas non eſt.
Ergo illa iniuria illata non fuit.

An aliquid aſſerendo negetur? Nota id bene. Voluntarietas ſeu libertas opponitur neceſſitati.

Si conſequens ſit negativum aſſerendo negatur: pono exemplum.

Si aliquid eſt neceſſarium, non eſt voluntarium.
Sed omne quod voluntas appetit eſt voluntarium, [vel *non, non eſt voluntarium.*]
Ergo nihil, quod voluntas appetit eſt neceſſarium [hoc eſt, *neceſſariò deſideratum.*]

Eſt Auguſtini, *lib. 5. de Civit. Dei*, apud D. Thomam. *1. p. q. 82. art. 1.*

I.

MCXCII. Hæc conditionatorum formâ in omni materiâ vim habet, quoniã ex ſuppoſitione quòd omnes homines ſint albi, tam benè hic concludit Ariſtotelicus ſyllogiſmus,

Omnis homo eſt Albus.
Petrus eſt homo.
Ergo Petrus eſt Albus.

quàm conditionatus iſte.

Vter utro fundetur? An ſyllogiſmus Ariſtotelicus Conditionali: an contrà?

Petrus ſi eſt homo, eſt albus.
At Petrus eſt homo.
Ergo Petrus eſt albus.

Sed inquiris, cur potiùs dicamus Ariſtotelicum fundari Cõditionato, quàm contrà? Reſpondeo, utrumque eaſdem aut ferè præmiſſas ſupponere, ſed videri clariorem formam conditionatam. Quod ſi alicui altera videatur clarior, teneat contrarium: quia diverſi oculi uti ſolent diverſis, imò etiam adverſis perſpicillis, nam alios ut videant idem numero objectum, uti concavis & alios uti convexis, certum eſt, & in rebus quæ aut à præiudicio, aut à placito pendent, non eſt cur nimium hæreamus.

II.

MCXCIII D. Thomas frequentiſſimè utitur conditionatis ſyllogiſmis, quos dilucidare poterunt hæc exempla: ſic arguit, *1 p quæſt. 7. art. 2.* [Si Anima eſſet aliquid ſubſiſtens, eſſet aliqua ejus operatio ſine corpore: ſed nulla eſt ejus operatio ſine corpore nec etiam intelligere, quia non contingit intelligere ſine Phantaſmate, Phantaſma autem non eſt ſine corpore: Ergo anima humana non eſt aliquod ſubſiſtens.] Ecce Angelicus Doctor, in ſecundo conditionalium modo ſyllogiſmum efformat & à conſequentis negatione ad antecedentis negationem regreditur. Et ego reſpondeo negando, rotundè majorem, quia Equus eſt ſubſtantia ſubſiſtens, & tamen nullam habet operationem, quæ ſit incorporea.

An Anima ſit ſubſiſtens? Quid requiratur, ut aliquid ſubſiſtens ſit?

Et quæſt. 39. art. 5. iſtam conditionalem conditionem efformat Eſſentia eſt res generans, quia eſt Pater, qui eſt generans: Si igitur eſſentia non ſit generans, erit eſſentia res generans, & non generans. Quod eſt impoſſibile.

An eſſentia generet?

Et reſpondeo eſſentiam formaliter ſumptam non generare, at ipſam identificari Patri generanti. Nec urgebunt Expoſitorio ſyllogiſmo: Nam illi qui in hac materiâ ſolent formari, mali ſunt ut ſuperiùs oſtendi.

Eſſentia dupliciter ſumitur.

III.

Iulianus Pelagii diſcipulus apud Operis imperfecti Authorem num. 39. ſic arguit. *Eſt igitur procul dubio Iuſtitia, ſine quâ Divinitas non eſt: quæ ſi non eſſet, Deus non eſſet. Eſt autem Deus, eſt itaque ſine ambiguitate Iuſtitia.* Pertinet etiam ad ſecundum modum, quia ex negato conſequente infert eſſe negandum antecedens. Et hic aperi oculos, quia conſequens negativum affirmando negatur. MCXCIV.

Quàm ſit neceſſaria Iuſtitia?

Propoſitiones negativa affirmando negantur.

Conſidera ſequentes ſyllogiſmos.

Si Princeps coronaretur, Rex non viveret.
At Rex non non vivit [vel clariùs, *At Rex vivit.*]
Ergo Princeps non coronatur.

Si Ioannes non reſpiraret, eſſet mortuus.
At non eſt mortuus.
Ergo non nõ reſpirat. [*clariùs*, ergo reſpirat.]

Si non eſſet morbus, non eſſet febris.
At non non eſt febris, [hoc eſt *Eſt febris.*]
Ergo non non eſt morbus, hoc eſt, *Eſt morbus.*

IV.

Cicero in Topicis ad G. Trebatium inter alia Dialectica hæc ſcribit. [Si conſilio iuvare cives & auxilio, æqua in laude ponendum eſt, pari gloria debent eſſe ij, qui conſulunt, & ij qui defendunt.

Viri debentur maiori laus conſulentes, an cooperanti?

At quod primum eſt.
Quod ſequitur igitur.]

Ergo vel hinc ſumatur regula generalis pro argumentis conditionatis. Debent enim poni duo termini quorum primum afficiat particula *ſi*, & à poſitione primi ad poſitionem ſecundi, aut à negatione ſecundi ad negationem primi procedi.

Regula generalis.

V.

Iordanus Brunus Nolanus *lib. 2. de innumerabilibus immenſo & infigurabili cap. 8 pagin. 232.* carpit hanc Ariſtotelis argumentationem. MCXCV.

Si omne corpus ſenſibile vim agendi, capiendi, & quaſi patiendi habet: aut utrumque fieri non poteſt, ut immenſum corpus ſit ſenſibile.
Atqui omnia corpora, quæ in loco ſunt, ſenſu percipiuntur omnia.
Ergo neque finitum neque infinitum corpus extra cælum eſt.

An omnia corpora ſenſu percipi poſſint?

ſed quid nos de eâ iudicabimus? nimirùm plures differentes in eâ ſyllogiſmos involui, illos ſubiicio:

Omne Corpus ſenſibile vim habet agendi aut Capiendi, aut utramque.

At corpus

At corpus infinitum non poſſet agere aut capere. [in quod enim corpus ageret, aut quod corpus reciperet, ſi præter corpus infinitum non datur Corpus.]

An infinitum corpus eſſet ſenſibile? Ceſare.

Ergo corpus immenſum & infinitum non eſt ſenſibile. Tunc ſic.

Nullum corpus immenſum, & infinitum eſt ſenſibile.

At omnia mundi corpora ſunt ſenſibilia.

Ergo nullum Mundi corpus eſt infinitum.

An præter ea, quæ oculis videmus, nihil ſit?

Ait Iordanus. [Ita & ego puer, ſic nihil ultra Veſuvium montem eſſe credidi, ut nihil, quod ſub ſenſum caderet, habebatur.] non igitur condemnat formam; ſed minorem hanc ultimam, quam Ariſtoteles nunquam probavit. At ego non excuſo Ariſtotelem, involuit enim & obſcurè implicat, quæ dilucidè dicere poſſet, at Iordani protrudentis immenſum, & infinitum Mundum improbabilem & temerariam præſumptionem condemno.

An mundus ſit infinitè magnus?

An ſyllogiſmus Abſolutus & Conditionatus diſtinguantur?

An diſcurſus ſit ſimplex qualitas?

PUtant aliqui eſſe æquipollentes argumentationes abſolutas & conditionatas; & præcipuè, ſi diſcurſus ſimplex qualitas eſſe dicatur: at ego diſtinctionem reperio, & ſubſcribo Comptono, qui *diſp.* 47. *Logicæ ſect.* 4. differentiam perſuadet.

Aliàs nulla eſſet ſcientia.

Primò, quia aliàs ſequeretur nullam eſſe ſcientiam in mundo: huius enim ſyllogiſmi in Barbara, *Omnis virtus eſt expetenda*, *Omnis pietas eſt virtus*, *Ergo omnis pietas eſt expetenda*, ſenſus eſſet, *Omnis pietas eſt expetenda, ſi omnis virtus ſit expetenda, & omnis pietas ſit virtus*, quæ concluſio relinquit intellectum ſuſpenſum: ſicut enim conditionale in re nil ponit in eſſe, ita nec conditionalis cognitio in intellectu.

Nulla eſſent hæreſes.

Secundò, Propoſitiones hæreticæ frequenter eſſent veræ, ut in hac concluſione Neſtorii, *Quiſquis habet duas naturas, habet duas perſonas, ſed Chriſtus habet duas naturas. Ergo Chriſtus habet duas perſonas*; hæc enim propoſitio ſecundum hunc reſpondendi modum eſſet vera, ſenſus enim eſſet, *Chriſtus habet duas perſonas, ſi quiſquis habet duas naturas, habet duas perſonas*: & hæc propoſitio, ut conſtat, eſt vera.

Nemo quidpiam addiſceret. Nota bene.

Tertiò. Quia ſi omnis argumentatio eſſet conditionata, nihil unquam addiſceremus: veritates enim iſtas conditionatas omnes antea notum; quivis enim novit, *Petrum eſſe animal, ſi omnis homo ſit animal, & Petrus ſit homo*; & ſic de cæteris, ſicque nullus eſſet diſcurſus, qui nimirum eſt progreſſus à noto ad ignotum.

Ergo dicendum eſt diſcurſum abſolutum & conditionatum eſſe toto cœlo diverſos.

De ſyllogiſmo Theologico,

VI.

MCXCVI. *Inter noſtram & Theologiā gentilem differentia.*

HOdie noſtra Theologia magno ſtudio & labore perpolita & exculta, dives eſt. Omnea illa ſyllogiſmos, quos aliæ facultates, admittit; & quia regitur Fide, eſt certior omni Arte & ſcientia naturali. Non ſic olim, non ſic. Cæcutiebant Ethnici, & quia humana confundebant Divinis, nihil poterant abſolutè reſolvere, ſed incerti & timidi diſcurſus omnes ſuos ad conditiones elimabant. Immò nec ſatis benè ex ſuppoſitione diſcurrebant: agebant enim de Divinis humanitus, & de Humanis divinitùs; non proportione, & analogiâ [id enim debet] ſed identitate, & proprietate. Ideò omnem aut ferè Ethnicam Theologiam condemno aſſerens, omnem Gentilium Theologiam conditionatam fuiſſe, & excellentiſſimos, & doctiſſimos Ethnicos nihil certi, ne quidem ſuâ opinione affirmaſſe.

Theologia Ethnica conditionalis.

Ibant obſcuri ſolâ ſub nocte per umbras.

Perque domos Ditis vacuas, & inania Regna.

Virgilius Æneid. 6.

& ideò ſunt ſententias obſcuras, vacuas, & inanes commenti. Aliquos in medium produco.

VII.

Petrus Ramus, lib. 2. Dialect. cap. 13. ex Ciceronis lib. 2. de Divinatione hunc ſyllogiſmum colligit. *An detur Deus? An & Divinatio?*

Si Dii ſunt, Divinatio eſt.

Sunt autem Dii.

Divinatio eſt igitur.

Et poſteà producit eundem Oratorem de lege Naturæ, quæ Moralis Theologiæ baſis eſt, dubitantem, & hæſitantem in hæc verba. [Atque, ſi etiam hoc natura præſcribit, ut homo homini, quicunque ſit, ob eam ipſam cauſam, quod is homo ſit, conſultum velit; neceſſe eſt ſecundum eandem naturam omnium utilitatem eſſe communem. Quod ſi ita eſt, unâ continemur omnes, & eâdem lege naturæ, idque ipſum, ſi ita eſt, certè violare alterum lege naturæ prohibemur. Verùm autem primum, verùm igitur & extremum.]

An detur naturalis lex? Cic. 3. Off.

Cur proximum amare debeas?

An omnia ſint communia?

Ad Theologiam moreſque etiam ſpectat illud Virgilij Æn. 6.

—*Si miſerum Fortuna Sinonem*

Finxit, vanum etiam, mendacemque improba finget.

Miſeri, mendaces & improbi.

Tibullus Deos admittit: at eos eſſe veraces ſub conditione tantùm ponit. Ait enim

An Deus mentiri queat?

Quod ſi vera canunt ſacris oracula templis,

Hæc ille noſtro nomine dicta refert.

Hoc tibi coniugium promittit Delius ipſe.

Felix, ac alium deſine velle virum.

Virgilius Æne. 6. procedit ex hypotheſi, quod Dij decipere, & mentiri non poſſint. Sic apud illum Æneas lib. 6. MCXCVII

Per ſuperos, & ſiqua Fides tellure ſub imâ eſt.

Invitus Regina tuo de littore ceſſi.

An ſuperi, aut ſaltem Dii Inferi poſſint mentiri?

Sic etiam conditione Iuno cum Iove concludit de Turno apud Virgilium lib. x.

—*Quid ſi quod voce gravaris,*

Mente dares, atque hæc Turno rata vita maneret?

Nunc manet inſontem gravis exitus, aut ego veri,

Vana feror: quod ut ô potiùs formidine falſa

Ludar, & in melius tua, qui potes, orſa reflectas.

An Deus decreta ſua mutare & retractare poſſit?

Ovidius Numinum aliquorum cultum pernicioſum ſtatuit, nec à ſe, ſi ſapuiſſet, exhiberi debuiſſe.

Conditionata religio.

biuiſſe. His conditionatis ipſe verbis.2. triſt.ſe condemnat.

An cultus Muſarum ſit utilis?

Si ſaperem, doctas odiſſem iure ſorores;
Numina cultori perniciosa ſuo.
At nunc [tanta meo comes eſt inſania morbo.]
Saxa memor refero rurſus adeſta pedem.

De fortunâ illud decantatiſſimum diſtichon eſt.

An ſit fortuna?

Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia; ſed nos
Te facimus Fortuna Deam cæloque locamus.

infert, Ergo nos ſumus imprudentes, & tu non es Dea. Et 1. de Remed. Amoris hunc idem Ovidius ſyllogiſmum

Otioſitas vitiorum parens.

Si tollatur otium ceſſabunt concupiſcentiæ illecebra.
Tolle otium.
Ergo illa ceſſabunt.

mente concipit, & his verbis exornat

Ergo ubi viſus eris noſtra medicabilis arte.
Fac monitis fugias otia prima meis.
Hæc ut ames faciunt, hæc quæ fecere tuentur;
Hæc ſunt iucundi cauſa, cibuſque mali.
Otia ſi tollas, periere Cupidinis arma.
Contemptaque iacent, & ſine luce faces.

An ſit Deus?

Et tandem, ut omnia ad unicum Teſtimonium reducam, Lucanus 2. de bello Pharſalico multa congerit eſſe dicenda ſi detur Deus. Mentem ipſe ſuam dubiam & atheam hoc dilemmate exponit.

Andetur Caſus?

Sive Pater —— cùm primùm inania Regna,
Materiamque rudem flammâ cadente recepit.
Sive nihil poſitum, ſed ſors incerta vagatur,
Fertque refertque vices, & habent mortalia caſum.

MXCVIII. Sic Ethnici, non ſolùm de attributis Divinis, ſed de exiſtentiâ Dei ſemper conditionatè: ſed neque omnes, qui Deum benè norunt, videntur conditione carere, cum agunt de lege & præceptis. Multi legem Dei malè intelligũt: & ſi illam malè intelligunt, non illum quà legiſlatorem benè norunt. Erant olim, qui majorum traditiones tanti facerent, ut ſacram litteram traditioni poſtponerent. Habemus certam & appoſitam hiſtoriã in Matthæi cap.15. [Acceſſerunt enim ad Ieſum ab Ieroſolymis Scribæ & Phariſæi dicentes. Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones Seniorum; non enim lavant manus ſuas cùm panem manducant? ipſe autem reſpondens ait illis. Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram? &c.] Habemus & hodie non nullos etiam Clericos, qui audaciam nutriunt ſub judicum imperitiâ & ſuperbia, & quia legitur in Iure Canon: *Si quis ſuadente Diabolo*, quintum Dei præceptum non curant, ſed delirant ſe poſſe cædere, cædi non poſſe. Owenus ſimilem hiſtoriam perſtringit, lib. 1. ad Mæcenates, Epigr.28.

Iudæi ſuas traditiones Sac. ſcripturæ præponebant.

Quanti traditiones faciendæ ſint?

An Clerici cædere & cædi non poſſint?

Lis inter Panſam gravis Eunomiumque Magiſtrũ.
De ſacris Cleri ritibus orta fuit.
Exhibet Eunomius geminos [ſua Biblia] teſtes.
Teſtamenta Dei non dubitanda duo.
Quid cum ſcripturis, inquit, mihi Panſa negotii eſt.
Ecce ſtatutorum [Biblia noſtra] librum.

Leges interdum malè latas interdum benè lata

Ergo Panſa Owenianus recurrit ad publicas Tabulas, & in ipſis conditionatam addiſcit Theologiam: ſi iſtæ aſſerant, aſſerit; negat, ſi negent, nec Deum cognoſcit colitve, niſi qualem proponunt ac depingunt Tabulæ regni.

& malè expoſita proponantur Decr. lege.

De Syllogiſmo Conditionali disjunctivo.

VIII.

MCXCIX. Modi inter ſe miſceri ſolent: omnia quidem non poſſumus ad regulas, & præcepta reducere, at quia ad reprobandum diſſuadendumque vires ſummas habet conditionatus Disjunctivus, debuit hic explicari. Hoc exemplum propono.

Quo iure homines hodie ad regiam coronam perveniant?

Si Petrus eſſet Rex, eſſet hereditario aut electivo Iure.
At non hereditario, non enim è ſanguine regio ille eſt: Sed neque electivo, nemo enim vocalis illi favit.
Rex igitur Petrus non eſt.

& illud his teſtimoniis Angelici Doctoris confirmo,

An Deus genuerit Deum?

Primò igitur, partis primæ quæſt, 39. art. 4. hunc conditionalem disjunctivum reperio, ſic ſibi obiicit. [Si Deus genuit Deum, aut Deum qui eſt Deus Pater: aut Deum qui non eſt Deus Pater: ſi Deum qui eſt Deus pater, ergo Deus Pater eſt genitus: ſi Deum, qui non eſt Deus Pater. Ergo Deus eſt, qui non eſt Deus Pater; quod eſt falſum. Non ergo poteſt dici, quod Deus genuit Deum.]

An genuerit ſe? An alium Deum? An res poſſit producere ſeipſam.

Confirmatur. [Si Deus genuit Deum, aut ſe Deum, aut alium Deum; ſed non ſe Deum, quia ut Auguſtinus dicit *lib.1. de Trinit. cap. 1. ante med. Tom.3.* Nulla res generat ſe ipſam. Neque alium Deum, quia non eſt niſi unus Deus: Ergo hæc eſt falſa, *Deus genuit Deum.*]

An Deus genuerit alterum ſe.

Multis verbis Sanctus Doctor ſatisfacit his obiectionibus: ego breviùs: Dico igitur eſſe falſam hanc. *Pater genuit ſe*: item hanc. *Pater, genuit alterum Deum*: veram hanc. *Pater genuit Deum*, genuit enim alteram perſonam, quæ eſt Deus, non tamen alter Deus: Auguſtinus in *Epiſt. ad Maximum quæ eſt 66. paulò ante med. tom. 2.* aſſerit. Quod Deus Pater genuerit alterum ſe, ſed non vult plus dicere, quàm alterum ſimillimum ſibi eo ſenſu quo dico, [ſervatâ proportionis diſtantiâ,] *Amicus meus eſt alter ego.*

Amicus alter ego.

Deinde quæſt. 42. art. ſecundo ſic obiicit: MCC.
[*Si Filius genitus eſt à Patre, aut ſemper generatur, aut eſt dare aliquod inſtans ſuæ generationis, ſi ſemper generatur, [dum autem eſt aliquid in generari, eſt imperfectum: ſicut patet in ſucceſſivis, quæ ſunt ſemper in fieri, ut tempus & motus] ſequitur quod filius ſemper ſit imperfectus: quod eſt inconveniens. Eſt ergo dare aliquod inſtans generationis filij, ante illud ergo inſtans filius non erat.*] Et reſpondeo Filium non ab æternò ſolùm ſed æternùm, [hoc eſt æternaliter] generari; nec valere argumentum à ſucceſſivis ad permanentia, & ſimultanea, quia tametſi Domus paulatim fiat per partes, non ita anima rationalis, quæ in uno inſtanti, cum indiviſibilis ſit, totam ſuam perfectionem acquirit: & eodem omninò modo philoſophandum eſt de Verbo æterno, quod eſt indiviſibile & per partes

An filius ſemper generetur?

Quo modo ſemper generetur.

Entia ſucceſſiva fiunt per partes.

Anima creatur tota ſimul.

Verbum æternum non partibus.

partes productione ſucceſſivâ generari non poteſt.

MCCI. Poſteà agens de animâ primæ part. q.76.art. 8. ſic arguit. *Omnes potentia anima in ipſa Eſſentia anima fundantur, ſi igitur anima eſt tota in qualibet parte corporis, ſequitur, quod omnes potentia anima ſint in qualibet corporis parte; & ita viſus erit in aure, & auditus in oculo, quod eſt inconveniens.* Et reſpondeo Viſum dicere duo, & organum & potentiam viſivam: Organum non eſſe in toto corpore manifeſtum eſt; eſt enim in capite, & non in pede. Si anima ſenſualis ſit diviſibilis, &, ſi potentia viſiva identificetur Animæ, non erit in toto corpore, quia nec anima, ſi indiviſibilis, tota in toto & tota in qualibet parte eſt. Quod ſi dicatur Anima rationalis eſſe indiviſibilis, (ſic habet communis opinio, licet à multis hodie contraria defendatur,) & addatur ſenſuales potentias ab illâ non diſtingui, ſicut intellectus erit in calcaneis, ſic & potentia viſiva, homoque non videbit in pede, non tamen defectu potentiæ, ſed defectu organi. Sanctus Doctor putat omnes potentias tam ſpirituales, quàm materiales ab Animâ rationali diſtingui, & ideò ſic huic argumento ſatisfacit. *Dicendum est, quod potentiarum Anima quadam ſunt in eâ ſecundum quod excedit totam corporis capacitatem; ſcilicet Intellectus & voluntas, unde hujuſmodi potentia in nullâ parte Corporis eſſe dicuntur: Alia verò potentia ſunt communes anima, & corporis. Unde talium potentiarum non oportet quòd qualibet ſit in quocunque eſt anima, ſed ſolum in illâ parte corporis, qua eſt proportionata ad talis potentia operationem.*

An potentia ſint in totâ Animâ? Quid ſit Viſus? Organa non ſunt in toto corpore. An diviſibilis ſit Anima ſenſitiva? An rationalis anima ſit diviſibilis? An potentia diſtinguantur ab animâ? An intellectus & voluntas ſint in nullibi?

MCCII. Tota hac obiectio Animam totam in toto corpore, & totam in quaquâ corporis parte ſupponebat ineſſe, at modò contra ipſammet Animam inſurgitur, & ſic obiicitur; [apud D. Thomam ibidem.]

Si in quâlibet parte corporis eſſet tota anima, quælibet pars corporis immediatè dependeret ab Anima: Non ergo una pars dependeret ab aliâ, nec una pars eſſet principalior, quàm alia. Quod eſt manifeſtè falſum. Non ergo anima eſt in qualibet parte corporis tota. Et benè S. Doctor reſpondet unam partem corporis dici principaliorem alterâ, non quod nobiliorem Animæ portionem habeat, ſed quod nobilius ſit organizata, & actiones præſtantiores eliciat.

An Anima ſit tota in toto, & tota in qualibet parte? An una pars corporis ſit principalior alterâ?

Ad eandem materiã pertinet hæc objectio. *Quod non eſt de eſſentiâ rei, eſt accidens: ſi ergò potentia anima eſt prater eſſentiam ejus, ſequitur, quod ſit accidens, quod eſt contra Auguſt. 9. de Trinit. ubi dicit quòd pradicta non ſint in animâ ſicuti in ſubiecto, ut color aut figura in corpore, aut ulla alia qualitas aut quantitas. Quicquid enim tale eſt, non excedit ſubiectum, in quo eſt, Mens autem poteſt etiam alia amare, & cognoſcere.* Habetur apud eundem Sanctum Doctorem 1.p.q.77.art.1. Et reſpondeo concedendo majorem, ſi termini accipiantur eodem ſenſu; quidquid enim formaliter eſt extra rei eſſentiam, eſt accidens ejus formale; & quidquid eſt extra eſſentiam realiter, eſt accidens reale. Unde ſi animæ potentiæ eſſent realiter extra ejuſdem eſſentiam, eſſent accidentia realia: at illud prius deberet probare D. Thomas, Nec puto Auguſtinum poſſe torqueri & reduci ad opinionem D. Thomæ, quoniam ſexcentis ille locis potentias ab Animâ non diſtingui aſſeverat.

An potentia Anima ſint accidentia? Accidentium alia ſunt realia & alia formalia. S. Auguſtini opinio.

Sorites conditionalis.

IX.

MCCIII. Auguſtinus Epiſtolâ ad Vincentium, & iterum ſuper Ioannem, ut probet, quod nihil ſic debet formidare Chriſtianus, quàm ſeparari à corpore Chriſti, hoc eſt excommunicari, hunc ſoritem attexit,

Si enim ſeparatur à Corpore Chriſti, non eſt membrum ejus.
Si non eſt membrum ejus, non vegetatur ſpiritu ejus.
Quiſquis autem [inquit Apoſtolus] ſpiritum Dei non habet, hic non eſt ejus.

Quæ verba poſſemus ad hanc formam abſolutam reducere.

Omnis, qui excommunicatur, ſeparatur à corpore Chriſti.
Omnis qui ſeparatur à corpore Chriſti, non eſt membrum ejus.
Omnis qui non eſt membrum Chriſti, non vegetatur ſpiritu eius.
Omnis tandem, qui non vegetatur ſpiritu Chriſti, non pertinet ad Chriſtum, ſed ad Dæmonem potiùs.
Ergo omnis, qui excommunicatur, non pertinet ad Chriſtum, ſed ad Dæmonem.

Habetur 22. quæſt. 7 quemadmodum. Et etiam 11. quæſt. 3. Nihil. Omnis excommunicatio timenda eſt: & nihil magis timendum quàm iuſta excommunicatio. Excommunicationis vis. An excommunicati ſint Chriſti membra? An ſpectent ad Dæmonē?

ſevero calamo uſus fuit Auguſtinus.

X.

MCCIV. Probant hoc, præter Teſtimonium præcedens, alia multa quæ dedi, volo tamen tantiſper levare mei Lectoris animum, & ſubiicere alterum minus ſeverum. Scripſit enim ſummo ingenio apud nos D. Franciſcus de Quevedo, & in ſomno de morte hunc ſoritem producit.

Si no uviera letrados, no uviera porfias.
Si no uviera porfias, no uviera pleitos.
Si no uviera pleitos, no uviera Procuradores.
Si no uviera Procuradores, no uviera enredos.
Si no uviera enredos, no uviera delitos.
Si no uviera delitos, no uviera Alguaziles.
Si no uviera Alguaziles, no uviera carcel.
Si no uviera carcel, no uviera Juezes.
Si no uviera Juezes, no uviera paſſion.
Si no uviera paſſion, no uviera cohecho.
Luego mirad la retaila de infernales ſabandijas, que ſe producen de un letrado.

Sorites politicus & iudicialis. Vox Hiſpana Alguazil non benè vertitur in alias linguas. Eſt ſatelles, aut aliquid ſimile.

ſingula multas gratias, & ſales pulcherrimos habent; omnia, quo poſſum modo, non enim ad literam poteſto, in linguam Latinam traduco: ſic inquam.

Si non eſſent Iuriſta, non eſſent contentiones.
Si non eſſent contentiones, non eſſent lites;
Si non eſſent lites, non eſſent Procuratores:
Si non eſſent Procuratores, non eſſent fraudes.
Si non eſſent fraudes, non eſſent crimina.
Si non eſſent crimina, non eſſent carceres.

Si non eſſent carceres, non eſſent Iudices.
Si non eſſent Iudices, non eſſet acceptio perſonarum.
Si non eſſet acceptio perſonarũ, non eſſet ſubornatio.
Ergo videte colluviem infernalium reptilium, quæ ab uno turiſtâ (infideli nimirum & maligno) aboriuntur.

An ſic benè Sic ille: & quidem ſuo intento ſatisfacit, non verò noſtro; ſuo, quia delectare intendit; non noſtro, quia ſeveritatem ſectamur. Et quia variantur cauſarum genera, & poſitiones nõ ſunt ſubordinatæ, & ferè omnes falſæ ſi fiant univerſales, & omnes inefficaces ſi fiant particulares, dicendus eſt D. Franciſcus de Quevedo doctiùs nugati, quàm dialecticari. *formatus hic ſorites?*

DISPUTATIO XVII.

De Argumentatione Tanta-quanta: Tot-quot: Tali-quali.

MCCV. Quantitas duplex: & continua, & diſcreta. Diſcrimen à materiâ dependet: quoniam interdum agimus de quantitate continuâ: Videlicet quando iuxta Geometriæ principia, & leges diſputamus: interdũ de diſcretâ: videlicet quando Arithmeticis inſiſtendo principiis de multitudine rerum diſſerimus: Et tandem agimus de qualitatibus. Ergo Articulum iſtum, ne ulla æquivocatio ſubrepat, in tres ſectiones dividemus.

De Argumentatione tanta-quantâ.

I.

MCCVI. Exempla plus lucis interdum conferunt, quàm regula. Syllogiſtica eſt, & in quantitate molis ſupponit exactiſſimam æqualitatem. Si rem intelligamus benè, facillimo negotio conformatur: & quia Regulæ interdum claritati, & brevitati nocent, unum aut alterum exemplum loco Regularum ſubiungo.

Atus Romana tanta eſt, quanta Paulopolenſis.
At iſta eſt alta pedibus CXXIV.
Ergo totidem eſt alta Romana.
Sexteoſis Civitas, & Morverdienſis ſunt æquales.
Illa habet in circuitu ſex paſſuum millia.
Ergo & iſta.
Turris Metropolitanæ Eccleſiæ eſt quanta turris S. Blaſij.
At S. Blaſij turris non eſt altior pedibus centum quinquaginta.
Ergo Metropolitanæ Eccleſiæ turris centum & quinquaginta pedes habet.

Modus procedendi & argumentandi. In eiuſmodi ſyllogiſmis maior poteſt converti ſimpliciter: nam ſi Petrus ſit æqualis Paulo, etiam Paulus erit æqualis Petro; & poſita majori, ſic tandem diſcurremus ut à poſitione extremi noti ad deſignandam extremi ignoti menſuram procedamus.

Sicut argumentati ſumus ab æqualitate extremorum, à proportione potuiſſemus, terminis tantiſper alteratis; puta, ſi dixiſſemus.

Romana acus Conſtantinopolitana dupla eſt.
At Romana habet in altitudine pedes CXXIV.
Ergo Conſtantinopolitana LXII.

Vel maiori artificio, ſi velimus ad ſoritem excurrere, & procedere per varios gradus, ſic inquam,

Columna hæc eſt dupla Paulina.
Paulina eſt dupla Tauriſana.
At Tauriſana habet pedes XXIII.
Ergo hæc columna habet pedes XCII.

Huc pertinent multæ quæſtiones & difficultates, quas ad noſtræ Logicæ Regulas Arithmetici ſolvere ſolent.

De Argumentatione tot-quot.

II.

Eiſdem oculis quibus hucuſque Quantitatem molis ſpeculati ſumus, eiſdem modò numeros contempleinur: & æqualitate numerorum ſuppoſitâ à noto ad ignotum procedamus. Dialecticemur ſic. *MCCVII.*

Exercitus Cæſarianus erat Suecico æqualis.
At Sueci habebant pedites 20000.
Equites 8000.
Ergo totidem habebat Imperator.

Ubi non eſt æqualitas, ſed proportio, ex analogia argumenta formantur, unum aut alterum exemplum ſcribo.

Muſarum numerus tuorum diſcipulorum Numeri ſubtriplus eſt.
At Muſæ ſunt novem.
Ergo tui Diſcipuli viginti ſeptem.
Numerus iſte in ſe ductus eſt ſubduplus numeri meorum annorum.
At iſte numerus eſt quinarius
Ergo mei Anni ſunt quinquaginta [patet: quia 5. ducti in 5. dant 25. & duplũ 50. eſt.]

Incolæ huius pagi ſunt 50.
At ſunt in Civitate triplo plures.
Ergo in Civitate ſunt 150.

III.

Soleo iuvari magnorum ingeniorum colloquio, & libenter diſputationibus interſum; & quia hodie Præſide P. Bonaventurâ Bruodino Hiberno Ord. S. Franciſci ingenioſo & erudito viro, propugnata fuit iſta Theſis, *Infinitum categorematicum repugnat in quocunque genere* impugnante P. Reichenberger Societatis Ieſu, in Univerſitate Ferdinandæâ S. Th. Doctore & Profeſſore. Volo igitur, ne memoria excidat argumentum, illud *MCCVIII. Notanda. An infinitum aliquod ſit poſſibile? An aliquod ſit?*

illud ſubſcribere. Aſſeruit Reichenberger non ſolùm eſſe poſſibile infinitum categorematicum, ſed eſſe de facto, & uſus fuit ſyllogiſmo ſequenti.

An ſint nunc in rebus infinitæ negationes de facto?

Tot ſunt negationes de facto, quot homines non ſunt de facto.
Sed infiniti homines non ſunt de facto.
Ergo infinitæ negationes ſunt de facto.

Varia fuerunt Auditorum Judicia, & Sententiæ de ſingulis propoſitionibus. Majorem probabat Reichenberger. Nam ſi unus homo non eſt de facto, una hominis negatio erit de facto, & ſi de facto non ſint decem homines, erunt decem negationes de facto. Ergo ſi de facto non ſit hominum multitudo infinita categorematicè, erit de facto negationum multitudo infinita categorematicè: Minor conſtat ex Theſi: & conſequentia eſt legitima, Ergo.

Hoc argumentum ſine Logica obliqua ſolvi non poteſt.

Qui Logicam obliquam ignorat, facili negotio poterit hallucinari, & non diſtinguendo obrizum ab uro, ab argumentato e torqueri. Pronuncio ſyllogiſmum ſubtile & pulchrum, at poſſe ſolutionem habere. Ajo igitur illum non eſſe bonum, quia non conſtat propoſitionibus affirmativis: in hoc,

Tot ſunt Doctores Eccleſiæ, quot Evangeliſtæ.
Atqui Doctores Eccleſiæ ſunt quatuor.
Ergo Evangeliſtæ ſunt quatuor.
Atqui Evangeliſtæ ſunt quatuor.
Ergo Doctores Eccleſiæ ſunt quatuor.

Evangeliſtæ quot & qui? Eccleſiæ Latinæ Doctores quot & qui? An minor negativa eſſe queat?

Materia eſt legitima; nam Evangeliſtæ ſunt, Matthæus, Marcus, Lucas, & Joannes; & Eccleſiæ Latinæ Doctores primarii, [de his enim agimus] Gregorius, Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus. Forma etiam eſt bona, quia omnes poſitiones ſunt affirmativæ: ſi enim minor eſſet negativa, forma rueret: ut videre eſt in hoc ſyllogiſmo,

Conſidera bene ſingulas propoſitiones.

Tot ſunt privationes in materia, quot formæ non ſunt in materia.
Sed præter omnes formas poſſibiles, non ſunt in materia decem formæ.
Ergo præter omnes privationes poſſibiles adhuc ſunt in materia decem privationes.

Corrigitur prior ſyllogiſmus.

Ergo etiam prior ille ſyllogiſmus eſt malus. Ut ergo bonus ſit, reducantur omnes propoſitiones ad affirmativas, & dicamus.

An homines poſſibiles ſint infiniti.

Tot ſunt negationes de facto, quot ſunt homines qui non ſunt de facto.
Sed homines qui non ſunt de facto, [videlicet homines poſſibiles] ſunt categorematicè infiniti.
Ergo negationes quæ ſunt de facto, ſunt categorematicè infinitæ.

MCCIX. Et in hoc ſyllogiſmo minorem nego; tenebo enim omnes creaturas poſſibiles eſſe syncategorematicè infinitas, adeò q; debeo cõſequẽtiã negare: qui autẽ diceret homines poſſibiles eſſe categorematicè infinitos, deberet conſequenter aſſerere horum hominum poſſibilitates eſſe de facto infinitas categorematicè, horum enim hominum poſſibilitates de facto ſunt, & tot ipſæ, quot homines ipſi poſſibiles. Deberet addere eorundem hominum negationes [hoc eſt non exiſtentias] eſſe ſimiliter infinitas categorematicè: cæterùm negationes eſſe actu, nihil aliud eſt, quàm ipſas res non eſſe actu; quam ob rem dari de facto infinitum categorematicum negationum, nihil aliud omninò eſſe videtur, quam poſitionum non dari infinitum categorematicum.

Quid ſit negationes eſſe actu?

De Argumentatione analoga ſeu proportionali.

IV.

HUc revocari debet, quoniam pertinet ad Arithmeticam, quæ nos manuducit im præſentiarùm, &, ut rem bene intelligas, volui ſubſcribere has lineas. MCCX.

Reſpectus Arithmetici.

Inter alias numerorum habitudines, quæ ab Arithmeticis conſiderantur, poſſuntque nobis etiam ſervire, præcipuæ ſunt, *Æqualitas, Proportio*, & *Proportionalitas*. Singulas explicemus. Sanè æqualitas faciliùs intelligetur quàm benè explicabitur. Videtur ſine circulo deſcribi aut dilucidari non poſſe; nam æqualitas eſt æqualium numerorum relatio, & numeri æquales dicuntur illi, quorum neuter eſt altero major vel minor. Duorum numerorum inæqualium habitudo nominatur proportio, & duarum proportionum proportio eſt proportionalitas. Sic inter 12. & 6. inter 10. & 5. & 8. & 4. &c. eſt proportio dupla, at quando dicimus, ſicut ſe habet 4. ad 8. ita 6. ad 12. exprimimus proportionalitatem: ſæpè à proportionalitate argumenta deſumimus, ſæpè deſumpſerũt antiqui: dabo Ariſtotelem lib. 2. Met. cap. 1. *Quemadmodum oculi veſpertilionum ſeſe ad lucem diurnam habent, ſic intellectus noſtræ Animæ habet ſe ad ea, quæ naturâ ſunt omnium manifeſtiſſima, tanta itaque caligo facit, ut minus intelligamus Deum, & res ab ipſo conditas in natura.* Ex his verbis modum argumentandi à proportionalitate deduco. Conſidera diſcurſus ſubſequentes.

Æqualitas. *Proportio.* *Proportionalitas.* *Mens noſtra oculo veſpertilionis ſimilis.* *Quo cognoſcamus modo Deũ.*

Sicut ſe habet 4. ad 8. ita 6. ad 12.
At 4. ſunt dimidium numeri 8.
Ergo 6. erunt dimidium numeri 12.

Sicut ſe habet viſus ad ſuos actus.
Ita etiam intellectus ad ſuos.
At videre eſt pati.
Ergo intelligere eſt etiam pati.

Quid ſit intelligere?

Sicut ſe habet corpus ad ſuam præſentiam, ita ad ſuam Angelus.
At corpus indiget præſentiâ modali, ut ſit præſens.
Ergo etiam Angelus.

An præſentia localis ſit modus? Et an inveniatur in Angelo?

Hic arguendi modus eſt valdè communis & efficax, & ex Geometriâ in Philoſophiam, & Theologiam ſummo ſcientiarum bono translatus, & præter alia quæ minoris momenti ſunt, iis Principiis,

quæ jam in ſcholis obtinuerunt, fundatur.

Analogia principia.

I. *Oportet, ut de materialibus materialiter, ita etiam de ſpiritualibus ſpiritualiter philoſophari.*

II. *Oportet, ut de naturalibus naturaliter, ita etiam de ſupernaturalibus ſupernaturaliter philoſophari:*

III. *Oportet, ut de ſenſationibus ſenſibiliter, ita etiam de Intellectionibus intellectualiter philoſophari.*

IV. *Oportet, ſicut de ſubſtantialibus formis ſubſtantialiter, ita de formis accidentalibus accidentaliter, imò ſi Modi admittantur, ita etiam de formis modalibus modaliter philoſophari.*

V. *Oportet, ſicut de realibus realiter, ita etiam de Moralibus & Virtualibus moraliter & virtualiter philoſophari.*

VI. *Oportet, ſicut de humanis humanitùs, ita etiam de Divinis, divinitus philoſophari.*

Quæ omnia ego Principia alibi ex profeſſo dilucido, & modò tantummodò præſcribo, ut meus Dialecticus habeat præmiſſas, quibus uti poſſit, & ſuos ſyllogiſmos formare.

De Argumentatione Tali-quali.

V.

MCCXI. UT immortalitatem animorum perſuaderent antiqui, multas iniêre vias, & ferè omnes, quia rationi naturali ſobnixas, incertas omninò aut fallaces. Apud Dreſſerum lib. 2. de animâ. pag. 148. nonnulli.

An Animus immortalis ſit?

Qualis effectus, talis cauſa.
At Animi effectus ſunt Divini.
Ergo Animus ipſe eſt Divinus.
At nihil divinum mori poteſt.
Ergo animus mori non poteſt.

An omnis effectus ſit ſimilis ſuæ cauſæ?

Et quidem laborant incertitudine omnes propoſitiones; quoniam tametſi forma bona ſit, materia ubique eſt ambigua, & incerta. Poteſt major negari, quia cauſæ æquivocæ effectus non ſunt ſimiles cauſæ. Poteſt minor, non enim effectus animi aliter, quàm metaphoricè Divini ſunt. Poteſt conſequentia, non enim neceſſariò verum eſt, quòd ex falſis aut incertis præmiſſis deducitur. Poteſt negari etiam ſubſumpta minor, ſi agatur de Divinitate metaphoricâ; nulla enim alia animo poteſt competere. Et ex tot falſis propoſitionibus inferri non poteſt quidpiam certi.

Dico hujus argumentationis formam bonam eſſe, & tametſi ſyllogiſmi præcedentis materia omnis fuerit vel incerta vel mala, poterit firmari ſi mutemus exemplum: Produco Athanaſium in Symbolo fæliciſſimè contra Arrianos, & alios hæreticos argumentantem: Ait enim,

Æqualitas ſimilitudo Perſonarũ in Deo.

Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus ſanctus.
Increatus Pater: Ergo increatus Filius, Ergo increatus Spiritus ſanctus.
Immenſus Pater: Ergo immenſus Filius, Ergo immenſus Spiritus ſanctus.
Æternus Pater: Ergo æternus Filius, Ergo æternus Spiritus ſanctus.
Omnipotens Pater: Ergo omnipotens Filius, Ergo omnipotens Spiritus ſanctus.
Deus Pater: Ergo Deus Filius, Ergo Deus Spiritus ſanctus.
Dominus Pater: Ergo Dominus Filius, Ergo Dominus Spiritus ſanctus.

Huc ſpectare poterit hic ſyllogiſmus,

Qualis juſtitia hæreticorũ ſit?

Qualis juſtitia, tale erit præmium.
At Lutheranorum Iuſtitia eſt imputata, non poſſeſſa.
Ergo eorumdem Lutheranorum præmium erit imputatum, & non poſſeſſum.

Et eodem Jure etiam iſte,

Qualis eorundem injuſtitia?

Qualis Injuſtitia, tale erit ſupplicium:
Sed Injuſtitia Lutheranorum propria & inhærens eſt.
Ergo eorumdem ſupplicium erit proprium inhærenſque.

Utrumque collegit quidam Poëta, & Dilogæ edidit in Theſibus, Anno 1591. ejus ſubſcribo carmina:

Qualia eorundem præmia & ſupplicia?

Ponis juſtitiam tibi imputatam.
Non quæ ponitur orthodoxè inhærens.
Cur hoc? & malè conſcius tibi ipſe.
Vt cui Iuſtitia nihil, ſed ingens
Contra injuſtitiæ lues inhæret.
Ne quis juſtitiam det imputatam,
Eſto, juſtitia imputetur abſens:
Vt reſpondeat ergo condecenter
Ius cauſa, meritòque retributum,
Sicut juſtitia eſt tibi imputata,
Sic mercede frueris imputatâ.
Proque injuſtitia tibi quæ inhæret,
Eſt & pœna tibi inferorum inhærens.

De Sorite.

VI.

INtra ſyllogiſticas metas ſe poſſet continere argumentator, at quia libertas interdum placet, & multi ad Soritem contendunt, hoc exemplum ſubjungo. MCCXII.

Sorites Animaſticus.

Qualis eſt concoctio, talis eſt ſanguis.
Qualis eſt ſanguis, tales ſunt & ſpiritus:
Quales ſunt ſpiritus, tales ſunt & ingeniorum & animorum affectiones; unde conſimiles actiones oriuntur;
Plurimum autem [ergo] refert ad benè beatèque vivendum, quâ quiſque victûs ratione utatur.

Climax.

Hunc diſcutiendi modum Matthæus Dreſſerus lib. 1. de animâ, pag. 89. *Climacem* nominat, & datum exemplum ex Marſilio Ficino producit.

De Syllogiſmo parabolico.

VII.

TAmetſi quæcunque collatio nominetur *Parabola*, jam conſuetudo obtinuit illam ſolam MCCXIII.

Quid Parabola ſit?

ſolam ſignificari hoc nomine, quæ non exempla vera, ſed hypotheſin puram præmittit: nimirùm, cùm caſum ponimus & decidimus, qui nunquam accidit, at tamen accidere potuit. Hinc eſt ſicut à Thomiſtia Relatio in exercitam & conceptam, ſic etiam ab aliquibus Hiſtoriam in actam & cogitatam dividi, primamque dici, è quâ exempla, & ſecundam, è quâ deſumuntur parabolæ. Has nos vocamus *Caſus*, & dum Titium, Semphronium, & Sortem introducimus, doctrinam tradimus, quæ rationis paritate ad caſus, qui verè acciderunt, utiliter transferri poſſit; & hic eſt modus arguendi in Parabolis, Caſibus, & Hypotheſibus.

Relatio duplex.
Hiſtoria duplex.
Caſus, quid.

Parabola in pretio apud veteres.

Syri olim & Chaldæi ſummoperè delectabantur parabolis; & Chriſtus Dominus, omnibus omnia factus, plurimas acutiſſimè ediſſerit, ut illos altiùs & benigniùs erudiat. Plena eſt Evangelica hiſtoria cogitatis exemplis à Chriſto propoſitis, quæ eſſet per lõgum recenſere. At quia bellis obruimur, & utrum pax poſſit admitti quærimus, propono illam quàm Lucæ 14.d. reperio: [Dixit Jeſus Turbis: Quis ex vobis volens turrim ædificare, non priùs ſedens computat ſumptus qui neceſſarii ſunt, ſi habeat ad perficiendum: ne poſteaquam poſuerit fundamentum & non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei dicentes: Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare. Aut quis Rex iturus committere bellum adverſus alium Regem, non ſedens prius cogitat, ſi poſſit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad ſe? alioquin adhuc illo longè agente legationem mittens rogat ea, quæ pacis ſunt.]

Vana ſine viribus ira

De Syllogiſmo Apologico

VIII.

MCCXIV. ENarratio, in quâ bruta animalia, aut etiam lapides & arbores introducuntur eloquique jubentur, nominatur *Apologus*: Cic. 2. de orat. Quintilianus lib. 5. cap. 11. & Gellius lib. 2. cap. 29. Multi ſunt, qui illos fæliciter ſcripſerunt, at celebratiſſimus, & ut putamus, primus fuit Æſopus, genere Phrix, Xanthi ſervus, Crœſi Lydorum Regis tempore, qui præcipua Moralis Philoſophiæ Theoremata firmat verbis, quæ bruta veroſimiliùs dicerent, ſi loquerentur.

Apologus quid ſit
Æſopi fabula.

Multi Apologi acutiſſimi circumferuntur Panegyrici, Satyrici, Lyrici: at ante annos non multos apud Hollandos plauſum habuit ille, cui nomen *Navis*. Pingebatur Navigium naufragans, inter timorem & ſpem conſtitutum deliberans, quo ſe poſſet modo ab Æoli furore defendere, conſulebat Gubernaculum, Malum, Velum, Rudentes, Anchoras, & ſingulorum conſilia audiebat, diſcutiebat, urgebat, notabat, ponderabat. Addita CLAVIS jubebat Navis nomine Hollandiam intelligi, cujus gubernaculum erat Arauſiæ Princeps; Anchoræ, Galliæ, Angliæ, Daniæ, & Sueciæ Reges: Mali Mercatores: Vela divitiæ à ſolâ mercaturâ pendentes: Et Æolus Hiſpaniæ Rex. Illum habui ab Excellentiſſimo Principe Emanuele de Portugal, Antonii filio, quem huc ponerem, ſi ſola eſſet commendanda ſubtilitas, ac quia nonnulla immixta, quæ contra fidem moreſque, prudentiùs contextus omittitur.

Apologus, qui inſcribitur Navis.
Clavis Apologi.

Solebat Parabola Apologis, & Apologus temperari Parabolis: Talis eſt Joann. Barclai Argenis, quo nomine intelligitur corona Galliæ, quæ introducitur agere cum variis Principibus, quorum nomina exponuntur in Clavi.

Argenis,

De Similitudine.

IX.

DIffert ab Exẽplo, à Parabolâ & ab Apologo, ſimilitudo: ſumitur à reb⁹ ratione carentibus, quarum actus (non verba, hæc enim urget Apologus) ponũtur in regulam morum. Huic exulcerato tempori prodeſſe deberet Plinii libro 8. cap. 12. aut etiam Ariſtotelis conſideratio; Hic ait: *Cybindus [avis eſt] bellum internecinum gerit cum Aquilâ, adeò ut cohærentes ſæpiùs intercipiantur: ita fit aliquoties, ut dum mutuis odiis imprudenter & pertinaciter exardent Principes, à Peregrino Rege invaſi ſimul pereant*: ille ſic infit, *Dracones exugentes ſanguinem Elephantorum, occidunt eos, at ipſi viciſſim inebriati opprimuntur, ita ſæpenumerò in bello pars utraque & perimit & perit, damnum dat & accipit*: Et quia omne agens in agendo repatitur, id ipſum hodie videmus propriis oculis in noſtrâ Europâ tinctâ Chriſtiano ſanguine, quam mutuis odiis & cædibus Orthodoxi Principes (Hiſpanus, Gallus) laxiorem reddunt, & Saraceno aperiunt, qui mutire non audêret, ſi communi conſilio, & exercitu ab his Regibus oppeteretur. Divus Thomas multa probat, improbat, objicit, rejicit ob ſimilitudinem, & paritatem rationis: Aliquas periodos aliis locis exſcribo: MCCXV.

Cybindus hoſtis Aquila.
Bellum nõ victos modò, ſed & victores atterit.
An agens ſit paſſi? an repatit
Europa Mahomethano aperitur.

Owenus libro 2. Epigrammat. 40.

Anglorum Porta ſunt Portus, mœnia claſſes. *Anglia.*
Caſtra æquor, Valli corpora, corda duces. *lib. 2. c. 40.*
Ut ſemper veniunt ad candida tecta columbæ *Pietas.*
Ingreditur ſanctus candida corda Deus. *lib 34.*
Lex ſine Rege velut lumen ſine ſole fuiſſet; *Rex, Lex.*
Rex ſine lege, velut ſol ſine luce foret. *lib. 3. 36.*
Grex Regem primo legit, Rex cum grege legem *Rex. Grex. ibid.*
Condidit, hinc legem Rex regit atque gregem.
Nuncius Auroræ prius ut ſe ſuſcitet ipſum, *Exemplũ. lib. 3. 47.*
Quàm reliquos, alas explicat ante ſuas. *Prædicator ibid.*
Gallorum ritu verbi ſic præco veracis. *Oratio.*
Ut moveas alios, tu moveare prius. *lib. 3. 52.*
Chriſtus uti clauſis penetravit oſtia portis, *Infernus.*
Sic cæli penetrant invia clauſtra preces. *lib. 3. 180.*
Ut niger in niveum nullâ redit arte colorem. *Mors ſolſtitium.*
Spectat ab inferno ſic via nulla retro. *libr. uno 14.*
Sol ſtitium vitæ mors eſt, ſol ſtare videtur. *Sagittarius cœleſtis.*
Non ſtat: Homoque mori, Pontice non moritur. *libr. uno.*
Certa ſagitta Fides, Nervum tibi Spes, Amor Arcus. *78.*
Sitque tibi cælum meta, ſcopuſque Deus. *Sagittarius terreſtris.*
Donat ut accipiat, non accipit ut det Acerra
Accipere eſt illi meta, ſagitta dare. *ibid. 91.*

Vt

Ecclipſis animæ, ibid. 101.

Vt Solem Tellus Lunamque ſtat inter opacam,
Stat peccatum inter meque Deumque meum.

O quanta exempli generoſu in Principe vis eſt?
Tu vitando vetas, tu faciendo jubes,
Tu vitando juvas, tuque juvando facis.

Principis Exemplum libro.113.

Princeps principium motûs, Rex Regula vitæ:
Circumfert cœlum ſydera, Rex Populos.
Suſtentat cœlum ſydera, Rex Populos.

Anatomia Terræ.

Telluris lapides ſunt oſſa, metallaque nervi,
Pellis cruſta, pili gramina, ſanguis aqua.

Zodiacus Eccleſiaſticus.

Cœtus Apoſtolicus Cœleſtia ſydera bis ſex,
Zodiacuſque Fides, Sol mihi Chriſtus erit.

Navis, avis.

Puppis cauda, Carinaque venter, Proraque roſtrum,
Velaque ſunt alæ, totaque Navis Avis.

Prædicamenta Parnaſſo, lib.1.ad Mæcen.98

Una Categorias in ſe ſubſtantia ter tres
Continet, ut Muſas unus Apollo novem.

Pauper ſobolis. lib 2.9.

Quartana par eſt pauper. Campana perempti
Pauperis in tacito funere nulla ſonat.

Advocatus Axis, lib.2.78.

Ne ſiccus volvente rotâ crepet ungitur axis,
Cauſidicum mos eſt ungere ne taceat.

Διάβολος Βίᾳ Δόλος. Vis fraus. lib.3 28.

Circuit & quærens quem devoret ut Leo Dæmon,
Errantes animas vi quaſi ventre agit.
Inſtruit occultas Satan, ut vulpecula fraudes,
Quos vi non potuit perdere, fraude ferit.

Homo ſol. In appendice, n. 10.

Sol ſemper rapido currit contrarius orbi,
Incutſu vitæ ſolem imitetur homo,
Iuvenis oritur, conjugatus moritur:
Viduus reſurgit Phœnix alter, vel ſic.

Homo Phœnix.

In vivo vitam mortem redivivaque membra
Cernere ſi cupias, hoc Epigramma legas.
Cœlebs es? vivis. Moreris maritate, reſurgis
Tu viduæ ut Phœnix, cautus Ouenus ait.

Magni hominis Anatomia. An cœli ſint liquidi

Magni hominis ſunt membra globi: Dux Lucifer: aſtra
Vivida ſunt oculi, liquida & aura cruor.

X.

MCCXVI. *Similitudines, & morales præcipuè, crebrò apud Rhetores, & rarò apud Scholaſticos reperiuntur.*

Ejuſmodi argumenta à ſimilitudine rerum deſumpta, frequentiora apud Poëtas & Rhetores, & rariora apud Scholaſticos ſunt. Illi videntur flores, iſti ſpinas amare: Interim ipſamet ſcholaſtici ſtyli ſeveritas ſimilitudinibus interdum ornatur & dilucidatur, ſequar meum genium, & nonnulla exempla ex Angelico Doctore exſcribam.

De intellectu ſeu mente (anima potiùs) communi. An ſit eadem lux in omnibus illuminatis? An unum & idem accidens eſſe poſſit in multis ſubjectis.

Primæ partis quæſt.79.art.5.inquit it: *Anne unus & idem intellectus agens ſit in omnibus?* & poſteaquam Arabum rationes propoſuit: *Contra eſt:* inquit, *quòd Philoſophus dicit in libro 3. de anim. quod Intellectus agens ſit ſicut lumen, non autem eſt idem lumen in diverſis illuminatis: Ergo non eſt idem Intellectus agens in diverſis hominibus.* Sed quid ſi Averröes & ejuſdem diſcipuli negarent minorem? Quid ſi dicerent non eſſe multiplicanda entia ſine neceſſitate, nullamque dari ad multiplicanda accidentia etiam numero? Si Deus [id enim poſſe fieri divinitùs multi aſſerunt] idem numero lumen poneret in omnibus illuminatis, eodem modo lucerent, quo nunc: fruſtrà igitur darentur plura diſtincta numero, ubi unum numero lumen ſufficit. Libenter ego ſic exorbitanti Averroïſtæ reſpondentem Angelicum Doctorem audirem.

Exponitur opinio Arabum.

At exiſtimo Arabes fuiſſe purè Academicos, & Platonis inſiſtendo veſtigiis dediſſe nomē Scholæ Reali, & unū ſpecie intellectum diſtinctū realiter ab individuationib⁹ in ſingulis hominibus poſuiſſe, ſequuti in hoc veteres, & fortè etiā ipſum Ariſtotelē, qui videtur quo ad rem, ſi non ſemper, ſaltem ſæpè, ſuu Magiſtro ſubſcribere, rametſi ut ille loqui nolit. Et quæſt.23.ejuſdem primæ partis art.1.ſic ait.

An homines prædeſtinentur à Deo? an & creaturæ aliæ? An Angeli?

[Omnes creaturæ ordinantur ad ſuos fines per divinam providentiam, ut ſupra dictum eſt, ſed aliæ creaturæ non dicuntur prædeſtinari à Deo. Ergo nec homines.] Et iterùm.

[Angeli ſunt capaces beatitudinis, ſicut & homines, ſed Angelis non competit prædeſtinari, (ut videtur, cùm in eis nunquam fuerit miſeria: prædeſtinatio autem eſt propoſitum miſerendi, ut dicit Auguſtinus,) Ergo homines non prædeſtinantur.]

Nomē Prædeſtinatio ſumitur Philoſophicè & Theologicè. An irrationales animantes poſſint prædeſtinari? Anne etiā Angeli & homines prædeſtinentur ad pœnam?

Et reſpondeo omnes creaturas Angelicas, Humanas, ſenſitivas, inanimes, &c. prædeſtinari ad fines ſuos, & hoc philoſophicè ſumpto vocabulo. At jam apud Theologos obtinuit, ut Prædeſtinatio ſonet electionem, & mediorum efficacium coordinationem ad gloriam, & hoc ſenſu creaturæ rationis impotes non prædeſtinantur.

Dicuntur igitur Theologorum dialecto Angeli, & Homines prædeſtinari ad gloriam. Anne reprobi ad pœnam prædeſtinati dici poſſint? cur non. Immò & interdum tales dicti; ſed qui ſuaviùs loqui deſiderant eos potiùs *præſcitos*, quàm poſitivè reprobatos, aut prædeſtinatos appellant.

MCCXVII *Vbinam ſit prædeſtinatio?*

Si quæras, an prædeſtinatio ſit aliquid in prædeſtinato? reſpondebit negativè S. Thomas 1 *p.quæſt.23.art.2.*dicens. [Sed contra eſt, quod Auguſtinus dicit, quod prædeſtinatio eſt præſcientia beneficiorum Dei; ſed præſcientia non eſt in præſcitis, ſed in præſciente: Ergo nec prædeſtinatio eſt in prædeſtinatis, ſed in prædeſtinante.

Scientia duplex: activa & paſſiva.

Sed quid, ſi aliquis dari præſcientiam activam, & paſſivam diceret, illamque eſſe in Deo, iſtam in creaturis? non puto contradicturum illi S. Thomam.

An proceſſio verbi ſit neceſſaria? An ſit creatio? An Deus potuerit condere Mundum meliorem?

Et pauló inferiùs *quæſt. 25. art. 6.* hoc ratiocinium ad mentem Doctoris Africani propoſuit. [Auguſtinus *contra Maximinum libro 3. cap. 7. ſub fin. tom. 6.* ſic argumentatur. S. Deus potuit, & noluit gignere filium ſibi æqualem, invidus fuit, eadem ratione, ſi Deus potuit res meliores facere, quam fecerit, & noluit, invidus fuit, ſed invidia eſt omninò relegata à Deo: ergo Deus unumquodque fecit optimum. Non ergo Deus poteſt aliquid facere melius quàm fecit.]

Nemini eſt incurius aut invidus, qui ſuo jure utitur

Et reſpondeo neutrum aſſumptum eſſe verum. Deus enim neceſſario genuit conſubſtantialem filium, quem non potuit non generare: quod ſi illum produxiſſet liberè, non jam illum genuiſſet, ſed creaſſet, nec teneretur ei omnes conferre perfectiones, quas poſſet: non eſt enim invidus, cùm ſuo utitur iure, & gratias fa-

voret

voreſque inæquales non pro meritis noſtris, ſed pro ſuâ clementiâ elargitur.

Quid ſit relatio prædicamentalis? Quomodo differat à generatione Paternitas?

MCCXVIII. Et ejuſdem primæ partis quæſt. 40. art. 4. ſic inquit: [Sicut ſe habet generatio activa ad paternitatem, ita ſe habet nativitas ad filiationem. Sed filiatio præſupponit nativitatem: ideò enim filius eſt, quia natus eſt. Ergo & paternitas præſupponit generationem.] At P. Maximus Steiner in Philoſophiâ triplici, quam anno 1645. defendit Problematicè Herbipoli, pag. 5. interrogat: *An abſolutâ generatione maneat adhuc relatio Patris ad Filium, & contra, nec ne?* & reſpondet aſſerentem ſententiam, tametſi inter Doctores communem, Recentioribus nonnullis diſplicere. Porrò ſi dicamus eandem formalitatem aut realitatem prout producit, dici *Generationem*, & prout perſeverat *Paternitatem*, & ſi de Nativitate ſeu generatione paſſivâ, & filiatione pariformiter philoſophemur, non urgebit objectio. Sed debebimus dicere Paternitatem divinam multis titulis humanâ nobiliorem eſſe, nam præſcindendo ab infinitate & finitate, adhuc maneret differentia inter ipſas; quoniam humana generatio non perſeverat realiter, ſed moraliter, & divina æternaliter perennans eſt. Unde ſi quis vellet dicere Paternitatem & filiationem in divinis eſſe Relationes actuales reales, in humanis verò aut actuales morales, aut reales præteritas, non poſſet robuſtè impugnari.

Quomodo ab Humanis Relationes divinæ? Relatio moralis. Relatio actualis præterita.

Præmium pœnæ collata.

MCCXIX. Poſteà quæſt. 48. art. 6. ut pœnam explicet, argumentatur à ſimili, & meritum in medium producit, & ait: [Culpa ſe habet ad pœnam, ut meritum ad præmium, ſed præmium habet plus de ratione boni, quàm meritum, cùm ſit finis ejus. Ergo pœna plus habet de ratione mali, quàm culpa.] Et reſpondeo optimorum Theologorum ſententiâ Deum largiri præmia ultra merita, & pœnas infligere citra demerita, & paritatem non tenere, niſi fortè dicamus: *Quantum excedit præmium merita, tantum pœnam excedi à culpa*: Quod ſi inter merita & præmium, aut etiam inter culpas & pœnam æqualitatem admittamus, dicemus pœnam plus incommoditatis afferre, quam afferat culpa, unde eo ſenſu quo commoditas eſt bona, erit mala incommoditas, & major incommoditas pejor. At ipſamet pœna prout eſt ſatisfactio, vindicta, aut etiam cautela bona eſt.

An pœna ſit mala vel bona?

Gloria adquiritur meritis.

Angelum cum homine componit, quæſt. 62. art. 4 & ſic diſcurrit. [Apocalypſeos 21. dicitur, quòd menſura Angeli in illa cœleſti Hieruſalem eſt menſura hominis, ſed homo ad beatitudinem pertingere non poteſt niſi per meritum. Ergo neque Angelus.] Et concedam omninò paritatem: Et quia doctor Angelicus conſtat aſſumptæ ſimilitudini, ſubſcribam aliquid quarto ejuſdem quæſtionis articulo: [Anima hominis & Angelus ſimiliter ad Beatitudinem ordinantur: unde ſanctis promittitur æqualitas Angelorum, ſed anima à corpore ſeparata, ſi habeat meritum beatitudinis, ſtatim beatitudinē conſequitur niſi aliud ſit impedimentum: Ergo pari ratione & Angelus, ſed ſtatim in primo actu Charitatis habuit meritum beatitudinis: Ergo cùm in eo non eſſet aliquod impedimentum, ſtatim ad beatitudinem pervenit per ſolum unum actum meritorium.] Reſpondeo nihil iſtu ratione concludi. Quoniam poſſem dicere hanc eandem ſimilitudinem non eſſe adæquatam, adeòque poſſe & animam ſtatim beari, & Angelos adhuc hæſiſſe in viâ aliquo tempore. Nec te audirem, ſi diceret nullam eſſe adæquatam ſimilitudinem, juxta illud. *Simile ſi in omnibus eſſet ſimile non iam eſſet ſimile ſed idem*; Non te audirem inquam, quoniam cum adæquatam poſtulo, illam peto, quæ teneat in omnibus circumſtantiis, de quibus diſputo, licet deſit aliàs, nimirùm in circumſtantiis, quæ ad rē non pertinent. Poſſem etiam admittere paritatem omnimodam, & fortius eandem ipſam rationem reponere & dicere, [Homo & Angelus ſimiliter ad beatitudinem ordinantur; quæ quidem paritas non eſt inter Homines & Angelos, quoniam ad beatitudinem devenitur per merita, & anima ſeparata non meretur, ſed homo & æqualitas Angelorum non promittitur tantùm animabus, ſed ſanctis Hominibus potiùs, ſed Homo nec ſtatim cùm peccat in infernum detruditur, nec ſtatim cùm actum meritorium elicit, ad Empyreum tranſlatus glorioſo lumine inveſtitur: Ergo eodem modo philoſophari debemus de Angelis. Tenendum igitur eſt, fuiſſe viatores determinato aliquo tempore, & in illo Luciferum, & ejus Aſſeclas potuiſſe reſipiſcere, Michaelem, & ejus commilitones potuiſſe, ſi voluiſſent, peccare. Tenendum inquam hoc eſt, nō abſolutè, ſed ſi ſtetur paritati rationis, quam Angelicus Doctor proponit: Ergo ſi doctrina non placeat, debebit paritas non admitti.

An Angeli Homineſque fuerint prædeſtinati eodē modo?

An Angeli per inſtantaneū meritū adepti ſint vitā æternam. De ſimilitudine inadæquata & adæquata. An ſimilitudo adæquata ſit identica? An Angeli fuerint Viatores longo tempore?

An Lucifer Potuerit reſipiſcere? An Michael poſt primum actū bonum peccarē?

MCCXX. Peccata ſpiritualia ſubſtantiæ ſpirituali coaptat ejuſdem primæ partis quæſt. 63. art. 2. objiciens. [*Sicut ſuperbia & invidia ſunt peccata ſpiritualia, ita acedia & avaritia & ira, ſed ſpiritui conveniunt peccata ſpiritualia, ſicut & carni peccata carnalia, Ergo non ſolùm ſuperbia & invidia in Angelis eſſe poteſt, ſed etiam acedia & avaritia*, & reſpondet, *quod avaritia ſecundum quod eſt ſpirituale peccatum eſt immoderatus appetitus rerum temporalium, quæ veniunt in uſum vitæ humanæ, quæcunque pretium æſtimari poſſunt, ſed ad iſta non afficiuntur Dæmones ſicut nec ad delectationes carnales. Vnde avaritia propriè ſumpta in eis eſſe non poteſt. Sed ſi avaritia dicatur omnis immoderata Cupiditas habendi quodcunque bonum creatum, ſic avaritia continetur in ſuperbia, quæ eſt in Dæmonibus. Ira verò cum quadam paſſione eſt ſicut Concupiſcentia. Vnde ipſa in Dæmonibus eſſe non poteſt, niſi metaphoricè: Acidia verò eſt quædam triſtitia, quâ homo redditur tardus ad ſpirituales actus propter corporalem laborē, qui Dæmonibus nō competit, & ſic patet, quod ſola ſuperbia & invidia ſunt ſpiritualia peccata quæ Dæmonibus competere poſſunt.*

De peccatis ſpiritualibus. Avaritia. Superbia. Ira Concupiſcentia. Acedia.

MCCXXI. Sed multa ſunt in hac ipſa ſolutione, quæ non intelligo: Primò enim doceri vellem; Cur avaritia ſit appetitus rerum temporalium tantummodo? An non dantur Docti, immò Doctores etiam doctrinæ avari? An non interdum ſacramentales ipſæ gratiæ, quas liberaliſſimè conceſſit Chriſtus, ab aliquibus Miniſtris avariſſimè diſpenſantur? Putarem avaritiam eſſe

Avaritia ſpiritualis. Avaritia Etymon.

pinnam

nimiam boni cujuslibet cupiditatem, vi cujus intellectualis perſona vel vellet plus quàm oporteret recipere, aut quod erat alteri communicandum retinere. Et ſic eam intelligit D. Auguſtinus *lib 3. de libero arbitrio*, nec ita concupiſcere, ſuperbeſcere eſt, ſed avere, unde Avaritia dicitur,

Angelus res corporeas habere poteſt

Secundò, detur Avaritiam eſſe rerum materialium cupiditatem: Cur non poterit illas appetere ſpiritualis ſubſtantia? Sicut homo horologii artificio delectatur, cur non poſſit intelligentia, quæ cœlo Solis præſidet (aut ſaltem præeſſe dicitur ab Ariſtotele) conſiderata ſecundum naturale ingenium ſuum ſpheras illas inordinatè amare, & juſſus alteri tradere, retinere aut differre?

An intelligentiæ calos moveant.

Ira ſpiritualis.

Tertiò non video, cur Ira corporeâ paſſione carere non poſſit, quoniam paſſio illa corporea non eſt formaliter Ira, ſed iræ effectus, nam & Invidia etiam paſſiones excitat, & tamen eſt aliquid paſſionibus prius.

Invidia ſpiritualis.

MCCXXII *An Angelus tadii aut acidia capax ſit?*

Quartò, ſpirituales ſubſtantias infatigabiles eſſe, nec tædio affici dicitur, ſed dicitur: ego rationem aliquam alicujus roboris videre vellem.

Stat eidem ſimilitudini, 1. *part. quæſt. 63. art.* 4. & ſic arguit. [Sicut Angeli ſunt creati à Deo, ita & homines; ſed aliqui homines ſunt naturaliter mali, de quibus dicitur, Sap. 17. *Erat eorum malitia naturalis.* Ergo & Angeli aliqui poſſunt eſſe naturaliter mali.] Ex naturali malitia ad naturalem bonitatem Janſeniani progreſſi, Hominem naturaliter bonum, (hoc eſt habentem gratiam ſupernaturalem naturaliter) in paradiſum protrudūt & defendunt. *Reſpondeo*, vocem *Natura* ſignificare eſſentiam & nativitatem: Nego eſſe vel unum hominem naturaliter, hoc eſt, eſſentialiter malum; at ferè omnes eſſe naturaliter, ſeu nativitaliter, hoc eſt, à nativitate ob culpam originalem malos aſſero, eo ipſo ſenſu, quo Auguſtinus Adami gratiam naturalem, (hoc eſt nativitalem) appellat. Porrò ſi agamus de eſſentiali malitiâ, paritatem admitto, ſi de nativitali non admitto, non enim Angeli generantur ab Angelis, adeòque originalem culpam non potuerunt incurrere.

An homines & Angeli ſint naturaliter mali? An etiam naturaliter boni? Nomen Natura quid ſignificet? Gratia naturalis, quæ? Angeli originali culpâ carent.

Et tandem iterùm homines & Angelos componit, *quæſt. 63. art.* 9. & numerum reproborum ſpirituum timatur*, Sic objicit. [*Juſtitia & peccatum* eâdem ratione inveniuntur in Angelis & hominibus: ſed in hominibus plures periuntur mali quam boni, ſecundum illud Eccl. 1. *Stultorum infinitus eſt numerus*: Ergo pari ratione in Angelis.] Et reſpondeo in Juſtitiâ, & Peccato dari circumſtantias eſſentiales & dari contingentes & liberas. Si agatur de prioribus, valere argumentum ab Hominibus ad Angelos, & contra; ſi de poſterioribus, ne quidem de uno Homine ad alium, non enim ex Judæ malitiâ cæteros deſperaturos eſſe infertur. Unde cùm malorum numerus ab arbitrij libertate, & non ab eſſentiæ neceſſitate pendeat, ſicut non valet dicere, *Plures Hiſpani habent tales mores: illos ergo habebant plures Galli* etiam non valebit dicere. *Plures Homines ſunt mali, pauciores boni: ergo idem eſt dicendum de Angelis.*

In materiâ liberâ non valet ſimilitudo aut materia paritas.

An ab hominibus ad Angelos admittenda ſit paritas

An ſimilitudo debeat eſſe in omnibus?

XI.

MCCXXIII. Diſtinguit Simile & Analogum, quod illud in una, aut altera re ſit par, hoc in omnibus ferè, neutrum in omnibus. Ens in ſpirituale & materiale dividi analogicè dicimus, quia nihil erit in aliquo Ente ſpirituali, ſi ſpiritualitatem præſcindas, quod non reperiatur in materiali, & contrà, nihil erit in materiali, ſi materialitatem præſcindas, quod non erit in ſpirituali. At quando dicimus ſtatuam eſſe ſimilem Cæſari, agimus de figurâ, & quando picturam eſſe ſimilem Regi, agimus de colore: nam in cæteris diſſimiles ſunt. Ob ignorantiam hujus doctrinæ plurimi in magnos errores inciderunt, & ut ita Dialectica tractem, ut & Theologis ſerviā, volo unum exemplū proponere in quo in hæreſim te ſeducat nimia ſimilitudo. Legis in Hiſtoriâ Chriſti [Ioannis 6. f.] *Sicut miſit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem: & qui manducat me, & ipſe vivet propter me.* Ecce ſimilitudinem, & proportionalitatem. Anne in omnibus tenenda erit ſimilitudo? Si aſſeras, ſic argumentabitur Arrius: Sicut Chriſtus vivit propter Patrem, ita & qui communicat vivit propter Chriſtum. At iſte vivit divinitate inferioris ordinis reſpectu Chriſti: Ergo & Chriſtus reſpectu Patris, Ergo Pater & Filius ſunt in divinitate inæquales. Pariformiter argumentabuntur alij Hæretici, & hâc vel illâ viâ ſuos errores conabuntur protrudere. Sed contra audiendus erit Auguſtinus, qui *tractatu* 26. *in Ioannem ſub finem*, quo locus hic modo exponi debeat, docet, & quo cætera debeant ſimilia intelligi, evidenter oſtendit, ſic ait. [*Inquit* nempe, *Chriſtus* &c. ac ſi diceret, Ut ego vivam propter Patrem; id eſt ad illum, tanquam ad majorem referam vitam meam, exinanitio mea fecit, in quâ me miſit. Ut autem quiſquam vivat propter me, participatio facit, quâ manducat me. Ego itaque humiliatus vivo propter Patrem: ille erectus vivit propter me. Si autem ita dictum eſt, *Vivo propter Patrem*, quia ipſe de illo, non ille de ipſo eſt, ſine detrimento æqualitatis dictum eſt, nec tamen dicendo, *Et qui manducat me, & ipſe vivit propter me*, eandem ſuam & noſtram æqualitatem ſignificavit, ſed gratiam mediatoris oſtendit.] Ecce multa in quibus illæſa propoſita ſimilitudine datur etiam diſſimilitudo. Chriſtus æterni Patris Verbum vivit vitâ Patris, hoc eſt, Divinitate communicatâ à Patre: & homo ſacrâ communione refectus vivit vitâ Chriſti, (aut etiam vitâ Chriſto) hoc eſt, Divinitate communicatâ à Chriſto. Huc uſque ſervatur omnimoda ſimilitudo: At diſſimilitudo in hoc conſiſtit. *Primò*, quod identificatur Filio Divinitas, quæ communicatur illi: at illa quam Filius communicat Homini diſtinguitur ab ipſo realiter: Chriſtus enim etiam poſt communionem realiter diſtinguitur à communicante, & ſacramentalis gratia, quæ eſt Divinæ naturæ participium, etiam realiter diſtinguitur ab utroque. *Secundò*, quod Chriſtus & Pater ſint æqua-

Analogia & Similitudinis diſtinctio. Diviſio Entis analoga.

An nocere poſſit nimia ſimilitudo?

An Verbum ſit minus & ignobilius Patre?

Vita Verbi.

Vita Verbum.

Verbo identificatur Divinitas.

Quid ſit gratia? Chriſtus æqualis

æquales, Homo autem & Chriſtus inæquales. *Tertiò*, quod Chriſtus & Pater ſint conſubſtantiales, & Homo & Chriſtus non ſint conſubſtantiales. *Quartò*, quod Homo creſcat, Dei autem Filius exinaniverit ſemetipſum formam ſervi accipiens. *Et tandem quintò* in ſexcentenis aliis circumſtantiis, quas eſſet longum recenſere.

Chriſtus æqualis Patri: imò & conſubſtantialis.

An in ſimilitudine requiratur veritas?

XII.

MCC XXIV. IN Canticorum Canticis Salomon miris utitur ſimilitudinibus, & præcipuè toto capite quarto, & ſtatim ſubdubitare incipis, *An omnia, quibus eſſe ſimilis ſponſa dicitur, ſint in rerum naturâ?* Et ſi ſint *An omnia ſint, qualia dicuntur?* Et ut meliùs intelligar, hanc ſimilitudinem propono: *Dentes tui*, ſponſæ inquit ſponſus, *ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lavacro; omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas*, & inquiro, anne, ut eſſet ſimilitudo, debeant dari in rerum naturâ oves tonſæ? & ſi dentur, debeant de lavacro aſcendiſſe? Et ſi aſcenderint, an debeant omnes eſſe fœcundæ, & gemellis prææditæ?

Quæſtio proponitur. *Cant. 4. 2.* *Reponitur iterum clariùs eadem quæſtio.*

Reſolutio. Dici debet in ſimilitudinibus non requiri termini exiſtentiam, ſed meram proportionem, ſi ille exiſteret: quoniam etiam in mediâ hyeme, quando nullus omninò in mundo flos, *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica Dei inter filias*, quod demonſtrat illa periodus. *Collum tuum ſicut turris eburnea.* Cùm certum ſit, nullam in orbe eburneam fuiſſe, nec eam habitam aut viſam à Salomone, ſed conceptam ſolummodò. Sed neque in ſimilitudine requiritur proportionem extremorum inveniri opinione illius, qui ſimilitudinem proponit, ſed ſufficit [imò id congruentius eſt] hanc ipſam proportionem ſubſiſtere opinione illius cui ſimilitudo proponitur; is enim eſt, cui debet veritas perſuaderi. Nam & Paulus Deum ſibi notiſſimum prædicaturus ignotum Deum ſe prædicare ait, eo conſilio, ut ſe opinioni Græcorum attemperans, faciliùs illos lucrifaceret. In actibus Apoſtolorum hæc lego. *Stans autem Paulus in medio Ariopagi, ait, Viri Athenienſes per omnia quaſi ſuperſtitioſiores vos video: præteriens enim & videns ſimulachra veſtra inveni & aram, in quâ ſcriptum erat, IGNOTO DEO, quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis.* Et poſt pauca demonſtraturus ſtatuas fuſas aut exciſas Deos non eſſe, iterum Athenienſium opinionem ſupponit & ad hominem, ut dicitur, argumentatur dicens. *Quærere Deum, ſi fortè attrectent eum aut inveniant, quamvis non longè ſit ab unoquoque noſtrûm; In ipſo enim vivimus, movemur & ſumus, ſicut & quidam veſtrorum Poëtarum dixerunt.* Ipſius enim & genus ſumus. *Genus ergo cùm ſimus Dei, non debemus æſtimare auro, aut argento, aut lapidi ſculpturæ artis & cogitationis, Divinum eſſe ſimile.*

Cant. 2. 2. *Cant. 7. 4.* *Ammenti dicentis, aut audientis potiùs debeat reſpondere proportio.* *Actor. 17. 23.* *Ara dicata Ignoto Deo.* *Statuæ non ſunt Dij.* *In Deo vivimus, movemur, & ſumus.* *Homo genus Dei.*

MCCXXV Hinc patet Patres, qui Phœnicis Hiſtoriâ uſi, Chriſti Reſurrectionem illuſtrarunt, nec aſſeruiſſe nec negaſſe ejuſmodi volucrem eſſe in Arabiâ, ſed hâc ſimilitudine uſos fuiſſe, ut rem difficilem dilucidarent, & præcipuè apud Ethnicos, qui credebant hanc avem non ſine naturæ prodigio ſæculis ſingulis innovari, & involare Heliopolin, gratias Apollini habitutam.

An detur Phœnix?

Hinc etiam patet, quo debeant ſenſu intelligi illa Davidis verba, *Alienati ſunt peccatores, à vulvâ erraverunt ab utero, loquuti ſunt falſa. Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas: quæ non exaudiet vocem incantantium, & veneficii incantantis ſapienter.* Ut enim teneat ſimilitudo, non requiritur, quòd dentur Aſpides, quæ obturent aures immò nec requiritur; quod dentur in rerum naturâ Aſpides, ſed quod eſſe, incantari & aures uburare dicantur.

Pſal. 57. 5. *Hunc verſum alibi Rigore Philoſophico expono.* *An aſpis ſe contra incantatores tueatur: & quo modo?*

Modus arguendi ab exemplo, aut à ſimilitudine.

XIII.

FAcilis eſt & florida Argumentatio, quæ ab exemplo, aut ſimilitudine deſumitur; præmittit enim Majorem, & quia in Minore ſubjectum ejuſdem majoris de Te enunciat, audet in Concluſione ejuſdem Majoris de Te enunciare prædicatum: aut etiam, quia in minore prædicatum enuntiat, audet in Concluſione enunciare ſubjectum. Prior modus ad hos terminos poteſt reduci. *Pharos prælucendo monſtrabat naufragantibus viam Tu es Pharos. Ergo prælucebis, & nobis viam demonſtrabis*: quem conceptum quiſpiam Junior his exornavit numeris ſcribens ad Illuſtriſſimum Joannem de Faro. MCC XXVI.

Modus duplex. *Prior exponitur.*

Dicitur in pelago, dum volveret unda procellas
Nocte ſub obſcurâ clara fuiſſe Pharos:
Illa olim errantes revocabat lumine nautas,
Et certum incertos illa docebat iter.
Sic Pharos es nobis, nos undis opprimit Aula.
Nos ergo ad portum Virgo tuo refer.

Poſterior etiam reduci poterit ad breviſſimos & clariſſimos terminos: ſequentem periodum ſcribo; *Sol illuminat mundum: At tu illuminas Mundum Hiſpanicum: Hiſpanici ergo Mundi ſol es*, quem conceptum Poëta neſcio quis ad iſta diſticha reduxit.

& etiam exponitur poſterior.

Æthereos Phœbus radiis illuminat orbes,
Dicitur à Latiis Sol, quia ſolus ovat.
Tu ſolus ſplendore micas, tu ſolus Iberos
Exornas Princeps Lucis honore tua.
Sol ergo Hiſpani cœli es. ſic unicus ergo,
Nam mundus ſoles neſcit habere duos.

De Syllogiſmo Exemplari.

XIV.

MCC XXVII. EXempla practica & ſpeculativa communiter ſolent rationis paritate probari, & ut

Exemplarium vis.

& puto multò efficacius, quam aliqui recentiores credunt. Quidam antiquior ait.

Verba movere ſolent duri penetralia cordis,
Aſt exempla trahunt abripiuntque magis.

nam illa motiva fortius probant, quæ certiora, & clariora, & exempla melius intelliguntur à vulgo, & veriora omni ratione ſubtiliore videntur. Ut igitur rem melius intelligas adnotato in præſenti, tacitè vel expreſsè tria inquiri: *Primò*, An factibile, hoc eſt, humanitùs poſſibile ſit? *Secundò* An honeſtum & licitum? *Tertiò*, An obligatorium? PRIMUM exemplo cuiuſcunque probatur, quod enim factum fuit, fieri poteſt. SECUNDUM exemplo viri probi, & egregii omni exceptione & ſiniſtrâ ſuſpicione majoris, quod enim à probo & docto viro fit, & à nullo viro digno reprehenditur, honeſtum eſt. TERTIUM exemplo viri fortis, qui maluit mori, quàm illam actionem intermittere: non enim fortitudinis eſt vitam prodigere, ubi non urget moriendi neceſſitas vel facultas: Hinc ad noſtra tempora converto oculos, & quod aliqui hominum monſtra in dubium vertere conantur, nimirum, *Fidem hoſtibus ſervandam*, teneo. Poſſe illam phyſicè ſervari non tam ſinceri, ſed demonſtrant omninò qualiacunque hominum qualiumcunque exempla, qui ergà hoſtes ſinceri, & fideles. Poſſe licitè non probabitur hominum ſceleratorũ exemplis. Ac ſervari debere, ſuadebitur exemplo Marci Attilij prudentiſſimi Reguli, qui mori maluit, quàm fidem violare promiſſam.

In Praxi tria examinanda omnium [margin note]

An fides ſervanda ſit hoſti [margin note]

M. Attilii fidelitas. [margin note]

MCCXVIII. *Non factis tantùm, ſed & dictis multa probantur.* *Argumentum ab authoritate.*

Sicut è factis, ſic etiam è dictis & ſcriptis Illuſtrium Virorum argumentum deſumitur; & hoc eſt, quod dicitur procedere ab auctoritate. Et hoc ipſum eſt uſitatiſſimum, & commodiſſimum in rebus practicis; multi enim poſſunt examinare An verum ſit, talem ſententiam fuiſſe talium Patrum, Authorum ve? & pauci An ratione efficaci fundetur?

In exemplis requiritur circumſtantiarum unitas aut ſaltem paritas. [margin note]

Exempla [ſive externorum hominum facta, ſive dicta, aut ſcripta urgeant] paritatem ſupponunt, non enim Barrabam infamem homicidio, juſtè dimiſſum quis probaret ex eo, quod Milo Clodium impunè occiderit, hic enim aggreſſorem occidit ut ſe defenderet; ille erat latro & occiderat in ſeditione virum qui fortè ſpoliari debebat.

De materiâ liberâ, & non obligatoria. [margin note]

In ſpeculativis rationis paritas materiæ unitatem & neceſſitatem requirit, quia in liberis & contingentibus nulla dabitur rationis paritas: non enim valet hæc conſequentia. *Corozaim & Bethſaida hæc prodigia & miracula nimium movêrunt, ut pœnitentiam ageret: Ergo nimium moviſſent, ſi fuiſſent in Tyro, & Sydone patrata.* Immò conſequentiam hanc ipſam condemnat Deus, Matthæi cap. 11. ubi ait, *Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro, & Sydóne factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent.*

De materiâ neceſſariâ. [margin note]

In neceſſariis fortiſſimè à paritate arguimus, quia ſi Italus ex corpore & animo componitur, etiam Hiſpanus componetur, materia enim neceſſaria eſt, & nulla datur ratio diſparitatis.

Modus argumentandi ab exemplo ſeu paritate perſonæ iſte eſt:

Argumentum ab exemplo. [margin note]

Tu (Ferdinande Auſtriace) es, & eſſe omninò debes illuſtrium imitator facinorum, quæ patravit Cæſar cui tu in ſupremâ dignitate ſuccedis.
At ille talia aut talia generosè, & animosè præſtitit, talia diſtulit, talia commiſit; talia vitavit aavitque.
Ergo & tu ſimiliter facere debes.

MCCXIX. *Exceptio in exemplorum uſu.*

Quod ſi perſona, quæ in exemplum proponitur, nævum aliquem habeat (quis in carne degat, & careat omni?) ille ipſe excipiendus cautè, & prudenter fuerit, ſi enim tibi Petrum imitandum proponam, illam noctem excipiendam volo, quâ Deum negavit: ſi Paulum; excipiam illud tempus, quo Eccleſiam Chriſtianam perſecutus. Joannes Sanderſonus *lib. 3. Dialect. cap. 12* [Infirmiſſima argumentandi ratio eſt exemplum, quia raræ ſunt ſimilitudines, in quibus nihil inſit diſſimilitudinis. Vitandæ ſunt falſæ, obſcuræ, atque incertæ ſimilitudines.] At contrariæ ſunt omninò ſententia, qui libros integros exemplorum ſcribunt; contrariæ, qui in concionibus mera exempla producunt; contrariæ, qui ſcribunt hiſtorias; Principum enim egregia ſcribuntur facinora, quia ut optimè notavit Claudianus, *Scilicet in vulgus manant exempla Regentum.* Et quidem Sanderſonum rogarem, An ne Jus canonicum & Civile legiſſet? & ſi legit, Anne Juriſta, & Canoniſtæ poſſint ſincerè & bene ſententiam pronunciare? Quod ſi poſſint. An ipſi alias habeant Regulas aut Maximas, quam mera exempla? Caſus utrobique proponuntur: & Reſolutiones eorum utrobique adſumuntur pro legibus, ex quibus nos pariformiter philoſophamur.

An argumenta ab exemplo ſint fortia? [margin note]

Omnes utriuſque Juris leges aut ſunt exempla aut exemplis fundantur. [margin note]

Exemplum ad hominem. [margin note]

Cùm utimur exemplo contra quem agimus, argumentamur robuſtiſſimè. Cicero pro Sylla. *Neque verò quid mihi iraſcare intelligere poſſum, ſi, quod eum defendo, quem tu accuſas cur tibi quoque ipſe non ſuccenſeo, qui accuſes eum, quem ego defendo? Inimicum [inquis] accuſas meum: & amicum [inquam] ego defendo meum.* Poſſet id vocari *Exemplum ad hominem.* Nam ſicut Argumentum ad hominem ex conceſſis à contrario, ſic hoc exemplum ex factis à contrario deſumitur.

XV.

MCCXX. *Exempla gradualia.*

Sunt & aliqua exempla, in quibus aſcenditur per gradus: Poſſem multa proponere, ſed unum ſaltem aut alterum ſubſcribam, Chriſtus ſuis Diſcipulis, *Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea ſervaveritis, manebitis in dilectione mea, ſicut & ego Patris mei præcepta ſervavi, & manſi in eius dilectione*, Et Corinthiis Apoſtolus. *Rogo ergo vos, imitatores mei eſtote. ſicut & ego Chriſti.* In quibus dantur gradus. Nam diſcipuli ſunt in Chriſto, qui eſt in Patre: & Corinthii

Ioann. 15. [margin note]

thæi hij iubentur imitari Paulum, qui imitabatur Chriſtum.

XVI.

Ex deſecto-rum limitatio.

Dixi in exemplis ſi ſit aliqua diſparitas aut imperfectio, illam eandem debeti præoccupari vel excipi. Hâc uſus eſt cautela Ovvenus *lib. 1. ad Henricum Epigram.* 54. mores, virtuteſque Thomæ Baronis de Elleſmer Angliæ Cancellarii ex eo commendans, quod Thomam Morum Angliæ olim Cancellarium referant: exceptâ causâ mortis, in quâ differt unus Thomas ab altero. Ovvenus ſic.

Thomæ Mori laus.

Integritas morum Morum commendat & ardor
Ingenui & docto dulcis in ore decor.
Te quoque cor ſapiens gravitas, & gratia vultûs
Eximit è populo, conſpicuumque facit.
Totius integritas vitæ ſine labe peracta
Te Moro æqualem moribus eſſe probat.
Excipias Mortis caſus, & flebile fatum;
Et cauſam mortis, cætera Morus eris.

Laudo Owenum, ſed ultimum diſtichum non laudo, quoniam laudare vivum neſcit, nec merita mortui cognoſcit. Tranſivit in axioma apud doctos, *Præſtat damnari quam laudari ab improbo*, & Owenus, quia hæreticus eſt, commẽdat in Cancellario vivo hæreſim; condemnat in Cancellario mortuo fidem, cùm condemnare illam deberet, hanc commendare. Ergo etiam, urbanus enim ſum, laudo ultimum Thomam; at in hoc, quo differt à primo, non laudo; & idcircò ſubſcribo.

Quantum diſſimilis Moro, tanto minor ipſo es.
Si Moro in cunctis eſſe cupis ſimilis;
Promiſſam Chriſto, & Fidei Chariſſime Thoma,
Vel ſervato fidem, vel moriare prius.

Ergo ſiquidem Morus morum integritatem habere, & mori potiùs quàm fidem negare nos docuit; quod Cancellarius Elleſmer addiſcere noluit, diſcamus; & fuſo ſanguine, ſi neceſſarium fuerit, Catholicæ Fidei ſinceritatem propugnemus.

De Syllogiſmo Exemplari Antithetico.

XVI.

MCCXXI. *Exemplũ à contrario tacitè ratio-nu.*

PRodeſt etiam rationis diſparitas: ſufficit enim viro nobili ſcire quæ faciat ruſticus, ut ſciat quæ debeat non facere; contrariæ enim hominum conditiones ducuntur motivis contrariis & virtutis ſtudioſo tã ſuadebimus moderationem animi, ſi probemus eximiorum hominum fuiſſe propriam, quàm ſi immoderatos omnes, fuiſſe etiam vitioſos dicamus. Modus arguendi in hâc materiâ iſte eſt.

Argumentũ ab exemplo antithetico.

Dedecet nobilem & illuſtrem Virum ea facere, quæ vix viles præſumunt;
At ſales aut tales mores vilium tantùm hominum ſunt.
Illi igitur illuſtrium Virorum non ſunt.

Et quidem hic modus arguendi ſuam laudem habet, & ſuam gratiam: majorem tamen in concionatorio ſuggeſtu, quam in ſcholaſticâ cathedrâ.

Multa exempla in medio producerem, ſi vellem meum Lectorem gravare. Sunt Oratores qui nobis Chriſtum, aut aliquem excellentiſſimum hominem proponunt, ut ſciamus quid oporteat facere; ſunt & alii, qui aut Dæmonis ſuperbiam, aut Neronis crudelitatem, aut aliorum vitia proponunt, ut ſciamus quid debeamus non facere.

Tobias ait cap. 8. *Filij ſanctorum ſumus, & non poſſumus ita coniungi ſicut gentes quæ ignorant Deum*: ubi, quid ipſe omittere debeat, vel facere, à moribus Gentilium eruit Apoſtolus ad Rom. 5.18. *Sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem: ſic & per unius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ, ſicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores conſtituti ſunt multi, ita & per unius obeditionem iuſti conſtituentur multi.* Hoc teſtimonio utuntur Patres Ieſuitæ Lovanienſes in Theſium contra Ianſenium *cap. 2. art.* 6. & ideò probant Chriſtum pro omnibus mortuum, quia omnes propter Adamum mortui fuerint. Eiuſdem energiam Antitheſeos expreſſit Ovvenus *lib. 3. epigr.* 33. hoc Tetraſticho; *Tobiæ diſcurſus.* *Paulus ad Rom. 5. 18.* *Peccatum originale.* *An Chriſtus ſit mortuus pro omnibus?*

Adamũ duo.

Unus homo nobis moriendo reſtituit Rem.
Unum humanum perdidit omne genus.
Non ponebat enim rumores ante ſalutem,
Opprobrium cauſâ factus Adame tuâ.

Imitatus eſt Ovvenus Ennium qui dixit.

Fabius cunctãdo defendit Rempublicam.

Unus homo nobis cunctando reſtituit rem.
Non ponebat enim rumores ante ſalutem.

Et quia carpendi ſuavitas levat interdum animum; etiam Ennii fuit alius iunior imitatus cum gratia. Occaſio ſcribendi iſta fuit. Erat quoddam fortalitium apud Antuerpiam Occurſionibus Holandorum obiectum, & dum Gubernator homo laſcivus, & ebrioſus dimiſſis poſt cænam convivis, hoſtem negligit, & dormit in aurem utramque, locus ab Hollando intercipitur. Et Muſa tam abſurdo irritata infortunio, ſic cecinit; aut, ſi verum loqui debeam, ſic luxit.

Unus homo nobis potando deſtituit rem.
Non ponebat enim terrores ante ſalutes.

MCCXXII. Utitur Muſa argumento antithetico, videlicet ab exemplo cõtrario: [Fabius, inquit, ſalutis, & authoritatis propriæ negligens, ut populi ſalutem tueatur, rem agit cunctando, & rumores obloquentiũ non curat: & contra Erembius ſtudens propriæ ſaluti & voluptati, dum multas ſalutes propinat, & multas haurit, dum ſe ingurgitat inebriatq; potando deſtituit, & perdidit totam Rempublicã; nec inadmonitus, ſed quia nec rumores vulgi, nec exploratorum monitiones, nec occaſuũ aliorum terrores ponebat ante ſalutes, quas illâ nocte exhaurire decreverat. Ergo ſicut Romanos Fabius cunctando à diſcrimine eripuit, ſic Erembius Belgas ſummo expoſuit periculo potando. Sic ibi factum: ſit etiam ſæpè alibi: ſunt enim multa hominum genera: alij publicum bonum, alij commoditates proprias curant, illi *Homines guloſi & ebrioſi.*

ſunt pauci aut rari, multi iſti. & univerſis noti: Nam patrimonium (hoc eſt, parentum ſuorũ rum ſudorem & ſanguinem) deglubunt: aliena aut mutui aut rapinæ titulo invadunt, eaque devorant: & ubi ventum ad ſupremum eſt, ut ſupra ſpem ſperent, Pyroſophiæ dant operam, & volunt naturæ inferre vim, ut habeant theſauros, quos dilapident. Sed fruſtrà, quia Pyroſophis hucuſque inexorabilis fuit rerum natura. Pulchrè & acutè Owenus lib. onius Epigr. 132. unum ex ejuſmodi hominibus aggreditur hoc Epigrammate, quod etiam antitheticum eſt.

Ars Chymica.

Condidit ex nihilo Deus unicus omnia: contrà
Tu facis ex toto, Cotta Chymiſta nihil.

Creatoris & Chymici collatio.

Iuvantur Antitheſi Politicâ: Idem author ibidem. 189.

Rex extra Patriam vel maximus haud habet ullum
Imperium: in patriâ nemo Propheta fidem.

Regis & Prophetæ collatio.

Et Ethica Vitam Mortemque licet adverſarias componunt. Ibidem 247.

Pendentes agimus vitas in lutore mortis.
Tam prope mors vita eſt, quàm propè margo evari.
Vna ferè res eſt homini mors, vitaque. ſicut
Efficiunt unum Terraque & unda globum.

Vitæ & mortis connexio.

Et de Moro, & Mercurio Britannico.

Optima deſcripſit Morus, tu peſſima mundi.
Tu nobis narras vera, ſed ille bona.

DISPUTATIO XVIII.

De Argumentatione Temporali.

MCCXXXIII. Adverbia temporis & loci analoga.

Pauciora ſunt Adverbia temporis, quàm loci; eſſe totidem poſſent, quia inter ipſa ſervatur ſumma analogia. Hæc occurrunt.

Univerſalia, *Semper, æternùm*, & neg. *Nunquàm.*

Particularia, *Aliquandò, Nonnunquàm.*

Singularia, *Nunc, Tunc.*

Indefinita, *Quandò, cùm*, & his ſimilia.

Quando? Quamdiu? Quouſque?

Hæc omnia reſpondent interrogationi, quæ fit per *Quando*: & quia interdum illa per *quamdiu* fit, & interdum per *quouſque*: adhuc adverbia temporis, ſi nomenclatoribus placeret, poſſent mirum in modum multiplicari.

Syllogiſmus temporaneus.

Syllogiſmi Temporanei conſtant temporaneis propoſitionibus: iſtæ extremis ſeu terminis [hoc eſt, binis propoſitionibus ſimplicibus] temporaneo adverbio copulatis. Pono exemplum.

Quando ſol lucet, tunc dies eſt.

Arguendi modus.

I. *Atqui nunc ſol lucet, ergo nunc eſt dies.*
II. *Atqui nunc eſt dies, ergo nunc ſol lucet.*
III. *Atqui nunc ſol non lucet: ergo nunc non eſt dies.*
IV. *Atqui nunc non eſt dies, Ergo nunc ſol non lucet.*

Nota hoc bene.

Omnes iſtæ conſequentiæ ſunt bonæ, quia major erat convertibilis; aliàs tantummodò valebit prima & ultima, verbi gratia.

Quando habeo albedinem, tunc habeo qualitatem.
Atqui nũc habeo albedinẽ: Ergo nũc habeo qualitatem.
At nunc habeo qualitatem: Ergo nunc habeo Albedinẽ.
Atqui nunc non habeo albedinem. Ergo nunc non habeo qualitatem.
Atqui nunc non habeo qualitatem; Ergo nunc non habeo albedinem.

Hæc debent exempla obſervari, ut ſimiles conſequentiæ eliminentur.

Succurrentes Quæſtiones quando diſputamus de tempore.

Cùm de tempore agimus, tria inquirere poſſumus, & ſolemus. *Primum*, An res fuerit? *ſecundum*, Quando illa fuerit? *Et tertium tandem*, Quàm diu fuerit? Rem exemplis illuſtro.

An fuerit.

I.

MCCXXXIV.

Eſt hodie celeberrima quæſtio, *An ſanctus Petrus fuerit Romæ?* Illam ineptiſſimè verſant Hæretici, & dum nolunt Humanæ hiſtoriæ credere, negant etiam fidem revelationi divinæ. Eamdem movet Owenus, mordendo ſimoniacos illos, qui inter multos ſanctiſſimos homines latitant Romæ.

An Roma fuerit Petrus, ſub judice lis eſt.
Simonem Romæ nemo fuiſſe negat.

An Roma ſit Reſpublica bene inſtituta. An bene gubernata ſit.

At nobis certũ eſt in magna aula, etſi ſumma adhibeatur diligentia, omnia eſſe bona non poſſe. Non eſt malè gubernata Reſpublica, in quâ crimina committuntur; nam aliàs nulla eſſet bene inſtituta in mundo: ſed illa ſolummodò malè inſtituta & malè gubernata dicenda eſt, in qua ſcelera committuntur impunè. Simonia committitur interdum Romæ: ſed quid ind.? Habet illa leges ſeveriſſimas contra rerum ſpiritualium mercatores: ergo eſt Reſpublica bene inſtituta. At illæ, ſanctè latæ ſint vel non ſint, inquies, non ſervantur. At hoc non dicet Maſcambrunus heri juſſu Innocentii X. Sanctiſſimi Domini noſtri ob gratiarum mercaturam, & bullarum falſificationem plexus. Ergo Roma eſt reſpublica bene gubernata. Hæc dicta ſint ob mordacitatem Ovveni.

Venio ad Quæſtionem, & pronuncio *Petrũ ſediſſe Romæ*. Sed quia Hæretici contra: eorumdem fundamenta videamus. Sic argunnt.

Si Petrus Romæ ſedit, aliquando ſedit.
Sed nunquam Romæ ſedit: Ergo non ſedit.

Probatur minor, &c.

Primò enim eum ſediſſe aut fuiſſe Romæ ante converſionum à nemine Chriſtiano aſſeritur.

II. Sub tempus paſſionis uſque ad Pentecoſten Petrus Hieroſolymis fuit, ut cõſtat ex ſacrorum Bibliorum teſtimoniis.

Petrus tempore paſſionis eſt Hieroſolymis.

III. Tertio anno poſt converſionem Pauli, hoc eſt, Chriſti 37. adhuc fuit Hiero-

...i 37. & viſitur à D. Paulo.

Hieroſolymis; quia inibi eum Paulus reperit, & manſit apud eum diebus 15.

Anno 45. capitur & miraculosè dimittitur.

IV. Poſt annos octo id eſt, anno Chriſti 45. adhuc Petrus morabatur Hieroſolymis; tunc enim *Act.* 12. aſſeritur ab Herode captus, & ab Angelo miraculosè dimiſſus.

Hieroſolymis reviſitur à Paulo anno 51.

V. Poſt annos ſex hoc eſt 51. Chriſti adhuc legitur Petrum fuiſſe Hieroſolymis. Probatur, quia Paulus *ad Galat.* 2.1. teſtatur ſe decimo quarto annô à priore illo cum Petro congreſſu fuiſſe Hieroſolymis cum Petro & Barnaba: tunc celebratum eſt Apoſtolorum Concilium *Actor.* 15. anno 18. poſt mortem Chriſti Hieronymo aſſerente, hoc eſt Chriſti 51. Cùmque in hoc Concilio decretum, fuerit ut Paulus gentes, & Petrus Iudæos doceret, ſequitur etiam longè poſt Petrum manſiſſe Hieroſolymis.

Concilium Apoſtolorū.

Petrus reprehenditur à Paulo.

VI. Poſt hoc Concilium Petrus ivit Antiochiam, *Gal.* 2.11. ibi enim reprehenditur à Paulo.

Quo annô ſcripſerit ad Romanos Paulus?

VII. Anno Chriſti 63. quo Paulus ſcripſit Epiſtolam ad Romanos, Petrus non erat Romæ: ſalutantur enim plurimi, & nulla fit mentio Petri:

Quo Romā venerit?

VIII. Paulus anno quarto poſt ſcriptam Epiſtolam Romam venit, nec reperit ibi Petrum, aliàs enim notaſſet Lucas.

Paulus liberâ cuſtodiâ detentus & ab omnibus deſeritur.

IX. In liberâ cuſtodiâ detentus duobus annis Paulus *Act.* 28. & toto hoc tempore non vidit Petrum, nec à Petro ſolamen aut favorem per internuncium habuit: & hoc conſtat, quia ad Timotheum conqueritur neminem ſibi adfuiſſe in primâ defenſione, ſed ab omnibus fuiſſe derelictum: Petrus igitur nō erat Romæ: quia ſi fuiſſet, non deſeruiſſet Paulum.

An Petrus obierit Hieroſolymis?

X. Tandem Petrum obiiſſe Hieroſolymis Euſebius conſtanter affirmat.

Igitur, cùm dicitur 28. annis ſediſſe Romæ oſtendendum eſſet, quo modò his ſac. ſcripturæ teſtimoniis reſpondeant, & quo probent ſuam partem Romani: *Sic illi.*

MCC XXXV. Argumenta negativa non urgent.

Reſpondeo nihilominùs primò multa ex allatis negativè concludere, adeòque nullius roboris eſſe. Quis enim non videat eſſe debiles has conſequentias. *Non ſalutatur à Paulo in Epiſtola ad Romanos, Ergò non erat Romæ. Non dicitur à Lucâ, ergò non fuit: Nemò Romæ favit Paulo: Ergo Romæ non erat Petrus.* Fortè enim ideò non fuit ſalutatus in communi illâ Epiſtolâ, quia ſpecialis ad eum dirigebatur. Fortè ſicut alia multa compendij cauſâ S. Lucas omiſit. Fortè Paulo Petrus favere non potuit, fortè expediebat, ut à Petro etiam deſereretur. Omnia ſunt dubia, & quæ orthodoxam veritatem infirmare non valeant. Reſpondeo ſecundò; & ſi omnia illa tempora benè ponantur & urgeantur, adhuc multos manere

Petrus potuit annis intermediis eſſe Romæ.

An Euſebius fuerit Arianus?

annos intermedios; quibus potuerit eſſe Romæ: nec contra militat Euſebius, quia fortè id non aſſerit, ut aſſerat, fortè Hæreticus fuit, nam ab Arrio ſtetiſſe ſcriptores nobiliſſimi tenent. Standum eſt igitur decreto Eccleſiæ; nec contra ejus Veritates tam levibus debemus ratiociniis turbari. Ciſtercienſes ſic concinunt:

In eadem Urbe, eodē anno, eadē die, non tamen eodem loco & modo Petrus & Paulus martyriū conſumarunt.

Apoſtolorum paſſio
Diem ſacravit ſæculi,
Petri triumphum nobilem:
Pauli coronam præferens:

Coniunxit æquales viros,
Cruor triumphalis necis:
Deum ſequutos præſules
Chriſti coronavit fides:

An fuerint æquales?

Primus Petrus Apoſtolus,
Nec Paulus impar gratia;
Electionis vas ſacræ;
Petri adæquavit fidem, &c.

Hinc Roma celſum verticem
Devotionis extulit
Fundata tali ſanguine,
Et vate tanto nobilis

Tanta per urbis ambitum
Stipata tendunt agmina,
Trinis celebratur viis,
Feſtum ſacrorum Martyrum, &c:

Hinc fortè occaſionem errandi ſumpſit Author illorum librorum, qui Eccleſiam bicipitem, Petrumque & Paulum æquales authoritate fuiſſe ſcribit: ſed immeritò, quoniam Paulus ſubditus Petro fuit, & doctrinam contrariam ſæpè condemnavit Eccleſia, & nuper Innocentius X. illos libros tanquam hæreticos interdicendo. Nec hic hymnus favet errori quem impugno; agit enim expreſsè de æqualitate gratiæ, non autem de æqualitate juriſdictionis & authoritatis: nec agit de æqualitate in omni gratia; ſed de æqualitate in aliquâ prærogativâ, quæ non videtur impoſſibilis, & forſitan à Deo conceſſa eſt. Et conſultò illud *forſitan* pono, ut obiter moneam hymnos Breviarij, licet contineant doctrinam piam & ſanctam, non eſſe Fidei Articulis adnumerandos. MCC XXXVI. Et quidem hanc doctrinam Dialecticam illuſtremus exemplo; quo utitur Leo Pontifex Maximus. Sic argumentatur:

Ubi martyrio coronati ſunt ſanctus Petrus & Paulus, ibi eorundem ſolennitas ſpeciali eſt devotione & majeſtate celebranda.
At Romæ coronati ſunt:
Romæ igitur ſpeciali ſunt ſolennitate celebrandi.

Egit de loco, ſed quia nos agimus nunc de tempore, ut etiam ſe attemperet nobis diſſerentem audiamus, ſic diſcurrit.

Eâdie, quâ cœlo nati ſunt Apoſtoli, debemus hinc ex mundo eorum Beatitudini applaudere:

At illi hodie ſunt Cœlo nati:

Eorum igitur beatitudini hodie debebimus è terris applaudere.

Expoſui Leonis mentem. Dô verba [Hodierna feſtivitas, ait, præter illam reverentiam, quàm toto terrarum orbe promeruit, ſpeciali & propriâ noſtræ urbis (Romæ videlicet) exultatione veneranda eſt; ut ubi præcipuorum Apoſtolorum (Petri & Pauli,) glorificatus eſt exitus, ibi in die Martyrij eorum ſit lætitiæ principatus. Iſti enim ſunt viri, per quos tibi Evangelium Chriſti Roma reſplenduit, & quæ eras Magiſtra erroris, facta es diſcipula veritatis.] Sic ille *Serm. 1. in natali SS. Apoſt. Petri & Pauli.*

Quando?

II.

MCCXXXVII. Hæc argumentandi forma elegans & efficax eſt, eam didicerat à Chriſto Leo, nam Chriſtus Matth. 11 2. illa eſt uſus, ut Ioannis Baptiſtæ diſcipulos ſummam veritatem doceret. Erat Ioannes in vinculis, & cùm audiret populum miracula Chriſti celebrantem, aut ut veritatem examinaret, quod non puto; [Baptiſtæ enim notiſſima fuit verbi Incarnatio:] vel ut diſcipulis ſuis Chriſti agnoſcendi occaſionem præberet, miſit duos qui ad Chriſtum venirent, & rogarent, *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* Et illis Chriſtus: *Euntes renunciate Ioanni, quæ audiſtis & vidiſtis, Cæci vident, Claudi ambulant, Leproſi mundantur, Surdi audiunt, Mortui reſurgunt, Pauperes evangelizantur.* Sed quid hinc? Non rogant Ioannis Auditores, An miracula fiant? non quærunt, an cæcis reſtituatur lux? an claudis membra? an leproſis munditieſ? an ſurdis auditus? an mortuis vita? non inquirunt, an concionentur pauperes, qui corrumpi plerumque ſolent, & eſſe veraces non ſolent? Quærunt ſolummodò, an Ieſus ſit Chriſtus, quem erat daturus nobis Deus, ſicut loquutus eſt ad Patres noſtros Abraham, & ſemini ejus in ſæcula?

Cur Ioannes ſuos diſcipulos ad Chriſtum miſerit?

Chriſtus Divinitatem ſuam probat miraculis.

An etiam miraculum ſit, quod pauperes dicant veritatem?

Incarnationis tempus prædictum.

Puto ipſis reſponderi directè: ſupponebat enim Chriſtus ab Iſaiâ cap. 35. adumbratum redemptionis tempus his verbis: *Deus ipſe, veniet & ſalvabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt. Tunc ſaliet ſicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum;* &c. ex quibus conficitur is Syllogiſmus.

Quando cæci reſtituantur luci, erigantur claudi, audiant ſurdi, pauperes evangelizentur, & mortui reſurgant, &c. tunc Deus ipſe veniet & ſalvabit vos.

At omnia hæc nunc, & majora miracula patrantur [auriti & oculati teſtes eſtis.]

Ergo jam venit Chriſtus, qui eſt Deus & ſalvabit vos.

III.

MCCXXXVIII. Etiam prophani Authores hoc modo argumentandi delectantur. Apud Ovid. legim⁹.

Cum Paris œnone poterit ſpirare relictâ;
Ad fontem Xanthi verſa recurret aqua.
Xanthe retrò properà; verſaq; recurrite nymphæ;
Suſtinet œnonen deſeruiſſe Paris.

Reduco ad formam.

Tunc debebit Xanthus refluere, cum Paris œnonen oblivioni mandaverit.

At nunc illam Paris oblivioni mandavit:

Ergo nunc debet Xanthus in ſuũ fontẽ refluere.

Simili argumentatur modo Plato: in Timæo enim ſic diſcurrit.

Quâ horâ debeamus ire cubitum?

Sol mundi oculus.

Quando mundus claudit ſuum oculum, nos quoque debemus noſtros claudere:

At in ſolis occaſu mundus claudit ſuum oculum: mundi enim oculus eſt Sol:

Ergo claudere debemus oculos, & ſomnum inire ſtatim ſub Solis occaſum.

Forma quidem eſt bona, ſed parturit alium Syllogiſmum, quem debuit Plato præcedenti ſubſcribere:

Quando ſuos mundus oculos aperit, nos etiam noſtros aperire debemus.

At in ſolis ortu mundus ſuum oculum aperit:

Ergo & nos manè ab Aurora excitari, & ſurgere cum Sole debemus.

An & materia utriuſque Syllogiſmi eſt bona? Majorem admittebat omninò Ioannes Ezronita, in Libano monte Archiepiſcopus, In linguis Orientalibus Magiſter meus, qui omnia quotidie diſponebat, ne Sol, ut dicebat, ante ſe occumberet. At præter ipſum nullum vidi, qui ſubſcribere voluerit Platoni; ſed neque Hiſpanos laudo, qui frequenter poſt mediam noctem vadunt cubitum, & diem vertunt in tenebras; ſervanda enim eſt in ſomno & vigilia mediocritas, ut medium ſomni incidat in mediam noctem: hoc enim videntur ſignificare illa verba: Dum medium ſilentium tenerent omnia, &c.

An vigilare noctu, & die dormire debeamus?

IV.

MCCXXXIX. Poſſent etiam & ſolent hac arte pulcherrimi Soritæ formari, qui legitimi & efficaces ſunt, ſi leges neceſſarias obſervent: hunc ob oculos pono.

Sorites Temporalis.

Quando elicitur perditur fides? Quando Charitas, & quando Gratia?

Quando aſſenſus hæreticus elicitur, perditur fides:

Quando perditur fides, perditur Charitas:

Quando perditur Charitas, perditur Gratia.

At in primo inſtanti quo aſſenſus hæreticus elicitur, perditur fides:

Ergò in primo inſtanti, in quo aſſenſus hæreticus elicitur, perditur gratia.

Hâc arguendi formâ Spiritus ſanctus uſus fuit in proverbiis, ait enim: *Quando præparabat Cælos, aderam, quando certa lege & gyro parabat abyſſos, quando æthera firmabat ſurſum, & librabat fontes aquarum. Quando circumdabat mari terminum ſuum, & legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos. Quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens, & delectabar per ſingulos dies ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, & deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum.* Quæ verba videntur poſſe aut debere ad formã ſequentẽ reduci.

Hæc verba aliter ſtando doctrinæ Auguſtini, & aliter ſtando doctrinæ aliorum poſſunt explicari.

Quando

Quando præparabat cœlos certa lege, & gyro parabat abyſſos:
Quando certa Lege & gyro parabat abyſſos, æthera firmabat ſurſum:
Quando æthera firmabat ſurſum, librabat fontes aquarum.
Quando librabat fontes aquarum, circumdabat mari terminum ſuum:
Quando circumdabat mari terminum ſuum, legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos:
Quando legem ponebat aquis, ne tranſiret fines ſuos, appendebat fundamenta terræ.
Quando appendebat fundamenta terræ; cum eo eram cuncta componens &c.
Ergo quando præparabat cœlos, cum eo eram cuncta componens, &c.

An ne hæc omnia à Deo facta ſunt ſimul? Facta eſſe ſimul (hoc eſt in eodem inſtanti) credidit Auguſtinus: at facta eſſe ſimul (hoc eſt in eâdem hebdomade) credimus univerſi: & aſſerimus hæc adverba, *Quando? Cum. Tunc. Simul.* &c. ſignificare determinatum tempus; non verò ſemper diviſibile.

Quouſque? Quamdiu?

V.

MCC XXXX. *Incidentes Quæſtiones.*

DE his duobus adverbiis multæ poſſent difficultates excitari: poſſet enim inquiri, An aſſerentia illa ſint an negantia? an æquipollentia? videretur enim hæc poſitio: *Non erit dies Iudicii, quouſque ſigna illa cœlitus revelata præceſſerint*, æquivalere huic. *Quamdiu illa ſigna non præcedant, dies Iudicii non inſtat*; ſed ſolutio ab exemplis pendebit & ideò aliquos Authores audiamus.

Primo loco autem attempero Pauli fortiſſimæ voci dicenti. *Rogamus nos per adventum Domini noſtri Ieſu Chriſti, & noſtra Congregationis in ipſum, ut non citò moveamini à veſtro ſenſu, neque terreamini, neque per ſpiritum, neque per ſermonem, neque per Epiſtolam, tanquam per nos miſſam, tanquam inſtet dies Domini. Nequis vos ſeducat ullo modo, quoniam niſi venerit diſceſſio primum & revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui adverſatur & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei ſedeat oſtendens ſe tanquam ſit Deus*, &c. Et hæc verba ad hos terminos poſſunt reduci: Quouſque erit Mundus?

Dies Iudicij finalis non erit, quouſque compareat Antichriſtus: hic eſt homo peccati. Quando erit dies Iudicii finalis?
Homo peccati erit filius perditionis:
Filius perditionis extollitur ſupra omne quod dicitur Deus:
Sed iſte, qui extollitur ſupra omne quod dicitur Deus nondum venit: nec tam citò venturus eſt. Qualis eſt futurus Antichriſtus?
Ergo dies Iudicij nondum venit, nec tam citò venturus eſt.

S. Thomas Pauli imitator: & ; ſi temporum permittat diſtantia, diſcipulus 1. part. quæſt. 68. art. 7. ſic inquit.

Quamdiu manet natura aliqua, manet operatio ejus: An ſemper natura operatur?
Sed beatitudo non tollit naturam, cum ſit perfectio ejus:
Ergo non tollit naturalem (operationem) cognitionem & dilectionem.

DISPUTATIO XIX.

De Argumentatione Locali.

MCC XXXXI.

ADverbia loci ſicut & temporis ſunt univerſalia, particularia, ſingularia & indefinita. Illa in claſſes diſtribuo.

VNIVERSALIA, Vbi eſt? *Vbique, Vbicunque, Vbivis*; *Vbilibet*. Et negativè, *Nullibi, nuſquam*. Vnde venit? *Vndelibet, Vndique, undevis, Vndecunque, Vndequaque*. Sed quà? *Quaquà, Qualibet, Quavis*; *Quacunque*. Et quò? *Quoquo, Quocunque, Quovis, quolibet*?

PARTICVLARIA, Vbi eſt? *Alicubi*. Vnde venit? *Alicunde*. Quà? *Aliquà* & Quo? *aliquo*.

SINGVLARIA, Vbi eſt? *Hîc. Iſtîc. Illîc, Inibi, Ibidem*. Vnde venit? *Hinc, Iſtinc Illinc*. Et quà? *Hac, iſtac Illac, eadem aliqua*. Quo pergit? *Hûc, Iſtûc, Illûc, eodem illò.*

INDEFINITA Vbi? *Ibi*, Vnde? *Inde*, Quà? *ea*, Quò? *eò*, & multa alia quæ ſingulorum Idiomatum proprietas ſuppeditabit.

Adverbiis igitur utimur ut nominibus & dicimus has eſſe Conſequentias bonas, & ſimiles:

Omnis homo eſt animal, Ergo & hic homo eſt animal.
Amo omnem virtutem, Ergo & hanc etiam.
Deus eſt ubique: Ergo etiam hic.
Eſt ſemper: Ergo *etiam nunc.*

Multæque argumentandi formulæ addi poſſent: hanc ſubſcribo.

Vbi Theſaurus tuus, ibi & cor tuum: Vbi nam cor hominis ſit
I. *At ille conſiſtit in nummis:*
Ergo cor tuum in nummis eſt.
II. *At cor tuum in nummis eſt.*
Ergo ille conſiſtit in nummis.
III. *At ille non conſiſtit in nummis:*
Ergo cor tuum in nummis non eſt.

IV. *At cor tuum in nummis non eſt:*
Ergo ille non conſiſtit in nummis.

Major eſt convertibilis,& ideò omnes conſequentiæ ſunt bonæ. Si illa non poſſet converti, primam tantùm & ultimam conſequentiam deberemus admittere. Pono exemplum.

Vbicumque eſt homo ibi etiam eſt animal:
At in ſchola eſt homo. Ergo in ſchola eſt animal.
At in ſchola eſt animal. Ergo in ſchola eſt homo.
At in ſchola non eſt homo. Ergo in ſchola non eſt animal.
At in ſchola non eſt animal. Ergo in ſchola non eſt homo.

Regula.

I.

Hinc patet in maiore locali duos reperiri terminos, priorem & poſteriorem, debereque in minori affirmari priorem, & inferri in concluſione poſteriorem: aut in minore negari poſteriorem & in concluſione affirmari priorem. Hæc Regula indiget expoſitione ſæpè enim elegantiæ causâ invertuntur termini, ut ſi quis dicat.

Ibi eſt cor, ubi theſaurus:
Sed theſaurus tuus in Dei contemplatione eſt.
Cor ergo tuum in Dei contemplatione eſt.

Ergo regula reponatur his verbis,

Exponitur breviter Regula.

Argumentamur ab Vbi *ad* Ibi, *affirmativè*: *& ab* Ibi *ad* Vbi, *negativè*, Quid brevius? quid ſecurius? quid clarius?

II.

Poſſem multa exempla huc facientia producere, ſed brevitatis gratiâ dicta firmabo authoritate D. Pauli qui Actorum 17. ſic inquit. *Non procul eſt (Deus) ab unoquoque noſtrum: in ipſo enim vivimus, movemur & ſumus.* Quæ verba poterunt ad hanc formam reduci.

Nos ſumus in Deo.

& Deus in nobis.

Vbicunque operatur agens, ibi exiſtit:
Deus in omnibus nobis operatur:
Ergo in omnibus nobis exiſtit.

Localis Argumentationis reductio.

Hic ipſe Syllogiſmus reduci poteſt ſine magno labore ad modum *Barbara*: poteſt enim his aut ſimilibus verbis proponi.

Omnis locus, in quo cauſa operatur, eſt locus, in quo cauſa exiſtit.
At omnes nos ſumus locus, in quo Deus operatur:
Ergo omnes nos ſumus locus, in quo Deus exiſtit.

An detur actio in diſtans.

Anne maior eſt certa? Anne repugnat operatio in diſtans? An ſaltem id ex Paulo colligitur? Reſpondeo ſententiam, quam Paulus pronunciat, veram eſſe: at eſſe multos qui negent ſic debere eum intelligi, ut negét actioné in diſtans: ſed de hoc alibi. Sufficiat nobis ſcire verba Pauli, quo ſenſu ab illo dicta, eſſe vera: quo autem ſenſu ille loquutus fuerit, Theologis diſcutiendum relinquo & quia materiæ ſimilitudo juvat, hunc etiam Syllogiſmum ſubſcribo.

An omnes Perſonæ Divinæ ſint ubique?

Vbicunque eſt Pater æternus, ibi eſt Filius & Spiritus ſanctus;
Sed Pater æternus ubique eſt.
Ergò Filius, & Spiritus ſanctus ubique ſunt.
Sed Filius & ſpiritus ſanctus ubique ſunt:
Ergo & Pater æternus ubique eſt.

Primam Conſequentiam admittis: at de ſecundâ dubitas, quia contra lâiam legem militare videtur: at aio ſecundam etiam conſequentiam eſſe bonam: quia major convertibilis eſt. Addo & hunc Syllogiſmum.

An humanitas Chriſti ſit ubique?

Vbicunque eſt divinitas, ibi & Chriſti Domini Humanitas:
Sed Divinitas ubique eſt; Ergo & humanitas

Eſt conſequentia bona, falſa tamen: quoniam major eſt falſa, quidquid contra Lutherani, qui *Vbiquiſtæ* nominantur, delirent. Etiam eſt bonus hic.

Ubi eſt Charitas ibi eſt Fides:
Sed in Hæreticis non eſt fides:
Ergo in Hæreticis non eſt Charitas.

III.

Subjungam alia ex D. Thomâ, quæ majori MCC XXXXIII.
ſplendore totam hanc doctrinam dilucident: Ipſe enim 1.*p.q.*8.*art*.1. Immenſitatem Dei ſic probat. [Vbicumque operatur aliquid ibi eſt. Sed Deus operatur in omnibus ſecundum illud Iſai.26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine. Ergo Deus eſt in omnibus rebus.

An Deus ſit immenſus?

An omnia opera noſtra faciat Deus?

An detur actio in diſtans?

Sed hæc ipſa probatio non dari actionem in diſtans præſupponit, quod multi Philoſophi negant. Et *quæſtione octava art*.4. ſic obiicit contra veram Doctrinam:

An Hominis anima ſit ubique?

Anima ubi vivit ibi ſentit, & ubi ſentit, ibi vivit, & ubi vivit ibi eſt.
Sed anima videt quaſi ubique, quia ſucceſſivè videt etiam totum Cælum
Ergo anima eſt ubique.

Et quidem concluderet fortiter, niſi ab *ubi* viſionis ad *ubi* rei viſæ tranſiret; non enim Anima ubique videt; ſed hinc ubi eſt, videt undique expanſum cælum, quod eſt quaſi ubique.

An in apprehenſione (aut etiam in diſcurſu) ſit verū vel falſum?

Et ejuſdem 1.part.quæſt.17.art.3. ſic arguit. [Dicitur in tertio de anima, quod ubi Compoſitio intellectuum eſt, ibi verum & falſum eſt, ſed compoſitio intellectuum eſt in intellectu: Ergo verum & falſum eſt in intellectu. Et quidem non pauci nec ignobiles Viri admittunt in apprehenſione dari compoſitionem, & ibi falſitatem compoſitionis non admittunt. Sed de hoc alibi.

An in Angelis prælatio ſit?

Et *quæſt*.21.*art*.2. ſic Inſtat: [Vbi eſt perfecta charitas & juſta prælatio, non poteſt eſſe pugna; ſed hoc totum eſt in Angelis; Ergo in Angelis non eſt pugna.]

An pugna in eiſdem ſit?

Et reſpondeo omnes Angelos (& hoc nomine bonos intelligo: mali enim Dæmones ſolent vocari) convenire in fine, & poſſe diſſentire in multorum mediorum electione, ſunt enim liberi.

Et

An Entia poſſint multiplicari ſine cauſa?

Et *quæſt.* 113. *art.* 1. ſupponit illud Axioma Philoſophicum: *Non debent entia multiplicari ſine cauſa*, ſic objicit contra ſanctorum Angelorum Cuſtodiam: [Ubi adeſt fortior cuſtodia, infirmior ſuperfluere videtur; ſed homines cuſtodiuntur à Deo; ergo non eſt neceſſarium quod homo cuſtodiatur ab Angelo.] Subinfert. Ergo non eſt neceſſarium quod cuſtodiantur ab hominibus; quia niſi Dominus ædificaverit Domum, in vanum laboraverunt, qui ædificant eam: Niſi Dominus cuſtodiverit Civitatem, fruſtra vigilant qui cuſtodiunt eam.

An dentur Angeli cuſtodes hominum? An cuſtodia hominum ſit neceſſaria?

Cur Angeli cuſtodiunt homines?

At reſpondeo Deum uti cauſis ſecundis, & velle, quod Homines Angelique rerum eiſdem commendatarum curam habeant: non quia eorum ope indiget, ſed quia ſic vult.

An perſonæ ſint tres?

Et parte 2. *quæſt* 30. *art.* 1. his argumentis localibus utitur, ut inſtando contrà veritatem ipſam luculentius illuſtret. [Ubicunque eſt numerus, ibi eſt totum & pars; Si igitur in Deo ſit numerus perſonarum, erit in Deo ponere totum & partem, quod ſimplicitati divinæ repugnat.]

An habeant ordinem?

Et *quæſt.* 42. *art.* 3. [Ubicunque eſt pluralitas ſine ordine, ibi eſt confuſio: ſed in divinis perſonis non eſt confuſio: Ergo eſt ibi ordo.]

An ſint æquales?

Et *quæſt.* 42. *art.* 4. [Ubicumque eſt totum & pars, plures partes ſunt aliquid majus quàm una tantùm vel pauciores: ſicut tres homines ſunt aliquid majus, quàm duo vel unus: ſed in Divinis videtur eſſe totum univerſale & pars: nam ſub relatione vel notione plures notiones continentur: cùm igitur in parte ſint tres notiones, in filio autē tantùm duæ, videtur quod filius non ſit æqualis patri:] Et bene argumentarentur, ſi omnes tres perſonæ ſimul ſumptæ eſſent perfectiores una ſolâ: Tres ſunt; perfectæ, infinitæ & immenſæ, at omnes tres habent unam & eandem ſingulariſſimam infinitatem, immenſitatem, æternitatem, &c. Unde reſolvendum in Divinis pluralitatem & numerum perſonarum dari Theologicè, hoc eſt, ſublatis omnibus imperfectionibus. Ad Angelos veniens D. Thomas. Dæmonum Monarchiam aut etiam Hierarchiam ſic impugnat, 1. p. q. 109. art. 2. [*Vbi non eſt obedientia & ſubjectio non eſt prælatio hæc autem ſine concordia eſſe non poſſunt, quæ in Dæmonibus nulla eſt, ſecundum illud proverb.* 13. Inter ſuperbos ſemper ſunt jurgia: *Ergo in Dæmonibus non eſt prælatio.*]

An omnes perſonæ ſimul ſumptæ ſint perfectiores una ſolâ.

An ſit apud Dæmones Hierarchia & ſpiritualis ſubordinatio.

IV.

Sedes juſtitiæ, Sedes veritatis.

Notari hîc volo non eſſe localem omnem ſyllogiſmum, in quo adverbium locale reperiatur; ſed illum cujus major ſit hæc, *Vbi eſt B. ibi eſt A.* unde hunc judico non eſſe ſyllogiſmum localem.

An Iuſtitia veritatē requirat?

> *Iuſtitia eſt in voluntate*, eſt enim certitudo voluntatis, ut dicit Anſelmus.
> *Veritas autem eſt in Intellectu* ſecundum Philoſoph. in 6. Metaph. & in 6. Ethic.
> *Ergo Iuſtitia non pertinet ad veritatem.*

Eo utitur D. Thomas 1. *p. quæſt* 21. *art.* 2. ſed ſi hunc localem eſſe velis, nolam multum in re tantillâ diſputare.

Examinantur aliqui ſyllogiſmi.

V.

Poſui nonnullos bonos & qui poſſint Lectorem meū conducere ut ſimiles alios cōformet, nunc aliquos informes aut deformes ſubſcribo, ut ex eorundem correctione poſſit Regula lata confirmari. MCXCLV.

Primo loco occurrit Hieronymus Vida 3. *Poetic.* apud Joannem Ludovicum de la Cerda *cap.* 7. *Elogiorum Virgilii*: ſic inquit:

Virgilij ante omnes læti hic ſuper aſtra feremus
Carminibus Patriis laudes, decus unde Latinum;
Vnde mihi vires, animus mihi ducitur unde.

Quæ carmini ad hanc formam reduco,

Vnde Latinis decus, mihi vires, & animus, ille carminibus patriis eſt colendus;
At Virgilius iſt, unde Latinis decus ducitur, & mihi animus & vires accreſcunt:
Ergo carminibus patriis eſt colendus Virgilius.

Ergo non omninò condemno hunc ſyllogiſmum: quia ſi à rigore videatur declinare nonnihil, ſciendum eſt majora ſolere carmini condonari. Ponam alia, quæ indigent ſeveriori cenſurâ. Lege ergo ſubſequentes;

I. *Vbi eſt vitæ principium, ibi eſt anima:*
Vitæ principium in corde eſt:
Ergo & in corde eſt anima.

II. Ubi puriſſimus ſanguis, ibi eſt animus: *Vbinam ſit anima?*
At puriſſimus ſanguis eſt in corde:
Ergo in corde eſt animus.

III. *Vnde vox & ſermo procedit, ibi eſſe animæ ſedem neceſſe eſt,* [cum enim ſermo ſit mentis nuncius, aliunde profectò nequit proficiſci quàm ab ipſa mente:]
At ſermo proficiſcitur ex corde [proficiſcitur enim à pectore per arteriam aſperam.] *Quomodò fiat vox?*
In corde igitur ſedem animæ eſſe neceſſe eſt.

IV. Lex ſcripta eſt in anima: *Vbinam ſit lex?*
Lex ſcripta eſt in corde:
Ergo in corde eſt anima.

V. *In ea corporis parte, quæ primò generatur, eſt anima,*
At arteria in corde primùm generantur,
Ergo in corde eſt anima.

Hæ ſunt quinque rationes, quibus uti aut abuti ſolent, qui animam in corde conſtituunt. Singulas breviter examinabo.

VI.

In primo ſyllogiſmo qui Matthæi Dreſſeri eſt lib. 2. de animâ pag. 71. multa diſplicent nam anima eſt in toto corpore, juxta illud.

Spiritus intus agit, totoſque infuſa per artus,
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Anima vegetiva ſenſitiva; & iſta rationalem antecedit. Vita principium ubi ſit?

Præterea non eſt ſtatim rationalis anima quando vitæ principium: quoniam vegetativa & ſenſitiva Anima priores ſunt rationali. Sed neque minor caret difficultate: ſunt enim qui dicant vitæ principium eſſe in cerebro; at quidquid ſit de veritate præmiſſarum, forma eſt bona & conveniens, in quâ admiſſis præmiſſis non poterit conſequentia negari.

Syllogiſmus ſecundus, ut Dreſſerus teſtatur, eſt Empidoclis, in quo etiam collaudabo formam, nec tamen ſine expoſitione aut limitatione admittam præmiſſarum materiam.

Sermo animæ nuncius.

Tertius eſt Lenonis & Chryſippi, quem recitat Galenus lib. 2. de placitis Hippocratis & Platonis; & videntur ſermonem per modum Legati intelligere: & ſupponere à Loco, in quo Rea non eſt, internuncium dimitti non poſſe.

An animus in cerebro ſit?

Quartus Dreſſeri eſt, qui propter hunc ſolum ſyllogiſmum exiſtimat animum non alibi quàm in cerebro ponendum eſſe. Dabo verba Dreſſeri.

Et ſi Galenus probabiliter in cerebro rationalem Animam colloeat, tamen facit authoritas ſcripturæ cœleſtis, ut credamus cor eſſe ſedem animæ, quippe quæ aſſirmat *ex corde cogitationes procedere*. Marc. 7. & Paulus ait: *Legem ſcriptam eſſe in corde.*

Porrò, ratiocinium quartum bonum eſt; etiam hoc erit bonum, nimirùm;

Lex ſcripta eſt in corde;
Lex ſcripta eſt in anima:
Ergo in anima eſt cor.

Et per conſequens etiam iſta erunt bona;

Anima eſt in pede:
Anima eſt in capite:
Ergo in capite eſt pes.
Ergo in pede eſt caput.

Lex ſcripta eſt in Lapidibus:
Lex ſcripta eſt in Animâ:
Ergo in Animâ ſunt Lapides.
Ergo in Lapidibus eſt anima.

Deus eſt in Cælo:
Deus eſt in Inferno:
Ergo in Inferno eſt Cœlum.
Ergo in Cœlo eſt infernus.

MCC XLVII. Quintum Argumentum infirmum appellat Dreſſerus. pag. 73. & ſi illud infirmum eſt, cur primum debeat eſſe forte non video; puto quinti formam eſſe legitimam, at præmiſſas incertas. Neſcio enim cur non poſſit alicubi eſſe anima vegetativa, ubi abſit ſenſibilis vel rationalis: & cum ad generationis humanæ initium anima vegetativa ſufficiat, neſcio cur debeat major neceſſariò concedi. Minor etiam incerta eſt; nam Galenus negat fœtum in utero reſpirare per primos generationis dies, & ſi non reſpirat neo corde indigere videtur. Sed Ariſtoteles & Avicenna cor primum vivere & ultimo mori, atq; ideò principium eſſe omnium partium ſimilarium & diſſimilarium ſtatuunt. Porrò puto Galenum ſententiam tenere Ariſtotelis, ſi quid contrà dixit leviter *lib. 5. de locis affectis*, prudenter retractaſſe: ibi enim ait, pereunte cordis temperie neceſſariò perire actiones cerebri & jecoris, ſed pereunte temperie cerebri & jecoris non neceſſariò ſimul cordis actionem perire, *Ex quo colligi ſanè poteſt* ait Dreſſerus, *Cor eſſe animæ ſedem*; principalem intelligo, nam anima toto corpore expanditur.

An generationem ſufficit anima vegetativa. An fœtus reſpiret in utero? An cor primum vivat & ultimum moriatur? Pars duplex: ſimilaris, & diſſimilaris. An non ſit in toto corpore anima?

VII.

Siquidem duas ſimul illuſtramus ideas, alteram Dialecticam & alteram Philoſophicam, ut ſyllogiſmorum localium efficaciam & ſedem animæ penitiùs cognoſcamus, unum aut alterum adhuc Galeniſtarum ratiocinium ponemus. MCC XLVIII.

De ſenſuũ principio.

Vbi nervorum & ſenſuum eſt principium, ibi eſt anima:
At nervorum & ſenſuum principium eſt in cerebro.
Igitur Anima eſt in cerebro.

An anima in cerebro ſit?

Hinc Galenus *lib. 7. de Placitis Hippocratis & Platonis, Dicẽdum eſt*, inquit, *in ipſius cerebri corpore animam habitare*, quod ipſum aliqui ex ejuſdem Galeni *lib. 3. de locis affectis* ſic confirmant,

Vbi primum Inſtrumentum Animæ, ibi eius etiam ſedes:
At primum Inſtrumentum Animæ, nempè ſpiritus animalis, eſt in cerebro:
Ergo etiam Anima eſt in cerebro.

Et quidem in utroque ſyllogiſmo eſt forma legitima, & hoc nobis nunc ſufficit; at ſemper erit falſum Animam non eſſe in toto corpore, ſed in unicâ tantùm ejus parte; & difficile ex ſenſu aut vità ad animam rationalem procedere.

VIII.

Poſſet aliquis interrogare, an iſte ſyllogiſmus ſit bonus: MCC XLIX.

An qui ſolus, ſit nullus?

Vbi es ſolus, es nullus:
Hic es ſolus:
Ergo hic es nullus.

Reſpondeo terminos ſumi poſſe realiter & moraliter: qui ſi non ſemper evidenter concludant, interdum ita attemperatur materia, ut concluſio ſit certa. Conſidera lineas ſequentes:

Fides ſola juſtificans, nulla eſt fides.

Religio, in qua ſola fides eſt, quæ juſtificat hominem, nulla eſt fides:
At in Religione Lutherana ſola fides eſt, quæ juſtificat hominem.
Ergo in Religione Lutheranâ nulla eſt fides.

Quas Dilingæ Anno 1589. Bernardus Müller à S. Gallo in Theologicâ diſputatione de fide ad Diſtichum iſtud reduxit:

Nulla

Nulla Fides ubi ſola Fides & prava voluntas.
Sola ſed Hæreticis, Nulla ſit ergo Fides.

MCCL *Fides ſine operibus mortua. Quomodo deperdatur fides?*

Et patet: quia ad ſalutem Fides ſola non ſufficit: Fides enim ſine operibus mortua eſt: & qui opera neceſſaria non eſſe delirat, eſt Hæreticus; & qui eſt Hæreticus non habet Fidem: hæc enim realiter perditur quocunque gravi infidelitatis peccato.

Sed majoris eruditionis causâ ad moralia tranſeamus & alterum ſubſcribamus exemplum.

Vt condemnetur aliquis, duo requiruntur conteſtes.

Vt plenè condemnetur reus, unus teſtis nullus eſt teſtis:
At in cauſa Fabritii unus eſt teſtis:
Ergò, ut plenè condemnetur, nullus eſt Teſtis.

Huic non eſt abſimile illud, quod à multis urgetur, videlicet;

An in cauſis gravibus unicus debeat eſſe teſtis?

Vbi unus eſt Iudex, nullus eſt Iudex:
At in Tribunali N. unus eſt Iudex:
Ergo in Tribunali N. nullus eſt Iudex.

Et hic etiam ſyllogiſmus eſt bonus: homo enim tot eſt ignorantiarum & paſſionum perturbationibus obnoxius, ut non debeat permitti tribunal, in quo detur unicus, qui carens Adſeſſoribus & Collegis, jus dicat: nam experientiâ teſte, ubi realiter unus eſt, moraliter eſt nullus Judex: ubi enim negotia ſunt, quibus unus non ſufficiat, tunc illa exhaurientur ab uno, cùm à nullo.

Solet idem aliis verbis proponi: nos hæc ſubjicimus

Conſilium unius, conſilium nullius:
At hoc eſt conſilium unius:
Ergo hoc eſt conſilium nullius.

quæ debent eodem modo explicari.

Diximus hanc ratiocinationem eſſe bonam interdum: quia plerumque erit mala, plerumque enim falſam aſſumet; hæ enim poſitiones, ſi in ſenſu reali ſeclucis omnib' moralitatibus ſumantur, ſunt falſæ

Vbi unicus eſt homo, ibi nullus eſt homo:
Vbi unica eſt arbor, ubi nulla eſt arbor;
Vbi unica eſt domus, ibi nulla eſt Domus:
Vbi unus eſt fluvius, ibi nullus eſt fluvius, &c.

De Sorite Locali.

Locales propoſitiones, aut etiam argumentationes multæ reperiuntur in libris; Soritæ pauci. hunc ego in Exemplum produco, *MCCLI*

Vbi Rex eſt puer, Conſiliarii carent omni timore:
Vbi conſiliarii carent omni timore, Senatores ſubornantur impunè:
Vbi ſubornantur Senatores, Iuſtitia exulat:
Vbi Iuſtitia exulat, periclitatur Reſpublica:
Ergo ubi Rex eſt puer, periclitatur Reſpublica.

FINIS.



HERCULIS
LOGICI
LABORES TRES.

videlicet

I. Nîl-negans.

II. Non-omnis.

III. Contingens.

INVENTI, DESCRIPTI, DEMONSTRATI,
INGENIO ET INDUSTRIA

CARAMUELIS.

SIVE

PRÆCVRSORIS LOGICI

PARS ALTERA.



FRANCOFVRTI.

Sumptibus JOAN. GODOFREDI SCHÔNWETTERI,

Anno M. DC. LV.

LECTVRO.

Salus ab inimicis.

Fvit Hercules Alemenæ filius, & ut Græcis Authoribus placet, ob implacabile Iunonis odiũ celeber; ſæpè enim inimici potentes, quos perdere volunt, exaltant. Dicitur à Græcis

Hercules unde dictus

Ἡρακλῆς, hoc eſt ἥρας κλέος *aut aeris aut cœli gloria*, quia dũi n vita maneret, & hac frueretur aura, fuit inclytus, & demũ potentiâ carmi

Potentia carminum

num donatus cœlo, immortalitatem nactus eſt. Eius labores multi, & univerſi triumpho condecorati. Duodecim enumerebant Vete-

Labores Herculis.

res, Iuniores quatuor ſupra triginta. At inter ipſos ſummus Calpæ ab Abylâ avulſio, & Hi-

Conradus Geſnerus voce Hercules.

ſpaniæ à regione Africanâ diſcretio. Sub illud tempus Mari Mediterraneo Hiſpano-maurus mons obiectus, erat impedimẽto, ne exoneraret in Oceanum: & ideò dictus NON PLVS VLTRA: quoniã è totâ Græciâ, Aſiâ & Africâ naves ad littora diverſa appulſæ hucuſque per-

Calpe, Abyla, & Non plus ultra, montes.

venire ſolebant, ſed ultra non poterant: Stagnabat hoc Pelagus, & receptis Iberi, Tiberis, Danubij, Nili, & aliorum ditiſſimorũ fluviorum undis intumeſcebat, & toti Europæ mi-

Calpen ab Abyla ſecernit Hercules.

nabatur. Tunc lacertoſus juvenis Calpen cõmovens, & ab Abylâ avellens, aperuit vorticibus viam, & periclitantem Europã à minis undarum liberavit. Hæſit rerum natura cùm tale audivit facinus; & quia ultrà, nihil elatius aut

Non plus ultra.

dignius excogitari potuit, exclamavit & dixit, NON PLVS VLTRA. Et Nautæ, qui Oceanum nunquã cogitarant, ſed ad Calpen & Abylan, tanquã ad ultimos terminos, naves ſuas diri-

Plus ultra.

gebant, ut viderunt fretum pervium & liberũ PLVS VLTRA, & PLVS VLTRA clamarunt. Et

An mare Mediterraneum fluvius ſit?

quid quæſo ultra? Duplex Oceanus, Athlanticus & Meridionalis, cum quibus collatum Mare Mediterraneum fluvius eſt.

Mare Dialecticum, quantum ſit?

Hæc omnia me juvant & inſtituunt. Eſt Dialectica nobiliſſimum pelagus, clauſum undique terminis, & Mediterraneo ſimillimum: non enim tot iſtud limitibus & promontoriis terminatur, quot terminis illa cõſtituitur. Le-

Termini Logici.

gantur Iuniorum Philoſophorum libri, & tãta reperietur terminorum varietas, ut quocũque ingenij vela dirigas, navim rationis in aliquos fines appellas. Claudebat Logicam bi-

Bicollis in Dialectica montis.

collis Reductionum mons, & ſtudioſa Iuventus, cùm huc præterlabebatur, audiebat Elementa clamãtia NON PLVS VLTRA. Ergo Her-

Dialectica indigebat Hercule.

cule ſuo indigebat Dialectica, ut collem à colle avellẽdo, inundantes antiquæ doctrinę divitias in campos latiſſimos exoneraret. Sed quis quæſo Herculem aget, & montem hunc aperiens & dividens, Logicam breviſſimis finibus clauſam ad latitudinem immẽſam, quã ambîmus, reducet. Authorum Sacrorũ & Pro-

Quam ſit utilis ſacrorum & prophanorum lectio.

phanorũ lectio, quæ modos & figuras arguẽdi & ſuadendi nos docet, quas ignoravit Ariſtoteles, & hodie negligũt Peripatetici. Ipſa oſtendet nihil eſſe impoſſibile ingenioſo labori. Ipſa, ut nos duxerit ad Reductionum montes, ad quos appulſi dicebant NON PLVS VLTRA, oſtendet ulteriores Oceanos & ingeminabit

In Dialectica erit ſemper plus ultra.

PLVS VLTRA. Ipſa demõſtrabit clariſſimè totam Logicam veterẽ, tametſi fuſiſſimè à multis Recentioribus traditam, eſſe minimam veræ

Quanta antiqua Dialectica novæ ſit pars?

Logicæ partem, & eandem ad novam habere proportionem, quã Mediterraneũ & Oceanũ.

Ergo Iuventus ſtudioſa Dialectices, ſiquidem Monſtra ſyllogiſmorum ſuperaſtis: Monſtra inquam,

Syllogiſmorum monſtra.

——— ſingula quorum

Nomina ſunt ipſo pæne tremenda ſono.

Applaudo libentiſſimè vobis: veſtra victrix & triumphabunda graviſſimas difficultates vicit mens; & perduxit carinam ad bicollem Reductionũ limitem, ubi frænetur veſter impetus, retardetur impulſus, ſiſtatur animus, & audiantur Genij clamantes NON PLVS VLTRA.

An expediat addiſcere totã Dialecticam?

Hæc ſciviſſe ſufficiat juveni Phyſicam audituro: & fortè non expediret plura addiſcere, ne dum plurimus eſſe cupit in Logica, ſit in maioribus facultatibus nullus: nam, ut optimè dixit Galenus:

Ars longa, vita brevis.

Eſt ars, quam Iuvenes poſſunt addiſcere, longa:
Quamque ſolent illi perdere, vita brevis.

Profeſſores plura ſcire tenentur.

At Vos Profeſſores doctiſſimi, qui liberiorẽ Spiritum ducitis, & omnia exactè ſcire vultis, & ut dignitati reſpondeatis, deberis; hic in ipſo Dialecticæ limite audite vobis dici, PLVS VLTRA. Non clauſit Natura omnia maria cis colũnas Herculeas, ſed ultra illas ditiſſimos effudit Oceanos, quibuſcum Mediterraneum collatum pauperrimum Pelagus ſit. Et quoniam Ars naturam imitatur aut ſequitur, omnes arguendi & ſuadendi Modos cis Redu-

Ars naturæ imitatrix.

ductionum montes noluit claudere: ſed ultra illos, innumerabiles eoſque pulcherrimos & fortiſſimos poſuit; ipſoſque tãto ordine & numero, ut cum citerioribus collati, hi modi nullam omninò videantur proportionẽ habere.

Macti igitur animo Doctores & Profeſſores ſubtiliſſimi, viam vobis aperui, & ſedavi tempeſtuoſos vortices ut ſecurè navigare poſſitis; non autem omnes ſinus detexi aut omnia ſum

Nullus orbi qui totam poſſit illuſtrare Dialecticam.

emenſus maria, nam & aliò advocor, & multa à longè viſa, indiſcreta relinquo temporis penuriâ laborans. Vos igitur quibus Deus otia fecit, & tempus liberius conceſſit, dialecticari pergite, & præter illa quæ proſequor, & quæ inſinuo, plurima reperietis, quibus ſubtiliſſimam hanc facultatẽ ditare & ornare poſſitis.

Quid ſit labor?

Quot ſint labores Herculis?

Celebrantur Herculis labores duodecim (multi enumerant plures, nec omninò minùs glorioſos illis, qui recenſeri ab aliis ſolent.) Et quid Mundus intelligit *laborum* no-

Quid ſignificet hoc nomen Labor?

mine? Victorias excellentes & claras: ſudore, aut etiam fuſo ſanguine partas, & magno periculo adquiſitas. Victoria enim ſine labore

Victoria ſine labore. Labor ſine victoria.

digna triumpho non eſt; & labor ſine Victoriâ, non ſolùm indignus eſt laureâ, ſed etiam *laboris* generoſo vocabulo; illius enim qui vincitur infelices conatus, non dicuntur *labores*

Herculis multij

Multos terrarum Orbis Hercules, monſtrorum domi-

Archimedes. *Cicero in Oratione pro A. Cluent.* *In magnis voluiſſe ſat eſt.* *Quanti Archimedes literas?* *Quanti ille ob literas ab hoſte factus?* *Virtus omnibus grata.* *Viri optimi opprimuntur à peſſimis.*

domitores habuit, Orbis literarius nō nullos, & inter ipſos Archimedem, quē apotheoſi Rhetoricâ adſcribit Divis Cicero, quòd cœlos novos mirâ induſtriâ & ingenio formaverit. *Hic, ait, velut Deus terrenus mechanico artificio ſphæram vitream fecit, in qua mira arte diſſimiles motus circulorum (cœlorum) viſebantur.* Multa ille feliciter abſolvit, multa incœpit, multa conari aut ſaltem deſiderate eſt auſus: nā in arduis & impoſſibilibus interdū fecit ingenij virtus potius, quàm in communibus rebus relucet. Tanti ille literarum ſtudium, ut interceptis Syracuſis, dum unuſquiſque propriæ vitæ conſuleret, ipſe cum Muſis ageret, & de angulorum, linearumque, quantitate diſſereret. Tanti ille etiam apud hoſtes & inimicos factus, ut Marcellus muro Syracuſarum expugnato, dum victori militi immittit liberiores habenas, præcipit, ut Archimedi parcerent: Virtus enim univerſis eſt grata. Sed tamen Archimedes occubuit Velitis ignorantis manu: nihil enim in mundo antiquius ignorantiâ & potentiâ; nec mirari debemus hodie, ſi videamus præclaros viros opprimi hoc ſolo nomine, quòd docti ſint; & obſcuros pleroſque, hoc ſolo nomine quod indocti ſint, impunè cōtra doctos graſſari. Non inquam mirari hoc debemus, nam à mundi incunabulis boni fuerūt à malis afflicti, oppreſſi, trucidati.

Audaces conatus Archimedis. *Voluit totam tellurē dimovere.* *Philoſophia cœlū. Ariſtoteles Atlas.*

Archimedes, dum viveret, auſus eſt multa: ſed inter alia, audaciæ monſtrum conatus ille fuit, qui loco ſuo totum orbem terrarum dimovere curabat. Multa in hunc finē ille meditatus, ultra omnem ſpem ſpetans, ſibi deeſſe media conqueritur, quibus poſſit prodigium exſequi, quod mens dictaverat. Sed quæ media? *Date*, inquit, *mihi punctum fixum extra terram, et illam ego totam quocumque velitis transportabo.* Sed nemo fuit, qui ſuppeditaret illud punctum, & ideò Archimedes occaſionem aut obligationem terram transferendi nō habuit.

At prodit hodie in lucem Hercules Logicus, & quia Herculem Lybium, & Archimedem Siculū ſuperare cōtēdit, poſt glorioſos ſudores & labores, inter pulveres literarios ſe ſubrigēs omnes Viros claros & doctos advocat & ſic infit. *Videtis-ne Philoſophiā? Cœlū illa eſt, cuius Ariſtoteles fuit Atlas. Et quia omnia cedunt tempori, vacillat hoc ævo Atlātis huius (Ariſtotelis) authoritas poteſtaſque, & idtonutat totà natura, & Orbis literarius periclitatur. Adſum Atlāti & cœlo Ariſtotelis & Philoſophiæ. Hercules ſum, oneri ſubmovebo humerū, tātoque impetu vim cœlo inferā, ut pede preſſa terra univerſa trepidet, nec unquā expertafuerit vires tantas. Terra univerſa? Sic dixi: & ſi nimiū pollicitus videar, attēdite: Videtis-ne Peripateticorū Logicā, omniū ſcientiarum centrū, omniū baſin? Sicut tellurē cœli, ſic illā naturales ſcientiæ coronant, circūdant, venerantur. Tuta eſt: ſecura eſt: immobilis eſt. Sic putatis. Date ergo mihi extra iſtā Logicā (extra iſtā terram) vel unū punctū fixū, firmumque, & totā ego, quāta eſt, loco ſuo dimovebo, iſtā invertā aut evertā, totā dedolabo & excidā, totā in novas ſpecies trāsformabo.*

Hercules Logicus. *Qualis ſit Ariſtotelis Logica?* *Primum punctum: ſecundum: Tertiumque.* *Affirmare & negare eſt de Poſitionum eſſentia.* *Subſtantia accidentibus, & accidentia nobiliora ſunt modis.*

Audiit ingenioſa felicitas, & tria puncta firma & ſecura, omnia extra Peripateticorum ſenſum exhibet, & exſpectat à Thaumaturgo hoc Logico prodigioſa miracula. Primū punctū extra Peripateticorum Orbē, eſt Nil-Negans: ſecundū Non-omne; tertiū Contingens. quæ hoc ordine ſunt recenſenda: quoniā affirmatio & negatio ad Propoſitionum eſſentiā & ſubſtantiam ſpectant: univerſalitas autē diſtributiva ad quantitatem: & contingentia ad modū: & ſubſtantia quantitatem, & modū quantitas dignitate præcedit. Et quidē hæc tria puncta firma, certa & imobilia ſunt; & quibuslibet machinis erigendis & ſuſtentādis apta. In audiit Felicitatē noſter Hercules & ſe felicē ratus, periclitatur data puncta, ſintne verè immobilia, an periculo expoſita; & quia motûs aut lapsûs ſuſpicionē non invenit, illa acceptat & approbat, & in arenā literariam deſcendens inſiſtit primo puncto, & primo labori ſe accingit. Totā ille Peripateticorū Logicā, totum orbē Ariſtotelicæ doctrinæ ſe dimoturum, aut etiā verſurū, ac propterea lōgè promoturū promittit; & quia peregrinus & exter, me ut ſpondeā & protegam apud Viros doctos ſollicitat. Admitto igitur fidei juſſoris obligationē, multis difficultatibus implicitā & multæ invidiæ expoſitam. Et pronuncio promiſſa factis impleturū hunc Herculē: totū Orbē literariū loco ſuo dimoturum, totā logicā veterē verſurū, mutaturū, tranſlaturum; duo tamen orans; alterū nē diſcipuli legant, quæ Magiſtris ſcripta; ſunt enim multa, quæ in Lectore ingenium benè excultū requirūt. alterū, ut hęc omnia, quantā ſcribuntur, tantā attentione & ſinceritate legantur, amamus enim veritatem; & ſumimus calamum docere & doceri parati.

Promiſſio Authoris. *Labores iſti à Diſcipulis logi non debēt; quoniam veteris Logicæ notitiam ſuppoſitam ſupponunt.*

N I L. N E G A N S.

HERCVLIS LOGICI

Labor I.

Propoſitiones omnes negativas magno Dialecticorum bono excludens: illiſque expunctis novam conformans

L O G I C A M.

An novā hac inventa opponantur antiquis? *MCCLII. Non ſemper quæ à puerorum ingenio nata deſpicienda.*

AN-NE in ſenectute contemnemus audacis ingenij tyrocinia; quæ olim à nobis, aut etiam ab aliis magni facta? Minimè. &, ſi non contemnemus, cur non trademus ſerio, volemuſque hanc unicam doctrinam admitti, & antiquam contemni? Quia nova inventa, cum antiquis aliquando non pugnant. Sed potiùs mutuo veritatis ſplendore juvantur. Po-

nam ob oculos ingenij ebulientis fervorem; qualem valde puer olim coram Magnifico Rectore, & Doctorum eximiorum ſenatu Compluti exhibuit: addam Cenſuram ab annis paucis à me ſcriptam: & Orationem illam meam, & eiuſdem Cenſuram ſinceritati tuæ (Candide & ingenioſe lector) committam examinandam; approbandam nimirum, ſi placuerit; &, ſi diſplicuerit, reprobandam.

Quid ſibi certum ſit ſtudeat.

LECTIO
DIALECTICA

Habita Compluti ab Authore cum in concurſu CLXXII. Commilitonum ad primam Lauream in Philoſophico ſtadio adſpiraret.

MCCLIII. *Tres ſolent proponi materiæ.*

TRes mihi proponuntur materiæ (omnes tres Logicæ, omnes tres Animaſticæ) tres inquam; ſic enim obtinuit conſuetudo, ſic Examinatorum diſponit amica benignitas, tenero examinandorum ingenio ſeſe attemperans. Prima Propoſitionem continet, Diviſionem ſecunda, Contradictionẽ tertia. Sed quam ſim prælaturus (Rector Magnifice, & Eximij Domini Examinatores) expectatis. Primam eligens univerſas comprehendo, & primæ binas inſerens, univerſas exponam. Quid in cõtroverſiis, quæ excitari debent, ſentiat Socrates, Plato, Ariſtoteles; quid Thomas & Scotus, nõ quæritis; me enim examinatis, & non illos. Quid didicerim fruſtrà rogabitis; cùm præſtet rogare quid ſciam. Eximio Domino meo Magiſtro honorem & reverentiam defero, non adſenſum; quoniam in rebus quæ Fidem Orthodoxam non tangunt, interior homo liber eſt. Novam ingredior viam; ſi nimiùm de meo ingenio præſumã, puer ſum. Notam verbulo eluo, nõ enim puero indecens eõmittere puerilitatem. An ex mente, an ex arrogantiâ proceſſero, vos ipſi, quorum intereſt, examinabitis: ego ad rem venio, & ſi indignus ſim, quem adſenſu ſequamini, ſaltem attentione ſequimini.

An ne examinandus debeat loqui ad mentem alienam & non propriam?

Nonnulla interdum licent puero, quæ ſeni non licent.

De Propoſitione.

Propoſitio eſt *Oratio unum de altero affirmans.* Hæc definitio bona eſt, univerſas complectitur; non enim dantur Negativæ. An blaſphemare in Dialecticas Deitates videor, cùm negantes Propoſitiones nego? Quid faciam? Amicus Socrates, Amici Plato & Recentiores, ſed magis amica veritas. Obtinuit apud Univerſos opinio, quæ Poſitiones in affirmantes & negantes dividit, quæ negationes ipſas in infinitantes & negantes; cùm tamen nulla ſit ex illis, nulla ex iſtis, quæ negans. Omnes illæ affirmativæ ſunt, infinitantes omnes iſtæ. Proderunt ſequentes Concluſiones.

Quid ipſa ſit

An dentur negativæ?

MCCLIV. De Terminis. *Quid ſint*

PRIMA. *Propoſitio conſtat duobus terminis (ſubjecto, prædicato) & copula utcumque connectente.* Clara res eſt, nec majoris illuſtrationis indiga; quoniam in Propoſitione *Homo eſt Animal*, termini ſunt *Homo & Animal*, quorum ille ſubjicitur ut de eo aliquid dicatur: & hoc de altero dicitur & prædicatur. Copula eſt verbum *Eſt*, quæ hominem & animal connectit. Ubi obiter advertendum, poſſe dari Enũtiationes plurimas prædicato aut ſubjecto, aut etiam utroque differentes [ut ſunt *Homo eſt animal, Equus eſt animal, Homo eſt rationalis, Equus eſt hinnibilis*, è quibus prima & tertia prædicato, at tertia & quarta utroque, prima verò & ſecunda ſubjecto differunt.] nõ tamẽ differentes copulâ, in omnibus enim verbum *Eſt* exprimitur aut ſubintelligitur in caſu vel perſonæ vel temporis; nã per illas & iſtas verbum ſubſtantivum inflecti non negamus.

An dentur plures copulæ?

An verbũ eſt flectatur?

Aliquorũ in noſtra Academiâ opinione verbum *Eſt* non eſt copula, ſed prædicatum, nam & ipſum de ſubjecto dicitur: at puto eâdem potuiſſe proprietate ſermonis nominari ſubjectum, nam cùm dicitur Petrus eſſe, ſubditur ut aſſeratur aut eſſe bonus aut malus aut quidpiam aliud. Unde cùm copulam non velimus cum ſubjecto confundere, non eſt cur illam ipſi velint confundere cum prædicato.

An ſit prædicatum?

De Copulâ.

SECUNDA. *Negatio eſt res carentia, & poteſt afficere ſubjectũ & etiã prædicatũ, nunquã copulã.* Demonſtrat primã partẽ hæc Poſitio, *Aliquod non-homo eſt equus*, quæ æquivalet, huic *Aliquod Ens, quod caret humanitate, eſt equus*; ſecundam hæc, *Leo eſt non homo*, aut clariùs, *Leo eſt ens humanitate carens*. Demõſtraturo ultimam obiicis hanc enuntiationẽ, *Nullus Planeta ſcintillat* in quâ exiſtimas copulam infici negatione. At dico hanc ipſam enuntiationem, *Nullus Planeta ſcintillat*, eſſe affirmantem & æquipollere huic, *Omnis planeta eſt non-ſcintillans*. Hoc ipſum clariſſimè demonſtro, ſequentem ſyllogiſmum examini curioſo exponens.

Quid negatio ſit an cadere in copulam poſſit

Omne ſydus, quod non ſcintillat propè eſt;
Nullus Planeta ſcintillat;
Ergo omnis planeta prope eſt;

An Planetæ non ſcintillent & cur

Conſequentia eſt legitima, nec poſſibilis alia ipſi ſimilis, quæ inferat ex veris falsũ, & tamẽ cõſequens eſt affirmativũ, & juxta regulas Dialecticæ affirmativa cõcluſio poſtulat utrãque præmiſſã afferentẽ. Ergo iſte ſyllogiſmus, quẽ cõtẽplationi veſtræ expono, ſiquidẽ bonus ipſe, & cõſequentiã affirmativã habens, præmiſſis affirmativis cõſtat, & eſt in *Barbara*. Igitur Poſitio illa, *Nullus Planeta ſcintillat*, affirmativa eſt. Ergo nulla datur negativa poſitio: quoniã eâdẽ omnino viâ, qua hãc perſuaſimus negativã nõ eſſe, poterimus quãcumque aliã. Supereſt igitur, ut eũdem ſyllogiſmum ad terminos veros reducamus. Sic igitur [cum Raggelman *in Theſibus logicis. num.* 8.] eumdem ſyllogiſmum reponam.

Propoſitiones negativæ non dantur.

Omne ſydus non ſcintillãs eſt propinquũ telluri;
Omnis planeta eſt ſydus non-ſcintillans;
Ergo, omnis planeta eſt propinquus telluri.

Igitur

Igitur, *Nullus planeta ſcintillat*, tametſi negativa videatur, æquivalet huic, *Omnis planeta eſt ſydus non ſcintillans*, quæ eſt univerſalis & aſſerens. Et uberioris doctrinæ & claritatis gratia, unum aut alterum ſimilem ſyllogiſmum addamus.

Omne animal, quod non eſt homo, irrationale eſt;
Nullus equus eſt homo;
Ergo omnis equus irrationalis eſt.

Quis ſit Hæreticus, & quis non.

Omnis Chriſtianus, qui non admittit ſummum Pontificem, hæreticus eſt;
Nullus Lutheranus admittit ſummum Pontificem;
Ergo omnis Lutheranus eſt hæreticus.

Omnis creatura intellectualis, quæ non habet corpus, eſt angelica;
Nullus Seraphinus habet corpus;
Ergo omnis Seraphinus eſt angelicus.

MCCLV. In quibus omnibus poſitiones minores affirmant: nam prior æquipollet huic, *Omnis equus eſt animal, quod non eſt homo*; rigoroſiùs, *quod eſt non homo*. Subſequens iſti, *Omnis Lutheranus eſt non admittens Summum Pontificem*. Poſterior huic, *Omnis Seraphinus eſt non habens corpus*. Concluditur ergo omnem propoſitionem eſſe affirmativam, omnem negationem ſubjecto prædicato-ve, nullam vero copulæ ſubſtantivæ adhærere.

Harlæus ſuæ ſubſcribere doctrinæ tenetur.

Subſcribere noſtræ doctrinæ vel invitus tenebitur Pariſienſis Harlæus, qui Logicæ part. 3. cap. 5. pag. 56. b. *Si negatio*, ait, *fuerit pars Medy; tunc enim minor voce-tenus erit negans; ſed habebit vim affirmantis, ut ex concluſione hujus ſyllogiſmi liquet.*

Quidquid non eſt corruptibile, eſt immortale;
Anima rationalis non eſt corruptibilis;
Igitur Anima rationalis eſt immortalis.] Sic ille.

Nulla extrema poſſunt negatione conjungi.

Hoc ipſum quod ad oculum experimento Logico demonſtravimus, potuiſſet docere ipſius copulæ ingenium, diviſio enim non copulat, nec totum componitur extremis & carentiâ unionis. Igitur, ſi *Homo non eſt equus*, eſt totum quoddam Logicum, præter terminos copulam debet habere; & quidem illud *Non eſt*, non eſt unio, ſed unionis carentia, adeoque copulare non poteſt. Standum igitur eſt noſtræ doctrinæ; dicendumque copulam negatione non affici; illam poſitionem, qualitercumque pronunrietur, eſſe aſſerentem, & æquivalere huic, *Homo eſt non-equus*. Nec mirum vobis videri debet illud *Eſt* inter *non* & *equus* poſitum negatione non affici, hancque

An negatio operetur in diſtans.

intacto illo *Eſt* proximo; *equum* remotiorem afficere; quia cum copula ſit negationis incapax, tangi non poteſt; quia fortè cauſæ reales operantur in diſtans: aut ſaltem id convenit intentionalibus; nam & ego in viſo interpoſito aëre murum ulteriorem conſpicio, quoniam aër inviſibilis eſt. Et ne videar vel leviter urgeri, ideo ratiocinium contra communem opinionem retorqueo. Nam in propoſitione *Nullus homo eſt lapis*, illa ipſa negatio, quæ imbibitur in voce *nullus*, ſubjectum non afficit tametſi illud immediatè ſequatur, & negationis capax ſit. Et probatur; nam propoſitio poſita non æquivalet huic, *Omnis non homo eſt animal*; & hoc in omnium opinione: ſed vel huic, *Omnis homo non eſt animal*, ut olim jam putaviſtis; vel potius huic, *Omnis homo eſt non-animal*, ut me viam aperiente putabitis. Ergo ſicut non repugnat negationem, quæ in voce *Nullus* intermiſſo homine capaci Copulam, ut vultis, afficere, non repugnabit intermiſſâ copulâ, quæ innegabilis omninò eſt, afficere ſolùm prædicatum.

Planè an cauſa reales, aut intentionales.

De appellatione vocis Nullus.

De Oppoſitione.

TERTIA. *Omnis oppoſitio inter aſſerentes verſatur*: nempè, ſi prædicatur, quod ponitur in unâ, infinitetur in alterâ, ut patet in ſubjectis, *Petrus eſt, habens albedinem, Petrus eſt non habens albedinem.* Præcipui termini, quibus oppoſitionem ſignificamus, iſti ſunt, *Habens, Carens; Habens: Non habens; Carens, Noncarens.*

Quid oppoſitio ſit: & an inter affirmativas reperiatur?

MCCLVI. QUARTA. *Oppoſitio eſt triplex; Contraria, Subcontraria, Contradictoria.* Dabo definitiones ſingularum. *Oppoſitio contraria eſt inter duas affirmativas univerſales, quarum prædicatum eſt infinitum in unâ & non in altera*, quales ſunt illæ, *Omnis homo eſt albus, Omnis homo eſt non-albus*; huic enim ultimæ æquipollet hæc, *Nullus homo eſt albus.* Subcontraria verſatur intèr duas particulares aſſerentes, quarum prædicatum ponitur in unâ, & infinitatur in alterâ. ut, *Aliquis homo eſt albus, Aliquis homo eſt non-albus*; quoniam huic ultimæ æquivalet hæc, *Aliquis homo non eſt albus.* Oppoſitio contradictoria intereſt aut duabus ſingularibus, aut univerſali & particulari; modò utraque aſſerat, & prædicatum altera poſitivum, & altera habeat infinitum: ut patet in ſequentibus, *Petrus eſt albus, Petrus eſt non albus*, aut *Petrus non eſt albus.* Vel etiam, *Omnis homo eſt albus, Aliquis homo eſt non albus*, aut *Aliquis homo non eſt albus.* Paradigma proponimus, & ob oculos ſiſtimus univerſam oppoſitionem terminorum.

Quotuplex illa ſit?

Contraria.

Subcontraria.

Contradictoria.

Et primò conſiderari volo oppoſitionem, quæ reperitur inter *Eſt* & *Eſt non.* vel ut æquivalentibus verbis loquar, inter *Eſt* & *Non eſt*: non corrigere Grammaticam volumus, ſed ſtatuere negationem ſive uno ſive alio modo loqui velis, non afficere copulam, ſed prædicatum.

Cùm hæc dicebam, aut ſcribebam, nondum obſervaveram ſyncategorema Non omnis nulli ei (?) [...] æquipollere, & ideò locum particularem poſtularã.



Rationalis, *Irrationali* opponitur, quoniam *Irrationale* idem eſt quod *Non rationale* in univerſorum ſententiâ.

MCCLVII *At ſuadeo ne temerè utaris his vocabulis.* Sicut opponitur *Rationale* & *Irrationale*, aut etiam *Rationale* & *Non rationale*; ſic etiam *Habens*, *Non habens*; *Carens*. *Non carens*; ſic etiam *Aptus*, *Ineptus*; *Armatus*, *Inermis*; *Factus*, *Infectus*; *Viſus*, *Inviſus*; *Doctus*, *Indoctus*; & millena alia, in quibus *In* eſt negativa, aut ut alij loquuntur infinitiva, *quia non obtinent unam & eandem ſignificationem æquè ubique.* (?)

Secundò volo etiam ſubiungere oppoſitionem quæ reperitur inter *Habens* & *Carens*. Conſidera delineationem ſubſequentem.



Sed quia negantibus propoſitionibus, non modò Oppoſitiones, ſed etiam ſunt Enunciationum Converſiones mutandæ; has etiam periodos ſubiicio.

De Converſione. QUINTA. *Converſio ſecundum ſuum conceptũ genericum eſt commutatio ſubiecti & prædicati.* At, quia propoſitiones ſunt variæ, variæ ſunt etiam converſiones.

MCCLVIII. Species Propoſitionum tres. *Primò* enim propoſitio eſt poſitiva aut infinita. Poſitiva dicitur, quæ nullam habet negationem; Infinita, quæ aliquam; & hanc aut in ſubjecto, aut in prædicato. Illa vocabitur infinita ſubjectivè; hæc prædicativè. Hæ tres propoſitionum differentiæ poſitis exemplis illuſtrantur. *Homo eſt animal. Non homo eſt equus. Homo eſt non equus.*

Propoſitionum Quantitas. *Secundò* etiam propoſitio, ſi quantitas conſideretur, eſt Indefinita, Univerſalis, Particularis, Singularis. Singularis eſt quæ habet ſubjectum affectum ſigno ſingulari, ut *Hic homo eſt animal*; Particularis, quæ particulari, ut *Aliquis homo eſt Animal*; Univerſalis, quæ univerſali, ut *Omnis homo eſt animal* [Sed quia hæc vox *Omnis* aut *Omnes*, tam univerſali copulativo, quàm diſtributivo convenit, ut æquivocatio omnis tollatur, libentius utar his univerſalitatis ſignis, videlicet, *Quilibet*, *Vnuſquiſque*, *Quicumque*.] Et tandem propoſitio Indefinita eſt, quæ nullo, ut *Homo eſt animal*. At cenent multi tertiinios Indefinitos non differre à particularibus, & idem eſſe *Hominem* dicere; quod *Aliquem Hominem*. Quamobrem iudicant propoſitionem *Omnis homo eſt animal*, æquipollere huic, *Omnis homo eſt aliquod animal*.

Subalternatio quadr. *Tertiò* notandum eſt ſub *Omni* ſemper intelligi *Aliquid*, & hoc tam in ſubjecto quàm in prædicato; & valere conſequentiam ex termino univerſali ad particularem: ut cum dicimus; *Paulus eſt omnia omnibus. Ergo eſt aliquid alicui.*

MCCLIX. *Quartò* aſſerendum eſt, juxta novam iſtã doctrinam.

ctrinam, Converſionem eſſe regulariſſimam & facillimam. Dico igitur eſſe valdè communem & pulchrũ argumentandi modũ à converſâ ad convertentem & è contrà: & tametſi Veteres multas Converſiones cognoverint, ego puto *Adæquatam*, quam vocamus, ſufficere, & reliquas ex eâ ſubnaſci. Adæquata igitur Converſio eſt *unius propoſitionis ad aliam neceſſaria conſequentia ex totali tranſmutatione terminorum; ut prædicatum, quantum eſt, tranſeat in ſubjectum & contrà.* Et illuſtratur hoc exemplo. *Hic Homo eſt aliquod animal, Ergo aliquod animal eſt hic homo.* Ubi vides neutrum terminum perdere ſuam quantitatem, & tamen mutari inter ſe. Ut igitur generalem Regulam tradam, pronuntio, *omnes Propoſitiones universales, Particulares & Singulares, ſeu negent ſeu aſſerant, adæquatè converti.* [Omiſi Indefinitas, quia ſumma additur Dialectico toti facilitas, ſi illæ æquipollere particularibus iubeantur.] Adde exempla.

Quid ſit adæquata Converſio?

An indiſfinita propoſitiones particularibus æquivaleant?

Univerſ. affir. *Quilibet homo eſt animal.*
hoc eſt, *Quilibet homo eſt aliquod animal.* } Æquipoll.
I. *Ergo, Aliquod animal eſt quilibet homo.*
II. *Ergo, Aliquod animal eſt aliquis homo.*
Sive, *Aliquod animal eſt homo.* } Æquipoll.

Particul. affir. Aliquis equus eſt vivens.
hoc eſt, Aliquis equus eſt aliquod vivens. } Æquipoll.
I. ergo, Aliquod vivens eſt aliquis equus.
Sive, Aliquod vivens eſt equus. } Æquipoll.

Univerſ. negativ. *Nullus leo eſt arbos.*
hoc eſt, *Nullus leo eſt aliqua arbos.* } Æquipoll.
I. ergo, *Aliqua arbos eſt nullus leo.*
II. ergo, *Aliqua arbos eſt aliquid non leo.*
Sive; *Aliqua arbos eſt non-leo.*
aut etiam, *Aliqua arbos non eſt leo.* } Æquipoll.

Vel ſic, Quilibet leo non eſt arbos.
hoc eſt, Quilibet leo non eſt aliqua arbos.
& clarius, Quilibet leo eſt aliquod non-arbos. } Æquipoll.
I. Ergo, Aliquod nõ-arbos eſt quilibet leo.
II. Ergo, Aliquod nõ-arbos eſt aliquis leo.
Sive, Aliquod non-arbos eſt leo. } Æquipoll.

Particul. negat. *Aliquod animal non eſt homo.*
hoc eſt, *Aliquod non animal eſt aliquis homo.*
& clariùs, *Aliquod animal eſt aliquod non homo.* } Æquipoll.
I. *Ergo, Aliquod non homo eſt aliquod animal.*
Sivè, *Aliquod non homo eſt animal.* } Æquipoll.

Vide quam facilis negatio hæc propoſita à nobis, & quam difficilis ab aliis convertitur.

Singular. affirmat. Hic homo eſt vivens.
hoc eſt, Hic homo eſt aliquod vivens. } Æquipoll.
I. Ergo, Aliquod vivens eſt hic homo.

Singular. negat. *Hic equus non eſt lapis.*
hoc eſt, *Hic equus nõ eſt aliquis lapis*
vel clariùs, *Hic equus eſt aliquod nõ lapis.* } Æquipoll.
I. *Ergo, Aliquod non lapis eſt hic equus.*

Ecce videtis omnem propoſitionem Converſione noſtrâ, quam diximus *Adæquatam*, converti. Nec nimium hinc abeſt doctrina Veterum, tametſi regulis prolixioribus, obſcurioribus & difficilioribus tradita. MCCLX.

De Contrapoſitione.

Quantò Converſioni Contrapoſitio eſt addenda, quæ eſt aut Converſioni ſimilis, aut quædam Converſionis ſpecies; *quæ conſiſtit in tribus. Primò enim retinet quantitatem ſubjecti, nec illam ad prædicatum transfert; ſecundò utrumque terminum infinitat; & tertiò ſubjectum in prædicatum commutat:* Et dico omnes etiam Univerſales & Particulares, ſeu afferant ſeu negent, exceptâ particulari negativâ, contraponi. Et quid hîc dicent quæſo Peripatetici, cùm à Contrapoſitione excludi illam propoſitionem videant, quam cæteris excluſi illi admittendam putabant: Volent vocum acceptionem percipere & noſtras rationes ponderare. Et loco illarum nos exempla ſequentia ſubſcribimus:

An particularis negativa per Contrapoſitionem convertatur.

Univerſ. affirmat. *Quilibet homo eſt animal.*
Ergo Quodlibet non animal eſt non-homo.

Particular. affir. Aliquis equus eſt albus.
Ergo Aliquod non-album eſt non-equus.

Univerſal. negat. *Quilibet canis eſt non-lapis,*
Ergo Quodlibet non-non lapis eſt nõ-canis.
ſeu, *Quilibet lapis eſt non-canis.* } Æquipoll.

Particul. negat. Aliquis leo eſt non-metallum:
Ergo, Aliquod non-non-metallum eſt nō-leo.
Seu, Aliquod metallum eſt non leo. } Æquipoll.

Particular. negat. *Aliquod animal non eſt homo*
Ergo Aliquod non-non homo eſt non animal.
Seu, *Aliquis homo eſt non animal.*

Unde patet cur hæc Propoſitio, *Nullus canis eſt lapis*, tranſeat in hanc, *Nullus lapis eſt canis*; quia iſtæ tres, *Nullus canis eſt lapis, Quilibet canis eſt non-lapis, Omnis canis eſt non lapis*: ſicut etiā tres iſtæ, *Nullus lapis eſt canis, Quilibet lapis eſt non-canis, Omnis lapis eſt non canis*, ſunt æquipollentes inter ſe. *Hinc patet*, cur noluerimus Particularem negantem contraponi: quia vi formæ interdum è vero falſum diduceretur.

De Syllogiſmo. MCCLXI. *Modi diminuûtur.* SEXTA. *Figurarum numerus non dependet à negativarum Propoſitionum negatione vel affirmatione. Manebunt igitur Figuræ ut anteà; ſed Modorum numerus mirum in modum diminuetur*: Patet illud prius; quoniam Galenus & poſt eum Recentiores innumeri, tametſi Propoſitiones negativas concedant, quartam nihilominus figuram admittunt. Patet etiam hoc ultimum; quoniam juxta noſtram doctrinam *Celarent* tranſit in *Barbara*; & *Ferio* in *Darij*; &c. Cauſas rationeſque clarâ brevitate exponamus.

De Figura Galeni. Dico igitur in Figurâ Galenicâ medium eſſe prædicatum in majori, ſubiectum in minori. Contrà in Ariſtotelicâ. In ſecundâ eſſe prædicatum in utrâque: & ſubjectum in Tertiâ. Has tres Figuras ultimas vetus Dialecticus carminibus bilæ comprehendit.

Barbara, Celarent, Darij, Ferio, [*Baralipton, Celantes, Dabitis, Fapeſmo, Friſeſomorum*]
Ceſare, Cameſtres, Teſtino, Barocco. *Darapti*,
Felapton, Diſamis, Datiſi, Bocardo, Feriſon.

Amandus Polan⁹ Polansdorfius in Syntagm. Logico Ariſtotelico-Ramæo, q̃ Baſileæ anno 1605. in lucem edidit, ut diſtinctiùs has figuras exponeret his verſibus fuit uſus.

Barbara, Celarent Primæ, *Darij*, *Ferioque*
Ceſare, Cameſtres Feſtino, Baroco ſecundæ,
Tertia grande ſonans recitat *Darapti*, *Felapton*,
Adjungens *Diſamis, Datiſi, Bocardo, Feriſon.*

An indirecti Modi omitti poſſint. Omiſit, nec immeritò, indirectos modos primæ figuræ, quoniam, ut videbimus, in ſingulis reperiuntur Figuris, & directis adnati, ſeorſim non debent recenſeri, niſi etiam in cæteris Figuris recenſeantur.

Sanè in priori figurâ quatuor illos modos cognoſcunt, *Barbara, Celarent, Darij, Ferio*: nos duos tantùm, excluſis enim *Celarent Ferioque* admittimus *Barbara* & *Darij*. Quæ admittimus, exponi aut probari non debent, quoniam Veterum inventis inſiſtunt, debent, quæ exploſa, ut ſciant omnes eadem neceſſariò neganda. Si ſequamur communes Regulas, hic ſyllogiſmus eſt in *Celarent*.

CE- *Nullus homo eſt lapis*,
LA *Omne rationale eſt homo*,
REN. *Ergo nullum rationale eſt lapis.*

Quòd ſi pro ſcriptis negantibus propoſitionibus, aſſerentes infinitas, quæ ſunt æquivalentes, ſubſtituam, hunc reperiam.

BAR- *Omnis homo eſt non-lapis*
BA- *Omne rationale eſt homo*,
RA. *Ergo omne rationale eſt non-lapis.*

Et hic ipſe eſt in *Barbara*: non ergo dari poteſt ſyllogiſmus in *Celarent* conſtructus.

Sed & *Ferio* deberè expungi adſerui, & nunc perſuadeo, Conſidera ſequentem ſyllogiſmum.

FE- *Nulla arbos eſt aurea*,
RI- *Aliqua Platanus eſt arbos*,
O. *Ergo aliqua Platanus non eſt aurea.*

In *Ferio* eſſet, ſi negantes poſitiones darentur. At quoniam univerſæ aſſerunt, & quæ negantes credebantur, infinitæ ſunt, hic ipſe ſyllogiſmus in *Darij* eſt; vel examina poſitiones ſequentes.

DA- *Omnis arbos eſt non-aurea*,
RI- *Aliqua Platanus eſt arbos*,
I. *Ergo aliqua Platanus eſt non aurea.*

Ecce Ariſtotelia prima figura tantummodò duos Modos habet, quorum ſi commutes præmiſſas (majorem in minorem, & contrà) habebis figuram Galenicam, quam multi quartam dicunt, adeòque nolim in re tam manifeſtâ hærere.

Progredior, & omiſsâ penultimâ figurâ, quam ſtatim reſumam, ultimam recognoſco. MCCLXII.
Complectebatur iſtos Modos,

——————— *Darapti*,
Felapton, Diſamis, Datiſi, Bocardo, Feriſon,

Et excludo *Felapton, Bocardo Feriſon*, qui negativis conſtant, quas ego nequaquam admitto. Modos nobis ingratos expendamos.

FE- *Nullus homo eſt lapis*,
LAP- *Omnis homo eſt rationalis*,
TON. *Ergo aliquod rationale non eſt lapis.*

Syllogiſmus eſt in *Felapton*, quem ſi corrigas, ad *Darapti* & ſequentem reduces.

DA- *Omnis homo eſt non-lapis*,
RAP- *Omnis homo eſt rationalis*,
TI. *Ergo aliquod rationale eſt non-lapis.*

Sed eiſdem inſiſtendo principiis, reſolvamus alterum in *Bocardo*.

Doc-BO- *Aliquis homo non eſt albus*,
tam- CAR- *Omnis homo eſt animal*,
co. DO. *Ergo aliquod animal non eſt album*,
reducetur ad hunc, qui in *Diſamis*.

DI-Ali-

DI- *Aliquis homo eſt non albus,*
SA- *Omnis homo eſt animal,*
MIS. Ergo *aliquod non animal eſt non-albũ.*

Eâdem methodo *Feriſon* reducentes ad *Datiſi* toutilem eſſe conviocemus. Sic diſcutrimus.

FE- *Nullus homo eſt canis,*
RI- *Aliquis homo eſt albus,*
SON. *Erge aliquod album non eſt canis.*

reductiſq; negationibus ad veros terminos;

DA- *Omnis homo eſt non canis;*
TI- *Aliquis homo eſt albus,*
SI. *Ergo aliquis homo eſt non-canis:*

Stat igitur ultimam figuram tres habere modos, noo ſex; retinendos, *Darapti*, *Diſamis*, *Datiſi*, expungendos *Felapton, Bocardo, Feriſon.*

MCC LXIII. Penultima Figura hos modos juxta communia placita tenebat *Ceſare*, *Cameſtres*, *Feſtino*, *Bareco*, oos reponimus *Barbara* & *Daru*, nullumque hîc ſyllogiſmum admittimus in quo alterius præmiſſæ & conſequentiæ prædicatum non infinitetur. Si major infinitari jubeatur, hic erit ſyllogiſmus in *Barbara*, ſecundæ Figuræ.

BAR- *Omnis homo eſt non-lapis,*
BA- *Omnis jaſpis eſt lapis,*
RA. *Ergo omnis jaſpis eſt non homo.*

& ſi infinitantes ad negantes reduceres, haberes in *Ceſare* ſequentem ſyllogiſmum.

CE- *Nullus homo eſt lapis,*
SA- *Omnis jaſpis eſt lapis,*
RE. Ergo *nullus jaſpis eſt homo.*

Infinitando etiam majorem ſyllogiſmum alterum conſtruamus in *Daris* ſecundæ Figuræ.

DA- *Omnis homo eſt non leo,*
RI- *Aliquod vivens eſt leo,*
I. *Ergo aliquod vivens eſt non-homo.*

& hunc Ego ſyllogiſmum transferam in *Feſtine*, ſi infinitas in negantes converrens, ſic inquam.

FES- *Nullus homo eſt leo,*
TI- *Aliquod vivens eſt leo,*
NO. *Ergo aliquod vivens non eſt homo.*

Si infinitare minoris prædicatum placeat, erit ſyllogiſmus in *Barbara* penultimæ figuræ.

BAR- *Omnis homo eſt riſibilis,*
BA- *Omnis leo eſt non riſibilis,*
RA. *Erge omnis leo eſt non-homo.*

quem ad *Cameſtres* & ſequentem reduces:

CA- *Omnis homo eſt riſibilis;*
MES- *Nullus leo eſt riſibilis,*
TRES. *Ergo nullus leo eſt homo.*

Infinitando etiam minoris prædicatũ fit ſyllogiſmus in *Daris* ejuſdem figuræ penultimæ.

DA- *Omnis homo eſt intellectivus,*
RI- *Aliquod album eſt non intellectivum,*
I. *Ergo aliquod album eſt non homo.*

qui reducitur ad *Baroco* & ſequentem.

Dac-BA- *Omnis homo eſt intellectivus,*
to-RO- *Aliquod album non eſt intellectivum,*
to.CO. *Ergo aliquod album non eſt homo:*

Hinc patet Reformatæ Dialecticæ Modos eſſe pauciſſimos, nec numerum quaternarium excedere, videlicet A A A. A A I. A I I. I A I... quos ſic poſſumus denominare. MCC LXIV.

PALLADA, ARMATIS, CAPITIS, LIGATIS. quibus omnes Antiqui correſpondent: nam

In prima Figura

PALLADA æquivalet Modis Galenicis; videlicet *Bammada*, *Camene*; & Ariſtotelicis [*Barbara, Celaren,*] &c. *Nova & breviſſima Modorum nomina.*

ARMATIS non ſolùm modis impuris, *Feſapor* & [*Fapeſmor,*] quorum ille Galeni eſt, hic Ariſtotelis. Sed etiam puris *Bammadi*, *Cameno* [*Barbara, Celaren*] &c.

CAPITIS æquipollet [*Daris* & *Ferie.*] ac impuro *Feſiſor.*

LIGATIS tandem puris *Dimagni* & *Firmeo*; ac impuro [*Fiſeſmor*] ut à Galenicis diſtinguerem modos Ariſtotelicos parentheſi quadratâ illos incluſi:

In ſecundâ Figura

PALLADA ponitur pro *Ceſare*, & *Cameſtres*; non enim dantur plures, in quibus univerſaliter concludi poſſit.

ARMATIS ponitur pro *Ceſaro* & *Cameſtro.*

CAPITIS pro *Feſtino*, *Baroco*, modis notis ab omnibus. Et tandem

LIGATIS pro indirectis & ante nos non obſervatis modis; nimirùm *Frimeſor*, & *Docamor.*

In tertia Figura

PALLADA non habet locum, quia nullus eſt modus, qui univerſaliter concludat:

ARMATIS correſpondet *Darapti*, *Felapton* & *Fapelmor.*

CAPITIS verò iſtis, videlicet *Datiſi*, *Feriſon* & *Dacoccor.* Et tandem

LIGATIS correſpondebit modis *Diſamis*, *Bocardo*, & *Fiſmeror.*

Ecce quanto compendio Modorum omnium ſyllogiſticam numeroſitatem ad numerum quaternarium reduxerimus, aſſeruerimuſq; non poſſe fieri ſyllogiſmum, qui non incidat in unum ex iſtis, videlicet, *Pallada*, *Armatis*, *Capitis*, *Ligatis.* Quod ne temerè alicui dictum videretur, multa præmiſſimus & multa clariora ſubjiciemus. Per ſingulos modos diſcurramus.

[Ponite igitur, nè multiplicemus propoſitiones, conſilio omnes Poſitiones negantes in prædicationes infinitas converti: & nomen ſyllogiſmi etiam adjunctum reſpicite, & cognoſceris Modum ad quem ſyllogiſmus ſpectaret, ſi ſuas negativas retineret. Duas etiam ubicumque conſequentias poſuimus, è quibus ſecunda, ſi univerſalis, primæ eſt contrapoſitio; & ſi particularis, ſimplex converſio:] MCCLXV.

Modo PALLADA in hac prima Figura modi *Bammada*, *Barbara*, *Camene* & *Celaren* correſpondent, coincidentiam diligenter & ſtudiosè examinemus. *Prima Figura.*

Medium

Medium ex Regula debet ſubiici in unâ præmiſſa,in alia verò,(quæ ſit univerſalis)prædicari. Conſequentia in ſyllogiſmis puris extremitatem illam prædicat, quæ in præmiſſis fuerat prædicata.

Bam-PAL-*Omnis homo eſt animal,*
ma- LA- *Omne animal eſt vivens,*
da. DA. *Ergo omnis homo eſt vivens.*
* * *Ergo omne nō-vivēs eſt non-homo.*

Bar-PAL- *Omne animal eſt vivens,*
ba- LA- *Omnis homo eſt animal,*
ra. DA. *Ergo omnis homo eſt vivens.*
* * *Ergo omne vivens eſt non-homo.*

Ca- PAL-*Omnis homo eſt animal,*
me- LA- *Omne animal eſt non-lapis,*
ne. DA. *Ergo omnis homo eſt non lapis.*
* * *Ergo omnis lapis eſt non-homo.*

Ce-PAL- *Omne animal eſt non-lapis,*
la LA- *Omnis homo eſt animal,*
sen.DA. *Ergo omnis homo eſt non-lapis.*
* * *Ergo omnis lapis eſt non-homo.*

Non ſunt plures poſſibiles puri,qui univerſaliter concludant,&tamen omnes,correſpondent uni & ſoli PALLADA.

MCC LXVI. *Notetur hac doctrina,* Portò,ſi manentibus præmiſſis univerſalibus infinitetur medium cùm prædicatur, (illud enim non infinitamus,cùm ſubiicitur) dabuntur impuri ſyllogiſmi , in quibus iuxta Regulas conſequentia erit indirecta & particularis:ergo non PALLADA, ſed ARMATIS; cui reſpondent *Feſmapor*,& *Fapeſmor*.

Feſ-AR- *Omne animal eſt non-lapis,*
map-MA-*Omnis lapis eſt ſubſtantia.*
or. TIS. *Ergo aliqua ſubſtantia eſt non animal.*
* * *Ergo aliquod non-animal eſt ſubſtantia.*

Fap-AR-*Omnis lapis eſt ſubſtantia,*
es- MA-*Omne animal eſt non-lapis,*
mor.TIS.*Ergo aliqua ſubſtantia eſt non-animal.*
* * *Ergo aliquod non-animal eſt ſubſtantia.*

Ecce dedimus omnes combinationes poſſibiles,nec putamus poſſe duas univerſales præmiſſas pluries conferri &coaptari.Vnam univerſalem cum altera particulari componamus, ut probemus Modo CAPITIS modos *Daris*,*Ferio*,& *Feſiſmor* reſpondere. [Regula eſt,quod medium in puris debeat in particulari prædicari,& concludere directè;&in impuris debeat in particulari ſubiici, & concludere indirectè,] Cōcludit directè,ſi extremitas quæ prædicabatur in præmiſſis; etiam in concluſione prædicetur.

Da- CA-*Omnis homo eſt riſibilis,*
ri- PI- *Petrus eſt homo,*
i. TIS. *Ergo Petrus eſt riſibilis.*
* * *Ergo aliquod riſibile eſt Petrus.*

Fe-CA-*Omnis homo eſt non-leo,*
ri- PI- *Aliquid riſibile eſt homo.*
o. TIS.*Ergo aliquod riſibile eſt non-leo.*
* * *Ergo aliquod non-leo eſt riſibile.*

Feſ-CA- *Omnis lapis eſt non-animal,*
is- PI- *Aliquod animal eſt homo,*
or. TIS. *Ergo aliquis homo eſt non-lapis,* *Modus impurus.*
* * *Ergo aliquod non lapis eſt homo.*

Hic ultimus impurus fuit,&ideò concludere indirectè debuit.Sed quid ſi univerſalem præmiſſam particularis præcedat ? Erit modus LIGATIS, cui *Dimagni*, *Firmeo*, & *Fiſeſmor*; correſpondebunt,eiſdem legibus,quæ in CAPITIS,poſitæ ſunt. MCC LXVII.

Di- LI- *Aliquis homo eſt animal,*
mag-GA-*Omne animal eſt ſenſibile,*
ni. TIS. *Ergo aliquis homo eſt ſenſibilis.*
* * *Ergo aliquod ſenſibile eſt homo.*

Fir- LI- *Aliquis homo eſt animal,*
me- GA-*Omne animal eſt non lapis,*
o TIS.*Ergo aliquis homo eſt non lapis.*
* * *Ergo aliquis non lapis eſt homo.*

Fis- LI- *Aliquod animal eſt homo,*
es- GA-*Omnis lapis eſt non-animal,* *Modus indirectus.*
mor.TIS.*Ergo aliquis homo eſt non- lapis.*
* * *Ergo aliquis non lapis eſt homo.*

Et hæc de prima Figura ſyllogiſmorum ſint ſatis.Transeo ad alteram.

Poſtulat ut medium prædicetur in utraque præmiſſa ; & infinitetur in altera:& ut extremitas,quæ fuit in univerſali propoſitione in concluſione infinitetur & prædicetur.In hac Figura Modo PALLADA æquipollent *Ceſare* & *Cameſtres*, ut demonſtrabunt ſyllogimi ſequentes. Secunda Figura.

Ces- PAL-*Omnis equus eſt non homo,*
sa- LA- *Omne rationale eſt homo,*
se DA. *Ergo omne rationale eſt nō equus.*
* * *Ergo omnis equus eſt nō rationalis.*

Cam-PAL-*Omne rationale eſt homo,*
mes- LA- *Omnis equus eſt non homo,*
tres. DA. *Ergo omnis equus eſt nō rationalis.*
* *Ergo omne rationale eſt nō-equus.*

Modus ARMATIS, etiam vim habet in ſecunda Figura: quoties enim concluditur univerſaliter,particulariter concludi poſſet.

Modo CAPITIS reſpondent *Feſtino* , & *Baroco*(*Dactoro*)quos expendo.

Fes- CA- *Omnis homo eſt non-equus,*
ti- PI- *Aliquod animal eſt equus,*
no. TIS. *Ergo aliquod animal eſt nō homo.*
* * *Ergo aliquod nō homo eſt animal.*

Dac-Ba-CA- *Omnis homo eſt rationalis,*
to- ro- PI- *Aliquod animal eſt non rationale,*
ro. co. TIS.*Ergo aliquod animal eſt non homo.*
* * * *Ergo aliquod non-homo eſt animal.*

Et tandem Modo LIGATIS reſpondent *Frimeſor*,& *Docamor*:ut conſpicis.

Fis-

Modi indirecti.

Fis-LI- *Aliquod animal eſt equus,*
meſ-GA- *Omnis homo eſt non-equus,*
or. TIS. *Ergo aliquod animal eſt non-homo.*
* * *Ergo aliquis non-homo eſt animal.*

Doc,LI- *Aliquod animal eſt non rationale,*
am- GA- *Omnis homo eſt rationalis,*
or. TIS. *Ergo aliquod animal eſt non homo.*
* * *Ergo aliquis non-homo eſt animal.*

Vbi videris medium ſemper eſſe impurum, & alteram extremitatem, nempè quæ erat in præmiſſa univerſali, in concluſione infinitari, & prædicari: alteram dico; unde ſi utraque præmiſſa eſt univerſalis, non infinitabitur & prædicabitur utraque, ſed tantùm altera. Vtra tamen? quam tu malueris.

MCC LXVIII. *Tertia Figura.* In hac Figura Modus PALLADA non habet Locũ: omnes enim in ea Modi particulariter concludunt: nec eſt cur potiùs major extremitas de minore, aut minor de majore in concluſione prædicetur.

Sed modo ARMATIS reſpondent, *Darapti, Felapton*, & *Fapelmor*. Singulos contemplemur.

Da-AR- *Omnis homo eſt animal,*
rap-MA- *Omnis homo eſt riſibilis,*
ti. TIS. *Ergo aliquod riſibile eſt animal.*
* * *Ergo aliquod animal eſt riſibile.*

Fe- AR- *Omnis homo eſt non-Leo,*
lap-MA- *Omnis homo eſt animal,*
ton. TIS. *Ergo aliquod animal eſt non Leo.*
* * *Ergo aliquod non-Leo eſt animal.*

Fap- AR- *Omnis homo eſt animal,*
elm-MA- *Omnis homo eſt non-Leo,*
or. TIS. *Ergo aliquod animal eſt non-Leo.*
* * *Ergo aliquis non-Leo eſt animal.*

Et quidem Modo CAPITIS reſpondet *Datiſi, Ferſon* & *Dacoccor.*

Da- CA- *Omnis homo eſt animal,*
tis- PI- *Aliquis homo eſt albus,*
i. TIS. *Ergo aliquod album eſt animal.*
* * *Ergo aliquod animal eſt album.*

Fe-,CA- *Omnis homo eſt non-equus,*
ris- PI- *Aliquis homo eſt animal,*
on. TIS. *Ergo aliquod animal eſt non-equus.*
* * *Ergo aliquod non-equus eſt animal.*

Da-CA- *Omnis homo eſt animal,*
cor-PI- *Aliquis homo eſt non-equus,*
cor. TIS. *Ergo aliquod animal eſt non-equus.*
* * *Ergo aliquod non-equus eſt animal.*

Et tandem Modo LIGATIS correſpondebunt reliqui, videlicet *Diſamis, Bocardo*, & *Fiſmeror*. Singulos breviſſimè expendamus.

Dis- LI- *Aliquis homo eſt albus,*
am-GA- *Omnis homo eſt animal,*
is. TIS. *Ergo aliquod animal eſt album.*
* * *Ergo aliquod album eſt animal.*

Doc-Bo-LI- *Aliquis homo eſt non-equus,*
cam-car-GA- *Omnis homo eſt animal,*
co. do.TIS. *Ergo aliquod animal eſt nõ-equus.*
* * * *Ergo aliquod nõ-equus eſt animal.*

Fis- LI- *Aliquis homo eſt animal,*
me-GA- *Omnis homo eſt non-equus,*
ror-TIS. *Ergo aliquod animal eſt non-equus.*
* * *Ergo aliquod non-equus eſt animal.*

Pono calamum, & ſiquidem clarè demonſtravi omnes Veterum modos, & etiam illos quos mea diligentia reperit, multos, varios, legitimos, novâ arte traditos ad quatuor tantummodò reduci, & paucis regulis poſſe explicari, non eſt cur meos Dominos verbis pluribus gravare pergam. MCC LXIX.

De Syllogiſmorũ reductione. Sed & aliquid de reductione & oſtenſiva, quam vocãt, ſyllogiſmorũ probatione ſubjicio, ut omnia illuſtrata dicantur: Ad Peripateticorum mentem ipſa facilis & ſecura; in hoc tantùm aliquâ correctione digna, quod *Baroco* & *Bocardo* directos & univerſis notos modos; nec non duos alios indirectos (nimirùm O,A.Or, & A.O.Or. qualitercumque placeat eos nominare) prætereat, quaſi reduci oſtenſivè non poſſint. Nos illos etiam, æquè ac reliquos omnes, oſtenſivè reducimus; & ſubjectis exemplis demonſtramus.

Dac-BA- *Omnis homo eſt animal,*
to- RO- *Aliquis lapis non eſt animal,*
ro. CO. *Ergo aliquis lapis non eſt homo.*

Et indirectè.

Doc- * *Aliquis lapis non eſt animal,*
am- * *Omnis homo eſt animal.*
or. * *Ergo aliquis lapis non eſt homo.*

Iubeo contraponi univerſalem & ſic reduci ad primam figuram.

* DA- *Omne non-animal eſt non-homo;*
* RI- *Aliquis lapis eſt non-animal,*
* I. *Ergo aliquis lapis eſt non-homo.*

* DI- *Aliquis lapis eſt non-animal,*
* MAG- *Omne non-animal eſt non-homo,*
* NI. *Ergo aliquis lapis eſt non-homo.*

Quid exactiùs: Tranſeamus ad irreducibiles tertiæ figuræ. Iſte eſt modus directus.

Doc-BO- *Aliquis equus non eſt Leo,*
tam-CAR- *Omnis equus eſt animal,*
co. DO. *Ergo aliquod animal non eſt Leo.*

Iſte verò indirectus.

Da- * *Omnis equus eſt animal,*
cor- * *Aliquis equus non eſt Leo.*
cor. * *Ergo aliquod animal non eſt leo.*

Et jubeo converti adæquatè (hoc eſt, meâ converſione) utramque particularem, ut hos ſyllogiſmos ad primam figuram reducam. Sic inquam.

* DI- *Aliquod non-Leo eſt equus,*
* MAG- *Omnis equus eſt animal,*
* NI. *Ergo aliquod non-Leo eſt animal.*
* * *Ergo aliquod animal eſt non-Leo.*

* DA- *Omnis equus eſt animal,*
* RI- *Aliquod non-Leo eſt equus,*
* I. *Ergo aliquod non-Leo eſt animal.*
* * *Ergo aliquod animal eſt non-Leo.*

Doceam-

MCCLXX Doceantur igitur Peripatetici hos modos oſtenſivè (& facillimè) reduci poſſe: & ſi velint ſuis principiis inſiſtere, mutent tantiſper nomina, & pro *Baroco* & *Bocardo* antiquis artis vocabulis *Dactoro*, & *Doc-tam-co* recipiant, dicantque D. ſignificare hos ipſos tandem reducendos ad *Darii*; M. mutandas eſſe præmiſſas; & C. illas propoſitiones, quas afficit, per Contrapoſitionem reducendas. Et hæc de Reductione ſatis.

De inſufficientia Logicæ Ariſtotelicæ. Sed nondum pono calamum. Volo enim hic breviter adnotare potuiſſe Ariſtotelem in prima Figura & in tertia uti purè negativis premiſſis. Dices ex puris negativis nihil ſequi. Et reſpondebo in ſecunda Figura nec ex puris negativis, nec ex puris affirmativis legitimam concluſionem inferri: at in Figuris cæteris inferri ex puris affirmativis, inferri ex puris negativis, inferri ex mixtis. Pono aliquos ſyllogiſmos bonos, quos nemo poſſit ad Peripateticorum Modos & Figuras reducere. Sic inquam.

Palladio. I. *Omnis homo eſt non equus.*
Omne non equus eſt non hinnibile:
Ergo omnis homo eſt non hinnibilis.

Ligatis. II. *Petrus eſt non canis:*
Omne non canis eſt non latrabile:
Ergo Petrus eſt non latrabilis.

Palladio. III. *Omnis leo eſt non homo:*
Omne non homo caret anima rationali:
Ergo omnis leo caret anima rationali:

Ligatis. IV. *Aliquis Cygnus eſt non albus:* [ſit vera.]
Omne non album Petro diſplicet:
Ergo aliquis Cygnus Petro diſplicet.

Et iſti ſunt in prima Figura Galenica: aut commutatis præmiſſis in prima Ariſtotelica. Tranſeo ad tertiam, & ſequentes ſyllogiſmos conformo.

Armatis. V. *Omnis homo eſt rationalis:*
Omnis homo eſt non equus,
Ergo aliquod non equus eſt non rationale.

Armatis. VI. *Omnis homo eſt non leo:*
Omnis homo eſt non aquila:
Ergo aliquod non aquila eſt non leo.

Ligatis. VII. *Hic canis eſt non rationalis:*
Omnis canis eſt non elephas:
Ergo aliquod non elephas eſt non rationale.

Capitis. VIII. *Omnis ager eſt non ſanus:*
Aliquis ager eſt non firmus;
Ergo aliquis non firmus eſt non ſanus.

Bigatis. IX. *Aliquis puer eſt acutus:*
Omnis puer eſt non prudens:
Ergo aliquis non prudens eſt acutus.

Capitis. X. *Omnis Tartarus eſt crudelis:*
Aliquis Tartarus eſt non albus:
Ergo aliquis non albus eſt crudelis.

MCCLXXI Advocantur igitur Peripatetici, & examinant, an ſit vel unicus ſyllogiſmus in his decem, quem rejicere debeant, aut valeant? Ergo illos ex infinitis ad negantes reducant, & illæſo ſenſu prodibunt etiam boni ſyllogiſmi, in Modis Ariſtoteli ignotis, qui cum prioribus æquipollentes ſunt, non debent rejici, ſed aſſumi potiùs, ut tandem aliquando Dialectica Peripateticorum corrigatur. Sic eos reſcribo.

I. *Nullus homo eſt equus:*
Nullum, quod non ſit equus, eſt hinnibile:
Ergo nullus homo eſt hinnibilis.

II. *Petrus non eſt canis:*
Nullum quod non ſit canis eſt latrabile:
Ergo Petrus non eſt latrabilis.

III. *Nullus leo eſt homo:*
Omne quod non eſt homo caret anima rationali:
Ergo omnis leo caret anima rationali.

IV. *Aliquis Cygnus non eſt albus:*
Omnia quæ non ſunt alba, Petro diſplicent:
Ergo aliquis Cygnus Petro diſplicet.

V. *Omnis homo eſt rationalis:*
Nullus homo eſt equus:
Ergo aliquid quod non eſt equus, eſt rationale.

VI. *Nullus homo eſt leo:*
Nullus homo eſt aquila:
Ergo aliquid, quod non eſt aquila, nõ eſt leo.

VII. *Hic canis non eſt rationalis:*
Nullus canis eſt elephas:
Ergo aliquid, quod non eſt elephas, non eſt rationale.

VIII. *Nullus ager eſt ſanus:*
Aliquis ager non eſt firmus:
Ergo aliquis, qui non eſt firmus, non eſt ſanus.

IX. *Aliquis puer eſt acutus:*
Nullus puer eſt prudens:
Ergo aliquis qui non eſt prudens, eſt acutus.

X. *Omnis Tartarus eſt crudelis:*
Aliquis Tartarus non eſt albus:
Ergo aliquis, qui non eſt albus, eſt crudelis.

Iſti ſyllogiſmi ſunt boni: & tamen contra Dialecticorum Regulas ex puris negativis inferunt concluſionem legitimam, & ex negativa aſſerentem, quod Peripatetici ſemper condemnant. Relege, & recognoſce ſingulos: Iterum dico, boni ſunt; nec erit, qui in ſimili forma, det antecedens verum & conſequens falſum. Et tamen ad nullum Ariſtotelis Modum ſpectant. Corrigenda eſt Peripateticorum Dialectica: at ipſi ut vidimus ad noſtram Dialecticam reducti boni ſunt: ergo illa poteſt, quidquid altera poteſt, & multa contra quæ altera non poteſt. Dabitur tempus & occaſio, ut hunc ultimum paragraphum ſecundis curis elimatum reponam, modo Ariſtotelicæ Logicæ inſufficientiam inſinuaſſe ſufficiat.

Peroratio. MULTA ALIA occurrunt [Magnifice Domine Rector, Eximii Domini Magiſtri noſtri, Auditores doctiſſimi.] multa alia occurrunt, quibus poſſem reſolutiones iſtas, aut ornare, aut firmare; omitto tamen univerſa, ne vobis ſim gravamini, & illa inferam quæ ſine meo labore conſequentiæ pondere ex antecedentibus emanant. Hâc viâ exiſtimo Dialecticam, aliàs immenſam Artem, poſſe in compendiũ redigi; & veriùs breviùſq; univerſa tractari. Veſtrũ erit, Viri Optimi, adoleſcentia ingenia noſtra (ne puerilia dixero) periclitari juſſi, rem diſcutere, adſertorem exercere, vexare, examinare; ut veſtro judicio aut ſuffragante, aut refragante, ſciam in poſterùm an iſthâc debeam tendere, an ad veteris

veteris viæ ambages & exorbitantias redire: Si veritatem tetigiſſe aſſerat, mihi congratulor: ſi erraſſe, indulgentiam impetrabit aut aliàs extorquebit ut puto, argumenti excellentia, materiæ novitas, & conſeqoentiæ pulchritudo. Et quidquid tandem ſit ero tutus; quod eiſdem quibus mea diſplicebit concluſio, ingeniolum hoc meum diſplicere non poterit. Finem dictioni impono, oroque Deum, ut omnes vos ad ſui majorem gloriam & utilitatem Reipublicæ ſalvos & incolumes cuſtodire & conſervare dignetur multis annis. DIXI.

MCCLXXIII. Pro capite ... habent ſua ſata libelli.

Sic auſi fuimus illâ die. Hinc multos illâ Mecænates & amicos lucrati. Fuimus & etiam æmulos; alij enim præſumptionem temeritatemque & quis melius, puerilitatem eſſe totam hanc animoſitatem aſſerebant. Diximus. Propugnavimus. Et ut melius examinatores ſingula diſcutere poſſent, etiam ſcripta dedimus, & favorem reticebant, ſaltem ingenium Inventoris laudabant. Siquid hians & incoucinnum reperiebant, ætati & extemporaneo fervore condonabant, ſperantes omninò ſic olim à nobis Dialectica & hinc Philoſophia univerſa novis inventionibus illuſtraretur.

Modò re totâ examinatâ, circumſpectiùs diſcurrimus. Putamus Dialecticam, ſicut & Grammaticam debere eſſe humanis uſibus accommodatam; nec eum putaremus bene loqui, qui dum litteras perfectè pronunciare ſtudet, à reliquis nequit intelligi; nec illum bene arguere, qui nequit intelligi ab illis, qui ſunt Dialectica, licèt imbuti aliter. Si omnes hanc reformatam Methodum dignarentur admittere, multa facerent compendioſiùs & meliùs: at hoc deſperamus omninò; & ideò doceri Logicam communem ſundemus, ne noſtri Diſcipuli, ubi ipſi idiomate vulgari utuntur, abuti chaldaico aut alio peregrino dicantur.

An loquendum cum multis, non ſolum in Grammatica, ſed etiam in Dialectica ſit?

Interim, quia etiam erunt, quibus placeat hæc nova diſcurrendi fœlicitas, totam Logicam ad compendium in hac Oratione redegimus, totamque à principio ad finem juxta noſtram ſpeculationem elimavimus: addemuſque alteram Orationem, quam ante aliquibus poſt ſtudio majori compoſuimus & cantiſſimo Academico prælio, & contra Clarorum Virorum objectiones & argumenta propugnavimus.

Cur hoc Compendiū ſcriptū ſeruetur?

LECTIO ALTERA.

De Logicâ Infinitâ.

MCCLXXIV. ... propoſitiones ... præcedenti negantur.

NEgavi puer Poſitiones negantes illarum loco infinitas ſubſtitui, totamque Logicam ad mirabile compendium & facilitatem reduxi. Relego interdum audacis Ingenioli ductus, & mihi, cui multa propria diſplicent, illa placent. Egi ſub illud tempus de Poſitionibus prædicati infiniti, ſupereſt, ut ad ſubjectum vertam oculos illudque negatione inficiam, & periclitet, quid inde reſultet in Logica; puto enim tres omnes Logicæ Operationes hac eſſe negatione alterandas. A primâ igitur exordium ſumam, & inde ad ſecundam me conferam, & tandem perveniam ad tertiam, in quâ uberiùs de Infinitâ Argumentatione diſputabo.

Nunc infinita ... ſubjecta?

ARTICULUS I.

De Terminis infinitis.

Quid ſit non infinitum?

NOmen affectum negatione, *Infinitum* vocatur, & meritò: quoniam excepto illo, de quo negatur, poteſt de infinitis Entibus dici. Sic *Non homo*, de infinitis enim rebus poſſibilibus verificatur, quia excipiendo rationales creaturas, cæteræ ſunt infinitæ (videlicet ſyncategorematicè: hoc eſt indefinitæ.)

Negatio duplex: Infinitans & Negans.

Ut hoc dilucidè explicarent Philoſophi, Negationem in Negantem & Infinitantem diviſerunt: infinitantem eam vocaverunt quæ afficit nomina, negantem quæ verbum ſubſtantivum. Prior reperitur in his propoſitionibus, *Petrus eſt non lapis. Aliquod non lapis* (vel *Aliquid quod non eſt lapis*) *eſt leo.* poſterior verò in iſtis, *Petrus non eſt lapis. Ioannes non eſt Angelus. Antonius non eſt Iure-conſultus.* Et hîc obiter notant, negationem negantem eſſe naturæ pernicioſæ, quidquid poſt ſe invenit, deſtruere; & ejus oppoſitum reddere.

Et hæc qualis?

MCCLXXV. An dentur nomina infinita? An termini infiniti?

Contra hanc doctrinam obiicis Ariſtotelē, qui *lib. 1. Periherm. capite 2.* voces infinitas ab albo nominum expunxit, & ejus munitus authoritate, ſequentem objectionem efformas. [Voces infinitæ, ais, non ſunt nomina: At eſſe nequit terminus, quod nomen non eſt: Ergo non ſunt termini.]

Complorenſes *libr. 1. de terminis cap. 4.* conantur excuſare Ariſtotelem, quòd egerit de demonſtratione, cuius partes ſunt propoſitiones ſcientificæ, quæ infinitis terminis conſtare non poſſunt. At abſolutè loquendo docent voces infinitas eſſe nomina & terminos, & ſyllogiſmis probabilibus ſervire poſſe.

An voces non ſignificantes ſint nomina? An & termini?

Inferes. Æquò jure poſſe voces non ſignificativas expungi à terminorum abaco: quia illis nec propoſitiones ſcientificæ, nec demonſtrativi ſyllogiſmi formari poſſunt. *Reſpondeo*, voces duplicem communiter habere ſignificationem; formalem, materialemque, formalem, cùm ſtant pro objecto: materialem, cùm pro ſe ipſis. Vox enim *Homo* formaliter accipitur in hac propoſitione *Homo eſt animal rationale.* materialiter autem in iſtâ, *Homo eſt nomen tertiæ declinationis.* Addo, eas voces, quæ *non ſignificativæ* dicuntur, materiali ſaltem ſignificatione carere non

poſſe, & hoc illas ſenſu eſſe terminos: non autem ſcientificos, quia notarum ſcientiarum cognitioni & demonſtrationi non ſerviunt: niſi fortè eis uti velis, ut Grammaticam ſpeculativam & Logicam Vocalem exponas, quo ſenſu *Termini ſcientifici* vocari poterunt: ſunt enim ſcientificæ hæ facultates.

ARTICULUS II.

De Propoſitionibus infinitis.

MCCLXXVI. *Negationum varietas.*

NEgatio aut afficit ſubjectum, aut prædicatum aut copulam: aut aliquem modum aut circumſtantiam ſubjecti, prædicati aut copulæ. Pono exempla.

Aliquod non-leo eſt lapis.
Aliquid quod non eſt leo, eſt lapis.
Petrus non eſt lapis.
Petrus eſt non lapis.
Petrus eſt aliquid, quod non eſt lapis.

Negatio immediata & mediata.

In his Propoſitionibus reperio negationes immediatas: ſeu mediatas in iſtis.

Homines non-albi ſunt aduſti.
Homines, qui non ſunt albi ſunt aduſti.
Petrus fuit non tamen longo tempore infirmus.
Ioannes eſt Princeps non dives.
Ioannes eſt quidam Princeps, qui non eſt dives.

Omittam ergo Propoſitiones, in quibus negatio afficit copulam; quoniam iſtæ negativæ ſunt, non infinitæ: omittam etiam illas, in quibus negatio afficit prædicatum, quia de illis olim ubetiùs diximus: [nimirùm, lectione præcedenti:] agam de illis, in quibus negatio afficit ſubjectum; ut,

Omne non-animal eſt non homo.
Aliquod non-animal eſt non homo.
Hoc non-animal eſt non homo.
Non-animal eſt non homo.

quæ omnes ſunt affirmativæ. Ponamus exempla negativa.

Omne non animal non eſt ſenſibile.
Aliquod non animal non eſt ſenſibile.
Hoc non animal non eſt ſenſibile.
Non animal non eſt ſenſibile.

Earumdem Propoſitionum paſſiones & proprietates explicemus.

ARTICULUS III.

De Æquippollentiâ.

MCCLXXVII. *Negationum eliſio.*

DUæ propoſitiones ſi in altera negatio copulam, in alterâ prædicatum afficiant, ſunt æquipollentes; ut

Petrus non eſt lapis.
Petrus eſt non lapis.

Conſtat ex dictis tota Lectione antecedenti. Duæ negationes ſi vel utraq; afficiat prædicatum, vel altera copulam & altera prædicatum, ſe elidunt, & æquipollent nulli. Rem dilucido exemplis:

Ioannes non eſt non animal.
Ioannes eſt non non animal.
Ioannes eſt animal.

Duæ negationes affirmant.

Prima propoſitio æquipollet ſecundæ: quia, ut dicebamus, negatio quæ cadit ſupra copulam, tranſire ad prædicatum poteſt. Et ſecunda æquipollet tertiæ, quia duæ negationes ſunt nulla: nam *non-nullus* eſt *ullus*: & *nec* *nõ* eſt &c. quod tã eſt tritũ notumque, ut non debeat probari.

ARTICULUS IV.

De Converſione.

MCCLXXVIII.

PRopoſitiones de ſubjecto negativo, habent aliquid commune cum reliquis, & aliquid particulare. Commune eſt gubernari iſto diſticho:

Simpliciter FECI. *convertitur* EVA *per accid.*
ACTIO *per contrap. ſic fit converſio tota.*

particulare eſt, quod cùm convertuntur, è negativis fiant affirmativæ, & contrà. Quæ mirabilis veritas exemplis potiùs, quàm regulis exponi poterit. Incipiamus igitur ab affirmativis;

Rationale, Irrationale, Hinnibile, & alia differentiæ ſubſtantiæ, & etiam adjectiva ſumi poſſunt.

Omne non-materiale eſt ſpirituale.
Ergo aliquid ſpirituale eſt non materiale.
Ergo aliquid ſpirituale non eſt materiale.
Aliquid non rationale eſt hinnibile:
Ergo aliquid hinnibile eſt non-rationale.
Ergo aliquid hinnibile non eſt rationale.
Hoc non rugibile eſt homo:
Ergo hic homo eſt non rugibile.
Ergo hic homo non eſt rugibile.
Non riſibile eſt brutum:
Ergo brutum eſt non riſibile.
Ergo brutum non eſt riſibile.

Addamus exempla negativa.

Nullum non-materiale eſt corporeum:
Ergo nullum corporeum eſt non materiale.
Ergo omne corporeũ non eſt nõ-materiale.
Ergo omne corporeũ eſt non nõ materiale:
Ergo omne corporeum eſt materiale.
Nullum non intellectuale eſt rationale:
Ergo aliquod rationale non eſt non ſpirituale.
Ergo aliquod rationale eſt non non ſpirituale.
Ergo aliquod rationale eſt ſpirituale.
Hoc non-riſibile non eſt homo.
Ergo hic homo non eſt non-riſibile.
Ergo hic homo eſt non non riſibile.
Ergo hic homo eſt riſibilis.
Non-quale non eſt album.
Ergo Album non eſt non quale.
Ergo album eſt non non quale.
Ergo album eſt quale.

Iſtæ particulares negativæ non omnino materia ſubſiſtunt, at deficiunt in forma non enim ſimpliciter poſſunt converti.

Petis tibi converti iſtam propoſitionem, *Hoc non-rugibile non eſt homo*, quæ eſt vera, deſignato hoc equo, qui nec rugibilis, nec homo eſt. An non convertetur hoc modo?

Hoc non-rugibile non eſt homo.
Ergo hic homo non eſt non rugibilis.
Ergo hic homo eſt non non rugibilis.
Ergo hic homo eſt rugibilis.

Quale

Quale monſtrum? Reſpondeo particulares negativas, & earum more ſingulares negativas, & univerſales affirmativas, ſæpiſſimè non poſſe converti ſimpliciter: & ideò inveniam contrapoſitiune eſſe, quod ſequentibus exēplis dilucido.

Omne non ſpirituale eſt materiale:
Ergo omne non materiale eſt non non ſpirituale.
Ergo omne non materiale eſt ſpirituale.
Aliquod non riſibile eſt hinnibile:
Ergo aliquod nō hinnibile eſt nō nō riſibile.
Ergo aliquod non hinnibile eſt riſibile.
Aliquod non rationale non eſt admirativum.
Ergo aliq. non admirativū non eſt nō nō rationale.
Ergo aliquod nō admirativū eſt nō nō nō rationale.
Ergo aliquod non admirativum eſt non rationale.
Ergo aliquod non admirativum non eſt rationale.

vel aliter, & multò breviùs:

Aliquod non rationale non eſt admirativum.
Ergo aliquod non rationale eſt non admirativum:
Ergo aliquod non admirativum eſt non rationale.

De infinitis tripl. Propoſitiones, quæ tribus negationibus inficiuntur hoc modo verti poſſunt. Nempe ſimpliciter:

Nullum non materiale eſt non corporeum:
Ergo nullum non corporeum eſt non materiale.
Ergo nullum non corporeum non eſt materiale.
Ergo omne corporeum non non eſt materiale.
Ergo omne corporeum eſt materiale.

Simpliciter etiam converti poteſt particularis negativa. Per accidens poteſt univerſalis negativa. Nihil in illis occurrit ſpeciale: veniamus ad particularem, tribus negationibus præditam, eamq; per contrapoſitionē convertamus.

Aliquod non rationale non eſt non-equm: *Cautè tendum eſt in finitis.*
Ergo aliquod nō non equus non eſt nō non rationale.
Ergo aliquis equus non eſt rationalis.
Ergo aliquis equus eſt non rationalis.

Ecce quantâ curâ procedendum in infinitarum Converſione. Sufficiat hæc notaviſſe breviter, ad ſublimiora veniamus.

ARTICULUS V.

De Argumentatione Infinitâ.

MCCLXXX. *Quid ſit Argumentatio infinita.*

ARgumentatio infinita, ſumpto vocabulo in eâ ſignificatione, in quâ nunc loquimur, unam aut alteram propoſitionem poſtulat, conſtātem infinito ſubjecto. Varia poſſem Argumentationum genera ad regulas & leges reducere, ſed quia ſyllogiſmus inter cæteras nobiliſſimus eſt, ſpecialiter de ſyllogiſmo diſputabo.

De ſignificatione literarum.

Pronuncio igitur præter Formam Platonicam tres eſſe ſyllogiſmorum Figuras, & multos in ſingulis modos, in quibus vocales, A, E, I, O, habent valorem ut antea; at M jubet infinitari ſequentis literæ, ſeu propoſitionis ſubjectum; & nuſquam infinitatur prædicatum. Lege hæc carmina.

Forma { Dir. Lemmata Romanis Commendo *voce* Gemēte.
Platonis. { Ind. Menandri & Medicis.
Figura I. { Dir. Mercedes Meropo Maternam *datque* Maroni.
Ariſt. { Ind. Timenti Amenti.
Figura { Dir. *Dum flores* Metitis, *Fauno dant pura* Metalla
Secunda. { Ind. Domanti Immenſi.

Hinc duæ Quæſtiones graviſſimæ reſolvi poſſunt, quarum prima inveſtigat, An conſequentia ſequatur debiliorem partem? hoc eſt, An negativa præmiſſa inferat aut inferre poſſit conſequentiam affirmativam? Secunda; An ex puris negativis quidquam diduci poſſit? Reſpondeo enim in ſyllogiſmis Simplicibus neutrum poſſe; in Infinitis verò utrumq; poſſe. Anne infinitum? Maximè. quod mea ego reductione evidenter probabo.

MCCLXXXI. *Tres quæſtiones graves.*

An argumentatio infinita ſit licita.

Ut hoc ultimum dilucidare incipiam, volo producere Theſes Philoſophicas habitas Herbipoli ſub P. Maximo Steiner S. I. ann. 1645. in quarum pag. 9 §. 4 quæritur, *An poſſit dari ſyllogiſmus ex meris negativis, necne?* Et reſpondetur priorem partem à nonnullis defendi recentioribus, poſteriorē apud veteres cōmunem & receptā eſſe. Et quidē exiſtimo nullo alio meliùs modo poſſe partē aſſertivā defendi, quā aliquem terminum infinitando. Nomina Infinitorum ſyllogiſmorum dedimus; exempla addimus.

Forma Platonica.

LEM- *Nullus lapis eſt animal,*
MA *Omne non animal caret ſenſu:*
TA. *Ergo omnis lapis caret ſenſu.* Direct.
RO- *Aliquis lapis non eſt animal*
MA *Omne non animal caret ſenſu;*

NIS. *Ergo aliquis lapis caret ſenſu.* Direct.
COM- *Aliquis lapis non eſt animal,*
MEN- *Nullum non animal eſt homo:*
DO. *Ergo aliquis lapis non eſt homo.* Direct.
GE- *Nullus lapis eſt animal;*
MEN- *Nullum non-animal eſt homo*
TE. *Ergo nullus lapis eſt homo.* Direct.
ME- Nullum non-animal eſt ſenſibile;
NAN- Omne ſenſibile eſt vivens;
DRI. Ergo aliquod vivens eſt animal. *Indir.*
ME- Nullum non-animal eſt ſenſibile;
DI- Aliquod ſenſibile eſt vivens;
CIS. Ergo aliquod vivens eſt animal. *Indir.*

Prima Figura Ariſtotelica.

I*Nverte præmiſſas*, & ſi major fiat minor, & minor major, Platonica norma tranſibit in Ariſtotelicam, & ex *Lemmata*, *Romanis*, *Commendo*, *Gemente*; *Menandri* & *Medicis* erues *Maternam*, *Maroni*, *Meropo*, *Mercedes*, *Amenti* & *Timenti*. quā ob rem non placet exempla ſubiungere.

Secunda Figura.

Mobilis ſyllogiſmus in Metitis.

ME- *Nullum non-animal eſt ſenſibile;*
TI- *Aliquis equus eſt ſenſibilis:*
TIS. *Ergo aliquis equus eſt animal.* Direct.
ME- *Nullum non animal eſt ſenſibile;*
TAL- *Omnis equus eſt ſenſibilis,*
LA. *Ergo omnis equus eſt animal.* Direct.

DO- Aliquod ens non eſt accidens;
MAN. Omne non-ſubſiſtens eſt accidens:
TI. Ergo aliq; ens eſt ſubſiſtens. *Indirect.*

IM- Aliquod ens eſt animal;
MEN Nullum non-vivens eſt animal:
SI. Ergo aliquod ens eſt vivens. *Indirect.*

Tertia Figura.

An poſſit infinitari prædicatum

CUm ſyllogiſmus infinitus poſtulet, ne prędicatū afficiatur negatione infinitâ, dicendum non dari ejuſmodi ſyllogiſmos in tertiâ figurâ, qui differant à non-infinitis.

Sed cur diximus infinitam negationem debere abeſſe prædicato? Non quidem, quia negatio inficere prædicatum, etiam in his ſyllogiſmis non valeat: ſed quia non videtur magnæ artis hanc *Aliquod vivens eſt non-animal*, loco huius *Aliquod vivens non eſt animal*, ſi nihil addatur, inferre.

ARTICULUS VI.

De Infinitorum Reductione.

MCCLXXIII. SYllogiſmus infinitus reducitur ad alterum in notâ figurâ modoque conſtructum, qui propoſitiones æquipollentes habeat. Sic procedo.

Syllogiſmi, qui reducuntur, ſunt ſtellulis notati.

Lemmata. * *Nullus lapis eſt animal,*
* *Omne non-animal caret ſenſu,*
* *Ergo omnis lapis caret ſenſu.*
BAM-Omnis lapis eſt non-animal,
MA- Omne non-animal caret ſenſu;
DA. Ergo omnis lapis caret ſenſu.

Romanis. * *Aliquis lapis non eſt animal,*
* *Omne non-animal caret ſenſu,*
* *Ergo aliquis lapis caret ſenſu.*
DI- Aliquis lapis eſt non-animal,
MAG-Omne non animal carat ſenſu,
NI. Ergo aliquis lapis caret ſenſu.

Commendo. * *Aliquis lapis non eſt animal,*
* *Nullum non animal eſt homo,*
* *Ergo aliquis lapis non eſt homo.*
FIR-Aliquis lapis eſt non-animal,
ME-Nullum non-animal eſt homo,
O. Ergo aliquis lapis non eſt homo.

Gemente. * *Nullus lapis eſt animal,*
* *Nullum non-animal eſt homo.*
* *Ergo nullus lapis eſt homo.*
CA- Omnis lapis eſt non-animal,
LE- Nullum non-animal eſt homo,
REN. Ergo nullus lapis eſt homo.

Menandri. * *Nullum non-animal eſt ſenſibile,*
* *Omne ſenſibile eſt vivens.*
* *Ergo aliquod vivens eſt animal.* Indir.
FES- Nullum non-animal eſt ſenſibile,
MA- Omne ſenſibile eſt vivens,
POR. Ergo aliquod vivens non eſt non-animal. *Indir.*
Ergo aliquod vivens eſt animal.

Medicis. * *Nullum non animal eſt ſenſibile,*
* *Aliquod ſenſibile eſt vivens,*
* *Ergo aliquod vivens eſt animal.* Indir.
FES Nullum non animal eſt ſenſibile,
IS- Aliquod ſenſibile eſt vivens,
OR. Ergo aliquod vivens non eſt non-animal. *Indir.*
Ergo aliquod vivens eſt animal.

Ariſtotelicos modos intermittu; & ad ſecundam figuram transvolo.

Metiris. * *Nullum non animal eſt ſenſibile,*
* *Aliquis equus eſt ſenſibilis,*
* *Ergo aliquis equus eſt animal.*
FES-Nullum non animal eſt ſenſibile,
TI- Aliquis Equus eſt ſenſibilis,
NO. Ergo aliq; equus nō eſt nō-animal.
Ergo aliquis equus eſt animal.

Metalla. * *Nullum non-animal eſt ſenſibile,*
* *Omnis equus eſt ſenſibilis,*
* *Ergo omnis equus eſt animal.*
CE- Nullum non-animal eſt ſenſibile,
SA- Omnis equus eſt non-animal,
RE, Ergo nullus equus eſt non-animal:
Ergo omnis equus eſt animal

Domanti. * *Aliquod Ens non eſt accidens,*
* *Omne non-ſubſiſtens eſt accidens,*
* *Ergo aliquod Ens eſt ſubſiſtens.* Inde
BO- Aliquod Ens non eſt accidens,
MAC-Omne non-ſubſiſtens eſt accidens,
COR. Ergo aliquod Ens non eſt non-ſubſiſtens. *Indir.*
Ergo aliquod Ens eſt ſubſiſtens.

Immenſi. * *Aliquod Ens eſt animal,*
* *Nullum non vivens eſt animal;*
* *Ergo aliquod Ens eſt vivens.*
FRI- Aliquod Ens eſt animal,
MES-Nullum non-vivens eſt animal,
OR. Ergo aliq; Ens non eſt nō vivēs.
* *Ergo aliquad Ens eſt non non vivens.*
* *Ergo aliquod Ens eſt vivens.*

ARTICULUS VII.

Dicta omnia Authorum teſtimoniis confirmans.

HANC IGITUR generalem doctrinam Authorum exemplis illuſtremus.

Ioannes Owenus Oxonienſis, in cuius breviſſimis Epigrammatibus (ſi pauca & quæ corrigi poſſint, excipias) magnam eruditionem Ethicus, magnum artificium Logicus repertutus. lib. 3. num. 17. ſic cecinit.

Vt niſi quæ ſit amans, coniux eſt nulla fidelis,
Sic ibi nulla fides eſt, ubi nullus amor.

In uxore non reperitur ſine amore fidelitas.

Mer- *Nulla uxor, quæ maritū nō amat, eſt fidelis;*
ce- *Nulla contempta maritum amat:*
des. *Ergo nulla contempta eſt fidelis.*

Videtur peccare in leges & tamen fortiſſimè concludere. Sed cur? quia æquivalet huic,

CE- *Nulla uxor, quæ eſt non amans maritum, eſt fidelis;*
LA- *Omnis contempta eſt maritum non amans.*
REN. *Ergo nulla contempta eſt fidelis.*

Alia

Alia Oweni exemplaria paulo aliter eadem carmina legunt. Si velimus igitur ſtare huic lectioni,

Vt niſi quæ ſit amans, conjux eſt nulla fidelis,
Sic ubi nulla fides eſt, ibi nullus amor.

hunc ſyllogiſmum efformabimus.

Nulla, quæ maritum non amat fidelis eſt;
Nulla adultera fidelis eſt:
Ergo nulla adultera maritum amat.

Eſt in E E E modo innominato ſecundæ figuræ; & tamen videtur efficaciſſimè concludere. Sed cur? Quia æquipollet huic,

CA- *Omnis, quæ maritum amat, eſt fidelis;*
MES- *Nulla adultera eſt fidelis:*
TRES. *Ergo nulla adultera maritum amat.*

qui eſt bonus ſyllogiſmus, conſtructus in legitimo modo.

Placet hunc etiam Diſſogiſmum addere.

* DA- *Omnis teſtis auritus mentitur,*
Ma- * *Omnis teſtis qui non eſt oculatus, mentitur:*
* RI- *At Homerus teſtis auritus eſt,*
to- * *Et teſtis oculatus non eſt:*
ni. I. *Ergo Homerus mentitur.*

qui quâ parte Maroni correſpondet, reducetur ad Darij, ſi dicamus,

DA- *Omnis teſtis non oculatus eſt mendax;*
RI- *Homerus eſt teſtis non oculatus:*
I. *Ergo eſt mendax.*

& comprehenditur hoc Oweni diſticho.

Owenus lib. 3. ad Henr. epigr. 33.

Mentitus cur non cur nemo miretur Homerum?
Auritus teſtis, non oculatus erat.

D. Thomas frequenter utitur ſyllogiſmis infinitis, ut ejus libros evolventibus patet, nos unum aut alterum exemplum ſubjiciemus.

Miror, non eſt vo. ſed -n.

An divina Voluntas imponat rebus volitis neceſſitatem. Vide num-tur.

Primæ partis quæſtione 19. art. 8. in Modo Maroni hanc objectionem format. *Omnis cauſa, ait, quæ non poteſt impediri ex neceſſitate ſuum effectum producit: quia & natura ſemper idem operatur, niſi aliquid impediat, ut dicitur in 2. Phyſ. ſed voluntas Dei non poteſt impediri; dicit enim Apoſt. ad Rom. 9. Voluntati enim ejus quis reſiſtit? Ergo voluntas Dei imponit rebus volitis neceſſitatem.* Imò, quia impediri non poteſt, rebus neceſſitatem non imponit, ut perſuaſi ſuperiùs. Si enim Deus vult, ut homo ex gr. liberè operetur, & huic voluntati reſiſti non poteſt; debet procul dubio homo operari liberè. Si enim operaretur neceſſario, voluntati divinæ reſiſteret. [Nota hoc bene.]

Proceſſio Verbi eſt neceſſaria.

Et ibid. quæſt. 41 art. ſic etiam arguit. *Quod non eſt voluntarium, eſt neceſſarium: ſi igitur pater genuit filium non voluntate, videtur ſequi quòd neceſſitate genuerit. Quod eſt contra Auguſt. in lib. ad Oroſium.* Eſt etiam in Maroni. & illi ſatisfacio dicendo Filium non voluntate, ſed intellectu genitum: & neceſſariò quidem, non enim illum Pater potuit non gignere. Et ad Auguſtinum reſpondeo: Patrem æternum genuiſſe Filium voluntariò negativè, non verò voluntariò poſitivè: licet enim non genuerit eum liberè, genuit nihilominùs non invitus.

MCCLXXV. *An malum agat. & qualiter?*

In Metitis argumentatur 1. p. q. 48. ar. 1. ubi ſic; *Quod non eſt, non agit. Sed malum agit, quia corrumpit bonum: ergo malum eſt quoddam ens & natura quædam.* Et reſpondet illud quidem agere, non efficienter ſed finaliter; & hoc non ratione ſui ſed ratione boni, cui adjungitur.

An Creatio fuerit in tempore.

Et in Meropo procedit 1. p. q. 46. art. 3. ubi ait; *Videtur quod creatio rerum non fuit in principio temporis. Quod enim non eſt in tempore, non eſt in aliquo temporis. Sed creatio rerum non fuit in tempore. Per creationem enim rerum ſubſtantia in eſſe producta eſt. Tempus autem non menſurat ſubſtantiam rerum, & præcipuè incorporalium. Ergo creatio non fuit in principio temporis.* Omnes ſunt negativæ, & tamen eſt legitima forma. Et reſpondeo creationem paſſivam fuiſſe in primo inſtanti temporis.

An Anima habeat Materiam.

Et iſte etiam ſyllogiſmus, videlicet, *Illa quæ non habent materiam, non habent cauſam ſui eſſe, ut dicitur in 8. Metaph. Sed anima habet cauſam ſui eſſe: quia creatur à Deo. Ergo anima habet materiam.* Exſtat 1. p. q. 75. art. 5. & ad Modum Metitis pertinet. Et reſpondeo; ſi agatur de cauſâ materiali, concedendo majorem, & ſi agatur de efficiente, negando. Et ſic reſpondeo ad minorẽ, conſequentiamque.

Eſt graviſſima difficultas, quæ hîc tangitur in quâ vix duo diſcurrunt eodem modo.

Et ad Meropo debet reduci iſte, qui ex meris negativis componitur, & tamen in formâ non peccat. *Videtur quod Diabolus non appetierit eſſe ut Deus. Illud enim quod non cadit in apprehenſione, non cadit in appetitu: cùm bonum apprehenſum moveat appetitum vel ſenſibilem, vel rationalem, vel intellectualem. In ſolo enim hujuſmodi appetitu contingit eſſe peccatum. Sed creaturam aliquam eſſe æqualem Deo nõ cadit in apprehenſione. Implicat enim contradictionem quia neceſſe eſt finitum eſſe infinitum, ſi æquatur infinito. Ergo Angelus non potuit appetere eſſe ut Deus.* Habetur ibidem. quæſt 63. art. 3. & reſpondeo videri probabile Angelum peccatorem Pelagii præcurſorem fuiſſe, illumque errorem prædicaſſe in cælis, quem demum Pelagius in terris. Thomiſtæ, ut hanc controverſiam decidant, hanc concluſionem ponunt; videlicet, *Peccavit Angelus appetendo eſſe ut Deus, non quidem per æqualitatem, ſed appetendo ut ultimum finem quod virtute ſuæ naturæ conſequi poterat: vel appetendo aſſequi beatitudinem propriis viribus abſque divino auxilio gratiæ.*

Quo modo peccârit primus Angelus.

MCCLXXVI. *De mari. Gen. 1. 9.*

Ad eumdem etiam modum Meropo ſpectat iſte, *Quæ non ſunt continuata ad invicem, non habent unum locum; ſed non omnes aquæ habent ad invicem continuitatem. Ergo non ſunt omnes aquæ congregatæ in unum locum.*

Quem reperies ibid. q. 69. art. 1. Reſpondeo illud omnes ſumi moraliter & ſignificare ferè omnes: & confirmo, quia ſacer Textus Aquas indefinitivè ponit, non univerſaliter; ſic enim lego. *Congregentur aquæ, quæ ſub cælo ſunt, in locum unum.* Sed quid, ſi diceremus, omnes omninò congregatas à Deo tunc in locum unũ, ex quo poſteà mirâ naturæ potentiâ ſtillatent in fontes & fluvios, qui iterum refluerẽt in mare? Et iſte, quem urget idem S. Doctor ibid. q. 85. art. 4.

An dentur ſpecies intentionales An eſſe poſſint ſimul

Formæ, quæ non ſunt oppoſitæ, poſſunt ineſſe ſimul.
Sed ſpecies intelligibiles non ſunt oppoſitæ.
Ergo poſſunt ineſſe ſimul.

Pertinet ad Maroni, continetur iſtis verbis. *Nihil prohibet diverſas formas non oppoſitas ſimul eiſdem actu ineſſe, ſicut odorem & colorem pomo. Sed ſpecies intelligibiles non ſunt oppoſitæ,*

Ergo nihil prohibet intellectum unum ſimul fieri in actu ſecundum diverſas ſpecies intelligibiles. Et ſic poteſt multa ſimul intelligere. Supponit S. Doctor dari intelligibiles ſpecies; quas negamus.

An Deus habeat nomen? Infinitum etiam ſyllogiſmum, eumque in Mérope, continet hæc periodus. *Nullus poteſt ſignare id quod non cognoſcit; ſed Gentilis non cognoſcit naturam divinam: Ergo cum dicit [Idolum eſt Deus,] non ſignat veram Deitatem.* Illum dialecticè reſcribo.

* *Nullus, qui non cognoſcit rem, poteſt illam denominare.*

ME. *Ergo nullus qui non cognoſcit Deum poteſt illum denominare.*

RO. *Sed Ethnicus non cognoſcit Deum:*

PO. *Ergo Ethnicus non poteſt Deum denominare.*

Sic D. Thomas 1. part. quæſt. 13. art. 10.

CONCLUSIO.

Sit igitur Logicam eſſe Artem infinitam, non quod de Infinitis Terminis, Propoſitionibus, & ſyllogiſmis diſputet, ſed quod de his, aut etiam de finitis diſſerere poſſit infinitis & innumerabilibus modis. Hoc magno labore & ſtudio expoſuimus; & quia alij nos manent Labores, finem iſti imponamus, non verò voto proficiendi & diſcendi. MCCLXXVII.

Authoris de doctrinâ præcedenti

JUDICIUM

MCCLXXVIII. *Multa Authorum ſcripta Martis & Invidia incuriâ perierunt.* INTER antiquas ſchedas, quas periiſſe putaram, & poſt magnas curas & diligentias jam tandem aliquando recipio, duas Dialecticas Orationes invenio; alteram, quam olim puer Compluti coram præcipuis Academiæ Doctoribus habui: alteram, quam Philoſophiæ jam Præceptor, diſcipuli labro declamavi; & publicè defendendam ſuſcepi. *An Orationes prius ſint ſcribendæ, quàm declamandæ.* Priorem illam priùs dixi, quam ſcripſi, & ideò calamo nonnulla potiùs notavi, quam dilucidavi. Modò alterutram relego, & paucis comprehendi multa video, quæ poſſent multis libris expendi. Sed quia omnia quæ illata, & reliqua quæ inferri poſſent: Prædicationum harum *Homo non eſt lapis*, & *Homo eſt non lapis*, æquivalentiâ ſubcollantur, hoc idem fundamentum recognoſco, & admitto. Illudque diverſimodè demonſtraturus, ab ipsâ Grammaticâ exordior.

DEMONSTRATIO GRAMMATICA.

MCCLXXIX. HAud immeritò ad ſcientiam ſermocinalem, ſeu artem loquendi recurritur, cùm de verborum ſignificatione diſputatur. Hanc artem *Grammaticam* alij, alij *Logicam*, & multi etiam *Hiſtoricam* appellant, quòd grammata ſeu litteras in dictiones componens ſermocinetur, unde *ſermocinalis & loquutiva* Latinè, græcè *Λογικὴ* vocata eſt, quæ in hoc à Rhetoricâ differt, quod hæc non jam ſit loquendi, ſed eloquendi ſcientia. Grammaticam etiam nonnulli, quos Antonius Nebricenſis imitatur & ſequitur, Hiſtoricam dici maluerunt, ut grandiore inſigniti vocabulo; nomen Grammaticorum vitarent, & Hiſtoriographi nuncuparentur. Grammaticus fabricatur vocabula, Hiſtoricus ſimpliciter eis utitur; Rhetor illa diſponit & exornat, & orationis dulcedine [illegible] & oblectat: & tandem Logicus artificioſo eorumdem uſu diſſuadet falſa, vera ſuadet. Simus igitur Grammatici tantiſper, & aliqua nomina conſideremus.

Grammatica: Logica: Hiſtorica. Rhetorica. Harum ſcientiarum differentia.

Volo ſcire ſignificativas voces, aliàs eſſe poſitivas, alias privativas, & alias tandem negativas. Exempla ſunt, *Videns Cæcus*, *Non videns.* Eædem nunnunquam affirmant: interdumq; infirmant actum primum, & actum ſecundum nonnunquam. *Cæcus* enim videndi potentiâ privat animal; non enim lapides dicuntur *cæci*; & *Non videns* actum negat ſolummodo. *Dictio triplex: poſitiva, negativa, privativa. Privatio aliàs cadit ſuper actum primum, aliàs ſuper actum ſecundum.*

His poſitis hæc aſſerta propono: primò, *Petrus non eſt gnarus, non eſt litteratus, non eſt mobilis, non eſt mundus, non eſt probus, non eſt providus, nõ eſt prudens, non eſt cautus non eſt conſtans, non eſt fidelis, non eſt fælix.* ſecundò hæc, *Petrus eſt ignarus, eſt illitteratus, eſt immobilis, eſt immundus, eſt imprudens, eſt incautus, eſt inconſtans, eſt infidelis, eſt infælix;* & tertiò hæc, *Petrus eſt non gnarus, eſt non litteratus, eſt non mobilis, eſt non mundus, eſt non probus, eſt non providus, eſt non prudens, eſt non cautus, eſt non conſtans, eſt non fidelis eſt non fælix.* Et modo comparatione præviſâ doceri differentiam velim; nam authores ſine diſcrimine eas confundunt, & æquipollentiam ſupponunt. *Æquipollentia harum propoſitionum.*

DEMONSTRATIO DIALECTICA.

Λόγος & ſignificat ſermonem & rationem, unde ſicut Grammatica dicitur Logica, quòd ars loquendi ſit; ſic etiam id nomen competere ſolet Dialecticæ, quòd hæc ars eſſe rationalis dicatur. Ergo, ſi Dialecticus ſis, has argumentationes conſidera. *Stellæ quæ non ſcintillant Planetæ ſunt; at Iuppiter nõ ſcintillat, ergo Planeta eſt. Omnis ſtella, quæ non eſt in Zodiaco, fixa eſt. horologialis non eſt in Zodiaco, ergo eſt fixa. Omne corpus humanum, ſi non informetur ab animâ, eſt cadaver, At corpus B. Idesbaldi, quod incorruptum oſtenditur Dunis, non informatur ab animâ, ergo eſt cadaver.* Syllogiſmi ſunt boni; conſequentiæ ſunt affirmativæ: igitur cùm ad communes regulas MCCLXXX.

Quid ſignificet Λόγος? B. Idesbaldi corpus incorruptum.

gulas ex negativis non poſſit ſequi affirmatio, omnes etiam præmiſſæ affirmativæ ſunt. Ergo; *Iuppiter non ſcintillat, Horologialis non eſt in Zodiaco, Hoc corpus non informatur ab animâ*, affirmativæ ſunt, tametſi non eſſe videantur. Ergo æquivalent his *Iuppiter eſt non ſcintillans, Horologialis eſt, & non in Zodiaco, Hoc corpus eſt non informatum ab animâ* quia aliàs nec dici affirmativæ, nec affirmativam poſſent conſequentiam inferre.

An negativæ poſitiones affirment?

MCCLXXXI. Placet ad veteres & iuniores recurrere. Cicero eloquentiæ Antiſtes & peritiſſimus Dialecticæ, *Tuſc. 3.* utitur ſyllogiſmo in *Barbara*, primæ figuræ Ariſtotelicæ modo concinnato: nec aliter excuſari poterit concluſio aſſerens ex majore negativâ proveniens, quam negantis & aſſerentis æquipollentiam oſtendendo. *Omnes perturbationes animi*, ait, *morbos Philoſophi appellant, negantque, ſtultum quemquam his morbis vacare.* Quâ doctrina præmiſſa hunc ipſe ſyllogiſmum efformat. *Qui in morbo ſunt, ſani non ſunt; Omnium inſipientium animi in morbo ſunt: Omnes inſipientes igitur inſaniunt.*

An in Barbara major ſit negativa?

qui æquipollet huic.

Omnes ægri non ſunt ſani,
Omnes inſipientes ſunt ægri,
Ergo omnes inſipientes ſunt inſani.

In quo non debebat præmittere; *Omnes ægri ſunt inſani.* & eſſet ſyllogiſmus in *Barbara*; aut inferre, *Omnes inſipientes non ſunt ſani*; & eſſet in *Celarent*. Putavit igitur Cicero eſſe æquipollentes iſtas Propoſitiones, nimirùm,

Æquipollentes ad mentem Ciceronis.

Omnes inſipientes ſunt inſani;
Omnes inſipientes ſunt non ſani;
Omnes inſipientes non ſunt ſani;
Nullus inſipiens eſt ſanus.

aliàs enim non intuiſſet primam, ubi debuiſſet tertiam quartam vè.

MCCLXXXII. Hæc ipſa Ciceronis Dialectica multis Iunioribus arriſit. Baſilius Pontius de Leone, *de matrim. libr. 3. cap. 5. num. 5.* hunc ponit ſyllogiſmum: *Vt non ſit contra bonos mores, debet eſſe certum teſtatoris conſilium: hoc non eſt certum; ergo contra bonos mores eſt.* Conſequentia eſt affirmativa, & tamen multæ ſunt negationes in præmiſſis, ergo infinitantes ipſæ ſunt, tametſi negantes videantur: Salmanticenſes *tract. 6 de Trinit. diſp 5. dub, 2. §. 7. num. 55.* videntur non ſolùm hanc firmare doctrinam; ſed aſſerere eam eſſe ſecundum veras Inſtitutiones Logicæ; ſic enim inquiunt. *Iuxta Regulam Dialecticorum ab affirmativâ de prædicato infinito ad negativam bona eſt conſequentia: ſicut bene valet, Iuſtus eſt non peccator, Ergo non eſt peccator. Angelus eſt non albus, Ergo non eſt albus.* Et hac ipſi viâ probant hanc eſſe bonam conſequentiam, *Eſt incommunicabilis, Ergo non eſt communicabilis.* Conſonant P. Gregorio Holzai S.I. ſub quo Dilingæ anno 1607. ſunt propugnatæ theſes Logicæ, & *num. LXXV.* hæ periodi nimirùm. *Enuntiationes infinitæ (infinitate altis.) quoad conſequentiam eodem modo ſe habent ad finitas, quo privationes ad eaſdem infinitas; eò quòd affirmativa infinita.* (Homo eſt non lapis) *inferat negativam finitam?* (Homo non eſt Lapis,) *non verò affirmativam* (Homo eſt lapis) *& infinita negativa* (Homo non eſt non rationalis) *infertur ab affirmativâ finitâ.* (Homo eſt rationalis) *non à negativâ* (Homo non eſt rationalis) Dilingæ etiam P. Andreas Capittel Anno 1617. Clavam Peripateticam propugnavit; & num XXXIX: ait, [A negativa de prædicato finito ad affirmativam de infinito rectè tranſitur. I. Si prædicatum negativæ ſit ſimplex, II. Si non ſit Enuntiatio reduplicativa. Hinc rectè infero *Antichriſtus non eſt albus, Ergo eſt non albus.* Ab affirmativâ) de infinito, ad Negativam de finito rectè tranſitur. Si (inter alia) totum prædicatum infinitetur, cuius rei defectu peſſimè colligeris. *Homo poteſt non ſalvari. Homo non poteſt ſalvari.* Privata affirmans infert negantem finitam. Affirmans finita privatam negantem: Privata affirmans, infinitam affirmantem, infinitâ negans, privatam negantem. Infinita negans, privatam infinitam.]

De teſtatoris intentione.

An ex negativis ſieri affirmativa poſſint?

Negativarum, & habentium prædicatum infinitum conſequentia.

Infinitæ eidem negativis aut etiam affirmativis comparantur.

Clava Peripatetica, eſt ſyllogiſmus.

MCCLXXXIII. In Problematicis Theſibus propugnatis Herbipoli ſub P. Maximo Steiner S. I. anno 1645. pag. 9. quæritur, An poſſit dari ſyllogiſmus ex meris negativis, necne? Et reſpondetur utrumque eſſe probabile. Illud prius à nonnullis recentioribus, hoc poſterius ab omnibus antiquis aſſeri. Ego verò reſpondeo rem eſſe obſcuram & difficilem in viâ communi; in noſtrâ verò ſummè facilem. Pono exemplum, in quo negativæ præmiſſæ inferre conſequentiam videantur. Sic inquam:

An negativa inferant negativam?

An ex meris negativis poſſit bonus ſyllogiſmus formari?

Omne, qui non eſt animal, non eſt homo;
Sed iſte lapis non eſt animal:
Ergo iſte lapis non eſt homo.

Ecce conſequentia eſt legitima, eaque negans; & ex præmiſſis negativis illata. Quod quidem accidit, quia medium infinitatur, & eſt non animal; non enim iſte præcedens ſyllogiſmus differt ab hoc,

Omne non animal eſt non homo;
Sed iſte lapis eſt non animal:
Ergo iſte lapis eſt non homo.

Vidiſti ex negativis præmiſſis concluſionem negativam inferri; dabo alterum etiam ſyllogiſmum, in quo ex præmiſſis negativis aſſerens conſequentia inferatur. Sic diſcurro.

Inter formas ſubſtantiales tantùm rationalis animus non corrumpitur. Sed forma equi ſenſibilis, non eſt animus rationalis: Ergo corrumpitur.

An negativa affirmativam inferre poſſint?

Ecce quantas in Logicâ difficultates eum pati oporteat, qui poſitiones negantes ab infinitatis diſtinguat. Ecce quantâ facilitate ſe expediat, qui indiſtinctas eas aſſerat.

DEMONSTRATIO PHILOSOPHICA.

MCCLXXXIV. Etiam reperiemus in Phyſicis, unde poſſimus noſtram aſſertionem evincere. Aliud enim eſt rem carere exiſtentiâ, & aliud carere tali determinatâ formâ. Unde de illo, qui exiſteret quidem, & tamen careret prudentiâ v. g. poſſemus dicere, *Petrus eſt, & prudens non eſt.* vel breviùs *Petrus eſt imprudens.* & de illo, qui nõ exiſteret, dicere deberemus, *Petrus non eſt*; & tunc hæc ipſa propoſitio æquivaleret huic, *Petrus eſt non exiſtens*, ut videas, ne quidem in hoc caſu copulam à negatione infici. Igitur hâc

Carentia exiſtentiæ & formæ.

doctrinâ præmiſſâ multi apud Marcum audiunt, *Bonum erat ei, ſi non eſſet natus homo ille.* Et inde inferunt meliùs eſſe Iudæ exiſtere in inferno, quàm omninò non eſſe. Non enim dixit Chriſtus teſte Marco, *Bonum eſſet Iudæ, ſi non eſſet*, ſed dixit, *Bonum eſſet ei, ſi non eſſet natus*, ergo illud non non afficit exiſtentiam, ſed prædicatum; ergo *non* eorumdem opinione (habent illam, quot quot putant ſe eſſe ſeveros Auguſtinianos) Chriſti Domini verba æquivalent his, *Bonum eſſet ei, ſi eſſet & tamen non natus, ſed in utero oppreſſus homo ille.* tunc enim exiſteret, & tamen ſicut actuali culpâ, ſic etiam pœnâ actuali careret.

Quid minimum malũ ſit, condemnari ad infernum, aut adnihilari?

Quæ dicatur Auguſtini ſententia?

MCCLXXXV. Hæc dicta ſint ex Phyſicâ quæ exiſtentiam primi ſubjecti conſiderat, nec ideò illam negat, quod tali formâ careat; quoniam ſive dicatur materia habere propriam exiſtentiam, ſive exiſtere exiſtentiâ formæ, non dicetur carere exiſtentia, cùm determinatâ aliquâ formâ: materia enim ſemper exiſtit, aut propriam retinendo exiſtẽtiam, aut novam à formâ participãdo. Ergo ſi in rebus nulla eſt determinata formæ privatio, quæ materiam non exiſtentem reddat; nulla erit in mente negatio prædicati, quæ cupulam ipſam ſeu ſubjecti exiſtentiam inficiat. Rem expono, video Petrum, & in eo carentiam fidelitatis. & rogor ut affirmem quod vidi. Non vidi Petrum non eſſe, non ergo dicturus ſum, *Petrus non eſt*, ſed, *Petrus quidem eſt fidelitate tamen caret*, vel breviùs *Petrus eſt infidelis*, aut *eſt non fidelis*, nec aliud dicere cenſendus ſum, cùm Loquor cum multis & dico *Petrus non eſt fidelis*, non enim exiſtentia Petro, ſed fidelitas ſola negatur. Nec cauſeris, quòd illud *non* ſit apud copulam, & diſtet ab ipſo prædicato, quoniam vocalis eloquentia conceptuum vertit ordinem, & aliter dictiones diſponit.

An materia exiſtat exiſtentiâ formæ?

Nota hæc.

MCCLXXXVI. Pono exemplum. *Conſilio nihil eſt peius malo*, inquit Sophocles, & vides in labio totâ periodo, aut ut ſic loquar, toto cœlo, conſilium & malitiam diſtare, cùm tamen mente cohæreant, & ſolum illud vituperetur conſilium quod inficitur malitiâ verè & realiter. Et ut propiùs accedam, hæc propoſitio *Nullus homo eſt albus*, negationem includit, particula enim *nullus* negativa eſt. Sed quam propoſitionis partem afficit illa negatio? An, ne ſubjectum? minimè, non enim æquipollet huic, *Omnis non homo eſt albus.* An ne quantitatem ſubjecti? hanc deberet, ſi argumentum ſumeretur ab indiſtantiâ, quoniam in quantitate vocaliter imbibitur, nec tamen quantitatem afficit. Cur ergo inſilire potiùs deberet in copulam, quàm in prædicatũ, cùm non negetur hominibus exiſtentia, ſed ſola albedo? Ergo dicendum eſt hanc, *Nullus homo eſt albus*, æquivalere huic, *Omnis homo eſt non albus.*

In univerſali negativâ ſyncategorema Nullus non ſubiectum afficit, ſed copulam vel prædicatum.

DEMONSTRATIO ANIMASTICA.

AD animalem Philoſophiam adſcendam, examinabo actus mentis & voluntatis in ordine naturali, in ſupernaturali, in divino. Exiſtimo non dari diſſenſum, non dari nolitionem; & idem omninò eſſe negare Hominem eſſe Lapidem, quàm affirmare hominem non eſſe lapidem, aut eſſe non lapidem: & idem tandem eſſe nolle calorem, quàm velle non calorem; idem eſſe nolle audire miſſam, quàm velle non audire miſſam.

An detur in mente diſſenſus? An in voluntate nolitio?

Hæc omnia multa ſunt, & plura quàm quæ aſſumi deberent; quoniam in demonſtrationibus omnia eſſe debent certa, omnia pervia, omnia clara, omnia extra dubium. At puto me alibi rem uberiùs expoſuiſſe, & nunc breviter multum dicturum eſſe. Sic rem totam propono.

In Deo non datur nolitio, ne ratione quidem ratiocinatâ à volitione diſtincta, nec Divina voluntas eſt libera, ut eliciat alterum è duobus actibus formalibus circa ipſum objectum, nempe amorem aut odium; ſed tota illa ſumma Dei libertas in hoc ſita eſt, ut idem actus volitionis verſari poſſit circa plurima. [Lingua loquatur ut vult, vel ut poteſt; non enim annoſi nomenclaturis corrigere volumus labium, ſed iuvenis diſcipuli mentem. Materiale & Immateriale contradictoriè opponuntur; item [Finitum Infinitumque, & tamen antiquus Nomenclator poſitiva expreſſit nomine negativo; & poſitivo negativas. Plus enim perfectionis habet Infinitum quàm Finitum, plus Immateriale quàm Materiale: ut non ſit mirum eumdem nominum impoſitorem, eidem formalitati diverſa nomina impoſuiſſe, & præbuiſſe occaſionem, ut ſubeſſe formalem diſtinctionem aliquam ſuſpicaremur.] Poni vellem totam libertatem humanam divinamque eſſe objectivam, poſſeque hominem, Angelum, DEUM, *velle movere iſtum librum*, & *velle non movere iſtum librum* & hoc poſterius eſt quod dicitur, *nolle movere librum*, quaſi differentia ſe teneat ex parte voluntatis, cùm tota ſe teneat ex parte objecti. Nam ſicut actus potentiæ viſivæ eſt viſio, & auditivæ auditio; ſic actus voluntatis eſt volitio: unde *velle Petrum*, & *odiſſe Petrum*, nihil eſt aliud, quàm *amare exiſtentiam* & *amare non exiſtentiam Petri*: voluntas enim ſemper vult, & dicitur *amare me*, cùm vult mihi omnia bona; *deteſtari me* cùm vult me à ſe abſentem & alienum: *frui me*, cum voluntate me poſſidet, & de meâ præſentia congaudet; *odio habere me*, cùm mihi vult excidiũ mortemque: Et tamen illa ſemper vult, & tota diverſitas eſt objectiva. Nam ſicut actus quo albedinem video, diſtinguitur ab illo, quo virorem video (uterque enim eſt viſio, & diverſitas eſt objectiva) ſic ille quo volo ſcribere, ab illo quo volo non ſcribere, vel ut alij loquuntur, nolo ſcribere (uterque enim volitio eſt, & tota etiam diverſitas eſt objectiva.)

MCCLXXXVII. *An detur voluntas aut nolitio in Deo? In quo conſiſtat Dei libertas?*

Sæpe nomina negativa rebus poſitivis imponuntur ſæpe poſitiva negativis.

Volitionis & nolitionis differentia ſe tenet ex parte objecti.

Volitio: Exſecratio: Fruitio: Odium:

CONFIRMATIO THEOLOGICA.

OMnia hæc clariùs, in Deo intelligi poſſunt: Iacob dilexit Deus, Eſau autem odio habuit. Et inquiro an hic poſterior actus ſit ratione ratiocinatâ à priore diſtinctus? Si non ſit, habeo intentum, & dico antequam quidquam boni aut mali feciſſent (non tamen antequam

MCCLXXXVIII. *An in Deo odium & amor diſtinguantur formaliter?*

præſ-

An prædeſtinatio, aut etiam reprobatio ſit ante præviſa merita?

prævidiſſet aut non prævidiſſet; hæc enim Apoſtoli authoritas in utrâque opinione ſalvatur) Iacobo Deum favere, & Eſau fratri ejus non favere voluiſſe. Si dicantur iſti duo actus diſtincti ratione ratiocinatâ, debebunt dici nô eſſe ejuſdem rationis, & ideò non poterunt diſtingui puro numero; ergo majori diſtinctione. Ergo hoc odium erit actus liber ratione ratiocinatâ ab amore creaturarum libero, & ab amore divino neceſſario diſtinctus. An non vides hic inconvenientiarum cumulos? An nô etiam pericula & difficultates? Re bene examinatâ, quidquid ſomniat inter veteres, & quidquid inter recentiores Vorſtius Calviniſta deliret, concors Theologorum ſententia ſtatuit omnem actum liberum voluntatis divinæ non diſtingui formaliter aut ratione ratiocinatâ ab actu illo neceſſario, quo ſe amat Deus. Unde

An in Deo ſint multi voluntatis actus?

ad miraculum bene Becanus *cap. 11. de volunt Dei quæſt. 4. num. 5.* ſic inquit. *Non ſunt multi actus voluntatis, quorum uno decernat Deus creare mundum, alio prædeſtinare quoſdam ad vitam alio reprobare ad mortem: ſed eſt unus ſimplex actus, qui hæc omnia decernit.* Et ſummâ doctrinæ conſequentiâ ad ſcientiam divinam tranſiens ſic infit.

An ſint in Deo multi intellectûs actus?

Simile eſt in ſcientiâ Dei: Non enim ſunt multæ ſcientiæ in Deo, id eſt, non ſunt multi actus intellectûs, quorum uno cognoſcat Petrum, alio Paulum, alio Ioannem; ſed eſt una ſimplex ſcientia, ſeu unus ſimplex actus intelligendi, quo omnia, tam creaturas, quàm ſe ipſum intelligit. Igitur ſi omnimoda analogia & ſimilitudo inter intellectum & voluntatem ſervari debeat, dicendum omninò eſt, ſicut reprobatio & prædeſtinatio in Deo ſunt unus actus ſimpliciſſimus, ſic etiam aſſenſum & diſſenſum; eodem enim actu, quo ſcit te modò has lineas legere, ſcit Adamum olim fuiſſe, & modò in rerum naturâ non eſſe.

CONFIRMATIO SUPERNATURALIS.

MCCIC. *Quid Charitas & Fides ſint?*

COnfirmat totam hanc doctrinam ordo rerum ſupernaturalium. Charitas eſt virtus dilectiva, & Fides creditiva, operatur charitas cùm amat, Fides cùm credit. Et tamen non debemus fingere odia, quæ ſint actus Charitatis; nec diſſenſus, qui proveniant à Fide: quoniam Charitas vult non peccatum, & dicitur odiſſe peccatum. & Fides credit Trinitatem; & dicitur de credere non Trinitatem.

Corollarium I.

VEniamus igitur ad Hominem, cujus causâ hæc ſunt dicta; cumq; habere volûtatê & actus volendi concedis. at quia & nolitiones ſeu odia formalia protrudere vis, ſic diſcurro. Vel odiſſe lectionem eſt voluiſſe non lectionem, vel eſt alius actus alterius ordinis vel ſpeciei. Si primum, habeo intentum; id enim ipſû ego dico; ſi ſecundum, ſic inſto. Ille actus, ſi in me reperitur, ſublatis imperfectionibus reperietur in Deo; & ſi in Deo non reperitur ab imperfectionibus liber, nec in nobis reperietur imperfectus: [& ratio eſt; quia ſicut in Deo reperitur voluntas & volitio, ita etiam & nolitio deberet.] At nolitio, quæ ſit à volitione diſtincta, non reperitur in Deo: ergo neque in homine. Major eſt primum principium Theologiæ, conſequentia eſt legitima; & minor ſuperiùs probata.

Fundatur hæc ratio. Omnes creaturarum perfectiones ſublatis imperfectionibus reperiuntur in Deo.

Corollarium II.

SIcut de voluntate humanâ; ſic etiam Philoſophandû eſt de humano intellectu, & ſi idem eſt *odiſſe exiſtentiam, ac voluiſſe aut amaſſi non exiſtentiam*: idem erit *negare hominem eſſe album*, quàm *affirmare non eſſe album*, hoc eſt, *eſſe non album*: Manebitque ſimpliciſſima & fœliciſſima obſervatio, quæ tenet oculum eſſe determinatum ad actum videndi; nec eum audire poſſe; auris eſſe audire, non videre: voluntatis eſſe velle tantummodò & totam libertatem in objecto conſiſtere, quando enim homo vult legere, poteſt velle non legere: & ſic etiam judicii eſſe affirmare; cuius etiam objectum eſt duplex, actus unus; nam *negare rem eſſe*, eſt *affirmare rem non eſſe*; & *negare hominem eſſe album*, eſt *affirmare illum eſſe non album*. MCCC.

Determinatio potentiarû.

Indeterminatio voluntatis in quo conſiſtat?

PENITIOR EXPOSITIO.

MOmenta ultimæ demonſtrationis debuerunt uberiùs expendi, quoniam à notitiâ odij liberi Dei tota hæc reſolutio dependet. Anne ſententia iſta communis, quæ docet eamdem omninò divinam volitionem prout hominibus vult gloriam vocari *Prædeſtinationem*, & eamdem prout vult illis non gloriam aut etiam cruciatus æternos vocari *Odium & Reprobationem*, demonſtratur? Sic puto. Quod, ſi non demonſtretur, communis eſt, & probabilior judicanda, ideoque reſolutio illa Logica, quæ hinc neceſſariò deducitur, quam etiam aliunde demonſtravimus, hinc etiam demonſtrari dicenda, aut ſaltem probabiliùs inferri, quod reſtitutioni logicæ laborantis ſufficeret.

At modò breviter Propoſitionem unam MCCCI.
aut alteram recognoſcamus. Hanc *Homo eſt animal*, conſiderandam propono, & illi adjungo hanc *Petrus eſt Romæ*, & evidenter video verbum *eſt* eſſe æquivocum, & aliter ſignificare in unâ, in aliâ aliter: Ut enim prior illa ſit vera, non requiritur hominem aliquem exiſtere; & tamen ſi Petrus non exiſtat, non poterit verificari poſterior. Ergo dicendum eſt dari connexionem eſſentialem, & exiſtentialem, illa eſt eſſentialium prædicatorum concordia, quæ poteſt intelligi ſine exiſtentia, & tamen copulâ *eſt* ſolet ſignificari; iſta exiſtentiam imbibit, & ſubjectis ſingularibus ſolet competere. Unde prior illa Propoſitio, *Homo eſt animal* æquivalebit huic, *Homo ſive exiſtat, ſive non exiſtat, habet in ſuo conceptu eſſentiali animalitatem.* & poſterior illa, *Petrus eſt Romæ*, huic, *Petrus eſt exiſtens Romæ.* Et quia operæ pretium eſt ſcire quando illud verbum *eſt* eſt eſſentiale, & quando exiſtentiale, hanc ego Regulam adiungo. I. *Vbicumque prædicatum eſt de eſſentiâ aut inſeparabili proprietate ſubjecti non individui, verbum EST ſignificat exercitium eſſentiæ. Vbicumque prædicatum eſt accidens, copula EST ſignificat exiſtentiæ exercitium.* II. *Si ſubjectum*

Verbum eſt eſt æquivocum, & plurimas habet ſignificationes. Videnum. 1090.

Quando eſt ſignificet exiſtentiam & quando non?

ſubjectum ſit ſingulare, uſus obtinuit, ut ſemper, aut ſere, ſignificetur exiſtentia.

An negatio poſſit cadere ſupra veram propoſitionum copulam?

His poſitis aliquas Aſſertiones ſubjungo. I. *Negatio nunquam poteſt afficere veram copulam, ſeu eſſentialē EST, bene tamen exiſtentiale, & quemcumque alium terminum.* Patet, quia quando dicimus *Petrus non eſt*, videmur dicere, *Petrus eſt non exiſtens*, ubi copula eſt eſſentialis, & ſignificat verè ſubjectum, quod eſt *Petrus* cum prædicato, quod eſt *non exiſtentia*, copulari. II. *Dantur Propoſitiones in quibus negatio inficit ſubjectum, dantur in quibus prædicatum; dantur in quibus aliquam ſolam circumſtantiam aut modum.* III. *Dialecticus lynx eſſe debet, & videre quemnam terminum negatio afficiat; ſæpe enim in rebus & mente alium, alium in linguâ afficit; unde patet Grammaticam à Scholaſticis debere corrigi.* IV. *Nulla eſt propoſitio negativa, quæ non poſſit & debeat ita exponi, ut negatio prædicatum afficiat.* His præmiſſis unam aut alteram periodum conſideremus.

Varia infinitarum propoſitionum genera.

MCCCII. *De Verbi æterni incarnatione.*

Apoſtolus ad Philipp. 2. *Cùm in formâ Dei eſſet* (Chriſtus) *non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo*: non negat Chriſtum fuiſſe, non negat eum arbitratum; ſed aſſerit, Chriſtum & extitiſſe, & arbitratum quidem fuiſſe, ſed non rapinam: ut videas negationem nec copulam nec prædicatum afficere, ſed connotatum prædicati. Matth. 26. Ioannis, 12. & Marci, 14. *ſemper pauperes habebitis vobiſcum, me autem non ſemper habebitis*, ait Chriſtus; & ſuâ negatione afficit tantùm illud *ſemper*.

An eleëmoſyna rebus omnibus ſint præponenda?

Et Paulò inferiùs D. Marcus. *Multi teſtimonium falſum dicebant adverſus eum, & convenientia teſtimonia non erant.* Videtur illud *non* ipſammet copulam afficere, & tamen non negat Divinus Hiſtoriographus fuiſſe aliqua teſtimonia, ſed fuiſſe multa aſſerit, omnia tamen diſſona & diſconvenientia.

Teſtimonia falſa contra Chriſtum.

Et inferiùs, *Facti ſunt amici Herodes & Pilatus in ipsâ die, nam antè inimici erant.* Ubi vides illos ab Evangeliſtâ inimicos dici, qui ab alio non eſſe amici dicerentur.

Aliquando inſtum periclitatur quoties Tyranni conveniunt.

Dixerat apud eumdem Marcum Petrus, *etſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ſed non ego.* An-ne negatio perſonam afficit? minimè. Sed hæc propoſitio *Non ego*, ut conſtat ex Evangeliorum concordiâ, æquipollebit huic, *Ego non ſcandalizabor*, hoc eſt, *Ego ero quidem pro te, & ero non ſcandalizatus.*

An nomina ex In compoſita ſint infinita?

At dices, nomina ex *In* compoſita non æquipollere infinitis; plus enim ſignificat *Inimicus*, quam *Non amicus*; plus *Injuſtus*, quàm *Non juſtus*. Sed hoc, ſi aliquando verum, Nomenclatorum negligentiæ adtribuendum, nec obiiciendum contra me, qui non dico hanc propoſitionem *Petrus eſt non juſtus* æquipollere neceſſariò huic, *Petrus eſt injuſtus*, ſed huic *Petrus non eſt juſtus*. Obſervandum etiam eſt privativa ab infinitis diſtingui, & in alterutris aliquando potentiam & aliquando actum ſecundum abnegari.

An privativa & infinita diſtinguantur?

MCCCIII. *Quo modo adverſativæ debeant intelligi.*

Sed inſtas, obiicisque Ambroſium in Pſalm. CXVIII. dicentem, *Statutis facere contraria, non eſt intelligere, ſed ignorare.* cuius verba non putas æquivalere his. *ſtatutis facere contraria, eſt non intelligere, ſed ignorare*, adeòque exiſtimas debere negationi permitti, quod ipſammet afficiat copulam. *Et reſpondeo* multa rigorosè dici, quæ non dicuntur eloquenter; ſed quia præter rigorem etiam eloquentiam deſideras, ſto meæ reſolutioni, & aſſero negationem afficere copulam non poſſe; illamque propoſitionem æquivalere huic, *Statutis facere contraria, eſt quidem non intelligere, ſed ignorare.* Et hoc radio, quo modo omnes adverſativæ intelligi debeant, explano.

CONCLVSIO.

Qualis ſit iſta nova Dialectica?

Reſolvo igitur hanc novam Dialecticam eſſe ingenioſam, curioſam, facilem; dignamque quæ à Philoſophiæ ſtudioſis addiſcatur, teneatur, defendatur. Suadeo tamen priùs veterem doctrinam addiſci, ſumus enim diſputaturi cum hominibus, qui hanc novam doctrinam ignorant, quos nec intelligere nec urgere poterimus, ſi eorum doctrinam ignoremus. Sanè in Logicâ omnia aut pleraque vocalia ſunt, & ita ſentire cum paucis iubemur, ut ſemper cum multis loquamur.

An veteri ſit anteponenda?



NON-

NON-OMNIS HERCULIS LOGICI.

Labor II.

Propoſitiones affectas hoc ſigno Non-omnis *magno Dialecticorum bono expendens: illiſque benè expoſitis novam conformans*

LOGICAM.

MCCCIV. *Quid ſignificet hoc ſyncategorema Non-omnis.*

NON-OMNIS ſcit; quid ſignificet hæc vox *Non-omnis.* Putant Peripatetici æquipollere ſyncategorematí *Aliquis non*: &, ſi ipſi putant bene, non eſt cur iſta ſcribam; & antiqua, multorum annorum aut etiam ſæculorum poſſeſſione præſcripta, velim invertere, aut damnare. Pulchra omnia Ariſtotelis dogmata, & meditationes Peripateticorum etiam pulchræ, laude ſunt dignæ, correctione non egent. Sed, ut pace Peripateticorum loquar; cùm dicunt has duas propoſitiones,

De æquipollentiâ propoſitionum.

Aliquis homo non currit.
Non omnis homo currit.

æquipollentes eſſe, errant. Id niſi demonſtravero, non ſubminiſtrabo punctum firmum, cui noſter Archimedes inſiſtat, verſurus Orbem literarium. Dico igitur hanc propoſitionem;

Non Omnis homo currit;

æquivalere huic,

Aliquis homo currit, & aliquis etiam non currit.

Ergo ſyncategorema hoc, *Non omnis*, utrumque ſubcontrarium (*Aliquis*, & *Aliquis non*) diſtinctè & apertè complectitur: nec debet ad alterum reduci, nec ab altero educi; cùm præſtet ut utrumq; devinciat, implicet & involvat. Quæſtio eſt hæc nominalis; & quæ à liberâ vocum acceptione dependet: & tam clara, ut idem ſit proponi & reſolvi: ſed quia præjudicia potentiſſima ſunt, & erunt forſitan nonnulli, ita Peripateticorum doctrinâ præoccupati, & nec velint aperire oculos luci, nec aures veritati inclinare, tres rationes (primam Theologicam, ſecundam Politicam, tertiam Naturalem) proponam, illaſque poſteà teſtimoniis clarorum Authorum confirmabo. Sit

Prima.

MCCCV. *Si Non omnis, & Aliquis non eſſent termini æquipollentes, hæ propoſitiones eſſent vera.*

DE Deo hominibus loqui debemus ſobriè & caſtè: omnia enim quæ temerè dicuntur in materiis ſublimibus, ſacrilegio non carent. Interim, quia tu Peripateticus es, & Logicam communem didiciſti; advocaris, ut verba Petri examines; & de illis ſententiam certam & definitivam pronuncies; Illa erant:

Non omnis Deus eſt author mali.
Non omnis perſona divina eſt creata.
Non omnes divina voluntas neceſſitat.
Non omnes articuli fidei ſunt falſi.
Non omnes Chriſti actiones ſunt malæ.
Non omnis juſtus condemnabitur.

Laudas-ne Petrum; cùm ejuſmodi blaſphemias evomit? Non credo. Horreo; cùm talia audio, & quia ſingula contra Dei authoritatem & majeſtatem dicta, Petri linguam temerariam condemno.

Manichæorum delirium de duplici Deo.

Sanè, ſi res examinetur bene; prima Petri propoſitio eſt inſana, & revocare videtur ſepultum Manichæorum delirium, duos Deos oppoſito aſtrudens, alterum bonum; malum alterum, ac propterea aſſerens; non omnem Deum eſſe factorem mali; ſed tantùm alterum; alterumque mali authorem non eſſe.

An Filius & Spiritus ſanctus ſint creaturæ?

Secunda Arij & ejus diſcipulorum eſt: docebant enim non omnem, hoc eſt, aliquam eſſe creatam (nempe, filium) & aliquam non eſſe creatam (nempe, Patrem.)

An voluntas Dei noſtram neceſſitet.

Tertia adſtruit à voluntate divinâ neceſſitari aliquos homines, & aliquos non neceſſitari. Et quâ parte neceſſitatem in actus meritorios protrudit, hæretica, & conſonans ſomniis illorum, qui humanam libertatem negarunt.

An error in Fidei articulis reperiatur.

Quarta totam Fidem orthodoxam invadit, quia ſi non omnes Articuli ſint falſi, fide caret divina Fides, & nos ſumus errore expoſiti inter veros & falſos.

An aliqua Chriſti actio fuerit mala?

Quinta Chriſto Domino eſt injuria, ſupponit enim aliquas Chriſti actiones malas eſſe, cùm aſſerit non eſſe univerſas damnandas.

An aliquis ſit juſtus damnandus.

Sexta divini decreti infallibilitatem totam tollit, tollit præſcientiam, tollit ſecuritatem: nam ſi non omnis prædeſtinatus condemnetur, & fruſtratur voluntas, quæ eum ſalvandum decrevit; & decipitur mens, quæ illum definivit ſalvandum.

Secunda.

MCCCVI. *Syncategor...*

LEgit iſta Franciſcus, & quia ſublimia & cœleſtia, non movetur: nec ſentit, quæ contra

Numen

rema Non omnis, aliquid negat, & aliquid aſſerit. Numen acta: & hanc ob rem ut hominem aliquem piam ad hominem, propoſitionem quintam recognoſco, & converſus ad illum, ſic inquam:

Non omnes cogitationes Petri ſunt hæreticæ.
Non omnes ejus actiones ſacrilegia.
Non omnia ejus verba mendacia.
Non omnis laqueo collum dabit.

Quid quæſo ad iſta Petrus? Innocens ſum, ſi nihil iſtis poſitionibus aſſero. At ille, ſi bonus & prudens, ſibi injuriam illatam conqueritur, & non quia nego: ergo aliquid concomitanter aſſero, quod illi diſplicet. Ergo ſyncategorema *Non omnis*, partim aſſerit & partim negat. [Et quidem hoc his notari volo, me, dum cum aliquibus amicis de hac materia egerim, ſemper debuiſſe primam rationem propugnare, nunquam hanc: tam enim ſumus delicati, ut vulnera propria percipiamus ſtatim, quia aliena, (etſi contra honorem Dei vergentia) non tam citò ſentimus.]

An homines ſe magis læſos ſentiant, quàm Deum?

Tertia.

MCCCVII. *An voces ad placitum ſignificent?*

EXperientia nos docet nullum eſſe modum dicendi legitimum & bonum, qui apud Authores claros & receptos non exiſtet. Experientia nos docet, verborum ſignificationem ab arbitrio pendere, & ideò hanc vocem hoc ſignificare & non illud, quia ſic Nomenclatores inſtituerunt, & populus ſic approbavit. Ergo ſic argumentor: Si hoc ſyncategorema, *Non omnis*, æquivalet huic *Aliquis non*, & non etiam huic *Aliquis ſic*, hoc conſtabit ex aliquibus libris. At in nullo reperitur vel una linea, in quâ utrique ſyncategoremati ſubcontrario non æquivaleat. Ergo ſtandum eſt meæ reſolutioni. Ut minorem probem poſtulo, ut detur mihi vel una authoritas, in quâ *Non omnis*, eſſe nequeat *Aliquis ſic*, & polliceor me mille contrapoſiturum, in quibus *Aliquis ſic* & *Aliquis non* exprimatur: ſincerè hoc dico: Ne unum quidem locum hucuſque legi, qui favere adverſariis poſſit: tametſi multa legerim & confidenter infero, à nemine inventum iri, quod à me poſt tot annos lectionis & obſervationis non fuit inventum. Quod, ſi aliquis unam aut alteram lineam invenerit (hoc non puto) quæ contra meam doctrinam faciat: quid inde? Uno hirundo non facit ver: ſi enim loquendum multis eſt, loquendum eſt cum multis, non cum uno. Et ut ſcrupuloſus quiſque ſciat, quænam teſtimonia poterunt contra me militare: ſi multas propoſitiones in materiâ remotâ aut impoſſibili, ſimilibus,

Non omnis homo eſt equus.
Non omne vivum caret formâ.
Non omnis triangulus caret tribus lineis
Non omnis equus caret hinnibilitate. &c.

reperiat, do manus. Ego totâ meâ vitâ nullam: & exiſtimo nullam aut ſaltem nullas ab aliquo fore inveniendas. Hæc omnia certa ſunt & ex ipſis naſcitur hæc

Concluſio.

An hoc ſyncategorema in materiâ neceſſariâ inveniatur?

HOc ſyncategorema Non-omnis, *nunquam in materiâ neceſſariâ aut repugnante reperitur: ſed ſemper in liberâ vel contingente.* Et concluſionem hanc non poterit meliùs demonſtrare, quam optimos Authores producendo.

Sacra Pagina.

MCCCVIII. *An omnes obediant?*

GEntilium Apoſtolus Paulus *ad Rom.* 10. probare vult Fidem à piâ affectione; & hanc partim a gratiâ, partim à libera hominum voluntate pendere; & ſic ait. *Non omnes obediunt Evangelio* hoc eſt nonnulli obediunt, & etiam nonnulli non obediunt Ecce ſyncategorema hoc *Non omnis*, ponitur in materiâ obedientiæ, quæ eſt libera.

An omnes accipiant conſilia? Et Chriſtus (*Matthæi* 19.) cùm ageret de Virginitate & cœlibatu, hoc eſt, de materia liberrima, ait: *Non omnes capiunt verbum hoc.* id eſt: aliqui capiunt conſilium hoc, & manent cœlibes, & alij, quia malunt uxores ducere & habere, hoc non capiunt.

An omnes homines ſint prædeſtinati? Huc referri etiam poteſt ſyllogiſmus multâ doctrinâ & eruditione plenus, quo uſus fuit Chriſtus Dominus, *Matth.* 7. alloquens diſcipulos ſuos. Dixit enim. *Non omnis, qui dicit mihi Domine intrabit in regnum cælorum: ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum.* E quibus Verbi Divini verbis iſtud ratiocinium diduco.

Omnis & ſolus, qui facit voluntatem Dei, intrabit in regnum cælorum:
At non omnis, qui dicit, Domine, Domine, facit voluntatem Dei:
Ergo non omnis qui dicit Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum:
Ergo ex his, qui dicunt, Domine, Domine, aliqui intrabunt, & aliqui non intrabunt in regnum cælorum.

Ecce iterum in materiâ liberâ Chriſtus utitur ſyncategoremate: *Non omnis.*

Patres.

MCCCIX. *Parabola de decem Virginibus.*

SUb eumdem ſenſum veniunt D. Gregorij verba, qui *homiliâ* 12. *in Evang.* parabolam de regno cœleſti, & decem Virginibus (quarum quinque erant fatuæ & quinque prudentes; & ideò illæ admiſſæ, hæ rejectæ) explicandam aſſumit, & ſic ait: [Ecce enim Redemptoris voce decem Virgines, & quidem omnes dicuntur Virgines, & tamen intra beatitudinis januâ non omnes ſunt receptæ: quia earum quædam, dum de Virginitate ſuâ gloriam foris expetût, in vaſis ſuis oleum habuere noluerunt.] Et hic, quæſo, conſidera bene illam vocem *non omnes*, non enim ſumitur præciſivè, ſed diſtinctivè: & hanc ob rem hæc poſitio, *Non omnes ſunt receptæ*, æquipollebit iſti copulativæ, *Aliquæ ſunt receptæ & aliquæ non ſunt receptæ.* ubi vides etiam eſſe materiam liberam, in quâ licuit uti hoc ſyncategoremate.

An percuterò ſit aliud amicitia? Et Auguſtinus lib. 9. Confeſſionum ſic ait: *Non omnis qui parcit amicus eſt; nec omnis qui percutit, inimicus. Melius eſt cum ſeveritate diligere, quàm cum lenitate decipere.* Et tamen verberare & parcere ad liberum arbitrium pertinent.

An vendi- Placet addere iſtam periodum, quam habet Nazianze-

Digitized by Google

dum ſit ad ſummam dignitatẽ per gradus.

Nazianzenus in oratione funebri in laudem Baſilij. [Nequaquam, ait, rerum & ordinis apud nos laudo confuſionem , cùm aliquando perversè quibuſdam præſidetur in gradibus : ſiquidem non omnes accuſare audeo , neque viſum eſt: obiter tamen legem laudo Nautarum , quæ priùs gubernatori remum in manus dat, indeque in proram deducit & ulteriora concredit.]

Exemplum à nautis de u... tum.

Prophani Authores.

An eloquentia & rigor in ſacris literis, aut Patribus ſint reperienda?

AT aliquis fortaſſe dicet rigorem labij aut calami non eſſe à Scripturâ ſacrâ, non eſſe à Patribus veteris Eccleſiæ petendum : ſed à Poëtis & Oratoribus (Virgilio , Ovidio , Cicerone, &c. Iuſto Lipſio : &c.) aut etiam à Philoſophis & Scholaſticis, qui debuerunt verborum habere delectum. Nolo objectioni ſatisfacere Authores canonicos & Patres ab illata iniuria vendicando, quoniam nec Sol luce, nec illi defenſione indigent. Probabo tamen , etiam prophanos ſcriptores eodem modo & ſenſu hoc ſyncategoremate uſos eſſe.

Virgilius.

MCCCX. *Qualis fuerit Virgilius?*

PRimò loco ille erit recenſendus, qui primũ obtinet inter Poëtas Latinos: nempe Virgilius, cuius Muſa, omnium opinione fuit puriſſima & eloquentiſſima. Is igitur in variis locis hoc pronomine & aliter, quàm opinatur vulgus, utitur. Aliquot teſtimonia produco.

Æneid. 6. 736. *An omnia ſimul mala in aliquo reperiri poſſint.*

Non tamen omne malum miſeris , nec funditus omnes
Corporeæ excedunt peſtes.

Et meritò, miſeri enim ſunt, non qui omni malo laborant, aut omni peſte inficiuntur, ſed qui laborant aliquo & aliquo liberi ſunt : & qui inficiuntur aliquâ, & aliquâ carent omninò. Qui enim aut omnia bona poſſideat, aut omnia mala patiatur, nullus eſt. Et iterum.

Æneid. 9. 141. *An diviſio hominum in mares & fœminas ſit generica.*

Sed periiſſe ſemel ſatis eſt, peccare fuiſſet
Antè ſatis penitùs, modò non genus omne peroſos
Fœmineum.

Videntur Troiani debuiſſe odio habere omnes fœminas, & tamen quia aliquas fuerunt peroſi, & aliquas imprudenter amarunt, miſerrimè debuiſſe perire. Eâdem utitur alibi phraſi, cùm ait in Eclogâ:

Eclog 4. 2. *Non omnes arbuſta iuvant, humileſque myricæ.*

iuvant enim aliquos & aliquos etiam non iuvant. Et in aliâ

Eclog. 8. 63. *Varia eſt poteſtas hominum.*

——— *Non omnia poſſumus omnes.*

alij enim hæc, alij autem illa: plura hi, pauciora illi poſſumus ; quod ipſum etiam de agris & campis verum eſt, unde in Georgicis.

Georgic. 2. 109. *Et varia eſt terrarum fertilitas.*

Nec verò terra ferre omnes omnia poſſunt.

aliæ enim vites, aliæ ſegetes, aliæ arbores , aliæ vix herbam poſſunt. Huc fortè etiam ſpectare debent iſta carmina , ſi aliquorum correctio vitio caret. Sic enim ait noſter Poëta:

Non omnes terrent arma , ſonus excitat omnis Æneid. 3. 718.
Suſpenſum.

Fragor enim tametſi omnes excitet , aliquos terret , & aliquos etiam non terret. Et rurſus:

——— *Non illis omnibus arma,* Æneid. 7. 685.
Nec clypei currus-ve ſonant.

Forte enim illud *non* & illud *nec* afficit verbum *ſonant* , & hoc ſenſu negatio univerſalior eſt. Forte afficit illud *omnibus*: & , ſi hoc, idem erit dicere, *Non omnibus ſonant* , quod dicere , *Aliquibus ſonant* , *& aliquibus etiam non ſonant*. Et alibi.

Qui muros, matriſque dedit tibi Mantua nomen: Æneid. 10. 201.
Mantua dives avis. Sed non genus omnibus unum. *De Mantuanis.*
Gens illi triplex, populi ſub gente quaterni.

Ecce, non omnibus eſſe unum genus ait , quia aliquibus erat unum , & aliquibus non erat unum.

Hæc ſunt omnia aut ferè loca, in quibus Virgilius uſus fuit hoc ſyncategoremate *Non omnis*; & in omnibus, ut vidiſti, utrumque ſubcontrarium complexus reſolutionem ipſe noſtram magno teſtimonio firmavit.

Seneca.

An omnis vir bonus per participationem ſit Deus?

HOc etiam ſenſu Epiſt. 87. [Quæris, quæ res ſapientem faciat? quæ Deum. Debet oportet illi aliquid divinum , aliquid cœleſte, magnificum. Non in omnes bonum cadit, nec quemlibet poſſeſſorem patitur. Vide.

Quid ferant ſingulæ regiones?

Et quid quaque ferat regio, & quid quaque recuſet:
Hic ſegetes, illic veniunt felicius uvæ:
Arborei fœtus alibi, atque iniuſſa vireſcunt
Gramina ; nonne vides croceos ut Tmolus odores,
India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi?
At Chalybes nudi ferrum.

Iſta in regionibus deſcripta ſunt. &c.] Argumentatur Seneca à ſimili. Aſſumit: *Non omnem ferre omnia terram* , quod deſcendendo ad ſpecialia probat; & concludit. *Non omnem capere omnia mentem* , nam iſta hæc capit, illa verò non capit.

M. T. Cicero.

MCCCXI *An omnis poſſit locus omni diſputationi ſervire?*

ETiam ipſe hoc ſenſu utitur eodem termino ſyncategorematico, & ſemper in materiâ liberâ vel contingenti, ut evincunt teſtimonia ſequentia. In topicis ad Trebatium paulò poſt medium ait : *Illud primum intelligendum eſt , nec ullam eſſe diſputationem , in quam non aliquis locus incurrat , nec ferè omnes locos incidere in omnem quæſtionem, & (ſed) quibuſdam quæſtionibus alios , quibuſdam eſſe alios aptiores.* Ubi ut vides, Vox. *Nec ulla*, æquipollet voci *Nulla* : vox *Non aliquis* voci *Nullus*: vox *Nec omnes* vocibus *Aliqui ſic & aliqui non.*

An à vita profeſſione indicia & argumenta poſſit Actor, aut etiam Advocatus ſumere?

Didiceram Orationem ejuſdem Ciceronis pro ſexto Roſcio valde puer , & dum exercitij gratiâ periodos aliquas in memoriam revoco , alias obſervatione digniſſimas aliò refero , has hìc ſubſcribo. Ante medium ſic Orator inquit. *Quã in re prætereo illud , quod mihi maximo argumen-*

te ad huius innocentiam poterat eſſe , in ruſticis moribus , in victu arido , in hac horridâ incultâque vitâ iſtiuſmodi maleficia gigni non ſolere , ut non omnem frugem , neque arborem , in omni agro reperire poſſis ; ſic non omne facinus in omni vitâ naſcitur. Ubi certum eſt, hanc poſitionem, *Non omnes fruges hic gignuntur,* æquipollere huic , *Aliqua quidem gignuntur, aliqua verò non.* & hanc, *Non omnis arbos reperitur* , huic , *Aliqua reperitur & aliqua non reperitur.* & hanc, *Non omne facinus naſcitur,* æquipollere huic, *al quod facinus naſcitur, & aliud quod non.*

Amicitiæ cauſa. Et inferiùs hoc eodem ſyncategoremate duas ſubcontrarias evidenter complectitur,& ait, *Non enim poſſumus omnia per nos agere : alius in aliâ eſt re magis utilis: ideircò amicitiæ comparantur, ut commune commodum mutuis officiis gubernetur.*

Et verſus ejuſdem Orationis finem, contra invaſorem , ſic ſuum Roſcium tuetur; ſic aggreditur hoſtem cum moderamine inculpatæ tutelæ. ſic ait. *Quid igitur? Chryſogonus ſui maleficij occultandi causâ quæſtionem de his haberi non vult ? minimè, Iudices , Non in omnibus arbitror omnia convenire.* Sed cur ſic ille loquitur ? quia exiſtimat in hos hæc convenire , illa non convenire : in illos alia:hoc enim ſignificat vox, *Non omnia.*

Sextus Pompeius Feſtus

Adagium: Non omnibus dormio. SCripſit ante aliquot annos de verborum ſignificatione libros undeviginti ; & in ipſis multa præclarè & varia, quorum *non omnia* extant : quià reperti ſunt Codices laceri , & inter ſervatas tabulas multæ adhuc deſunt. Is igitur lib.12. ſic ait. *Non omnibus dormio : proverbium videtur natum à Capio quodam , qui Pararencho dictus eſt, quod ſimularet dormientem , quo impunitius uxor ejus mœcharetur. Eius meminit Lucilius.* Et quidem non omnibus dormit, qui aliquibus dormit, alijs autem non dormit.

Iuſtus Lipſius.

MCCCXII. *An omnes Lipſii Epiſtolæ ſint editæ?* EUm non Belgium ſolum, ſed & Europa tota magni fecit, eumque ſummum labij & calami obſervaſſe rigorem , omnes aſſerunt, & tamen ita utitur hoc ſyncategoremate *Non omnis* , ut bina ſubcontraria comprehendat. Edidit Centuriam Epiſtolarum ad Hiſpanos & Italos , & in Præfatione ſic Lectorem affatur. *En tibi Lector hanc centuriam novo exemplo ad duarum regionum populares ſcriptam. Cauſa mihi , &c. Nec ſanè omnes etiam ad eas ipſas duas gentes edo. Qui poſſim ? perierunt meâ aut amanuenſium incuriâ multæ :* &c. & ecce idiomate Lipſiano idem eſt dicere , *Non omnes epiſtolas edo,* ac dicere , *Aliquas edo , & aliquas etiam non edo.*

Nemini omnia ad votum ſuccedunt. Centuria I. ad Belgas exſtat Epiſtola XLVII. ad Woverium : & in ipſâ. *Nec tibi nunc , aut poſteà , omnia pro votis cedent.* Cur non omnia ? Quia aliqua cedent, & aliqua non cedent.

D. Baſilij Seleucienſis Orationes in linguam Latinam verterat Claudius Dauſquius S. J. & tranſlationem Iuſtus Lipſius & etiam tranſlatorem commendat Epiſtola LXII. ad Belgas. Reperietur in Centuriâ primâ, & poſt eam illud Epigrammation.

Græca vertere, vertit in frequentem
Vſum nunc hodie. Sed an- ne laudem?
Non hercles. neque verſio omnis audit
Fida ſenſibus, aut polita verbis.
Quod qui præſtitit, ille laudis omne
Punctum, me iudice tulit : tuliſti
Omni judice tu, Erudite Dauſqui. &c.

An omnes librorum Græcorum verſiones & interpretationes ſint bonæ?

Et quidem ideò non omnis verſio audit fida, aut polita , quia inter paucas politas & fidas, ſunt multæ barbaræ & infideles.

Centuriâ etiam ſecundâ dum Epiſtolam LXXX. legerem in hos verſus incidi.

Non ſemper imbres nubibus hiſpidos.
Manant in agros.

ſic canit Lyricus. & ibi idem eſt dicere *Non ſemper manant, ac Aliquando manant , & tamen aliquando non manant.* Quo eodem ſenſu intelligenda ſunt illa carmina, quæ citat Epiſtolâ LXXXIX. ubi ait:

Hoc verificatum carmen in Belgio fuit ſub annum 1640. nam bridos flores Tulipanos valebant mille bis, poſtridie quatuor ſteterunt.

Non ſemper idem floribus eſt honos
Vernis, neque uno Luna rubens nitet
Vultu.

MCCCXIII. Tertulianus explicans illa verba Iſaiæ , *cuius imperium factum eſt ſuper humerum ejus* ſic ait: *Solus novus Rex Chriſtus nova gloria poteſtatem & ſublimitatem in humero extulit : id eſt Crucem.* Ita ille adverſus Iudæos cap. x. Et Lipſius libr. 2. de Cruce. cap. 6. *Chriſtus ſanè totam plenamque , crucem tulit. Ni feciſſet. quid opus erat auxiliatore aut ſubſequâ , qui adlevaſſet ? Alij non ſemper totam: atque ideò cautè pradixi eius partem. Nam qui ritu veteri ſub furiâ caſi ducebantur , ferebant non niſi iſtam : imo interdum nec iſtam.* Ecce dicuntur non ſemper ferre totam , quia aliquando totam & aliquando non totam.

An cruci figendi totam tulerint crucem?

Scripſit admiranda Lipſius (ſic illa inſcripſit, quæ de magnitudine Romanâ) & Lectorem alloquens illud Græcum producit,

——— οὐδ' ἄρα πως ἦν
Ἐν πάντεσσ' ἔργοισι δαήμονα φῶτα γενέσθαι.

——— *nec fuit unquam*
Omnibus in rebus quenquam eſſe, atque ſcientem.

An aliquis ſciverit omnia?

Ecce non omnia ſcire ſingulis conceſſit Deus: alij iſta ſciunt, alij eadem neſciunt. Imò favor fuit negaſſe multarum rerum ſcientiam; nam ut ait Paulus, *Non plus ſapere, quam oporteat ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem.* Unde citatus Lipſius juſtè & ſanctè: *Clamo liberè. Quadam eſſe quæ malo ignorare, quàm diſcere.*

An Aliqua ignorentur utiliter?

Ejuſdem Operis libro I. cap. III. Lipſius inquirit, An Romani totum Orbem ſubegerint? Reſpondet Petronius:

Quæ terræ & maria Romano Populo fuerint ſubjectæ?

Orbem iam totum Victor Romanus habebat,
Qua mare; quà terra, quà ſidus currit utrumque.

Limi-

Limitatiùs Dionyſi⁹ Halicarnaſæus, qui omnes terras, quæ inacceſſæ non ſunt, & omnia maria, quæ innavigabilia non ſunt, Romano adſerit. *Terras omnes & maria tribuit, ſed ut decuit hiſtoricũ bonæ fidei cum aliqua reſtrictione aut exceptione: ſe iungit quæ inacceſſa aut inhabitata loca, itemque maria ignota. Enim verò ſi propriùs inſpicias, nec habitata quidem omnia loca ſub imperio habuit.* Eccur non omnia? quia tametſi multa ille habuit, multa non habuit.

An moderatè & reſtrictè loquerentur ad auctoritatem?

Libros ejuſdem Lipſij, qui crucem dilucidãt, libenter lego: ex illis multa ad mores, & conciones Evangelicas transtuli, & nonnulla notavi obiter, quæ quia vel ſunt ipſius, vel aliorũ, qui cum ipſo potuerunt componi, huc poni debent. Illos Ioannes Bocchius Antverpias Elegiis elegantibus celebrat; & ſic ait.

Nunc idem & rabie nunc imminet hoſtis eâdem.
O proceres, eadem cauſa tuenda Crucis.
Iungite communes fata in communia dextras,
Ne pereant omnes dum ſibi quiſque cavet.

Nota illud *Ne omnes pereant*, ſenſus enim eſt, hoc debere fieri, ut quando multi pereunt, aliqui ſaltem non pereant.

An Ceres invenerit far?

Et Lipſius ipſe capite V. libri I. *In ejus* (Tertuliani) *verbis menda de Cerere Farreâ. Cur enim ſic appelles? an quia far invenerit? eſto. At non omnis Ceres ſic efficta, ſed certa aliqua & in loco quem voluit expreſſum.* Nota illud *Non omnis*; illud *Certa aliqua*: cùm enim nõ omnem ſic effictam adſtruit, aliquam ſic effictam, & aliquam aliter effictam affirmat. Ergo ſemper ſyncategorema *Non omnis* utrumque ſubcontrarium conjungit.

An ſubtiliora omnibus placeant?

Confirmat hanc ipſam vocis acceptionem idem Author in Notis, ſub quarũ limen Lectorem ſuum alloquitur his verbis. *Ad tentum etiam meum viſum fuit, breviter hæc notare. Cur non in ipſo? Quia non pro omnium guſtu hæc talia: & pleriſque ſatis eſt capita rerum delibaſſe.* Verba bene perpende. Notæ iſtæ ſubtiliores, teſte Lipſio, non omnibus placent: Et unde hoc ſcit? quia tametſi nonnullis ipſæ placeant, aliis non placent.

Scholaſtici.

MCCCXIV. Aliter Poëta & aliter Scholaſtici vocibus utuntur.

At dices alio ſenſu vocibus, Poetas, Rhetores, & alio Scholaſticos uti: & hanc ob rem te non morari, quid Virgilij, Cicerones aut Lipſij dixerint, ſed velle vel unũ produci Scholaſticum, qui aliud intellig, at cùm dicitur, *Non omnis* quàm cùm dicitur *aliquis non*.

Ita-ne? ſumma confidentia tua eſt. Ergo quod iubea, & expedire iudicas, ago. Etiam Theologos & Philoſophos contra te teſtimonium prolaturos adduco.

Baſilius Poncius.

Quantus & qualis fuerit?

NOvi hunc Virum Salmanticæ, æternitate dignum, totâ die docentem, nocte totâ ſtudentem, ſummo ingenio præditum: interdũ præter ſcholam domeſticam, tres ſimul cathedras in Univerſitate moderantem: ſummo auditum applauſu, & magno Auditorũ accurſu. Dum ibi eſſem, habebat Lectionẽ primariã ex officio: alteram extraordinariam ad exercitiũ: & utramq; quotidie: & diebus feſtis & Dominicis Moralem, in quâ ſanctæ cruciatæ Bullam dilucidabat. Iſte, ut opinor, dicend⁹ eſt, ſcholaſticũ idioma ſcire: Ergo illũ audiam⁹, aut legam⁹.

An con-

Edidit de Matrimonio libros duodecim; & in 4. cap. 1. nu. 4. agens de contractu ex fervore & calore, ſic ait: *Verum ibi non definitur, An ſint* (contractus) *ipſo jure irriti, vel reſcindendi: fortaſſe enim eâ lege non irritantur omnia, ſacta fervore iracundiæ; ſed ſtatuitur, ut in iudicio reſcindantur.* Et quidem non irritari putat omnia, quia exiſtimat aliqua irritari, & aliqua non irritari.

-tractus ex fervore facti ſint irriti?

Ita etiam alibi. Sed cur teſtimonia in re tam manifeſtâ multiplicabo?

D. Thomas.

MCCCXV. Cur D. Thomas dicatur Angelicus? An omnia accidentia operentur? An ſalſus ſint in toto corpore? An anima ſemper intelligat?

ADſit Doctorum Princeps, quem Angelicum dicimus, quod Angelicam egerit vitã, & ſcripſerit calamo Angelico. Iſte igitur 1. *part. quæſt.* 78. *art.* 3. *ad.* 1. ait. *Non omnia accidentia habent vim immutativam ſecundum ſe, ſed ſola qualitates tertiæ ſpeciei, ſecundum quas contingit alteratio.* & reſpondens *ad* 3. æquè clarè. *Guſtus ait, qui eſt perceptivus dulcis & amari, concomitatur tactum in linguâ, non autem per totum corpus.* Et poſteà *quæſt.* 79. *art.* 4. *in* 2. clariſſimè. *Anima noſtra non ſemper intelligit, ſed aliquando intelligit, & aliquando non intelligit.* Ecce Doctor Angelicus explicat exactè iſtos tres terminos *Non-omnis, Non-totum, Non-ſemper.* aſſeritq; non omnia accidentia habere vim, quia aliqua illam habent, & aliqua illam non habent: addit guſtum extendi per corpus non totum, quia per partem extenditur & per partem non extenditur: & tandem animam nõ ſemper intelligere, quia interdum intelligit, & interdum etiam non intelligit.

Gabriel Vaſquez.

Qualis fuerit?

SUis literis honoravit Complutum, & ingenio fuit fœliciſſimo præditus; etiam in hoc fœlix, ut Petrum Lorcam antagoniſtam fuerit nactus; unde occaſionem quotidianam habuit multa ediſſerendi, & legendi. Libris pluribus claret: & quia Tractatum de Angelis habeo præ oculis, volo ex ipſo unam aut alteram lineã adſerere: nam *diſp.* 181. *cap.* 2. *num.* 3. ſic inquit. *Nonnulli affirmant Angelos poſſe quidem ſub eadem ſpecie numero differre, & nunc etiam ita diſtingui: nõ quidem omnes, ſed ſaltem eos, qui ſunt ejuſdem Ordinis.* Et cur non omnes ſpecie differunt? quia aliqui differunt & aliqui non.

An omnes Angeli ſpecie differant?

Franciſcus Amicus.

MCCCXVI.

EMiſit in lucem Curſum ſuum Theologicum, & ut editũ vidit plenus diebus & meritis, abiit ad eum, qui lucem habitat inacceſſibilem. Ponam ex eo vel unam lineam. *Diſp.* 3. *de ſubſtantiâ angelorum, ſect.* 7. *num.* 163. Sic inquit. *Putant non omnes, ſed aliquos tantùm differre numero.* Ergo ſi, *non omnis*, eſt idem *ac aliquis non*, verba amici æquipollebunt iſtis, *Putant aliquos non, ſed aliquos tantum differre numero.* Stridet illud *ſed*, illud *tantùm*: Ergo ſignum eſt non eſſe æquipollentes voces illas, quia æquipollentes ſine ſenſûs injuriâ commutantur: nam ſi omiſſo ſyncategoremate *non omnis*, uſus fuiſſet amicus ſyncategoremate *aliquis non*, dixiſſet procul dubio, *Putant aliquos differre numero, aliquos verò non differre.* Conſidera diverſitatem.

Edmundus Sckvider.

An relatio ſit modus?

EDidit Philoſophiam rationalem, librum nimirùm parvum, ſed uberrimâ doctrinâ plenum, & *pag.* 75. agens de Prædicamento Relationis ſibi obiicit. [Si Relatio prædicamentalis eſt mudus realis, deber produci per actionē realem, & per conſequens eſſe entitas quædam à fundamento distincta] & reſpondet *non omne quod eſt reale produci per actionem realem ſecundum omnem rationem, hoc eſt entitativè ſimul & formaliter; ſed quandoque tantùm entitativè, formaliter autem reſultare.* &c. Noto illud *quandoque*, & infero idem eſſe, *Non omnem produci*, ac aliquem non produci.

An modi producantur?

Ioannes Pelecyus.

PRofeſſor Dilinganus fuit; cuius nonnulla opuſcula libenter lego. Ipſe igitur in Diſputatione de Sacramētis habita an. MDLXXXVIII. Theſ. 103. ſic inquit. *Solus ſacerdos, & quidem ex præcepta Eccleſiæ non omnis, ſed proprius dumtaxat; & ex ejus facultate, vel ratihabitione alius, huius Sacramenti* (videlicet, extremæ unctionis) *adminiſter eſt.* Illud, quod de Ratihabitione dicitur, notent Theologi, & examinent, an ad alia etiam ſacramenta traduci queat? nam paritas favere videtur, obſtare novitas: nos, qui Logica tradimus, ſolùm reſpicimus vocem *Non omnis*, quam ponit, ut aliquos hoc ſacramentum conferre poſſe, & aliquos non poſſe, oſtendat.

Quis ſit extremæ unctionis miniſter?

An ratihabitio in ſacramentis locum habeat.

De Terminis.

MCCCXVII. PLacet ſyncategorematis *Non omnis*, data expoſitio, placet exponendi ſecuritas, & iam doctior in ipſam Logicam noſter Archimedes ingreditur.

De categorematicis & ſyncategorematicis.

Occurrit primo loco Termini categorematici & ſyncategorematici diſtinctio: placent definitiones, & Syncategorematis à veterib' poſitis [videlicet, *Omnis, Nullus, Aliquis,*] hoc ipſum [*Non omnis*] de quo agimus adjungi debere definit: illudq; duo ſyncategoremata ſubcōtraria cōplecti, [nimirū *Aliquis*, & *Aliquis nō.*]

De Propoſitione.

MCCCXVIII. ORatio, in quâ unum de altero aſſeritur, aut negatur, dicitur Propoſitio: in quâ conſideranda eſt quiditas, quantitas, & qualitas.

De propoſitionum eſſentiâ: quantitate & qualitate.

Ad quiditatem ſeu eſſentiam propoſitionis pertinet id quod ſine intrinſecâ ejus mutatione auferri aut mutari nō poteſt: videlicet affirmatio aut negatio. Ad quantitatem ſpectat ſimplicitas & cōpoſitio: propoſitiones enim categoricæ ſimplices ſunt, & hypotheticæ è categoricis compoſitæ. Sed & propoſitiones categoricæ congruâ quantitate non carent: nā ſyncategoremata *Omnis, Nullus, Aliquis, Non omnis*, pertinent ad earum quantitatem: ad qualitatē verò veritas falſitaſque: eſt enim hæc, accidens propoſitionis: ut ſuo loco dilucidatum eſt.

Propoſitionum ſigna.

Signum *Omnis*, conſtituit univerſalem aſſerentem: ſignum *Nullus*, negantem: ſignum *Aliquis*, particularem aſſerentem: ſignum *Aliquis nō*, particularem negantem: & tandem ſignum *Non omnis*, particularem mixtam, ſimul aſſerentem & negantem. Pronomen *Hic*, ſingularem conſtituit: & omnium ſyncategorematum omiſſio, indefinitam ſeu indeterminatam. Omnia exemplis illuſtro: ſequentia meditare.

Particularis mixta, quæ?

Omnis homo eſt animal.
Nullus homo eſt lapis.
Aliquis homo eſt albus.
Aliquis homo non eſt albus.
Non omnis homo eſt doctus.
Hic homo eſt iuſtus.
Homo eſt animal rationale.

Hinc aliquæ quæſtiones ſuboriuntur, quas poterimus dilucidare.

Prima ſit circa quiditatem propoſitionum: *An una & eadem eſſe poſſit ſimul affirmativa & negativa?* Negarunt hactenus: at hodie dicimus, hanc propoſitionem, *Non omnes homines ſunt albi*, affirmare & negare: æquivalet enim huic, *Aliqui homines ſunt albi, & aliqui non ſunt albi*: quæ partim affirmativa, & partim negativa eſt. *Dubium primum.*

Secunda ſit circa quantitatem: nimirùm, *An una & eadem propoſitio poſſit eſſe ſimul categorica & hypotetica?* Negarunt hactenus: at hodie dicimus iſtam, *Non omnes homines ſunt albi.* æquivalere ut diximus utrique ſubcontrariæ, & hanc ob rem eſſe quoad pronuntiationem categoricam; & quoad ſignificationem, hypotheticam. *Dubium ſecundum.*

Tertia ſit circa qualitatem, *An una & eadem propoſitio vera & falſa eſſe poſſit?* Niſi verbis velimus ludere, & uti illo axiomate, *Bonum ex integrâ causâ, & malum ex quocumque defectu*: certum eſt iſtam propoſitionem *Petrus eſt homo & Paulus non*: ſicut nec totaliter aſſerit nec totaliter negat, ſic nec totaliter eſſe veram, nec totaliter falſam. Nihilominùs reſpicimus illud *&*, & aſſerimus eſſe hypotheticam affirmativam compoſitam ex duabus categoricis, nimirùm affirmante & negante. Et eodem modo poſſemus dicere hanc, *Non omnis homo eſt animal.* conſtare duabus propoſitionibus verâ & falſâ: adeòque totaliter non eſſe veram, ſed partialiter. *Dubium tertium.* *An bonum ſit ex integrâ causâ?*

De Æquipollentiâ.

EST propoſitionum æquivalentia: & quia variè explicatur à Logicis, modò placet viam iſtam ingredi, & dicere, eſſe nobis liberum propoſitiones Subalternas, Contrarias, Subcontrarias, & Contradictorias, æquipollentes reddere addendo aliquas negationes. Dirigebamur iſto carmine. MCCCXIX.

Præ contradic. poſt contra. præpoſtque ſubalter.

Pronuncio falſam eſſe iſtam Regulam: nam iſtæ poſitiones

Omnis homo eſt albus:
Aliquis homo non eſt albus:

ſunt contradictoriæ: & tamen iſtæ non ſunt æquipollentes; *Non omnis & Aliquis non, non æquipoll.*

Non omnis homo eſt albus.
Aliquis homo non eſt albus.

Ergo præſcindendo à regulis facilius erit dicere hos terminos eſſe æquipollentes

I. *Omnis. Nullus non, Non aliquis non.*
II. *Nullus. Omnis non. Non aliquis.*
III. *Aliquis. Non nullus.*
IV. *Aliquis non. Non nullus non.*
V. *Non omnis: Aliquis ſic, & aliquis non.*

De Oppoſitione Singularium.

ESt antipathia propoſitionum: q oppontur veritate tātùm, poſſunt eſſe ſimul falſæ, nō tamen ſimul veræ; & vocātur *Contraria.* Quę falſita- MCCCXX. *Contrariæ.*

Subcontraria. falſitate tantũ,poſſunt eſſe ſimul veræ; nõ tamẽ ſimul falſæ,& vocãtur *Subcontraria.* Quæ veritate & falſitate ſimul,nec poſſunt eſſe ſimul veræ, nec ſimul falſæ: & vocantur *Contradictoria.* Addunt Logici oppoſitionem quantitatis, qualis inter *Omnis* & *Aliquis.* In quo ergò angulo ponetur ſyncategorem. *Non omnis?* In nullo: ſed ſibi ſpecialem locum inveniet, unde cæteros terminos relatione convenienti reſpiciat. Conſidera Paradigma quintum. *Contradictoriæ.* *Vide in laminâ ſecundâ figurã quintam.*

Dico igitur primò has duas propoſitiones,

Non omnis homo eſt doctus:

Omnis homo eſt doctus:

& etiam iſtas duas,

Non omnis homo eſt doctus:

Nullus homo eſt doctus:

eſſe contradictorias: nec eſſe poſſe ſimul veras, nec ſimul falſas: ſaltem eo ſenſu & parte, quâ ſunt oppoſitæ, q͂a jàm vidimos illam, *Non omnis* &c. duabos æquipollere: & univerſali alterutri (affirmativæ aut negativæ) partim opponi, partim ſubalternari. Ergo una & eadẽ propoſitio (mira res!) reſpectu ejuſdẽ eſt cõtradictoria & ſubalterna: ſed intellige, ſecũdũ diverſas partes. *Eadem propoſitio ſimul contradictoria ſit & ſubalterna!*

Sicut iſta eſt bonâ conſequentia: nimirum,

Omnis homo eſt animal:

Ergo aliquis homo eſt animal.

& etiam hæc,

Nullus homo eſt lapis:

Ergo aliquis homo non eſt lapis.

ità etiam hæ debebunt admitti:

Non omnis homo currit:

Ergo aliquis homo currit.

Ergo aliquis homo non currit.

Stat ergo terminos ſubcontrarios, *Aliquis*, & *Aliquis non*, ſubalternari termino *Non omnis*, eoſdemque ab illo ſecuriſſimè inferri.

De oppoſitione pluralium.

MCCCXXI. Venio ad propoſitiones pluralis numeri, de quibus egimus ſuperiùs à num. 1457. nunc cæteris addo mixtam, & figuram reformo. *Vide laminam primam figuram ſextam.*

Dixeram has propoſitiones eſſe diſparatas:

Aliqui ſunt albi:

Aliqui non ſunt albi.

poſſunt enim eſſe ſimul veræ, & ſimul falſæ. Addideram iſtas eſſe contrarias.

{ *Omnes homines ſunt albi.*
{ *Nulli homines ſunt albi.*

{ *Omnes homines ſunt albi.*
{ *Aliqui homines ſunt albi.*

{ *Aliqui homines ſunt albi.*
{ *Nulli homines ſunt albi.*

Puto modò has duas æquivalentes eſſe: nimirũ

Non omnes homines ſunt albi.

Aliqui homines ſunt albi, & aliqui non ſunt albi.

Et, conſequenter utramq; ſubcontrariã, *Aliqui ſunt albi: Aliqui non ſunt albi.* à mixta; videlicet, *Non omnes ſunt albi.* optimè inferri.

Ut hos terminos optimè intelligas, aliquas quæſtiones proponis, q͂ indigent explicatione.

Dubium primum. Quæris primò, *Quid requiratur, ut hæc propoſitio*, Aliqui currunt, *ſit vera?* Reſpondeo requiri ut minimùm duos, qui currãt, & eamdem, ſi unus tantummodò curreret, eſſe falſam.

Dubium ſecundum. Quæris ſecundo, *Quid requiratur, ut iſta*, Aliqui non currunt, *ſit vera?* ſi iſta æqui valeat aut inferat hãc, *Aliqui ſunt non currentes*, ſalva res eſt, et duo requirentur, qui nõ currant. An verè æq͂valeat, aut inferat labore antecedenti vidimus.

MCCCXXII. Quæris tertiò, *Quid requiratur, ut hæc*, Non omnes currunt, *ſit vera?* Si dentur quatuor pluresve, & aliqui ex eis currant, aliqui ſedeant, vera erit. Sed quid, ſi tantùm eſſent três, & duo currerẽt & unus non curreret? Quid ſi eſſent duo, & alter curreret & alter nõ curreret? An-ne in his duobus caſibus eſſet vera? Reſpõdeo, ſæpe res philoſophicas Grãmaticã paupertate implicari. & ſi cõſulas decẽ de ſignificatione unius vocabuli tum° cõmunis, reperturũ te decẽ ſententias. Abſtinere ab oppoſitione pluraliũ ſuaſi & ſuadeo: eſt o. rês plena periculo: multi enim viri docti negligentiùs loquuntur; & inde obtinuit q͂ iſtæ, *Tertium. An Philoſophia à Grammaticâ pendeat?*

Omnes homines currunt.

Omnis homo currit.

& etiam iſtæ,

Nulli homines currunt.

Nullus homo currit.

videntur æquipollentes eſſe: & proportione ſervata etiam iſtæ

Non omnes homines currunt.

Non omnis homo currit.

ſed aliud eſt rigoroſè, & aliud negligẽter loqui: in rigore enim ubi non eſt verum aliquos currere, & aliquos non currere, ibi non erit verum non omnes currere.

De Oppoſitione obliquorum.

Eiuſmodi Propoſitiones conſtant termino Connotante & Connotato: & utrobique poteſt eſſe quanta, & alteri propoſitioni opponi: alio enim modo opponuntur iſtæ;

Omnis homo eſt albus:

Nullus homo eſt albus:

& alio illæ;

Petrus emit omnes equos:

Petrus emit nullos equos:

& tandem alio iſtæ;

Omnis homo habet nullum defectum.

Nullus homo habet omnem defectum.

Harum omniũ oppoſitionem accuratè expoſuimus ſuperiùs, illamque multis figuris illuſtravimus: quibus modò debebo addere propoſitiones mixtas, ut reformem totã extremorum compagem. Conſidera ergo correſpondentem laminam & in ipſa delineationem nonam. In illa iſtæ propoſitiones *Exponitur figura nona.*

Omnes video:

Nullos video.

Aliquos video.

Aliquos non video:

Non omnes video.

poterunt ex activâ ad paſſivam tranſire, & tunc reperiemus iſtas, videlicet.

Omnes videntur à me. *Obliqui reducuntur ad rectos.*

Nulli videntur à me.

Aliqui videntur à me.

Aliqui non videntur à me.

Non omnes videntur à me.

& mediâ hac activæ in paſſivam verſione, tota hæc nona tranſibit in ſextam figuram: & ideò ultima propoſitio contrariabitur primæ & ſecundæ, & inferet tertiam & quartam.

In figura XIII. has propoſitiones reperio; *Exponitur figura decima tertia.*

Omnem video

Nullum video.

Aliquem video.
Aliquem non video.
Non omnem video.

Et vocis (activæ in paſſivam) commutatione factâ, has:

Omnis videtur à me.
Nullus videtur à me.
Aliquis videtur à me.
Aliquis non videtur à me.
Non omnis videtur à me.

Et tunc hæc eo incidet in communem figuram ac proptereà illa ultima propoſitio *Non omnis, &c.* contradicet primæ & ſecundæ, ſubalternabitque & inferet tertiam & quartam.

In decimâ figurâ occurrunt termini difficiliores. Illos ſubſcribo.

Sum omnia omnibus.
Sum nulla omnibus.
Sunt aliqua, quæ omnibus ſum.
Sunt aliqua, quæ omnibus non ſum.
Non omnia ſum omnibus, hoc eſt, *Omnibus quidem aliqua ſum: at etiam eiſdem omnibus aliqua non ſum.*

Poſſunt eſſe omnes ſimul falſæ: & hanc ob rem ultima opponetur primæ & ſecundæ non contradictoriè, ſed contrariè; & tertia & quarta legitimè inferentur à quintâ.

Exponitur quarta decima. Æquè difficilis videtur primo intuitu Figura XIV, at propoſitiones poſſunt ad clariores reduci, & omnem exuere difficultatem; illæ ſunt:

Omni ſum omnia.
Nulli ſum omnia.
Alicui ſum omnia.
Alicui non ſum omnia.
Non omni ſum omnia.

& poſſunt tranſire in has.

Omnis homo habet in me omnia.
Nullus homo habet in me omnia.
Aliquis homo habet in me omnia.
Aliquis homo non habet in me omnia.
Non omnis habet in me omnia.

Et iſta figura eſt ſimillima primæ: & in ipsâ ſyncategorema *Non omni* opponet alicui *Omni* & contradicit etiam *Nulli*, ſubalternas & infert *Aliquem* & *Aliquem non.*

MCCCXXIV. *Exponitur octava-decima.* Venio ad figuram XVIII. & in ipsâ has propoſitiones reperio.

Omni ſum omne.
Omni ſum nihil.
Omni ſum aliquid.
Aliquid eſt quod non ſum omni.
Non omne ſum omni.

Videntur termini difficiles; & ſi ſemel ad clariores reducantur, erunt facillimi. Conſidera lineas ſequentes.

Omnis favor exhibetur à me omni amico.
Nullus favor exhibetur. &c.
Aliquis favor exhibetur. &c.
Aliquis favor non exhibetur. &c.
Non omnis favor exhibetur &c. hoc eſt, *Aliquis favor aliquem non exhibeo omni amico; & etiam aliquis alium ſervo aliquem non exhibeo.* Sed cuiquam non exhibeo omnem favorem: & quem omni non exhibeo, alicui exhibeo. Reſpondeo in ſubcontrariis quantum poſſum me ſemper terminos univerſales declinare.

Exponitur figura ſeptima. Univerſitatem ad dualitatem contrahamus, componamus & conferamus iſtas propoſitiones:

Vterque ſedet. vel *Neuter non ſedet.*
Neuter ſedet. vel *Vterque non ſedet.*
Alter ſedet.
Alter non ſedet.
Non uterque ſedet. hoc eſt, *Alter ſedet, & alter non ſedet.*

E quibus prima & ſecunda ſunt contrariæ. Tertia & quarta ſubcontrariæ. Prima & quarta: ſecunda & tertia: quinta & ſecunda ſunt contradictoriæ. Et tertia infertur à primâ & à quintâ. Omnia tam clara ſunt, ut non videantur delineatione aliquâ indigere: interim doctrinæ evidentioris gratiâ ſeptimam figuram deſcribamus.

De Oppoſitione Adverbiorum.

MCCCXXV. *Expoſitio figuræ undecimæ.* QUi ſemel terminorum ſimplicium, & etiam propoſitionum oppoſitionem bene intelligit, in adverbiis hærere non poterit. De illis ſuperius egimus: at quia ſunt non pauca, quæ ſyncategorematis *Non omnis* videntur ſimilia, debebo illa & figuris & commentariis breviter illuſtrare.

Succurrit primo loco figura XI. in quâ has propoſitiones reperias:

Totaliter (omni ex parte) ardet.
Totaliter non ardet (nulla ex parte ardet.)
Partialiter (aliqua ex parte) ardet.
Partialiter (aliqua ex parte non) ardet.
Non totaliter (non omni ex parte) ardet.

Adverbia *Totaliter* & *Totaliter non*, ſunt contraria. *Partialiter* & *Partialiter non*, ſubcontraria. Et adverbium *Non totaliter* contradicit his univerſalibus *Totaliter* & *Totaliter non*: ſubalternat & infert iſta particularia *Partialiter*, & *Partialiter non.*

Illuſtratur & explicatur figura quinta decima. Accedit figura quinta-decima, quæ adverbia temporis componit, & coordinat; & in ipsâ ſequentes poſitiones reperio.

Semper (omni tempore) luget.
Nunquam (nullo tempore) luget.
Aliquando (aliquo tempore) luget.
Aliquando (aliquo tempore) non luget.
Non ſemper (non omni tempore) luget.

De illis idem judicium fero, ac de præcedentibus: nam ultimum contradicit primæ & ſecundæ, & ſubalternat & infert tertiam & quartam. Huc pertinent alia adverbia temporis, quorum oppoſitio & coordinatio in octavâ figurâ continetur.

Octava Figura reſpondet roganti, *Vbi ſit Fridericus?* & coordinat iſtas propoſitiones.

MCCCXXVI. *Delineatur prima figura octava numeri.* *Vbique (omni in loco) eſt.*
Nullibi (nullo in loco) eſt.
Alicubi (aliquo in loco) eſt.
Alicubi (aliquo in loco) non eſt.
Non ubique (non omni in loco) eſt.

Ex illis colligitur ſyncategorema *Non ubique* contradicere duobus primis, nimirum, *Vbique* & *Nullibi*: & ſubalternare & inferre ſyncategoremata *Alicubi* & *Alicubi non.*

Exponitur ſecunda figura ejuſdem numeri. In Figura ſequenti reſpondetur quærenti *Vnde ille veniat?* & ipsa reperio Propoſitiones ſubſequentes.

Vndique

Digitized by Google

Vndique venit (ex omni loco).
Nullunde venit (ex nullo loco).
Alicunde venit. (ex aliquo loco ſic.)
Alicunde non venit. (ex aliquo loco non.)
Non undique venit. (ex non omni loco.)

Ultima, ut in omnibus aliis Figuris, quæ regulares dici poſſunt, ob ſummam earum ſimilitudinem; opponitur contradictoriè primæ & ſecundæ: & ſubalternat & infert tertiam quartamque.

[illegible] ſequens reſpondet interroganti, *Qua pergeſ Fredericus?* & has poſitiones complectitur.

Quacumque (per omnem locum) pergit.
Nequà (per nullum locum) pergit.
Aliquà (per aliquem locum) pergit.
Aliquà (per aliquem locum) non pergit.
Non quacumque (per non omnem locum) pergit.

Et iterum ultima contradicit duabus prioribus: & cæteras ſubalternat & infert.

Figura ultima cellæ octavæ conceptum terminum motûs, & quærenti, *Quò tendat Fredericus?* ſatisfacit: & has poſitiones complectitur.

Quocumque (in omnem locum) tendit.
Nequò (in nullum locum) tendit.
Aliquò (in aliquem locum) tendit.
Aliquò (in aliquem locum) non tendit.
Non quocumque (in non omnem locum) tendit.

Et hic etiam ſecundum normam regularem ultima contradicit primæ & ſecundæ: & claudit, ſubalternat & infert tertiam & quartam. [Si aliquod dubium ſuboriatur, conſulo ipſasmet figuras, & omninò tolletur.]

De Converſione.

MCCCXXVII. EST valde communis & utilis argumentatio, quæ in Converſione fundatur: & hucuſque docti ſumus Univerſales & Particulares convertere, ductu hac Regulâ:

Simpliciter FECI: convertitur EBA per accid.
ACTIO per contra: ſic fit converſio tota.

Attendo iſti regulæ, quo convertemus modo iſtam propoſitionem,

Non omnis homo eſt albus?

Reſpondeo fruſtra poni regulas in re tam facili: nam ſi iſta complectitur duas ſubcontrarias in converſione, debebit utramque ſubcontrariam reſpicere. Dico igitur datam propoſitionem æquivalere huic:

Aliquis homo eſt albus, & aliquis homo non eſt bus.

& per converſionem tranſire in hanc:

Aliquod album eſt homo, & aliquod non album eſt homo.

Ecce omnia ſunt clara. Illa propoſitio, *Non omnis homo eſt albus*, debet explicari per duas ſubcontrarias propoſitiones, quarum altera ſit particularis afferens, & altera ſit particularis negans: quarum illa convertatur ſimpliciter; & per contrapoſitionem poſterior: debet igitur converti in hanc, *Aliquod album eſt & aliquod non album eſt homo.*

De Syllogiſmo.

MCCCXXVIII. USUS eſt Plato Univerſalibus & Particularibus: eiſdem uſus eſt Ariſtoteles: Mixtis (ſic vocavimus illas, quarum ſyncategorematum eſt *Non omnis*) hucuſque nemo: & tamen illæ ingredi poſſunt in fabricam ſyllogiſmorum æquè bene. Iſtis pedem volo figere preſſius, & modos aliquos examinare. [Ut valorem propoſitionum diſtinguatur, utar his literis A. E. I. N. (hoc eſt, *Omnis, Nullus, Aliquis, Non*) prout fecit in Obliqua Dialectica.] Agam igitur priùs de ſyllogiſmis in forma: & poſtea ad figuras deſcendam. Modi poſſibiles ſunt iſti

Na. a. na.	*A. na. na.*
Na. e. na.	*E. na. na.*
Na. i. na.	*I. na. na.*
Na. in. na.	*In. na. na.*

quorum ex ipſis ſint inutiles [illegible]. Et ne certò falſis [illegible] expungo binos inferiores [illegible], hinc Neque [illegible] & *Na. in. na.* & *In. na. na.* [illegible] conſtant ex premiſſis pure particularibus; ex quibus juxta bonæ Dialecticæ regulas nil ſequitur.

F O R M A.

MEdium juxta communes leges erit in medio: hoc eſt, erit prædicatum in majori & ſubjectum in minori. Conſidera exempla ſubſequentia.

MODVS Na. a. na. Inutilis.
MODVS Na. a. i. Utilis.

Non omnis homo eſt albus:
Omne album eſt animal.
Ergo non omnis homo eſt animal.
Ergo aliquis homo eſt animal, & aliquis etiam non eſt animal.

Pono premiſſas eſſe veras: nam major eſt vera de facto, & nullam minor repugnantiam involvit: & tamen intolerabilis eſt conſequentia. Sed quà illa parte intolerabilis eſt? quà aſſerit, vel quà negat? quà negat. Ergo manet *Na. a. i.* eſſe bonum modum, & debere Dialecticæ ſeveræ inſcribi.

Eumdemque aliter conſidero & reſcribo. Sed quo modo? Indirectè.

MODVS Na. a. na. Indirect. periculoſus.
MODVS Na. a. i. Indirect. utilis.
MODVS Na. a. in. Indirect. periculoſus.

Non omnis homo eſt albus:
Omne album eſt animal:
Ergo non omne animal eſt homo.
Ergo aliquod animal eſt homo.

Ecce tres conſequentias indirectas, & omnes regulariter bonas. Conſultò dico regulariter; quia aſſignari poteſt caſus, in quo conſequentia prima & tertia non teneat. Illum propono: [Creaverit Deus homines albos, & nigros, quod fecit: & præter homines nullam creaturam aliam albam produxerit. Ergo tunc, Omne album eſſet homo, non tamen Omnis homo eſſet albus.] hac igitur hypotheſi ſtabilita hunc ſyllogiſmum formo.

Non omnis homo eſt albus:
Omne album eſt animal rationale.
Ergo non omne animal rationale eſt homo.
Ergo aliquod animal rationale eſt homo.
Ergo aliquod animal rationale non eſt homo.

Manet ergo ſecundam conſequentiam eſſe legitimam : primam verò & ultimam periculoſam.

MODVS Na.e.na. In utilis.

MODVS Na. e. in Utilis.

Non omnis homo eſt albus:
Nullum album caret ſenſu:
Ergo non omnis homo caret ſenſu.
Ergo aliquis homo caret ſenſu, & aliquis non caret ſenſu.

Major, ut notavi, vera eſt: minor poſſibilis; ergo ponatur eſſe vera de facto : quid igitur de de conſequentia? Quà aſſerit, eſt mala: quà negat, bona. Ergo bonus erit ſyllogiſmus, ſi poſitio negativa inferatur.

MODVS A. na. na. Inutilis.

Omnis homo eſt animal:
Non omne animal eſt rationale:
Ergo non omnis homo eſt rationalis.
Ergo aliquis homo eſt rationalis, & aliquis non eſt rationalis.

Major eſt certa: minor eſt certa : & tamen conſequentia eſt falſa.

MODVS E.na.na.

MODVS E.na.in. Indirect. utilis.

MCCCXXIX. *Reducitur ad Feſapon.*

Nullus homo eſt pſittacus:
Non omnis pſittacus viridis:
Ergo non omnis homo eſt viridis.
Ergo aliquis homo eſt viridis, & aliquis non eſt viridis.

Pſittaci albi & cinericii.

Major eſt certa. Minor etiam eſt certa : habui enim Pſittacos albos, cinericios, & aliorum colorum. Et tamen conſequentia exorbitat. Sed quâ parte? utrâque. Exorbitantiam poſitionis aſſerentis vides : &, ut negantis videas, pone (quod eſt poſſibile) non alios à Deo homines condi, quam virides, & in hoc caſu præmiſſæ eſſent veræ, & conſequentia, quatenus negat, falſa. Periclitemur ergo, An ſi concludamus indirectè poſſit aliqua conſequentia ſervari? Sic inquam.

Nullus homo eſt pſittacus:
Non omnis pſittacus eſt viridis:
Ergo non omne viride eſt homo.
Ergo aliquod viride eſt homo.
Ergo aliquod viride non eſt homo.

Ex duabus prioribus conſequentiis rejectis, tertiam ſervo: & modum *E. na. in.* indirectum eſſe bonum pronuncio.

PRIMA FIGVRA.

MCCCXXX. *Reducuntur ad Darii, Ferio, & Feſapo.*

ORitur ex formâ per meram commutationem præmiſſarum. Erunt igitur in hac primâ Figurâ

Modi directi, *A.na.i.* & *E.na. in.*

Indirecti verò, *A. na. i.* & *Na.e. in.*

qui Modi, cùm pendeat à datis, non debebunt uberiùs demonſtrari.

SECVNDA FIGVRA.

SI major primæ figuræ convertatur, habebimus ſecundam figuram, poſtulat enim medium eſſe prædicatum in utrâque præmiſsâ. Ergo omiſſo duplici *A. na. i.* retinebo *E.na. in.* & *Na.e.in.* illum directum, hunc reflexum.

MODVS E.na.in. Direct. Utilis.

Transit in Feſtino:

Nullus homo eſt viridis:
Non omne animal eſt viride:
Ergo aliquod animal non eſt homo.

MODVS Na.e.in. Indir. Utilis.

Non omne animal eſt viride:
Nullus homo eſt viridis:
Ergo aliquis homo non eſt animal.
Ergo aliquod animal non eſt homo.

Ex his duobus ſyllogiſmis primus eſt bonus: & ſecundi ultima conſequentia : prima enim ideò eſt mala, quia directa eſt. Adde (ſi vis) *A. na. in.* directum : & *Na. a. in.* indirectum. *Ad Baroco. Ad Demaram.*

TERTIA FIGVRA.

NAſcitur ex primâ per meram converſionem minoris : poſtulat enim ut medium ſit ſubjectum in utrâque præmiſsâ. Ergo benè examinato iterum duplici *A.na.i.* retinebitur *E. na. in.* progrediens, & *Na.e.in.* regrediens. quibus non nullos adjungemus. MCCCXXXI.

MODVS Na. a. i. Utilis. *Ad Diſamis.*

Non omnis homo eſt albus:
Omnis homo eſt animal:
Ergo aliquod animal eſt album.

MODVS A.na.i. Utilis. *Ad Datiſi.*

Omnis homo eſt animal:
Non omnis homo eſt albus:
Ergo aliquod animal eſt album.

MODVS Na. a. in Utilis. *Ad Bocardo.*

Non omne animal eſt rationale.
Omne animal eſt vivens
Ergo aliquod vivens non eſt rationale.

MODVS E.na.in Utilis. *Ad Ferison.*

Nullus homo eſt equus:
Omnis homo eſt animal:
Ergo aliquod animal non eſt equus.

MODVS, Na.a.na. Utilis. *Hic modus complectitur ſimul Bocardo & Diſamis.*

Non omne animal eſt rationale:
Omne animal eſt vivens:
Ergo non omne vivens eſt rationale.

Hi quinque modi ſunt directi: & ſi præmiſſis commutatis concluſionem retineas, erunt

A. na. i. Indirectus.
Na.a.i. Indirectus.
A.na. in. Indirectus.
E. na. in. Indirectus.
A.na.na. Indirectus.

quorum efficaciam ſecuritatemque iudico ſufficienter probatam.

Modorum denominatio.

HIs præmiſſis erit facile Modos ſingulos denominare. Hæc ſingulis nomina impono. MCCCXXXII.

In Formâ.

Na.a.i. *Natali.* Directus.
Na.a.i. *Narrabit.* Indirectus.
Na.e.in. *Namquein.* Directus.
E.na.in. *Vernarent.* Indirectus.

In primâ Figurâ.

A. na.i. *Sanati.* Directus.
A. na.i. *Magnati.* Indirectus.
E. na. in. *Errarent.* Directus.

Na.c,in. *Naves-ſint.* Indirectus.

In ſecundâ Figura.

A.na.in. *Tranarint.* Directus.
E.na.in. *Enat-in.* Directus.
Na.e.iu. *Nam-exſcin.* Indirectus.
Na.a.in. *Nautaſin.* Indirectus.

In tertiâ Figurâ.

Na.a.i. *Navalis.* Directus.
E.na.in. *Regnârint.* Indirectus.
A.na.i. *Agnatis.* Directus.
A.na.in. *Damnârint.* Indirectus.
Na.a.in. *Navârint.* Indirectus.
Na.a.i *Natavit.* Iudirectus.
E.na.in. *Mendax in.* Directus.
A.na.i. *Damnati.* Indirectus.
Na.a.na. *Nam vana.* Directus.
A.na.na. *Magnas-nam.* Indirectus.

Sunt igitur viginti ſecuriſſimi Modi, quos iſte Labor Archimedis Dialectici veteri doctrinæ & ſcholæ ſubvectit. Ut ergo eadem hæc nomina retinere valeas, carmina ſequentia diſcere non graveris.

In Formâ.

MCCCXXXIII.

Natali *Galathea tuo dum carmina ſcribo,*
Narrabit *laudes hac mea lingua tuas.*
Namque *inerat cordi canere, uda quomodo Nympha*
Vernarint *inter liquida prata maris.*

In primâ Figurâ.

Sanati *fuimus: noſtramque efferre ſalutem*
Magnati *noſtra iuſſit & urſit Amor.*
Enârint *ſocii ſi ex ponto, numina vobis*
Naves ſint *pelagi magna: timenda tamen.*

In ſecundâ.

Enat in *immenſas undas Palinurus. Achates,*
Nam exſcindit *ventus cuncta. timebit aquas.*
Tranarint *aliqui: Parnaſſi ad littora pulſos*
Nauta ſinit *mergi; Muſa perire ſinit:*

In tertiâ.

Navalis *fuit error ibi. Si in monte Sorores*
Regnârint, *ſcitu hac digna pericla canent.*
Agnatisque *ſuis (quos ſydera ſorte maligna*
Damnarint) *mæſta carmina culta dabunt.*
Nauarint *operam licet unda, ad littora tandem*
Natavit *felix naufragus alta Paris.*
Mendax *intereà pelagus furit, opprimit: artus*
Damnati *Herois denique volvit aquis.*
Nam vana *eſt hominum ſolertia: vana poteſtas:*
Magnas nam *vires æquore ventus habet.*

Horum Carminum uſus. Ut carminibus iſtis uti ſcias, adnotato nullam rationem eſſe ſenſûs, & ideò liberrimè inter undas obludi. Recognoſcito tres primas ſyllabas uniuſcuiuſque carminis, & habebis nomina, quæ requiris: & quia carmina diſticha ſunt, & Hexametris & Pentametris compoſita: ſcitote in Hexametris eſſe Modos directos, & Iudirectos in Pentametris.

De Reductione.

MCCCXXXIV. QUi ad impoſſibile ſciat ducere veteris Logicæ ſyllogiſmos, iſte facili negotio etiam iſtos perducet: & qui illos illuc ducere nequit, fruſtra hîc nos fatigabit, nō enim clariora ſunt, quæ à nobis hoc loco petuntur, quàm quæ ille dicitur ignotare. Reductio oſtenſiva, quam vocant, facilis eſt: & pendens à ſequentibus regulis.

Prima. Commutatio præmiſſarum Modos facit indirectos ex directis: & contrà.

Secunda. Eadem commutatio ſyllogiſmos formales reducit ad primam figuram.

Tertia. Syllogiſmus in ſecundâ figurâ fabricatus, ſi minor convertatur, tranſibit ad claſſem formalium: ſi major, ad primam Figuram.

Quarta. Syllogiſmus in ultimâ figurâ formatus, ſi utraque præmiſſa convertatur, tranſibit ad ſecundam figuram: ſi minor tranſibit ad primam: ſi major tranſibit ad formam.

Ut rem totam exemplo clariſſimo dilucidem, ſequentes ſyllogiſmos ſubiicio. MCCCXXXV. *Conſideretur bene hoc exemplum, quod ponitur loco Regularum.*

NA.E.IN. Forma.

Non omne animal eſt homo:
Nullus homo eſt equus:
Ergo aliquod animal non eſt equus.

E.NA.IN. Figura I.

Nullus homo eſt equus:
Non omne animal eſt homo:
Ergo aliquod animal non eſt equus.

E.NA.IN. Figura II.

Nullus equus eſt homo:

Non

Non omne animal eſt homo:
Ergo aliquod animal non eſt equus.

E.I.IN. Figura II.

Nullus homo eſt equus:
Aliquis homo eſt animal:
Ergo aliquod animal non eſt equus.

ECCE IGITUR, ſyllogiſmus in formâ tranſit in primam figuram merâ commutatione præmiſſarum. Syllogiſmus in primâ figurâ tranſit ad ſecundam converſione majoris: & ad tertiam converſione minoris. *Et eodem modo*, ex figurâ ſecundâ & tertiâ ad primam: & ex primâ ad formam perfectam reditur.

CONTINGENS

HERCULIS LOGICI

Labor III.

Agens ſpecialiſſimè de CONTINGENTI, *& eius causâ; de cæteris omnibus Modis: videlicet, de*

Poſſibili, Neceſſario, Impoſſibili:
Libero, evidenti, Infallibili:
Certo, Dubio, Probabili:
Magis probabili, Æquè probabili, Minus probabili:
Incerto, Indubio, Improbabili:
Certo moraliter, Per ſe noto, Fide tenendo:
Cenſurabili, Erroneo, Periculoſo:
Temerario, Pias aures offendente, Scandaloſo:
Schiſmatico, Hæreſi proximo, Hæretico: &c.

Et ſingulos, magno Dialecticorum, Philoſophorum, & Theologorum bono, breviter & diligenter expendendo, novam conformans

LOGICAM:

MCCCXXXVI. Quàm ſit difficilis Tractatus de Modalibus Propoſitionibus.

NUllo modo adquieſcam doctrinæ communi de Modis. tam enim perplexus fuit docendi modus, ut vix auditoram viderim, qui Modales propoſitiones intelligeret: vix Profeſſorem, qui non fateretur illas ſe, aut nunquam ſciviſſe, aut jam oblivioni mandaſſe. Eſſe profectò obſcurum Tractatum de Modis, quocumque ille tradatur, modo, judicant univerſi: & meritò, dictatur enim pueris, & ſæpinſeulè imperitis Grammaticæ practicæ, & ſemper imperitis ſpeculativæ; & ipſis tam obſcurè, ut mirum ſit, ſi intelligi potuerit ab aliquo. Ergo omittatur, inquit

Impugnatur. Ramus.

Ramus: cui multi recentiores conſentiunt. Eccur omitti debet ille? Quia Modalium cognitio neceſſaria non eſt. Et interrogo, Annon hæc ipſa propoſitio, *Modales neceſſaria non ſunt*, non ſit modalis? An propugnari poſſit illas neceſſarias nō eſſe, ſine exactâ cognitione modalium? Omitteretur ergo Modalium traditio & expoſitio, cum ſummâ ſingulorum injuriâ: ſunt enim valde neceſſariæ, & quæ à viro Philoſopho ignorari non valeant. Hanc ego ob rem bis ago de Modalibus: iterum in Logicâ, iterum hîc. Ibi breviter, & ad captum puerorum: hîc uberiùs ſubtiliùſque ad Magiſtrorum captum: & judico hunc eſſe noſtri Herculis laborem tertium, quo totam loco antiquo dimoturus ſit Logicam, & doctiſſimos Viros, qui ſcripſerunt hucùſque, triumphaturus. Totam logicam, inquam; nam Modalium doctrina totam permeat: agemus enim in præſenti Tractatu De Terminis Modalibus: De Propoſitionibus Modalibus; & De Syllogiſmis Modalibus. Cùm de Terminis, de illorum variâ & vera ſignificatione & acceptione diſſeremus. Cùm de Propoſitionibus, de Modalium Formatione, Converſione, Oppoſitione, & æquipollentiâ diſputabimus. Cùm de ſyllogiſmis, de Modalium argumentationum modis & figuris agemus. Et quidem hunc Tractatum dividam in duas partes: in citeriorem & ulteriorem. in illâ complectar iſtos Modos; nimirùm, *Neceſſarium, Impoſſibile, Poſſibile, Poſſibile non*, & *Contingens*: de quibus hucuſque Authores antiqui diſputarunt: hanc enim ob cauſam hanc partem *Citeriorem* appello, quod ſe contineat intra materiæ limites, quos Dialectici antiqui præfigunt. In Ulteriori verò (quam ideò ſic denomino, quod ultra Authorum & Scriptorum libros exponat & dilucidet alios nonnullos modos, de quibus nihil Logici aut Phyſici;

Iterum iterumque diſputo de Modalibus. Et cur?

In Modalium tractatu tota clauditur Logica.

Diviſio huius Tractatus.

Pars Citerior.

Pars Ulterior.

ſici; & Theologi dixerunt pauca) agam de Modis, ſummo dignis examine. Et hanc ob rem diſcutiam, componam, opponam, & ediſſeram iſtos: nimirùm, *Neceſſarium* ſeu *Naturale, Voluntarium, Liberum, Violentum & Coactum. Evidens, & Inevidens. Probabile, Merè probabile, Probabilius, Probabiliſſimum: Minùs probabile, Improbabile. Certum, Incertum. Certum coaliter, Certum moraliter. Dubium, Indubium. Fide divinâ, Fide humanâ tenendum. Verum, Verius, Veriſſimum. Per ſe notum quoad ſe; Per ſe notum quoad nos. Debitum & Indebitum. Obligatorium & non Obligatorium. Licitum & Illicitum. Cenſurâ dignum: Erroneum, Temerarium, Periculoſum, Pernitioſum. Pias aures offendens. Proximum hæreſi, & Hæreticum.* In ſingulis ero breviſſimus, & non ſine Ingenio diſputabo. His duabus partibus (*Citeriori & Ulteriori*) addam tertiam, quam vocabo *Ultimam*, quæ erit merè Dialectica, & de Modali Argumentatione diſputabit.

PARS CITERIOR.

MCCCXXXVII. *An modi pertineant ad Logicam?*

LOgica non ſolùm debet examinare, Utrùm ſubjecto prædicatum conveniat, ſed etiam quo illud modo conveniat: quia nó omnia rebus conveniunt eodem modo: Rationalitas enim homini convenit neceſſariò: & Equo neceſſariò non convenit: & albedo convenit contingenter utrique. ſed

Quid eſt Contingentia?

An Contingens ſit Poſſibilitas

VEteres Logici *Contingens* & *Poſſibile* eſſe duo nomina, ſed eumdem modum, crediderunt: adeòque jodicarunt ſynonyma. Hæc fuit Ariſtotelis, Petri Hiſpani, & veterum omnium ſententia: quod licèt certum & clarum ſit, Lalemandetij teſtimonio firmabo. In apparatu parte 2. partitione 6. column. 65. ait: [*Poſſibile* ſit primo loco, deinde *Contingens*, tertiò *Impoſſibile*, quarto *Neceſſarium*: licèt Ariſtoteles alio modo diſpoſuerit. &c. ſed prædictus tradendi modus, qui eſt Petri Hiſpani Viri ingenioſiſſimi, quique Ariſtotelem in tradendis Modalibus ſuperaſſe dicitur, commodior eſt: in ipsâ tamen doctrinâ conveniunt Ariſtoteles & Petrus Hiſpanus. &c.] & ſtatim ad utriuſque mentem definit has duas propoſitiones, *Petrum ſtudere eſt poſſibile*, & *Petrum ſtudere eſt contingens*, æquipollentes eſſe. Iuniores quia malunt veteribus credere, quàm res examinare, eamdem ſententiam hodie tenent; paucis inquam exceptis, qui ab uno errore in alium lapſi, affirmant Modum *Contingens* æquivalere *Poſſibili non*. Meliùs rem explicarunt illi Logici, quos Ambroſius Calepinus conſuluit, ait enim. *A Dialecticis contingentia dicuntur, quæ in utramque partem accidere poſſunt.* Cui adſonat Paulus Valius Introd. in Logic. cap. 17. ſub initium aſſerens, *Contingens dici, quod poteſt eſſe, & poteſt non eſſe.*

An Petrus Hiſpanus Ariſtotelem ſuperet.

Iuniorum aliquorum opinio.

Nota hoc bene.

MCCCXXXVIII. *Demonſtratur Contingentiam diſtingui à Poſſibilitate.*

Hanc vocis acceptionem, in vero uſu & authoritate fundatâ, probari poteſt, oculos ad cœlum erigendo, & quærendo an non ſint blaſphemæ iſtæ Propoſitiones,

Exiſtentia Dei eſt contingens.
Deum dicere veritatem eſt contingens.
Non fruſtrari divina decreta eſt contingens.
A Patre procedere Verbum eſt contingens.
Spiritum ſanctum ſpirari eſt contingens.

An non iſtæ intolerabiles,

Triangulum habere tres lineas eſt contingens.
Circulum nullum habere Angulum eſt contingens.
Hominem eſſe rationalem eſt contingens.
Hominem non eſſe qualitatem eſt contingens.

& tamen univerſa, quæ non patimur, dici contingentia, ſunt poſſibilia; ergo demonſtratur clariſſimè, differre omninò *Contingentiam* & *Poſſibilitatem*.

Propoſitionis de Modo Contingenti quidditas.

ESſentia & ſubſtantia Propoſitionum in affirmatione & negatione ſita eſt (in negatione inquam, negante aut infinitâ, juxta diverſas & adverſas ſententias.) Quæro igitur, quid dicendum ſit de iſtâ propoſitione, *Contingens eſt hominem eſſe album? quid de iſtâ, Contingens eſt hominem non eſſe album?* An ſint affirmativæ aut negativæ? An inter ſe oppoſitæ & diſconvenientes? Et reſpondeo eſſe æquipollentes, & particulari prodigio eſſentias diſſentaneas complecti; alterutra enim eſt ſimul categorica & hypothetica (eſt enim pronunciatione categorica, & ſignificatione hypothetica) ſimul affirmativa & negativa, vel clariùs partim affirmativa & negativa (quia complectitur duas ſimplices, quarum altera aſſerit & altera negat; quod enim poteſt contingenter eſſe, idipſum poteſt contingenter non eſſe: & ſi contingenter ſit adhuc poteſt non eſſe.) hæc vera ſunt; & ut bene intelligantur ponantur paucæ propoſitiones.

An Contingens ſit differas à Contingenti non.

Contingens eſt, ut pluvia ſit.
Contingens eſt ut pluvia non ſit.

altera, ſi pronunciationem ſpectes, categorica eſt; at ſi ſenſum, quæcumque ex his duabus utramque poſitionem complectitur.

Petrus eſt contingenter.
Petrus quidem eſt: ita tamen, ut ab extrinſeco habeat, quod poſſit non eſſe.

An Modalis contingens ſit categorica aut hypothetica?

Ecce hîc duas propoſitiones habes, [alteram breviſſimam, longiuſculam alteram, alteram ſecundum ſpeciem externam categoricam, alteram hypotheticam:] æquipollentes & æquivalentes omninò; & energiam Contingentiæ explicantes.

Quod ſint Modorum claſſes.

MCCCXXXIX. OMnes ad duas reducimus; in quarum primam puros, & mixtos in ſecundam ponimus,

mus. Modo puro *eſſe* aut *non eſſe* purè convenit; mixtus verò participat utrumque. PRIORIS ordinis ſunt *Neceſſarium & Impoſſibile.* Illi convenit *purum eſſe*, quia omne non-eſſe tam actuale quàm potentiale eliminat; & ſolet definiri eſſe id, *quod in inſtanti, in quo neceſſarium aſſeritur, excludit omnem potentiam ad non eſſendum.* Modo Impoſſibili competit purum non eſſe, quia exiſtentiam tam actualem quàm potentialem eliminat, & definitur eſſe id, *quod in inſtanti, in quo aſſeritur impoſſibile, excludit omnem potentiam ad eſſendum.* POSTERIORIS ordinis ſunt *Liberum & Contingens*, exiſtentiam cum non-exiſtentiâ permiſcentes; uterque enim habet quod poſſit eſſe & non eſſe.

Quid importet neceſſitas?

Quid impoſſibilitas?

Quid Libertas, & Contingentia?


ARTICULUS I.

De Oppoſitione Modalium.

Modi puri & mixti: extremi & medij.

EAdem diviſio Modi eſt in purum & mixtum, ac in extremum & medium. Neceſſitas & Impoſſibilitas *Modi puri* dicebantur; quia ſicut illa omne *non eſſe* excludit, ita & hæc excludit omne *eſſe*: dicuntur etiam *Modi extremi*, quia extra *eſſe* & *non eſſe* nihil datur. Libertas & Contingentia, quia *Modi mixti* ſunt, inter Neceſſitatem & Impoſſibilitatem ſunt medij.

Inpurarum Modalium Oppoſitione deſignandâ omnes Authores convenimus, ut probat ſubjectum paradigma omnium conſenſu delineatum.



Neceſſitas eſt ſimilis ſyncategoremati Univerſali aſſerenti.

NECESSARIUM æquivalet univerſali affirmativæ; quia infert univerſales conſequentias; dicimus enim, *Eſt neceſſarium? Ergo ſemper erit, Ergo ubique, Ergo in omni tempore, Ergo in omni loco, Ergo in omni occaſione*: quæ omnes conſequentiæ ſunt legitimæ & tamen ſunt affirmativæ univerſales.

Impoſſibilitas univerſali neganti.

IMPOSSIBILE æquivalet univerſali negativæ; quoniam infert negativas univerſales conſequentias; ut ſi dicamus, *Eſt impoſſibile? Ergo nunquam erit, aut fuit; Ergo nullibi fuit; Ergo in nullo tempore; Ergo in nullo loco; Ergo in nullâ occaſione.* &c.

Poſſibilitas particulari aſſerenti.

POSSIBILE ſubalternatur *Neceſſario.* [ſunt enim bonæ conſequentiæ, *Eſt neceſſarium, ergo & poſſibile; Non eſt poſſibile, ergo nec neceſſarium*: non ſecùs ac hæc, *Omnis homo eſt animal, ergo & aliquis homo. Non eſt lapis aliquis homo, Ergo nec omnis homo.*]

Poſſibilitatis modum æquivalere particulari affirmanti, non ita clarum & certum eſt, ut MCCCXLI.
multi putant; hæ enim ſunt malæ conſequentiæ, *Homo viridis eſt poſſibilis, Ergo aliquando eſt, Ergo alicubi eſt, Ergo in tempore, Ergo in aliquâ provinciâ eſt.* Si dicas, non debere inferri eſſe particulare exercitium, ſed ſolù particularem exiſtendi potentiam, inſtabo non ſolùm eſſe veras has conſequentias, *Homo viridis eſt poſſibilis: Ergo aliquando eſt poſſibilis, Ergo alicubi eſt poſſibilis*; ſed etiam iſtas, *Homo viridis eſt poſſibilis. Ergo ſemper fuit & erit poſſibilis, Ergo ubique eſt poſſibilis*: & hoc ſenſu poſſibilitas imbibet univerſalitatem. Dicantur ergo *Poſſibile & Poſſibile non*, æquivalere particularibus, non quidem quoad ſignificationem, ſed quoad oppoſitionem; quia eodem modo opponuntur, quo *Aliquis & Aliquis non*, ut videre fuit in ſchemate.

An id certum ſit?

Contingentia Modus cæteris cooptatur.

Quo modo Contingentia cæteris Modis opponatur?

MOdalium commune Paradigma poſui & expoſui: ſed quia *Contingentiam* majoris facilitatis gratiâ excluſi, nunc novum fabrico, & modis reliquis Contingentiam adopto. Recognoſcatur figura vigeſima-prima. Modum *Contingentiæ* contradictoriè opponi *Neceſſario & Impoſſibili* manifeſtum eſt; quoniam quod contingens eſt, poteſt eſſe & non eſſe; & quod eſſe poteſt, non eſt impoſſibile; nec quod poteſt non eſſe, neceſſarium. Major eſt difficultas de modo *Non contingentiæ*, dico igitur has eſſe bonas conſequentias, *Eſt neceſſarium, ergo non eſt contingens.* imò etiam iſtas, *Eſt contingens, Ergo eſt poſſibile eſſe, Eſt contingens, ergo eſt poſſibile non eſſe.* & quod mirabilius eſt etiam iſtas, *Eſt contingens eſſe, Ergo eſt contingens non eſſe.*

Modus Non-contingentiæ. An affirmativa à negativâ diſtinguatur?

Scio iuniores aliquos veterum errorem obſervaſſe, & dixiſſe *Contingens* ſumi dupliciter; largè & strictè; primo modo æquipollere *Poſſibili*, & ſecundo involvere eſſe & non eſſe, & MCCCXLII.
hoc ſenſu non pertinere ad Modales Propoſitiones, quas exponimus. Et utrumque eſt abſolutè falſum. Nam ſi *Contingens* aliquo vero & recepto à Viris doctis ſenſu idem eſt ac poſſibile, eodem *contingens erit dari Deum*; & quis hoc aſſeret? ſanè Deus ut ſuperiùs diximus, neceſſarius eſt, & ideò poſſibilis eſt, nec tamen in ullo ſenſu vero & legitimo contingens eſt.

Duplex acceptio contingentiæ.


An Deus ſit contingens?

De Modo libertatis.

Quo differat modo à Libertate Contingentia?

DIffert à libero Contingens, licet utrumque poſſit eſſe, & poſſit non eſſe; quia hæc bipertita potentia convenit Libero vitaliter, activè, & ab intrinſeco; contingenti autem paſſivè, non vitaliter & ab extrinſeco. Homo ab intrinſeco loquitur, cùm poteſt non loqui, lapis ab extrinſeco movetur, cùm quieſcere poteſt, igitur tota diſtinctio conſiſtit in hoc, quod liberum ab intrinſeco tollat illam ambiguitatem operandi, quam tollit contingens ab extrinſeco. Conſidera ſubjectum ſchema.

Libe-



Liberum & Contingens ſunt Diſparati termini, quia poſſunt inveniri in aſſertionibus ſimul-veris, & ſimul-falſis. Simul-veris quidem, ut patet in ſubjectis, *Liberum eſt Petro perdere vitam, Contingens eſt Petro perdere vitam.* Utraque vera eſt. De primâ non dubitas, quia Petrus ſe occidere liberè poteſt. Et ſecundam eſſe ſimul veram oſtendo; quia poteſt Petrus, etiam invitus, ab extrinſecis cauſis occidi.

Homo vivit liberè & contingenter.

MCCCXLIII. Deus vivit non tamen liberè vel contingenter. Decreta Dei ſunt libera & non contingentia.

Poſſe hos duos modos (nempe Libertatem & Contingentiam) competere aſſertis ſimul falſis ex ſequentibus conſtat, quia tam falſum eſt dicere *Deo eſſe liberum vivere*, quàm *Deo eſſe contingens vivere*; non enim liberè, nec contingenter, ſed neceſſariò vivit Deus.

Hinc conſtat *Liberum* etiam & *Non contingens* ſe habere omninò diſparatè; quia ſimul poſſunt adeſſe, & ſimul abeſſe ab eâdem aſſertione; Actus enim ille quo Deus nos ad gloriam prædeſtinat, liber & non-contingens eſt: motui autem veſtri nec competit libertas, nec competit non-contingentia; non enim liber ſed omninò contingens motus eſt. Ergo Contingentia & Non-libertas (hæ ſunt etiam formalitates diſparatæ) competunt eidem actis motui, repugnant eidem decreto Dei.

Inanimorum motus eſt contingens, & non liber.

MCCCXLIV. Decreta humana libera & contingentia ſunt. Exiſtentia Deo nec liberè nec contingenter competit.

Non-contingentiam & Non-libertatem dixi etiam ſe habere diſparatè; poſſunt enim ſæpè de eodem falsè dici, poſſunt & verè. Decreto humano competere Non-contingentiam falſum eſt, & etiam falſum eſt illi competere Non libertatem. Divinæ verò exiſtentiæ utraque competit; quia nec contingens nec liberum eſt Deo, exiſtere.

An propoſitio affirmativa & negativa ſint æquipollentes? Contradictio in Modalibus poſtulat ut cadat ſupra modū negatio.

Negatio non dicto, ſed modo adponi debet, ut contradictio fiat; quia ſi dicto addatur, non ſolùm non erit priori oppoſita, ſed erit æquivalens omninò. Verbi gratiâ; hæ *Liberum eſt Petro deambulare*, & *Liberum eſt Petro non deambulare*, non ſunt contradictoriæ ſed æquipollentes: non enim illi eſſet liberum deambulare, ſi & oppoſitum ſimiliter liberum non eſſet. Quam ob rem illi primæ dicimus contradictoriè opponi hanc; nimirùm, *Non eſt liberum Petro deambulare*, ita ut negatio non iam deambulationem, ſed meram libertatem afficiat.

NOTA.

MCCCXLV.

De libertatis conceptu multa in libris de Animâ, ubi ex profeſſo de ejus eſſentiâ & attributis diſputabimus. Illam dari ſupponimus; *ſcimus* enim aliquos libertatem ſoli Deo conceſſiſſe, & creaturis negaſſe; non enim poterant intelligere cauſam ſecundam, quæ non prædeterminetur à primâ; nec cauſam prædeterminatam, quæ eſſet libera. [*Scimus* alios negaſſe libertatem Deo, & illam conceſſiſſe hominibus; nam cùm Deus infinitè ſit bonus, debet facere optimum in eorum ſententiâ; & cùm optimum unum ſit, ſemper eſt ad unicum determinatus; quæ ratio non habet locum in hominibus, qui finitè ſunt boni, & finitè ſunt mali. *Scimus* etiam alios divinam & humanam libertatem negaſſe; nam ſi Deus liber non eſſet, nec creaturæ eſſe liberæ poſſent; perfectio enim, quâ caret Deus, in creaturis non datur. *Hos errores* eſſe multorum ſcimus, at veram doctrinam ſupponimus, & ſub Deo infinitè libero Angelos & Homines eſſe liberas ſubſtantias pronuntiamus.

Varij de libertate errores. An Homines & Angeli ſint liberi? An Deus ſit liber? An Deus ſemper faciat optimum? An poſſit eſſe in hominibus perfectio aliqua, quâ careat Deus? Vera ſententia.

ARTICULUS II.

De Æquipollentia Modalium.

MCCCXLVI. Quo illo modo in ſcholis tradatur?

ANtiquiores Dialectici exponentes libri. 2. Peri-hermenias caput. 3. Contingentiam cum Poſſibilitate confuderunt, & Modos, qui æquipollere debebant ita coordinarunt, ut primo loco eſſet *Poſſibile*, ſecundo *Contingens*, tertio *Impoſſibile*, & quarto *Neceſſarium*; poſteà invenerunt quatuor dictiones quadriſyllabas, quarum prima vocalis primo Modo, ſecunda ſecundo &c. correſponderet. quas quidem vocales additis variis conſonantibus diverſis modis pronuntiarunt.

Sententia prima

SUpponit Poſſibilitatem & Contingentiam eſſe voces ſynonymas, & utitur his vocibus, PURPUREA, AMAVIMUS, ILIACE, EDENTULI, ut Modalium æquipollentiam inveſtiget. [Notari tamen volo eſſe aliquos, qui utuntur his dictionibus, *Argutule, Sunt avari, Veridica, Si-referunt*, aut etiam iſtis *Acutule, Mutabatis, Veſtigia, Sine meta.* Sed ipſi non in doctrinâ à cæteris differunt, ſed in modo tradendi: mutant enim ordinem, & modo *Neceſſe* poſito primo in loco, poſtponunt *Poſſibile, Contingens* & tandem *Impoſſibile.*] Nos primas dictiones expendamus.

In idem recederet ſi uteremur, his vocibus.

Et quidem modos iſtos additis nonnullis negationibus reddi æquipollentes volunt Dialectici ſupponi, non probari; at illæ cæco modo poni non debent, ſed lege præſcriptâ ab hoc carmine.


E dictum negat; I- que modum; nihil A; ſed V totum.

Æquipollentia Simplicium & modalium à negationum additione ſubſtituitur.

Paulatim ſingula conſideremus. SANE dictiones, quibus iſti Authores utuntur, ſic debent componi & opponi.



Hinc facile erit iuxta eorumdem Logicorum ſententiam cuiuſcumque modi æquipollentes deſignare; & ut procedamus cum majori doctrinæ claritate, in ſingulis angulis quatuor propoſitiones, quæ dicuntur æquipollere, cóſtituemus. Prima erit de poſſibili, ſecunda de contingenti, tertia de Impoſſibili, & ultima de neceſſario: unaquæque propoſitio ſuæ correſpondebit literæ, & iuxta ejuſdem literæ valorem dictum & modum aut affirmabit aut negabit. Conſidera præſens paradigma.



MCCC-XLVII. Contingentia non debet cum Poſſibilitate confundi.

Hæc Modalium propoſitionum æquipollentia iam à multis annis, ne dicam ſæculis, in ſcholis obtinuit; at mihi omninò diſplicuit propter confuſionem Contingentiæ & Poſſibilitatis.

Contingentia duplex acceptio.

HUnc nævum notaverunt aliqui ingenioſi viri, & correctioni operam curioſè navarunt. In Pauli Vallij Romani Logicæ tomo. 1. in Introductionis cap. 17. mihi pag. 22. hæc lego. *Notandum eſt*, inquit, *Contingens dupliciter ſumi poſſe. Primò quidem quatenus confunditur cum poſſibili; unde etiam ea quæ ſunt neceſſaria, dicuntur Contingentia, & dicimus hominem eſſe animal eſſe contingens.* [Sed quis ſic unquam fuit loquutus præter Vallium?] *Secundò ſumitur magis propriè quatenus ſignificat id quod poteſt eſſe & non eſſe, & ſi hoc modo ſumatur contingens, multæ propoſitiones Modales erunt falſæ; quæ ſi ſumerentur primo modo eſſent veræ. Omnes etiam neceſſariè affirmativæ, & omnes impoſſibiles negativæ erunt falſæ, quæ aliàs eſſent veræ. Nam ſi dicamus* Hominem eſſe animal eſt contingens *vel* Hominẽ non eſſe lapidem eſt contingens, *ſunt propoſitiones falſæ, quia utraque eſt neceſſaria, & non poteſt aliter ſe habere.* Et concludit; *Quoniam tamen in Oppoſitione & æquipollentiâ Modalium*, Contingens *ſolet ſumi primo modo, quatenus confunditur cum* Poſſibili; *ideò etiam nos ſumemus hic eodem modo.*

An contingant rebus ſua prædicata eſſentialia? Quid ſit Contingens?

Cognoſcit Vallius errorem, ſed mavult ſequi multos, quàm invenire veritatem.

MCCC-XLVIII. An poſſi-

Ergo habemus ex Vallio, *primò* nõ dari quatuor modos, ſed tres, in oppoſitionum & æquipollentiarum conſtructione; nam *Contingens* & *Poſſibile* puro nomine differunt. Cæterùm, qui *Contingentiæ* modum tametſi ſynonymum ipſi *Poſſibilitatis* modo addiderunt, neſcio cur non potuerint etiam *Repugnans* & *Implicans contradictionem* ſubiungere; hi enim modi coïncidunt cum *Impoſſibili*; & neſcio, cur non addiderint etiam plures alias curioſas phraſes, quibus exponitur rerum neceſſitas? cui dubio ſi prudenter reſpondeas, ſatisfacies dicendo, ideò huius paradigmatis fabricatores Repugnantiæ modum omiſiſſe, quia hæc omninò coïncidit cum Impoſſibilitate; ideò Contingentiæ modum adpoſuiſſe, quia eam à Poſſibilitate diſtinctam iudicarunt.

bilitas & Contingentia duo ſint nomina, & una res?

Cur Repugnantiæ modus omiſſus ſit?

An Dei decreta, attributa perfectio, &c. ſint contingentia?

Habemus *ſecundò* nos non poſſe eſſe Logicos, ni verbis contra eorumdem ingenium & ſignificationem abutamur. Quis enim unquã mortalium ſine horrore audiret! Dei decreta contingentiam involvere? & tamen utramque propoſitionem admittere tenentur illi, qui cõtra veram ſignificationem vocum Contingentiam cum poſſibilitate confundunt, & opponunt Impoſſibilitati, Dei enim decreta impoſſibilia non ſunt, nec Impoſſibile eſt Deum eſſe.

MCCC-XLIX.

Maneat igitur Philoſophos nonnullos modum Contingentiæ rigoroſè ſumpſiſſe & in Dialecticam peccaſſe: nonnullos ſumpſiſſe, ut aiunt, laxè, & peccaſſe in Grammaticam Theologiamque ut infimam ſummamque ſcientiam ſua opinatione macularent.

Pater

Aliqui tentarunt hunc errorem corrigere, ſed non fecerunt.

Pater Robertus Aloiſius de Vitrij è Societ. Jeſu. Duacenus Philoſophiæ Profeſſor animadvertens veterum errorem, conatus eſt medicinam imponere; ſed talem impoſuit, quæ indigeat ſecundâ medicinâ. *Hæc figura, ait, ex communi doctrinâ tradi ſolita, non omninò placet; quia uſurpat ly Contingens in minùs propriâ ſignificatione, & confundit cum Poſſibili: cùm tamen ex uſurpatione Philoſophorum Contingens propriè ſumptum idem omnino ſit, ac Non neceſſarium, & proinde opponatur contradictoriè modo de Neceſſe, & ſubcontrariè modo de Poſſibili.* Veterû errore notato ad correctionem feſtinat, & ſubiungit, *Meliùs ergo mutaretur ſecunda vocalis iſtarum quatuor vocum* (nimirùm *Purpurea, Amabimus, Iliace, Edentuli*) *reſpondens Contingenti, & loco illarum diceretur*, Punicea, Calebimus, Triturare, Celaturi; *ſicq; Contingens ſubalternabitur Impoſſibili & contradictoriè opponetur Neceſſe, ut vides in ſequenti figurâ.*

Non omnis mutatio eſt correctio. Conſiderantur ſingularum alterationes.

PU	Non eſt poſſibile non eſſe	Contrariæ.	TRI	Non eſt poſſibile eſſe
NI	Non eſt contingens eſſe		TU	Non eſt contingens non eſt.
CE	Impoſſibile eſt non eſſe		RA	IMPOSSIBILE EST ESSE
A	NECESSE EST ESSE.		RE.	Neceſſe eſt non eſſe.

Subalternæ. Ans Cons. — Contradictoriæ. Contradictoriæ. — Subalternæ. Ans Cons.

CA	POSSIBILE EST ESSE	Subcontrariæ.	CE	Poſſibile eſt non eſſe
LE	Contingens eſt non eſſe		LA	CONTINGENS EST ESSE
BI	Non impoſſibile eſt eſſe		TU	Non impoſſibile eſt non eſſe
MUS	Non neceſſe eſt non eſſe.		RI.	Non neceſſe eſt eſſe.

MCCCL. Prioris ſententiæ Cenſura.

SEd omninò dicendum eſt primam ſententiã eſſe falſam; quia, ut benè P. Paulus Vallius notavit, veras & falſas aſſertiones confundit. Æquipollentias ſingulas examinemus.

PUR- *Non eſt poſſibile Deum non eſſe bonum.*
PU- *Non eſt contingens Deum non eſſe bonum.*
RE- *Impoſſibile eſt Deum non eſſe bonum.*
A. *Neceſſe eſt Deum eſſe bonum.*

An divina bonitas ſit non contingens.

Omnes ſunt veræ; & quia aliquis de ſecundâ poſſet dubium movere, eam debebo probare. Procedo ſic. Deum non eſſe bonum, aut eſſe non bonum eſt impoſſibile; ergo eſt non contingens; ergo non eſt contingens.

A- *Poſſibile eſt Deum eſſe bonum.*
MA- *Contingens eſt Deum eſſe bonum.*
BI- *Non eſt impoſſibile Deum eſſe bonum.*
MUS. *Non eſt neceſſarium Deum non eſſe bonum.*

An ſit contingẽs.

Secunda eſt omninò falsâ. & nihilominùs dicitur æquippollere reliquis, quæ ſunt veræ. Secundam falſam eſſe demonſtro, quia bonitas divina, cum abeſſe nequeat, contingens dicenda non eſt; contingens enim illud eſt, quod poteſt adeſſe & abeſſe.

I- *Non eſt poſſibile Deum eſſe bonum.*
LI- *Non eſt contingens Deum eſſe bonum.*
A- *Impoſſibile eſt Deum eſſe bonum.*
CE. *Neceſſe eſt Deum non eſſe bonum.*

MCCCLI. Secunda cæteris non æquipollet.

Prima, tertia, & quarta falſæ ſunt, ut potè veris oppoſitæ; ſed ſecunda vera eſt, cùm falſa deberet. Eſſe vera probatur; Quia Deum eſſe bonum neceſſarium eſt; ſed quod neceſſarium eſt, contingens non eſt; Ergo Deum eſſe bonum contingens non eſt.

E- *Poſſibile eſt Deum non eſſe bonum.*
DEN- *Contingens eſt Deum non eſſe bonum.*
TU- *Non impoſſibile eſt Deum non eſſe bonum.*
LI. *Non eſt neceſſe Deum eſſe bonum.*

Contrariæ ſimul veræ & ſubcontrariæ ſimul falſæ.

Omnes ſunt falſæ; licèt non ſint omnes æquipollentes: Et hinc conſtat in materiâ neceſſariâ *Amabimus* & *Iliace* correctione indigere. Præterea hæ aſſertiones, *Non eſt contingens Deum non eſſe bonum*, *Non eſt contingens eſſe bonum*, contrariæ dicebantur, & tamen ſunt ſimul veræ. Hæ etiam ſubcontrariæ. *Contingens eſt Deum eſſe bonum*, & *Contingens eſt Deum non eſſe bonum.* ſunt ſimul falſæ contra regulas Dialecticorum.

Si materia fuerit remota, etiam contrariæ erunt ſimul veræ, & ſubcontrariæ ſimul falſæ: opponuntur enim contrariè *Non eſt contingens hominem non eſſe irrationalem*, & *Non eſt contingens hominem eſſe irrationalem*, quæ ſunt veræ: & opponuntur ſubcontrariè *Contingens eſt hominem eſſe irrationalem*, & *Contingens eſt hominem non eſſe irrationalem*, quæ ſunt ſimul falſæ.

MCCCLII. Cenſura poſterioris ſententiæ.

DIſplicuit Patri Roberto de Vitty prima ſententia, ſed illius errores ipſe tranſtulit, non abſtulit; quia, ſi ſequamur ejus paradigmata; adhuc reperiemus contrarias ſimul veras & ſubcontrarias ſimul falſas. Quia PUNICEA & TRITURARE ſunt dictiones contrariæ, & illud NI, prioris

& TU poſterioris, contrariè opponi neceſſariũ eſt; ergo formemus propoſitiones in materiâ neceſſariâ [NI] *Non eſt contingens hominem eſſe animal* [TU.] *Non eſt contingens hominem non eſſe animal* Utraq; tamen vera eſt. Prior quidem; quia cùm neceſſarium ſit hominẽ eſſe animal, eũ eſſe animal contingens non eſt; quia neceſſitas cõtingentiam excludit. Poſterior etiam vera eſt; quia cùm hominem non eſſe animal ſit impoſſibile, contingens dicendum non eſt, quia cõtingentia rei impoſſibili competere nõ poteſt.

MCCC-LIII. Præterea, ſiquidem hæ duæ contrariæ ſunt ſimul veræ aut ejus contradictoriæ ſunt ſimul falſæ; aut non. Si primum dicas concedes duas ſubcontrarias ſimul falſas, & hoc contra leges Dialecticas, ſi ſecundũ; ioſtabo. Aliqua ex ſubcontrariis eſt vera, & ejus contradictoria erat vera (quia utraq; contraria erat vera & contrariæ opponuntur contradictoriè ſubcontrariis) ergo duorum duæ contradictoriæ ſimul veræ.

Tandem & contrariis per ſubalternationem oriuntur ſubcontrariæ: ergo ex antecedente vero legitimâ conſequentiâ deducuntur conſequentiæ falſæ.

Maneat igitur etiam juxta regulas poſterioris ſententiæ debere admitti contrarias ſimul veras, & ſubcontrarias ſimul falſas.

Si à dictionibus, quibus utitur prima ſententia, & ab illis quibus ſecunda, auferas ſecundas ſyllabas, & modum Contingentiæ proſcribas; nulla remanebit opinionum diverſitas. Verbi gratia, *Vtriuſque ſententiæ Correctio.*


PUR*EA A*bImVs I*AcE E*tVLI.

PU*cEA cA*bImVs tiI*cAtE cE*tVrI.

Harum prima vocalis convenit modo *Poſſibili*, ſecunda *Impoſſibili*, ultima *Neceſſario*: eaſdem Vocales complectuntur hæ voces minus barbaræ.

LUGEBAT SATIRUS, LISANDER GEMUIT.

quibus arte nova diſpoſitis ſequens Paradigma formamus.




ARTICULUS III.

De Modalibus habentibus dictum Univerſale vel Particulare.

MCCC-LIV. QUàm multa occurrunt res, etiam claras, ſpeculanti & meditanti! Pono ob oculos unam Propoſitionem Modalem Univerſalem; videlicet; *Neceſſe eſt omnem hominem eſſe album*, & interrogo, quas & quales habeat contrarias, contradictorias, ſubcontrarias, æquipollentes, &c. Multos recognovi Authores; & quia ipſi non diſtinguunt, exiſtimo ad eorum mentem univerſales ſicut ſingulares debere comparari & componi. An ne hoc ipſum eſt verum? Ipſi putant, ſed Ego non puto: rem examino, & exempla propono; & ut cæteræ meliùs intelligantur, ponatur & exponatur primo loco.

Oppoſitio Singularium Modalium.




Hæc eſt vera, clara & facilis, nec hic difficultatem reperimus.

In hoc Paradigmate univerſi conveniunt; at in ſequentibus non omnes Sit hoc igitur tanquam baſis & ſubſcribendorum fundamentum.

Nota obiter nos conſultò exemplis contingentibus uti, quia in ipſis clariùs modorum vim relucere putamus; poſſemus [illegible] & ne-

& neceſſaria adiungere, ſed ſtudemus brevitati.


Oppoſitio particularium.



Dico *Neceſſe* & *Poſſibile non*, non eſſe contrádictoria, ſed ſubcontraria tantùm, quia hæ duæ Propoſitiones, *Neceſſe eſt aliquam formam ſubſtantialem eſſe in hac materiâ*, *Poſſibile eſt aliquam (creatam aut creabilem) non eſſe*, ſunt in opinione D. Thomæ ſimul veræ: materia enim, ut ipſe judicat, nec omni carere formâ poteſt, nec ſimul omnes creatas aut creandas habere.

Oppoſitio Indefinitarum Modalium.

MCCCLV. *Indefinita mala ſunt niſi ſiant in materiâ naturali; aut ad particulares reducantur.*



Sed quo iſtæ modo opponuntur? Reſpondeo: me non libenter videre indefinitas, præcipuè in materiâ contingenti, niſi illæ priùs ad univerſales aut particulares reducantur; ſunt enim crebrò æquivocæ ſignificationis, adeòque non tam falſæ, quàm malæ. Videntur eſſe illæ in materiâ naturali tanquam in loco proprio, at in contingenti tanquam in violento & alieno.

Oppoſitio Univerſalium Modalium.



Dico *Neceſſarium* & *Impoſſibile* eſſe duos contrarios modos: nec id negas: addo *Poſſibile non* non eſſe ſubcontrarios, & probo; quia ſunt ſimul falſæ iſtæ propoſitiones, *Poſſibile eſt omnem formã eſſe in hac materiâ*, *Poſſibile eſt omnem formã non eſſe in hac materiâ*. Falſæ enim ſunt ſi admittatur ſententia D. Thomæ, & dicantur viginti eſſe formæ in rerum naturâ: quia materia prima Thomiſtica, nec informari ſimul omnibus, nec poteſt omnibus carere ſimul. Subjungo *Neceſſe* & *Poſſibile non* non eſſe contradictorios modos, quoniam iſtæ duæ propoſitiones, *Neceſſe eſt omnem formam eſſe in hac materiâ*, & *Poſſibile eſt omnem non eſſe*, in Thomiſticâ hypotheſi ſunt ſimul falſæ.


MCCCLVI. Hinc patet eſſe difficiliùs, quàm vulgò creditur, determinare & coordinare Paradigma Propoſitionum Modalium, quarum dictum ſit Univerſale aut particulare. Volo rem altiùs retractare, & ad majorem doctrinæ claritatem & ſecuritatem pono, ut dixi, viginti aut triginta tantum eſſe formas creandas, & inquiro, Anne ſit vera hæc propoſitio, *Impoſſibile eſt, omnem formam ſubſtantialem (creandam) eſſe ſimul in hac numero materiâ*. Reſpondeſque eſſe duas celebres ſententias in ſcholis. Quoniam Thomiſtæ docent Materiam primam nec divinitùs poſſe carere omni forma, nec plures habere divinitùs. Et Scotiſtæ contrà & carere omni, & affici pluribus poſſe. Hinc patet illam propoſitionem negandam à Scotiſtâ eſſe, & à Thomiſtâ concedendam.

An materia prima omni carere formâ queat? An etiam pluribus informari? Sicut non prima ſententia eſſe D. Thomæ, nec ſecunda videatur Scoti, ad non urgeo, ſed iuxta illas (quorumcumque ipſa ſint) controverſiam examino.

Nos igitur hac doctrinâ præmiſſâ hanc eamdem propoſitionem cum reliquis aliis comparemus, & varias ſententias proponamus.

Prima opinio.

MUlti, qui nolunt rem altè examinare, aſſerunt dictum quantum debere ſuam quãtitatem retinere, & ſic modos coordinant.



Ubi vides clariſſimè A & D, vocari contradictorias, & tamen eſſe in opinione Angelici Doctoris ſimul falſas. Item C & D, tametſi ſubcontrariæ dicantur, eſſe in ejuſdem ſententiâ ſimul falſas. Et tandem B ſubalternare & inferre ipſam D; vera falſam. Quis id toleret?

Tranſeamus ad æquipollentiam, & qui cohærere poſſint æquivalentes Poſitiones videamus.

Vltima columna habet propoſitiones ipſas. Penultima artificioſas æquipollentia voces. Prima his literis V. & F. veras à falſis diſtinguit juxta doctrinam D. Thomæ. Secunda idipſum præſtat juxta principia Scoti. Semper ſtamus illi caſui de 20. tantū formis creandis.

I.	II.		
F	F	AR-	*Neceſſe eſt omnem formam eſſe in hac materiâ*
V	F	GU-	*Non poſſibile eſt omnem formam non eſſe (hoc eſt abeſſe) in hac materiâ.*
V	F	TU-	*Non contingens eſt omnem formam eſſe in hac materiâ.*
V	F	LE.	*Impoſſibile eſt omnem formam non eſſe in hac materiâ.*
F	F	VE-	*Neceſſe eſt omnem formam non eſſe in hac materiâ.*
V	F	RI-	*Non poſſibile eſt omnem formam eſſe in hac materiâ.*
V	F	DI-	*Non contingens eſt omnem formam eſſe in hac materiâ.*
V	F	CA.	*Impoſſibile eſt omnem formam eſſe in hac materiâ.*
V	V	SUNT	*Non neceſſe eſt omnem formam non eſſe in hac materiâ.*
F	V	A-	*Poſſibile eſt omnem formam eſſe in hac materiâ.*
F	V	TA-	*Contingens eſt omnem formam eſſe in hac materiâ.*
F	V	VI.	*Non Impoſſibile eſt omnem formam eſſe in hac materiâ.*
V	V	QUI	*Non neceſſe eſt omnem formam eſſe in hac materiâ.*
F	V	RE-	*Poſſibile eſt omnem formam non eſſe in hac materiâ.*
F	V	FE-	*Contingens eſt omnem formam non eſſe in hac materiâ.*
F	V	RUNT	*Non impoſſibile eſt omnem formam, non eſſe in hac materiâ.*

Patet igitur has Poſitiones non eſſe diſpoſitas, & debere ita coordinari, ut falſæ non dicantur veris æquipollere.

Secunda opinio.

SEd quo Tabulam modo corrigemus? Mutando dicti quantitatem. Sed quâ id lege? *MCCLVII.*

Primus, qui hanc veritatem obſervavit, fuit P. Georgius Holzhaj S. I. in Dilinganâ Academiâ Philoſophiæ Ordinarius Profeſſor, qui in Theſibus Logicis propugnatis an. M.DC.VII. menſe Octobre, ſic inquit. *Holzhai num. 78.*

Modalium oppoſitio, nequaquam deſumenda eſt ſecundum eſſe vel non eſſe earum, ſed ſecundum affirmationem & negationem modi, nam alioqui duæ oppoſitæ ſimul eſſent veræ, ut *Poſſibile eſt Petrum ambulare*, *Poſſibile eſt Petrum non ambulare*. *MCCLVIII.*

Ex quo colligitur antiquos malè poſuiſſe has duas, *Non neceſſarium eſſe*, & *Neceſſarium non eſſe*, tanquam contradictorias, nam ſi ſubjicias hircocervum, vel ſimile quid, utraque ſimul erit vera. Perperam itidem poſuerunt hanc: *Non neceſſarium eſſe*, æquipollentem his; *Non impoſſibile eſſe, Contingens eſſe, Poſſibile eſſe*, non ſolùm quia neceſſarium & impoſſibile contrarios habent ſenſus; ſed etiam quia ſequitur has: *Non neceſſarium eſſe, & Neceſſarium eſſe*, ſimul eſſe veras; nam ſi neceſſarium eſt eſſe, poſſibile eſt eſſe (ſumendo poſſibile pro omni eo, quod poteſt eſſe; ſive poſſit etiam non eſſe, ſive non poſſit non eſſe) ſi poſſibile eſt eſſe, non neceſſarium eſt eſſe. *Errores veterum.*

Rectiùs igitur ſtatuitur in iſtis æquipollentia. *Neceſſe eſſe, Non poſſibile non eſſe, Non contingens non eſſe, Impoſſibile non eſſe*, quæ in ſubſcripto ſchemate denotantur per voculam *Arguebles*; quibus contrariantur *Veridica*; ſubalternantur *Sunt atavi*; contradicunt. *Qui referunt* in quibus vocabulis *Edictum negat, I que modum, nihil A, ſed V totum*. Sic etiam ſervatur ordo rerum naturis conveniens, nam quædam eorum ſemper ſunt in actu, quædam modo in actu, modo in potentiâ, quædam nunquam ne in potentiâ quidem.

I. Neceſſe

		I.	
a.	Ar-	Neceſſe eſt omnem hominem eſſe animal.	Æquipollentes.
Pur-	gu-	Non poſſibile eſt aliquem hominē nō eſſe animal.	
pu-	su-	Non contingens eſt aliquē hominē nō eſſe animal.	
re.	le.	Impoſſibile eſt aliquē hominem non eſſe animal.	

Contrariæ.

		II.	
e.	Ve-	Neceſſe eſt nullum hominem eſſe animal. Vel aliquem hominem non eſſe animal.	Æquipollentes.
I-	ri-	Non poſſibile eſt aliquem hominem eſſe animal.	
li-	di-	Non contingens eſt aliquē hominem eſſe animal.	
a.	ca.	Impoſſibile eſt aliquem hominem eſſe animal.	

Subcontrariæ. Añs. Coñs. — Contradictoriæ. Contradictoriæ. — Subcontrariæ. Añs. Coñs.

		III.	
mus.	Sūt	Non neceſſe eſt nullū hominem eſſe animal. Vel aliquem hominem nō eſſe animal.	Æquipollentes.
A-	a-	Poſſibile eſt aliquem hominem eſſe animal.	
ma-	ta-	Contingens eſt aliquem hominem eſſe animal.	
bi-	vi.	Non impoſſibile eſt aliquē hominem eſſe animal.	

Subcontrariæ.

		IV.	
li.	Qui	Non neceſſe eſt omnem hominem eſſe animal.	Æquipollentes.
E-	te	Poſſibile eſt aliquem hominem non eſſe animal.	
den-	fe	Contingens eſt aliquem hominem non eſſe animal.	
tu-	rūt.	Non impoſſibile eſt aliquē hominem nō eſſe animal.	

Veteres corrigendos eſſe. Sic ille. Ex quò patet, Antiquos in Modalibus hallucinatos fuiſſe; ut mirum non ſit, ibi hodie Dialecticæ ſtudioſos hærere, ubi olim tam magna ingenia lapſa. adeòque exiſtimo dignos correctione eſſe veteres in iis, de quibus ab Holzhaio accuſantur.

MCCCLIX. Cæterùm, cùm obſervo ipſum iam uti univerſali dicto & jam particulari, ne cæco eum modo proceſſiſſe aſſeram, velim doceri regulā quam fuit ſequutus. Si dicat modos *Poſſib. Contng. Impoſſib.* poſtulare dictum particulare (hoc enim obſervaſſe videtur) convincetur ſtatim. Dabo enim examini & tabulis hanc poſitionem. *Neceſſe eſt aliquam formam eſſe in hac materiâ*; ubi Neceſſitas coniungitur cum particulari: aut fortè hanc, *Poſſibile eſt nullam formam eſſe in materiâ*, ubi Poſſibilitas coniungitur cum univerſali.

Sententia Holzhaij examinatur. Recognoſco ſecundis curis Holzhaij paradigma, & quia hæc propoſitio, *Omnis homo eſt animal*, quam modificat, eſt in materiâ neceſſariâ, quæ fortè ratione materiæ multa toleret, quæ non poſſet in aliâ materiâ tolerare; loco illius propoſitionis pono hanc, *Omnis forma eſt in hac materiâ primâ*, & ſingulas poſitiones examino.

ARGUTULE.

Prima columna reſpondet menti D. Thomæ: ſecunda menti Scoti, & in utraque di-

I.	II.	
F	F	*Neceſſe eſt omnem formam eſſe in hac materiâ primâ.*
F	F	*Non poſſibile eſt aliquam formam non eſſe in. &c.*
*	*	*Non contingens eſt aliquam formam non eſſe in. &c.* Eſt dubia, & indiget expoſitione.
F	F	*Impoſſibile eſt aliquam formam non eſſe in. &c.*

VERIDICA.

ſtinguuntur vera à falſis ut antea.

F	F	*Neceſſe eſt nullam formam eſſe. &c.*
V	F	*Neceſſe eſt aliquam formam non eſſe in. &c.*
F	F	*Non poſſibile eſt aliquam eſſe in. &c.*
V	F	*Non contingens eſt aliquam eſſe in. &c.*
F	F	*Impoſſibile eſt aliquam eſſe in hac. &c.*

SUNT ATAVI.

V	V	*Non eſt neceſſe nullam formam eſſe. VEL.*
F	V	*Non eſt neceſſe eſt aliquam formam non eſſe in. &c.*
V	V	*Poſſibile eſt aliquam eſſe in hac. &c.*
F	V	*Contingens eſt aliquam eſſe in. &c.*
V	V	*Non impoſſibile eſt aliquam eſſe in. &c.*

QUI REFERUNT.

V	V	*Non eſt neceſſe omnem formam eſſe in. &c.*
V	V	*Poſſibile eſt aliquam non eſſe in. &c.*
F	V	*Contingens eſt aliquam non eſſe in. &c.*
F	F	*Non poſſibile eſt aliquam non eſſe in. &c.*

Concluſio. Ergo ſiquidem coïncidunt in eamdem claſſem (in quâ omnes æquipollentes eſſe deberent) veræ ſimul & falſæ, certum eſt Patris Holzhaij falſam eſſe ſententiam.

Tertia opinio.

MCCCLX. Nullam fecundā tot tantiſque floruit ingeniis; NOn ſum (& Deo Optimo Maximo ago gratias) in errore iuniorum, qui exiſtimāt omnes antiquos fuiſſe magnos, & omnes coætaneos noſtros Pygmæos eſſe: credo oculis: & quia

quan-tu noſtrū.

quia in veterum libris multa lego, quæ ſi facerem flocci, nimiùm facerem; & à viris viventibus multa acutiſſima & ſolidiſſima quotidie doceor, teneo hoc doctiſſimo ſæculo majora florere in mundo ingenia, quàm antiquis: nec volo de hac re diſputare, qui enim certitudinem ſe habere putat, tutâ conſcientiâ decertare non poteſt.

Erneſti Principis ab Harrach laus.

Inter alia loca, quæ libenter frequento, hîc Pragæ Seminarium Archiepiſcopale magni facio, cùm ratione Principis, tum etiam ratione Profeſſorum. Ille eſt Erneſtus Adalbertus. S. R. E. titulo S. Mariæ Angelorum in thermis Presbyter Cardinalis ab Harrach, Pragenſis Archipræſul, Princeps, Legatus natus, Bohæmiæ Primas, ſcientiarum fautor, & omnium Doctorum Mæcenas. Iſti ſunt Viri doctiſſimi; qui ibi cum ſummo fructu & plauſu docent, Philoſophiam & Theologiam, naturalem, ſupernaturalem, moralem. Hos ego, inter alios, conſului; & unus ex præcipuis ſic quæſtionem reſolvit:

Reſpondeo, ait, hanc propoſitionem, *Neceſſarium eſt omnem formam ſubſtantialem creatam eſſe nunc in hâc numero materiâ primâ* contrariari iſti propoſitioni: *omnem formam ſubſtantialem creatam non eſſe in hâc numero materiâ primâ eſt neceſſe*, & contradicere huic alteri: *omnem formam ſubſtantialem creatam eſſe nunc in hâc numero materiâ primâ non eſt neceſſe*, ac denique æquipollere iſti: *omnem formam ſubſtantialem creatam non eſſe nunc in hâc numero materiâ primâ non eſt poſſibile*. In hâc autem oppoſitione & æquipollentiâ non habent locum hæ voces AMABIMUS, EDENTULI, ILIACE, PURPUREA: ſecundum has enim voces invenio hanc propoſitionem: *omnem formam Subſtantialem non eſſe nunc in hâc numero materiâ primâ non eſt contingens* ſubalternari ſibi hanc aliam: *omnem formam ſubſtantialem eſſe nunc in hâc numero materiâ primâ eſt contingens*, quæ tamen ſtrictè opponuntur. Item ſecundum præfatas voces æquipollent iſtæ: *Omnem formam ſubſtantialem eſſe nunc in hac numero materia prima eſt poſſibile*, &; *omnem formam ſubſtantialem eſſe nunc in hac numero materia prima eſt contingens*, cùm tamen poſſibile non inferat contingens. Variis aliis exemplis mihi reprobantur prædictæ voces quæ brevitatis cauſa omitto, & ſubiicio ſchema æquipollentiæ & oppoſitionis ſupradictæ propoſitionis.

V	F	DO	Non eſt poſſibile omnem formam ſubſtantialem creatam nunc non eſſe in hac numero materiâ primâ.
V	F	CE	Impoſſibile eſt o. f. s. c. non eſſe nunc in. &c.
F	F	BAT	Neceſſarium eſt o. f. s. c. eſſe nunc in. &c.

Contrariæ.

V	F	LI	Non eſt poſſibile omnem formam ſubſtantialem creatam eſſe nunc in hac numero materiâ primâ.
V	F	MA	Impoſſibile eſt o. f. s. c. eſſe nunc in. &c.
F	F	CES	Neceſſarium eſt o. f. s. c. non eſſe nunc in. &c.

Prima columna, ut antea, habet numeros V. & F. quibus ad S. Thomæ mentem diſtinguit veras poſitiones à falſis. Et ſecunda columna eâdem arte procedit, ſed ad mentem Authoris. Has duas columnas debui adſcribere, ut ſimul cenſuram videres.

Subalternæ. Coñs. Añs

Contradictoriæ. Contradictoriæ.

Subalternæ. Coñs. Añs

F	V	SA	Poſſibile eſt omnem formam ſubſtantialem creatam eſſe nunc in hac numero materiâ primâ.
F	V	PI	Non eſt impoſſibile o. f. s. c. eſſe nunc in. &c.
V	V	DOS	Non eſt neceſſariū o. f. s. c. non eſſe nunc in. &c.

Subcontrariæ.

F	V	RE	Poſſibile eſt omnem formam ſubſtantialem creatam non eſſe nunc in hac numero materiâ primâ.
F	V	CO	Non eſt impoſſibile. o. f. s. c. non eſſe nunc in. &c.
V	V	LI	Non eſt neceſſarium o. f. s. c. eſſe nunc in. &c.

Hucuſque Doctiſſimus ille Profeſſor, quem iam ideò majoris faciam, quòd modum *Contingentiæ* (quod & ego iam antè præſtiteram) proſcripſerit, & omnes Modales ad *Poſſibilitatem*, *Impoſſibilitatem*, & *Neceſſitatem* contraxerit. Sunt tamen nihilominùs multa, ob quæ ejus Reſolutioni aſſentiri non poſſum. Unum aut alterum expono. *Video primò*, non omnes, quæ in eamdem cellulam cadunt, eſſe æquipollentes, nam ſi ſtemus principiis D. Thomæ, in DOCEBAT & LIMACES, duæ priores poſitiones ſunt veræ, tertia falſa: non ergo æquipollentes; nam falſitati non æquipollet veritas. Et in SAPIDOS & RECOLI. duæ priores ſunt falſæ, tertia vera. *Video ſecundò*, A ſubalternante ad ſubalternatam debere conſequentiam valere, quod hîc omninò deſidero, quia ex vero iubeor falſum per ſubalternatiónem inferri.

Dialectica à nullâ Scholâ aut hypotheſi pendet.

Si dicatur, non debere hanc Reſolutionem, à Scotiſtâ ſcriptam, climari ad D. Thomæ mentem (nec etiam ad mea fundamenta) nihil

dicitur

dicetur, quod ſit utile. quoniam ſyllogiſmorum formæ, & omnes argumentandi modi ab omni ſententiâ præſ. induntur; & ſi una poſitio in viâ D. Thomæ vera eſt; erunt veræ omnes æquipollentes; & ſi qua vera non ſit, æquipollens non erit.

NOTA. Illis voculas, quibus doctiſſimus iſte Profeſſor utitur, dicendum non differre à noſtris: vel ſi dubites, utraſque coopta, & vix ullam differentiam invenies.

DOCEBAT SAPIDOS LIMACES RECOLI.
LUCEBAT SATIRUS LISANDER GEMUIT.

Ubi vides vucalem vocali reſponderi: O uſurpari pro U. & hanc ob rem totam iſtam doctrinam præſupponere hanc Regulam. *E dictum negat. I. que modum: nihil A: ſed O totum.*

Vera opinio.

MCCCLXI. ALiorum placitis examinatis, hanc controverſiam aliàs difficilem & implicatam ad ſummam ego facilitatem reduco. Pronuntio illud carmen

E dictum negat; I que modum; nihil A; ſed V. totũ. ſic debere intelligi, ut negare dictum, ſit ponere contradictorium. Subjungo modum Contingentiæ neceſſariò excludendum; non enim æquipollere aliis poteſt, ut ſuperiùs oſtendimus. Quam breviſſimam doctrinam eſſe veram, nullo alio modo meliùs probare potero, quàm eiſdem exemplis illuſtrando. Propoſitio examinanda eſt hæc, *Omnis forma eſt in hac materiâ.*

LUGEBAT.

*Iſta e characte * deſignat poſitionem examinandam.*

F|F|*Non eſt poſſibile aliquam formam non eſſe in hac materiâ.*
F|F|*Impoſſibile eſt aliquam formam non eſſe in hac materiâ.*
F|F|*Neceſſarium eſt omnem formam eſſe in hac materiâ* *

SATIRUS.

F|V|*Poſſibile eſt omnem formam eſſe in hac materiâ.*
F|V|*Non impoſſibile eſt omnem formam eſſe in hac materiâ.*
F|V|*Non eſt neceſſarium aliquam formam non eſſe in hac materiâ.*

LISANDER.

Littera V. & F habent ſignificationem quam antea.

V|F|*Non eſt poſſibile omnem formam eſſe in hac materiâ.*
V|F|*Impoſſibile eſt omnem formam eſſe in hac materiâ.*
V|F|*Neceſſarium eſt aliquam formam non eſſe in hac materiâ.*

GEMUIT.

V|V|*Poſſibile eſt aliquam formam non eſſe in hac materiâ.*
V|V *Non eſt impoſſibile aliquam formam non eſſe in hac materiâ*
V|V|*Non eſt neceſſarium omnem formam eſſe in hac materiâ.*

Ecce LUGEBAT & LISANDER, quæ opponuntur contrariè, ſequuntur contrariorũ regulam: & SATIRUS & GEMUIT, ſubcontrariorum: priora enim Angelico Doctori ſunt ſimul falſa, & poſteriora ſimul vera. Ecce, LUGEBAT & GEMUIT: LISANDER & SATIRUS ſunt contradictoria, & in omni ſententiâ dicunt oppoſitionem adæquatam. Ecce tandem, omnes propoſitiones, quæ ad eamdem dictionem pertinent ſunt æquipollentes, nec poſſibile, ut alterâ conceſsâ, negetur altera. CÆTERUM, ſi voluerimus aliam periclitari poſitionem, eâdem arte poterimus. Ponamus etiam hanc, *Neceſſarium eſt aliquam formam eſſe in hac materiâ.* ut multiplicatis exemplis res meliùs & clariùs cognoſcatur.

LUGEBAT.

Prima & ſecunda columna, in hoc exemplo, ſicut etiam in præcedentibus reſpondet D. Thomæ & Scoti doctrinas: prima illi, ſecunda huic.

V|F|*Non eſt poſſibile nullam formam eſſe in hac materiâ.*
V|F|*Impoſſibile eſt nullam formam eſſe in hac materiâ.*
V|F|*Neceſſarium eſt aliquam formam eſſe in hac materiâ.* *

SATIRUS.

V|V|*Poſſibile eſt aliquam formam eſſe in hac materiâ.*
V|V|*Non eſt impoſſibile aliquam formam eſſe in hac materiâ.*
V|V|*Non eſt neceſſarium nullam formam eſſe in hac materiâ.*

LISANDER.

F|F|*Non eſt poſſibile aliquam formam eſſe in hac materiâ.*
F|F|*Impoſſibile eſt aliquam formam eſſe in hac materiâ,*
F|F|*Neceſſarium eſt nullam formam eſſe in hac materiâ.*

GEMUIT.

F|V|*Poſſibile eſt nullam formam eſſe in hac materiâ.*
F|V|*Non eſt impoſſibile nullam formam eſſe in hac materia.*
F|V|*Non eſt neceſſarium aliquam formam eſſe in hac materia.*

Omnia bene procedunt, ut antè. Contrariæ Scoto ſunt ſimul falſæ; & ſubcontrariæ ſimul veræ. Et in utrâque ſententiâ contradictoriæ opponuntur adæquatè. Ubique æquipollentia rigorosè obſervatur, quam ob rem hanc eſſe veram & unicam ſententiam in dubium revocari non poteſt.

ARTICULUS IV.

De Converſione Modalium.

MCCCLXII. NOn ſolùm ſimplices ſed & Modales converti poſſunt, ſervatâ totius enuntiationis veritate.

Propoſitio &c.

Propoſitionum quatuor genera.

veritate. Ut in praxin nullus error ſubrepat ſcire debes Propoſitionum alias eſſe eſſentiales adæquatè, alias accidentales adæquatè, & alias partim eſſentiales & partim accidentales. Primi generis ſunt omnes illæ in quibus prædicatum convenit omni & ſoli ſubjecto, & ſubjectum omni & ſoli prædicato, ita ut ſeparari non poſſint. Secundi illæ, in quibus tam ſubjectum ſine prædicato, quàm prædicatum ſine ſubjecto dari poteſt. Tertij illæ in quibus alterum extremum ſine altero, non verò è contra eſſe poteſt. Incipiendo igitur à priore Propoſitionum genere DICO PRIMO, In Specie, Differentia & Proprietate (nimirum, cùm altera prædicatur de alterâ) dictum, ſeu univerſale ſit, ſeu particulare; affirmativum, ſeu negativũ; ſimpliciter converti poſſe: verbi gratiâ, *Neceſſarium eſt omnẽ hominem eſſe rationalem, Neceſſarium eſt omne rationale eſſe hominem Neceſſarium eſt omne admirativũ eſſe riſibile, Neceſſarium eſt omne riſibile eſſe admirativũ.* DICO SECUNDO, in materiâ purè contingenti ſeu accidentali omnem propoſitionẽ factã in modis Neceſſario & Impoſſibili eſſe falſã, omnẽ factã in Cõtingẽte, Poſſibili, & Poſſibili non, eſſe veram. Addo veratũ dictũ (quodcumque, & quantumcumque illud ſit) ſimpliciter converti poſſe. Do exempla; *Poſſibile eſt omnem hominem eſſe album, Poſſibile eſt omne album eſſe hominem.* DICO TERTIO, in materiâ mixtâ aut prædicari genus de ſpeciebus, aut differentiam ſpeciem-vè de genere; ut rùm dicimus, *Omnis homo eſt animal; Aliquod animal eſt rationale, Aliquod animal eſt homo.* Addo primam eſſe veram in modo Neceſſario & Poſſibili, falſam in Impoſſibili & Poſſibili non & converti hoc modo. *Neceſſarium (vel Poſſibile) eſt omnem hominem eſſe animal, Ergo neceſſarium eſt poſſe dari aliquod animal, quod ſit homo. Ergo poſſibile nullum in rebus dari animal, quod non ſit homo.* [Ubi notare debes, non eſſe neceſſarium quoad exiſtentiam animal quod ſit homo; bene tamen quoad poſſibilitatem; & ſubnotare non fore vel unum animal, quod non eſſet homo, ſi Deus omnia bruta interimeret.] Subiungo ſecundam & tertiam eſſe falſas in modis Neceſſario, & Impoſſibili, veras in Poſſibili, Poſſibili-non, & Contingente, & ſic poſſe converti; *Poſſibile (vel Contingens) eſt aliquod animal eſſe (vel non eſſe) hominem, (vel rationale)* Item, *Poſſibile eſt nullum dari animal, quod non ſit homo: Ergo neceſſarium eſt omnem hominem (omne rationale) eſſe animal.* DICO QUARTO, de materiâ repugnante eodem modo ac de neceſſariâ eſſe philoſophandum; quia ſi eſt impoſſibile hominem eſſe lapidem, eſt neceſſarium hominem eſſe non lapidem. Unde, ſicut neceſſitas alia eſt, ut dicebamus, adæquata & mutua, qualis intereſt Rationali & Riſibili, (omne enim rationale eſt neceſſariò riſibile, & omne riſibile eſt neceſſariò rationale) & alia inadæquata, qualis intereſt Homini & Animali (nam licet non poſſit dari homo quin ſit animal, poteſt tamen dari animal quod non ſit homo) ſic etiam impoſſibilitas: quoniam inter Irrationalitatem & Riſibilitatem adæquatam repugnantiam reperio (illa enim omni & ſoli riſibili repugnat, & hæc omni & ſoli irrationali) & in ſeparatione Animalis & Rationalis inadæquatam (quoniam tametſi in communi ſententiâ repugnet rationale, quod careat animalitate; non repugnat animal, quod careat rationalitate.) DICO QUINTO, ex Neceſſario ſemper inferri Poſſibile, ex Impoſſibili Poſſibile non, ex Omni Aliquod, ex Nullo Aliquod-non. Et hæc videntur pro Modalium converſione ſufficere.

Univerſalia ſimpliciter poſſint converti.

Prædicata eſſentialia ſunt neceſſaria quoad poſſibilitatem, non quoad exiſtentiam.

Materia repugnans eſt neceſſaria.

Neceſſitas duplex: adæquata & inadæquata.

Impoſſibilitas duplex: adæquata & inadæquata.

NOTA.

Aliqua nihilominùs legenda à Magiſtris ſubſcribo: puto enim non debere diſcipulis omnia dici, ne nimiâ varietate obtundantur. Conqueror, quod in libris de hac materiâ reperiam nihil parum ve, & debuerim inviam & incognitam inire viam. In theſibus plura aliquando reperio quàm in libris, ut condolendum ſit, illos ſcribi ab indoctioribus nonnunquam, & harum Authores frequenter eſſe æquè ignavos ingenioſoſque nec velle impalleſcere libris. MDCCLXIII.

Ingenioſi interdum ſunt ignavi.

Prima opinio.

Georgius Holzhaius in Univerſitate Diſingana Ordinarius Philoſophiæ Profeſſor in Theſibus propugnatis ann. 1607. num, 81. hæc habet. MDCCLXIX.

Converſionis Regula.

Ad harum converſionem quód attinet, eſt illa commutatio eorum extremorum, quæ in dicto continentur, ſervata qualitate dicti & veritate totius modalis. Modales igitur ex Neceſſario & Poſſibili affirmatis, eodem modo convertuntur, quo abſolutæ. De Modalibus ex Neceſſario & Poſſibili negatis, & ex Impoſſibili ſive affirmato ſive negato, judicium fiat ex æquipollentium tabulis. Contingentis, ſi ſumatur pro poſſibili, conſtat non aliam eſſe rationem, quàm poſſibilis, ſi verò ſumatur propriè, pro eo quod poteſt eſſe & non eſſe, tunc affirmativæ quidem eodem modo convertuntur, quo abſolutæ; negativæ autem non item; particularis enim convertitur ſimpliciter, & univerſalis tantùm per accidens.

Hæc ille. Sed an verè videbimus. Erat prima Regula, *Modales ex Neceſſario & Poſſibili affirmatis, eodem modo convertuntur, quo abſolutæ.* Et eam falſam oſtendo: quoniam hæ Conſequentiæ, *Neceſſarium eſt omne animal eſſe vivens, Ergo neceſſarium eſt aliquod vivens eſſe hominem: Neceſſarium eſt Petrum eſſe hominem, Ergo neceſſarium eſt aliquem hominem eſſe Petrum: Neceſſarium eſt omnem Muſicum eſſe hominem, Ergo neceſſarium eſt aliquem hominem eſſe muſicum,* ſunt malæ. Non enim eſt neceſſarium, quod aliquod animal ſit homo, nam Deus poteſt omnia animalia rationalia occidere, & tamen tollere neceſſaria non poteſt. Nec valet recurrere ad *eſſe objectivum,* ſeu *ad eſſe eſſentiæ,* quia convertens agit de eſſe exiſtentiæ. Prætereà condonemus argumentandi gratiâ in converſione ſervari eſſe eſſentiæ, an-ne ideò ultima converſa erit vera? nullo modo. Concludendum igitur eſt has Enunciationes ſic debere converti, *Neceſſarium eſt omne animal eſſe vivens Ergo neceſſarium eſt poſſe dari aliquod vivens quod ſit animal: Ergo poſſibile nullum dare in rebus vivens, quod non ſit animal.* Nõ aliter, *Neceſſarium eſt Petrum eſſe hominem. Ergo neceſſariũ eſt poſſe dari aliquem hominem qui ſit Petrum.*

An in converſionibus agatur de eſſe eſſentiæ, an potius de eſſe exiſtentiæ?

Neceſſarium eſt quod hoc poſſit fieri, idem eſt ac Poſſibile eſt hoc fieri. Et hoc ad hanc.

trus; Ergo poſſibile eſt nullum dari in rebus hominem, qui non ſit Petrus. Nec ſecus, *Neceſſarium eſt omnem Muſicum eſſe hominem, Ergo neceſſarium eſt poſſe dari aliquem hominem qui ſit muſicus; Poſſibile eſt nullum dari in rebus hominem qui non ſit Muſicus.*

Accoc. I.XV. Erat ſecunda Regula, *De Modalibus ex Neceſſario & Poſſibili negatis & ex Impoſſibili ſive affirmato ſive negato judicium fiat ex æquipollentium tabula.* Sed quale judicium? Hoc eſt nihil dicere, ut puto. Noto tamen Impoſſibile negatum, de quo in ſecunda hac Regulâ, eſſe idem ac Poſſibile affirmatum, de quo in primâ.

Erat tertia, *Contingens, ſi ſumatur propriè, pro eo quod poteſt eſſe & non eſſe; tunc affirmativa quidem eodem modo convertuntur, quo abſoluta; negativa autem non item; particularis enim convertitur ſimpliciter, & univerſalis tantùm per accidens.* At exempla dirimunt iſtam Regulam. Meditare ſequentia. *Contingens eſt omnem (vel aliquem) hominem eſſe muſicum, Ergo contingens eſt aliquem muſicum eſſe hominem. Contingens eſt omnem (vel aliquem) hominem non eſſe muſicum, Ergo contingens eſt aliquem muſicum non eſſe hominem.* Ubi certum eſt, homini eſſe contingens ſcire aut neſcire muſicam, hoc eſt, cantare; at muſico ſeu cantori non eſt contingens eſſe hominem. Ergo ſtandum eſt noſtris Regulis.

Secunda opinio.

Quid ſit Converſio Modalium? ALbertus Reuslin Ordinis S. Benedicti & in Univerſitate Salisburgenſi Philoſophiæ Ordinarius Profeſſor ann. 1619. num. 64. ſic inquit.

[A] Converſio Modalium non eſt principalioris prædicati & ſubjecti commutatio (nam modus ſive primo ſive ſecundo loco exprimatur eſt principale ſemper prædicatum Enunciationis Modalis) ſed extremorum dicti, id eſt, minus principalis prædicati atque ſubjecti tranſpoſitio. [B] Porrò quantum ad Modales diviſas, id eſt, eas in quibus dictio modum ſignificans eſt adverbium, per omnia fit converſio ut ſuprà dictum eſt de abſolutarum converſionibus; (Franciſcus Titelman libro Inſtitut. de Enunciat. cap. 25.) *Converſionis Modalium Regulæ.* Univerſalis autem affirmativa convertitur in *particularem*, affirmativam per accidens. & univerſalis negativa, ut & particularis affirmativa convertuntur ſimpliciter, &c. Cavendum eſt tamen, ut modus univerſalis affirmativus in converſâ poſitus, in convertente mutetur in particularem; etenim aliàs ex converſa verâ, ſequeretur falſa convertens. *An modi debeant converti?* ut in hoc exemplo. *Creans neceſſariò eſt Deus; ergò Deus neceſſariò eſt creans.* quare hanc oportet inferre convertentem: *Deus poſſibiliter eſt creans.* atque adeò ut ſignum hoc univerſale, *omnis*, poſitum in converſâ abſolutâ univerſali affirmativa, poni non poteſt in convertente, ſed ejus loco aliquod particulare ſignum, quo bona ac formalis efficiatur converſio; ita in propoſito, ſignum hoc univerſale, *neceſſariò*, in converſà affirmativâ modali poſitum, nō poteſt in convertente poni, quo bona ac formalis reddatur converſio, ſed iſtud particulare ſignum, *poſſibiliter*. [C] De modo autem impoſſibili per omnia ſicut de ſigno univerſali negativo dicendum eſt. undè inquit Titelman. loc. cit. *Sicut ſignum univerſale negativum ſupra diximus in converſione non debere mutari in ſignum particulare, ſed facit converſionem ſimplicem in propoſitione univerſali, in particulari nullam niſi per contrapoſitionem, ita, impoſſibiliter, non opus eſt mutare in converſione propoſitionis univerſalis: in particulari autem nullam facit converſionem niſi per contrapoſitionem. Non enim ſequitur, Aliquod animal impoſſibiliter eſt homo, ergo aliquis homo impoſſibiliter eſt animal, ſed per contrapoſitionem ſequitur, Aliquod animal impoſſibiliter eſt homo, ergò aliquid, quod eſt non homo, impoſſibiliter eſt non animal.* [D] Quantum ad Modales compoſitas, nempe eas, in quibus dictio modum ſignificans eſt nomen; illæ, quæ ſunt ex neceſſario & poſſibili affirmatis, eodem modo convertuntur, quo converti ſolent enūciationes abſolutæ, loquendo quidem de converſione ſimplici, & per accidens *b*; eam namque quæ fit per contrapoſitionem aliorum more ut minùs utilem aut neceſſariam omittimus. hinc iſta: *Neceſſe eſt omnem hominem eſſe animal* aptè convertitur in hunc: *Neceſſe eſt aliquod animal eſſe hominem.* & hæc: *Neceſſe eſt nullum hominem eſſe lapidem*: aptè convertitur in iſtam: *Neceſſe eſt nullum lapidem eſſe hominem*; aut, *aliquē lapidem non eſſe hominem.* Aliquæ licet ejuſmodi converſiones aſpectu primo, non videantur bonæ, quales ſunt; *Neceſſe eſt aliquem hominem album eſſe hominem: ergò neceſſe aliquem hominem eſſe hominem album. Eſt neceſſarium omne grammaticum eſſe hominem; ergò neceſſarium eſt aliquem hominem eſſe grammaticum.* eas tamen aliaſque ſimiles (ſi modo in neutra converſionis propoſitione mutetur acceptio terminorum) ut bonas amplectimur. ant enim hæc propoſitio: *Aliquis homo eſt homo albus*: accipitur ſecūndum ſe, aut quatenus eſt convertens iſtius univerſalis: *Omnis homo albus eſt homo.* accepta priori modo, ſi licèt contingens ſit prout eſt convertens univerſalis prædictæ, neceſſaria eſt, quia ſcilicet homo eſt neceſſariò pars iſtius totius poſſibilis conceptûs, *Homo albus*: &, ut neceſſarium eſt grammaticum, formaliter quando eſt, in homine eſſe, ita è contra neceſſarium eſt hominem aliquem exiſtere grammaticum; datâ ſcilicet hypotheſi, quod exiſtat grammaticum, id eſt, ut neceſſarium eſt grammaticum, ſi eſt actu, vel quod actu exiſtit, eſſe hominem, ita è contra neceſſarium eſt hominem aliquem eſſe grammaticum; illud inquam grammaticum, quod actu exiſtit, vel, ut neceſſarium eſt grammaticum eſſe (cùm ſit accidens unius certi ſubjecti ſpecifici) intrinſecum habere ordinem ſeu reſpectum ad hominem, extra quem ſcilicet exiſtere non poteſt; ita neceſſarium eſt quoque hominem, iſtum ordinem ſeu habitudinem terminare, adeoque ſaltem eſſe capacem denominationis a Grammaticâ. vel poterit, ſalvo Ariſtotelis judicio, de his modalibus, ſimiliter atque de ſupradictis theſi C. ex Titelmanno reſponderi; quantum ad earum converſionem, videlicet modum, *neceſſè*. cum univerſalis ſit affirmativus, convertendum eſſe non in univerſalem, ſed in particularem iſtum *poſſibile*. [E] Modalis ex poſſibili generatim accepto, & affirmato, convertuntur inſtar abſolutarum, ab hinc iſta:

b Ariſt. in 1. prior. cap. 3. Conimb. in comment.

c ex Ariſtot. ...

iſta: *Poſſibile eſt quoddam animal ambulare.* convertitur abſque dubio in hanc: *Poſſibile eſt aliquod ambulans eſſe hominem.* Inſuper modales ex contingenti propriè ſeu ſpecialiter ſumpto, ſi quidem fuerint affirmativæ, eodem modo, quo abſolutas convertes. v.g. hanc: *Contingens eſt omnem, vel aliquem hominem ambulare*, in iſtam: *contingens eſt aliquod ambulans eſſe hominem.* quod ſi negativæ fuerint, efficies ex verâ converſa falſam convertentem, ut ex iſta: *Contingens eſt nullum hominem eſſe philoſophum.* iſtam: *contingens eſt nullum philoſophum eſſe hominem.* Denique converſiones modalium ex neceſſario & poſſibili negatis, atque ex impoſſibili ſive aſſumato ſive negato, facilè ex earum æquipollentiis intelligi poterunt a v.g. quia hæc: *Non neceſſe eſt nullum hominem eſſe animal* æquipollet huic: *Poſſibile eſt aliquem hominē eſſe animal*, & hæc convertitur in hanc: *poſſibile eſt aliquod animal eſſe hominem*, etiam illa convertetur in huic æquipollentem, iſtam videlicet; *Non neceſſe eſt nullum animal eſſe hominem.* ultimò negativas particulares neq; ſimpliciter neque per accidens eſſe convertendas vi formæ demonſtrant hæ vitioſæ converſione · *Neceſſe*, vel, *poſſibile eſt aliquod animal non eſſe hominem. ergò neceſſe*, vel, *poſſibile eſt aliquem hominem non eſſe animal. Impoſſibile eſt aliquem hominem non eſſe animal. ergò impoſſibile eſt aliquod animal non eſſe hominem.* atque iſta de his ſufficiant.

a Conimbr. in cap. Ariſtotelis prædict.

MCCC-LXVI. Hæc Keuslinus, doctiùs & uberiùs quàm alij. Sed ſunt aliqua quæ veniunt neceſſariò notanda.

Parragrapho A dictum tantummodò convertendum affirmat, cùm tamen modum etiam poſſe & debere aliquando converti certum ſit, quod & ipſe admittit paulò inferiùs.

Reiicitur Keuslini Regula. Illa Regula, quam ponit parrag. B. eſt valde brevis & facilis, ſed valde fallax; ſequor præcepta noſtri Keuslini, & exempla propono. *Omnis homo eſſentialiter eſt animal, Ergo aliquod animal eſſentialiter eſt homo. Omnis homo contingenter eſt muſicus, Ergo aliquis muſicus contingenter eſt homo.* Et exiſtimo te dubitaturum eſſe de primâ conſequentiâ, & eſſe negaturum ſecundam.

Ad parragraphum C. noto hanc propoſitionem, *Aliquod animal impoſſibiliter eſt homo*, videri affirmativam; & ſi talis dicatur, adſentiendum eſſe Titelmano, & corrigendum Keuslinum (vel fortè utrumque) nam aſſeruit ille parragraph. B. Modales, in quibus modus eſt adverbium, debere converti ut abſolutas, & per conſequens hanc *Aliquod animal impoſſibiliter eſt homo*; debere converti in hanc, *Aliquis homo impoſſibiliter eſt animal*; quod bene negat Titelmanus,

MCCC-LXVII. Ad parragr. D. dico me neſcire cur ſit vera illa propoſitio, *Neceſſe eſt aliquod animal eſſe hominem.* nō enim neceſſe eſt eſſe homines; ſed quia poſſet Keuslinus ad *eſſe obiectivum* recurrere, recurro ad muſicam, & eamdem recino cantilenam, & has aſſertiones propono, *Neceſſe eſt omnem muſicum eſſe hominem, Ergo neceſſe eſt aliquem hominem eſſe muſicum.* Quis unquam conſequentiam admittet. Ut eludat hanc objectionem ſic ſubſumit. [Ut neceſſarium eſt grammaticum formaliter quando eſt in homine ita ſe. contra neceſſarium eſt hominem aliquem exiſtere grammaticum, datâ ſcilicet hypotheſi quod exiſtat grammaticum.] Sed rideo. Primò enim grammatica quando eſt in homine, neceſſaria non eſt, ſed contingens: nec unquam eſt contingenter, niſi quando in homine eſt: non enim eſt contingenter ipſa, quando non eſt. Et quidquid Keuslinus dicat aut non dicat, hæc aſſertio, *Grammaticum eſt homo*, eſt eſſentialis, & hæc *Homo eſt grammaticum*, accidentalis. Nec iuvat recurſus ad hypotheſin, quia ſicut nix ex hypotheſi quod ſit alba, non poteſt dici nigra, ſic ſubjecti & prædicati connexio, ex hypotheſi quod ſit contingens, non poterit dici neceſſaria. Accedit, quòd ſi conſequens ſupponat antecedentem & ideò neceſſitatem involvat, hæc erit legitima illatio, *Contingens eſt aliquod album eſſe dulce, Ergo neceſſarium eſt aliquod dulce eſſe albū*; dicam enim, ex hypotheſi quod album ſit dulce, ſequi neceſſariò quod dulce ſit album. Quod ſi hæc Keuslini hypotheſis ſemel obtineat in modis *Saturus* & *Gemuit* (aut etiam *Amabimus* & *Edentuli*, *Sunt atavi* & *Qui referunt*, *Calebimus* & *Celaturi*) terni modi erunt neceſſarij, quia ex hypotheſi, quod unus verus ſit, reliqui neceſſariò inferuntur. Sed hoc eſt neceſſitatem (vel, ut meliùs loquar, infallibilitatem) conſequentiæ cum neceſſitate conſequentis confundere; bene enim ſtat rem eſſe contingentem & tamen neceſſariò inferri aut præcognoſci.

Hypotheſes & reduplicationes non inducunt neceſſitatem ſed infallibilitatem. Notabis bene.

Ad parragr. E. nego iterum eſſe bonam hanc converſionem, *Contingens eſt nullum hominem eſſe Philoſophum, Ergo contingens eſt nullum Philoſophum eſſe hominem*, aut clariùs *Contingens eſt omnem Philoſophum non eſſe hominem.* Cætera, quæ addit aut intermiſcet, aut non differunt à noſtrâ doctrina, aut manent ſatis confutata.

Tertia opinio.

IOannes Lalemandetius Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paulâ Provincialis, ſuum Curſum Philoſophicum edidit Monachij in Bavariâ ann. 1644. & in Apparatu Iſagog. part. 7. num. 21. ſic inquit. MCCC-LXVIII.

[Pro converſione Modalium ſit regula generalis, Ipſas non converti ex parte modi, ſed ex parte dicti. v.g. *Petrum ſtudere eſt poſſibile*, ſic convertitur, *Aliquod ſtudens eſſe Petrum eſt poſſibile.* Convertuntur autem dicta, ſervatis regulis converſionis abſolutæ Propoſitionis. &c. Diſſimilis Modalium methodus affertur a Toleto libr. 3 Fonſecâ libr. 3. *Inſtitutionum Dialect. cap. 9.* Bañez *in minori Dialect. lib. 4. cap. 1.* Sed prælata methodus multò facilior eſt.] Et ego non facilitatem, ſed doctrinæ veritatem requiro nec facilitatem laudabo, quæ cum falſitate cōiuncta. Hanc doctrinam iam evidenter falſitatis convictam, non eſt cur iterum impugnare velimus. hæc enim aſſertio, *Neceſſarium eſt omnem Muſicum eſſe hominem*, iuxta Lalemandetij Regulam dat hanc falſam, *Neceſſarium eſt aliquē hominem eſſe Muſicum*, quam omnes viri docti reiicient.

Impugnatis aliorum authorum opinionibus, ad meam redeo, quam ſolam tenendam exiſtimo.

exiſtimo;pono calamum dicens cum Lalemandetio [Plura de Modalibus in unum congerere inutile foret, cum hujus materiæ nullum redũdet in Philoſophiam commodum: deinde plus juſto de eo jam egerunt tum Recentiores, tum Veteres Summuliſtæ; quare ad utiliora feſtinãdum; quia, ut ait Nyphus *lib I. Perihermen.* multi, ut Logicam ſervent ad unguem, amittunt Philoſophiam, & mora in his impedit ſcire veritatem. Non igitur hac in re magis eſt immorandum.] Sic ille, qui & potuiſſet citare etiam P. Rodericum Arriagam *diſp. 2. Summul.* dicentem, [Hæc omnia conficta ab his, qui annum integrum in ſolis Summuliſticis nugis tranſigere decreverunt, nec cum magnâ, ne dicam ullâ utilitate.] At iſta, quæ poſſunt ignorari à diſcipulis, à Magiſtris ignorari quis tuleret?

NOTA.

A Converſâ ad Convertentem Theologi frequentiſſimè tranſeunt; ſecuritatem diſcursûs jam oſtendimus, modum nos poterit docere D. Thomas, qui 1. *part. quæſt. 36. art. 4.* ſic arguit. *Si pater & filius ſunt unum principium Spiritûs ſancti, videtur è converſo dicendum, quod unum principium Spiritûs ſancti ſit pater & filius. Sed hæc videtur eſſe falſa. Quia hoc quod dico principium, oportet quod ſupponat, vel pro perſonâ patris, vel pro perſonâ filij: & utroque modo eſt falſa: Ergo etiam hæc eſt falſa: pater & filius ſunt unum principium Spiritûs ſancti.* Et reſpondet, *dicendum quod hæc etiam eſt vera, Vnum principium Spiritûs ſancti eſt pater & filius: quia hoc quod dico principium non ſupponit pro unâ perſonâ tantùm, ſed indiſtinctè pro duabus.* MCCCLXIX

PARS

ULTERIOR.

DE Modis aliquibus tractavi in Logicâ, non de omnibus: etiam de aliquibus in priori hujus Tractatûs parte; non enim Naturali Philoſopho neceſſaria eſt omnium eorum notitia, ſed Morali, Supernaturali aut Divino. Hanc ob rem ſumo ſecundum calamum recogniturus aut etiã retractaturus dicta, & additurus plurima, quæ hucuſque intacta: nam ob hanc rem hanc partem *ulteriorem* appello, quia in ipsâ omnia aut pleraque ſunt ultra communem vulgatemque Dialecticorum captum; ſunt enim aut nova omnia; aut ſi antiqua, tradita novo modo.

Cur dicatur ulterior hæc tractatûs præſentis pars.

MCCCLXX. Hæc omnia volui in Logicam Vocalem ponere, ſed aſſenſum cobibui, ne Modalium examen ibi inſtitutum & novis ſpeculationibus auctum, novis implicarem Modalibus. Minùs ſubtilia eſſe debent, quæ tradenda omnibus: & præcipuè iuvenibus aut etiam pueris, quæ autem ſubtiliora creduntur, debent paucis, iiſque ſelectiſſimis tradi. Tibi igitur hæc ſeorſim ſcribo, quæ ſcio intelligi à cunctis non poſſe; tibi, inquam, Lector optime, qui verſatiſſimus in Modalium materiâ. Non autem hæc Incipientibus; quoniam debet Magiſter eſſe omnibus omnia, & ut hanc prærogativam obtineat, omnia omnibus proponere minimè debet, ſed ſe omnibus attemperando, clariora omnibus tradere, & ſubtiliſſima non niſi paucis hoc eſt, ingenio nobiliſſimo præditis. Tu igitur, qui ſupra alios audes, mentem præpara, & Modales aliquas circumſtantias, quæ afectant iudicium & reſolutionem, ſi in conſultatione proponantur, exſpecta.

An hic tractatus ad Logicã Vocalem pertineat?

Et hîc obiter nota, Modalium Expoſitionem veteres Summuliſtas *Pontem aſinorum* vocaſſe; & quidem neſcio, an ipſi non ceciderint erraverintque in nominis impoſitione. Pons aſinorum ille eſt, per quem aſini tranſeunt; & ſiquidem hunc pontem nullus tranſivit aſinus, pons eſt, non tamen aſinorum ſed ſapientum dicendus; tranſeunt iſti, hærent illi; iſti progrediũtur, illi decidunt & in ignorantiæ luto volutantur. Macte igitur animo, Candide Lector, ſiquidem formalium Modalium inſtitutionem in rationali Philoſophiâ optimè intellexiſti, & pontem, (ſi ſic loqui volumus) ſecurè pertranſiiſti; aperi oculos, & eamdem ſecundò viam, ſed ſublimiori ſpiritu ductus, recurre.

An Tractatus Modalium meritò Pons Aſinorum appelletur?

ARTICULUS I.

De modis poſitivis Poſſibilitatis, Contingentiæ, Neceſſitatis & Libertatis.

HI modi *poſitivi* dicuntur, ut à negativis diſtinguantur, quales ſunt, Modi *Non-poſſibilitatis, Non-contingentiæ,* & *Non-neceſſitatis*; de quibus ſtatim agemus.

Poſſibile illud dicitur, quod poteſt eſſe; & bifariam ſumitur, videlicet, purè & præciſivè. *Poſſibile præciſivè* illud dicitur, quod eſſe poteſt, ſive exiſtat de facto, ſive non; hoc ſenſu non ſolùm mundus alter, ſed hic ipſe poſſibilis eſt. *Purè* autem *poſſibile* illud dicitur, quod de facto non eſt, ſed poteſt eſſe. Hoc ſenſu nos non ſumus poſſibiles, nam de facto exiſtimus; eſt tamen de facto poſſibilis mundus alter: qui quidem de facto non eſt, ſed condi poteſt. Hos duos poſſibilitatis modos MCCCLXXI.

Quid & quotuplex ſit poſſibilitas?

dos variis nominibus ſolent Scriptores exponere; alij enim inter poſſibilitatem logicam & phyſicam diſtinguunt, & præciſivam vocăt logicam, puram ſeu realem phyſicam: multi dicunt aliud eſſe rem habere potentiam ut ſit aut operetur, aliud eſſe in potentiâ: habent enim illam entia poſſibilia logicè ſeu præciſivè, at ſola poſſibilia purè ſeu phyſica in illâ ſunt. Mundus iſte, non eſt in potentiâ ad exiſtendum, ſed eſt in exiſtendi actu, at habet exiſtendi potentiam, nam ſiquidem de facto exiſtit, non illi repugnat exiſtere. At mundus alter eſt in potentiâ ad exiſtendum, non enim eſt in actu exiſtendi, ſed poteſt divinitùs condi, & ſi conderetur, exiſteret.

Res poſſibilis. purè poſſibilis.

Hæc doctrina omninò neceſſaria eſt Theologos intellecturo, qui purè poſſibiles creaturas à poſſibilibus diſtinguunt; apud quos etiam puta poſſibilitas in adæquatam & in inadæquatam ſubdividitur. Eſt res purè poſſibilis inadæquatè quæ in aliquâ differentiâ temporis in potentiâ eſt: talis eſt Antichriſtus, & futura, quæ omnia nunc ſunt in potentiâ, nec tamen omni exiſtentiâ carent, ſiquidem futuram habere dicuntur. talia ſunt univerſa præterita. Cæterùm res purè poſſibilis adæquatè illa eſt, quæ neque unquam exſtitit, nec exiſtit nunc, nec olim exiſtet; & tamen poſſibilis eſt: talis mundus alter putatur, & innumera, quæ Deus conditurus non eſt.

MCCCLXXII. Aliud eſt rem habere poten. tiam, & aliud eſſe in potentiâ.

Hæc etiam doctrina eſt neceſſaria examinatuo. *An in Deo detur intellectus aut etiam voluntas per modum actus primi?* nam certum omninò eſt divinas iſtas operandi virtutes non eſſe in potentiâ, & tamen habere operandi potentiam.

Præterea Poſſibile ſumitur abſolutè & reſpectivè; ſumitur abſolutè, cum indeterminatè & ſecundum ſe dicitur poſſibile: reſpectivè autem, cùm dicitur poſſibile tali aut tali agenti: ſic novi Angeli creatio ſecundum ſe poſſibilis eſt, non tamen mihi, ſed ſoli Deo.

Quid ſit contingens?

Contingens dicitur, quod ſolet eſſe & non eſſe: cuius vocabuli ſignificationem Veteres non intellexerunt: Iuniores illam quærere inceperunt: & illam vix adſequutos fuiſſe exiſtimo (ſed de hoc tu judica) veram opinionem ediſſero. *Contingens* non æquipollet *Poſſibili*, ut crediderant veteres: non æquipollet *Poſſibili non*, ut aliqui Iuniores malunt: ſed utrumque complectitur, eſt enim contingens, quod & poteſt eſſe & non eſſe. Differt à libero, quia libertas tollit indifferentiam intrinſecùs, & contingentia extrinſecùs.

Neceſſarium eſt quod nequit non eſſe. In abſolutum & conditionatum dividitur; illud ita eſt neceſſarium ut nullâ ab hypotheſi pendeat, qualis eſt Deus. hoc pendet ab hypotheſi, ut ſi dicas, Petrum moveri abſolutè neceſſarium non eſt, at ex hypotheſi quod currat, moveri neceſſarium eſt: & hoc ipſum non in ſenſu diviſo ſed compoſito, impoſſibile eſt enim, ut curſus cum motûs carentiâ componantur.

Quid ſit neceſſarium, & quotuplex?

Iterum neceſſarium dividitur in abſolutum & reſpectivum. Illud eſt indefinitè & ſecundum ſe neceſſarium, hoc verò agentis alicuius reſpectu. Sic vita Angeli Michaelis ſecundum ſe neceſſaria non eſt, poteſt enim ille divinitùs adnihilari; at ipſi Michaeli aut etiam aliis creaturis neceſſaria eſt, non enim ille ſe annihilare poteſt, nec nos poſſumus. Hinc patet differre toto cælo has duas propoſitiones, *Neceſſarium eſt Michaëlem eſſe*; & *Neceſſarium eſt Michaëli eſſe.* Multa enim mihi neceſſaria ſunt, quæ abſolutè neceſſaria non ſunt.

MCCCLXXIII. An Impoſſibilitas à Neceſſitate diſtinguantur?

Impoſſibilitas non eſt modus à Neceſſitate diverſus, quod enim impoſſibile eſt eſſe, illud eſt neceſſarium non eſſe. hæ enim poſitiones ſunt æquipollentes, *Impoſſibile eſt Deum non eſſe*, *Neceſſarium eſt Deum eſſe*: item hæ *Impoſſibile eſt Triangulum habere quatuor lineas*, *Neceſſarium eſt Triangulum non habere quatuor lineas.* Quam ob rem nihil de Impoſſibilitate ſpecialiter dicturus ſum, ſed omnia quæ de Neceſſitate vel dicta, vel dicenda huc approprio.

Figura vigeſima prima illuſtratur.

Interim ut videas, quantâ correctione indiguerit commune Modalium Paradigma, figuram XXI. mediteris.

Quid Contingentia inferat?

Hæc propoſitio, *Contingens eſt hominem eſſe album*, infert hanc, *Poſſibile eſt hominem non eſſe album*: quia contingentia, includit potentiam ad eſſe & ad non eſſe.

Quibus contradicat?

Eadem propoſitio, *Contingens eſt hominem eſſe album*, contradicit huic, *Neceſſarium eſt hominem eſſe album*, & etiam huic, *Impoſſibile eſt hominem eſſe album.* nam ſi eſt verum, quòd albedo ſit contingens, erit verum quòd poſſit non eſſe, ergo erit falſum quòd ſit neceſſaria: & iterum, ſi ſit contingens; erit verum, quòd poſſit eſſe, ergo erit falſum, quòd ſit impoſſibilis.

Objectio.

Dices Contingentiam contrariari Neceſſitati & Impoſſibilitati; non autem contradicere: & probas, quia potes dare oppoſitas ſimul falſas: & has proponis:

Qualis ſit mundi conſervatio reſpectu Dei?

Conſervatio mundi eſt Deo neceſſaria.
Conſervatio mundi eſt Deo impoſſibilis.
Conſervatio mundi eſt Deo contingens.

& dicis omnes tres falſas eſſe: mundi enim conſervatio nec neceſſaria, nec impoſſibilis, nec contingens eſt Deo, ſed libera.

Reſpondeo, ſi deleatur illud *Deo*, duas priores eſſe falſas, & poſteriorem

Deus eſt con-tingens & poſſibilis ſecundum [margin] cem veram : ſi redueatur illud *Deo* , aio ſicut neceſſitatem & impoſſibilitatem , ſic contingentiam aſficere conſervationem paſſivam : ipſa enim à Deo tanquam ab extrinſeco pendet , & ideò reſpectu Dei contingens eſt: quòd ſi contingentiæ vocabulum dicatur denominare conſervationem activam (ſed de hac non agitur in duabus prioribus propoſitionibus) tertia propoſitio erit falſa , & non opponetur prioribus.

Contingens & Non-contingens ſunt contradictoria. [margin] Hi termini , *Contingens*, *Non contingens* , ſunt contradictoria ; & ex Neceſſario & etiam ex Impoſſibili ad Non-contingens valebit conſequentia : quod enim neceſſarium eſt, non eſt contingens: & quod impoſſibile eſt , non eſt contingens.

Non-contingens & Poſſibile. [margin] Sed quo opponuntur modo *Non-contingens*, & *Poſſibile* ? Hæ duæ poſitiones ſunt veræ, *Deus poſſibilis eſt* , *Deus contingens non eſt* : etiam iſtæ , *Poſſibile eſt chimæram non eſſe* , *Non eſt contingens chimæram eſſe vel non eſſe.* Sed non occurrit exemplum , in quo hujuſmodi conveniant propoſitionibus ſimul falſis ; ergo ſunt Subcontrarij.

De Materia Propoſitionum.

MCCCLXXIV. *Materia propoſitionum triplex.*

TRiplex eſt: Neceſſaria , Remota, Contingens. Sanè , ſi propoſitiones ſint in materiâ neceſſariâ, & tamen modo neceſſitatis afficiantur , formabuntur in neceſſitate, quam habuerant antequam illo afficerentur. omnes enim aſſerentes erunt veræ , & omnes negantes falſæ. Conſidera figuram ſubſequentem.

Omnis homo neceſſariò eſt animal.		*Omnis homo neceſſariò eſt non animal.*
C — A	Singulæ unius columnæ opponuntur ſingulis alterius columnæ adæquatè : hoc eſt ſimul in veritate & falſitate.	C — A
A — C		A — C
Aliquis homo neceſſariò eſt animal.		*Aliquis homo neceſſariò eſt non animal.*
C — A		C — A
A — C		A — C
Hic homo neceſſariò eſt animal.		*Hic homo neceſſariò eſt non animal.*

De nomine contradictionis. [margin] Aſſerentibus ſingulæ ſingulis negantibus ſunt ita oppoſitæ, ut nec poſſint eſſe ſimul veræ, nec ſimul falſæ. Si hanc oppoſitionem velis contradictoriam dicere de vocibus non diſputabo : ſuadebo tamen ut aliter illam exponas, ne receptas nominū ſignificationes alterare dicaris. Omitto ſemper propoſitiones indefinitas; quoniam ipſæ in materiâ neceſſariâ & remotâ univerſalibus , in contingenti particularibus æquipollent : & noto obiter differentias non prædicari *in quid*, ſed *in quale quid* , & ideò ad materiam neceſſariam reduci in præſenti non poſſe, niſi ſint conſtitutivæ & non diviſivæ : Nam rationale , quod prædicatur de animali *ut quale*, prædicatur de homine *ut quid.* Et ſi prædicetur de homine, erit materia neceſſaria ; & ſi de animali, contingens, ut ſtatim videbimus.


De modo argumentandi in hac materia. [margin] Modus argumentandi & inferendi iſte eſt. Nam qui ex iſtis poſitionibus unam admiſerit vel negaverit, tenebitur neceſſariò dicere reliquas duas eiuſdem columnæ illi eſſe ſimiles, tres alias eidem oppoſitas.

Pono exemplum. Admiſeras hanc poſitionem, *Neceſſarium eſt hunc hominem eſſe animal*, & infero ; *Ergo etiam verum eſt Aliquem & Omnem hominem neceſſariò eſſe animal.* *Ergo falſum Omnem hominem* , *Aliquem aut etiam Hunc neceſſariò non eſſe animal.* Et paulatim oſtendo. Nam, ſi hic homo neceſſariò eſt animal , vel incurret hanc neceſſitatem ratione hæcceitatis, vel ratione humanitatis ; non priori modo, quia animalitas non imbibitur in hæcceitatis conceptu , igitur poſteriori. Hic igitur homo , non quà hic, ſed quà homo, eſt animal. Quicumque igitur habuerit eamdem rationem , etiam erit animal. Atqui omnis homo eſt homo ; ergo etiam animal. Ergo , ſi omnis homo eſt animal, etiam aliquis homo eſt animal. *Et etiam* ad aliam columnam deveniendo , dico impoſſibile eſſe, ut omnis homo neceſſariò non ſit animal , ubi ponitur omnem hominem neceſſariò eſſe animal. Ratio eſt, quia ſi omnis homo neceſſariò habet animalitatem , ne unus quidem illâ carere poteſt , & tamen carerent univerſi , ſi omnibus eſſet neceſſarium quod non eſſent animalia, hoc eſt, quòd animalitate carerent. Stat igitur omnes aſſerentes eſſe neceſſariò veras , negantes omnes eſſe neceſſariò falſas, adeòque è quâcumque aſſerente ad quamcumque negantem non aliter quàm per repugnantiam tranſiri.

MCCCLXXV. *Differentia duplex.*

POſui exemplum in materiâ neceſſariâ , cuius prædicationes ſunt *in quid* , & ad duo prima prædicabilia pertinent; ſubiungam alterum exemplum in materiâ differentiali diviſivâ , quia de conſtitutiva eodem modo ac de neceſſariâ eſt philoſophandum. Nam ſi in præcedenti figurâ loco *animalis* poſuiſſem *rationalis* nihil omninò in judicio alterari debuiſſet.

De Indefinitarum æquipollentiâ. [margin]



Hinc facile erit iuxta eorumdem Logicorum ſententiam cuiuſcumque modi æquipollentes deſignare; & ut procedamus cum majori doctrinæ claritate, in ſingulis angulis quatuor propoſitiones, quæ dicuntur æquipollere, cōſtituemus. Prima erit de poſſibili, ſecunda de contingenti, tertia de Impoſſibili, & ultima de neceſſario: unaquæque propoſitio ſuæ correſpondebit literæ, & iuxta ejuſdem literæ valorem dictum & modum aut affirmabit aut negabit. Conſidera præſens paradigma.



MCCCXLVII. Contingentia non debet cum Poſſibilitate confundi.

Hæc Modalium propoſitionum æquipollentia iam à multis annis, ne dicam ſæculis, in ſcholis obtinuit; at mihi omninò diſplicuit propter confuſionem Contingentiæ & Poſſibilitatis.

Contingentia duplex acceptio. *An contingant rebus ſua prædicata eſſentialia?* *Quid ſit Contingens.*

HUnc nævum notaverunt aliqui ingenioſi viri, & correctioni operam curioſè navarunt. In Pauli Vallij Romani Logicæ tomo. 1. in Introductionis cap. 17. mihi pag. 22. hæc lego. *Notandum eſt*, inquit, *Contingens dupliciter ſumi poſſe. Primò quidem quatenus confunditur cum poſſibili; unde etiam ea quæ ſunt neceſſaria, dicuntur Contingentia, & dicimus hominem eſſe animal eſſe contingens.* [Sed quis ſic unquam fuit loquutus præter Vallium?] *Secundò ſumitur magis propriè quatenus ſignificat id quod poteſt eſſe & non eſſe, & ſi hoc modo ſumatur contingens, multæ propoſitiones Modales erunt falſæ; quæ ſi ſumerentur primo modo eſſent veræ. Omnes etiam neceſſariè affirmativæ, & omnes impoſſibiles negativæ erunt falſæ, quæ aliàs eſſent veræ. Nam ſi dicamus* Hominem eſſe animal eſt contingens *vel* Hominē non eſſe lapidem eſt contingens, *ſunt propoſitiones falſæ, quia utraque eſt neceſſaria, & non poteſt aliter ſe habere.* Et concludit; *Quoniam tamen in Oppoſitione & æquipollentiâ Modalium*, Contingens *ſolet ſumi primo modo, quatenus confunditur cum* Poſſibili; *ideò etiam nos ſumemus hic eodem modo.*

Cognoſcit Vallius errorem, ſed maluit ſequi multos, quàm invenire veritatem.

MCCCXLVIII. An poſſibilitas & Contingentia duo ſint nomina, & unum res?

Ergo habemus ex Vallio, *primò* nō dari quatuor modos, ſed tres, in oppoſitionum & æquipollentiarum conſtructione; nam *Contingens* & *Poſſibile* puro nomine differunt. Cæterùm, qui *Contingentiæ* modum tametſi ſynonymum ipſi *Poſſibilitati* modo addiderunt, neſcio cur non potuerint etiam *Repugnans* & *Implicans contradictionem* ſubiungere; hi enim modi coincidunt cum *Impoſſibili*; & neſcio, cur non addiderint etiam plures alias curioſas phraſes, quibus exponitur rerum neceſſitas? cui dubio ſi prudenter reſpondeas, ſatisfacies dicendo, ideò huius paradigmatis fabricatores Repugnantiæ modum omiſiſſe, quia hæc omninò coincidit cum Impoſſibilitate; ideò Contingentiæ modum adpoſuiſſe, quia eam à Poſſibilitate diſtinctam iudicarunt.

Cur Repugnantiæ modus omiſſus ſit?

An Dei decreta, attributa, perfectio, &c. ſint contingentia?

Habemus *ſecundò* nos non poſſe eſſe Logicos, ni verbis contra eorumdem ingenium & ſignificationem abutamur. Quis enim unquā mortalium ſine horrore audiret! Dei decreta contingentiam involvere? & tamen utramque propoſitionem admittere tenentur illi, qui cōtra veram ſignificationem vocum Contingentiam cum poſſibilitate confundunt, & opponunt Impoſſibilitati, Dei enim decreta impoſſibilia non ſunt, nec Impoſſibile eſt Deum eſſe.

MCCCXLIX.

Maneat igitur Philoſophos nonnullos modum Contingentiæ rigoroſè ſumpſiſſe & in Dialecticam peccaſſe: nonnullas ſumpſiſſe, ut aiunt, laxè, & peccaſſe in Grammaticam Theologiamque ut infimam ſummamque ſcientiam ſuâ opinatione macularent.

Pater

Aliqui tentarunt hunc errorem corrigere, ſed non ſecerunt. Pater Robertus Aloiſius de Vitrij è Societ. Jeſu. Duacenus Philoſophiæ Profeſſor animadvertens veterum errorem, conatus eſt medicinam imponere; ſed talem impoſuit, quæ indigeat ſecunda medicinâ. *Hæc figura, ait, ex communi doctrinâ tradi ſolita, non omninò placet; quia uſurpat ly Contingens in minùs propria ſignificatione, & confundit eum Poſſibili: cùm tamen ex uſurpatione Philoſophorum Contingens propriè ſumptum idem omnino ſit, ac Non neceſſarium, & proinde opponatur contradictoriè modo de Neceſſe, & ſubcontrariè modo de Poſſibili.* Veterū errore notato ad correctionem feſtinat, & ſubiungit, *Meliùs ergo mutaretur ſecunda vocalis iſtarum quatuor vocum (nimirùm Purpurea, Amabimus, Iliace, Edentuli) reſpondens Contingenti, & loco illarum diceretur*, Punicea, Calebimus, Triturare, Celaturi; *ſicq; Contingens ſubalternabitur Impoſſibili & contradictoriè opponetur Neceſſe, ut videtur in ſequenti figurâ.* *Non omnis mutatio eſt correctio. Conſideratio ſingularis alterationes.*

PU	Non eſt poſſibile non eſſe
NI	Non eſt contingens eſſe
CE	Impoſſibile eſt non eſſe
A	NECESSE EST ESSE.

Contrariæ.

TRI	Non eſt poſſibile eſſe
TU	Non eſt contingens non eſt.
RA	IMPOSSIBILE EST ESSE
RE.	Neceſſe eſt non eſſe.

Subalternæ. Aũs — Coñs. Contradictoriæ. Contradictoriæ. Aũs Subalternæ. Coñs.

CA	POSSIBILE EST ESSE
LE	Contingens eſt non eſſe
BI	Non impoſſibile eſt eſſe
MUS	Non neceſſe eſt non eſſe.

Subcontrariæ.

CE	Poſſibile eſt non eſſe
LA	CONTINGENS EST ESSE
TU	Non impoſſibile eſt non eſſe
RI.	Non neceſſe eſt eſſe.

MCCCL. *Prioris ſententiæ Cenſura.* SEd omninò dicendum eſt primam ſententiā eſſe falſam; quia, ut benè P. Paulus Vallius notavit, veras & falſas aſſertiones confundit: Æquipollentias ſingulas examinemus.

PUR- *Non eſt poſſibile Deum non eſſe bonum.*
PU- *Non eſt contingens Deum non eſſe bonum.*
RE- *Impoſſibile eſt Deum non eſſe bonum.*
A. *Neceſſe eſt Deum eſſe bonum.*

An divina bonitas ſit non contingens. Omnes ſunt veræ; & quia aliquis de ſecundâ poſſet dubium movere, eam debebo probare. Procedo ſic. Deum non eſſe bonum, ſive eſſe non bonum eſt impoſſibile; ergo eſt non contingens, ergo non eſt contingens:

A- *Poſſibile eſt Deum eſſe bonum.*
MA- *Contingens eſt Deum eſſe bonum.*
BI- *Non eſt impoſſibile Deum eſſe bonum.*
MUS. *Non eſt neceſſarium Deum non eſſe bonum.*

An ſit contingēs. Secunda eſt omninò falsâ. & nihilominùs dicitur æquippollere reliquis, quæ ſunt veræ. Secundam falſam eſſe demonſtro, quia bonitas divina, cum abeſſe nequeat, contingens dicenda non eſt; contingens enim illud eſt, quod poteſt adeſſe & abeſſe.

I- *Non eſt poſſibile Deum eſſe bonum.*
LI- *Non eſt contingens Deum eſſe bonum.*
A- *Impoſſibile eſt Deum eſſe bonum.*
CE. *Neceſſe eſt Deum non eſſe bonum.*

MCCCLI. *Secunda cæteris non æquipollet.* Prima, tertia, & quarta falſæ ſunt, ut poté veris oppoſitæ; ſed ſecunda vera eſt, cùm falſa deberet. Eſſe vera probatur; Quia Deum eſſe bonum neceſſarium eſt; ſed quod neceſſarium eſt, contingens non eſt; Ergo Deum eſſe bonum contingens non eſt.

E- *Poſſibile eſt Deum non eſſe bonum.*
DEN- *Contingens eſt Deum non eſſe bonum.*
TU- *Non impoſſibile eſt Deum non eſſe bonum.*
LI. *Non eſt neceſſe Deum eſſe bonum.*

Omnes ſunt falſæ; licèt non ſint omnes æquipollentes: Et hinc conſtat in materiâ neceſſariâ *Amabimus* & *Iliace* correctione indigere. Prætereà hæ aſſertiones, *Non eſt contingens Deum non eſſe bonum*, *Non eſt contingens Deum eſſe bonum*, contrariæ dicebantur, & tamen ſunt ſimul veræ. Hæ etiam ſubcontrariæ. *Contingens eſt Deum eſſe bonum*, & *Contingens eſt Deum non eſſe bonum.* ſunt ſimul falſæ contra regulas Dialecticorum. *Contrariæ ſimul veræ & ſubcontrariæ ſimul falſæ.*

Si materia fuerit remota, etiam contrariæ erunt ſimul veræ, & ſubcontrariæ ſimul falſæ: opponuntur enim contrariè *Non eſt contingens hominem non eſſe irrationalem*, & *Non eſt contingens hominem eſſe irrationalem*, quæ ſunt veræ: & opponuntur ſubcontrariè *Contingens eſt hominem eſſe irrationalem*, & *Contingens eſt hominem non eſſe irrationalem*, quæ ſunt ſimul falſæ.

MCCCLII. *Cenſura posterioris ſententiæ.* DIſplicuit Patri Roberto de Vitry prima ſententia, ſed illius errores ipſe tranſtulit, non abſtulit; quia, ſi ſequamur ejus paradigmata; adhuc reperiemus contrarias ſimul veras & ſubcontrarias ſimul falſas. Quia PUNICEA & TRITURARE ſunt dictiones contrariæ, & illud NI, prioris & TU

& TU poſterioris, contrariè opponi neceſſariũ eſt; ergo formemus propoſitiones in materiâ neceſſariâ [NI] *Non eſt contingens hominem eſſe animal* [TU.] *Non eſt contingens hominem non eſſe animal* Utraq; tamen vera eſt. Prior quidem; quia cùm neceſſarium ſit homini eſſe animal, eũ eſſe animal contingens non eſt; quia neceſſitas cõtingentiam excludit. Poſterior etiam vera eſt; quia cùm hominem non eſſe animal ſit impoſſibile, contingens dicendum non eſt, quia cõtingentia rei impoſſibili competere nõ poteſt.

MCCC-LIII. Præterea, ſiquidem hæ duæ contrariæ ſunt ſimul veræ aut ejus contradictoriæ ſunt ſimul falſæ; aut non. Si primum dicas concedes duas ſubcontrarias ſimul falſas, & hoc contra leges Dialecticas, ſi ſecundũ; inſtabo. Aliqua ex ſubcontrariis eſt vera, & ejus contradictoria erat vera (quia utraq; contraria erat vera & contrariæ opponantur contradictoriè ſubcontrariis) ergo dantur duæ contradictoriæ ſimul veræ.

Tandem & contrariis per ſubalternationem oriuntur ſubcontrariæ: ergo ex antecedente vero legitimâ conſequentiâ deducuntur conſequentiæ falſæ.

Maneat igitur etiam juxta regulas poſterioris ſententiæ debere admitti contrarias ſimul veras, & ſubcontrarias ſimul falſas.

Si à dictionibus, quibus utitur prima ſententia, & ab illis quibus ſecunda, auferas ſecundas ſyllabas, & modum Contingentiæ proſcribas; nulla remanebit opinionum diverſitas. Verbi gratia, *Vtriuſque ſententia Correctio.*


PUR*EA A*blmVs I*AcE E*rVLI.

PU*cEA cA*blmVs tcl*cAtE cE*iVrI.

Harum prima vocalis convenit modo *Poſſibili*, ſecunda *Impoſſibili*, ultima *Neceſſario*: eaſdem Vocales complectuntur hæ voces omnius barbaræ.

LUGEBAT SATIRUS, LISANDER GEMUIT.

quibus arte nova diſpoſitis ſequeos Paradigma formamus.




ARTICULUS III.

De Modalibus habentibus dictum Univerſale vel Particulare.

MCCC-LIV. QUàm multa occurrunt rea, etiam claras, ſpeculanti & meditanti! Pono ob oculos unam Propoſitionem Modalem Univerſalem; videlicet; *Neceſſe eſt omnem hominem eſſe album*, & interrogo, quas & quales habeat contrarias, contradictorias, ſubcontrarias, æquipollentea, &c. Multos recognovi Authores; & quia ipſi non diſtinguunt, exiſtimo ad eorum mentem univerſales ſicut ſingulares debere comparari & componi. An-ne hoc ipſum eſt verum? Ipſi putant; ſed Ego non puto: rem examino, & exempla propono; & ut cæteræ meliùs intelligantur, ponatur & exponatur primo loco.

Oppoſitio Singularium Modalium.



Hæc eſt vera, clara & facilis, nec hic difficultatem reperimus.

In hoc Paradigmate univerſi conveniunt; at in ſequentibus non omnea. Sit hoc igitur tanquam baſis & ſubſcribendorum fundamentum.

Nota obiter nos conſultò exemplis contingentibus uti, quia in ipſis clariùs modorum vim relucere putamus; poſſemus

& ne-

& neceſſaria adiungere, ſed ſtudemus brevitati.


Oppoſitio particularium.



Dico *Neceſſe* & *Poſſibile non*, non eſſe contradictona, ſed ſubcontraria tantùm, quia hæ duæ Propoſitiones, *Neceſſe eſt aliquam formam ſubſtantialem eſſe in hac materiâ*, *Poſſibile eſt aliquam (creatam aut creabilem) non eſſe*, ſunt in opinione D. Thomæ ſimul veræ: materia enim, ut ipſe judicat, nec omni carere formâ poteſt, nec ſimul omnes creatas aut creandas habere.

Oppoſitio Indefinitarum Modalium.

MCCCLV. *Indefinita mala ſunt niſi fiant in materiâ naturali, aut ad particulares reducantur.*



Sed quo iſtæ modo opponontur? Reſpondeo me non libenter videre indefinitas, præcipuè in materiâ contingenti, niſi illæ priùs ad univerſales aut particulares reducantur; ſunt enim crebrò æquivocæ ſignificationis, adeò que non tam falſæ, quàm malæ. Videntur eſſe illæ in materiâ naturali tanquam in loco proprio, at in contingenti tanquam in violento & alieno.

Oppoſitio Univerſalium Modalium.



Dico *Neceſſarium* & *impoſſibile* eſſe duos contrarios modos: nec id negas: addo *Poſſibile non* non eſſe ſubcontrarios, & probo; quia ſunt ſimul falſæ iſtæ propoſitiones, *Poſſibile eſt omnem formã eſſe in hac materiâ*, *Poſſibile eſt omnem formã non eſſe in hac materiâ*. Falſæ enim ſunt ſi admittatur ſententia D. Thomæ, & dicantur viginti eſſe formæ in rerum naturâ: quia materia prima Thomiſtica, nec informari ſimul omnibus, nec poteſt omnibus carere ſimul. Subjungo *Neceſſe* & *Poſſibile non* non eſſe contradictorios modos, quoniam iſtæ duæ propoſitiones, *Neceſſe eſt omnem formam eſſe in hac materiâ*, & *Poſſibile eſt omnem non eſſe*, in Thomiſticâ hypotheſi ſunt ſimul falſæ.


Hinc patet eſſe difficilius, quàm volgò creditur, determinare & coordinare Paradigma Propoſitionum Modalium, quarum dictum ſit Univerſale aut particulare. Volo rem altiùs retractare, & ad majorem doctrinæ claritatem & ſecuritatem pono, ut dixi, viginti aut triginta tantum eſſe formas creandas, & inquiro, Anne ſit vera hæc propoſitio, *Impoſſibile eſt, omnem formam ſubſtantialem (creandam) eſſe ſimul in hac numero materiâ* Reſpondeſque eſſe duas celebres ſententias in ſcholis. Quoniam Thomiſtæ docent Materiam primam nec divinitùs poſſe carere omni forma, nec plures habere divinitùs. Et Scotiſtæ contrà & carere omni, & affici pluribus poſſe. Hinc patet illam propoſitionem negandam à Scotiſtâ eſſe, & à Thomiſtâ concedendam. MCCCLVI.

An materia prima omni carere formâ queat? An etiam pluribus informari? Sicut neq prima ſententia eſſe D. Thomæ, nec ſecunda videatur Scoti, ſed non urgeo; ſed juxta illos (quorum cumq ipſa ſint) controverſiam omnino.

Nos igitur hac doctrinâ præmiſſâ hanc eamdem propoſitionem cum reliquis aliis compararemus; & varias ſententias proponamus.

Prima opinio.

MUlti, qui nolunt rem altè examinare, aſſerunt dictum quantum debere ſuam quãtitatem retinere, & ſic modos coordinant.



Ubi vides clariſſimè A & D, vocari contradictorias, & tamen eſſe in opinione Angelici Doctoris ſimul falſas. Item C & D, tametſi ſubcontrariæ dicantur, eſſe in ejuſdem ſententiâ ſimul falſas. Et tandem B ſubalternare & inferre ipſam D; vera falſam. Quis id toleret?

Tranſeamus ad æquipollentiam, & qui cohærere poſſint æquivalentes Poſitiones videamus.

Vltima columna habet propoſitiones ipſas. Penultima artificioſas æquipollentiæ voces. Prima his litteris V. & F. veras à falſis diſtinguit juxta doctrinam D. Thomæ. Secunda id ipſum præſtat juxta principia Scoti. Semper ſtantes illi caſui de 20. tamen formis creandis.

I.	II.		
F	F	AR-	*Neceſſe eſt omnem formam eſſe in hac materiâ*
V	F	GU	*Non poſſibile eſt omnem formam non eſſe (hoc eſt abeſſe) in hac materiâ.*
V	F	TU.	*Non contingens eſt omnem formam eſſe in hac materiâ.*
V	F	LE.	*Impoſſibile eſt omnem formam non eſſe in hac materiâ.*
F	F	VE-	*Neceſſe eſt omnem formam non eſſe in hac materiâ.*
V	F	RI-	*Non poſſibile eſt omnem formam eſſe in hac materiâ.*
V	F	DI-	*Non contingens eſt omnem formam eſſe in hac materiâ.*
V	F	CA.	*Impoſſibile eſt omnem formam eſſe in hac materiâ.*
V	V	SUNT	*Non neceſſe eſt omnem formam non eſſe in hac materiâ.*
F	V	A-	*Poſſibile eſt omnem formam eſſe in hac materiâ.*
F	V	TA-	*Contingens eſt omnem formam eſſe in hac materiâ.*
F	V	VI.	*Non Impoſſibile eſt omnem formam eſſe in hac materiâ.*
V	V	QUI	*Non neceſſe eſt omnem formam eſſe in hac materiâ.*
F	V	RE-	*Poſſibile eſt omnem formam non eſſe in hac materiâ.*
F	V	FE-	*Contingens eſt omnem formam non eſſe in hac materiâ.*
F	V	RUNT	*Non impoſſibile eſt omnem formam, non eſſe in hac materiâ.*

Patet igitur has Poſitiones non eſſe diſpoſitas, & debere ita coordinari, ut falſæ non dicantur veris æquipollere.

Secunda opinio.

MCCCLVII. Sed quo Tabulam modo corrigemus? Mutando dicti quantitatem. Sed quâ id lege?

Holzhai num. 76. Primus, qui hanc veritatem obſervavit, fuit P. Georgius Holzhaj S. I. in Dilinganâ Academiâ Philoſophiæ Ordinarius Profeſſor, qui in Theſibus Logicis propugnatis an. M. DC. VII. menſe Octobre, ſic inquit.

MCCCLVIII. Modalium oppoſitio, nequaquam deſumenda eſt ſecundum eſſe vel non eſſe earum, ſed ſecundum affirmationem & negationem modi, nam alioqui duæ oppoſitæ ſimul eſſent veræ, ut *Poſſibile eſt Petrum ambulare*, *Poſſibile eſt Petrum non ambulare*.

Errores veterum. Ex quo colligitur antiquos malè poſuiſſe has duas, *Non neceſſarium eſſe*, & *Neceſſarium non eſſe*, tanquam contradictorias, nam ſi ſubicias hircocervum, vel ſimile quid, utraque ſimul erit vera. Perperam itidem poſuerunt hanc: *Non neceſſarium eſſe*, æquipollentem his; *Non impoſſibile eſſe*, *Contingens eſſe*, *Poſſibile eſſe*, non ſolùm quia neceſſarium & impoſſibile contrarios habent ſenſus; ſed etiam quia ſequitur has: *Non neceſſarium eſſe*, & *Neceſſarium eſſe*, ſimul eſſe veras; nam ſi neceſſarium eſt eſſe, poſſibile eſt eſſe (ſumendo poſſibile pro omni eo, quod poteſt eſſe; ſive poſſit etiam non eſſe, ſive non poſſit non eſſe) ſi poſſibile eſt eſſe, non neceſſarium eſt eſſe.

Rectiùs igitur ſtatuitur in iſtis æquipollentia. *Neceſſe eſſe*, *Non poſſibile non eſſe*, *Non contingens non eſſe*, *Impoſſibile non eſſe*, quæ in ſubſcripto ſchemate denotantur per voculam *Argutule*; quibus contrariantur *Veridica*; ſubalternantur *Sunt atavi*; contradicunt. *Qui referunt* in quibus vocabulis *E dictum negat*, *I que modum*, *nihil A*, *ſed V totum*. Sic etiam ſervatur ordo rerum naturis conveniens, nam quædam earum ſemper ſunt in actu, quædam modo in actu, modo in potentiâ, quædam nunquam ne in potentiâ quidem.

I. Neceſſe

		I.	
Pur pu re a.	ar-	Neceſſe eſt omnem hominem eſſe animal.	Æquipollentes.
	gu-	Non poſſibile eſt aliquem hominē nō eſſe animal.	
	ta-	Non contingens eſt aliquē hominē nō eſſe animal.	
	le.	Impoſſibile eſt aliquē hominem non eſſe animal.	

Contrariæ.

		II.	
Il li a ce.	ve-	Neceſſe eſt nullum hominem eſſe animal. Vel aliquem hominem non eſſe animal.	Æquipollentes.
	ri-	Non poſſibile eſt aliquem hominem eſſe animal.	
	di-	Non contingens eſt aliquē hominem eſſe animal.	
	ca.	Impoſſibile eſt aliquem hominem eſſe animal.	

Subcontrariæ. Ans Cons.

Contradictoriæ. Contradictoriæ.

Subcontrariæ. Ans Cons.

		III.	
A ma vi mus.	Sūt	Non neceſſe eſt nullū hominem eſſe animal. Vel aliquem hominem nō eſſe animal.	Æquipollentes.
	a-	Poſſibile eſt aliquem hominem eſſe animal.	
	ta-	Contingens eſt aliquem hominem eſſe animal.	
	vi.	Non impoſſibile eſt aliquē hominem eſſe animal.	

Subcontrariæ.

		IV.	
E den tu li.	Qui	Non neceſſe eſt omnem hominem eſſe animal.	Æquipollentes.
	re	Poſſibile eſt aliquem hominem non eſſe animal.	
	fe	Contingens eſt aliquem hominem non eſſe animal.	
	rūt.	Non impoſſibile eſt aliquē hominem nō eſſe animal.	

Veteres corrigendos eſſe. Sic ille. Ex quo patet, Antiquos in Modalibus hallucinatos fuiſſe; ut mirum non ſit, ibi hodie Dialecticæ ſtudioſos hærere, ubi olim tam magna ingenia lapſa. adeòque exiſtimo dignos correctione eſſe veteres in iis, de quibus ab Holzhaio accuſantur.

MCCCLIX. Cæterùm, cùm obſervo ipſum iam uti univerſali dicto & jam particulari, ne cœco eum modo proceſſiſſe aſſeram, velim doceri regulā quam fuit ſequutus. Si dicat modos *Poſſib. Contíng. Impoſſib.* poſtulare dictum particulare (hoc enim obſervaſſe videtur) convincetur ſtatim. Dabo enim examini & tabulis hanc poſitionem. *Neceſſe eſt aliquam formam eſſe in hac materiâ*; ubi Neceſſitas coniungitur cum particulari: aut fortè hanc, *Poſſibile eſt nullam formam eſſe in materiâ*, ubi Poſſibilitas coniungitur cum univerſali.

Sententia Holzhaij examinatur. Recognoſco ſecundis curis Holzhaij paradigma, & quia hæc propoſitio. *Omnis homo eſt animal*, quam modificat, eſt in materiâ neceſſariâ, quæ fortè ratione materiæ multa toleret, quæ non poſſet in aliâ materiâ tolerare; loco illius propoſitionis pono hanc, *Omnis forma eſt in hac materiâ primâ*, & ſingulas poſitiones examino.

ARGUTULE.

I.	II.	
F	F	*Neceſſe eſt omnem formam eſſe in hac materiâ primâ.*
F	F	*Non poſſibile eſt aliquam formam non eſſe in. &c.*
*	*	*Non contingens eſt aliquam formam non eſſe in. &c.* Eſt dubia, & indiget expoſitione.
F	F	*Impoſſibile eſt aliquam formam non eſſe in. &c.*

Prima columna reſpondet ſenſui D. Thomæ: ſecunda ſenſui Scoti, & in utraque di-

VERIDICA.

ſtinguuntur vera à falſis ad nutum.

F	F	*Neceſſe eſt nullam formam eſſe. &c.*
V	F	*Neceſſe eſt aliquam formam non eſſe in. &c.*
F	F	*Non poſſibile eſt aliquam eſſe in. &c.*
V	F	*Non contingens eſt aliquam eſſe in. &c.*
F	F	*Impoſſibile eſt aliquam eſſe in hac. &c.*

SUNT ATAVI.

V	V	*Non eſt neceſſe nullam formam eſſe.* VEL.
F	V	*Non eſt neceſſe eſt aliquam formam non eſſe in. &c.*
V	V	*Poſſibile eſt aliquam eſſe in hac. &c.*
F	V	*Contingens eſt aliquam eſſe in. &c.*
V	V	*Non impoſſibile eſt aliquam eſſe in. &c.*

QUI REFERUNT.

V	V	*Non eſt neceſſe omnem formam eſſe in. &c.*
V	V	*Poſſibile eſt aliquam non eſſe in. &c.*
F	V	*Contingens eſt aliquam non eſſe in. &c.*
F	F	*Non poſſibile eſt aliquam non eſſe in. &c.*

Ergo ſiquidem coïncidunt in eamdem claſſem (in quâ omnes æquipollentes eſſe deberent) veræ ſimul & falſæ, certum eſt Patris Holzhaij falſam eſſe ſententiam. *Concluſio.*

Tertia opinio.

NOn ſum (& Deo Optimo Maximo ago gratias) in errore iuniorum, qui exiſtimāt omnes antiquos fuiſſe magnos, & omnes coætaneos noſtros Pygmæos eſſe: credo oculis: & quia *MCCCLX. Nullum ſeculū non antiſque ſlorens ingeniis.*

quantum noſtrû.

quia in veterum libris multa lego, quæ ſi facerem flocci, nimiùm facerem; & à viris viventibus multa acutiſſima & ſolidiſſima quotidie doceor, teneo hoc doctiſſimo ſæculo majora florere in mundo ingenia, quàm antiquis: nec volo de hac re diſputare, qui enim certitudinem ſe habere putat, tutâ conſcientiâ decertare non poteſt.

Erneſti Principis ab Harrach laus.

Inter alia loca, quæ libenter frequento, hîc Pragæ Seminarium Archiepiſcopale magni facio, cùm ratione Principis, tum etiam ratione Profeſſorum. Ille eſt Erneſtus Adalbertus. S. R. E. titulo S. Mariæ Angelorum in thermis Presbyter Cardinalis ab Harrach, Pragenſis Archipræſul, Princeps, Legatus natus, Bohæmiæ Primas, ſcientiarum fautor, & omnium Doctorum Mæcenas. Iſti ſunt Viri doctiſſimi, qui ibi cum ſummo fructu & plauſu docent, Philoſophiam & Theologiam, naturalem, ſupernaturalem, moralem. Hos ego, inter alios, conſului; & unus ex præcipuis ſic quæſtionem reſolvit.

Reſpondeo, ait, hanc propoſitionem, *Neceſſarium eſt omnem formam ſubſtantialem creatam eſſe nunc in hâc numero materiâ primâ* contrariari iſti propoſitioni: *omnem formam ſubſtantialem creatam non eſſe in hâc numero materiâ primâ eſt neceſſe*, & contradicere huic alteri: *omnem formam ſubſtantialem creatam eſſe nunc in hâc numero materiâ primâ non eſt neceſſe*, ac denique æquipollere iſti: *omnem formam ſubſtantialem creatam non eſſe nunc in hâc numero materiâ primâ non eſt poſſibile*: in hac autem oppoſitione & æquipollentiâ non habent locum hæ voces AMABIMUS, EDENTULI, ILIACE, PURPUREA: ſecundum has enim voces invenio hanc propoſitionem: *omnem formam Subſtantialem non eſſe nunc in hâc numero materiâ primâ non eſt contingens* ſubalternari ſibi hanc aliam: *omnem formam ſubſtantialem eſſe nunc in hâc numero materiâ primâ eſt contingens*, quæ tamen ſtrictè opponuntur. Item ſecundum præfatas voces æquipollent iſtæ: *Omnem formam ſubſtantialem eſſe nunc in hac numero materia prima eſt poſſibile*, &; *omnem formam ſubſtantialem eſſe nunc in hac numero materia prima eſt contingens*, cùm tamen poſſibile non inferat contingens. Variis aliis exemplis mihi reprobantur prædictæ voces quæ brevitatis cauſa omitto, & ſubiicio ſchema æquipollentiæ & oppoſitionis ſupradictæ propoſitionis.

V	F	DO	Non eſt poſſibile omnem formam ſubſtantialem creatam nunc non eſſe in hac numero materiâ primâ.	Contrariæ.	V	F	LI	Non eſt poſſibile omnem formam ſubſtan.ialem creatam eſſe nunc in hac numero materiâ primâ.
V	F	CE	Impoſſibile eſt o. f. s. c. non eſſe nunc in. &c.		V	F	MA	Impoſſibile eſt o. f. s. c. eſſe nunc in. &c.
F	F	BAT	Neceſſarium eſt o. f. s. c. eſſe nunc in. &c.		F	F	CES	Neceſſarium eſt o. f. s. c. non eſſe nunc in. &c.
			Subalternæ. Añs Coñs.	Contradictoriæ. Contradictoriæ.				Subalternæ. Añs Coñs.
F	V	SA	Poſſibile eſt omnem formam ſubſtantialem creatam eſſe nunc in hac numero materiâ primâ.	Subcontrariæ.	F	V	RE	Poſſibile eſt omnem formam ſubſtantialem creatam non eſſe nunc in hac numero materiâ primâ.
F	V	PI	Non eſt impoſſibile o. f. s. c. eſſe nunc in. &c.		F	V	CO	Non eſt impoſſibile o. f. s. c. non eſſe nunc in. &c.
V	V	DOS	Non eſt neceſſariû o. f. s. c. non eſſe nunc in. &c.		V	V	LI	Non eſt neceſſarium o. f. s. c. eſſe nunc in. &c.

Prima columna, ut antea, habet litteras V. & F. quibus ad S. Thomæ mentem diſtinguit veras poſitiones à falſis. Et ſecunda columna eâdem arte procedit, ſed ad mentem Authoris. Has duas columnas debui adſcribere, ut ſimul cenſuram videres.

Hucuſque Doctiſſimus ille Profeſſor, quem iam ideò majoris faciam, quòd modum *Contingentiæ* (quod & ego iam antè præſtiteram) proſcripſerit, & omnes Modales ad *Poſſibilitatem, Impoſſibilitatem*, & *Neceſſitatem* contraxerit. Sunt tamen nihilominùs multa, ob quæ ejus Reſolutioni aſſentiri non poſſum. Unum aut alterum expono. *Video primò*, non omnes, quæ in eamdem cellulam cadunt, eſſe æquipollentes, nam ſi ſtemus principiis D. Thomæ, in DOCEBAT & LIMACES, duæ priores poſitiones ſunt veræ, tertia falſa: non ergo æquipollentes; nam falſitati non æquipollet veritas. Et in SAPIDOS & RECOLI, duæ priores ſunt falſæ, tertia vera. *Video ſecundò*, A ſubalternante ad ſubalternatam debere conſequentiam valere, quod hic omninò deſidero, quia ex vero iubeor falſum per ſubalternationem inferri.

Dialectica à nullâ Scholâ aut hypotheſi pendet.

Si dicatur, non debere hanc Reſolutionem, à Scotiſtâ ſcriptam, eſtimari ad D. Thomæ mentem (nec etiam ad mea fundamenta) nihil

dicitur

dicetur, quod ſit utile. quoniam ſyllogiſmorum formæ, & omnes argumentandi modi ab omni ſententiâ præſ. induuntur; & ſi una poſitio in viâ D. Thomæ vera eſt; erunt veræ omnes æquipollentes; & ſi qua vera non ſit, æquipollens non erit.

NOTA. Illas voculas, quibus doctiſſimus iſte Profeſſor utitur, dicendum non differre à noſtris: vel ſi dubites, utraſque coopta, & vix ullam differentiam invenies.

DOCEBAT SAPIDOS LIMACES RECOLI.
LUCEBAT SATIRUS LISANDER GEMUIT,

Ubi vides vocalem vocali reſponderi: O uſurpari pro U. & hanc ob rem totam iſtam doctrinam præſupponere hanc Regulam. *E dictum negat. I. que modum: nihil A: ſed O totum.*

Vera opinio.

MCCC-LXI. ALiorum placitis examinatis, hanc controverſiam aliàs difficilem & implicatam ad ſummam ego facilitatem reduco. Pronuntio illud carmen

E dictum negat; I que modum; nihil A; ſed V. totũ. ſic debere intelligi, ut negare dictum, ſit ponere contradictorium. Subjungo modum Contingentiæ neceſſariò excludendum; non enim æquipollere aliis poteſt, ut ſuperiùs oſtendimus. Quam breviſſimam doctrinam eſſe veram, nullo alio modo meliùs probare potero, quàm eiſdem exemplis illuſtrando. Propoſitio examinanda eſt hæc, *Omnis forma eſt in hac materiâ.*

LUGEBAT.

Hi characteres deſignant poſitionem examinandam.

F|F| *Non eſt poſſibile aliquam formam non eſſe in hac materiâ.*
F|F| *Impoſſibile eſt aliquam formam non eſſe in hac materiâ.*
F|F| *Neceſſarium eſt omnem formam eſſe in hac materiâ* *

SATIRUS.

F|V| *Poſſibile eſt omnem formam eſſe in hac materiâ.*
F|V| *Non impoſſibile eſt omnem formam eſſe in hac materiâ.*
F|V| *Non eſt neceſſarium aliquam formam non eſſe in hac materiâ.*

LISANDER.

Litteræ V. & F habent ſignificationem quam antea.

V|F| *Non eſt poſſibile omnem formam eſſe in hac materiâ.*
V|F| *Impoſſibile eſt omnem formam eſſe in hac materiâ.*
V|F| *Neceſſarium eſt aliquam formam non eſſe in hac materiâ,*

GEMUIT.

V|V| *Poſſibile eſt aliquam formam non eſſe in hac materiâ.*
V|V| *Non eſt impoſſibile aliquam formam non eſſe in hac materiâ*
V|V| *Non eſt neceſſarium omnem formam eſſe in hac materiâ.*

Ecce LUGEBAT & LISANDER, quæ opponuntur contrariè, ſequuntur contrariorũ regulam: & SATIRUS & GEMUIT, ſubcontrariorum: priora enim Angelico Doctori ſunt ſimul falſa, & poſteriora ſimul vera. Ecce, LUGEBAT & GEMUIT: LISANDER & SATIRUS ſunt contradictoria, & in omni ſententiâ dicunt oppoſitionem adæquatam. Ecce tãdem, omnes propoſitiones, quæ ad eamdem dictionem pertinent ſunt æquipollentes, nec poſſibile, ut alterâ conceſſâ, negetur altera. CÆTERUM, ſi voluerimus aliam periclitari poſitionem, eâdem arte poterimus. Ponamus etiam hanc, *Neceſſarium eſt aliquam formam eſſe in hac materiâ.* ut multiplicatis exemplis res meliùs & clariùs cognoſcatur.

LUGEBAT.

Prima & ſecunda columna, in hoc exemplo, ſicut etiam in præcedentibus reſpondet D. Thomæ & Scoti doctrinæ: prima illi, ſecunda huic.

V|F| *Non eſt poſſibile nullam formam eſſe in hac materiâ.*
V|F| *Impoſſibile eſt nullam formam eſſe in hac materiâ.*
V|F| *Neceſſarium eſt aliquam formam eſſe in hac materiâ.* *

SATIRUS.

V|V| *Poſſibile eſt aliquam formam eſſe in hac materiâ.*
V|V| *Non eſt impoſſibile aliquam formam eſſe in hac materiâ.*
V|V| *Non eſt neceſſarium nullam formam eſſe in hac materiâ.*

LISANDER.

F|F| *Non eſt poſſibile aliquam formam eſſe in hac materiâ.*
F|F| *Impoſſibile eſt aliquam formam eſſe in hac materiâ,*
F|F| *Neceſſarium eſt nullam formam eſſe in hac materiâ.*

GEMUIT.

F|V| *Poſſibile eſt nullam formam eſſe in hac materiâ.*
F|V| *Non eſt impoſſibile nullam formam eſſe in hac materia.*
F|V| *Non eſt neceſſarium aliquam formam eſſe in hac materia.*

Omnia bene procedunt, ut antè. Contrariæ Scoto ſunt ſimul falſæ; & ſubcontrariæ ſimul veræ. Et in utrâque ſententiâ contradictoriæ opponuntur adæquatè. Ubique æquipollentia rigorosè obſervatur, quam ob rem hanc eſſe veram & unicam ſententiam in dubium revocari non poteſt.

ARTICULUS IV.

De Converſione Modalium.

MCCC-LXII *Propoſitio* NOn ſolum ſimplices ſed & Modales converti poſſunt, ſervatâ totius enuntiationis veritate.

Propoſitionum quatuor genera.

veritate. Ut in praxin nullus error ſubrepat ſcire debes Propoſitionum alias eſſe eſſentiales adæquatè, alias accidentales adæquatè, & alias partim eſſentiales & partim accidentales. Primi generis ſunt omnes illæ in quibus prædicatum convenit omni & ſoli ſubjecto, & ſubjectum omni & ſoli prædicato, ita ut ſeparati non poſſint. Secundi illæ, in quibus tam ſubjectum ſine prædicato, quàm prædicatum ſine ſubjecto dari poteſt. Tertij illæ in quibus alterum extremum ſine altero, non verò è contra eſſe poteſt. Incipiendo igitur à priore Propoſitionum genere DICO PRIMO, In Specie, Differentia & Proprietate (nimirum, cùm altera prædicatur de alterâ) dictum, ſeu univerſale ſit, ſeu particulare; affirmativum, ſeu negativū; ſimpliciter converti poſſe: verbi gratiâ; *Neceſſarium eſt omnē hominem eſſe rationalem, Neceſſarium eſt omne rationale eſſe hominem. Neceſſarium eſt omne admirativū eſſe riſibile, Neceſſarium eſt omne riſibile eſſe admirativū.* DICO SECUNDO, in materia purè contingenti ſeu accidentali omnem propoſitionē factā in modis Neceſſario & Impoſſibili eſſe falsā, omnē factā in Cōtingēte, Poſſibili, & Poſſibili non, eſſe veram. Addo verarū dictū (quodcumque, & quantumcumque illud ſit) ſimpliciter converti poſſe. Do exempla; *Poſſibile eſt omnem hominem eſſe album, Poſſibile eſt omne album eſſe hominem.* DICO TERTIO, in materiâ mixtâ aut prædicari genus de ſpeciebus, aut differentiam ſpeciem-vè de genere; ut cùm dicimus, *Omnis homo eſt animal; Aliquod animal eſt rationale, Aliquod animal eſt homo.* Addo primam eſſe veram in modo Neceſſario & Poſſibili, falſam in Impoſſibili & Poſſibili non & converti hoc modo. *Neceſſarium (vel Poſſibile) eſt omnem hominem eſſe animal, Ergo neceſſarium eſt poſſe dari aliquod animal, quod ſit homo. Ergo poſſibile nullum in rebus dari animal, quod non ſit homo.* [Ubi notare debes, non eſſe neceſſarium quoad exiſtentiam animal quod ſit homo; bene tamen quoad poſſibilitatem; & ſubnotare non fore vel unum animal, quod non eſſet homo, ſi Deus omnia bruta interimeret.] Subiungo ſecundam & tertiam eſſe falſas in modis Neceſſario, & Impoſſibili, veras in Poſſibili, Poſſibili-non, & Contingente, & ſic poſſe converti; *Poſſibile* (vel *Contingens*) *eſt aliquod animal eſſe* (vel *non eſſe*) *hominem*, (vel *rationale*) Item, *Poſſibile eſt nullum dari animal, quod non ſit homo: Ergo neceſſarium eſt omnem hominem* (*omne rationale*) *eſſe animal.* DICO QUARTO, de materiâ repugnante eodem modo ac de neceſſariâ eſſe philoſophandum; quia ſi eſt impoſſibile hominem eſſe lapidem, eſt neceſſarium hominem eſſe non lapidem. Unde, ſicut neceſſitas alia eſt, ut dicebamus, adæquata & mutua, qualis intereſt Rationali & Riſibili, (omne enim rationale eſt neceſſariò riſibile, & omne riſibile eſt neceſſariò rationale) & alia inadæquata, qualis intereſt Homini & Animali (nam licet non poſſit dari homo quin ſit animal, poteſt tamen dari animal quod non ſit homo) ſic etiam impoſſibilitas: quoniam inter Irrationalitatem & Riſibilitatem adæquatam repugnantiam reperio (illa enim omni & ſoli riſibili repugnat, & hæc omni & ſoli irrationali) & in ſeparatione Animalis & Rationalis inadæquatam (quoniam tametſi in communi ſententiâ repugnet rationale, quod careat animalitate; non repugnat animal, quod careat rationalitate.) DICO QUINTO, ex Neceſſario ſemper inferri Poſſibile, ex Impoſſibili Poſſibile non, ex Omni Aliquod, ex Nullo Aliquod-non. Et hæc videntur pro Modalium converſione ſufficere.

An univerſalia ſimpliciter poſſint converti.

Prædicata eſſentialia ſunt neceſſaria quoad poſſibilitatem, non quoad exiſtentiam.

Materia repugnans eſt neceſſaria.

Neceſſitas duplex: adæquata & inadæquata.

Impoſſibilitas duplex: adæquata & inadæquata.

N O T A.

Aliqua nihilominùs legenda à Magiſtris ſubſcribo: puto enim non debere diſcipulis omnia dici, ne nimiâ varietate obtundantur. Conqueror, quod in libris de hac materiâ reperiam nihil parum ve, & debuerim inviam & incognitam inire viam. In theſibus plura aliquando reperio quàm in libris, ut condolendum ſit, illos ſcribi ab indoctioribus nonnunquam, & harum Authores frequenter eſſe æquè ignavos ingenioſoſque nec velle impalleſcere libris. MCCCLXIII.

Ingenioſi interdum ſunt ignavi.

Prima opinio.

Georgius Holzhaius in Univerſitate Dilingana Ordinarius Philoſophiæ Profeſſor in Theſibus propugnatis ann. 1607. num. 81. hæc habet. MCCCLXIV.

Converſionis Regula.

Ad harum converſionem quod attinet, eſt illa commutatio eorum extremorum, quæ in dicto continentur, ſervata qualitate dicti & veritate totius modalis. Modales igitur ex Neceſſario & Poſſibili affirmatis, eodem modo convertuntur, quo abſolutæ. De Modalibus ex Neceſſario & Poſſibili negatis, & ex Impoſſibili ſive affirmato ſive negato, judicium fiat ex æquipollentium tabulis. Contingentis, ſi ſumatur pro poſſibili, conſtat non aliam eſſe rationem, quàm poſſibilis; ſi verò ſumatur propriè, pro eo quod poteſt eſſe & non eſſe, tunc affirmativæ quidem eodem modo convertuntur, quo abſolutæ; negativæ autem non item; particularis enim convertitur ſimpliciter, & univerſalis tantùm per accidens.

An in converſionibus agatur de eſſe exiſtentiæ, an potius de eſſe eſſentiæ?

Hæc ille. Sed an verè videbimus. Erat prima Regula, *Modales ex Neceſſario & Poſſibili affirmatis, eodem modo convertuntur, quo abſolutæ.* Et eam falſam oſtendo: quoniam hæ Conſequentiæ, *Neceſſarium eſt omne animal eſſe vivens, Ergo neceſſarium eſt aliquod vivens eſſe hominem: Neceſſarium eſt Petrum eſſe hominem, Ergo neceſſarium eſt aliquem hominem eſſe Petrum: Neceſſarium eſt omnem Muſicum eſſe hominem, Ergo neceſſarium eſt aliquem hominem eſſe muſicum*, ſunt malæ. non enim eſt neceſſarium, quod aliquod animal ſit homo, nam Deus poteſt omnia animalia rationalia occidere, & tamen tollere neceſſaria non poteſt. Nec valet recurrere ad *eſſe objectivum*, ſeu *ad eſſe eſſentiæ*, quia convertens agit de eſſe exiſtentiæ. Prætereà condonemus argumentandi gratiâ in converſione ſervari eſſe eſſentiæ, au-ne ideò ultima converſa erit vera? nullo modo. Concludendum igitur eſt has Enunciationes ſic debere converti, *Neceſſarium eſt omne animal eſſe vivens Ergo neceſſarium eſt poſſe dari aliquod vivens quod ſit animal: Ergo poſſibile nullum dari in rebus vivens, quod non ſit animal.* Nō aliter, *Neceſſarium eſt Petrum eſſe hominem. Ergo neceſſariū eſt poſſe dari aliquem hominem qui ſit Petrus, &c.*

Neceſſarium eſt quod hoc poſſit fieri, idem eſt ac Poſſibile eſt hoc fieri. Et non id hoc.

trus; Ergo poſſibile eſt nullum dari in rebus hominem, qui non ſit Petrus. Nec ſecùs, *Neceſſarium eſt omnem Muſicum eſſe hominem, Ergo neceſſarium eſt poſſe dari aliquem hominem qui ſit muſicus, Poſſibile eſt nullum dari in rebus hominem, qui non ſit Muſicus.*

[illegible]
Erat ſecunda Regula, *De Modalibus ex Neceſſario & Poſſibili negatis & ex Impoſſibili ſive affirmato ſive negato judicium fiat ex æquipollentium tabulis.* Sed quale indicium? Hoc eſt nihil dicere, ut puto. Noto tamen Impoſſibile negatum, de quo in ſecunda hac Regulâ, eſſe idem ac Poſſibile affirmatum, de quo in primâ.

[illegible] Contingens [illegible]
Erat tertia, *Contingens, ſi ſumatur propriè, pro eo quod poteſt eſſe & non eſſe; tunc affirmativa quidem eodem modo convertuntur, quo abſoluta; negativa autem non item, particulares enim convertuntur ſimpliciter, & univerſales tantùm per accidens.* At exempla diruunt iſtam Regulam. Meditare ſequentia. *Contingens eſt omnem (vel aliquem) hominem eſſe muſicum, Ergo contingens eſt aliquem muſicum eſſe hominem. Contingens eſt omnem (vel aliquem) hominem non eſſe muſicum, Ergo contingens eſt aliquem muſicum non eſſe hominem.* Ubi certum eſt, homini eſſe contingens ſcire aut neſcire muſicam, hoc eſt, cantare, at muſico ſeu cantori non eſt contingens eſſe hominem. Ergo ſtandum eſt noſtris Regulis.

Secunda opinio.

Quid ſit Converſio Modalium?
ALbertus K[illegible]uslin Ordinis S. Benedicti & in Univerſitate Salisburgenſi Philoſophiæ Ordinarius Profeſſor ann. 1619. num. 64. ſic inquit.

[A] Converſio Modalium non eſt principalioris prædicati & ſubjecti commutatio (nam modus ſive primo ſive ſecundo loco exprimatur eſt principale ſemper prædicatum Enunciationis Modalis) ſed extremorum dicti, id eſt, minus principalis prædicati atque ſubjecti transpoſitio. [B] Porrò quantum ad Modales diviſas, id eſt, eas in quibus dictio modum ſignificans eſt adverbium, per omnia fit converſio ut ſupra dictum eſt de abſolutarum converſionibus; (Franciſcus Titelman libro Inſtitut. de Enunciat. cap. 25.) Univerſalis autem affirmativa convertitur in *particularem*, affirmativam per accidens. & univerſalis negativa, ut & particularis affirmativa convertuntur ſimpliciter, &c. Cavendum eſt tamen, ut modus univerſalis affirmativus in converſâ poſitus, in convertente mutetur in particularem; etenim aliàs ex converſa verâ, ſequeretur falſa convertens. ut in hoc exemplo. *Creans neceſſariò eſt Deus; ergò Deus neceſſariò eſt creans.* quare hanc oportet inferre convertentem: *Deus poſſibiliter eſt creans.* atque adeò ut ſignum hoc univerſale, *omnis*, poſitum in converſâ abſolutâ univerſali affirmativa, poni non poteſt in convertente, ſed ejus loco aliquod particulare ſignum, quo bona ac formalis efficiatur converſio: ita in propoſito, ſignum hoc univerſale, *neceſſariò*, in converſâ affirmativâ modali poſitum, nō poteſt in convertente poni, quo bona ac formalis reddatur converſio, ſed iſtud particulare ſignum, *poſſibiliter*. [C] De modo autem impoſſibili per omnia ſicut de ſigno univerſali negativo dicendum eſt. undè inquit Titelman. loc. cit. *Sicut ſignum univerſale negativum ſupra diximus in converſione non debere mutari in ſignum particulare, ſed facit converſionem ſimplicem in propoſitione univerſali, in particulari nullam niſi per contrapoſitionem, ita, impoſſibiliter, non opus eſt mutare in converſione propoſitionis univerſalis: in particulari autem nullam facit converſionem niſi per contrapoſitionem. Non enim ſequitur, Aliquod animal impoſſibiliter eſt homo, ergo aliquis homo impoſſibiliter eſt animal, ſed per contrapoſitionem ſequitur, Aliquod animal impoſſibiliter eſt homo, ergò aliquid, quod eſt non homo, impoſſibiliter eſt non animal.* [D] Quantum ad Modales compoſitas, nempe eas, in quibus dictio modum ſignificans eſt nomen; illæ, quæ ſunt ex neceſſario & poſſibili affirmatis, eodem modo convertuntur, quo converti ſolent enūciationes abſolutæ, loquendo quidem de converſione ſimplici, & per accidens [b]; eam namque quæ fit per contrapoſitionem, aliorum more ut minùs utilem aut neceſſariam omittimus. hinc iſta: *Neceſſe eſt omnem hominem eſſe animal* aptè convertitur in hanc: *Neceſſe eſt aliquod animal eſſe hominem.* & hæc: *Neceſſe eſt nullum hominem eſſe lapidem*: aptè convertitur in iſtam: *Neceſſe eſt nullum lapidem eſſe hominem*; aut, *aliquē lapidem non eſſe hominem.* Aliquæ licet ejuſmodi converſiones aſpectu primo, non videantur bonæ, quales ſunt; *Neceſſe eſt aliquem hominem album eſſe hominem: ergò neceſſe aliquem hominem eſſe hominem album. Eſt neceſſarium omne grammaticum eſſe hominem, ergò neceſſarium eſt aliquem hominem eſſe grammaticum.* eas tamen aliasque ſimiles (ſi modo in neutra converſionis propoſitione mutetur acceptio terminorum) ut bonas amplectimur. ut enim hæc propoſitio: *Aliquis homo eſt homo albus* · accipitur ſecùndum ſe, aut quatenus eſt convertens iſtius univerſalis: *Omnis homo albus eſt homo.* accepta priori modo, ſit licēt contingens, at prout eſt convertens univerſalis prædictæ, neceſſaria eſt, quia ſcilicet homo eſt neceſſaria pars iſtius totius poſſibilis conceptûs, *Homo albus*: &, ut neceſſarium eſt grammaticum, formaliter quando eſt, in homine eſſe, ita è contra neceſſarium eſt hominem aliquem exiſtere grammaticum; datâ ſcilicet hypotheſi, quod exiſtat grammaticum, id eſt, ut neceſſarium eſt grammaticum, ſi eſt actu, vel quod actu exiſtit, eſſe hominem, ita è contra neceſſarium eſt hominem aliquem eſſe grammaticum; illud inquam grammaticum, quod actu exiſtit, vel, ut neceſſarium eſt grammaticum eſſe (cùm ſit accidens unius certi ſubjecti ſpecifici) intrinſecum habere ordinem ſeu reſpectum ad hominem, extra quem ſcilicet exiſtere non poteſt; ita neceſſarium eſt quoque hominem, iſtum ordinem ſeu habitudinem terminare, adeoque ſaltem eſſe capacem denominationis à Grammaticâ. vel poterit, ſalvo Ariſtotelis judicio, de his modalibus, ſimiliter atque de ſupradictis theſi C. ex Titelmanno reſponderi; quantùm ad earum converſionem, videlicet modum, *neceſſe*, cum univerſalis ſit affirmativus, convertendum eſſe non in univerſalem, ſed in particularem iſtum *poſſibile*. [E] Modalis ex poſſibili generatim accepto, & affirmato, convertitur inſtar abſolutarum à hinc iſta

Margin notes: MCCC-LXV. (?) — Quid ſit Converſio Modalium? — Converſionis Modalium Regula. — An modi debeant converti? — ab Ariſt. in 1. prior. cap. 3. Conimbr. in comment. — [illegible] Ariſtot. [illegible]

iſta: *Poſſibile eſt quoddam animal ambulare.* convertitur abſque dubio in hanc: *Poſſibile eſt aliquod ambulans eſſe hominem.* Inſuper modales ex contingenti propriè ſeu ſpecialiter ſumpto, ſi quidem fuerint affirmativæ, eodem modo, quo abſolutas convertes. v.g. hanc: *Contingens eſt omnem, vel aliquem hominem ambulare*, in iſtam: *contingens eſt aliquod ambulans eſſe hominem.* quod ſi negativæ fuerint, efficies ex verâ converſa falſam convertentem, ut ex iſta: *Contingens eſt nullum hominem eſſe philoſophum.* iſtam: *contingens eſt nullum philoſophum eſſe hominem.* Denique converſiones modalium ex neceſſario & poſſibili negatis, atque ex impoſſibili ſive affirmato ſive negato, facilè ex earum æquipollentiis intelligi poterunt a v.g. quia hæc: *Non neceſſe eſt nullum hominem eſſe animal* æquipollet huic: *Poſſibile eſt aliquem hominē eſſe animal*, & hæc convertitur in hanc: *poſſibile eſt aliquod animal eſſe hominem*, etiam illa convertetur in huic æquipollentem, iſtam videlicet; *Non neceſſe eſt nullum animal eſſe hominem.* ultimò negativas particulares neq; ſimpliciter neque per accidens eſſe convertendas vi formæ demonſtrant hæ vitioſæ converſiones: *Neceſſe*, vel, *poſſibile eſt aliquod animal non eſſe hominem. ergò neceſſe*, vel, *poſſibile eſt aliquem hominem non eſſe animal. Impoſſibile eſt aliquem hominem non eſſe animal. ergò impoſſibile eſt aliquod animal non eſſe hominem.* atque iſta de his ſufficiant.

a Conimbr. in cap. Ariſtotelis prædict.

MCCC-LXVI. Hæc Keuslinus, doctiùs & uberiùs quàm alij. Sed ſunt aliqua quæ veniunt neceſſariò notanda.

Parragrapho A dictum tantummodò convertendum affirmat, cùm tamen modum etiam poſſe & debere aliquando converti certum ſit, quod & ipſe admittit paulò inferiùs.

Reiiciuntur Keuslinii Regulæ. Illa Regula, quam ponit parrag. B. eſt valde brevis & facilis, ſed valde fallax; ſequor præcepta noſtri Keuslini, & exempla propono. *Omnis homo eſſentialiter eſt animal, Ergo aliquod animal eſſentialiter eſt homo. Omnis homo contingenter eſt muſicus, Ergo aliquis muſicus contingenter eſt homo.* Et exiſtimo te dubitaturum eſſe de primâ conſequentiâ, & eſſe negaturum ſecundam.

Ad parragraphum C. nolo hanc propoſitionem, *Aliquod animal impoſſibiliter eſt homo*, videri affirmativam; & ſi talis dicatur, adſentiendum eſſe Titelmano, & corrigendum Keuslinum (vel fortè utrumque) nam aſſeruit ille parragraph. B. Modales, in quibus modus eſt adverbium, debere converti ut abſolutas, & per conſequens hanc *Aliquod animal impoſſibiliter eſt homo*; debere converti in hanc, *Aliquis homo impoſſibiliter eſt animal*; quod bene negat Titelmanus.

MCCC-LXVII. Ad parragr. D. dico me neſcire cur ſit vera illa propoſitio, *Neceſſe eſt aliquod animal eſſe hominem*. nō enim neceſſe eſt eſſe homines; ſed quia poſſet Keuslinus ad *eſſe obiectivum* recurrere, recurro ad muſicam, & eamdem recino cantilenam, & has aſſertiones propono, *Neceſſe eſt omnem muſicum eſſe hominem, Ergo neceſſe eſt aliquem hominem eſſe muſicum.* Quis unquam conſequentiam admittet. Ut eludat hanc objectionem ſic ſubſumit. [Ut neceſſarium eſt grammaticum formaliter quando eſt in homine inſe. contrà neceſſarium eſt hominem aliquem exiſtere grammaticum, datâ ſcilicet hypotheſi quod exiſtat grammaticum.] Sed rideo. Primò enim grammatica quando eſt in homine, neceſſaria non eſt, ſed contingens: nec unquam eſt contingenter, niſi quando in homine eſt; non enim eſt contingenter ipſa, quando non eſt. Et quidquid Keuslinus dicat aut non dicat, hæc aſſertio, *Grammaticus eſt homo*, eſt eſſentialis, & hæc *Homo eſt grammaticus*, accidentalis. Nec iuvat recurſus ad hypotheſin, quia ſicut nix ex hypotheſi quod ſit alba, non poteſt dici nigra, ſic ſubjecti & prædicati connexio, ex hypotheſi quod ſit contingens, non poterit dici neceſſaria. Accedit, quòd ſi conſequens ſupponat antecedentem & ideò neceſſitatem involvat, hæc erit legitima illatio, *Contingens eſt aliquod album eſſe dulce, Ergo neceſſarium eſt aliquod dulce eſſe albū*; dicam enim, ex hypotheſi quod album ſit dulce, ſequi neceſſariò quod dulce ſit album. Quod ſi hæc Keuslini hypotheſis ſemel obtineat in modis *Satirus* & *Gemuti* (aut etiam *Amabimus* & *Edentuli*, *Sunt atavi* & *Qui reſerunt*, *Calebimus* & *Celaturi*) tertii modi erunt neceſſarij, quia ex hypotheſi, quod unus verus ſit, reliqui neceſſariò inferuntur. Sed hoc eſt neceſſitatem (vel, ut meliùs loquar, infallibilitatem) conſequentiæ cum neceſſitate conſequentis confundere; bene enim ſtat rem eſſe contingentem & tamen neceſſariò inferri aut præcognoſci.

Hypotheſes & reduplicationes non inducunt neceſſitatem ſed infallibilitatem. Nota hoc bene.

Ad parragr. E. nego iterum eſſe bonam hanc converſionem, *Contingens eſt nullum hominem eſſe Philoſophum, Ergo contingens eſt nullum Philoſophum eſſe hominem*, aut clariùs *Contingens eſt omnem Philoſophum non eſſe hominem.* Cætera, quæ addit aut intermiſcet, aut non differunt à noſtrâ doctrina, aut manent ſatis confutata.

Tertia opinio.

MCCC-LXVIII. IOannes Lalemandetius Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paulâ Provincialis, ſuum Curſum Philoſophicum edidit Monachij in Bavariâ ann. 1644. & in Apparatu Iſagog. part. 7. num. 21. ſic inquit.

[Pro converſione Modalium ſit regula generalis, Ipſas non converti ex parte modi, ſed ex parte dicti. v.g. *Petrum ſtudere eſt poſſibile*, ſic convertitur, *Aliquod ſtudens eſſe Petrum eſt poſſibile.* Convertuntur autem dicta, ſervatis regulis converſionis abſolutæ Propoſitionis. &c. Diſſimilis Modalium methodus affertur à Toleto *libr. 3.* Fonſecâ *libr. 3. Inſtitutionum Dialect. cap. 9*, Bañez *in maiori Dialect. lib. 4. cap. 1.* Sed prælata methodus multò facilior eſt.] Et ego non facilitatem, ſed doctrinæ veritatem requiro nec facilitatem laudabo, quæ cum falſitate cōiuncta. Hanc doctrinam iam evidenter falſitatis convictam, non eſt cur iterum impugnare velimus. hæc enim aſſertio, *Neceſſarium eſt omnem Muſicum eſſe hominem*, iuxta Lalemandetij Regulam dat hanc falſam, *Neceſſarium eſt aliquē hominem eſſe Muſicum*, quam omnes viri docti reiicient.

Impugnatis aliorum authorum opinionibus, ad meam redeo, quam ſolam tenendam exiſtimo,

exiſtimo; pono calamum dicens cum Lalemandetio [Plura de Modalibus in unum congerere inutile foret, cum hujus materiæ nullum redũdet in Philoſophiam commodum; deinde plus juſto de eo jam egerunt tum Recentiores, tum Veteres Summuliſtæ; quare ad utiliora feſtinãdum; quia, ut ait Nyphus *lib. I. Perihern.* multi, ut Logicam ſervent ad unguem, amittunt Philoſophiam, & mora in his impedit ſcire veritatem. Non igitur hac in re magis eſt immorandum.] Sic ille, qui & potuiſſet citare etiam P. Rodericum Arriagam *diſp.* 2. *Summul.* dicentem, [Hæc omnia conficta ab his, qui annum integrum in ſolis Summuliſticis nugis tranſigere decreverunt, nec cum magnâ, ne dicam nullâ utilitate.] At iſta, quæ poſſunt ignorari à diſcipulis, à Magiſtris ignorari quis tolceret?

NOTA.

MCCCLXIX.

A Converſâ ad Convertentem Theologi frequentiſſimè tranſeunt; ſecuritatem diſcursûs jam oſtendimus, modum nos poterit docere D. Thomas, qui 1. *part, quæſt.* 36. *art.* 4. ſic arguit. *Si pater & filius ſunt unum principium Spiritûsſancti, videtur à converſo dicendum, quod unum principium Spiritûsſancti ſit pater & filius. Sed hæc videtur eſſe falſa. Quia hoc quod dico principium, oportet quod ſupponat, vel pro perſonâ patris, vel pro perſonâ filij: & utroque modo eſt falſa: Ergo etiam hæc eſt falſa: pater & filius ſunt unum principium Spiritûsſancti.* Et reſpondet, *dicendum quod hæc etiam eſt vera, Unum principium Spiritûsſancti eſt pater & filius: quia hoc quod dico principium non ſupponit pro unâ perſonâ tantùm, ſed indiſtinctè pro duabus.*

PARS

ULTERIOR.

DE Modis aliquibus tractavi in Logicâ, non de omnibus: etiam de aliquibus in ulteriori hujus Tractatûs parte; non enim Naturali Philoſopho neceſſaria eſt omnium eorum notitia, ſed Morali, Supernaturali aut Divino. Hanc ob rem ſumo ſecundum calamum recogniturus aut etiã retractaturus dicta, & addirurus plurima, quæ hucuſque intacta; nam ob hanc rem hanc partem *ulteriorem* appello, quia in ipsâ omnia aut pleraque ſunt ultra communem vulgaremque Dialecticorum captum; ſunt enim aut nova omnia; aut ſi antiqua, tradita novo modo.

Cur dicatur ulterior hæc tractatûs præſentis pars.

MCCCLXX.

An hic tractatus ad Logicã Vocalem pertineant?

Hæc omnia volui in Logicam Vocalem ponere, ſed aſſenſum cohibui, ne Modalium examen ibi inſtitutum & novis ſpeculationibus auctum, novis implicarem Modalibus. Minùs ſubtilia eſſe debent, quæ tradenda omnibus: & præcipuè iuvenibus aut etiam pueris, quæ autem ſubtiliora creduntur, debent paucis, iiſque ſelectiſſimis tradi. Tibi igitur hæc ſeorſim ſcribo, quæ ſcio intelligi à cunctis non poſſe; tibi, inquam, Lector optime, qui verſatiſſimus in Modalium materiâ. Non autem hæc incipientibus; quoniam debet Magiſter eſſe omnibus omnia, & ut hanc prærogativam obtineat, omnia omnibus proponere minimè debet, ſed ſe omnibus attemperando, clariora omnibus tradere, & ſubtiliſſima non niſi paucis hoc eſt, ingenio nobiliſſimo præditis. Tu igitur, qui ſupra alios audes, mentem præpara, & Modales aliquas circumſtantias, quæ alterant iudicium & reſolutionem, ſi in conſultatione proponantur, exſpecta.

Et hîc obiter nota, Modalium Expoſitionem veteres Summuliſtas *Pontem aſinorum* vocaſſe; & quidem neſcio, an ipſi non ceciderint erraverintque in nominis impoſitione. Pons aſinorum ille eſt, per quem aſini tranſeunt; & ſiquidem hunc pontem nullus tranſivit aſinus, pons eſt, non tamen aſinorum ſed ſapientum dicendus; tranſeunt iſti, hærent illi; iſti progrediũtur, illi decidunt & in ignorantiæ luto volutantur. Macte igitur animo, Candide Lector, ſiquidem formalium Modalium inſtitutionem in rationali Philoſophiâ optimè intellexiſti, & pontem, (ſi ſic loqui volumus) ſecurè pertranſiiſti; aperi oculos, & eamdem ſecundò viam, ſed ſublimiori ſpiritu ductus, recurre.

An Tractatus Modalium meritò Pons Aſinorum appelletur?

ARTICULUS I.

De modis poſitivis Poſſibilitatis, Contingentiæ, Neceſſitatis & Libertatis.

HI modi *poſitivi* dicuntur, ut à negativis diſtinguantur, quales ſunt, Modi *Non-poſſibilitatis, Non-contingentiæ*, & *Non-neceſſitatis*; de quibus ſtatim agemus.

MCCCLXXI.

Quid & quotuplex ſit poſſibilitas?

Poſſibile illud dicitur, quod poteſt eſſe; & bifariam ſumitur, videlicet, purè & præciſivè. *Poſſibile præciſivè* illud dicitur, quod eſſe poteſt, ſive exiſtat de facto, ſive non; hoc ſenſu non ſolùm mundus alter, ſed hic ipſe poſſibilis eſt. *Purè* autem *poſſibile* illud dicitur, quod de facto non eſt, ſed poteſt eſſe. Hoc ſenſu nos non ſumus poſſibiles, nam de facto exiſtimus; eſt tamen de facto poſſibilis mundus alter: qui quidem de facto non eſt, ſed condi poteſt. Hos duos poſſibilitatis mo-

tem veram : ſi retineatur illud *Deo* , sic ſicut neceſſitatem & impoſſibilitatem , ſic contingentiam afficere conſervationem paſſivam : ipſa enim à Deo tanquam ab extrinſeco pendet , & ideò reſpectu Dei contingens eſt: quod ſi contingentiæ vocabulum dicatur denominare conſervationem activam (ſed de hac non agitur in duabus prioribus propoſitionibus) tertia propoſitio erit falſa , & non opponetur prioribus.

Hi termini , *Contingens*, *Non contingens* , ſunt contradictorii ; & ex Neceſſario & etiam ex Impoſſibili ad Non-contingens valebit conſequentia : quod enim neceſſarium eſt, non eſt contingens: & quod impoſſibile eſt , non eſt contingens.


Non-contingens & Poſſibile.

Sed quo opponuntur modo *Non-contingens*, & *Poſſibile* ? Hæ duæ poſitiones ſunt veræ, *Deus poſſibilis eſt* , *Deus contingens non eſt* : etiam iſtæ, *Poſſibile eſt chimeram non eſſe* , *Non eſt contingens chimeram eſſe vel non eſſe*. Sed non occurrit exemplum , in quo hi modi conveniant propoſitionibus ſimul falſis : ergo ſunt Subcontrarij.

De Materia Propoſitionum.

MCCCLXXIV. Materia propoſitionum triplex.

TRiplex eſt: Neceſſaria , Remota, Contingens. Sanè , ſi propoſitiones ſint in materiâ neceſſariâ, & tamen modo neceſſitatis afficiantur , formabuntur in neceſſitate, quam habuerant antequam illo afficerentur. omnes enim aſſerentes erunt converæ , & omnes negantes confalſæ. Conſidera figuram ſubſequentem.



De nomine contradictionis.

Aſſerentibus ſingulæ ſingulis negantibus ſunt ita oppoſitæ,ut nec poſſint eſſe ſimul veræ, nec ſimul falſæ. Si hanc oppoſitionem velis contradictoriam dicere de vocibus non diſputabo : ſuadebo tamen ut aliter illam exponas, ne receptas nominū ſignificationes alterare dicaris. Omitto ſemper propoſitiones indefinitas; quoniam ipſæ in materiâ neceſſariâ & remo-

De Indefinitarum æquipollentiâ.

tà univerſalibus , in contingenti particularibus æquipollent : & noto obiter differentias non prædicari *in quid* , ſed *in quale quid* , & ideò ad materiam neceſſariam reduci in præſenti non poſſe, niſi ſint conſtitutivæ & non diviſivæ : Nam rationale, quod prædicatur de animali *ut quale*, prædicatur de homine *ut quid*. Et ſi prædicetur de homine, erit materia neceſſaria ; & ſi de animali,contingens, ut ſtatim videbimus.

De modis argumentandi in hac materiâ.

Modus argumentandi & inferendi iſte eſt. Nam qui ex iſtis poſitionibus unam admiſerit vel negaverit, tenebitur neceſſariò dicere reliquas duas eiuſdem columnæ illi eſſe ſimiles, tres alias eidem oppoſitas.

Pono exemplum. Admiſeras hanc poſitionem, *Neceſſarium eſt hunc hominem eſſe animal*, & inſero ; *Ergo etiam verum eſt Aliquem & Omnem hominem neceſſariò eſſe animal. Ergo falſum Omnem hominem* , *Aliquem aut etiam Hunc neceſſariò non eſſe animal*. Et paulatim oſtendo. Nam, ſi hic homo neceſſariò eſt animal , vel incurret hāc neceſſitatem ratione hæcceitatis, vel ratione humanitatis ; non priori modo, quia animalitas non imbibitur in hæcceitatis conceptu , igitur poſteriori. Hic igitur homo , non quà hic, ſed quà homo, eſt animal: Quicumque igitur habuerit eamdem rationem , etiam erit animal. Atqui omnis homo eſt homo ; ergo etiam animal. Ergo , ſi omnis homo eſt animal, etiam aliquis homo eſt animal. *Et etiam* ad aliam columnam deveniendo , dico impoſſibile eſſe, ut omnis homo neceſſariò non ſit animal , ubi ponitur omnem hominem neceſſariò eſſe animal. Ratio eſt, quia ſi omnis homo neceſſariò habet animalitatem, ne unus quidem illâ carere poteſt , & tamen carerent universi, ſi omnibus eſſet neceſſarium quod non eſſent animalia, hoc eſt, quòd animalitate carerent. Stat igitur omnes aſſerentes eſſe neceſſariò veras , negantes omnes eſſe neceſſariò falſas, adeòque è quâcumque aſſerente ad quamcumque negantem non aliter quàm per repugnantiam tranſiri.

MCCCLXXV. differentia duplex.

POſui exemplum in materiâ neceſſariâ , cuius prædicationes ſunt *in quid* , & ad duo prima prædicabilia pertinent; ſubiungam alterum exemplum in materiâ differentiali diviſivâ , quia de conſtitutiva eodem modo ac de neceſſariâ eſt philoſophandum. Nam ſi in præcedenti figurâ loco *animalis* poſuiſſem *rationale* nihil omninò in judicio alterari debuiſſet.

Omne animal eſſe rationale neceſſariũ eſt.	Neceſſariò conſalſæ.	*Nullum animal eſſe rationale neceſſarium eſt.*
	Repugnantes. Repugnantes.	
Aliquod animal eſſe rationale neceſſarium eſt.	Neceſſariò converæ.	*Aliquod animal nõ eſſe rationale neceſſarium eſt.*
Hoc animal eſſe rationale neceſſarium eſt.	Si deſignetur idem numero animal ſunt repugnãtes: ſed ſi diverſũ, diſparatæ.	*Hoc animal non eſſe rationale neceſſarium* eſt.

Singula examinaturus, noto illud *eſſe* non ſignificare exiſtentiam actualem, hæc enim accidens hominis eſt, ſed exercitium eſſentiæ aut potentiæ, & ideò præſcindendo ab omni exiſtentiâ debere verificari. Quo prænotato, ad primam poſitionem devenio, quæ eſt univerſalis & aſſerens. nimirùm *Omne animal neceſſariò eſt rationale*, ſive quod idem eſt, *Neceſſarium eſt, eſſe rationale omne animal.* Hæc autem poſitio falſa eſt: & univerſalis negativa, quæ illi opponitur, nimirùm, *Omne animal neceſſariò eſt non rationale*, aut *Neceſſarium eſt, ut omne animal non ſit rationale*, eſt conſalſa. at utraque particularis eſt neceſſariò convera: differentiæ enim diviſivæ eſſentialiter competit; quod neque prædicetur de omni neque negetur de omni, ſed quod de aliquo verè affirmetur, & de aliquo verè negetur. Sanè vera eſt hæc particularis, *Aliquod animal neceſſariò eſt rationale*, nam homo eſt aliquod animal, & neceſſariò imbibit rationalitatem. Similiter hæc etiam, *Aliquod animal neceſſariò eſt non rationale* (mihi negatio non afficit copulam ſed prædicatum) eſt omninò vera, nam Equus eſt aliquod animal, & tamen illi non eſſe rationali neceſſarium eſt. Duæ illæ ſingulares, *Hoc animal neceſſariò eſt rationale*, & *Hoc animal neceſſariò eſt non rationale*, repugnantes & contradictoriæ ſunt, ſi ſint de eodem ſubjecto: nam ſi *huius* & *huius animalis* vocabulo intelligatur Petrus, aſſerens erit neceſſariò vera, & negans neceſſariò falſa. Si intelligatur Pegaſus, aut aliud diſtinctum ab homine, aſſerens erit neceſſariò falſa, & negans neceſſariò vera. Quod ſi non ſint de eodem, non opponentur inter ſe: nam erunt ſimul veræ, ſi aſſerens agat de Homine, negans de Cane; ſimul falſæ, ſi aſſerens de Cane, negans de Homine. [*Nota hoc iterum* illud *eſſe* ſumi pro Connexione prædicati & ſubjecti: quia ſi ſignificet *exiſtere* univerſæ poſitiones ſunt falſæ non enim eſt neceſſarium, quod exiſtat aliquod animal quod ſit rationale, nec aliquod quod non ſit. Sed eſt neceſſarium omninò *quòd ſit*, hoc eſt, *quòd non repugnet, quòd exiſtere poſſit.*]

Eſſe duplex: eſſentia & exiſtentia.

MCCCLXXVI. Si materia ſit propria, eodem omninò modo ac de neceſſariâ philoſophare; propriè enim loquendo *proprium* dicimus, id quod in quarto modo Dialectici ſolent conſtituere; nimirùm, quod convenit omni & ſoli & ſemper. nam ſicut admittimus omnem hominem eſſe neceſſariò rationalem, admittemus etiam eſſe neceſſariò riſibilem. Vel quia rationalitas & riſibilitas eadem eſt realitas, & habet diverſa nomina ad terminos diverſos collata; vel quia ſunt duæ realitates ita inter ſe connexæ, ut nequidem divinitùs poſſint ſeiungi: vel ſaltem ita connexæ ut ſine miraculo ſeparari non poſſint. Si hæc ultima neceſſitas placeat, hæc poſitio, *Neceſſarium eſt hominem eſſe riſibilem proximè*, hoc eſt, *habere potentiam proximam ridendi*, erit vera iuxta leges ordinariæ potentiæ, falſa iuxta leges potentiæ abſolutæ; at iſta *Neceſſarium eſt hominem eſſe riſibilem ſaltem remotè aut radicaliter*, erit in omni conſideratione vera, Deus enim ſi miraculosè riſibilitatem auferre à Petro poteſt, de quo dubito, ne Petrus capax ſit habendæ illius, facere non poteſt.

Proprium in quarto modo quid.

An riſibilitas diſtinguatur realiter ab animali? An poſſit ab eo ſeparari?

Potentia proxima, & remota.

SI materia ſit contingens, omnes propoſitiones erunt conſalſæ, & cognitâ unius falſitate reliquarum falſitas innoteſcet. Conſidera figuram ſubſequentem. MCCCLXXVII.

Omnem hominem eſſe album neceſſarium eſt.		*Nullum hominẽ eſſe album neceſſarium eſt.*
Aliquem hominem eſſe album neceſſarium eſt.	Omnes a ſex ſunt conſalſæ.	*Aliquem hominem non eſſe album neceſſarium eſt.*
Hunc hominem eſſe album neceſſarium eſt.		*Hunc hominem non eſſe album neceſſarium eſt.*

Omnes conſalſæ ſunt; quia albedo de lapide nec neceſſariò aſſeritur, nec etiam neceſſariò negatur.

De modo Poſſibilitatis præcisè ſumpta.

IN materiâ neceſſariâ omnes aſſerentes ſunt cõveræ, & negantes conſalſæ, & unaquæque MCCCLXXVIII.
aſſerens unicuique neganti repugnat. In remotâ materiâ omnes & ſingulæ negantes ſunt veræ, aſſerentes ſunt falſæ; & ſingulæ aſſerentes ſingulis negantibus ſunt oppoſitæ repugnanteſque. Conſtitutivam differentiam materiæ adſcribo neceſſariæ, & ſic nihil de illâ ſpeciale ſubiungo; de diviſivâ aliquid apponam inferiùs, & poſtmodum de contingenti, in quâ omnia debent admitti, omnes enim propoſitiones ſunt converæ.

Veniendo

Veniendo igitur ad materiam neceſſariam, ponam exemplum in conſtitutivâ differentiâ, quæ neceſſaria eſt conſtituto.

Omnem hominem eſſe rationalem poſſibile eſt (N.V.)		*Nullum hominem eſſe rationalem poſſibile eſt.* (N.F.)
∪ | >		∪ | >
< | ∩		< | ∩
Aliquem hominē eſſe rationalem poſſibile eſt (N.V.)	Incomponibiles & Repugnantes.	*Aliquē hominem non eſſe rationalē poſſibile eſt* (N.F.)
∪ | >	*Aſſerentes ſunt* N.V. *hoc eſt, neceſſariò vera, & negantes ſunt* N.F. *hoc eſt, neceſſariò falſa.*	∪ | >
< | ∩		< | ∩
Petrum eſſe rationalē poſſibile eſt. (N.V.)		*Petrum nō eſſe rationalē poſſibile eſt* (N.F.)

EOdem omninò modo cooptabuntur proprietates, eo videlicet ſenſu quo neceſſariæ ipſæ dicuntur, & paulò antè explicavimus. Sed paulò aliter differentiæ diviſivæ, ut conſtat ex figurâ ſequenti.

Omne animal eſſe rationale poſſibile eſt. (N.V.)	Neceſſariò confalſæ.	*Nullum animal eſſe rationale poſſibile eſt.* (N.F.)
<	Repugnantes. Repugnantes.	>
∪		∩
Aliquod animal rationale poſſibile eſt. (N.V.)	Neceſſariò converæ.	*Aliquod animal non eſſe rationale poſſibile eſt* (N,V.)
∪		∩
<		>
Hoc animal eſſe rationale poſſibile eſt.	Repugnātes, ſi ſint de uno & eodem animali.	*Hoc animal non eſſe rationale poſſibile eſt.*

NE ſit æquivocatio in modo ſignificandi, adnotato, hanc propoſitionem, *Poſſibile eſt eſſe rationale omne animal*, æquivalere huic, *Omne animal poteſt eſſe rationale*, quæ eſt falſa: quia cùm omne dicit, exiſtentia & poſſibilia includit; & tamen bruta omnia, ſunt animalia & rationalia eſſe non poſſunt. [Hic nota hanc propoſitionem, *Poſſibile eſt ut omnia animalia ſint rationalia*, ſi agat de ſolis exiſtentibus & nulla exiſtant præter homines, poſſe concedi: ſed tunc mutatur ſenſus, non enim aſſeritur quod omni animalitati poſſit rationalitas competere, ſed quod poteſt dari hypotheſis, quæ omnia bruta excludat, & homines ſolos comprehendat.]

In materiâ contingenti univerſæ ſunt veræ, ut videre eſt in figurâ ſequenti.

Omnem lapidem eſſe album poſſibile eſt. N.V.		*Omnem lapidem non eſſe album poſſibile eſt.* N.V:
>		<
∩		∪
Aliquem lapidē eſſe album poſſibile eſt. N.V.	Omnes hæ ſex ſunt neceſſariò converæ, & concedendæ.	*Aliquem lapidem non eſſe album poſſibile eſt.* N.V:
∩		∪
>		<
Hunc lapidem eſſe album poſſibile eſt. N.V.		*Hunc lapidem nō eſſe album poſſibile eſt.* N.V.

Ubi vides clariſſimè unâ poſitâ verâ, reliquas omnes propoſitiones eſſe neceſſariò admittendas: adeòque vel omnes eſſe veras, vel nullam in materiâ contingenti:

De Contingentiæ modo.

DE Contingentiâ aliquid inſinuavi ſuperiùs, breviter tamen: nunc uberiùs eadem retractabo. Sanè ſi caſtè nomina interpretemur, illud dicitur eſſe contingenter, quod de facto eſt, ita tamen ut non eſſe poſſit; &, ſi hæc operandi & non operandi potentia, auferat indifferentiam ab intrinſeco, non iam contingenter eſſe dicitur, ſed liberè: nam quod operatur, ſi ab intrinſeco habeat, quòd poſſit non operari, erit agens liberum; ſi habeat ab extrinſeco, quòd poſſit non operari, erit agens contingens. MCCC. LXXIX.

In materiâ neceſſariâ omnes propoſitiones, quæ afficiuntur Modo Contingentiæ erunt falſæ. Pono exempla.

Contingens eſt omnem hominem eſſe animal.		*Contingēs eſt nullum hominem eſſe animal.*
>. C.		>. C.
Contingens eſt aliquem hominem eſſe animal.	Omnes iſtæ ſex ſunt neceſſariò cōfalſæ, & negandæ.	*Contingens eſt aliquem hominem non eſſe animal.*
>. C.		>. C.
Contingens eſt hunc hominem eſſe animal.		*Contingens eſt hūc hominem non eſſe animal.*

Falſæ ſunt univerſæ: non enim homini contingit eſſe animal, aut eſſe non animal: illi enim neceſſariò competit Animalitas, repugnatque carentia Animalitatis.


Similiter in materiâ remotâ, omnes ſex erunt etiam confalſæ; & ne multiplicemus exempla in propoſitionibus antecedentibus loco *Animalis* pone *Lapidem*, & habebis has ſex propoſitiones. [*Contingens eſt*

omnem hominem eſſe lapidem. Contingens eſt aliquem hominem eſſe lapidem. Contingens eſt hunc hominem eſſe lapidem. Contingens eſt nullum hominem eſſe lapidem. Contingens eſt aliquem hominem non eſſe lapidem. Contingens eſt hunc hominem non eſſe lapidem.] Omnes falſas.

De differentiâ conſtitutivâ nihil ſpeciale eſt dicendum; quoniam ipſa ad materiam neceſſariam ſpectat, & ejus carentia ad remotam.

MCCC-LXXX. De diviſivâ dico nihil in Ipsâ eſſe contingens; adeòque omnes poſitiones, ſi afficiantur contingentiæ modo, reddi falſas. Conſidera ſequentes. *Contingens eſt omne animal eſſe rationale* (ago, non de animalibus exiſtentibus ſed de Poſſibilibus) eſt falſa quia eſt neceſſarium quod unum ſolum (nempe, animal humanum) rationale ſit, & eſt neceſſarium quòd reliqua (utpote bruta) ſint irrationalia. Non aliter erit falſa hæc, *Contingens eſt omne animal eſſe irrationale.* Et quia eſt neceſſarium aliquod animal eſſe rationale, & aliquod eſſe irrationale, ideò neutrum erit contingens, & per conſequens hæ duæ poſitiones, *Aliquod animal contingenter eſt rationale*, & *Aliquod animal contingenter eſt irrationale*, erunt etiam confalſæ. Non aliter hæc, *Hoc animal contingenter eſt rationale*, (ſignato Homine eſt falſa, quia homini non contingenter ſed neceſſariò competit rationalitas; ſignato Equo eſt etiam falſa, huic enim ne quidem cōtingenter competit, Et ſi ad negativam recurras, nec Homo nec Equus contingenter caret rationalitate; quia Homo nullo caret modo, & Equus caret quidem illâ, non tamen contingenter, ſed neceſſariò.

SI materia fuerit contingens, nulla erit propoſitio neceſſariò vera, ſed ex hypotheſi quod una ſit vera, dabitur ad reliquas, aut ſaltem ad reliquarum aliquam vel aliquas ſecura illatio. Conſidera delineationem ſubſequentem.



Univerſales dicuntur *Contrariæ*, quia poſſunt eſſe ſimul falſæ. Particulares *Subcontrariæ*, quia poſſunt eſſe ſimul veræ; nam ſicut contrariæ pugnant in veritate, ſic & ſubcontrariæ in falſitate. Singulares, ſi ſint de eodem homine, inter ſe, & cum univerſalibus ex diametro conſtitutis opponuntur contradictoriè; non enim poſſunt eſſe aut ſimul veræ aut ſimul falſæ. Reliqua patent ex doctrinâ communi, quam non vacat repetere.

MCCC-LXXXI. Inſubalternis ratio conſequentiæ eſt ex A (antecedenti) ad C (conſequens) bene enim ex omni infertur aliquis, item ex hoc aliquis; non autem contra ex aliquo omnis vel hic.

De modo libertatis.

DE libertate non ſum multa dicturus, quia cùm neceſſitati omni opponatur, omnes propoſitiones, quæ in neceſſariâ aut remotâ materiâ fiant, reddet falſas. Illæ autem, quæ in contingenti erunt veræ reſpectu cauſæ illius, in cuius intrinſecâ poteſtate ſit illam contingentiam extrinſecam determinare.

Singulos modos examinavimus, nunc conferamus mutuò, ut clariùs reluceat, ſiqua ſit oppoſitio aut ſympathia. Conſidera diagramma ſubſequens, in quo non agitur de neceſſitate aut non neceſſitate eſſendi, ſed de neceſſitate operandi.



Libertas quadruplex adſignari ſolet; à coactione, à neceſſitate, à peccato, à miſeriâ. Alibi hæc membra uberiùs expono, hîc breviter cogor reſumere, ne alicui pateat locus æquivocationi. *Libertas quadruplex.*

A coactione liberum dicitur omne illud agens, quod vim non patitur; illud nimirùm, quod extrinſecâ violentiâ non cogitur. Talia ſunt univerſa viventia, quia moventur ab intrinſeco, & non operantur coacta. Unde mirum ſit Calvinianos Lutheranoſque non majorem Homini quam Cani libertatem concedere. *Libertas coactionis.*

MCCC-LXXXII. A neceſſitate liberum dicitur illud, quod quando operatur, tunc poteſt ab operatione deſiſtere. Nota illud *tunc*; non enim dicimus potuiſſe non operari, ſed poſſe. *Libertas neceſſitatis.*

A peccato ille homo liber eſt, quem Chriſtus Dominus clementer liberaverit, & ſanctificatione donaverit. *Libertas à peccato.*

A Miſeriâ ille unicus liber, qui gloriâ donatus divinitùs, ab huius ſæculi miſeriis beatificâ viſione liberatur. *Libertas à miſeria.*

Quærunt Theologi quæ-nam ex his libertatibus ſit illa, quæ moralis dicitur, & actus noſtros *Quæ & qualis ſit*

Humanæ voluntatis libertas Hæreticorum errores. ſtros aut bonos aut malos pervadit? Supponũt omnes duas ultimas arbitrij libertatem ſequi, non conſtituere. Sed ad arbitrij libertatem Hæretici exiſtimant primam ſufficere, & Catholici requirimus utrumque; actus enim liber indifferens & vitalis eſt; quà vitalis à coactione & violentiâ externâ liber; quà indifferens, à neceſſitate.

MCCC-LXXXIII. Dices banc poſitionem, *Neceſſarium Petro eſt, ut loquatur*, repugnare huic, *Contingens eſt Petro ut loquatur.* quoniam ex ipſis contradictiones inferuntur. Nam qui neceſſariò loquitur, non poteſt non loqui; & qui contingenter, poteſt non loqui; & tamen *non poſſe* & *poſſe* contradictoria ſunt.

Reſpondeo hæc vera eſſe, ſi agamus de ſimplici neceſſitate, non de naturalitate ſeu neceſſitate ab intrinſeco: nam actus non liberi, ab intrinſeco neceſſarij & naturales ſunt, & tamen ab extrinſeco contingentes ſunt. nam lapſus, qui reſpectu corporis gravis non impediti eſt neceſſarius intrinſecùs, extrinſecùs contingens eſt: nam ab homine, Angelo aut Deo impedibilis eſt.

An generatio Verbi, & Spiritusſancti processio ſint liberæ. Libertas & Contingentia ſunt termini omninò diſparati. Poſſunt ſimul eſſe, ſimul abeſſe, & unum eſſe ſine alio, & è contrà. Simul abſunt ab operationibus divinis, quas notionales dicimus; ſimul à ſimplici Dei intelligentia; Verbi enim generatio nec libera nec contingens eſt. Similiter ſimplex intelligentia neutrum eſt: neutrum eſt Spiritûsſancti proceſſio, quæ à Scotiſtis libera dicitur à coactione, nos tamen non agimus de hac libertate. Libertas contingentiaque ſimul adſunt actui libero humano aut angelico; quoniam loquutio (ne aliud exemplum promam) libera eſt, contingens eſt. Liberum enim Petro eſt loqui, quia ab intrinſeco habet poteſtatem ut teneat: & etiam contingens Petro eſt, quia impediri ab extrinſeco poteſt. Actus Dei liber habet libertatem ſine contingentiâ: lapis contingentiam ſine libertate.

Poſſibilitas (præciſivam intelligo) in Neceſſitate & etiam in Libertate & Contingentiâ clauditur, & ab ipſis per bonam illationem infertur; eſſe enim poſſunt omnia quæ neceſſariò ſunt, omnia quæ liberè, omnia quæ contingenter; ut verbo dicam, omnia quæ ſunt.

De Modis Negativis.

MCCC-LXXXIV. His poſitivis Modis opponuntur ſequentes, *Non-neceſſarium, Non-poſſibile, Non-Contingens, Non-liberum*: qui poterunt negativi vocari.

Petis; An agamus hîc de neceſſitate eſſendi, an verò de neceſſitate operandi? Reſpondeo, præter hominem nullam creaturam eſſe liberè. Et quidem homo exiſtit liberè, quia ſe occidere liberè poteſt. Sed quo modo exiſtunt cæteræ creaturæ præter hominem? Contingenter. Imò & homo, quem exiſtere dicebamus liberè, exiſtit etiam contingenter: non enim opponitur contingentiæ libertas. Sanè exiſtunt creaturæ contingenter: quia ab alio aut occidi aut annihilari poſſunt: nam Angelos Deus poteſt annihilare liberè, & Animantes occidere poteſt etiam Homo. Contingentia & Neceſſitas non ſemper opponuntur inter ſe, quia Angelo vita & neceſſaria & contingens eſt, & eadem Angeli vita Deo libera eſt. Conſidera benè iſtas propoſitiones. I. *Neceſſarium eſt Angelum vivere*, II. *Neceſſarium eſt Angelo vivere.* III. *Contingens eſt Angelum vivere*, IV. *Contingens eſt Angelo vivere*, V. *Liberum eſt Angelum vivere.* VI. *Liberum eſt Angelo vivere.* Prima eſt falſa, poteſt enim annihilari à Deo. Secunda eſt vera, non enim Angelus poteſt annihilare ſemetipſum. Tertia & quarta ſunt veræ: Angeli enim vita ab alienâ voluntate dependet. Quinta eſt vera, videlicet reſpectu Dei, non verò reſpectu Angeli: nam Deo liberum eſt, quod Angelus vivat aut non vivat. Sexta eſt falſa, non enim in Angeli arbitrio poſitum, ut moriatur aut vivat.

Iſti Modi, *Non eſt liberum*, *Non eſt neceſſarium*, ſimul veri eſſe poſſunt: ut patet in exemplo ſequenti: *Non eſt liberum lapidi ratiocinari. Non eſt neceſſarium lapidi ratiocinari.* Et non occurrunt exempla, in quibus ſimul falſi eſſe poſſint: Ergo ſubcontrarij dicantur.

Inter has, *Non eſt neceſſarium* & *Non eſt contingens*, datur medium; nempe libertas, actus enim Dei liber prout à neceſſario diſtinctus, nec neceſſarius nec contingens eſt; cùm tamen omnium irrationalium operationes & neceſſariæ & contingentes ſint. Cùm igitur hæ poſitiones *Deus amat Petrum neceſſariò*, *Deus amat Petrum contingenter* ſimul falſæ ſint; ſimul veræ hæ, *Canis appetit cibos neceſſariò*, *Canis appetit cibos contingenter*, diſparatæ dicendæ ſunt. MCCC-LXXXV.

Ex iſtâ, *Non eſt poſſibile*, infertur *Ergo non eſt neceſſarium*; imò etiam, *Ergo non eſt liberum.* & iterum, *Ergo non eſt contingens.* non è contra: Subalternæ igitur dicendæ ſunt.

Non-liberum & *Non-contingens* diſparata ſunt. Quia generatio Verbi æterni nec libera, nec contingens eſt & amor meus eſt ſimul liber & contingens. *Non-liberum* & *Non-neceſſarium*, ſi termini bene intelligantur; opponuntur contradictoriè.

PRODERIT aliquas conſequentias adiungere, ut videatur, quî in materiâ Modalium liceat argumentari.

Non eſt neceſſarium Petrum loqui? Ergo vel erit impoſſibile, vel poſſibile; & ſi poſſibile, aut contingens; aut liberum, aut utrumque.

Non eſt poſſibile Petrum loqui? Ergo nec eſt neceſſarium, nec liberum, nec contingens.

Non eſt liberum Petro loqui? Ergò vel eſt contingens vel non contingens; & ſi eſt non contingens, erit aut neceſſarium aut omninò impoſſibile.

Non eſt contingens Petrum loqui? Ergò vel eſt illi liberum vel non. Si non, ergo vel eſt illi neceſſarium vel impoſſibile.

COMPARAVIMUS Modos poſitivos inter ſe, & negativos inter ſe; ſupereſt ut negativos cum poſitivis, & poſitivos cum negativis componamus. Do aptiſſimam delineationem, In laminâ tertiâ, figurâ vigeſimâ ſecundâ.

Primò enim contradictoriè opponuntur, *Neceſſarium* & *Non-neceſſarium*; *Poſſibile* & *Non-poſſibile*: *Liberum* & *Non-liberum*; *Contingens* & *Non-contingens*. MCCC-LXXXVI.

Secundò *Neceſſarium* contrarium eſt *Non-poſſibili*; [nam iſtæ *Neceſſarium eſt Petrum eſſe album*, & *Non poſſibile eſt Petrum eſſe album*, ſunt ſimul falſæ, nec in hoc genere Modalium dari poterunt duæ, quæ ſint ſimul veræ] infert *Non liberum*. [An eo am infertur à *Non libero*? Minimè; quia *Contingens* eſt *Non-liberum*, & tamen non eſt *Neceſſarium*.] & etiam infert *Non-contingens*. [An & infertur? Minimè. Quia liberum non ſemper eſt contingens & tamen nunquam eſt neceſſarium.]

Tertiò *Poſſibile* & *Non-neceſſarium* ſunt ſubcontraria. Item *Poſſibile* & *Non liberum* ſubcontraria. Muſca enim Poſſibilis eſt & Non-libera, nec dabitur aliquid ꝙ Non-poſſibile & Liberum ſit. Etiam *Poſſibile* & *Non-contingens* ſubcontrariè opponuntur, Deus enim Poſſibilis & Contingens eſt, & nihil reperietur omninò quod Impoſſibile & Contingens ſit.

Quartò, *Liberum* infert *Non-neceſſarium*. Infert *Poſſibile*. Contrariatur *Non-poſſibili*: iſtæ enim propoſitiones, *Muſca eſt libera*, & *Muſca eſt non-poſſibilis*, ſunt ſimul falſæ. Et cum *Contingente* & *Non-contingente* ſe habet diſparatè: nam hæ propoſitiones ſunt ſimul veræ, *Amor Dei eſt liber*, & *Amor Dei eſt non-contingens*: & iſtæ *Muſca eſt libera*, & *Muſca eſt non-contingens*, ſunt ſimul falſæ.

Quintò, *Contingens* infert *Non-neceſſarium*; non tamen infertur; nam quod eſt Impoſſibile eſt Non-neceſſarium, & nihilominùs non eſt Contingens. Opponitur contradictoriè *Non poſſibili*. Et reſpectu *Non liberi* non videtur habere ullam oppoſitionem.

Huc refer omnia, quæ in Logicâ Scholaſticâ, aut à nobis aut ab aliis traduntur: quæ quia nota jam omnibus, non debuerunt reſcribi.

ARTICULUS II.

De Modis debiti & obligationis.

MCCCLXXXVII. *Quid ſignificet Non debeo? An æquipollentia propoſitionum ad Grammaticam ſpectet?* DEbeo hunc ipſum Parragraphum inſerere: quia multi ſunt, qui non volunt ſcire, quid ſignificet iſta propoſitio *Non debeo*. Hodie quidam Vir Magnus, qui & doctus vult videri, putabat eſſe æquipollentes iſtas Propoſitiones, *Non debeo hoc facere*, & *Debeo hoc non facere*: ſed, ut puto, quia in tractatu de Æquipollentiâ (ſive iſte ad Grammaticam Speculativam, ſive ad Logicam Vocalem pertineat) rudis erat. Aliud eſt, *Non poſſum facere*, & aliud, *Poſſum non facere*: aliud eſt, *Non eſt neceſſe, ut faciam*, & aliud *Neceſſe eſt, ut non faciam*. Ergo aliud eſt *Non debeo facere*, & aliud omninò diverſum, *Debeo non facere*. Has duas Propoſitiones diſtinguunt, qui bene loquuntur; & qui aliter, loqui exactè non amant. Poſſem multa teſtimonia producere: unum ad

De Vicario poſt mortem Epiſcopi. lego. *Si Epiſcopus mortuus reliquit Vicarium, quem elegerat, cum non eſſet Doctor, Capitulum non debet neceſſariò eum confirmare, ſed alium qui ſit Doctor eligere poteſt.* Ita Gallemart in Declarationibus Cardinalium ad ſeſſ. XXIV. cap. 16. Concilij Tridentini. Ubi vides aliud eſſe, *Non debet neceſſariò eum confirmare*, & aliud, *Debet neceſſariò eum non confirmare.*

Legis hæc, & deſideras videre harum Propoſitionum connexionem, & ſiquidem non ſunt æquipollentes, ſed oppoſitæ, jubes, ut illas ad paradigma & numeros conſentaneos reducam. MCCCLXXXVIII



Contradictoriæ ſunt, *Debeo facere*, & *Non debeo facere*: item hæ, *Debeo non facere*, & *Non debeo non facere*. quæ in nullâ poſſunt eſſe materiâ ſimul falſæ, vel ſimul veræ. At *Debeo facere*, & *Debeo non facere*, contrariæ ſunt, & poſſunt eſſe ſimul falſæ, hodie enim Pſalmos Pœnitentiales v.g. nec debeo legere, nec debeo non legere: unde ſi dicerem, *Debeo Pſalmos pœnitentiales legere*, & adderem *Debeo illos non legere*, proferrem duas propoſitiones ſimul falſas. Et ſi dicerem, *Non debeo illos non legere*, & *Non debeo illos legere*, duas proferrem ſubcontrarias, & ſimul veras.

Eodem cooptantur & opponuntur modo iſtæ Propoſitiones; MCCCLXXXIX.

Teneor facere.
Teneor non facere.
Non teneor facere.
Non teneor non facere.

quia idem eſt in Lexico Scholaſtico *Teneor*, quod in Poliaco & Ciceroniano, *Debeo*.

Dubium incidens.

An-ne hæc, Poſſum : Ergo debeo. *apud Philoſophos & Theologos Morales ſit conſequentia bona?*

VOlui hanc Quæſtionem controvertere, quia ſunt plurimi, qui confidenter conſequentiam hanc negant. & ut negent hoc argumento utuntur. [Debemus agere de moralibus, ſicut de naturalibus: At in phyſicis ſimiles conſequentiæ rejiciuntur: Ergo in moralibus. Probant minorem: Quia in phyſicis hæ omnes conſequentiæ ſunt malæ: *An à potentiâ ad actum valeat conſequentia?*

Poteſt eſſe: Ergo eſt.
Poteſt currere: Ergo currit.
Poteſt legere: Ergo legit: &c.]

Reſpondeo hoc argumentum inniti illi principio, *Ad actum à potentia non valet conſequentia*: quod tamen, ne apud phyſicos quidem univerſaliter eſt verũ. Ait Ariſtoteles, & bene & verè, *In æternis* (hoc eſt, *æternùm neceſſariis*) *idem eſt poſſe, & eſſe.*

& eſſe (hoc eſt, *valet conſequentia à poſſe ad eſſe.*) addo & ego, *in neceſſariis, etiam non æternis, ſubſiſtit conſequentia à poſſe ad eſſe*, Ex fundamento illo Ariſtotelis, naſcuntur iſtæ conſequentiæ.

* *Eſſentia hominis poteſt dicere animalitatem & rationalitatem:*
  Dicit ergo.
* *Ens infinitum* (*Deus*) *non repugnat:*
  Eſt igitur.
* *Pater potuit generare filium æqualem ſibi.*
  Ergo genuit.

Ex meo autem iſtæ.

Cauſa neceſſaria eam ponimus poſſunt, agunt.

* *Ignis modò poteſt* (nimirùm potentiâ proximâ & non impeditâ) *comburere illam chartam:*
  Ergo illam comburit.
* *Lapis iam poteſt cadere.* (diſtinguo *poteſt* à *poterit.*)
  Ergo iam cadit. &c.

Quoniam, ſi cauſa eſt neceſſaria, & modò habet omnia requiſita ad operandum, modò poterit operari: & modò etiam operatur.

MCCC-LXXXX. Realitatum & Moralitatum analogia.

Hinc ad noſtram quæſtionem redeo, & illud argumentum, quod contra nos obiiciebant in initio, retorqueo. Sic inquam: [Debemus agere de moralibus, ſicut de naturalibus: At in phyſicis ſæpè valet conſequentia à potentiâ ad actum: Ergo in moralibus ſæpè valebit à potentiâ ad debitum.] Et, ſi ſæpè, quo poterimus modo ſcire, an illa valeat, aut non valeat? Reſpondeo hoc internoſci poſſe recorrendo ad præceptum; & ad promiſſionem: quoniam iſti duo ſyllogiſmi videntur eſſe boni, licèt actum à potentiâ diducant. Illos conſidera.

Poſitâ lege aut promiſſione, potentia infert debitum.

I. *Petro eſt præceptum* (agi de præcepto legitimo & valido) *ut agat pro Ioanne quantum poſſit:*
At Petrus hoc pro Ioanne facere poteſt.
Ergo & hoc tenetur ille facere.

II. *Petrus promiſit* (ago de promiſſione legitimâ & valida) *ſe acturum pro Rege quantum poſſet.*
At modò poteſt hoc pro Rege facere:
Ergo modò tenetur.

Duo ſunt iſti ſyllogiſmi; qui loco Regularum poſiti, magnas poſſunt controverſias decidere & graviſſimas quæſtiones diſſolvere. Ponam aliquas, ut rigorem conſequentiæ adhuc meliùs percalleas.

MCCC-LXXXI. Caſus primus.

QUærunt Theologi, *An moribundo ſenſibus deſtituto, qui nec verbo, nec ſigno aliquo externo confeſſionem petiit, poſſim abſolutionem impertiri?* Negant plurimi: aſſerunt multi: iudicantes vitam Chriſtianam eſſe confeſſionem perpetuã, quoniam tacente linguâ loqui poſſumus & ſolemus. Eccleſia in SS, Innocentium ſolennitate. *Deus cuius hodierna die præconium Innocentes Martyres, non loquendo, ſed moriendo confeſſi ſunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica ut fidem tuã, quam lingua noſtra loquitur, etiam moribus vita fateatur.* Et hinc inferunt confeſſionem fieri linguâ, moribus, vitâ, morte, &c. Et inter oppoſitas ſententias hærent multi. Sed ego poſtquam Univerſitas Viennenſis in Auſtriâ affirmativam partem probabilem eſſe definivit, eſſe qui eamdem improbabilitatis arguat, permiſſurus non ſum. Poſſum ergo talem moribundum abſolvere. Infero: Ergo & teneor. Sed onde hæc conſequentiâ ſuboritur? è ſyllogiſmo ſubſequenti:

Vita & mores loquuntur.

Præceptum Charitatis me obligat, ut pro proximò in extremâ neceſſitate conſtituto faciam, quod poſſim:
At ille moribundus eſt in extremâ neceſſitate conſtitutus, & in periculo eundi ad infernum (fortè enim eſt in peccato mortali, & damnabitur, ſi ſine abſolutione decedat.)
Ergo teneor iuvare illum, faciendo pro ipſo quantum poſſim.
Sed poſſum ſequi opinionem illam probabilem, quâ docet poſſe abſolvi.
Ergo hanc ſequi teneor.
Ergo teneor uti hac ſententiâ probabili: (non enim ille iuvatur illius ſententiæ electione, ſed uſu.)
Ergo teneor illum abſolvere.

Hæc doctrina cautè tradenda eſt: eſt enim utrimq; pernitioſa, & aſſerta & negata. Nocet aſſerta: quia multi fortè homines huic doctrinæ confiſi, negligent confeſſionem hac ſpe, quod tandem in agone abſolventur. Nocet negata; quia fortè vi huius abſolutionis ſalvabuntur innumeri, qui aliàs eſſent in æternùm damnandi. Curabit ergo Parocchus bene inſtituere ſubditos, & doctrinâ ſuâ tollere inconveniens illud prius, quod videtur pullulare per accidens: & ne locum habeat poſterius; utatur benigniore ſententiâ.

An veritas ſit cautè dicenda.

POno alium caſum. Præcepit Eccleſia, ne defendatur illa opinio, quæ docet, Deiparam conceptam in peccato. Quid ſi cras lege validâ præciperet, ut omnes, qui tacere hodie poſſunt; aſſererent fuiſſe ſine labe conceptam. Præceptum eſſet de re poſſibili, ac propterea obligaret. Conſidera ſyllogiſmos ſequentes.

MCCC-LXXXXII. Caſus ſecundus. *Virgo Parens ſine culpâ concepta eſt.*

Eccleſia præcipit, ut hodie ieiunes:
Potes ieiunare:
Ergo debes:
Eccleſia præcipit, ut hodie audias ſacrum:
Illud potes audire:
Ergo & debes.
Eccleſia præcipit, ut aſſeras Virginem fuiſſe conceptam ſine culpâ:
Potes id aſſerere: (quoniam opinio pia probabiliſſimè propugnatur à multis.)
Illud igitur teneris aſſerere.
Superiores tui præcipiunt, ut defendas hanc aut illam opinionem probabilem:
Potes illam defendere: (potes enim probabilem quamcumque amplecti.)
Ergo & debes.
Superior præcipit tibi contra tuum dictamen: tibi inquam, qui profeſſionis vi teneris obedire etiam in materiâ probabili;
Sed potes deponere illud tuum dictamen, & contrariæ opinioni aſſentiri:

An ſubditus teneatur obedire in materiâ probabili. Aſſerunt aliqui: negant alii: nos diſtinguimus.

Ergo

Digitized by Google

Ergo etiam debet.

Cur in probabilibus leges obtineant & obligent

Nec mirum videri debet præcepto tolli poſſe probabilitatis libertatem: cùm major libertas ſit, quæ reperitur in rebus certis, & quæ certò non obligant; quæ tamen legibus & præceptis vincitur: quoniam ante præceptum non jam probabile, ſed certum eſt, me non teneri egredi domo: ſupervenieote autem egrediendi præcepto, tenebor certò facere, quod priùs certò non tenebar facere. Ergo ſi ex certâ libertate & certâ non obligatione ad certam obligationem vi præcepti transferimur: quid mirum, ſi ex probabili libertate & obligatione probabili ad certam obligationem præcepti virtute transferamur.

MCCCCXIII. *Vota & Iuramenta ſtrictè obligant.*

Sicut nos præcepta, ita & vota, ita & juramenta, ita & promiſſiones obſtringunt. Pono caſum. Titius Chriſtianus Rex, cùm ſuſcepit coronam, juravit ſe facturum pro Eccleſiæ defenſione quantum poſſet. Superveniunt Saracenorum copiæ, regionem univerſam invadunt, & volunt ſibi aut unum templum dedi, aut totam provinciam devaſtare, & ad ſectam Mahomethanam reducere. Acquieſcit Titius, ex duobus imminentibus malis minus eligens. Poſtulant illi juramentum de non repetendo illo templo: quid hîc Rex? Suadent & diſſuadent Theologi, & ipſe quò ſe vertat ignorat & anxius hæret, & quid ſit facturus interrogat.


E duobus malis minus eligi debet.

Reſpondeo me in Pacis Licitæ Prodromo art. 1. pag. xv. in caſu ſimili ſic reſolviſſe. [Princeps, qui juraverit, promiſerit-ve ſe defenſurum Eccleſiam pro poſſe, è duabus probabilibus ſententiis, quarum altera Eccleſiæ conſervandæ eſſet utilis, nociva altera, priorem amplecti tenebitur juramenti vi; quoniam illam amplecti poteſt, & ponitur debere facere prò defenſione Eccleſiæ quidquid poſſit. Ergo ſi Eccleſiæ hoſtes aliquod juramentum poſtulent, quod poſſit emitti probabiliter, nec aliter velint ab invaſione deſiſtere, Princeps idem, ſi non poſſit vi illos retundere, ratione prioris juramenti tenebitur emittere hoc ſecundum; quia ratione prioris tenetur pro Eccleſiâ præſtare quod poteſt, & hoc poſterius juramentum præſtare poteſt.] Et hanc eamdem Deciſionem repono.

De modis ſciendi & volendi.

MCCCCXCIV. *Similitudo doctrinæ poſtulat, ut paragraphum iſtâ addamus.*

In Teſtium examine, qui carent Logicâ ſolent hallucinari, & propoſitiones diſtantes toto cœlo confundere. Non eſt opus multa hîc ſcribere, ſufficit unum vel alterum Paradigma proponere.



Non ſcire rem eſſe, & ſcire rem non eſſe diverſa ſunt.

Aliud eſt *Ego vidi Petrum non ſatisfeciſſe tali vel tali obligationi*: & aliud eſt, *Ego non vidi illum ſatisfeciſſe*. prius enim teſtimonium Petrum aggravat; & eundem non tangit poſterius, non enim tenetur Petrus ita ſuis obligationibus ſatisfacere, ut ego videam.

Hinc eſt quòd multi etiam voluntatem & noluntatem confundant. Ego exiſtimo noluntatem poſitivam non dari: puto *non volo* non eſſe actum, ſed carentiam actûs, niſi fortè etiam hîc contraria immiſceas dicaſque idem eſſe, *Ego non volo audire*, quàm *Ego volo non audire*. Interim, quia hîc aliter Grammaticos, & aliter Philoſophus loquitur, tu Paradigma ſubjectum contemplator.



Non velle rem eſſe, & velle rem non eſſe diverſa ſunt.

Solent Philoſophi diſtinguere inter *Nolo* & *Non volo*: ita ut illud prius ſignificet actum poſitivum nolendi, & hoc volitionis carentiam. Si hæc ſtat terminorum acceptio, expungi poteſt verbum *Nolo*, & ejuſdem loco ſubſtitui verbum *Volo non*. quoniam actus poſitivus noluntatis, quicumque eſt, eſt ejuſdem ſpeciei cum actu voluntatis, & differt ſolùm objectivè: idem enim eſt dicere *Nolo ſurgere*, ac *Volo non ſurgere*.

An nolle & non velle ſint idem?

An volitio à volitione entis atrox diſtinguantur?

* * *

ARTI.

ARTICULUS III.

De modis Evidentiæ & Probabilitatis.

MCCC. XCV. MUlta in modis ab antiquis diſcuſſis invenimus nondum diſcuſſa; ergo plura nos manebunt, à nemine obſervata tituli, quos nemo, quem ſciam, ſolidè examinavit. Terminos explicemus.

Quid evidentia ſit Notitia evidens eſt illa, quæ tam claré objectum attingit; ut ab aſſenſu ſuo omnem formidinem excludat, nec tolerat, quòd vel ipſa poſſit negari, vel oppoſita aſſertio concedi. *Quid probabilitas? quid dubium?* Notitia autem probabilis illa eſt, quæ fortibus rationibus ſubſtruitur, Dubia poſitivè quæ levibus, Dubia negativè quæ nullâ. Demonſtrativæ rationes fortes etiam dicuntur, adeòque probabilis propoſitio dividetur in probabilem præciſiuè, & probabilem negativè aut merè probabilem. Probabilis præciſivè dicitur quæcumque habet rationes fortes, ſive demonſtrativæ illæ ſint ſive non; at Probabilis negativè, ſive ut alij loquuntur, purè probabilis, quæ habet quidem rationes fortes, quæ tamen evidentiæ demonſtrationes certitudinem & ſecuritatem non attingunt. *Quid error ſit* Error illa poſitio dicitur, quæ evidenter eſt falſa. Quibus poſitis Figuram XXII. contemplare.

Exponitur figura 72. Præter illas in quibus A. C. ſubalternationis & illationis notæ ſunt poſitæ, reliquæ contradictoriè opponuntur, non enim ſimul veræ aut ſimul falſæ ſunt. [Nota tamen Propoſitiones Fidei evidenter veris adnumerandas eſſe, vel quòd evidens ſit illas eſſe veras, vel quod ipſæ moraliter & virtualiter ſunt evidentes, *An articuli fidei ſint evidentes?* quoniam tametſi verè & realiter evidentes non ſint, ſed obſcuræ; ita ſe habent ac ſi evidentes eſſent.]

MCCC. CXVI. COoptemus iſtos modos duabus propoſitionibus (affirmativæ & negativæ) & qui illæ ipſis affectæ opponantur videamus.

An cœlum ſit liquidum? Propoſitiones quas Modis affecimus ſint hæ, *Cœlum eſt liquidum, Cœlum non eſt liquidum.* illam veram, hanc falſam. Fortè prima eſt evidenter vera, ſed quia adhuc ſunt, qui hanc nolunt veritatem capere, merè probabiliter vera (& quod negare nemo prudenter poterit, eſſe probabilior) ſupponatur, & omnium propoſitionum collatio examinetur.

Evidentiæ & erroris oppoſitio. Primò igitur Evidentia & Error opponuntur contrariè licèt enim ſimul verificari nequeant, ſimul falſificari poſſunt. Ex iis enim, *Evidens eſt Deum eſſe, Evidens eſt Deum non eſſe*, prima eſt vera, ſecunda falſa: hæ duæ, *Evidens eſt cœlum eſſe liquidum, Evidens eſt illud non eſſe liquidum*, (vel ſi exemplorum multiplicatio iuvat; *Evidens eſt Turcam dormire, Evidens eſt eum non dormire*) ſimul ſunt falſæ, nec dari poterunt in ſimili formâ binæ veræ.


An probabile eſt rem eſſe, & probabile eſt rem non eſſe coincidat? Secundò. *Probabile eſt eſſe*, & *Probabile eſt non eſſe*, ſunt modi diſparati, ſi agatur de probabilitate præciſivâ; poſſunt enim verificari, & ſimul falſificari, & opponi. Veræ ſunt iſtæ, *Probabile eſt cœlum eſſe liquidum. Probabile eſt cœlum non eſſe liquidum.* Falſæ hæ. *Probabile mihi eſt Turcam ſtare, Probabile mihi eſt Turcam non ſtare.* Opponuntur iſtæ, *Probabile (præciſivè) eſt hominem eſſe animal.* N.V. & *Probabile (præciſivè) eſt hominem non eſſe animal*, N.F. Iſtæ igitur diſparatæ ſunt.

Tertiò Contradictoriæ affectæ Modo meræ probabilitatis, tranſeunt in æquipollentes. MCCC. XCVII.
unde ſi una eſt vera, altera eſt vera, ſi una falſa, altera erit ſimiliter falſa: repugnat n. unã propoſitionem eſſe merè probabilem, & eius contradictoriam non eſſe etiam merè probabilem: unde tenemus hanc eſſe bonam conſequentiam. *Probabile eſt votum Caſtitatis, quod emittunt Religioſi diſtingui ſpecie ab illo quod tacitè emittunt Sacerdotes: Ergo probabile eſt hæc eadem vota non diſtingui ſpecie.* *An Caſtitatis vota à ſacerdotibus & à Religioſis emiſſa diſtinguantur ſpecie?*

An dubium eſt rem eſſe, & dubium eſt rem non eſſe ſit idẽ? Quartò Dubium poſitivum & negativum coniugendum cenſuimus, nam de utroque eodem modo philoſophandum eſt. & aſſerimus poſitiones dubitatione affectas reddi æquipollentes, debereque aut ſimul concedi aut negari: unde ex unã ad alteram etiam conſequentiam admittimus, putamusque hanc illationem eſſe bonam; nimirùm; *Dubium eſt an Perſarum Sophius modò dormiat, Ergo dubium eſt an modò vigilet; hoc eſt, non dormiat.*

De pura Probabilitatis differentiis.

PUrè probabilem illam diximus propoſitionem, quæ fortiter ſuadetur, nec tamen demonſtrari poteſt. Cùm una aſſertio nominatur probabilis oppoſita etiám eſſe probabilis aſſumitur, & inter ſe comparatæ, vinci & vincere in ſuâ probabilitate dicuntur. Vocatur Poſitio Probabilior, q̃ habet rationes graviores & fortiores; Æquè-probabilis; quæ æquales; Minùs-probabilis, quæ minùs fortes, fortes tamen. Conſidera ſequentem Figuram.



Hinc conſtat Iacobum Lansbergium Medicum, Philippi filium, infœlici calamo Apologiam pro motu Terræ diutno & annuo ſcripſiſſe; prima enim linea, quam contra Libertum Fromondum ſcripſit, erronea & ignorantiæ teſtis

An & [illegible] dicat si [illegible] ego [illegible] unc [illegible] quam in mente [illegible] certe.

NOTA.

[illegible]

VEritas & Falſitas [illegible] Propoſitionum [illegible] [illegible], quæ [illegible] non dependent. Hæc *Petrus eſt animal*, [illegible] ſive non prohe[illegible] *Petrus eſt rationalis* [illegible] falſa. At Evidentia, Probabilitas, Dubium, nos reſpiciunt, reſpectu quorum Propoſitio talis denominatur. Evidens, ſi rationibus demonſtrativis deducatur; Probabilis, ſi fortibus, non tamen evidentibus; & per ſe nota. Imò eadem Propoſitio [illegible] reſpectu unius eſſe dubia, reſpectu alius probabilis, tertij [illegible] evidens, &c. Hæc enim *Rex ſedet*, nullam rationem habenti [illegible] negativè eſt, habenti levem dubia [illegible], habenti gravem & fortem probabi[illegible] evidens.

De Propoſitionibus quoad ſe & quoad nos.

Hinc patet quid velint Scriptores, cùm hanc Aſſertionem dicunt veram quoad ſe, illam quoad nos; hoc principium per ſe notum quoad ſe, illud verò quoad nos; illam propoſitionem eſſe de fide quoad ſe, hanc quoad nos; & ſimilia. Nam poteſt contingere hanc propoſitionem eſſe in ſe veram, non tamen tibi notam; illam revelatam divinitùs, & nihilominùs te ignorare huiuſcemodi revelationem; iſtam habere rationes graviſſimas aut etiam evidentiſſimas, ſed quas tu non didiceris, & tunc erit vera, de fide probabilis aut evidens quoad ſe, non verò quoad te, qui illam non penetras quantum penetrabilis eſt.

De [illegible] Metalogicâ, lib. de Propoſitionibus.

ARTICULUS IV.

De Propoſitionum Per ſe nota, Demonſtrata, Evidentis, Certa moraliter, De fide divinâ, De fide humana differentiis.

MCCCCII

Quid ſit Principium per ſe notum?

POſitio per ſe nota, aliàs dici ſolet, *Maxima, Principium primum, Protheorema*, & eſt, *qua nō poteſt ex aliis principiis demonſtrari, & tamen poteſt demonſtrari per ſe ipſam.* Sanè ſi ſufficeret ad rationem Principij per ſe noti, quòd demonſtrari non poſſit (bone Deus quanta ſupponerentur abſurda, (imò & ſoleor) quæ obſcura & incapacia examinis! Ponerem in Lunâ hortos Eliſeos, & aliud hominum genus, beatum, ſumma tranquillitate & pace viventium, diceremus [illegible] ipſum negari non poſſe, quia eſſet [illegible] Principium, quod probari non poſſet. Igitur ne ſimilia Propoſitionum monſtra primis Principiis adſcribamus, dicendum [illegible], adhuc prima Principia probari & demonſtrari poſſe: non per alia priora, aliàs non eſſent prima, ſed per ſe ipſa. Modum & ſpecimen exhibeo ubi Philoſophicas demonſtrationes [illegible] & topicis argumentis diſtinguo.

An in Lunâ ſint homines?

An ne poſſint prima principia demonſtrari?

MCCCCIII

Quid tandem cenſendum de illo axiomate, quo negas principia?

Dices hinc ſequi falſum eſſe illud veterum aſſumptum videlicet, *Cōtra negantem principia, arguendum non eſt*, vel ſi hoc verum, inde [illegible] Principia probari nō poſſint. Reſpondeo illud ipſum axioma univerſaliter ſumptum eſſe falſum, & ſpecialiter ſumptū eſſe verum, & probari poſſe. Et, ut quo ſenſu admitti debeat innoteſcat, rem explicabo. Dicuntur [illegible] ſcientias alternantes & alternatas, ſuppoſitas & ſupponentes, priores & poſteriores; & tunc poſteriorum Principia ſunt priorum ſcientiarum Concluſiones. Muſices objectum eſt *ſonorus numerus*; poſſe ſonum & numerum cooptari à Muſico ſupponitur, ex[illegible] tur à Philoſopho; [illegible] negantem iſtam cooptationem Muſico diſputandum non eſt, illa[illegible] enim à Muſico quà tali perſuaderi non poteſt; & tamen perſuaderi poteſt, nimirum Philoſopho & Phyſico.

Scientiæ ſubalternantes & ſubalternatæ.

Objectum Muſicæ.

Demonſtrata Poſitio, quam *Scientiam* vocant, eſt notitia per demonſtrationem acquiſita; hoc eſt, Concluſio, [illegible] probatio [illegible] in principia per ſe nota reſolvitur. [illegible] [illegible] eſſe Principia [illegible] ſubalternarum Facultatum, ut [illegible] Numerum & [illegible] num ita [illegible], ut reſultet numerus ſonorus, ut ſonus [illegible] ſi velis Muſico primum Principium eſt, non Philoſopho, nam hanc veritatem [illegible] ex altioribus [illegible] ſte fundamentis perſuadet.

Quid ſit Scientia?

An prima principia ſint concluſiones?

Notitia intuitiva illa dicitur, quæ ſine diſcurſu clarè & infallibiliter veritatem attingit, qualis illa quæ oculis hauriri ſolet. Cùm enim ego has lineas lego, clarè & intuitivè video eſſe in chartâ hac impreſſas, nec indigeo novis rationibus, ut hoc credam. Datur intuitio ſenſualis, intellectualis, & ſupernaturalis: prima competit corporeis oculis; ſecunda mentibus angelicis (ſic opinamur) fortè & noſtris in ſeparationis ſtatu; tertia lumini gloriæ, medio quo videbimus Deum ſicuti eſt.

Quid ſit intuitiva cognitio? & quotuplex?

[illegible] intuitiva eſſe opiniones variæ, hac [illegible] ſufficiat.

Notitia evidens phyſicè, eſt conceptus quidam ſuperior, Notitiæ per ſe notæ, demonſtratæ, & intuitivæ communis, clarus, & omnem formidinem excludens.

MCCCCIV

Quid ſit Evidentia?

Certa moraliter illa dicitur, quæ à ratione probari non poteſt, nec tamen ſine ſtultitiæ notâ poſſet negari; talis eſt hæc *Datur America.* Et quidem hæc poſitio, nec per ſe nota, nec demonſtrata, nec mihi intuitivè adquiſita, & tamen ſine formidinis ſcrupulo ſemper conceſſa. Tales ſunt, quæ ab univerſis admiſſæ, non enim credimus poſſe univerſos mentiri & concordare in ſimilitudine mendacij. PETIS, An & hæc debeat aut poſſit *Moralis evidentia* vocari? Reſpondeo eſſe nominalem quæſtionem; ſed ſolere, & poſſe; nam hæc moralis certitudo intelligi ſine phyſicâ evidentiâ [illegible] negativâ non poteſt. Ego enim moraliter certus ſum dari ultramarinam quamdam provinciam, quæ vocatur America, quia in mappis geographicis illam delineatam propriis oculis video, homines inde reduces audivi, nunquam illam negari audivi: & hoc ipſum [illegible] moveor ut aſſentiar, evidenter cognoſco; habeo enim phyſicam mearum operationum evidentiam.

Quid ſit Certitudo moralis?

An [illegible] Evidentia moralis?

Ut hanc [illegible] intelligas conſule [illegible]

MCCCCV

Quid ſit propoſitio de fide: quotuplex: & quid intereſt?

Aſſertio de fide divina illa eſt, quæ à Deo revelata; cui, cùm mentiri non poſſit, neceſſariò eſt credendum. Illa verò dicitur [illegible] fide humana, quæ ab aliquo aut aliquibus [illegible]

[illegible] a;& erit eo certitudini [illegible] oncnd [illegible] locent dicentium veraci [illegible] ert ab [illegible] tiâ morali, quòd hæc etia [illegible] et quàm [illegible] ſequi poſſ.t, & ſi verbi [illegible] quibuſcu [illegible] que [illegible] omnium aut ferè; [illegible] m [illegible] prop [illegible] non obtiner [illegible] pra [illegible] certa moral [illegible] da non [illegible] quodà vi [illegible] bu rat [illegible] ar

An mundus ab æterno [illegible] *eandem propoſitio-nem poſſi-bili esse* [illegible] S [illegible] amdem [illegible] n, [illegible] t [illegible] & C. [illegible] lite [illegible] *Mundus habuit initium.* PRIMO [illegible] ium [illegible] p [illegible] SECUNDO vi [illegible] ctur poſſe [illegible] ſequer [illegible] duæ [illegible] oſſet: pr [illegible] tiones. *Homo moriturus non potuſ [illegible] ErgÒ nec natus potuſ ab æterno vi-* [illegible] *ſe.* [illegible] *annihilandus non poterit in æternum fo-* [illegible] *reatus potuit ab æterno fuiſſe.* Re [illegible] quia [illegible] neſt a [illegible] æter [illegible] tatem [illegible] ponere [illegible] oſtend [illegible] repu [illegible] pe [illegible] no [illegible] ratione etiam e-videnti monſtrari. TERTI [illegible], Hanc eamdem Mun [illegible] reanone [illegible] Angeli in ſe ip-ſo [illegible] ve viderunt; quam potuimus & nos, [illegible] & in Verbo, no [illegible] bſtractivè [illegible] in-tuitivè [illegible] videbi [illegible] illud videamus intuitivè. [illegible] TO, oſtendam fidem & evi-dentiam non opponi, & ſic diſcurro.

An creatura in Verbo vi-ſa ſimus [illegible]

Aliud eſt obſcuritatem indu-cere, & a-liud non dare clari-tatem. Nam a-liud eſt inducere caliginem, nebulas, nubes, fu-mum, & obſcuritatem [illegible] ſuvam; aliud & o-mnino diverſum, non illuminare, non dare lu-cem. Sumus in altis tene [illegible] is, dico te teſſæ pro-ximum, & hæres, credis mihi, nec ideò obſcu-rius vides quàm antea, fides enim naturalis nõ dedit lucem, ſed neque tenebras ingeſſit. Huic

Quo ſenſu Fides obſcura ſit tuæ [illegible] n repugnat, quod accendatur lux & [illegible] illam videas: lux enim eliminabit te-nebr [illegible] n tamen tenebras fidei humanæ [illegible] co in nullas produxit; ſemper enim erit verum [illegible] in luce præſente, quòd mea vox iſtam ob-ſcuritatem non genuerit, ſed quòd præceſſerit [illegible] de [illegible] Eodem prorſus modo de Fide divi-[illegible] le ſophor [illegible] non enim humanæ fide aut e-[illegible] tiæ opponitur, opponeretur, ſi quoitat [illegible] e obſcuritatem, hanc enim evidentia [illegible] Ubi notari volo aliud eſſe *ducere non claritatem* aliud & omninò diverſum *non ducere claritatem*; pro enim ad fidem non pertin [illegible] e [illegible] p [illegible] ſ, ſed hoc poſterius. QUINTO, quæ [illegible] di [illegible] dicta fide humana creduntur; q [illegible] dicta [illegible] moraliter certa putantur; [illegible] ab omnibus, et [illegible] ab ali [illegible] moraliter etiam fide human [illegible] S [illegible] at ergo eamdem omninò po [illegible] P [illegible] tam, Dem [illegible] ſt. a-[illegible] e divinâ Fid [illegible] a-[illegible] C [illegible] am moraliter [illegible] plus p [illegible] ca [illegible] rem [illegible] s a-[illegible]

R [illegible] *di* [illegible]

ARTICULUS V.

De Pro [illegible]

M[illegible] [illegible] ſu [illegible] C [illegible] a p [illegible] te [illegible] C [illegible] n [illegible] gr [illegible]

Sa [illegible] M [illegible] onus a-ger [illegible] qu [illegible] nun-tur p [illegible] qu [illegible] *Cenſur* [illegible] ol [illegible] ſol [illegible] petit. & [illegible] *Vera* [illegible] us hanc v [illegible] hoc eſt, cer [illegible]. Omnis p [illegible] aut not [illegible] *Event-* [illegible] *babi is*, [illegible] *Temeraria* in [illegible] ni nim, qui poſſ [illegible] nec [illegible] d [illegible] pronu [illegible] errat, pro [illegible] tate caret, & ideo temere [illegible] cedit. Sed quia dantur plures errandi gradus, Tabellam ſequentem propono.

ERROR

Quid ſit Error [illegible]

GEneraliter ſumptus eſt propoſitio impro-babilis, [illegible] e quecum ſe [illegible] tat prolata; qui enim probabilem rationem ſequitur, [illegible] mereſi errare poſſit phyſicè, aut ſoleat etiam, moraliter errare non poteſt.

Error ſuos gradus habet (aliquos contra mores, aliquos contra Fidem) quos propono & expono.

CONTRA MORES.

Temeraria [illegible]

A*ſſertio, quæ nec pro ſe nec contra ſe habet ratio-nem aliquam.*

Quæ pro ſe habet aliquas rationes leves; [illegible] tamen aliq [illegible] gravem.

Temeraria [illegible]

Quæ contra [illegible] *habet firmiſſimas rationes* [illegible] *pro ſe nullam gravem.*

Aſſe [illegible] contra charita [illegible] m debitâ p [illegible]

Aſſertio contra bonum publicum, populum per tur-bans aut excitans. *Seditioſ* [illegible]

Aſſertio contra honorem Dei, aut e [illegible] Angelorum, Sanctorum-ve: & hæc [illegible] p [illegible] eſt hæretica. *Blaſphe-ma* [illegible]

Aſſertio licentioſa & improbabilis in materia mo-rum. Si illam [illegible] s, [illegible] ocea [illegible] candal [illegible] *Scandaloſa*

CONTRA FIDEM.

A*ſſertio, quæ habet duos ſenſus* [illegible] *alterum Catholicum; ſi Catholicus ſit* [illegible] *& communior eſt.*

Si verò contrà, primus & ſtatim obvius [illegible] ſus eſt hæreticus, ſecundus autem & latens [illegible] tholicus, non tam piis aures & quaſi [illegible] offendet, & dicitur ſimp [illegible]

Aſſertio, quæ in rigore [illegible] *men innuere videtur latentem hæreſ* [illegible]

[illegible] xpreſſè d [illegible] pta [illegible] in [illegible] tual [illegible] ret [illegible] d Fide, & [illegible] re Hær [illegible]

A [illegible] *de fide &* [illegible]

ſi forma ſit evidenter legitima, à nemine impunè negatur.

Si illa indubitata præmiſſa non ſit evidens, ſed quæ à nullo negatur, eſt hæreſi proxima.

Error in Fide. Aſſertio oppoſita evidenter articulo Fidei, clarè & expreſsè definito, eſt Error in fide.

Hæreſis. *Aſſertio condemnata ab Eccleſiâ, & hæretica dicta ab univerſis; ſi eo ſenſu quo condemnata eſt defendatur, eſt Hæreſis.*

In varios ſenſus Doctores ſemper aguntur,
Atque in nominibus non bene conveniũt.
Huſce grad⁹ ratio ſtatuit, quos explico. Forſan
Plus quàm Doctores iſta tabella docet.

MCCCC-VII. Synopſin Cenſurarum poſuimus, nunc breviter ſingulas rationum pondere & Doctorum teſtimonio firmabimus.

Propoſitio temeraria negativè, levis, temeraria poſitivè.

Hæ cenſuræ explicantur. TEmeraria negativè eſt illa, quæ omni ratione caret, ut iſta, *Turcarum Imperator dormit*, q̃ admiſſuro aut rejecturo nulla ratio aut levis aut fortis occurrit. Talis aſſertio poteſt eſſe in morũ materia nociva, ut ſi Titius conſultus, An Bulla Cœnæ ſit in Epiſcopatu Auguſtano acceptata, vel non; & ipſe tametſi neutrum ſciat, definitivè reſpondeat.

Si occurrat aliqua ratio levis, & intuitu illius alteram partem eligat, levis eſt, & temerariâ levitate laborans.

Omnis temeritas in moribus nociva eſt. Quod ſi adhibitis diligentiis reperiat rationes certas & convincentes, majores probabilibus, quæ receptam ſtatuant, & tamen proterve defendat contrarium, erit temerarius poſitivè.

In materia morum, quicumq; temeritate aut et levitate ꝓcedit, peccat; graviter ſi agatur de re magni momenti, & leviter, ſi de re parvâ.

Injurioſa, Seditioſa, Blaſphema

Explicantur hæ voces. SI ſit contra proximum, injurioſa eſt; & quia injuria fieri poteſt Deo, Reipublicæ, & Proximo, injuria genericè ſumpta de omnibus dicitur, at ſpecificè ſumpta, ſignificat ignobiliorem ſpeciem carentem ſpeciali vocabulo. Eſt igitur ſpecifica injuria actio contra proximũ; & aſſertio, quæ in proximum peccat, injurioſa vocatur. *Injuria duplex: privata & publica.* At ſeditioſa, ſi in Rempublicã; qui enim aut nõ eſſe obediendũ Cæſari aſſereret, aut ſubſidia ſolvenda eſſe negaret, peccaret in Rẽpublicã ipſã, poſſetq; ut ſeditioſus caſtigari. Quod ſi poſitio in divina impingat, & honorem, Deo aut ejus Sanctis debitũ, ſubſtrahat, injurioſa & ſeditioſa & blaſphema eſt. *Iterum duplex: illata Deo & creaturæ.* Injurioſa, quia cõtra perſonam; ſeditioſa, quia contra publicam; blaſphema, quia contra divinam. Quia tametſi *Blaſphemia* grammaticè latiùs accipiatur, Matt. 12. *Qui blaſphemat, contra ipſam Deitatem impiè agit.* Unde Auguſtinus *de morib. Manich. cap.* 11. aſſerit *blaſphemiam non dici, niſi cùm quis mala verba de Deo dicit.*

MCCCC-VIII. An cenſuræ ſe includant. Ex his patet has propoſitionum cenſuras ſe mutuò includere, Omnis n. blaſphema eſt ſeditioſa, Omnis ſeditioſa eſt Injurioſa; & iterũ, Qui temerè rationẽ indubitatã nõ curat, nõ urgebitur levi: q non urgetur levi, nõ urgebitur nullâ.

Scandaloſa.

An omnis propoſitio ſit definibilis SUnt veritates morales jam receptæ in Eccleſia quæ tametſi non ſint de fide, aut fortè ad fidem pertinere nõ poſſint, ab univerſis admiſſæ, ſine ſcandalo negari nõ ſolent. Tales ſunt omnes illæ, q̃ cõſonãt indubitatis cõſcientiæ Regulis in materia notabili. Pono exemplũ. Teneri ſub mortali ad officiũ divinum Sacerdotes, de fide nõ eſt, & tamen apud omnes indubitatũ eſt, & ſine ſcandalo negari non poſſet. Eſſet ſimiliter ſcandaloſus, qui diceret aut poſſe licitè violari jejunia, aut carnes diebus veneris comedi. Solet cõtingere, ut q hodie ſcandaloſè loquitur, cras labatur in hæreſin; nã q neget Eccleſiã de facto horas canonicas & jejunia ſub mortali juſſiſſe, ſcandalũ ingeret, ſed fidẽ orthodoxã nõ tangeret: at ille, q Eccleſiæ præcipiendi poteſtate negaret, gravius omninò cõdemnari deberet, tunc enim ſimul eſſet hæreticus, & ſcandaloſus.

An Sacerdotes teneantur ad officium divinum? An teneantur obligene ſub mortali?

An doctrina non ſcandaloſa ſit obnexia hæreſi?

Propoſitio pias aures offendens, Male ſonans.

MCCCC-IX. SUnt multæ propoſitiones æquivocæ, quæ in altero ſenſu admitti debent, & in altero hæreticæ ſunt; at quia ubi duo dantur ſenſus, alter eſt primarius & alter ſecundarius, ſi primarius ſit verus, & ſecundarius hæreticus, dicetur pias & teneras aures offendere; homines enim ſancti & pii horrent omnẽ hæreſin etiã indirectè cõnexã. At, ſi primarius ſenſus ſit hæreticus, tunc non ſolũ aures teneras & pias, ſed quaſcũq; offendere poterit. Hinc patet, Omnẽ ꝓpoſitionẽ univerſaliter male ſonantẽ, etiã eſſe auriũ piarũ offenſivã; & Omnẽ auriũ ſanctarũ offenſivam, eſſe ſcandaloſam. at nõ contrà. Pono exemplũ. Hæc propoſitio. *Fides juſtificat*, duos ſenſus habet, nam vel ſenſus eſt ut ſola juſtificet formaliter; aut ꝙ ſit juſtificationis initium, & quaſi radicaliter cũ gratiâ, q̃ eſt unica & formalis ratio noſtræ juſtificationis, concurrat. In hoc ultimo ſenſu eſt catholica, in primo hæretica. Simpliciter ꝓlata, ita ut ex antecedentibus aut cõſequentibus ſciri nõ poſſit, uter ſenſus à proferente intẽdatur, ante ducentos annos pias aures offendere potuit, at nũc ortis hæreticis videretur ſenſus primus intendi, adeoq; eſſe abſolutè malè ſonãs, & quæ poſſet aures quaſcũq; offendere. Lovanij Michael Bayus docuit hanc poſitionẽ, *Non potuit Deus ab initio creare hominem, qualis nũc naſcitur.* quæ duos ſenſus habet; alter eſt, quod nõ potuerit creare Adamũ parvũ, debilẽ, ignorantẽ, ægrotũ, mortalẽ; alter ꝙ nõ potuerit infectum originali peccato. Primarius ſenſus eſt hæreticus, & ſecundarius verus. Ergo hæc, cũ proferebatur a Bayo, Janſenio, & Patribus Hybernis Franciſcanis, antequã æquivocationẽ exueret, Male ipſa ſonuit: at poſtquam à Bayo & Janſenio fuit phyſicè expoſita, à Patribus Franciſcanis moraliter; prout dicta ab illis pluſquã male-ſonans ipſa fuit, nam fuit omnino hæretica; & ꝓut dicta ab iſtis, fuit articulus fidei. Nec hoc eſt ſpeciale in hac propoſitione: nã omnes textus ſacræ Paginæ eo ſenſu, quo dicti à Spiritu ſancto, ſunt articuli fidei: & eo, quo expoſiti ab hæreticis cõtra mentẽ Eccleſiæ, ſunt falſi.

Senſus duplex: primarius & ſecundarius.

Fides juſtificat: an ſola?

N.B. Conſiderãdæ ſunt circumſtantiæ conſignificantes: perſona quæ perſonatur; verba præcedentia & conſequentia: locus: occaſio. cauſa: &c.

An eadem propoſitio articulum fidei, & hæreſis eſſe poſſit?

Suſpecta.

MCCCC-X. ETiam eſt æquivoca realiter vel virtualiter; atque ſenſum hæreticum non ſolùm primariò præſeferat, ſed intentum à proferente inſinuet. Sic Madriti ante aliquot annos fuit captus Mercator quidam Belga, qui dixerat *Crucem eſſe unum lignum.* Et quia Crux lignum eſt, & teſſera Chriſti eſt, illud prius aſſertum vi-

An crux ſit lignum? An ſuſpectus de fide ſit qui aſſerit lignum [illegible]

debatur hoc poſterius negare, nec eſſe cur dici potuerit, niſi ut implicitè negaretur poſterius. Ecce propoſitio ſuſpecta ſcandaloſæ, pias aures offendentis, & malè ſonantis maliriam evidenter includit, addique inſinuationem animæ, vi cuius credimus propoſitionem non ſolùm poſſe hæreticè exponi, ſed hunc ſenſum ipſum à proferente intendi.

Sapiens hæreſim.

HAnc Simancas apud Suarium *Operis poſthumi de Tribus virtutib. diſp. 19. ſect. 2. num. 16.* cum ſuſpecta; Caſtro & alij cum malè ſonante confundunt. Suarius *num. 17.* illam hæreſin ſapere exiſtimat, ex quâ coaſſumptis aliis principiis ſequitur hæreſis; nimirum, quando vel illa principia non ſunt omninò certa, licèt in Eccleſiâ ſint valde recepta, & ferè certa; vel etiam illatio nō eſt evidens. Sed talis propoſitio, qualis deſcribitur à Suario, hæreſim ſapiente pejus eſt; eſt enim hæreſi propinqua, ut ſtatim videbimus.

Notat Logicus an detur illatio probabilis?

Sapiens igitur hæreſim eſt Aſſertio, quæ opponitur ſapienti fidem. Sapit fidem Poſitio, quæ non eſt definita expreſsè ab Eccleſiâ, at tamen ut definita à totâ Eccleſia tenetur & defenditur. Talis eſt hæc. *B. Virgo corpore & animo eſt in cælo.* nam tametſi nullibi reperiatur fuiſſe à Deo revelata, ab omnibus Catholicis creditur. Talis etiam eſt iſta *B. Virgo nunquam peccavit venialiter.* quæ ante Tridentinum Concilium definita non erat, & tamen ab Eccleſiâ admiſſa erat. Harum duarum Propoſitionum contradictorias vocat *erroneas* P. Suarez Opuſculo poſthumo de Fide *diſp. 19 ſect. 2. num. 13.* ſed videtur *erroris* nomen nimis laxè uſurpare

Quid ſit aſſertio ſapiens fidem.

An Virgo corpore & animo in cælo ſit?

Dixi B. Virginem non peccaſſe venialiter, & hanc veritatem ante Tridentinum non fuiſſe de fide, ſed ſapuiſſe fidem; at poſt Concilium hoc illam eſſe de fide docet citatus Suarius; at vidi id ipſum negari Lovanij à Paludano S. Th. Doctore, Viro egregio, aſſerente non eſſe definitum B. Virginem caruiſſe veniali, ſed neminem ſine ſpeciali privilegio carere veniali, eo modo quo de B. Virgine tenet Eccleſia.

An unquam peccaverit venialiter.

Hæreſi propinqua, Hæreſi proxima.

POſitâ unâ propoſitione de fide & alterâ naturali, conſequentia de fide non eſt, quoniam ſtante fidei ſecuritate, naturæ lume fallabile eſt; nam homo interdum putat eſſe demonſtrationē, quod non eſt ſatis ut aſſenſum ſcientiæ eliciat, ut benè notat Suarius *in opere illo poſthumo diſp. 3. de fide in ipſo fine.* Unde ſi præmiſſa illa naturalis ſit probabilis, aut probabili incertior, cōſequētia negari impunè poterit; non verò ſi ſit indubitata.

MCCCCXL. Propono primò hunc ſyllogiſmū. *Omne corpus humanū eſt in infinitas partes diviſibile; Chriſtus eſt homo: Ergo corpus Chriſti eſt in infinitas partes diviſibile.* Et libertimè negare conſequentiam poteris, quia & poteris majorem libertimè, quam viri doctiſſimi negant.

An continuum componatur ex indiviſibilibus?

Secundò hunc. *Omnis homo habet qualitates materiales; puta, albedinem, calorē, & huiuſmodi. At Chriſtus eſt homo: Ergo etiam qualitates habet* Major indubitata in Eccleſiâ eſt, & tamen nec eſt evidens, nec de fide. Unde, qui conſequentiā negaret, diceretur hæreſi propinquus non proximus, quia poteſt adhuc dari propoſitio hæreſi proximior iſtâ, quæ non ſit hæreſis.

An Chriſtus habuerit qualitates?

Tertiò hunc. *Omnis homo eſt viſibilis, Chriſtus eſt homo: Ergo Chriſtus eſt viſibilis.* Si ponatur major eſſe evidens, hæc conſequentia, *Chriſtus eſt viſibilis*, erit certior iſtâ, *Chriſtus habet colorē à materiâ diſtinctum:* & utraq; erit certior illâ *Corpus Chriſti eſt in infinitas partes diviſibile.* & nulla ex ipſis eſt de fide, quoniā in fide non datur magis & minus. Qui negaret primā, erraret in fide teſte Suario *ubi ſupra*, Gerſone *in tract. de vitâ ſpirituali lect. 3. & in Alphab. 14.* & D. Thom. *1. p. q. 1.* at erroris vocabulū debet ſtrictiùs à Theologis ſumi; quoniam qui huiuſmodi propoſitionem negat, errat prope fidē, nō tamē in fide: adeòq; talis negatio dicitur hæreſi proxima. Qui autē ſecundam negaret, hæreſim ſaperet apud citatū Suarium, & nos illum gravius notamus aſſerentes illum eſſe propinquum hæreſi.

An fuerit viſibilis?

Error in fide. Hæreſis.

MCCCCXLI. PRopoſitio quæ eſt directè & evidenter oppoſita Articulo fidei, error in Fide eſt. Annō iſta eſt hæretica? Affirmat Adrianus *4. q. 1. de Confeſſ.* Ochamus *1. p. dialog. libr. 2 c. 11. part. 1.* Covarrubias *lib. 3. variar. c. 1.* Torrenſis *de Trinitate q. 32. art. 4.* Suarius *Opere de Fide diſp. 19 ſect. 2. n. 3.* & apud eū etiā Turrecremata, Caſtro, Simancas; & creditur eſſe ferè omniū Doctorū. At nos aliquid naturalis luminis & diſcurſûs hic reperimus, & in hæreſi certiſſimā & infallabile falſitatem requirimus. Quā ob re tametſi hæc poſitio. *Aliquis homo eſt Deus*, deſignato Chriſto, ſit de fide, hæc *Nullus homo eſt Deus.* non eſt in rigore hæretica, ſed error in fide, quoniā univerſalē negativā & particularē affirmativa opponi contradictoriè de fide non eſt. [Conſultò illud, *in rigore*, poſui; quoniā tametſi in rigore metaphyſico aliquid videatur deficere, ut hæc propoſitiō ſit hæretica; nihilominùs ſtando communi & morali Theologorū dictamini Hæretica eſt: quæ enim parū realiter diſtant, videntur non diſtare moraliter.] Accedit quod non poſſit dari propoſitio certius falſa illâ, quæ ſi articulo opponitur; puta ſi Eccleſia illam hæreticam eſſe definiret. Hanc hæreticam vocat Coninck *de actib. ſupern. diſp. 18. dub. 8. nu. 150.* dicēs. [Cum Maldero *2. 2. q. 11. art. 2. mēb. 5. ad 5.* Turrian. *diſp. 55. dub. 3 §. Item. Cano.* & aliis credo erroneam dici, quæ directè contradicit nō ipſi fidei; ſed concluſioni evidēter ex principiis fidei deductæ.]

Error in fide & Hæreſis ſpeculativè poſſunt diſtingui, at practicè & in rebus debent, non ſolent.

Fateor inter Hæreſim, Errorē in fide, & Propoſitione hæreſi proximā imò etiā propinquā, in foro externo dari parvā aut nullā differentiā, nā ut bene notat citatus Suarius *n. 15.* qui aliquā ex his pronuntiaret, poſſet præſumi hæreticus; unde doceri poteſt Rojas *de hæreticis. part. 1 n. 76.* cut injuste (ut videre eſt in *cap. Sed addendam. § illum. & cap. Excommunicamus. 2 §. ult. de Hæretic. & in c. Accuſatus § 2 de Hæretic in 6.*) hæreſes numerentur errores; & errores Hæreſes: quia in foro externo videntur hæc omnia coincidere: at nos examinamus gradus ſecundū ſe, non verò in ordine ad Iuris præſumptionem.

Variæ ſunt Theologorum ſententiæ, ſed hæc ipſa variatio manet in academiis, at in Inquiſitionis praxim reſpuere, & errantes in fide uti hæreticos, deputo puniri, ſecundum morales & practicè dicitur hæretici.

Hæreſis igitur eſt aſſertio, quæ Deum revelavit eſſe falſam; hic enim nullus eſt locus diſcurſus At hæc propoſitio, *Nullus homo eſt Deus*, non aliter condemnanda, quam ob oppoſitionem quam [illegible] habet

habet cum iſta. *Chriſtus eſt Deus*: Quid, ſi Ioannes oppoſitionem ipſam neget? Negabit lucem meridianam, non verò aliquem articulum fidei. Nam has poſitiones, *Petrus eſt animal*, *Nullus homo eſt animal*, eſſe contradictorias non eſt de Fide. Et ut rem bene capias, pone Petrum aſſerere iſtam propoſitionem, *Nullus homo eſt Deus*. pone me argumentari contrà, & dicere [Iſta propoſitio, *Hic homo (nempe Chriſtus) eſt Deus*; eſt vera. Atqui non dantur duæ contradictoriæ veræ: Ergo iſta, *Nullus homo eſt Deus*, eſt falſa.] Sed quid, ſi Petrus majorem concederet, & minorem negaret? Eſſet nem rigore loquendo Hæreticus, quòd vel contradicentes propoſitiones eſſe ſimul veras concederet: vel hos terminos, *Nullus homo*, & *Hic homo*, oppoſitos eſſe negaret. Me judice delirarer in Logicâ, & Hæretic⁹ præſumi deberet at ſi diceret ſe ſolū negare Logica Fūdamenta, ut Hæreticus condemnari poſſet & deberet à Iudice Politico, qui de occultis non judicatur à Metaphyſico, qui ſupra praxim ipſam ſpeculatione delectatur, poſſet dici diſtare tantiſper ab hæretico.

Hîc video rem hanc profundè examinatam à Patribus Conſtantienſis Concilij contra Wiclephum, aſſerentibus *eius aliquas propoſitiones eſſe hæreticas*, *alias non Catholicas ſed Erroneas*. Ubi primò notandum eſt, diſtingui hæreſim & errorem in fide; ſecundò diſtinctionem eſſe iam parvam, ut multi diſtinctionem non viderint, tertiò propoſitionem erroneam alio nomine non-catholicam poſſe vocari; alio hæreticam negativè.

MCCCCXIII. *An cenſuræ minores claudantur in ſuperioribus, & quomodo?*

Ex his facili negotio graduum ſubordinatio exponi poteſt. *Omnis propoſitio hæretica eſt non-catholica, ſiu error in fide. Omnis error in fide eſt hæreſi proximus. Omnis poſitio hæreſi proxima eſt hæreſi propinqua, Omnis propinqua eſt ſapiens hæreſim, Omnis, quæ ſapit hæreſim, eſt malè ſonans. Omnis, quæ malè ſonat, pias aures offendit*; & tandem, *Omnis, quæ pias offendit aures, ſcandaloſa eſt.* Ubi notare oportet minores cenſuras bifariam poſſe concipi, aut ut excludunt formalitatem quam gravior addit, aut ut ab eâ præſcindunt; primo enim ſenſu, minor in graviore non clauditur, clauditur tamen poſteriore. Ut hanc veritatem exponam ſpecies Quantitatis produco. Corpus complectitur ſuperficies, ſuperficies lineas, linea puncta. Sed tunc nec punctum caret longitudine, nec linea latitudine, nec ſuperficies profunditate; ſed ſolùm abſtrahit & præſcindit. Sic etiam ternarius in quaternario capitur, non quatenus negat quartam unitatem, ſed quatenus dicit tria, & à quartâ præſcindit.

An punctū claudatur in lineâ, linea in ſuperficie, ſuperficies in corpore? An numeri claudantur in numeris?

Error biſariam ſumitur: generaliter & ſpecialiter.

Omnes propoſitiones cenſurâ dignæ, ſolent vocari errores, ſed tunc erroris nomen lariſſimâ ſignificatione ſumitur. Et hoc ſenſu loquutus eſt Turrecremata, cùm dixit hæreſim eſſe erroris ſpeciem. Illum impugnat Cano, & Suarius *Opere poſthumo de fide diſp. 19. ſect. 2. num. 12.* Sed non video, cur Turrecrematæ ſententia propugnari non poſſit, maximè, ſi claritatis gratiâ errorem genericè ſumptum ab errore ſpecificè ſumpto diſtinguamus.

Error formalis, materialis.

MCCCCXIV. *An Germani hæretici, ſint formales?*

NOn ita facilè hæc diſtinctio intelligitur; nam ſumendo errorem genericè, dicere oportet errare materialiter, qui ex ignorantiâ, formaliter qui ex malitiâ. Hinc multæ æquivocationes ſubortæ; quia ignorantia affectata malitiam imbibit, & vincibilis à malitiâ ſuboritur.

An Germaniæ Hæretici ſtatim & ſine limitatione dicendi ſunt formales? Quæſtio eſt, quæ à facto pendet, & Deo iudicanda relinquitur; unde enim ego ſcire potero, An Petrus, qui Lutheranam ſequitur hæreſim, laboret ignorantiâ vincibili? Ante unum aut alterum diem obiit hîc Viennæ Titius, vir magnus & nobilis, & in mortis articulo, anceps ambiguuſque, non potuit Catholicam aut Lutheranam religionem profiteri; ſed devixit orando Deum, ut ſibi eſſet propitius aſſerendo, ſe velle mori in religione catholica; at quia neſciebat utri (Romani an Lutherani) eſſent Catholici, non audebat in tanti momenti re ſententiam ſuam præcipitare. Videbatur facere miſer homo, quod poterat, & non tam malitiâ, quàm ignorantiâ peccare.

Hæc quæſtio pendet à facto: & inexperti homines in illâ non bene diſcurrunt.

Fateor in hac materiâ Theologos inexpertus multò crudiùs ſentire, & defectu notitiæ faciliùs condemnare: At, quia Suarius toto eſt mundo celeber, aliquas ex eo periodos excerpam, quæ ſint multis ſolamini. Ipſe igitur in *Opere poſthumo de tribus virt. diſp. 3. de fide. ſect. 13. num. 1.* ſic ait. [Contingere poteſt, ut ſimplex fidelis doceatur à ſuis Paſtoribus & Prælatis, vel ab homine docto & catholico exiſtimato de re aliquâ tanquam catholicâ & revelatâ à Deo, quæ non ſolùm non ſit revelata, ſed etiam ſit contra revelata; quæ propoſitio reſpectu talis perſonæ eſt ſufficiens, tum ad excuſandum illam ab errore, quia ſimplex fidelis non poteſt per ſe examinare veritatem, ſed ſufficientem diligentiam adhibet, Paſtores & Doctores Eccleſiæ audiendo; & hoc modo fatentur omnes poſſe dari ignorantiam invincibilem in huiuſmodi hominibus, etiam circa errores contra fidem: imò etiam fieri poteſt ut talis homo obligetur credere ea quæ ſibi proponuntur hoc modo; quia non aliter poſſunt idiotæ ad credendum obligari, niſi per doctrinam Patrum & Doctorum, à quibus ex officio docentur.] Hæc Suarius.

An & quomodo detur ignorantia in materiâ fidei?

An interdū teneantur hæreſim credere?

MCCCCXV. *An, qui ex ignorantiâ affectatâ negat articulum aliquem ſit formaliter hæreticus?*

Sed & eodem libro, *tractatu etiam primo de fide, diſp. 19. ſect. 3.* docet non ſufficere ad formalem hæreſim ignorantiam etiam affectatā, & ſupinam, modò homo ſupponat Eccleſiam Romanam eſſe infallibilem, & ſit paratus ſuam mutare ſententiam, cùm primùm ſibi conſtiterit eam Romanæ Eccleſiæ eſſe contrariam. Et quidem multa pulchra congerit, quæ indigent limâ. Scripſit Conimbricæ in Hiſpaniâ ſanctus Vir, ubi non tolerantur hæretici, & ideò ejus ſententiam ad mores patrios reductam, ſic expono, ut opiner cum Suario non eſſe

pertinacem, adeòque neque hæreticum hominem, qui tametſi vincibiliter & craſsè erret, non habet animum contradicendi Eccleſiæ, ſed eam veneratur, paratus mutare potius ſententiam, quàm ei reſiſtere. At omnes, qui nolunt Romanæ Eccleſiæ credere, eſſe formaliter hæreticos, non opinor. Nam, ſi hæc obligatio eſt de fide, aut dabitur circulus vitioſus, aut proceſſus in infinitum, ut ſpeculanti patebit. Nam hæc ipſa propoſitio, *Eccleſia Romana habet authoritatem definiendi*, poteſt ignorari invincibiliter à Petro, vincibiliter à Ioanne, affectatè à Francisco, & pertinaciter à Paulo. Nemo enim oſtendit aut oſtendere poterit, cur non poſſint dari rudes homines, qui invincibiliter teneant eſſe omnino credendum, quod ſui Paſtores docent; quod, tametſi ſit contra ſectionem III. diſputationis XIX. Suarij, eſt conformiſſimum verbis, quæ ex diſput. III. ſectione XIII. eruavi. Hoc expendendum eſt: nam licet omninò ſit difficile judicare, an hic ſit hæreticus formalis; negari non poteſt, dari plurimos, qui invincibiliter errent circa authoritatem Eccleſiæ, quos nemo eſſe hæreticos formales aſſeret.

An poſſit dari ignorantia invincibilis circa authoritatem Eccleſiæ

MCCCCXVI.

An, ſi per impoſſibile (ſupponamus hanc hypotheſim falſam) erraremus in fide, hic error nobis poſſet imputari?

ET quia Suarium examino, non ponam eclamium, quouſque duas authoritates, quas ipſe commendat adiungam. Nam hic pientiſſimus Theologus ejuſdem Operis poſthumi tract. 1. diſp. 4. ſect. 3. num. 12. ſic ait. *Dixit Chryſoſtomus in quâdam homiliâ de providentiâ, ſine magnâ iniuriâ providentiæ divinæ non poſſe hanc fidem falſam reputari; & quod ſi per impoſſibile falſa eſſet, non poſſet hominibus imputari, quia prudentiſſimè illam credunt. Propter quod Richardus de S. Victore libr. 1. de Trinit. cap. 2. cum Deo loquens, auſus eſt dicere ſi error eſt, quem credimus, à te decepti ſumus; iis enim ſignis doctrina hæc confirmata eſt, quæ niſi à te fieri non potuerunt.* Ex quo Eximius D. Mercerius apud Lovanienſes S. Th. Doctor, in promotione quidam me præſente pulcherrimam orationem habuit. Cùm igitur error imputari non poſſit illis, qui prudentiſſimè credunt; & cùm prudentiſſimè credat ruſticus tempore ſchiſmatis, qui ſuo Parrocho adhæret; videretur in omni materiâ fidei ſimiliter poſſe procedere, quia cùm ſimplex ſit, non poteſt ab intrinſeco judicium ferre, nec eſt culpandus, quòd potiùs huic, quàm illi crediderit; quia eâdem ſimplicitate impeditur, ne poſſit eligere, & alterum alteri præponere. Negari ergo non debet poſſe dari inter ruſticos (ut alios omittam, qui ſæpè ruſticis rudiores ſunt) aliquos, qui credendo ſuis Parochis omninò ſatisfaciant, qui plus non poſſint facere, ac proptereà nec debeant. Qui tandem, ſi decipiantur à Parochis, invincibiliter tenere poſſint Eccleſiam Romanam non eſſe veram. Ergo jam damus hæreſim materialem, compoſitam cum animo non ſubſcribendi Eccleſiæ: nempe in caſu, quo Romanæ Eccleſiæ invincibiliter ignoretur authoritas.

Quid faciendum ſit ruſticis ſchiſmatis tempore?

An dentur materiales heretici?

HÆc ſpeculativè: omnia enim quæ de Hæretico materiali dixi, poſſibilia ſunt. An hæc ad praxim poſſint trahi? An dicemus dari in Germaniâ Hæreticos materiales de facto? Deus ſcit: ego neſcio. Ex parte affirmativâ militat multorum ſimplicitas & ſuavitas; qui videntur, ſicut erga fratres, ſic etiam erga Deum, germanè, hoc eſt, ſincerè & amicè procedere; & putantur eſſe admiſſuri noſtram fidem, ſi veram ſcirent. Ex negativâ militant multa, quæ reddunt eorumdem conſcientias ſuſpectas. *Primò*, ſunt irritati, & poſt irritationem defecerunt, ergo ſi velint aperire oculos videbunt ſe præoccupatos contra Eccleſiam præiudiciis plurimis laborare. *Secundò*, tam levia pro ſe fundamenta habent, ut nimiùm rudis futurus ſit, qui eadem non contemnat. *Tertiò* nobis imponunt errores, quos non tenemus; & licet moneantur, non deſiſtunt, adeòque hæc ignorantia affectata videtur. *Quartò* miracula credere nolunt, cùm tamen practicè & politicè ab hiſtoriographis tegantur: ſi enim ea, quæ de Bullâ aureâ & Conſtitutione Imperij narrantur, ſunt vera: cur non etiam quæ de miraculis Sanctorum ab Eccleſia examinatis & approbatis recenſentur? *Quintò*, eoſdem carere inſpirationibus divinis falſum eſt: cur enim non illuminaret interdum eorum mentes Deus, qui jubet Solem ſuum oriri ſuper bonos & malos? Ergo luci & inſpirationi hæretici poſitivè reſiſtunt. *Sextò* (& hæc ratio me ſummoperè movet) hoc ævo multos habemus Viros ſanctos & doctos, qui multa à Deo diſcunt in oratione, ad quos Animæ purgatorij interdum permittuntur venire, & ſuffragia implorare: at certè ad ipſos nulla anima hæretici materialis venit; nulla Catholica, vel unum hæreticum materialem eſſe in purgatorio aut e cœlo revelavit; ergo miſerrima eſt Lutheranorum, Calvinianiſtarum, &c. conditio, nec nimiùm eſt ſperandum illos poſſe ſuâ ignorantiâ ſalvari.

Lutheranæ hæreſis ab irritatione nata: caret fundamento: nobis imponit multa.

An miracula credenda ſint?

An habeant inſpirationes Hæretici?

An hæretici materiales ad eos veniant ad purgatorium perveniant?

Quid, ſi ignorantia illi invincibili excuſari poſſint? Etiam de eorumdem ſalute diffido, Rationem inter lachrymas addo. Sunt homines, ſicut nos: peccant, ſicut nos: at non agunt pœnitentiam, ſicut nos. Laborant præjudicio maximè pernicioſo: ſua dicunt peccata ſanguine Chriſti abluta, & cooperationem humanam omnem negant, nec audiunt Apoſtolum dicentem, *Adimpleo, quæ deſunt paſſioni Iesu Chriſti*. Pone Titium in mediâ Saxoniâ invincibiliter ignoraſſe Fidem Romanam eſſe veram: pone nbuſſe in religione, quam vocant Evangelicam, ſincerè putando eſſe veram. Quid factum fuit de ejuſdem animâ? Ad cœlum, inquies, ivit: nemo enim peccat, in eo quod invincibiliter ignorat. Sed Ego hærebo: & iterum loquar cum lachrymis. Eſto, inquam, Titius in fidei materiâ non peccaverit: ſic enim ſupponis, & ſi detur inſuperabilis ignorantia, conſentio. Sed quæro, An fuerit Titius iuvenis? Annon etiam laſcivus? av fuerit vir? an non etiam intulerit proximo injurias? an non ſæpè peccaverit? &, ſi peccavit, quando egit pœnitentiam? quando fuit iuſtificatus? Erat in peccato mortali, & æternæ damnationi obnoxius, etiam præſcindendo à Catholicâ fide; obiit ſine ullo ſacramento, pœnitentiæ immemor. Quò ergo hac viâ tandem tendunt? Ad infernum. At habuit contritionem, inquies.

Cur non ſalventur materiales hæretici?

An omnia Chriſtus fecerit, nihilque homo debeat cooperari?

Excuſat à peccato ignorantia invincibilis.

Moriuntur impœnitentes materiales heretici.

Eſt

Eſt actus difficilis, Lutherani illam aut neſciunt, aut non neceſſariam obganniunt: & qui omnes Hæreticos elicere actum contritionis exopto. Titium & alios, illum eliciuiſſe non facilè ſum crediturus.

PARS ULTIMA.

Quid Dialectica Modalis ſit: & quibus modis in ſum ſyllogiſmi deſcurri.

SUpereſt tandem ut agamus de Modali Dialectica, & Modalium Syllogiſmorum formas & modos diſcutiamus. Ut ergo à definitionibus exordium ſumam, ſic aio: Dialectica eſt Logicæ pars argumentativa. Dialectica Modalis eſt, quæ tradit, dilucidat, & fabricatur Syllogiſmos Modales. Et iſte eſt, cuius omnes, aut ſaltem aliqua vel aliquæ propoſitiones ſunt Modales. Modi, de quibus dialecticabor ſunt, Neceſſarium, Impoſſibile, Poſſibile, & Contingens: & licèt propter hunc ultimum præcipuè ſumpſerim calamum, alios etiam obiter illuſtrabo.

ARTICULUS I.

De Modo Contingenti: & eius uſu in Syllogiſmis.

MCCCCXVII. *De propoſitionum veritate aliter Dialecticum, & aliter judicat Grammaticum.* *An à potentiâ ad actum valeat argumentum?*

NE æquivocatione laboremus, volo ponere aliquas Propoſitiones, quas Grammaticus ſimillimas dicturus ſit, quas non eſſe ſimiles nec æquipollentes ſit cenſurus Dialecticus. Illæ ſunt:

Contingens eſt, ut ventus moveatur.
Ergo nunc ventus movetur contingenter.
Poſſibile eſt ut Petrus currat:
Ergo nunc Petrus currit poſſibiliter.
Impoſſibile eſt, ut Ioannes ſit lapis:
Ergo nunc Ioannes eſt lapis impoſſibiliter.
Neceſſarium eſt ut Antonius ſit animal;
Ergo Antonius nunc eſt animal neceſſariò.
Neceſſarium eſt ut Deus ſit;
Ergo nunc eſt Deus neceſſariò.

Ecce bonas poſitiones compoſui, & alteram ab alterâ inferri iuſſi, ut æquivalentiam aut etiam differentiam explicarem. In neceſſariis à potentiâ ad actum argumentandi forma bona eſt, & hanc ob rem ultima, & etiam penultima conſequentia neceſſariò admittetur; quia ſi neceſſarium ſit Deum eſſe, Deus eſt neceſſariò: non enim aliter neceſſitas poteſt intelligi.

Quid ſit exiſtere impoſſibiliter?

Media conſequentia (hoc eſt, tertia) ſi verba mera reſpiciamus, ſimilis cæteris eſt: at ſi ſenſum, contradictionem manifeſtam involvit, nam ab impoſſibilitate non infertur rei exiſtentia, ſed rei non exiſtentia. Et quid quæſo eſt exiſtere impoſſibiliter? Modus enim præſupponit rem cuius eſt modus. Ergo ex illâ *Impoſſibile eſt, &c.* Infer potiùs hanc, *Ergo Ioannes nunc eſt neceſſariò non lapis*. aut hanc (quam puto non differre ab altera) *Ergo Ioannes neceſſariò non eſt lapis*. Dicet hîc aliquis: *eſſe impoſſibiliter*, eſt eſſe habere eſſentiam aut exiſtentiam impoſſibilem, nec eſſe malum loquendi modum: nam de chimæra poſſumus dicere, quod ſit impoſſibiliter; hoc eſt eſſentiam & exiſtentiam impoſſibilem habeat. Fateor argumentantem ſic, ſub ſpecie veritatis errare: ſed iubeatur hanc ipſam doctrinam propoſito caſui applicare. Sic diſcurro: *Eſſe impoſſibiliter* eſt habere eſſentiam & exiſtentiam impoſſibilem: ergo *eſſe lapidem impoſſibiliter* erit habere eſſentiam aut etiam exiſtentiam lapidis impoſſibilis. Rideo. Ergo debebimus ad modum Neceſſitatis recurrere, ut ex illo antecedenti legitimam conſequentiam inferamos: quod fecimus.

An chimæra habeat eſſentiam impoſſibilem? *Impoſſibiliter non diſtinguitur à neceſſitate?*

MCCCCXVIII. *De propoſitione Contingenti & Poſſibili.*

Duæ priores conſequentiæ ſunt malæ: & prima clariùs, quàm ſecunda: hæc enim propoſitio, *Contingens eſt, ut ventus moveatur*, cum moveri non dicit, & illo quieſcente vera eſt: cùm tamen altera, *Ventus nunc movetur contingenter*, illo quieſcente falſa ſit. Ex illâ, *Poſſibile eſt Petrum currere*, ducitur illa, *Petrus nunc currit poſſibiliter*. Et quid ipſa ſignificat? Petrum currere, an poſſe currere? ſi agatur de potentiâ quæ actum non excludat, ſi de potentiâ quæ illum excludat ſemper erunt difficultates. Ergo adhibenda ſumma eſt cura, ne ſenſus ambiguus & anceps inficiat Poſitiones Modales.

Feramus ergo breviter de ſingulis conſequentiis cenſuram. PRIMA duas propoſitiones differentes complectitur, quarum admiſſâ primâ poſſit ſecunda condemnari. SECUNDA duas, quarum poſterior obſcura & inutilis eſt. TERTIA, iterum duas, quarum poſterior debet reiici, & eius loco altera neceſſaria ſubſtitui, ut paulò antè explicavimus. QUARTA continet duas æquipollentes, aut ſaltem ſe mutuò inferentes; & idem dicendum eſt de QUINTA, in qua id ipſum percipitur manifeſtiùs & clariùs. STAT ERGO Modos ſumi nominaliter [ut cùm dicimus, *Neceſſarium eſt, Impoſſibile eſt, Poſſibile eſt, & Contingens eſt:*] & adverbialiter, [ut cùm addimus, *Neceſſariò eſt, Impoſſibiliter eſt*, ſeu *Neceſſariò non eſt*, *Poſſibiliter eſt*, & *Contingenter eſt:*] Stat illud *Impoſſibiliter eſt* debere reiici: & illud *Poſſibiliter eſt* reiici poſſe. Stat ex *Contingens eſt ut exiſtat*, ad *Contingenter exiſtit*, non valere illationem: at verò ex *Impoſſibile eſt ut exiſtat*, ad *Neceſſariò non exiſtit*, ex *Neceſſarium eſt ut exiſtat* ad *Exiſtit neceſſariò* valere.

Modi bifariam ſumi ſolent: nominaliter, & adverbialiter.

Digitized by Google

MCCCCXIX. *Dubium incidens.* His poſitis ſuccurruot aliqua examinanda. Petis primò, *An ex præmiſſis contingentibus ſemper ſequatur conſequentia contingens?* Stat pro affirmativâ parte communis Dialecticorum opinio,& hæc ratio. [Ex præmiſſis neceſſariis, certis & indubitatis,infertur certa & indubitata concluſio: Ex probabilibus probabilis; Ex dubiis dubia: Ex impoſſibilibus impoſſibilis: Et ex poſſibilibus poſſibilis: Ergo ex præmiſſis contingentibus concluſio inferetur contingens.] Sed ut videas quàm multa hîc congeris Argumentator,quæ vulgò obtinent, & tamen falſa ſunt,ſequentes Concluſiones conſidera.

PRIMA.

Hæc ab univerſis admittitur.

Ex *certis,evidentibus & indubitatis,certa evidentia & indubitata inferuntur.* Illam probo hoc exemplo:

Omnis Triangulus habet tres lineas:
Iſſoceles eſt Triangulus:
Ergo habet tres lineas.

in quo conſequentia eſt tam certa, ut nemo de illâ dubitet: & hîc per accidens tam neceſſaria, ut nec de abſolutâ Dei potentiâ poſſit impoſſibilis aut falſa reddi. Conſultò poſui illud *per accidens*,huic enim Concluſioni ſubiungi poteſt hæc.

SECUNDA.

Cùm volunt hanc Authores vitiare, verbis eludunt.

Ex *neceſſariis poſſunt & ſolent contingentia deduci.* Et probatur; nam iſti ſyllogiſmi ſunt boni.

Omnis homo albus eſt coloratus
Omnis homo albus eſt animal:
Ergo aliquod animal eſt coloratum.
Omnis puer numerat ætatis paucos annos:
Omnis puer eſt homo:
Ergo aliquis homo numerat ætatis paucos annos.
Omnis Arithmeticus ſcit numerare:
Omnis Arithmeticus eſt homo.
Ergo aliquis homo ſcit numerare.

ſunt omnes in *Darapti*, & ex præmiſſis neceſſariis conſequentiam contingentem deducunt.

TERTIA.

De comprobabilitate Præmiſſarum.

Ex *præmiſſis verè probabilibus poteſt & ſolet inferri conſequentia falſa,improbabilis.* Eſt contra omnes Peripateticos, aut ferè, aſſerunt enim eſſe ſyllogiſmum probabilem, cuius præmiſſæ ſunt probabiles, quod eſſe falſum evidenter oſtendam; non enim eas eſſe probabiles ſufficit, ſed requiritur eſſe comprobabiles. Do Probabilitatis & Comprobabilitatis diſcrimen.

Probabilitatis & Comprobabilitatis differentia.

Propoſitio probabilis illa dicitur, quæ ita defendi poteſt, ut non ſequatur contradictio: quod,ſi duæ Propoſitiones, quarum alterutra poſſit ſine contradictione defendi, non tamen utraque ſimul condefendi, ponantur; dicam illas eſſe ſeorſim probabiles, non tamen eſſe comprobabiles. Doctrinam notiſſimo exemplo dilucido. Sic ſcribo.

An omnis entitas diviſibilis ſit materialis? An ſit diviſibilis?

Omnis entitas diviſibilis eſt materialis;
Fides infuſa eſt diviſibilis;
Ergo Fides infuſa eſt materialis.

Examina bene hunc ſyllogiſmum, & reperies probabilem eſſe majorem, probabilem eſſe minorem; & tamen Concluſionem non eſſe probabilem. Probabile eſt *Indiviſibilitatem* & *Spiritualitatem* eſſe duo nomina & eamdem rem. Quis id negare audebit? Eſt etiam probabile Fidem intendi additione partis ad partem. Quis ambiget? Utraque ſententia habet Authores doctos,pios; & ex neutrâ inferri repugnantia videmus. At iſtæ duæ opiniones, quæ ſeorſim probabiliter defendi poſſunt, ſimul condefendi non poſſunt; quia, ſi ſupponas utramque eſſe veram, impingam in tuam mentem duas contradictorias ſimul veras. Quia cùm neutra pars neget hanc Propoſitionem, *Fides eſt ſpiritualis*, qui defendunt majorem, totum hunc ſyllogiſmum admittent,

Omnis entitas diviſibilis eſt materialis,
Fides non eſt materialis;
Ergo nec diviſibilis.

& qui defendunt minorem, totum iſtum,

Fides non eſt materialis;
Fides eſt diviſibilis:
Ergo aliquod diviſibile non eſt materiale.

Igitur, ſi neceſſarium eſt, ut qui illius ſyllogiſmi alteram præmiſſam admittat, alteram neget; duæ illæ præmiſſæ, nec ſimul veræ, nec ſimul probabiles ſunt.

MCCCCXX. *An dentur præciſiones objectivæ?* Addam aliud exemplum manifeſtum & clarius, ut ex probabilibus non ſolùm improbabilia ſed impoſſibilia inferri ſubnotes. Conſidera ſyllogiſmum ſequentem.

Præciſio objectiva poſtulat extrema realiter diſtincta:
Eſſentia divina ab attributis præſcinditur objectivè.
Ergo eſſentia divina realiter diſtinguitur ab attributis.

An poſſimus Relationes â Divinitate præſcindere?

Major eſt probabilis: illam Nominales, Expreſſivi, & quotquot negant præciſiones objectivas in formalitatibus, tuentur pronunciantes, ut unum concipiatur ſine alio, debere realiter diſtingui ab alio. Minor etiam eſt probabilis, admiſſa ab omnibus Thomiſtis & Scotiſtis. Et tamen conſequentia eſt falſa, improbabilis, impoſſibilis, imò hæretica: in Rhemenſi Concilio, & alibi ſæpè damnata.

QUARTA.

Quid naſcatur ex dubiis?

Ex *dubiis inferri poſſunt; quæ evidenter ſint falſa.* Et hanc nullo alio modo meliùs probare potero, quàm aliquos ſyllogiſmos ſubſcribendo.

Modo (loquor meridie) *Turca dormit.*
At ille non niſi nocte dormit:
Ergo nunc eſt nox.

Dubito de majori: dubito de minori: & tamen non dubito de concluſione, quam eſſe falſam propriis oculis video. Hunc addo:

Omnes homines, qui modo coram Rege ſunt, albi ſunt:
Omnia alba, quæ coram Rege ſunt, cani ſunt:
Ergo omnes homines, qui coram Rege ſunt, ſunt cani.

Quid

Quid ego de majori ſcio?quid de minori ? & tamen hoc unicum ſcio, concluſionem impoſſibilem eſſe.

QUINTA.

MCCCCXXI *Quid ex impoſſibilibus poſſit?*

Vera aut etiam neceſſaria ex impoſſibilibus inferri ſolent. Conſidera ſyllogiſmos ſequentes.

Omnis homo eſt lapis:
Omnis lapis eſt animal rationale:
Ergo omnis homo eſt animal rationale.
Verbum eſt creatura:
Creaturæ ſunt æquales Patri:
Ergo Verbum eſt æquale Patri.
Omnes athei ſunt in gratia:
Qui ſunt in gratiâ in æternum peribunt:
Ergo omnes athei in æternum peribunt.

An natura lapidis & hominis unitive poſſint hypoſtatice? *An peccatum & gratia aut etiam gloria poſſint ſimul conſiſtere?*

Ecce in ſingulis ſyllogiſmis præmiſſæ impoſſibiles, & concluſiones veræ, infallibiles aut etiam neceſſariæ ſunt. Nec volo hic te nimis ſubtilem videre, & audire quærentem, An homo unionis hypoſtaticæ vi, poſſit eſſe lapis? aut etiam, An peccatum & gratia, demeritum & gloria, de abſolutâ potentiâ componi queant? Quia exempla ſumuntur ex doctrinâ communi (imò & ſæpe non mea) ut ſint clariora: & ſi hæc non placeant, retine ſyllogiſmum medium, extremos rejice, & alios ſimiles ex maſtheſi ſubſtitue.

SEXTA.

Quid inferant poſitiones poſſibiles?

Inferre poteſt ex præmiſſis poſſibilibus, conſequentia, quæ ſit merè poſſibilis: quæ ſit contingens & exiſtens: quæ ſit falſa: quæ ſit neceſſaria & vera. Singula poterunt exemplis claris demonſtrari.

Hic liber in lignum vertetur.
Ligna comburentur.
Ergo comburetur hic liber.

Omnia ſunt poſſibilia. Progrediamur;

Petrus eſt beatus:
Beati morientur:
Ergo Petrus morietur.

An beati in cœlo ſint mortales?

Major eſt poſſibilis : nam Petrus beatus eſſe poteſt: & beati ipſi ſi omnipotentiam reſpiciamus, mori aut annihilari poſſunt : & tamen ex præmiſſis merè poſſibilibus conſequentia, quæ eſt vera, non tamen neceſſaria deducitur. Falſa deducetur ex iſtis.

Auſonius currit:
Omne currens eſt viride:
Ergo Auſonius eſt viridis.

Præmiſſæ ſunt poſſibiles & contingentes: concluſio poſſibilis contingenſque : falſa tamen. Adhuc alium ſyllogiſmum ſubjungo:

Sophronius vulneratur:
Omnes, qui vulnerantur, ſunt homines:
Igitur Sophronius eſt homo.

& in eo vides præmiſſas poſſibiles parere conſequentiam neceſſariam & certam.

SEPTIMA.

MCCCCXXII.

Ex præmiſſis contingentibus ſi veræ ſint, conſequentia falſa deduci non poteſt: at neceſſaria poteſt. Parallela. *Ex præmiſſis neceſſariis conſequentia falſa deduci non poteſt: contingens verò poteſt.* Utraque videtur difficilis. Priorem alterius-utrius partem admittis, quia ex veris non inferuntur niſi vera: at utriuſque poſteriorem nega, quia cùm Dialecticorum præſcriptâ lege ſtabilitum ſit, ut Concluſio ſequatur debiliorem partem, fieri non poterit, ut ex præmiſſis neceſſariis contingens: aut ex contingentibus, neceſſaria conſequentia inferatur. Et tibi ego: neceſſariam infero: & ſi contrarium aliqui aſſerant illos ipſos errare.

Sed me potius errare, ais ; & hunc ſyllogiſmum proponis:

Quid ex contingentibus poſſit ſubinferi?

Omnis homo neceſſariò eſt rationalis;
Petrus neceſſariò eſt homo;
Ergo Petrus neceſſariò eſt rationalis.

Quid ſit demonſtratio?

An non de reliquis (inquis) eodem modo philoſophandum eſt? An-non Ariſtoteles libr. 1. de Demonſtr. cap. 4. text. 7. ait: *Demonſtratio eſt ratiocinatio, quæ ex præmiſſis neceſſariis conſtat?* An non ibidem cap. 6. text. 16. inquit; *Aut certè ita ſtatuendum eſt, aut verò nobis hoc loco quaſi Principium quoddam accipiendum, Demonſtrationem eſſe rem certiſſimam & neceſſariam; & ſi quid eſt, quod Demonſtratione concluſum eſt, illud non poſſe aliter ſe habere. Ex quo illud neceſſariò efficietur, eam ratiocinationem, quâ hujuſmodi res concluditur, eſſe ex neceſſariis ſumptionibus conſtituendam.* An-non millena alia extant apud Ariſtotelem & Peripateticos teſtimonia his ſimilia? Ergo-ne ſi conſequens ſit neceſſarium ; præmiſſæ neceſſariæ erunt ; & ſi hæ neceſſariæ ſint, conſequens erit neceſſarium? De conſequenti loquor ; poteſt enim conſequentis contingentia imo etiam falſitas componi cum neceſſitate conſequentiæ : ut patet in his ſyllogiſmis:

Omnis homo eſt albus,
Petrus eſt homo ;
Ergo Petrus eſt albus.
Omnis Platanus eſt leo.
Petrus eſt Platanus;
Ergo Petrus eſt leo.

In utroque (nam ſunt in eâdem figurâ, modoque) conſequentia eſt legitima & neceſſaria; & tamen in priore conſequens erat contingens, & in poſteriore omninò falſum.

MCCCCXXIII. *Reſolutio.*

RESPONDEO PRIMO, *Ex præmiſſis contingentibus conſequens neceſſarium* : SECUNDO, *Ex neceſſariis contingens poſſe & ſolere inferri.* Et ut Concluſionem hanc perſuadeam, interrogo, An à poſteriori demonſtrari (hoc eſt ; in meo Lexico, evidenter probari) poſſit, hæc Propoſitio, *Neceſſarium eſt dari Deum* ? An ſaltem iſta, *Datur Deus*? Et ſi poſſit (quod negare quis audeat?) an-non debebunt præmiſſæ contingentes aſſumi? Hanc rationem efformo. *Datur Mundus; At neceſſarium eſt eum habere Authorem, & hunc Deum dicimus: Ergo neceſſarium eſt dari Deum.* Neſcio, an à poſteriori alius poſſit fieri ſyllogiſmus fortior: & tamen conſequens neceſſarium parit, major contingens.

An & quo modo probari poſſit dari Deus. *Ex contingentibus infertur neceſſarium.*

Ut etiam Parallelam perſuadeam, hos duos ſyllogiſmos benè ponderandos propono.

Omnis Dialecticus eſt doctus;
Omnis Dialecticus eſt homo:
Ergo aliquis homo eſt doctus.
Omnis homo eſt animal;

Omnis

Omnis homo eſt vivens;
Ergo aliquod vivens eſt animal.

Et ex neceſſariis contingēs.

Utrumque eſt in *Darapti*, & in utroque neceſſariæ præmiſſæ vi conſequentiæ ſeu illationis neceſſariæ conſequens contingens producūt; cōtingit enim Homine potiùs eſſe doctum quàm indoctum, & Animal potiùs eſſe rationale quā irrationale. [Conſultò duo exempla propoſui, quia ſi aliquid diſpliceat in ſecundo, non video quid in primo non arridere poſſit.]

MCCCCXXIV. Opinio Reiningeri.

DUas Theſes poſui, & utramq; expreſsè cōtra Peripateticos. Sed quis illos defendet? P. Georgius Reininger, qui in Doctrinæ Peripateticæ Compendio propugnato Friburgi ann. 1627. oppoſitum omninò docet. Quam ob rem ejus tu armaris teſtimonio, & aut noſtras Theſes eſſe falſas, aut ſaltem indemonſtratas probas; quia, ut putas, quod in florente Academiâ cum pace & plauſu defenditur, ut minimum probabile eſt. Igitur argumentatis, ſi

Contra primam,

Compendium Theologiæ naturalis.

ET ex citato Opuſculo Parragraphum ultimum producis, in quo iſta legis.

Deum Opt. Max. exiſtere, omnis Natura, Philoſophia, Theologia, Fides clamat contra inſenſatos Epicureos, Atheos, Machiavelliſtas, Calviniſtas id q; nemo ſani cerebri nō colligat à poſteriori, ex tanta creaturarū varietate, diſpoſitione, gubernatione, conſervatione. Simpliciſſimæ Dei eſſentiæ repugnat omnis planè compoſitio. Attributa divina nec inter ſe nec à Natura realiter differunt. Implicat plures dari Deos. Deus eſt Ens Entium à quo dependent omnia, ipſum ab omnibus independens, quo nihil majus, nihil melius aut perfectius eſſe aut excogitari poteſt, hinc rectè dicitur ſine Quantitate Magnus; ſine Qualitate Bonus; ſine Tempore Sempiternus; qui ſine Labore omnia regit, ſine Motu omnia tranſcendit, ſine Indigentia omnia creat, ſine Loco ubique Totus, ſine Situ ubique Præſens; in Virtute Omnipotens, in Sapientia Ineſtimabilis, in Conſiliis Terribilis; cui nec Origo Initium, nec Tempora Incrementum, nec Caſus Finem dabit: Eſſentia eſt Infinitus, Intelligentia Incircumſcriptus, Potentia Inexhauſtus, Duratione Æternus, Loco Immenſus, Bonitate Optimus, Vita Feliciſſimus, Omnis Boni Fons & Origo, & Ultimus rerum omnium Finis.

Gaudes te videre pulchrum totius Theologiæ Naturalis Compendium; & ſic ais. Aliud eſt demonſtrare *Deum exiſtere*; aliud *Deum neceſſariò exiſtere*: primum fieri à poſteriori, & aſſeri à Reiningero, non ſecundum.

Qui non demonſtrat Deū neceſſariò eſſe, non demonſtrat Deum eſſe.

Et reſpondeo nōn eſſe Divinam exiſtentiā, quæ neceſſaria non ſit; nec poſſe demonſtrari Deum contingenter eſſe, nec Deum eſſe præſcindendo à neceſſitate & contingentiā, ſed Deum neceſſariò eſſe; adeoque nunquam credam contra me in re tam clarā Reiningerum ſtare. Demonſtratur igitur hæc Propoſitio, *Deus neceſſariò eſt*; ſed unde: *Ex creaturarum*, inquit, *varietate, diſpoſitione gubernatione, conſervatione*: quæ omnes neceſſariæ non ſunt. Poſitā Dei exiſtentiā, Unitatem, Sapientiam, Omnipotentiam, Immenſitatem, Infinitatem, Æternitatem eſſe attributa quæ neceſſariò Deo competant demonſtrari poteſt & ſolet, etiam humanis & non neceſſariis veritatibus aſſumptis; putamus enim hanc eſſe legitimam Demonſtrationem. *Neceſſarium eſt Deum habere omnes perfectiones humanas præciſas ab omni imperfectione; ſed dantur homines, qui habeant intellectum: Ergò neceſſarium eſt Deum habere intellectum ab omni imperfectione liberum.* Ubi major poſitā Dei exiſtentiā negari non poteſt; minor eſt contingens (non enim neceſſarium eſt dari homines: & ut detur, probabile eſt habere intellectum & voluntatem ab Animâ diſtincta realiter: & ſi hæc realis ſemel admittatur diſtinctio, quis ligabit Dei manus, ne homines creet intellectûs expertes) & tamen conſequens imbibit modum neceſſitatis.

A contingentibus Deus [illegible] demonstr[illegible].

An poſſit Deus Animam [illegible] intellect[illegible].

Sed quia hanc ipſam Dialecticam, quam ſcribimus, ad Theologiam dirigimus, non poſſum non dicere illa Reiningeri verba, *Deum exiſtere Fides clamat*, ſcholaſticā limâ indigere. Nā Fides non definit Deum eſſe, ſed ſupponit à Philoſophiâ demonſtratum: nam ante omnem actum Fidei præſcire debeo, *dari Deum: eum talem poſitionem revelaſſe, & eumdem mentiri non poſſe*. Et ut puto, hæc una Præjudiciorum Trinitas ita eſt neceſſaria, ut qui aliquo ex his judiciis præviis careat, nihil credere ſupernaturaliter poſſit. HÆC notaſſe ſufficiat; quid objicias

MCCCCXXV. An Deum eſſe de Fide ſit, an tantum Deum loquentem, & mentiri non poſſe.

Contra ſecundam

VIdeamus. Eumdem Reiningerum producis, qui Parragrapho V. ſic ait.

An ex neceſſario conſequatur contingens?

Diſcurſus eſt progreſſio ab unâ cognitione ad aliam priore cauſante poſteriorem non phyſicè ſed moraliter; conſiſtit formaliter in judicio illativo, quod eſt ſimplex entitas, materialiter præſupponit judicium Antecedentis & Conſequentis. Ad Diſcurſum non requiritur per ſe ſucceſſio temporis ſed cauſalitatis. Concluſio ſequitur debiliorem partem Antecedentis in quibusvis præmiſſarum affectionibus. Ex Antecedente neceſſario nunquam ſequitur concluſio contingens. Inter quatuor Argumentationis ſpecies ſolus ſyllogiſmus eſt conſequentia formalis. Præmiſſa neceſſitant intellectum quoad ſpecificationem non quoad exercitium in ordine ad concluſionem. Omnis vis neceſſariò concludendi oritur ex duobus principiis: Dici de Omni, & Dici de Nullo. Tres tantùm ſunt figuræ ſyllogiſticæ: In ſecundâ & tertiâ nulli dantur Modi indirecti, in quibus majus extremum eſt illud quod in concluſione prædicatur. Concluſio eſt de eſſentia ſyllogiſmi.

Poſuiſti totius Parragraphi contextum, quoniam præter principalem quæſtionem, in quâ errat, etiam in aliis exorbitat, & aliquâ correctione indiget.

Primò ait, *Ex antecedente neceſſario nunquam ſequitur Concluſio contingens.* Nego ego: & ſyllogiſmos ſuperius poſitos in confirmationem reſumo.

Secundò, *Tres tantum ſunt Figuræ ſyllogiſticæ.* & cùm tres enumerat, Galenicam reiicit, quæ vulgò nominatur *quarta*, quam tamen non debere reiici, nos evidenter ſuperiùs demonſtravimus; quinimo oſtendimus illam ſolam eſſe perfectam; & reliquas ejuſdem converſiones aut inverſiones.

[illegible] Galenica [illegible]

Tertiò, *Secunda & tertia figura Modos indirectos negat.* & tamen illi evidenter probantur. Quid

Dantur Modi indi-

ſi aliquis

[illegible]

a, [illegible]

Ex [illegible] p[illegible] R[illegible] ſſ[illegible] i[illegible] dum [illegible] Andreas Cap[illegible] Pe[illegible] 46. his ver[illegible]. *Ne ex vero falſum, nec ex neceſſario ſequi contingens poteſt in bonâ forma.* [illegible]

Om[illegible] iens
O[illegible] homo,
E[illegible] n[illegible] ens.

plurium actes fatigavit. [illegible] *dicunt, conclusionem* [illegible] *exſpectatam contingentem eſſe,* [illegible] *ad præmiſſas neceſſariam.* At [illegible] nihil [illegible] tio p[illegible] ſequi [illegible] g[illegible] em[illegible] ſe[illegible] ve[illegible] loqua, [illegible] quer [illegible] nec [illegible] a[illegible], [illegible] ſi præmiſſæ [illegible] quoniam [illegible] ſyl[illegible],

Aliud eſt conſequentia & alia conſequentis neceſſitas.

Omnis bonus Philoſophus eſt doctus,
Omnis bonus Philoſophus eſt animal,
Ergo aliquod animal eſt doctum.
Omnis arbor eſt rationalis,
Omnis homo eſt arbor:
Ergo omnis homo eſt rationalis.
Omnis equus eſt lapis,
Omnis crocodilus eſt equus;
Ergo omnis crocodilus eſt lapis.

Neceſſitas conſequentiæ eſt hypothetica, & in ſenſu compoſito.

omnes tres concluſiones cum reſpectu ad præmiſſas ſunt æquè veræ, æque neceſſariæ, æquè certæ: ex hypotheſi enim quòd præmiſſæ ſint veræ, neceſſ[illegible] eſt eſſe etiam [illegible] conclusionem. At quando quærerent, Utrùm ex falſis aliquando ſequatur verum, & aliquando falſum? reſpond[illegible] omnes aſſertivè; non aſſerunt poſſe ſequi [illegible] poſitionem, quæ ſit vera aut falſa cum reſpectu ad p[illegible], (qu[illegible] ho[illegible] ſu[illegible] omni ſyllogiſm[illegible] ſequitur ſemper, & nunquam falſu[illegible], ſed poſſe [illegible] al[illegible] poſitionem, quæ in ſe præſcindendo à præmiſſis [illegible] vera, & poſſe aliquando quæ in ſe præſcindendo à præmiſſis ſit falſa. Ergo quando quærimus, An ex contingentibus ſequatur neceſſarium, [illegible] de c[illegible] ſione, quæ neceſſar[illegible] ſit, [illegible] ſecun[illegible] ſe conſideretur.

Ut rem [illegible] intelligas, muto materiam, & alium ſyllo[illegible] [illegible] bo.

Omnis, qui peccat, liberè operatur;
Omnis, qui peccat eſt intellectivus;
Ergo aliquis intellectivus liberè operatur.

Cum igitur liber[illegible] p[illegible] natur neceſſitas, d[illegible] ve im[illegible] An præter neceſſitatem conſ[illegible] communem (quam [illegible] neceſſitatem, ſede[illegible] alia [illegible] h[illegible] as [illegible] *præmiſſis [illegible] quæ ſpecificat* [illegible] *ſunt neceſſar* [illegible] *ſequi conclu-*

ſio [illegible] *ſumpta* [illegible] *ſit* [illegible]

V[illegible] n[illegible] p[illegible] v[illegible] *tur per* [illegible] *catur* [illegible] *magis* [illegible] *tur* [illegible] *tu an* [illegible] *ma* [illegible] *demonſtraus* [illegible] ne[illegible] ta[illegible] i[illegible] quæ ecc[illegible] bu[illegible] tur p[illegible] [illegible]. *Dicendum, quod licet* [illegible] *tur* [illegible] *s tota Trinitas operata ſit* [illegible] *tamen* [illegible] *ſunt ad* [illegible] *ſtrandam ſpecialiter hanc* [illegible] *per unam* [illegible] verbum illud *demonſtrare* [illegible] e [illegible] nonnul[illegible] re[illegible] eder[illegible] quæ [illegible] nem ſecundam & [illegible] p[illegible] re Articuli [illegible] di hæc leges. *Duplex eſt demonſtratio, una quæ eſt per cauſam, & dicitur propter quid.* [illegible] *per priora ſimpliciter; alia eſt per effectum & dicitur Demonſtratio quia; & hæc eſt per ea, quæ ſunt priora quoad nos cùm enim effectus aliquis nobis eſt manifeſtior, quam ſua cauſa per effectum procedimus ad cognitionem cauſæ. Ex quolibet autem effectu poteſt demonſtrari propriam cauſam ipſius eſſe: ſi tamen ejus effectus ſint magis noti quoad nos, quia cùm effectus dependeant à cauſâ, poſito effectu neceſſe eſt cauſam præexiſtere. Unde Deum eſſe ſecundum quod non eſt per ſe notum, quoad nos demonſtrabile eſt per effectus nobis notos.* Et tamen Deus eſt Ens neceſſ[illegible]rium, & omnes effectus ad [illegible] contingentes ſunt.

ARTICULU[S] II.

De [illegible]giſmo po[illegible].

An ex præmiſſis poſſibiliter veris ſe- [illegible]

VOcatur Syllogiſmus poſſi[illegible] præmiſſæ falſæ quidem ſunt a[illegible] potent[illegible]; multa [illegible] verè non ſu[illegible], quæ [illegible] ſunt eſſe. Pono ex[illegible]plum,

BAM. *Omnis homo eſt albus,*
MA. *Omne album eſt frigidum,*
DA. *Ergo omnis homo eſt frigidus.*

Ecce habet ſyllogiſmum le[illegible] [illegible] ſulæ propoſitiones, tametſi falſæ ſu[illegible] [illegible] liter veræ. Omnia & ſingula m[illegible] d[illegible] tè, & inquiris, An iſte ſit bonus di[illegible] *Forma eſt legitima, major minorque, ſint* [illegible] *ſunt tamen poſſibiliter veræ. Ergo conſequ*[illegible] *falſum ſit, erit ſaltem poſſibiliter verum* [illegible] aliis verbis inquirere, An ex præmiſſ[illegible] genter falſis ſequi debeat conſequ[illegible] tingenter f[illegible]lſa, an verò al[illegible] falſa poſſit ſequi?

Reſpondeo in Dialecticæ [illegible] oſſ[illegible] rati conſ[illegible]entiam doctrinæ, & [illegible] ſes parall[illegible] d[illegible] re neceſſari[illegible]

Concluſio prima.

PRIMA *Ex antecedente contin*[illegible] *infert ſolet aliquando conſequens ne*[illegible] *verum*
PARALLELUM, *Ex antecede*[illegible] *ſed poteſt inferri* [illegible] *nec*[illegible] [illegible]

BAR- *Omne currens eſt homo,*
BA- *Omnis equus currit:*
RA. *Ergo omnis equus eſt homo.*

[illegible] propoſitionum [illegible] præmiſſæ con[illegible] ſunt [illegible] & [illegible] falſi [illegible] conſequens.

Secunda Concluſio.

SECUNDA. *Ex antecedentibus probabilibus inferri conſequens improbabile poteſt, ex comprobabilibus non poteſt.* PARALLELUM. *Ex antecedentibus poſſibilibus, inferri conſequens impoſſibile poteſt, ex compoſſibilibus non poteſt.* Cætera certa ſunt: hoc ultimum oſtenditur, illos duos [illegible] ſyllogiſmos, [illegible] poſui ſuperius, diſcutiendo. In primo, qui erat in *Bommada*, ideo conſequens poſſibile eſt, quia præmiſſæ compoſſibiles ſunt: poteſt enim fieri divinitùs, ut ſimul ſint veræ. At in ſecundo, qui eſt in *Barbara*, præmiſſæ compoſſibiles non ſunt (nam tametſi Deus, unamquamque poſſit veram reddere, non tamen poteſt facere, ut utraque ſimul vera ſit [illegible] nam ſi omne currens eſt homo, equum currere impoſſibile eſt) & ideò conſeque[illegible] poſſibile non eſt.

Secunda Concluſio dilucidatur & firmatur.

Hanc ultimam ſententiam ante annos multos propugnavit Marſilius: ann. 1617. Capitel. Theſi. 42. Clavæ Peripateticæ: & poſſe demonſtrari videtur; quoniam illius ſecundi ſyllogiſmi præmiſſæ (nimirùm, *Omne currens eſt homo*, *Omnis equus currit.*) ſe mutuò elidunt, & componi non poſſunt. Porrò, ſi omnis equus currit; Aliquid, quod currit, eſt equus, adeòq; *aliquid, quod currit non eſt homo.* Et ſi hoc eſt verum, talſum aſſertum eſt, *Omne, quod currit eſt homo.* Præterea, ſi omne currens eſt homo, Omne non-homo erit nō currens: cùmq; Omnis equus ſit non-homo, *Omnis equus erit nō currens.*, nō igitur erit *Omnis equus currens.* Stat igitur ſe mutuò elidere, & hæc Aſſerta ab eod[illegible]m homine ſimul ad[illegible]tti & ſimul defendi non poſſe.

ARTICULUS III.

De Modo neceſſario: & eius uſu in ſyllogiſmis.

MCCCCXXX. Quotuplex in rebus neceſſitas?

NEceſſitas eſt triplex, copulativa, diſtributiva, & indeterminata. DISTRIBUTIVA ita afficit omnes, ut ſingulos etiam afficiat: talis eſt illa, quæ reperitur in materâ, quæ vulgò *neceſſaria* aut *remota* vocatur; iſtæ enim poſitiones ſunt veræ: videlicet,

Diſtributiva:

Omnis homo eſt animal.
Nullus homo eſt lapis.

[illegible] diſtributiva neceſſitas permeat: nullus enim [illegible] ſignabilis homo, de quo non ſit v[illegible] [illegible]re, quod animal ſit, & lapis non [illegible].

Copulativa.

COPULATIVA neceſſitas attenſ[illegible] omnibus [illegible]tum, quod nequit vel negare de omnibus vel affirmare de aliquibus. verbi gr[illegible]

Omnes Evangeliſtæ ſunt quatuor.

[illegible] Matthæus, Marcus, Lucas, & Ioannes: & [illegible] nec quinque, nec tres ſunt, ſed [illegible] & [illegible] ſinguli quatuor [illegible]nt. [illegible] E[illegible]MINA[illegible]A neceſſitas reperitur in [illegible] & [illegible]ve ut ſi dixer[illegible]

[illegible] quoad [illegible]

[illegible] eſt equus ad equitandum.
[illegible] navis ad navigandum.

[illegible] ſi omnis ſit min[illegible]è. An neceſſaria [illegible] [illegible]on [illegible] qua[illegible] moratè, ſeu quæcu[illegible] [illegible]. ERGO ne novis imp[illegible] [illegible]ur [illegible] atibus d[illegible] neceſſitates co[illegible] [illegible] nd [illegible] d Diſtributiva diſputabimus, & [illegible] omnino [illegible] ſcindemus. M[illegible] ſt[illegible] [illegible]mus priùs [illegible] Syllogiſmus [illegible], & poſteà ad Transfigura[illegible] [illegible] deſcenderemus.

Forma.

MCCCCXXXI. [illegible] characterum [illegible] dilucidatio.

UTar his literis A. I. Ir. Æ affirmativis. his E. O. Ix. OE. negativis: quarum valor dedimus & expoſuimus proprio loco.

Si minor neceſſaria ſit, hos modos purè affirmativos habebimus.

M.	M.	M.	M.
Æ. æ. æ.	A. æ. a.	I. æ. i.	Ir. æ. ir.
æ. a. æ.	a. a. a.	i. a. i.	ir. . ir.
æ. i. æ.	a. i. a.	i. i. i.	ir. i. ir.
æ. ir. æ.	a. ir. a.	i. ir. i.	ir. ir. ir.

Sunt modi ſedecim; in quibus major poteſt eſſe neceſſaria aut contingens, aut qualiscumque velis: minori aſſienui litera M, ut ſciamus e[illegible] modalem, & diſtributivè neceſſariam: & inf[illegible]tur contentanea concluſio. Rem dilucido exemplis.

MODUS Æ. æ. æ.

Homo eſt animal:
Sed neceſſarium eſt animal eſſe vivens ſenſibile.
Ergo homo eſt vivens ſenſibile.

MODUS Æ. a. æ.

Grammatici ſunt homines:
Sed neceſſarium eſt omnem hominem eſſe animal rationale:
Ergo Gramatici ſunt animalia rationalia.

MODUS Æ. i. æ.

Equi ſunt animalia:
At neceſſarium eſt aliquod animal eſſe ſubſtantiam viventem & ſenſibilem:
Equus igitur eſt ſubſtantia, vivens, & ſenſibilis.

MODUS Æ. ir æ.

Cygnus eſt albus.
Sed neceſſarium omnino eſt hoc album eſſe diſgregativum viſûs.
Ergo Cygnus eſt diſgregativum viſûs.

MCCCC[illegible]

Sic etiam poſſes per cæteros modos per[illegible]r[illegible]rere: quia ubi min[illegible] neceſſaria, aut ind[illegible]nita, aut univerſalis, aut particular[illegible] aut ſingularis illa ſit, æ[illegible] & [illegible] poteſt concludere. Modi [illegible] ſede[illegible] m [illegible]udere bent directè: [illegible] indir[illegible]ctos ſubiungo.

M.
E æ [illegible] Indir.
[illegible] Indir

Æ.

e.	i.	o.	*Indir.*
e.	ir.	o.	*Indir.*

illos uno ſolo exemplo dilucido. Sic inquam.

Nulla nix eſt animal.

Sed neceſſarium eſt, ut animal (omne:aliquod: hoc) ſit viſibile.

Ergo aliquid, quod eſt viſibile, non eſt nix.

Si in minori ponatur modus neceſſitatis ad non eſſendum, prodibunt ſyllogiſmi ſequentes.

Modorum nomina.

M.	M.	M.	M.
Æ. œ. œ.	A. œ. e.	I. œ. o.	Ir. œ. ix.
æ. e. œ.	a. e. e.	i. e. o.	ir. e. ix.
æ. o. œ.	a. o. e.	i. o. o.	ir. o. ix.
æ. ix. œ.	a. ix. e.	i. ix. o.	ir. ix. ix.

Eorum efficaciam exemplis ſequentibus illuſtro & demonſtro.

Aquila rapuit Ganymedem.

Raptor Ganymedis fuit aquila:

At neceſſarium eſt aquilam (omnem, aliquam, hanc) non eſſe canem:

Ergo raptor Ganymedis non fuit canis.

An dentur in mundo corvi albi?

Omnis corvus eſt niger: [Eſt vera ſaltem in noſtris regionibus; nam in Borealibus plurimi repeꝛiuntur albi.]

An calida ſint rareſacta?

At neceſſarium eſt ut nigra(omnia, aliqua, hæc) non diſgregent viſum:

Ergo omnis corvus non diſgregat viſum.

Iſte aër eſt calidus:

Sed neceſſarium eſt, ut calida (omnia, aliqua, iſta, illa) non occupent minus ſpatium:

Ergo iſte aër non occupat minus ſpacium.

Minorem Modo Neceſſitatis affecimus, illum modò ad ipſam majorem transferamus. Et quæ inde Modi formales enaſcentur? Eos ſubſcribo.

Modorum nomina.

M.	M.	M.Ind.	M.Ind.
æ. a. a.	æ. e. e.	œ. a. o.	œ. i. o.
a. a. a.	a. a. a.	e. a. o.	e. i. o.
i. a. a.	i. e. e.	o. a. o.	o. i. o.
ir. a. a.	ir. e. e.	ix. a. o.	ix. i. o.

Et horum Modorum efficaciam ſubſcriptis exemplis confirmo.

Neceſſarium eſt hominem (omnem, aliquem: hunc) eſſe viventem:

Omne vivens eſt ſubſtantia:

Ergo omnis homo eſt ſubſtantia.

Ergo aliquis homo eſt ſubſtantia.

Ergo aliqua ſubſtantia eſt homo.

Neceſſarium eſt canes (omnes: aliquos: iſtos: illos) eſſe animalia.

Nullum animal eſt lapis.

Ergo nullus canis eſt lapis. [Adde ſecundarias conſequentias, ſi velis.]

Conſequentia ſecundaria ſemper poſſunt inferri.

Neceſſarium etiam eſt hominem (omnem: aliquem: iſtum) non eſſe (vel nullum hominem eſſe) equum.

Omnis (aliquis) equus eſt animal:

Ergo aliquod animal non eſt homo.

MCCCCXXXIII. Si utraque præmiſſa ſit modalis, neceſſitas ad concluſionem perveniet, modoſque numeroſiſſimè multiplicabit. Habebimus iſtos directos & affirmativos.

Modorum afferentium nomina.

M.M.M	M.M.M.	M.M.M.	M.M.M.
Æ. æ. a.	A. æ. a.	I. æ. a.	Ir. æ. a.
æ. a. a.	a. a. a.	i. a. a.	ir. a. a.
æ. i. a.	a. i. a.	i. i. a.	ir. i. a.
æ. ir. a.	a. ir. a.	i. ir. a.	ir. ir. a.

Omnes uno exemplo comprehendo.

An poſſint ad unum reduci?

Neceſſarium eſt, ut Homo (omnis: aliquis: hic) ſit animal:

Neceſſarium etiam eſt, ut animal (omne: aliquod: hoc) ſit vivens:

Ergo neceſſarium eſt, ut omnis homo ſit vivens. [Adde ſecundarias conſequentias, ſi velis.]

Negativi erunt etiam ſedecim, quos his characteribus deſcribo:

Modorum negantium nomina.

M.M.M.	M.M.M.	M.M.M.	M.M.M.
Æ. œ. e.	A. œ. e.	I. œ. e.	Ir. œ. e.
æ. e. e.	a. e. e.	i. e. e.	ir. e. a.
æ. o. e.	a. o. e.	i. o. a.	ir. o. e.
æ. ix. e.	a. ix. a.	i. ix. e.	ir. ix. e.

quos etiam hoc exemplo dilucido.

Neceſſarium eſt ut equus (omnis; aliquis: hic) ſit animal hinnibile.

Et neceſſarium etiam eſt animal hinnibile (omne: aliquod: hoc) non eſſe lapidem.

Ergo neceſſarium eſt omnem equum non eſſe (nullum equum eſſe) lapidem:

Ecce dedimus LXVIII. Syllogiſmos Modaleſio formâ: quibus liberè poteris uti, quin aliquando invenias antecedens verum & conſequens falſum.

Prima Figura.

TOtidem Modos ipſa Modalium ſyllogiſmorum complectitur, qui ex formalibus nati: quoniam, ſi præmiſſas commutes, habebis primam Figuram, quam deſideras. Paradigmata in litteris repræſentamus. MCCCCXXXIV.

M.	M.	M.	M.	M. Indir.
Æ. æ. æ.	Æ. a. a.	Æ. i. i.	Æ. ir. ir.	Æ. e. o.
a. æ. æ.	a. a. a.	a. i. i.	a. ir. ir.	a. a. o.
i. æ. æ.	i. a. a.	i. i. i.	i. ir. ir.	i. e. o.
ir. æ. æ.	ir. a. a.	ir. a. i.	ir. ir. ir.	ir. e. o.

M	M.	M.	M.
œ. æ. œ.	œ. a. e.	œ. i. o.	œ. ir. ix
e. æ. œ.	e. a. e.	e. i. o.	e. ir. ix.
o. æ. œ.	o. a. e.	o. i. o.	o. ir. ix.
ix. æ. œ.	ix. a. e.	ix. i. o.	ix. ir. ix.

M.	M.	M.Ind.	M.Ind.
a. æ. a.	e. æ. e.	a. œ. o.	i. œ. o.
a. a. a.	e. a. e.	a. e. o.	i. a. o.
a. i. a.	e. i. e.	a. o. o.	i. o. o.
a. ir. a.	e. ir. e.	a. ix. o.	i. ix. o.

M.M.M.	M.M.M.	M.M.M.	M.M.M.
æ. æ. a.	æ. a. a.	æ. i. a.	æ. ir. a.
a. æ. a.	a. a. a.	a. i. a.	a. ir. a.
i. æ. a.	i. a. a.	i. i. a.	i. ir. a.
ir. æ. a.	ir. a. a.	ir. i. a.	ir. ir. a.

M.M.M.	M.M.M.	M.M.M.	M.M.M.
œ. æ. e.	œ. a. e.	œ. i. e.	œ. ir. e.
e. æ. e.	e. a. e.	e. i. e.	e. ir. e.
o. æ. e.	o. a. e.	o. i. e.	o. ir. e.
ix. æ. e.	ix. a. e.	ix. i. e.	ix. ir. e.

Fruſtra repeteremus aut adderemus exempla: nam data etiam iſtoa ſyllogiſmos eſſe bonos demonſtrant.

Secunda Figura.

MCCCC-XXXV. MEdium debet eſſe prædicatum dicti in majori ſimul & minori: & ſi major ſit Neceſſitatis Modo affecta Modos iſtos progenerabit.

M.	M.	M.	M.
œ.a.e.	æ.e.e.	œ.i.o.	æ.o.o.
e. a.e.	a,e.e.	e. i. o.	a. o.o.
o,a.e.	i. e.e.	o.i.o.	i.o.o.
ix.a.e	ir.e.e.	ix.i.o.	ir.o.o.

M.Ind.	M.Ind.
æ.e.o.	œ. a.o.
a. e. o.	e. a. o.
i. e. o.	o. a. o.
ir. e. o.	ix.a. o.

Quod ſi minor ſit modo neceſſitatis affecta, hos Modos poterit ſubminiſtrare.

M.	M.	M.Ind.	M.Ind.
A.œ.e.	E.æ.e.	i.œ.o.	o.æ.o
a, e. e.	e. a. e.	i. e. o.	o.a.o.
a. o.e.	e. i. e.	i.o. o.	o. i. o.
a. ix.e.	e. ir.e.	j ix.o.	o.ir.o.

nimirùm, octo directos, & totidem indirectos. Unum ergo aut alterum exemplum, cruditionis gratiâ ſubiiciamus.

Omne album eſt animal. [ſuppone hanc.]
Sed neceſſarium eſt lapidem (omnem, aliquem, hunc) non eſſe animal:
Ergo nullus lapis eſt album.
Nullus equus eſt homo:
Sed neceſſarium eſt animal rationale (omne, aliquod, hoc) eſſe hominem:
Ergo nullum animal rationale eſt equus.
Aliquod album eſt homo:.
Et neceſſarium eſt arborem (omnem: aliquam: hanc) non eſſe hominem:
Ergo aliquod album non eſt arbos, &c.

Si utraque præmiſſa ſit modalis, tunc modi mirum in modum multiplicabuntur: hos præſcribo: alij accenſebunt alios.

MMM.	MMM.	MMM.	MMM.
Æ œ e.	A œ e.	I œ e.	Ir œ e.
Æ e e.	a e e.	i e e.	ir e e.
Æ o e.	a o e.	i o e.	ir o e.
Æ ix e.	a ix. e.	i ix. e.	ir ix e.

vel tranſlocatis præmiſſis;

MMM.	MMM.	MMM.	MMM.
œ æ e.	œ a e.	œ i e.	œ ir e.
e æ e.	e a e.	e i e.	e ir e.
o æ e.	o a e.	o i e.	o ir e.
ix æ e.	ix a e.	ix i e.	ix ir e.

Ecce triginta duos ſyllogiſmos, quos omnes complectitur exemplum ſubſequens.

Neceſſarium eſt hominem (omnem: aliquem, iſtum) non eſſe rationalem.
Neceſſarium eſt lapidem (omnem; aliquem: iſtum) non eſſe rationalem:
Ergo nullus lapis eſt homo.

nam ſi major affirmativa præcat, complectitur ſedecim priores modos: & ſi ſequatur, ſedecim poſteriores.

Tertia Figura.

POſtulat ut medium ſit ſubjectum in utroq; dicto. Et, ſi rem bene examinem, poteſt eſſe major neceſſaria, poteſt eſſe minor, poteſt utraque. Si major modo neceſſitatis afficiatur, ingenerabit iſtos modos. MCCCC-XXXVI.

M.	M.	M.	M.	M.Ind.	M.Ind.
Æ. a.i.	Æ. i.i.	œ.a.o.	œ.i.o.	œ.e.e.	æ. o. o.
a. a.i.	a. i.i.	e. a.o.	e. i.o.	a. e.o.	a. o. o.
i. a.i.	i. i. i.	o. a. o.	o. i. o.	i. e. o.	i. o. o.
ir. a.i.	ir. i.i	ix. a.o.	ix.i.o.	ir. e.o.	ir. o.o.

Et ſi commutentur præmiſſæ.

M.	M.	M.Ind.	M.Ind.	M.dir.	M.dir.
A.æ.i.	I.æ.i.	A. œ. o.	I.œ.o.	E.æ.o.	O.æ.o.
a. a. i.	i. a. i.	a. e. o.	i. e. o.	e. a. o.	o. a. o:
a. i. i.	i. i. i.	a. o. o.	i. o.o.	e. i. o.	o. i. o.
a. ir.i.	i. ir.i.	a. ix. o.	i. ix. o.	e. ir. o.	o. ir. o.

Si utraque præmiſſa ſit Modalis (hoc eſt, modo neceſſitatis affecta: de hoc enim Modo agimus impræſentiarùm, & non de alio) adhuc concluſio poterit eſſe ſimplex, & carere omni neceſſitatis Modo. Et quidem, ſi utraque præmiſſa ſit neceſſaria, multiplicatio erit notabilis; illam ad literas ſequentes reduco.

M.M.Dir.	M.M.Dir.	M.M.Dir.	M.M.Dir.
æ. æ. i.	a. æ. i.	i. æ. i.	ir. æ. i.
æ. a. i.	a. a. i.	i. a. i.	ir. a. i.
æ. i. i.	a. i. i.	i. i. i.	ir. i. i.
æ. ir. i.	a. ir. i.	i. ir. i.	ir. ir. i.

M.M.Ind.	M.M.Ind.	M.M.Ind.	M.M.Ind.
æ. œ. o.	a. œ. o.	i. œ. o	ir. œ. o.
æ. e. o.	a. e. o.	i. e. o.	ir. e. o.
æ. o. o.	a. o. o.	i. o. o.	ir. o. o.
æ. ix. o.	a ix. o.	i. ix. o.	ir. ia. o.

M.M.Dir.	M.M.Dir.	M.M.Dir.	M.M.Dir.
œ. æ. o.	œ. a. o.	œ. i. o.	œ. ir. o.
e. æ. o.	e. a. o.	e. i. o.	e. ir. o.
o. æ. o.	o. a. o.	o. i. o.	o. ir. o.
ix. æ. o.	ix. a. o.	ix. i. o.	ix. ir. o.

Ecce quàm eſt fertilis tertia Figura, & quàm multo a modos directos, & indirectos, habet. Illos probo.

Neceſſarium eſt hominem (omnem: aliquem: iſtum) eſſe animal:
At omnis homo eſt albus: [ſic ſuppone.]
Ergo aliquod album eſt homo.
Ergo aliquis homo eſt albus.
Omnis homo eſt doctus, [Utinam eſſet vera: ſed ſupponatur.]
At neceſſarium eſt hominem (omnem: aliquem: hunc) eſſe riſibilem:
Ergo aliquid riſibile eſt doctum:
Ergo aliquis doctus eſt riſibilis.
Neceſſarium eſt hominem (omnem: aliquem: iſtū) eſſe animal:

Neceſſa-

Neceſſarium eſt hominem (omnem: aliquem: iſtum) non eſſe equum:
Ergo aliquod animal non eſt equus.

Ecce quomodo Neceſſitas proſequitur præmiſſas, & obſerva illam ad concluſionem non derivari.

ARTICULUS IV.

De Modo Impoſſibili, & eius uſu in Syllogiſmis.

MCCCCXXXVII. *An neceſſitas ab impoſſibilitate diſtinguatur?*

IMpoſſibilitatis Modus aut non diſtinguitur à Modo neceſſitatis, aut illi eſt proximus; cui enim impoſſibile eſt eſſe, eidem eſt neceſſariū non eſſe. Interim uberioris doctrinæ gratiâ, & ne aliquis exorbitare poſſit, omnes Formas, Figuras & Modos, quæ ab Impoſſibilitatis Modo naſcuntur, deſcribemus.

Formæ.

M.	M.	M.	M.	M.Ind.
Æ.œ.æ.	A œ.a.	I.œ.i.	Ir.œ.ir.	E.œ.o.
æ. c. æ.	a. c. a.	i. c. i.	ir. c. ir.	e. c. o.
æ. o. æ.	a. o. a.	i.u.i.	ir.o. ir.	e.o.o.
æ. ir. æ.	a. ix. a.	i. ix. i.	ir. ix. ir.	e. ix. o.

Harum Formarum efficaciam poſſemus multis exemplis demonſtrare: ſubſcribo hæc paucula.

Homo eſt vivens:
Sed impoſſibile eſt viventia (omnia: aliqua: hæc) non eſſe ſubſtantias:
Ergo homo eſt ſubſtantia.
Omnis equus eſt animal:
At omninò repugnat animalia (omnia: aliqua: iſta) nō eſſe (aut nulla eſſe) ſenſibilia:
Ergo omnis equus eſt ſenſibilis.
Nullus Equus eſt Leo:
Atqui impoſſibile eſt nullum Leonem eſſe (aut Leonem, omnem, aliquem, iſtum, non eſſe) animal.
Ergo aliquod animal non eſt Equus. Indir.

MCCCCXXXVIII. Hæc ſufficiant, ut maneat probatum præcedentes formas efficaces & legitimas eſſe: alias ſubſcribo.

M.	M.	M.	M.
Æ.æ.œ.	A.æ.e.	I.æ.o.	Ir.æ.ix.
æ. a. œ.	a. a.e.	i.a.o.	ir. a. ix.
æ. i. œ.	a. i.e.	i. i. o.	ir. i. ix.
æ. ir. œ.	a. ir. e.	i. ir. o.	ir. ir. ix.

Et horum etiam modorum efficaciam ſyllogiſmi ſubſequentes demonſtrant.

Homo eſt animal:
Sed repugnat animal (omne: aliquod: iſtud) carere ſentiendi facultatibus: [ſic ſuppone.]
Ergo homo non caret ſentiendi facultatibus.

Quid ſcire aliquis debeat, ut vocetur Geometra?

Omnis Aſtronomus eſt Geometra:
Sed impoſſibile eſt Geometram (omnem: aliquem: iſtum) ignorare linearum magnitudines: [qui enim illas ignorat non eſt Geometra.]
Ergo nullus Aſtronomus ignorat linearum magnitudines.
Petrus eſt Pater:
Sed implicat Patrem (omnem, aliquem: illum; hunc. &c.) carere filio.
Petrus igitur non caret filio.

Minorem Impoſſibilitatis Modo affecimus: iubeamus illum ſe conferre ad majorem, & quid ex collatione hac ſubornetur Dialecticæ Formæ videamus. Has reperio.

M.	M.	M.Ind.	M.Indir.
œ.a.a.	œ.e.e.	æ.a.o.	æ.i.o.
e. a.a.	e. e.e.	a. a.o.	a.i.o.
o.a.a.	o.e.e.	i. a.o.	i. i. o.
ix.a.a.	ix.e.e.	ir.a.o.	ir.i.o.

An ex negativis affirmativa: aut ex affirmativis negativa oriantur?

Rides ex affirmativis naſci conſequentias negativas, & ex negativis affirmativas: & miraris: & vis tibi probari eas eſſe legitimas & bonas. Et reſpondeo hæc eadem miracula jam ſæpe viſa; ſed quia ſic vis, ut bonitatem iſtarum formarum demonſtrem, hos pauculos ſyllogiſmos ſubſcribo.

Impoſſibile eſt hominem (omnem: aliquem: iſtum) non eſſe (aut etiam, hominem nullum eſſe) animal:
Omne animal eſt vita & ſenſûs particeps.
Ergo & omnis homo eſt vita & ſenſûs particeps.
Ergo &c.

An omnis ignis ſit calidus? Quam alteram partem demonſtres?

Repugnat ignem (omnem; aliquem: iſtum) non eſſe calidum:
Omnia calida ſunt Romæ: [Pone eſſe verã.]
Ergo omnis ignis eſt Romæ.
Contradictionem involvit aſſerere hominem (omnem: aliquem: iſtum) non eſſe intellectivum:
At nullum intellectivum eſt lapis:
Ergo nullus homo eſt lapis.

MCCCCXXXIX. Et tandem ſi utramque præmiſſam afficere Modo velimus, poterimus aut etiam debebimus conſequentiam: & utemur Formis ſequentibus.

M.M.M.	M.M.M.	M.M.M.	M.M.M.
œ. œ. e.	e. œ. e.	o. œ. e.	ix. œ. e.
œ. e. e.	e. e. e.	o. e. e.	ix. e. e.
œ. o. e.	e. o. e.	o. o. e.	ix. o. e.
œ. ix. e.	e. ix. e.	o. ix. e.	ix. ix. e.

M.M.M	M.M.M.	M.M.M	M.M.M.
œ. æ. a.	e. æ. a.	o. æ. a.	ix. æ. a.
œ. a. a.	e. a. a.	o. a. a.	ix. a. a.
œ. i. a.	e. i. a.	o. i. a.	ix. i. a.
œ. ir. a.	e. ir. a.	o. ir. a.	ix. ir. a.

ſedecim priores hoc ſyllogiſmo comprehendo, dilucido, & demonſtro.

Impoſſibile eſt hominem (omnem aliquem: iſtum) non eſſe riſibilem:
Et etiam impoſſibile eſt riſibile (omne: aliquod: iſtud) non eſſe animal.
Ergo impoſſibile eſt omnem hominem non eſſe animal.
Ergo impoſſibile eſt nullum hominem eſſe animal.

Eâdem viâ cæteros poterimus demonſtrare, ſi multiplicare exempla ſine causâ velimus.

Prima Figura.

MCCCCXL. FOrma illa prior, ut ſæpè ob oculos poſitum eſt, ingenerat primam figuram, merâ commutatione præmiſſarum. Ergo, ut omni

mni labore ſublevem Lectorem meum, Modos omnes ſubſcribo.

M.	M.	M.	M.	M.Ind.	M.Ind.	M.Ind.
œ.æ.æ.	œ.a.a.	œ.i.i.	œ.ir.ir.	œ.e.o.	œ.e.o.	æ.a.o.
e.æ.æ.	e.a.a.	e.ir.i.	e.ir.ir.	e.e.o.	e.e.o.	a.a.o.
o.æ.æ.	o.a.a.	o.i.i.	o.ir.ir.	o.e.o.	o.e.o.	i.a.o.
ir.æ.æ.	ir.a.a.	ix.i.i.	ix.ir.r.	ix.e.o.	ix.e.o.	ir.a.o.

M.	M.	M.	M.
æ.æ.œ.	æ.a.e.	æ.i.o.	æ.ir.ix.
a.æ.œ.	a.a.e.	a.i.o.	a.ir.ix.
i.æ.œ.	i.a.e.	i.i.o.	i.ir.ix.
ir.æ.œ.	ir.a.e.	ir.i.o.	ix.ir.ix.

M.	M.	M.Ind.	M.Indir.
a.œ.a.	e.œ.e.	a.æ.o.	i.æ.o.
a.e.a.	e.e.e.	a.a.o.	i.a.o.
a.o.a.	e.o.e.	a.i.o.	i.i.o.
a.ix.a.	e.ix.e.	a.ir.o.	i.ir.o.

M.M.M.	M.M.M.	M.M.M.	
œ.œ.e.	œ.e.e.	œ.o.e.	œ.ix.e.
e.œ.e.	e.e.e.	e.o.e.	e.ix.e.
ix.œ.e.	ix.e.e.	ix.o.e.	ix.ix.e.
o.œ.e.	o.e.e.	o.o.e.	o.ix.e.

M.M.M.	M.M.M.	M.M.M.	
æ.œ.a.	æ.e.a.	æ.o.a.	æ.ix.a.
a.œ.a.	a.e.a.	a.o.a.	a.ix.a.
ir.œ.a.	ir.e.a.	ir.o.a.	ir.ix.a.
i.œ.a.	i.e.a.	i.o.a.	i.ix.a.

Si ſinguios Modos exemplo aliquo demonſtrarem, eſſem nimius, & forſitan etiam moleſtus; ergo confidat meæ diligentiæ Lector, & omnes legitimos eſſe ſupponat, & loco ſpeciminis ſequentes ſyllogiſmos conſideret.

Impoſſibile eſt hominem (omnem: aliquem: iſtum) non eſſe animal:
Rationale eſt homo:
Ergo rationale eſt animal.
Omnis equus eſt vivens:
Sed impoſſibile eſt quod animal hinnibile (omne: aliquod: hoc) non ſit equus:
Ergo omne animal hinnibile eſt vivens.
Repugnat animal (omne: aliquod: hoc: non eſſe vivens:
Et æquè repugnat hominem (omnem: aliquem: hunc) non eſſe animal.
Ergo repugnat hominem (omnem: aliquem: hunc) non eſſe vivens.

Secunda Figura

MCCCCXLI. Naſcitur ex primâ: modum iam ſæpè docui: Modos, qui in eâ ſunt boni & legitimi, ſcribo.

M.	M.	M.	M.
æ.a.e.	œ.e.e.	æ.i.o.	œ.o.o.
a.a.e.	e.e.e.	a.i.o.	e.o.o.
i.a.e.	o.e.e.	i.i.o.	o.o.o.
ix.a.e.	ix.e.e.	ir.i.o.	ix.o.o.

M.	M.	M.Ind.	M.Ind.
a.æ.e.	e.œ.e.	i.æ.o.	o.œ.o.
a.a.e.	e.e.e.	i.a.o.	o.e.o.
a.i.e.	e.o.e.	i.i.o.	o.o.o.
a.ir.e.	e.ix.e.	i.ir.o.	o.ix.o.

M.M.M.	M.M.M.	M.M.M.	M.M.M.
œ.æ.a.	e.æ.a.	o.æ.a.	ix.æ.a.
œ.a.a.	e.a.a.	o.a.a.	ix.a.a.
œ.i.a.	e.i.a.	o.i.a.	ix.i.a.
œ.ir.a.	e.ir.a.	o.ir.a.	ix.ir.a.

M.M.M.	M.M.M.	M.M.M.	M.M.M.
æ.œ.a.	æ.e.a.	æ.o.a.	æ.ix.a.
a.œ.a.	a.e.a.	a.o.a.	a.ix.a.
i.œ.a.	i.e.a.	i.o.a.	i.ix.a.
ir.œ.a.	ir.e.a.	ir.o.a.	ir.ix.a.

Quia Impoſſibile Neceſſario opponitur, etiam Modorum horum valor, ut conferenti patebit, valori Modorum neceſſariorum opponetur. Eorumque efficaciam probabunt ſyllogiſmi ſequentes:

Impoſſibile eſt equum (omnem: aliquem: hunc) eſſe lapidem:
Omnis autem lapis eſt lapis:
Ergo nullus lapis eſt equus.
Omnis homo eſt animal:
At impoſſibile eſt equum (omnem: aliquẽ: hunc) eſſe animal.
Ergo nullus equus eſt homo. *aut ſi vitis.* Ergo impoſſibile eſt equũ (omnem: aliquem: hunc) eſſe hominem.
Impoſſibile eſt hominem (omnem: aliquem: hunc) non eſſe admirativum.
Et tamen impoſſibile eſt equum (omnem: aliquem: hunc) eſſe admirativum.
Ergo impoſſibile eſt equum (omnem: aliquem: hunc) eſſe hominem.

Hæc ſufficiant: Lector meus, ſi voluerit, cæteros poterit Modos novis exemplis illuſtrare.

Tertia Figura.

A primâ naſcitur; & non eſt cur naſcendi rationem iterum iterumque reponam. MCCCCXLII. Sufficiat ſolos Modos ſubſcribere, quos nata generat. Sunt ſequentes.

M.	M.	M.	M.
œ.a.i.	œ.i.i.	æ.a.o.	æ.i.o.
e.a.i.	e.i.i.	a.a.o.	a.i.o.
o.a.i.	o.i.i.	i.a.o.	i.i.o.
ix.a.i.	ix.i.i.	ir.a.o.	ir.i.o.

M.	M.	M.	M.
a.œ.i.	i.œ.i.	a.æ.o.	i.æ.o.
a.e.i.	i.e.i.	a.a.o.	i.a.o.
a.o.i.	i.o.i.	a.i.o.	i.i.o.
a.ix.i.	i.ix.i.	a.ir.o.	i.ir.o.

M.M.	M.M.	M.M.	M.M.
œ.œ.i.	e. œ. i.	o.œ. i.	ix. œ. i.
œ.e.i.	e. e. i.	o. e. i.	ix. e. i.
œ.o.i.	e. o. i.	o.o. i.	ix. ix. i.
œ.ix.i.	e.ix. i.	o. ix. i.	ix. ix. i.

M.M.	M.M.	M.M.	M.M.
æ. œ. o	æ. e. o.	æ. o. o.	æ. ix. o.
a. œ. o.	a. e. o.	a. o. o.	a. ix. o.
i. œ. o.	i. e. o.	i. o. o.	i. ix. o.
ir. œ. o.	ir. e. o.	ir. ir. o.	ir. ix. o.

Indirecti.

M.	M.	M.	M.
œ.e.o.	œ.o.o.	e.œ.o.	o.œ.o.
e. e. o.	e. o.o.	e. e.o.	o. e. o.
o. e. o.	o.o.o.	e.o.o.	o. o. o.
ix.e. o.	ix.o.o.	e.ix.o.	o.ix. o.

M.M.	M.M.	M.M.	M.M.
œ.æ.o.	e. æ. o.	o.æ.o.	ix.æ.o.
œ.a.o.	e. a. o.	o.a.o.	ix. a. o.
œ.i.o.	e. i. o.	o.i. o.	ix. i. o.
œ.ir.o.	e.ir. o.	o.ir.o.	ix. ir.o.

Ut iſtos modos eſſe bonos demonſtrem, unum aut alterum ſyllogiſmum ſubſcribo.

Impoſſibile eſt hominem (omnem; aliquem: iſtum) non eſſe animal. aut ſi velis: Impoſſibile eſt ullum hominem eſſe animal.

Omnis homo eſt terrenus.

Ergo aliquod terrenum eſt animal.

Ergo aliquod animal eſt terrenum.

Omnis homo eſt magnus.

At impoſſibile eſt hominem (omnem: aliquem: iſtum) non eſſe animal:

Ergo aliquod animal eſt magnum:

Ergo aliquod magnum eſt animal.

Impoſſibile eſt hominem (omnem: aliquem; iſtum) non eſſe vivens.

Et impoſſibile etiam eſt hominem (omnem: aliquem: iſtum) non eſſe riſibile:

Ergo aliquod riſibile eſt vivens.

Ergo aliquod vivens eſt riſibile.

Quàm ſit dives Modalis Logica? Hinc patet Modalem Dialecticam eſſe opulentiſſimam, & dignam, quam legas & doceas. Interim, quia me vocant alia, & Modalia me revocant, unum adhuc ſubiungam Articulum, in quo, quæ omittuntur, breviter inſinuabo.

ARTICULUS V.

De Modorum Neceſſarij & Impoſſibilis inter ſe commixtione.

MCCCCXLIII. Horum Modorum numerus. EGimus Articulo tertio de ſyllogiſmis, quos Modus neceſſitatis majori tantùm, aut etiam minori tantùm, aut præmiſſis tantùm, aut omnibus tribus ſyllogiſmi poſitionibus implantatus progenerat: & invenimus ſubortos hac arte fuiſſe Modos

In Formâ	84.
In primâ figurâ	84.
In ſecundâ	72.
In tertia	96.

& ideò omnes 336.

Totidem Modos (reſpondentes prioribus) habet Modus Impoſſibilitatis propoſitionibus inſertus. Sed quot dabit commixtio? Innumerabiles profectò: quoniam poſſunt commiſceri ſex modis diverſis, ut conſpicis.

	I.	II.	III.	IV.	V.	VI.
MAIOR.	Neceſſ.	*Impoſſ.*	Nec.	*Nec.*	Imp.	*Imp.*
MINOR.	Impoſ.	*Neceſſ.*	Im.	*Imp.*	Nec.	*Nec.*
CONCL.	* *	* *	Nec	*Imp.*	Nec.	*Imp.*

Ergo de ſingulis poſſemus ſeorſim diſputare & per ſingulas figuras diſcurrere, & librorum immenſum formare. Sed quot erunt in ſingulis claſſibus mixtorum ſyllogiſmorum modi? 336. qui multiplicati per ſex claſſes, dabunt 2016. Ergo omnes (modi de neceſſario, modi de impoſſibili, & mixti) ſimul erunt 2688. *Modi de neceſſario 336 Modi de impoſſibili. 336 Hinc orti mixti. 336 6 2016 Et omnes ſimul. 336 336 2016 2688*

Sufficiant hæc Lectori meo, ut videat vel minimam Artem liberalem eſſe immenſam: & Logicam tot annis notam & ita tam nobilibus ingeniis exornatam, modò incipere, & poſſe adhuc in immenſum creſcere, ſi accedat Lectorum ingenium & labor.

Invenio veteres, tametſi non tradiderint Modalis Dialecticæ regulas, habuiſſe tamen, quibus ſe regerent; ſæpe enim Modalibus ſyllogiſmis uſi, me excitarunt, ut exlegem Dialecticam ad regulas & præcepta reducerem. Præ aliis, quos magni facio, recenſendus eſt mihi S. Thomas, cui dedit Deus floridiſſimum & forte ingenium: cujus naturalis Logica (non enim præter Ariſtotelicam didicit aliam) admiratione digna fuit, nam in formis & modis à nemine mortalium traditis vix unquam ceſpitat: cùm tamen Authores illuſtriſſimi ſæpè exorbitent in modis ipſis Ariſtotelicis, quos nullus puer deberet in ſcholâ ignorare. *Dialectica eſt immenſa facultas. Ingenium D. Thomæ quale?*

ARTICULUS VI.

Examinantur nonnulli Modales Syllogiſmi, quibus eſt uſus D. Thomas. & hic præcipuè diſputatur de Syllogiſmo repugnante.

MCCCCXLIV Termini Poſitivi & Privativi qui repugnant. TErminus poſitivus, prout hîc ſumitur, ille eſt, qui formam aliquam poſitivam involvit in ſubjecto capaci, ut *lucidum*; privativus, qui ejuſdem carentiam, ut *tenebroſum*. & SYLLOGISMUS PRIVATIVUS ille, in quo loco medii in alterâ præmiſsâ terminus poſitivus ponitur; in alterâ verò privativus. Terminus poſitivus & privativus repugnantes ſunt, & ideò ejuſmodi ſyllogiſmus REPUGNANS dicitur, vel PRIVATIVUS. Eidem ſimiles ſunt quotquot binos terminos incompoſſibiles, qui nec ſimul adeſſe, nec ſimul abeſſe poſſunt, aſſumunt loco medij, alterumque in ma-

in majori & alterum in minori collocant. ut patet in ſubjectis exemplis.

Petrus non habet viſum,
Omnis cæcus eſt miſer;
Ergo Petrus eſt miſer.
Aër non eſt ſolidus,
Omnia liquida ſunt fluida;
Ergo aër eſt fluidus.

Puſſunt ejuſmodi ſyllogiſmi formari in primâ Galeni & Ariſtotelis; etiam in ſecundâ Figurâ; vix, aut ne vix quidem in tertiâ, Modos præcipuos denomino, & ad hæc carmina redoco.

Prima figura Platonis, Germanas Romanis. *Prima Ariſtotelis,* Carolo. Paternas, *Secunda.* Cœleſtes, Magnates. Eoo Mario. *Indirect.* Comeſtor. Dictator. *Tertia modos non habet.*

GERMANAS *Plato* ROMANIS * CAROLOQVE PATERNAS
Res dat Ariſtoteles.——————
——————CÆLESTES *atque* COMESTOR
MAGNATES MARIO *donat*, DICTATOR EOO.

Dictiones triſyllabæ, nomina ſyllogiſmorum ſunt, reliquæ interpoſitæ ratione carminis.

OPus eſt poſitas regulas certiſſimis exēplis cōfirmare. Sic diſcurro in Figurâ Galenicâ.

E. Nullus homo habet oculus,
A. Omnis cæcus fruſtrà judicat de colorib',
A. Ergo omnis homo fruſtrà judicat de coloribus.
O. Aliquis homo non habet oculos,
A. Omnis cœcus eſt albus
I. Ergo aliquis homo eſt albus.

Si mutentur præmiſſæ, Galenici iſti ſyllogiſmi in Ariſtotelicos vertentur. Veniamus ad ſecundam Figuram.

A. *Omnis, qui timet Deum, eſt pius,*
A. *Omnis adulter eſt impius,*
E. *Ergo nullus adulter timet Deum.*
E Nullus homo eſt immortalis
E Nullus angelos eſt mortalis
E. Nullus angelus eſt homo.
A. *Omnis avarus eſt pauper,*
I. *Petrus eſt dives,*
O. *Ergo Petrus non eſt avarus.*
E. Nullus generoſus eſt timidus,
O. Paulus non eſt audax,
O. Ergo Paulus non eſt generoſus.

Ex commutatione præmiſſarum modus EOO tranſit in OEO, modum indirectum. Ad ultimam Figuram ſubvenio: & aſſero non dari in illâ aliquem ſyllogiſmū utilem, niſi aliqua præmiſſa aut utraq; convertibilis ſit, tunc enim orientur à primâ vel ſecundâ figurâ.

Eorumdem ſyllogiſmorum Reductio.

OMnes poſitos, & alios, quos addere poſſē, eſſe bonos ſyllogiſmos meâ reductione probatur; nam utuntur terminis oppoſitis, quorum quodlibet cum infinito oppoſito converti poteſt, quoniam *Omne lucidum caret tenebris*, & *Omne tenebroſū caret luce.* Transſcribo igitur poſitos ſyllogiſmos, & ſingulos ad veros reduco.

Syllogiſmi poſitivi notati ſunt, qui reducuntur: & illi, qui ſuppoſiti, ſunt ad quos reducuntur.

Ger- * *Nullus homo habet oculos,*
ma- * *Omnis cæcus fruſtra judicat, &c.*
nas. * *Ergo omnis homo fruſtra judicat, &c.*
BAM- Omnis homo eſt cæcus,
MA- Omnis cæcus fruſtra judicat
DA. Ergo omnis homo fruſtra judicat.
Ro- * *Aliquis homo non habet oculos*
ma- * *Omnis cæcus eſt albus*
nis. * *Ergo aliquis homo eſt albus.*
DI- Aliquis homo eſt cæcus,
MAG- Omnis cæcus eſt albus
NI. Ergo aliquis homo eſt albus.

Mag- * *Omnis, qui timet Deum, eſt pius,*
na- * *Omnis adulter eſt impius,*
tes. * *Ergo nullus adulter timet Deum.*
CA- Omnis qui timet Deum eſt pius,
MES- Nullus adulter eſt pius,
TRES. Ergo nullus adulter timet Deum.
CE- vel. *Nullus qui timet Deum eſt impius,*
SA- *Omnis adulter eſt impius,*
RE. *Ergo nullus adulter timet Deum.*
Cæ- * Nullus homo eſt immortalis,
le- * Nullus angelus eſt mortalis,
ſtes. * Ergo nullus angelus eſt homo.
CE- *Nullus homo eſt immortalis,*
SA- *Omnis angelus eſt immortalis,*
RE. *Ergo nullus angelus eſt homo.*
CA- *vel* Omnis homo eſt mortalis
MES- Nullus angelus eſt mortalis,
TRES. Ergo nullus angelus eſt homo.
Ma- * *Omnis avarus eſt pauper,*
ri- * *Petrus eſt dives.*
o. * *Ergo Petrus non eſt avarus.*
BA- Omnis avarus eſt pauper,
RO- Petrus non eſt pauper,
CO. Ergo Petrus non eſt avarus.
FES vel *Nullus avarus eſt dives,*
TI- *Petrus eſt dives,*
NO. *Ergo Petrus non eſt avarus.*
E- * Nullus generoſus eſt timidus
o- * Petrus non eſt audax,
o. * Ergo Petrus non eſt generoſus.
FES- *Nullus generoſus eſt timidus,*
TI- *Petrus eſt timidus.*
NO. *Ergo Petrus non eſt generoſus.*
BA- *vel* Omnis generoſus eſt audax,
RO- Petrus non eſt audax,
CO. Ergo Petrus non eſt generoſus.

Fieri ſolent non ſolùm ſyllogiſmi ſed & Polylogiſmi è repugnantibus: dabitur exemplum inferiùs à numer.   . & nihilominùs antequam ponam calamum, meditabor illa Christi Domini verba. *Qui amat animam ſuam perdet eā, & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam ipſe cuſtodit eam.* Et ex ipſis (cōſtant enim repugnantibus terminis) hos ego ſyllogiſmos didocam. MCCCCXLV. Ioann. 12. d.

De Autophiliâ ſeu Amore ſui.

BAM- *Quicumque amat animam ſuam, perdit eam;*
MA- *Quicumque eam perdit, eam odio habet:*
DA. *Ergo quicumque eam amat, eam odio habet.*
Bam- Quicumque odit animā ſuā, lucratur eā;
ma- Quicumq; lucratur animā ſuā, amat eā:
da. Ergo quicumque odit animam ſuam, amat eam.

CA- *Quicumque amat animam ſuam, perdet eam;*

MES-

MES- *Quicumqui eam odit non perdet:*
TRES. *Ergo quicumque eam odit eam non amat.*
* *Ergo quicumque eam amat, eam non odit.*
Ce- Nullus animam ſuam amans, eam Deo cuſtodit;
ſa- Omnis eam negligens eam Deo cuſtodit:
re. Ergo nullus animam negligens, eam amat.
* Ergo nullus eam amans, eã negligit.
FA- *Omnis animã amans, perdet eam;*
PEL- *Nullus animã amans cuſtodit eam*
* *Ergo nullus, qui cuſtodiet, perdet*
* *Ergo aliquis, qui cuſtodiet, non perdet.*
* *Ergo nullus, qui perdet, cuſtodiet.*
MOR. *Ergo aliquis, qui perdet, non cuſtodiet.*

Sapientia eſt dives. Et obvia ſunt ſimilia exẽpla apud authores Ethnicos & profanos. In Ovveno Monoſtic. 37. videlicet,

Si fueris ſapiens, Crœſi ſuperaveris aurum;
Nam ſapiens nullo tempore vixit inops.

hunc ego ſyllogiſmum intueor,

FE- *Nullus ſapiens eſt inops;*
RI- *Tu ſis ſapiens,*
O. *Et eris dives.* [hoc eſt, *Non eris inops*]

De Veritate & Iuſtitiâ. Divus Thomas 1.p.q.21.art.2. ſic arguit.

Iuſtitia eſt in voluntate;
Veritas eſt in intellectu;
Ergo Veritas non eſt iuſtitia.
Ergo Iuſtitia non eſt veritas.

Eſt bonus ſyllogiſmus, & minor æquipollet huic, *Veritas non eſt in voluntate.*

Et primæ etiam partis q.14.art.3. ſic obiicit,

Ma- *Id, quod comprehendit ſe, finitum eſt ſibi.*
ri- *Sed Deus eſt omnibus modis infinitus.* (ẽt ſibi)
o. *Ergo non comprehendit ſe.*

An aliqua creatura ſit immutabilis? Et iterum 1.p.q.9.art.2. ſic obiicit; *Omne quod eſt mutabile, eſt variabile: ſed formæ ſunt invariabiles: dicitur enim in lib.6.princip. quod forma eſt ſimplici & invariabili eſſentiâ conſiſtens. Ergo non eſt ſolius Dei proprium eſſe immutabile.* Unde hunc ſyllogiſmum formo.

Mag- Ma- *Omne mutabile eſt variabile;*
na- ri- *Sed formæ ſunt invariabiles:*
tes. o. *Ergo formæ non ſunt mutabiles,*
DA- * *Ergo ſunt immutabiles.*
RAP- * *Sed ſunt non-Deus.*
TI. * *Ergo aliquid, quod non eſt Deus, eſt immutabile.*

An cœlum ſit incorruptibile? Reſpondeo poſſe à Deo fieri ſubſtantiã humanitùs incorruptibilem, imò quæ à nullo agente corporeo, aut etiam ſpirituali creato corrumpi poſſit. (talis eſt cœleſtis in multorum ſententiâ, quam non approbo.) at creaturam, quæ à ſe nequeat annihilari, ipſe producere non poteſt.

ARTICULUS VII.

De Syllogiſmo Relativo, Contradictorio, Contrario, Subcontrario.

MCCCCXLVI. Primus modus Sophiſticus. DUos reperio argumentandi modos, alterum ſophiſticum & alterum ſincerũ. SOPHISTICE argumentantur illi qui aſſumunt aliquam propoſitionem difficilem cujus contradictoria vix poſſit adſignari. Verbi gratiâ. *Si*

Deus eſſet volitivus, inquam, *maximè quia intellectivus; atqui hæc ratio non ſufficit; ergo Deus non eſt volitivus.* Negas majorem, & eam propugno ſic: *Maior eſt falſa? ergo ejus contradictoria eſt vera: atqui ſimiliter eſt falſa; ergo.* Negas majorem, & jubêris adſignare contradictoriam, ut decipiaris & des aliquam propoſitionem falſam loco contradictoriæ veræ; quod in ſimilibus caſibus frequẽtiſſimũ eſt. Hic modus procedendi ſubdolus eſt, & ex majori parte innititur terminorũ obſcuritati & vocum æquivocationi, quapropter reſpondens antequam contradictoriam exhibeat, reducat priorem ad terminos claros & æquipollentes.

SINCERE argumentari dicetur ille, qui non inſudat terminorum obſcuritati, ſed clarè & dilucidè procedit, qui quidem fortiſſimè argumentabitur, ſi, ut impugnet unam propoſitionem, aſſumat contradictoriam eſſe veram. Ponam duas procedendi vias, certiſſimas, ſecuriſſimas, efficaciſſimas. *Modus alter Sincerus.* *Qui & eſt duplex.* SIC PROCEDO. *Theſi tali aſſeris Relationes divinas dicere perfectionem; in tali iterum eaſdem non dicere perfectionem, & unã alteram impugno, & argumentor ſic. Impoſſibile eſt duas contradictorias eſſe veras. At hæ duæ Theſes contradictoriæ ſunt: ergo ſimul veræ non ſunt. Si igitur prior illa vera eſt, falſa eſt poſterior: & ſi hæc poſterior vera eſt, falſa fuit illa prior.* Iſte impugnandi modus habet locum, cùm vel datur Theſis alteri Theſi contradicens, vel etiam eùm Propugnans, ut Argumentori ſatisfaciat, aliquid aſſumit, quod opponitur alicui Theſi: nam aliàs, ſi volo contradictionem urgere, INSTABO SIC. *Negas hanc? Sic argumentor. Hæc propoſitio per te eſt falſa* (aliàs non negaretur) *ergo eius contradictoria debet eſſe vera. At ſimiliter eſt falſa: ergo habemus duas cõtradictorias ſimul falſas.* Negabit minorem propugnans, & debebit aſſignare contradictoriã. Ubi eam aſſignaverit ille, videat Argumentator, Utrùm ipſa cõtradicat priori; & ſi nõ, probet contradictoriam non eſſe. Quod ſi Propugnans, in Logicâ non erraverit ſed poſtulatam contradictoriã dederit, Argumentator tenebitur hanc datã Propoſitionẽ eſſe falsã oſtẽdere.

Ut igitur meliùs poſſis procedere, dabo tibi Majores nonnullas, quas aſſumas; tales nimirũ, quæ à nemine negari poſſint. *MCCCCXLVII. Axiomata.* I. *Duæ contradictoriæ nunquam ſunt ſimul veræ.* II. *Duæ contradictoriæ nunquam ſunt ſimul falſæ.* III. *Duæ contrariæ in nullâ materiâ ſunt ſimul veræ.* IV. *Duæ contrariæ in materiâ neceſſariâ nunquam ſunt ſimul falſæ.* V. *Duæ ſubcõtrariæ in nullâ materiâ ſunt ſimul falſæ.* VI. *Duæ ſubcontrariæ in materiâ neceſſariâ nunquam ſunt ſimul veræ.* VIII. *Hæ ſunt contrariæ, & tamen falſæ ſimul: ergo illarum materia contingens eſt, non neceſſaria.* VIII. *Hæ ſunt ſubcontrariæ, & ſimul veræ; ergo non ad materiam neceſſariam, ſed ad contingentem ſpectant.* IX. *Relativa ſunt oppoſita, nec unum poteſt eſſe aliud, nec carere illo.* Et oſtenditur, quia nec mons formaliter ſumptus tranſire in vallem poteſt, nec valle carere. Nemo eſſet major, ſi non daretur minor: & nemo Filius, ſi non daretur Pater.

MCCCCXLVIII. Non quocumque. HIc arguendi modus apud probatiſſimos Authores reperitur. Illo utitur D. Thomas crebrò. Aliqua teſtimonia producam. Primæ

 partis

Affirmatio & negatio eſt contradictio.

partis quæſt.19.art.9. *Mala fieri & non fieri ſunt contradictoriè oppoſita: ſed Deus non vult mala non fieri, quia cùm mala quadam fiant, non ſemper voluntas Dei impletur. Ergo Deus vult mala fieri.* Et reſpondet, *Mala fieri* & *Mala non fieri* eſſe contradictoria, non verò *Velle mala fieri* & *Velle mala non fieri*.

Sed quæ de eodem. & Duo termini contradictorii poſſunt verificari de duabus formalitatibus.

Et iterùm 1. part. quæſt. 39. art.1. ſic obiicit, *Affirmatio & negatio ſimul & ſemel non verificantur de eodem. Sed affirmatio & negatio verificantur de eſſentiâ & perſonâ. Nam perſona eſt diſtincta, eſſentia verò non eſt diſtincta. Ergo perſona & eſſentia non ſunt idem.* Et ego conſequens diſtinguo. Illas diſtingui formaliter concedo, realiter diſtingui nego. Addo duas formalitates eſſe tales, ut de una poſſit verificari unus terminus contradictorius, & alter de alterâ. nam in communi ſententia Homo & Petreitas ſunt duæ formalitates identificatæ, & tamen Pauleitas identificatur Homini & diſtinguitur realiter à Petreitate.

Qualiter Amor & Odium opponantur:

Sic etiam argumentatur S. Doctor 1.p.q 20. art.2. ait enim. *In Pſalmo dicitur. Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem. Nihil autem ſimul odio habetur & amatur. Ergo Deus non omnia amat.* Sed hoc ratiocinium non urgeo, nam poteſt reduci ad figuras, & ibi altiùs examinari. Sed ipſum quale? Contrarium, an contradictorium? *Omnis Non omnia* contradictoria ſunt. Amor Odiumque aliquorum opinione contraria; fortè objectivè contradictoriè differunt: fortè idem eſt odiſſe, ac non exiſtentiam ei amaſſe. Puto igitur hanc fuiſſe mentem D. Thomæ.

CA-		*Omnes, qui operantur iniquitatem, odio habentur à Deo.*
MES.		*Nulli, qui amãtur, odio habentur à Deo.*
Feſ-TRES		*Ergo nulli qui amantur à Deo, operantur iniquitatem.*
ti-	*	*At reverà aliqui operantur iniquitatẽ,*
no.	*	*Ergo aliqui non amantur à Deo.*

An Deus cooperando cauſis ſecundis lædat earũdem non libertatem modò, ſed etiam voluntatem.

Sed doceri vis, Quanta ſit Contradicentiũ oppoſitio? An-ne Deus illam poſſit evincere? S. Thomas 1. part. quæſt.105.art.4. ſic quæſtionem decidit. *Deus non poteſt facere quod contradictoria ſint ſimul vera.* Sed obiicis. *Hoc autem ſequeretur, ſi voluntatem moveret. Nam voluntatem moveri eſt ex ſe moveri, & non ab alio. Ergo Deus non poteſt voluntatem movere.* Durandus omnia admitteret, & fortè bene; ſed de hoc ſuo loco. D. Thomas reſpondet dicendum, quod moverĩ voluntariè eſt moveri ex ſe, id eſt, à principio intrinſeco. Addit, illud principium intrinſecum poſſe eſſe ab alio principio extrinſeco. Et concludit *Moveri ex ſe* & *Moveri ab alio* non eſſe terminos contradictorios, quales ſunt *Moveri ex ſe*, & *Non-moveri ex ſe*.

MCCCCXLIX. *Argumentatio à contrariis.*

A Contrariis ſolent aliqui argumentari; nã oppoſita juxta ſe poſita magis eluceſcunt: ut cùm dicimus. *Silentium eſt virtus: ergo eſt vitium loquacitas.* quod ipſum hoc diſtico urgetur; nimiùm,

Ovvenus.

Eximia eſt virtus præſtare ſilentia rebus;
Ergo gravis contrà culpa tacenda loqui.

Filius Dei eſt æternus:

D. Thomas 1.p.q.42.art. 2. ſic obiicit. *Omne quod corrumpitur deſinit eſſe. Ergo omne quod generatur incipit eſſe. Adhuc enim generatur ut ſit. Sed filius eſt genitus à patre, Ergo incipit eſſe, & non eſt coæternus patri.* Et reſpondet omnem corruptionem eſſe mutationem, non autem omnem generationem.

An omnis generatio ſit mutatio

Puto tamen tã incipere eſſe Verbum, quod ſemper eſt, quàm deſinunt eſſe quæ nunquam ſunt. Puto tamen oppoſitionem aptiùs ponendam eſſe inter Verbum, quod ſemper fuit, eſt, & erit, cum æterno Mundo, quod nec unquam fuit, nec eſt, nec erit. Et ſi non eſſe huius habuiſſet principium, bene inferretur, eſſe Verbi divini habuiſſe principium: non aliàs.

MCCCCL. *Divina neceſſitas eſt erga omnia neceſſitatis. Omnis volitio divina eſt entitativè neceſſaria & aliqua eſt terminativè libera,*

Hunc ipſe 1. parte, quæſt. 19. art.3. obiicit contra veram doctrinam; *Quidquid eſt Deo naturale, eſt neceſſarium: quia Deus eſt per ſe neceſſe eſſe & principium omnis neceſſitatis, ut ſupra oſtenſum eſt: ſed naturale eſt ei velle quidquid vult, quia in Deo nihil poteſt eſſe præter naturam, ut dicitur in 5. metaph. Ergo quidquid vult, ex neceſſitate vult.* Debet reduci ad *Barbara*; & ſolvi poterit objectio, ſi dicas, actum Dei liberum poſſe dupliciter conſiderari; entitativè, & terminativè. Entitativè neceſſarius ille eſt, liber terminativè. Et hanc puto eſſe unicam opinionem, quæ in hac materiâ teneri & propugnari poteſt.

Mundi ſapientia ſtulta. Quæ impoſſibilia nobis, ſunt poſſibilia Deo.

Omnipotentiam etiam Dei nonnulli apud eumdem Sanctum Doctorem 1.*p. quæſt.* 25.*art.* 3. hoc Modali ſyllogiſmo oppugnant. *Super illud 1. Corint. 1. Stultam fecit Deus ſapientiam huius mundi. dicit Gloſſa Sapientiam huius mundi fecit Deus ſtultam, oſtendendo poſſibile quod illa impoſſibile iudicabat. Vnde videtur quod non ſit aliquid iudicandum poſſibile vel impoſſibile ſecundum inferiores cauſas, prout ſapientia huius mundi iudicat, ſed ſecundum potentiam divinam.*

Si nihil impoſſibile, nihil neceſſarium eſt.

Si igitur Deus ſit omnipotens, omnia erunt poſſibilia. Nil ergo impoſſibile. Sublato autem impoſſibili tollit ur neceſſarium. Nam quod neceſſe eſt eſſe, impoſſibile eſt non eſſe. Nihil ergo erit neceſſarium in rebus, ſi Deus eſt omnipotens: hoc autem eſt impoſſibile. Ergo Deus non eſt omnipotens.

Olim omnipotentia Dei ignota.

Hanc conſequentiam inferunt aliqui mali Theologi: & poſſent aliqui ſuperſtitioſi Logici ſubinferre: *Ergo corruit Modalium doctrina: tota, tota.* Reſpondeo Theologiam & Philoſophiam naturalem (hæc enim dicitur huius mundi ſapientia) multa negaſſe Dei potentiæ, quæ ſuæ apprehenſionis terminis circumſcribebat, quæ tamen omnia eſſe poſſibilia demõſtravit Deus, ea patrando; non enim impoſſibile apud eum omne verbum. Porrò ſublato Impoſſibili, tolli Neceſſarium certum eſt; & quia tolli omne Neceſſarium impoſſibile eſt, auferri omne Impoſſibile eſt impoſſibile.

Si nihil impoſſibile nec Deum non eſſe impoſſibile eſt.

Dico igitur hunc diſcurſum, *Deus eſt omnipotens, Ergo omnia ſunt poſſibilia,* non eſſe bonum: ſunt enim aliqua reverà impoſſibilia; quæ omnipotentiæ non detrahunt. Non ſunt bonæ conſequentiæ, *Deus eſt infinitè volitivus, Ergo omnia ſunt amabilia. Deus eſt annihilativus, Ergo omnia ſunt annihilabilia*: & tamen ſimiles

Peccatum non poteſt à Deo amari. Deus non eſſe non poteſt. miles priori ſunt. Et quidem ſine læſione divini Amoris dicitur, culpa ab infinitè bono Deo amari non poſſe; & ſine Potentiæ detrimento Deus dicitur ab infinito Deo deſtrui & annihilari non poſſe. Manet ergo aliqua eſſe neceſſaria, & aliqua etiam impoſſibilia: Deum nihilominus eſſe Omnipotentem. Unde conſequenter inferat Logicus Modalem Dialecticam admiſſum iri, quæ Contingentiæ, Neceſſitatis, & Impoſſibilitatis Modos explicet.

Dantur impoſſibilia per ſe, & impoſſibilia per accidens. Et hæc minùs impoſſibilia ſunt. Ergo in impoſſibilitate ipsâ datur magis & minùs. Aliqua eſſe impoſſibilia diximus; ſed quæ ipſa? An-ne ad præteritum eſt potentia? D. Thomas 1. *p. quæſt.* 25. *art.* 4. Sic arguit. *Videtur quòd Deus poſſit facere quòd præterita non fuerint. Quod enim eſt impoſſibile per ſe, magis eſt impoſſibile, quàm quod eſt impoſſibile per accidens. Sed Deus poteſt facere id quod eſt impoſſibile per ſe, ut cæcum illuminare, vel mortuum reſuſcitare. Ergo multò magis poteſt Deus facere illud, quod eſt impoſſibile per accidens. Sed præterita non fuiſſe, eſt impoſſibile per accidens. Accidit enim Sortem non currere eſſe impoſſibile ex hoc quod præteriit. Ergo Deus poteſt facere quod præterita non fuerint.* Et tu, cùm ſimilia apud Angelicum Doctorem objiciantur, ne terrearis Modaliſmo ſyllogiſmorum robore, ſed reſponde Deum habere potentiam ad præteritum eo ſenſu, quo ad futurum: [*Nota id bene.*] nam *Nota hanc conſequentiam. Deo ad præteritum æquè ac ad futurum potentia eſt.* tempus alterutrum bifariam ſumi poteſt, ſpecificativè & reduplicativè, ſimpliciter & ex ſuppoſitione, in ſenſu diviſo & compoſito. Et quidem, Adamum, ſiquidem fuit, ex ſuppoſitione quod fuerit, manendo eum fuiſſe, repugnat omninò non fuiſſe: at eodem ſenſu repugnat Antichriſtum non futurum eſſe, nam ponendo quòd futurus ſit, quis eum non futurum ſine contradictione comprimet? At ſpecificativè, ſimpliciter, & diviſim ſumptæ, ſingulæ creaturæ creaturæ ſunt præſentes æterno Deo, & huic æternitatis *nunc*; in ſuis enim temporibus tales creaturæ liberè & conſervantur, & poſſunt non produci & non eſſe. Unde Adamus, *Æternitatis præſentia.* & Antichriſtus, ſi in ſuo tempore non ſint; in meo ille non fuit, & ille non erit. Sed hæc doctrina ſupponit æternitatis præſentiam, quam neceſſarium eſt admitti, & impoſſibile negari, ut ſuo loco videbimus.

MCCCCLI. *Quid Mundus ſit? An fuerit ab æterno?* Contra novitatem Mundi aliqui his Modalibus argumentantur. *Videtur quòd univerſitas creaturarum, quæ nunc Mundi nomine nuncupatur, non inceperit, ſed fuerit ab æterno. Omne enim, quod incepit eſſe, antequam fuerit, poſſibile fuit ipſum eſſe: alioquin impoſſibile fuiſſet ipſum fieri. Si ergo Mundus incepit eſſe antequam inciperet, poſſibile fuit ipſum eſſe. Sed quod poſſibile eſt eſſe, eſt materia; quæ eſt in potentia ad eſſe, quod eſt per formam, & ad non eſſe, quod eſt per privationem: ſi ergo mundus incepit eſſe, ante mundum fuit materia. Sed non poteſt eſſe materia ſine formâ. Materia autem mundi cum formâ eſt Mundus. Fuit ergo Mundus antequam eſſe inciperet. Quod eſt impoſſibile.* Ita apud S. Doctorem 1. *part. quæſt.* 46. *art.* 1. Et reſpondeo Ens poſſibile & Materiam diſtingui: dantur enim Angeli poſſibiles, & ipſi Materiales non ſunt. Addo Materiã fortè eſſe poſſibilem ſine Formâ: imò & ſine Formâ exiſtere fortè de facto: quæ omnia immeritò ſolet S. Thomas negare. Sed de hoc in Phyſicis.

An omne Ens poſſibile ſit Materia? Angeli ſunt immateriales. Materia ſine formâ poteſt exiſtere.

ARTICULUS VIII.

De Logicâ P. Valeriani Magni.

MCCCCLII. *Qualis ſit.* VIr eſt ingenio magno præditus: quem amo & veneror: multa ſcripſit fortia & erudita pro Fide & Eccleſia Romanâ, & inter alia, *de Regulâ credendi*, librum aureum: quem nemo poſſit attentè legere, & adhuc Luthero, Calvino, aut alij cuicumque Hæreſiarchæ ſervare fidem. Sed quia ejus Logica Varſaviæ in Poloniâ apud Petrum Elert lucem vidit anno 1648. & in ea Author ad Modales ſyllogiſmos recurres, Ariſtotelicos reijcit aut condemnat; operæ pretium erit, hic tantiſper hærere & Valeriani Dialecticam (hoc eſt, Argumẽtativam partem ejus Logicæ) examinare: quod ipſum nullo alio meliùs modo præſtare potero, quàm ejus præmittendo dictamen. Exſcribo igitur ad verbum, quæ habet libro IV. qui de exercitatione Logicâ eſt, *pag.* 143. Lege attentè ſequentia.

De duplici exercitatione logica.

MCCCCLIII. *Ex ſpeculatione ad praxim tranſit.* TRibus libris (ait Magnus Valerianus) tràdidi formam ſyllogiſticam, ſecundum quã omnis noſtra ratiocinatio diſponatur. Quoniam verò poteſt ſatis intelligi ab eo, qui illam ægrè valeat practicare; idcircò, quod intelligere artem quamcumque ſit cognitio, alia valde ab ea, quam praxis ex longo uſu inducit: quapropter neceſſarium duxi, mi Theophile, in hoc poſtremo libro tradere normam, & exempla exercitationis Logicæ, quatenus, antequam te accingas contemplationibus philoſophicis, exerceas traditum Organum circa congruam materiam: ex quo exercitio acquires habitum, promptè, & iucundè adhibendi in ipſa Philoſophia traditam ſyllogizandi regulam.

Logicus eſt ſimilis Grammatico. Id enim in hac facultate obſervandum eſt, quod practicari ſolet in Grammaticis inſtitutionibus. Illi enim, qui eatenus inſtituuntur, poſt intellectas, & memoriæ commendatas omnes regulas Grammaticales, eas exercent, tranſlatis argumentis vulgari idiomate exaratis, in illud idioma, cuius artem, ſeu regulas didicerunt. Non ſecus factitandum eſt in hac diſciplinâ; ſcilicet, poſt probè intellectas, & memoriæ commendatas regulas logicales, argumenta præſcribenda ſunt diſcipulo huius facultatis, circa quæ exerceat omnes, ac ſingulas regulas illas: idque tamdiu factitandum eſt, donec ſine facultate, imò cum iucunditate, citra errorem exerceatur, & in praxim reducatur Ars Logicalis.

Et licet ejuſmodi exercitatio plures habeat

 partes,

partes,eas tamen colligo ad duas, quarum prima ſit,revocare ad nôtas tres differentias ſyllogiſmorum , ooveudecim modos ſyllogizandi traditos ab Ariſtotele,ac diſtributos in tres figuras. Altera verò ſit,datum textum cuiuſcumque Auctoris elucidare grammaticaliter , & propoſitiones,ac ratiocinationes ordinare ſecundum traditam artem ſyllogizandi.

Utriuſque exercitij trado aliquot exempla, ut intelligas modum,quo te ubertiùs exerceas, antequam aggrediare ſtudium philoſophicũ.

De modis Syllogiſmorum primæ figuræ Ariſtotelicæ.

An omnis ratiocinatio tres terminos,& tres propoſitiones complectatur?

SUppono,quo ſuo loco dictum eſt , nullam eſſe ratiocinationem , quantumcumque ea ſit infurmis,quæ non contineat tres terminos, ſcilicet,medium , præter duas extremitates: quibus diſtinctè cognitis, antequam informis, ſeu prava illatio formetur , corrigenda eſt prædicatio,ſicubi ea ſit vitioſa : nam impoſſibile eſt,ratiocinationem promoveri ad eam ſcientiam,quæ inquiritur,ſi admittat vitium in prædicatione;v.g. ſi mihi conſtitutum ſit intelligere hominem,& aſſumam pro medio termino, quod ſit animal,ex quibus duob' terminis formanda ſit minor propoſitio , ineptè poſuero hanc:

Quoddam eſt animal homo.

ſed dicendum eſt:

Omnis homo eſt animal.

Subiectum ſcibile.
An forma bonitate cum vitioſa materia componatur?

Homo enim eſt ſubjectum ſcibile , in cuius cognitione volo proficere ratiocinando. Quapropter,tametſi forma ſyllogiſtica poſſit ſubſiſtere,admiſſa vitioſa prædicatione,non tamen ſemper: ſemper verò vitioſa prædicatio confundit ſcientiam,quàm ratiocinans ſibi quærit.

MCCCC-LIV.
Minorem in forma Platonicâ vocat,quã nos & cæteri Majorem.

Reformatâ ergò vitioſâ prædicatione , & diſtinctis tribus terminis datæ illationis , medium prædicari debet de minori extremitate vel affirmativè,vel negativè. Secundò, maior extremitas prædicari debet neceſſariò de medio affirmato , vel affirmativè , vel negativè. Tertiò,medium negatum affirmari debet neceſſariò de majori extremitate. Hiſce verò tribus regulis,poſt correctam vitioſam prædicationem,licet , & quidem facillimè,reformare quamcumque illationem , & reducere ad aliquam ex tribus differentiis ſyllogiſmorum à me poſitis. Subiicio exemplum in ſyllogiſmis primæ figuræ , cuius quatuor modi directè concludentes ſic reducuntur.

Ex his quatuor Valeriani ſyllogiſmis, primus & tertius pertinent ad Dialecticam quã dedi Articulo II. ſecundus & quartus ad illam, quam Art. III. Nomi-

	Ariſtotelis.	*Valeriani.*
Bar-	*Omne animal eſt ſubſtantia.*	Homo eſt animal.
ba-	*Omnis homo eſt animal:*	Animal neceſſariò eſt ſubſtantia.
ra.	*Ergò omnis homo eſt ſubſtantia.*	Ergo homo eſt ſubſtantia.

	Ariſtotelis.	*Valeriani.*
Ce-	*Nullum animal eſt lapis.*	Homo eſt animal.
la-	*Omnis homo eſt animal.*	Animal impoſſibile eſt eſſe lapidem.
rent.	*Ergo nullus homo eſt lapis.*	Ergò homo non eſt lapis.

na Modorum ſunt iſta.
M.
æ. æ. æ.
æ. œ. æ.
:r. æ. ır.
ır. æ. ıx.

	Ariſtotelis.	*Valeriani.*
Da	*Omne animal eſt ſubſtantia.*	Petrus eſt animal.
ri-	*Petrus eſt animal.*	Animal neceſſariò eſt ſubſtantia.
j.	*Ergò Petrus eſt ſubſtantia.*	Ergò Petrus eſt ſubſtantia.

	Ariſtotelis.	*Valeriani.*
Fe-	*Nullum animal eſt lapis.*	Petrus eſt animal.
ri-	*Petrus eſt animal.*	Animal impoſſibile eſt eſſe lapidem.
o.	*Ergò Petrus non eſt lapis.*	Ergò Petrus non eſt lapis.

An ad quatuor primos Ariſtotelicos reducantur cæteri argumentandi Modi?

Hi quatuor modi ſunt illi, ad quos reducũtur ſecundum doctrinam Ariſtotelis omnes alij modi ſubſequentes, velut illi quatuor ſoli interea omnes ſint perfecti ſyllogiſmi. Ego verò aliter ſentio: nam argumentari ex medio negato eſt neceſſarium & tamen præfati quatuor modi ſunt omnes de medio affirmato : quapropter reformare ſyllogiſmum de modo affirmato, eſt ſupprimere naturalem,bonum , ac neceſſarium argumentandi modum.

MCCCC-LV.
Barbara: Darij:
Celarent: Ferio.

Porrò illi duo ſyllogiſmi Ariſtotelici , qui nuncupantur *Barbara*, & *Darij*, pertinent ad primam differentiam ſyllogiſmorum à me aſſignatam: nimirum ſunt de medio affirmato , & majore extremitate affirmata: *Celarent* autem, & *Ferio* ſpectant ad ſecundam differentiam: ſunt enim de medio affirmato. & majore extremitate negata.

An quantitas propoſitionum inferat in conſequentiam?
An neceſſitas propoſitio

Ego verò non diſtinguo modos ſyllogiſmorum penes differentem materiam , circa quam fiunt;ſed penes id,quod influit in ipſam illationem. Quod enim minor extremitas ſit univerſalis,vel particularis,id nil confert illationi : at univerſalitas,ſeu neceſſitas majoris propoſitionis ea eſt,quæ potiſſimè infert concluſionem; quam univerſalitatem cur potiùs dicam neceſſitatem,ſuo loco explicavi,ſcilicet,Illationi ſufficit,ſi minor ſit vera , tametſi veritas illius ſit contingens:at veritas majoris propoſitionis , ſi non ſit neceſſaria,incommutabilis , & æterna, cohibetur illatio,nullaque infertur concluſio. Hæc verò hoc loco dicta,tu Theophile , applicabis reliquis modis ſyllogiſmorum , ſicubi opus fuerit. N B.

De quinque modis indirectè concludentibus in prima figurâ.

MCCCC-LVI.
Ergo opus eſt ut Ariſtotelicam Dialecticam proſciat, qui hanc addiſcere vult.

NOn doceo te figuras. & modos Ariſtotelicos,ſed examino,& expendo, ut ſe habẽt ad meas tres ſyllogiſmorum differentias : quapropter neque declaro,cur dicantur indirectè concludentes,ut ut ſecundum Ariſtotelem reducantur ad quatuor præfatos modos directè concludentes;ſed duntaxat tibi ſubijcio ipſos ſyllogiſmos,& revoco ad formam à me expoſitam.

	Ariſtotelis.	*Valeriani.*
Ba-	*Omne animal eſt ſubſtantia.*	Homo eſt animal.
ra-	*Omnis homo eſt animal.*	Animal neceſſariò eſt ſubſtantia.

lip.Ergò

lip. *Ergò quædam ſub- ſtantia eſt homo.* Ergò homo eſt ſubſtantia.

In hac reductione correxi prius inordinatam prædicationem; quæ conſpicua eſt in concluſione. In hoc enim ſyllogiſmo dicendum erat: *Omnis homo eſt ſubſtantia*, cùm dictum ſit: *Quædam ſubſtantia eſt homo.* Verùm, ſi hæc concluſio, tametſi inordinatæ prædicationis, ſyllogizanda ſit, ſervatis terminis ſyllogiſmi Ariſtotelici, ſic inflecti, ſeu torqueri debet miſerandum hoc argumentum.

Et cur ſi torquet & nos torques ut hoc argumentum ſit torquens? An Subſtantia & Quædam ſubſtantia ſunt duo termini [illegible]

Quædam ſubſtantia eſt animal affirmatum de homine.

Id verò quod eſt animal affirmatum de homine, neceſſariò eſt homo.

Ergò Quædam ſubſtantia eſt homo.

Quod ſi non ſic ſyllogizetur ea concluſio, in ſyllogiſmo Ariſtotelico conſpicui ſunt quatuor termini, ſcilicet, *Homo, Animal, Subſtantia*, & *Quædam ſubſtantia*, ut de ea affirmatur animal.

Ariſtotelis. *Valeriani.*

Ce- *Nullum animal eſt lapis.* Homo eſt animal.

lan- *Omnis homo eſt animal.* Animal impoſſibile eſt eſſe lapidem.

tes. *Ergò Nullus lapis eſt homo.* Ergo homo nõ eſt lapis.

Fateor, Theophile, prædicationem huius propoſitionis:

Nullus lapis eſt homo.

ſic eſſe ordinatam, ut hæc;

Nullus homo eſt lapis.

At verò ſuperior eſt inordinata reſpectivè ad præmiſſas, in quibus *Homo* ponitur velut minor extremitas, quæ ſubiici debet in concluſione, & propterà hic modus ſyllogizandi dicitur indirectè concludens.

Verùm ſiquis velit ſyllogizare hanc propoſitionem.

Nullus lapis eſt homo.

ſervato medio termino præfato, ſcilicet *Animal* ſic conſtruitur illatio:

Lapis non eſt Animal.

Homo neceſſariò eſt Animal.

Ergò lapis non eſt homo,

qui ſyllogiſmus directè concludit.

Quoniã verò licet argumentari hoc modo:

Argumentatio converſiva.

Homo non eſt lapis.

Ergò lapis non eſt homo.

quod argumentum involuitur in præfato Ariſtotelico ſyllogiſmo, id hoc modo reducitur ad formam.

Homo eſt ſubjectum, de quo lapis abſolutè negatur.

Id, de quo lapis abſolutè negatur, neceſſariò eſt prædicatum, quod de lapide abſolutè negatur.

Ergò Homo eſt prædicatum, quod de lapide abſolutè negatur.

ſcilicet, *Homo non eſt lapis:*

Ergò lapis non eſt homo.

quæ conſequentia eſt neceſſaria, licet in voce non appareat medius terminus.

Ariſtotelis. *Valeriani.*

Da- *Omne animal eſt ſubſtantia.* Quidam homo eſt animal.

bi- *Quidam homo eſt animal.* Animal neceſſariò eſt ſubſtantia.

tis. *Ergò quædam ſubſtantia eſt homo.* Ergò quidam homo eſt ſubſtantia.

ſic, inquam, hic ſyllogiſmus reducitur ad formam noſtram: verùm ſi hæc propoſitio:

Quædam ſubſtantia eſt homo.

inferri debeat per præfatum medium *Animal* hoc modo:

Quædam ſubſtantia eſt animal.

Animal neceſſariò eſt homo.

Ergò quædam ſubſtantia eſt homo.

major propoſitio eſt manifeſtè falſa: quapropter in Ariſtotelico ſyllogiſmo, involuitur alius, quem ſubiungo.

Quædam ſubſtantia eſt animal affirmatum neceſſariò de homine.

Id verò, quod eſt animal affirmatum neceſſariò de homine, neceſſariò eſt homo.

Ergò quædam ſubſtantia eſt homo.

nimirum in ſyllogiſmo Ariſtotelico involuuntur quatuor termini, ſcilicet, *Homo, Subſtantia, Animal, Animal neceſſariò affirmatum de homine.*

Plurimùm enim intereſt, *animal* abſolutè acceptum, & *animal* acceptum, velut ſit neceſſariò affirmatum de homine: Porrò hæc non dico, quaſi uſu veniant in ipsâ Philoſophiâ, ſed logicalis exercitii gratiâ.

Ariſtotelis. *Valeriani.*

Fa- *Omne animal eſt ſubſtantia.* Quædam ſubſtãtia eſt animal.

peſ- *Nullus lapis eſt Animal.* Animal impoſſibile eſt eſſe lapidem.

mo. *Ergò quædam ſubſtantia non eſt lapis.* Ergò quædam ſubſtantia non eſt lapis.

Hic ſyllogiſmus pèior eſt præfatis tribus indirectè concludentibus: nam illi per converſionẽ cõlcuſionis reducuntur ad *Barbara, Celarent, Darij*: hic verò concluſionem infert, quæ tametſi convertatur, non ſolum eſt falſa, ſed neque ſequitur ex præmiſſis conceſſis. Qualis enim illatio eſt hæc? MCCCC-LVII.

Omne animal eſt ſubſtantia.

Nullus lapis eſt animal.

Ergò nullus lapis eſt ſubſtantia.

Medium AEE prima figura inutile.

nimirùm, cùm ſit de medio negato, ipſum tamen medium nõ affirmatur neceſſariò de majore extremitate: ſic enim debuiſſet formari:

Omnis ſubſtantia eſt Animal.

Nullus lapis eſt animal.

Ergò nullus lapis eſt ſubſtantia.

Eſt in Cameſtres.

quæ illatio quàm eſt prava quoad materiam tã eſt bona quoad formam. Fateor tamen, concluſionem illius ſyllogiſmi inferri cum veritate, at non ex illis præmiſſis, ſed ex iis, quas ego poſui, ſervatis terminis ſyllogiſmi Ariſtotelici.

Ariſtotelis. *Valeriani.*

Fri- *Quoddam animal eſt ſubſtantia.* Quædam ſubſtantia eſt animal.

ſeſ- *Nullus lapis eſt animal.* Animal impoſſibile eſt eſſe lapidem.

mo. *Ergò quædam ſubſtantia non eſt lapis.* Ergò quædam ſubſtantia non eſt lapis.

Hic quoque ſyllogiſmus, cùm, prout jacet, ſit de medio negato, quod nõ ſubiicitur; ſed prædicatur in majore, non poteſt revocari ad *Ferio*

per

per meram converſionem concluſionis: qualis enim eſſet hæc illatio?

Hic ſyllogiſmus eſt in IEO. modo inutili primo figura.

Quoddam animal eſt ſubſtantia.
Nullus lapis eſt animal.
Ergò nullus lapis eſt ſubſtantia.

imò tametſi major fiat univerſalis, nil ſequitur, ut patet:

Et iſte in AEE modo inutili primæ figuræ.

Omne animal eſt ſubſtantia:
Nullus lapis eſt animal.
Ergò nullus lapis eſt ſubſtantia.

cùm enim ſit de medio negato, non tamen ipſum affirmatur neceſſariò de majore extremitate: quod ſi affirmetur, forma ſyllogizandi erit bona, ſed major erit falſa.

Eſt in Cameſtres.

Omnis ſubſtantia eſt animal.
Nullus lapis eſt animal.
Ergò nullus lapis eſt ſubſtantia.

ſyllogizatur ergo concluſio indirectè illata eo modo, quem ſupra notavi.

De quatuor modis ſecundæ figuræ.

MCCCCLVIII. SEquuntur quatuor modi ſecundæ figuræ, quorum duo procedunt ex medio affirmato, ſcilicet *Ceſare*, & *Feſtino*. Reliqui ex modo negato, ſcilicet *Cameſtre*, & *Baroco*. Illos primo loco conſidero,

	Ariſtotelis.	*Valeriani.*
Ce-	*Nullus lapis eſt animal.*	Homo eſt animal.
ſa-	*Omnis homo eſt animal.*	Animal impoſſibile eſt eſſe lapidem.
re.	*Ergo nullus homo eſt lapis.*	Ergò homo non eſt lapis.

Hæc reductio nullam habet difficultatem, quæ poſcat annotationem aliquam, quemadmodum neque is modus qui ſequitur.

	Ariſtotelis.	*Valeriani.*
Fe-	*Nullus lapis eſt animal:*	Quidam homo eſt animal.
ſti-	*Quidam homo eſt animal.*	Lapidem impoſſibile eſt eſſe animal.
no.	*Ergo quidam homo non eſt lapis.*	Ergo quidam homo nõ eſt lapis.

Hic enim modus non differt à priore, niſi quoad minorem extremitatem, quæ in *Ceſare* eſt univerſalis, & in *Feſtino* eſt particularis. Verùm, ut ſuo loco dictum eſt, cum univerſalitas, ſeu neceſſitas minoris propoſitionis influat in illationem: univerſalitas tamen, ſeu neceſſitas minoris propoſitionis nil influit: illatio enim concluſionis in Feſtino eſt neceſſaria perinde ac in *Ceſare*. Sequuntur duo modi de medio negato.

	Ariſtotelis.	*Valeriani.*
Ca-	*Omnis homo eſt animal.*	Lapis non eſt animal.
me-	*Nullus lapis eſt animal.*	Homo neceſſario eſt animal.
ſtres.	*Ergo nullus lapis eſt homo.*	Ergo lapis non eſt Homo.

Sequitur alter modus, qui dicitur *Baroco*, ſola particularitate minoris extremitatis differens à *Cameſtres*.

	Ariſtotelis.	*Valeriani.*
Ba-	*Omnis homo eſt animal.*	Quidam lapis non eſt animal.
rõ-	*Quidam lapis non eſt animal.*	Homo neceſſariò eſt animal.
co.	*Ergo quidam lapis non eſt homo.*	Ergo quidam lapis non eſt homo.

Cùm in Logicâ Ariſtotelis multa ſint ſuperflua, cujuſmodi ſunt tot ſyllogiſmorum modi, alia deſint, v.g. quæ concernunt illationem connexam, vix tamen deprehendi errorẽ pravæ diſpoſitionis, præter reductionem illationis in *Cameſtres* ad *Celarent*, & in *Baroco* ad *Barbara*: iis enim reductionibus tollit, & damnat omnẽ illationem de medio negato, cùm tamen homini ſit & naturale, & neceſſarium argumentari, ſeu ſyllogizare ex medio negato de præſuppoſita minori extremitate ſcibili, quapropter hi duo modi ſunt naturales, ſunt neceſſarij, nullo modo reducendi ad meliores. MCCCCLIX.

An tot Modi in Ariſtotelis Logicâ ſuperflui ſint

Hæc verò occaſione opportunè declaro, quos modos Ariſtotelicos comprehẽdãt meæ tres differentiæ ſyllogiſmorum, ſcilicet, prima differentia, quæ eſt de medio affirmato, & majore extremitate affirmata, complectitur *Barbara*, & *Darij*: *Darij* enim non differt à *Barbara*, niſi ob particularitatem minoris extremitatis, quæ in *Barbara* eſt univerſalis, quam univerſalitatem ego non attendo; quandoquidem nullam vim influat in illationem; ita ut *Darij* à *Barbara* non differat penes modum ſyllogizandi, ſed penes materiam, quæ aſſumitur in ſyllogiſmo: aliud enim eſt inſtituere ratiocinationem de Petro, aliud de homine univerſaliter accepto: Petrus enim plurimùm à parte rei differt à naturâ communi omnibus hominibus: quapropter multa affirmantur, & negantur de Petro, quæ nequeunt affirmari, & negari de ſpecificâ naturâ illis communi.

Videndum an propoſitio ſit univerſalis, vel particularis.

Secunda differentia illationum eſt de medio affirmato, & majore extremitate negatâ; quæ complectitur modos Ariſtotelicos *Celarent*, & *Ferio*, qui non alia ratione differunt quàm quod minor extremitas, quæ in *Celarent* eſt univerſalis, in *Ferio* eſt particularis.

An Cameſtres & Baroco reduci debeant ad perfectos.

Tertia denique differentia eſt de medio negato, quod neceſſariò affirmetur de majore extremitate. Hæc complectitur modos Ariſtotelicos *Cameſtre*, & *Baroco*, pariter inter ſe differentes ob ſolam conditionem minoris extremitatis, ut ſupra dictum eſt. Hinc colligere potes, hos poſtremos Ariſtotelicos modos non eſſe reducendos ad meliores, ſed eſſe naturales, imò neceſſarios philoſophanti.

De modis tertiæ figuræ.

EX primâ figurâ Ariſtotelicâ, mi Theophile, habeo pro me quatuor modos directè cõcludentes, ſcilicet *Barbara*, *Celarent*, *Darij*, *Ferio*. Et ſecunda figurâ retineo, ut dixi, *Cameſtres*, & *Baroco*. At tertia hæc figura nil habet, quod ego uſurpem in mea Logica. Ego autem experientiâ didici, me ſpatio annorum quadraginta, quibus verſor in philoſophicis contemplationibus, nunquam incidiſſe in materiam ullam ſyllogizabilem, quam expedire nequiverim aliquâ formâ illationis ex tribus à me aſſignatis. Non tamen vitupero, quod Ariſtoteles modos hos MCCCCLX.

An dimiſſi debeant Ariſtotelici argumentandi Modi, quos cum ſuis comparat.

An vituperet Ariſtotelem

hos multiplicaveris, non quibus utamur, ſed quos corrigamus, ſicubi obvenіant: excipio tamen reductionem, ſeu correctionem ſyllogiſmorum in *Cameſtres*, & *Baroco*. Equidem & ego in meâ Logicâ adnotavi aliquas illationes corrigibiles; non tamen niſus ſum enumerare omnes earum differentias; ſed exiſtimavi ſufficere, ſi adnotaſſem, ut feci, modum facilem corrigendi quamcumque pravam illationem, fuerit illa cuiuſcumque differentiæ, aut modi.

An ſint aliquis corrigendo in Logicâ?

Quemadmodum neque recenſui omnes differentias deceptionum, ſeu ſallaciarum, quæ contingunt ratiocinanti ſive ex natura vocabuli, ſive ex rebus ipſis. Indicavi artem brevem, ac facilem, quâ quiſque ſibi caveat à fallaciis cuiuſcumque differentiæ illæ ſint; tametſi differentias has ipſe ignorem: v. g. ſi quis mordicus, inſiſtat, ne ſyllogiſmum ſubeat ullus terminus præter tres neceſſarios, neve hi tres bis ſumpti in omni ſyllogiſmo, repetantur alterati, & non ijdem; is, inquam, qui hac ratione ſibi caveat, omnes penè fallacias evitabit, tametſi earum differentias ignoret, quæ explicantur, aut docentur fortaſſis non minore regularum, & præceptorum congerie, quam quâ univerſa Logica deonerata ejuſmodi ſuperfluitatibus polcat.

An poſſit vitare fallacias, qui Dialecticam Sophiſticam ignorat?

MCCCC-LXI. Venio ad modos tertiæ figuræ, quarum primus eſt.

Rationale, & non Rationalis & meritò: unum ſumitur ſub ſtantivè & non adjectivè. Nota id bene.

	Ariſtotelis.	Valeriani.
Da-	*Omnis homo eſt rationale.*	Quoddam animal eſt homo.
ra-	*Omnis homo eſt animal.*	Homo neceſſariò eſt rationale.
pti.	*Ergò quoddam animal eſt rationale.*	Ergò quoddam animal eſt rationale.

Secundus modus eſt.

	Ariſtotelis.	Valeriani.
Fe-	*Nullus lapis eſt animal.*	Quoddam corpus eſt lapis.
la-	*Omnis lapis eſt corpus.*	Lapidem impoſſibile eſt eſſe animal.
ptō.	*Ergò quoddam corpus non eſt animal.*	Ergò quoddam corpus non eſt animal.

Tertius modus eſt.

	Ariſtotelis.	Valeriani.
Di-	*Quoddam animal eſt corpus.*	Quædam ſubſtãtia eſt animal.
ſa-	*Omne animal eſt ſubſtantia.*	Animal neceſſariò eſt corpus.
mis.	*Ergo quædam ſubſtãtia eſt corpus.*	Ergò quædam ſubſtãtia eſt corpus.

Quartus modus eſt.

	Ariſtotelis.	Valeriani.
Da-	*Omne animal eſt corpus.*	Quoddam rationale eſt animal.
ti-	*Quoddam animal eſt rationale.*	Animal neceſſariò eſt corpus.
ſi.	*Ergò quoddam rationale eſt corpus.*	Ergò quoddam rationale eſt corpus.

Quintus modus eſt.

	Ariſtotelis.	Valeriani.
Bo-	*Quoddã animal nõ eſt rationale.*	Quoddam corpus eſt animal de quo negatur rationale.
car-	*Omne animal eſt corpus.*	Id, quod eſt animal, de quo negatur rationale, impoſſibile eſt ſit rationale.
do.	*Ergo quoddam corpus nõ eſt rationale:*	Ergo quoddam corpus non eſt rationale.

Hic modus involuit quatuor terminos, ſcilicet, *Corpus, Animal, Rationale*, quartus eſt *Animal de quo negatur rationale*. Ex primis tribus non poteſt conſtitui ſyllogiſmus: qualis enim eſt hic?

Quoddam corpus eſt animal.
Nullum animal eſt rationale.
Ergo quoddam corpus non eſt rationale.

Iſte ſyllogiſmus eſt bonus, & in Figineno, & præmiſſis commutatis in Ferio: ſed ejus ſecunda propoſitio eſt falſa.

Nimirum, illi tres termini diſpoſiti ſecundum formam ſyllogiſticam inferunt concluſionem falſam ex falſitate majoris propoſitionis: & tamen Ariſtotelicus modus infert concluſionem, ſi pro medio accipiamus non ſimpliciter *animal*, ſed *animal de quo negatur rationale*, ut patet ex ſyllogiſmo reducto ad noſtram formam.

Sextus modus eſt.

	Ariſtotelis.	Valeriani.
Fe-	*Nullum animal eſt lapis.*	Quoddam corpus eſt animal.
ri-	*Quoddam animal eſt corpus.*	Animal impoſſibile eſt eſſe lapidem.
ſon.	*Ergò quoddam corpus non eſt lapis.*	Ergò quoddam corpus non eſt lapis.

MCCCC-LXII. Porro ex hiſce reductionibus, Ariſtotelicorum ſyllogiſmorum ad noſtras tres differentias, colligere licet, quanto compendio ſecundum traditam à nobis formam, & formentur ſyllogiſmi, & reducantur ad noſtram formam illationes omnes, quæ diſcrepant, aut deficiunt a verâ formâ. In qua reductione non eſt opus conſulere, niſi duas, aut tres à nobis traditas regulas; nimirùm, ut correcta prædicatione, ſicubi eſt vitiata, ex illata concluſione datæ illationis, noteтur utraque extremitas, ſcilicet major & minor. quod reliquum eſt, ſpectat ad terminum medium, quod neceſſariò vel affirmatur vel negatur de minore extremitate; & de medio affirmato, major extremitas vel affirmatur, vel negatur. Medium verò negatum neceſſariò affirmatur de majore extremitate. Sicubi verò ex affirmationes, & negationes fieri nequeant ſalva veritate propoſitionũ, & tamen data illatio reducenda inferat concluſionem veram, neceſſariò in illa involuitur aliquis terminus, qui ſimpliciter acceptus nil efficit, efficit tamen cõcluſionẽ, ſi accipiatur ut affirmatus, vel negatus de alio termino, prout ſuprà ſ. in locis adnotatum eſt. Et hæc dicta ſufficiant de hac exercitatione logicâ, quæ concernit reductionem quarumcumque illationum ad formam à nobis traditam. Reductio enim earum illationum, quæ non ſunt ſyllogiſmi formati, docetur in ſubſequentibus exercitationibus Logicis. Hucuſque P. Valerianus, & quia magno pollet ingenio, omnia ſubtiliter & ingenioſè. Singula igitur examinemus.

Ut puto paupertatem & indigentiam compendium vocat.

ARTICULUS XI.

De Dialecticâ P. Valeriani Magni Iudicium.

Multa in paucarum linearum obſervavi lectione: ſed ex omnibus hæc paucula diſcurrere

Dubia incidentia.

ſcutere placet. *Primò*, An Ariſtotelis Modi ſint ſuperflui? *Secundò*. An ſit bona Dialectica, quæ utitur ſolis ſyllogiſmis Modalibus? *Tertiò*, An & hæc eſſet ſuperflua, ſi omnibus Modalibus uteretur? *Quartò*. An bene ad præmiſſas neceſſarias ſecutratur? *Quintò*. An meritò univerſales excludantur?

Ad primam.

MCCCCLXIII. ASſerit P. Valerianus *pag.* 155. dicens, *Cùm in Logicâ Ariſtotelis multa ſint ſuperflua, cujuſmodi ſunt tot ſyllogiſmorum Modi*; &c. & poſteà *pag.* 157. clementior cenſeatur tantiſper, niſi relegenti ſibi conſtare videatur. *Non tamen vitupero, ait, quod Ariſtoteles Modos hos multiplicaverit: non quibus utamur, ſed quos corrigamus, ſi cubi obvenſant.* &c. ubi videa Dialecticam Ariſtotelis, ſolummodò eſſe utilem ut corrigatur: ſi enim Modos non multiplicaviſſet Ariſtoteles; non habuiſſet, quos corrigere poſſet Pater Magnus.

Ad quid ſit utilis Ariſtotelis Logica?

Sed quid ad iſta Ego? Libri ille quarti capite primo §. *Id enim.* Grammaticam componit cum Logicâ, & ideò non ægrè feret, ſi Logicam ſuam dijudicaturus oculos vertam ad Grammaticam.

An Grammatica ſit ſimilis Logica?

Scripſerit Theopompus Grammaticam & *primò* excluſerit omnes declinationes nominum, retento unico ſolùm; videlicè, *Res, rei*, & recta cæterorum nominum. nam quando dico *Ramus arboris*, ſuperfluam exiſtimat Theopompus illius genitivi notitiam, cùm dicere ſufficiat, ut putat *Ramus rei, quæ eſt arbor.*

An Grammatica careo poſſit omnium declinationibus & conjugationibus verborum.

Secundò excluſerit tractatum de præteritis ſupiniſque, imò adjectiva omnia verba & eorum modos omnes & tempora, retentis participiis ſolummodò, quæ verbo ſubſtantivo junguntur. Et hanc ob rem, ubi dixit Virgilius, *Arma, Virumque cano*: Theopompus dicat, *Res, quæ ſunt arma, & rem quæ eſt Vir, ſum canens.* Addat Virgilius Æneid. 6.

Sic fatur lachrymans, claſſique immittit habenas,
Obvertunt pelago proras, tum dente tenaci
Anchora fundabat naves: tunc littora curva
Prætexunt puppes. &c.

Et reſpondet Theopompus. *Sic eſt loquutus lachrymans, & rei quæ eſt claſſis, eſt immittens res quæ ſunt habenæ. Sunt illi obvertentes res, quæ eſt pelagus, res quæ ſunt proræ. Tunc res, quæ eſt dens tenax, Anchora erat fundans res, quæ erant naves: tunc res, quæ ſunt littora, puppes curvæ ſunt prætexentes:* &c.

MCCCCLXIV. Et quid dicet obſecro Valerianus de Theopompi Grammatica? *Solæciſmo illa caret*, dicet, *eſt tamen pauperrima, & inelegans: & miris circumloquutionibus ſe torquet.*

Eridem Ego omninò de Valeriani Logicâ. *Pars*, inquam, *argumentativa, non exhibet ullam formam inutilem aut malam: at eſt pauperrima & inelegans: & ſe & nos miris circumloquiis obtorquet.* Vel dicito. Eſt ne Theopompi Grammatica pauperior Valeriani Dialecticâ? Non puto. Multa ille participia, multa nominum recta, integrum verbum ſubſtantivum, integram quintam declinationem retinet, cùm tamen P. Valerianus ex innumeris ſyllogiſmorum generibus ſolos Modales intellegerit, & ex ipſis,

Grammatica & Logica collatio.

quia ſatis multi ſunt, ſolummodò retinuerit pauculos. Et ſi in Theopompo circumloquia damnentur, quæ obſecro mirabiliora, quàm circumloquia Valeriani? Nam, ut multa prætaream, quæ legiſti, *pag.* 150. à converſâ ad convertentem argumentatur, dicens,

Homo non eſt lapis:
Ergo lapis non eſt homo.

& hanc ipſam argumentationem, quæ in materiâ repugnante ſatis eſt clara reducit ad formam ſequentem.

Homo eſt ſubjectum, de quo lapis abſolutè negatur:
Id, de quo lapis abſolutè negatur, neceſſariò eſt prædicatum, quod de lapide abſolutè negatur.
Ergo homo eſt prædicatum, quod de lapide abſolutè negatur.

Circumloquitur obſcurè Valerianus, & per multa expedit, quæ poſſet facilè & clarè per pauca.

An non vides in re facillimâ & clariſſimâ mirabiles & obſcuriſſimas circumloquutiones? Præterea non ſolùm circumloquitur, ſed etiam obſcurè loquitur, cùm poſſet eadem dicere multò clarius. Valeriani enim ſyllogiſmus ex tenebroſo idiomate in linguam communem translatus æquipollebit huic:

Homo non eſt lapis.
Si homo non eſt lapis, nec lapis erit homo.
Ergo lapis non eſt homo.

qui commutatis præmiſſis erit clarior & fortior: videlicet ſi dixeris:

Si homo non eſt lapis, nec lapis erit homo:
Atqui homo non eſt lapis:
Ergo lapis non eſt homo.

Syllogiſmus conditionalis aptius formatur ad numeros Ariſtotelicos, quàm ad Platonicos.

ſed quomodocumque argumentetur, nõ probabit conſequentiam, quæ erat à converſa ad convertentem, eſſe bonam: ſed ſupponet potiùs eſſe bonam: nõ enim ſtabit illa minor (majorem Valerianus nominat) *Id, de quo lapis abſolutè negatur, neceſſariò eſt prædicatum, quod de lapide abſolutè negatur*; ſi ex converſâ ad convertentẽ conſequentia negetur.

Ad ſecundam.

MCCCCLXV. REſpondeo eſſe tam bonam, quàm ſit Grãmatica Theopompi verbis adjectivis & caſibus nominum rejectis. Pauperrima eſt Theopompi Grammatica, & pauperior omninò Valeriani Dialectica: in alterutro, non quæ admittuntur, condemnamus: ſed vellemus omninò, ut & admitterentur cætera, quæ reijciuntur.

Quid in Valeriano condemnemus?

Veſtes hominibus enconceſſæ, ut nuditatem corporum tegerent: domus erectæ, ut ſe à cæli inclementiâ protegerent: cibi, ut vitam alerent: lingua, ut conceptus interiores exponerent. At tamenſi vilis pãnus, ut corpus tegeretur, ſufficeret, multi byſſino & ſerico utuntur, multi etiam telis aureis, quibus addunt nonnulli ligulas, dentes, plumas, præter neceſſitatem, ad ornatum. Nullus eſt Imperator, quem caſa non capiat: at inædificantur palatia, arces, & turres; & in ipſis porticus, atria, columnaria, opere Gottico, Græco, Romano, & omnia ſupra neceſſitatem, ad majorem ornatum. Pane & aquâ vitam poſſe tolerari certum eſt: & tamen multæ ſunt menſæ divites, opiparis ferculis onaratæ & ornatæ: & cibi interdum, quos Princeps à Medicis

Cur homini conceſſa ſint veſtes, domus, cibi, lingua, &c.?

dicis interdicitur tangere, apponuntur non ad uſum, ſed ad magnificentiam, ut ajunt. Ut quis conceptus promat, Grammatica Theopompi ſufficit: at tali idiomate nullæ fuerunt Gentes contentæ. Hebræa per octo aut plures voces in ſingulis verbis luxuriat: Græca multos habet modos & temporationes, multa Latina. Nulli ſunt barbari, qui non ludant vocabulis, & in idiomate ſuo ſint diligentes. Braſili, ut legimus in Hiſpanorum & Belgarum hiſtoriis, artificioſiſſimo idiomate gaudent, & multa verbo efferunt, quæ nos multis vix poſſumus. Non ergo ſuperflua Priſciani diligentia eſt in ſermone Latino. Non condemnandi Authores, qui Metricam curioſè tradunt; non qui Rhetoricam, tametſi enim ſine carminum varietate & contextu, & ſine figuris & tropis poſſit lingua humana moveri, at non poteſt pulchrè, ita ut animos delectet & rapiat. Debent ergo literæ humaniores admitti; nam lingua, non ſolùm eſt concеſſa hominibus ad loquendum, ſed ad eloquendum caſtè, numeroſè, & ornatè.

De linguâ Hebraâ. Græcâ.

Braſilicâ, &c.

An ſit ſuperflua diligentia Grammaticorum? An Poëtarum? An & Dialecticorum?

Hinc ad Valeriani Dialecticam. Si placet talem Artem tradere, quæ habeat præciſè neceſſaria, ut argumentari utcumque poſſis: da operam Valeriano. Imò Platoni ſoli potiùs: omnia enim, quæ per Modales Valerianus, per univerſales poteſt Plato: at omnia quæ iſte poteſt, ille non poteſt. At ſi velis eſſe dives Logicus, nec ſis Artis tantùm non infinitæ tantillâ portione contentus, ut generoſè, eleganter, opulentè, & ornatè dialecticeris, erige mentem, & propter Valeriani Logicam, quæ eſt milleſima particula integræ, etiam Modalem iſtam noſtram, etiam Ariſtotelicam, Platonicam, & alias lege.

Quanta ſit Valeriani Dialectica?

Ad tertiam.

MCCCCLXVI. Dico, P. Valerianum excluſis ſyllogiſmis Ariſtotelicis ſolo, Modales admiſiſſe: non tamen omnes iſtos, ſed pauculos. Exceſſe enim à ſuâ Logicâ juſſit omnes aut ferè, qui tribus Ariſtotelis figuris correſpondent, & eos præcipuè admiſit, qui formam redolebant Platonicam: ſed neque iſtos omnes: ni computes Valeriani Modos, digitos in manu ſufficientes aut ſuperfluos habes, cùm tamen Modales ſint innumerabiles, ex quibus Articulo I. dilucidavi aliquos. Art. II. trecentos triginta ſex: Art. III. totidem: & Artic. IV. inſinuavi ſex modos ducendi alterum numerum in alterum, & producendi Modorum numerum quaſi infinitum.

Modalium ſyllogiſmorum numerus.

Cùm tantum argumentationum circumciſionem meditor, occurrit Antonij Perezij Pronunciatum Politicum: quod nec vitupero, nec laudo; ſed refero. Inter alias leges, quas Philippo II. cognomento Prudenti, Hiſpaniarum Regi conſuluit, lego hanc: *Nec Monachos, nec Philoſophos, Reipublicæ gubernandæ admovendos.* Et, ut exiſtimo, non exorbitabat omninò: hominum enim eſt aliena facta proprio pede metiri, & Diogenes, qui Philoſophus Athenis erat, ſi & Archon eſſet, quando acclamabat in ſolennibus nundinis, *O quàm multæ ſunt res in mundo, quibus ego non egeo!* interdixiſſet omnia, quæ ſibi putabat ſuperflua: & hac unicâ lege, artifices pane, mercatores lucro, divites ſolamine, & gloriâ civitatem privaſſet. Homines Religioſi, qui modeſtam vitam egerunt à pueritiâ, cùm ſe putant liberales aut prodigos, à cæteris nominantur avari, & hoc nomine in adminiſtratione Reipublicæ, dum ſatagunt expenſis parcere, maximos errores committunt. Ridebamus Bruxellis P. Joannem de S. Auguſtino, Infantis Cardinalis Confeſſarium, virum aliàs doctum & pium, ſed qui nunquam conſulebat Principi, ut eſſet liberalis vel audax: quam enim cæteri munificentiam diceremus, prodigalitatem ille; & quam animoſitatem aut fortitudinem, ille temeritatem & præſumptionem nominabat.

Perezij Politica.

An Monachi aut docti ſint apti regimini publico?

Modeſtia Diogenis.

MCCCCLXVII. Sanè ſi jure Antonius Perezius Religioſos à Politicis arcet: jure à cæteris arcebit facultatibus, quia eadem aut ſimilia inconvenientia experimur in ſingulis. Auſonium Gallum laſcivum eſſe è carminibus colligebant nonnulli; quibus ipſe reſpondit, *Homini caſtitatem indictam, Poëſi non dictam: illum purum eſſe debere, at huic licere eſſe laſcivam*, non tamen ſatisfecit, quia ex abundantiâ cordis os loquitur, & plerumque reſpondet lingua vitæ. Et quoniam P. Valerianus à puero apud Capucinos vitam egit pientiſſimam, videtur velle non Politicam modò, ſed totam Philoſophiam, & præcipuè Dialecticam proprio pede metiri, & eam ad tantam paupertatem revocare, quantam Seraphica Religio obſervat.

An carmina laſciva ſcribi à caſtis ſoleant

Sic libuit eloqui de Amico: quia licèt in ejus Dialecticâ tam extremam paupertatem deteſter, in ejus vitâ & moribus illam adoro & veneror: & quia Religioſis (ne dicam Eccleſiaſticis omnibus) divitias ſummè eſſe nocivas conſpicio (imò & experior) orabo Deum, ut ad majorem gloriam ſuam & populi ædificationem concedat aliquando nobis, ut nihil habeamus ſuperfluum.

Patrum Capucinorum ſumma paupertas commendata.

Ad quartam.

MCCCCLXVIII. Negativè reſpondeo. Logica eſt modus ſciendi, ſcholaſticarum Artium janua, Facultatum univerſarum oſtium, Scientia prima. Et tamen, ſi ſola admittatur Valeriani Dialectica, erit Logica ſciendi ſcopus, ſcholaſticarũ Artium meta, Facultatum univerſarum terminus, ſcientia ultima. Et hoc demonſtrabo clariſſimè.

Nota illud ſola.

Peripatetica Dialectica, ſi Matheſis abſtrahere ab omni materiâ dicatur, eſt verè Mathematica ſcientia. Abſtrahit ſyllogiſmorum formas, figuraſque ab omni materia ſenſibili, imò & intelligibili; quia omninò ab omni. Quidquid de ſyllogiſmis Ariſtoteles ſcripſit, id in omni materiâ (neceſſariâ, remotâ aut impoſſibili, liberâ, & contingenti) locum habet. Utrũ propoſitio univerſalis ſit aut particularis, pueri ſciunt: nam ſyncategoremata *Omnis, Aliquis*, non Logicis modò, ſed etiam Grammaticis nota, illas diſcernunt: & nulla alia notitia apud Stagiritam præerequiritur.

An Dialectica ſit ſcientia Mathematica: & quod id ſemper ſit

Nota omnibus Propoſitionum Univerſalitas:

At P. Valeriani Dialectica, poſtulat, ut poſſimus diſcernere, non tam Univerſalem à Particulari, quod pueri ſciunt; ſed neceſſariam à Particu-

Aut verò aut nunquam earumdem

eſt nota neceſſitas.

Particulari, quod pueri ſciunt; ſed neceſſariam à contingenti, quod ſæpè doctiſſimi neſciunt. Ergo poſtulat, ut antequam in Phyſicâ, v.g. dialecticeris, ſcias exactè Phyſicam (& ſic de ſcientiis cæteris) *exactè*, inquam, debes enim diſtinguere in Phyſicâ à contingenti Propoſitionem neceſſariam, antequam ſyllogiſmos conformes, quod ipſum præſcire non poteris, niſi Phyſicam exactè ſcias. Ergo Logica, ſi audītur Valerianus, non eſt cælitùs data, ut alias ſcientias adſequamur; ſed ut de illis priùs adquiſitis diſſeramus; quod evidenter ſequitur, & tamen eſt ipſâmet falſitate, falſius.

Valeriani Dialectica omnes ſcientias jam priùs adquiſitas ſupponit.

Ad quintam.

MCCCCLXIX. *An habeat ſaltem neceſſaria? An excluſiù Logicâ Ariſtotelicâ & receptâ Logicâ P. Magni ſubſiſtere poſſint Moralia? An phyſica accidentalia? An intelligatur peccata præſcindendo à peccato?*

EA, quæ hucuſque diximus, Valeriani Dialecticam habere præcisè neceſſaria ſupponunt; at modò etiam iſtis carere clariſſimè ſum oſtenſurus. Sic diſcurro.

Non omnes Quæſtiones, quæ occurrunt ſunt de rebus omninò neceſſariis; nec neceſſaria omnia per media neceſſaria probantur. Tota Philoſophia & Theologia Moralis, quæ ſtādo Dialecticæ Peripateticæ vix ſubſiſtere poteſt; ſi ſtetur Patris Valeriani Dialecticæ corruere debet: in Moralibus enim raras Propoſitiones univerſales reperimus, at neceſſarias nullas, omnia enim, quæ dicuntur, actus hominum liberos directè reſpiciunt, & leges, quibus hi gubernantur, actus etiam liberos vel Dei, vel hominis: quod ipſum in ſententiâ P. Valeriani habet majorem vim, eſt enim Scotiſta, & exiſtimat nullum eſſe peccatum præſcindendo à Decalogo.

MCCCCLXX. *Syllogiſmi Peripatetici, quos Magnus exprimere ſuâ novâ Dialecticâ non poteſt. De peccatis & pœnis, prædeſtinatione & merito, gratia & cooperatione. Incarnatione, paſſione, & redemptione.*

Ut igitur Pater Valerianus videas, non omnem ſyllogiſmum Ariſtotelicum ad ſuos poſſe reduci, hos propono, & doceri deſidero, An ſine immenſis circulis & ambagibus (ſi vel ſic fortè) poſſit illos ad Modales neceſſarios reducere.

Omnis, qui furatur, debet ſuſpendi:
Petrus eſt furatus:
Ergo debet ſuſpendi.
Omnis prædeſtinatus ſalvabitur:
Ioannes eſt prædeſtinatus:
Ergo ſalvabitur.
Quicumque habet auxilium efficax, cooperabitur;
Petronius habet auxilium efficax:
Ergo ille cooperabitur.
Omnes, qui ſalvantur, mortis Chriſti beneficium recipiunt:
Sed pro aliquibus mortuus eſt Chriſtus, qui mortis ejus beneficium non recipiunt:
Ergo pro aliquibus mortuus eſt Chriſtus, qui non ſalvantur.
Omnia ignita ſunt calida:
Ferrum hoc eſt ignitum:
Ergo eſt calidum.
Omnes Æthiopes ſunt nigri:
Arſenius eſt Æthiops:
Ergo Arſenius eſt niger.
Nulla eſt Anima actu informans corpus, quæ non ſit alicubi:
At Anima Petri eſt anima actu informans:
Ergo Anima Petri eſt alicubi.

nec enim in accidentibus phyſicis, &c. nec neceſſitas nec impoſſibilitas invenitur.

Ecce dedimus nonnullos ſyllogiſmos, (morales, naturales, qui boni ſunt, & benè conclusiones ſuas probant: & tamen ſi materiam reſpiciam, neceſſarii non ſunt: nam moralium materia erat libera, naturalium contingens. Ergo ad univerſalitatem redire neceſſariò P. Valerianus debebit, ut extra materiam neceſſariam diſcurrat.

Hæc dicta ſint

DE Optimi mei Amici Dialecticâ, quam ingenioſiſſimè ſcriptam fateor, laudoq; : in quâ nihil occurrit modò, quod falſum aut malum affirmem: ſolam enim condemno paupertatem quæ in Capucino, quò major, eò fortè laudabilior eſt.

At ille dicet meam Dialecticam nimis divitem eſſe, nec poſſe multis annis addiſci. Et reſpondeo ipſam eſſe ditiſſimam, & poſſe addiſci brevi tempore, non tamen totam: quo enim plus ſtudeo, plura invenio, & quia nondum ſpero me reperturum finem, utrùm illū habeat ſubdubito; at hoc nolo mihi imputari ſed Naturæ, quæ tam divite facultate potuit ingenium humanum exornare: non enim Ego Dialecticam creavi vel condidi: ſed divinitùs conditam, & magnâ ex parte jam detectam inveni; & labore improbo incepi progredi & novos Modos inferendi invenire: nimirùm reales & morales: reales, quos hic liber exponit: morales, quos tradet Logica Moralis, quam Philoſophiæ & Theologiæ Morali ſum præmiſſurus. Cæterùm ſummæ eſt Deo conditori univerſorum gloriæ, quod ſicut in minutulâ Continui Ariſtotelici particulâ nemo ad finem ſit diviſionis perventurus, ſic etiam in ſingulis ſcientiis non ſit omnia ingenio comprehenſurus; ſed ſemper plura & plura addiſcere & docere poſſit, & hoc in infinitum: perfecta enim vel ariſtæ comprehenſio ad Deum ſolum pertinet, qui ſit benedictus in ſæcula.

MCCCCLXXI. Quàm dives Dialectica ſit.

An continuum poſſit in infinitum dividi? An homo poſſit in Logica aut alia quacumque facultate in æternum addiſcere & proficere?

F I N I S.

INDEX

PRÆCURSORIS LOGICI
GRAMMATICAM AUDACEM, EJUSQUE PARTES

METHODICAM, METRICAM, CRITICAM, COMPLECTENS.

A.

Abbreviationes litterarum quales. 91
Abecedarius quomodo loquitur. 113. A ſit in ſingulis vocibus, & ſingulæ in eo. ibid an ſit Deus. 114 quem modum exiſtendi & eſſendi habeat. 116. quid ſit. 117. ad quid reducatur. 120. græco quibus utendum. 112
Ablativi an debeant notari accentu. 55
Abſolutus à Deo, cur non condemnandus. 351
Abſtinentia an provocet pollutionem. 271
Abſtracta quæ & qualia. 22 & Concreta ibid univerſalia & ſingularia quæ. 158. ab Abſtractis quomodo prædicentur. 159. an definiantur. 197. quotuplicia. ibid. qualia. 198
Abſtractio quid. 12. quotuplex. 115. præciſiva quæ ibid. negativa quæ. ibid. ejus cognitio ad quid ſervire poſſit. 116.
Abſtrahere negativè quid. 115
Abuſus Significationum qui. 142
Accentus quotuplex. 54. 96. an unicus. ibid. Acutus, quid. 62. Gravis. ibid. Circumflexus. ibid. quæ de iis dicuntur, an vera. ibid. Calami. 55. & linguæ ſimul. ibid. Solius linguæ. ibid.
Accentus quomodo proferantur. 55. inſcribantur. ibid.
Arreptio, quid. 359
Accidens quid. 67. 85
Accidentia quomodo poſſint tranſſubſtantiari. 8 an ſine ſubjecto eſſe poſſint. 94. quid ſint. 188. quotuplicia. 196. 485. quomodo definiantur. 197. an ſint, & quid habeant, & quomodo differant. 202
Achilles cur felix 284
Actio quid & à quibus diſtinguatur. 101. 102. quid. 354. an, & quomodo detur. 384 in diſtans. 300.
Actus indifferens an detur in Ethica 83. Vitalis hominis an à ſolo Deo poſſit produci 103 liber quomodo eſſe poteſt, & non. 183. unus & idem an poſſit ſimul eſſe bonus & malus Ibid. 205 an numero. ibid. indifferens, qui 205. ad eum quomodo procedatur. 353. poſſibilis an ſit purè confuſus. 371. Mentis ſigna. 373. divinæ mentis an æquivoci. 374. divinus an & quomodo detur. 384
Actus mentis (judicativus, diſcurſivus,) an ſimplices qualitates. 100. eorum ordo. 184. indifferentes an dentur. 205. immanentes ubi quieſcant. 468
Adam literariè quomodo exponitur. 185. an Dominus totius Mundi ibid. an quatuor Mundi partes contineat. ibid Incarnatio an ei revelata. ibid. an poſteris revelaverit. ibid. an divinus. 186. Angelicus. ibid. Mortalis fuerit. ibid. & Eva quid. 194. an fuerit Monachus. 442.
Adam, an duo & qui. 495
Adjectivum quid. 20. 147
Adjectiva an ſint vera nomina. 21. cur inventa. 23. unde oriantur. 146. Theologica quæ, ibid. an illis uti liceat. ibid. an omnia ſint Categorematica. 158
Admittendum quid an ſupra neceſſitatem. 129
Adnomen quid. 153
Adſcenſus quid. 69
Adſumere quid. 216
Adverbium quid ſit. 44
Adverbia Objectiva & formalia. 44 Hebræorum quæ. ibid. negativa quomodo convertantur. 429. Temporis & loci quid. 496
Aer an ſit accidens. 11
Ænigma an clarius definito. 184. quid. 192. ejus Leges quæ. ibid quomodo dictum. ibid. quod malum. ibid. Anti beticum, quo modo expoſitum. 194
Ænigmata quomodo poſſint torqueri. 194
Æqualitas perſonarum divinarum, quæ. 475
Æquipollentia quomodo definiatur. 16. quid ſit, 18. 68. 72. 217. quid tollat. 218. quotuplex. 369
Æquiſcriptio quid. 368
Æquitas quid ſit 470
Æquivalentia vocabula quæ. 9
Æquivoca quæ & qualia. 17. quomodo à Grammatico fiunt, à Logico aſſumuntur. 202
Æquivocatio quid elidat. 209. quid. 368. quid dicat. 374.
Æſtus Hiſpanienſes cur ſic dicti. 23
Æterna an neceſſaria. 182. ejus ſolutiones. ibid. D. Thomæ reſponſio. ibid.
Æternitas quid ſit. 37. an omnibus nota. ibid. Virgilij quæ 247. ejus durationis deſcriptio. ibid.
Æternum an poſſit habere finem. 245
Ævum quid ſit. 38. an & unicum. 350
Affirmatio & Negatio ad quid pertineant. 168
Affirmationes negativæ quæ. 173
Affirmativæ ex negativis an inferantur. 316
Agens liberum quomodo operetur. 103
Agglomeratio Vocum, an Oratio. 161
Agitatio tautorum antiquiſſima. 340
Agnomen quale. 22. quid. 145. quomodo à Nomine differat ibid. unde ſumatur. ibid.
Agnomina quomodo uſurpentur. 146
Alæ rei politicæ quæ & quot. 245
Albedo an ſit, aut ſtet per ſe. 143. quid, & ejus definitio. 196
Alaxander Magnus an fuerit Muſicus. 15
Alepinus cujus Auditor. 132
Aliquis, quid vocetur. 153
Ἄλογα, quomodo tendant ad fines ſuos. 468
Ἄλογοι, qui. 470
Alternatio quomodo tollatur. 218
Amans, cur non liber 329. an cæcus. ibid.
Amavero quid ſit. 37
Amavérimus, an *Amaverímus* dicendum. 76
Amicitia an ſit triangulus. 80
Amor Dei an practicus. 239. Amicus, amici, qui. 315. quotuplex. 278. quid inferat. 283. Dei, an ejus eſſentia. 331. cur ſerviatur. 349
Ampliatio quid. 12
Anagramma quid. 55. 265 ejus origo. 55. ejus & Protei differentia quæ. 110
Analexis quid. 265
Analoga quomodo definiantur. 17

† Analogia

Analogia tranſcendentiæ quæ. 17. Inæqualitatis intenſivæ. ibid. & extenſivæ. ibid extrinſeca. ibid. ejus expoſitio penitior. 18. literarum & rerum quæ 94. Temporis & Loci quæ 178. Cupri & Cypridis quæ 193. expoſita quæ. 201. 205

Αναςρεφμενον quid. 320. 328

Anatomia Academica quæ. 184

Anaxagoræ an inulti in aula. 258

Anaxarchus cujus diſcipulus 132

Angelus quid ſignificet. 9. an nimal rationale. 201. corporeus. 286. 320. an ſignaculum ſimilitudinis Dei. 325. Deo ſimilior quam homo. ibid. & anima an in pluribus locis ſimul 332. quid cognoſcant. 352. an anima ſimplicior. 477. an res corporeas habere poſſit. 492 quibus rebus capax. ibid. an pugna. ibid.

Angeli an ſint rationales. 89. an & quales ideas habeant. 107 an in ſpaciis imaginariis eſſe poſſint. 109. omnes, an diſtinguantur ſpecie. 154 an diſtincti numero. ibid. quid ſint, & ex quibus conſtent rebus. 198. an & quomodo definiantur. ibid. ex quibus rebus compoſiti. ibid. an animalia. 185. an ſingularia cognoſcant. 279. an plures una ſpecie eſſe poſſint. 330 an animalia. 337. an Muſici. 338. an diſcurrant. 339. an immutare poſſint voluntates. 342. immortales. 343 corporei. 345 mobiles. 350. quales formæ. 353 an forment Syllogiſmos. ibi an formas materiales producant. 153. à quo moveãtur 355. an poſſint, & ſoleant peccare. 456. an adquirant ſpecies. 477. à quo prædeſtinentur, 490. an ad pœnam. ibid quomodo, 491. vitam æternam quomodo acquiſiverint. 492. Viatores quo tempore. ibid. quomodo mali, aut boni, 493 originali culpa an careant. ibid. Angli veteres quomodo veſtiti. 159

Anima quid ſignificet 9. rationalis an incorruptibilis. 22. cur inviſibilis. 95. an immobilis. 235. Chriſtus ad infernum an verè deſcenderit. ibid. an è corpore in Corpus tranſeat 257. an immortalis, 272. 277 284. rationalis an naſcatur. ibid. divina res, ibid. an doleat. ibid. an mortalis. 277. divina. ibid. ſedes Dei. 281. cœlum. ibid. an aër 287. an compoſita 289. an ſit ex traduce. 291 an materialis 338. quid valeat, 351. materialis libera an poſſit creari. 320. vegetativa an detur. 445. rationalis quid. 460. an forma hominis. 471. ſeparata an intelligat 477. an ſit ſubſiſtens. 482. ut ſit, quid requiratur. ibid. an creatur tota ſimul. 484. ubi ſit & quomodo 485. rationalis, an diviſibilis, ibid. an ubique. 500. ubi ſit, 501. an in cerebro. 502

Animæ quæ ſint præter corpora ratione & revelatione. 95. materiales, quid. 415. 445 novæ an creantur, an fiant per traducem, 47 . an egrediantur ex fœmore. 472 quid ſignificent. ibid. an propagentur. ibid.

Animal & Rationale quomodò diſtinguantur. 19

Animal an ſubſtantia incompleta. 86 genus proximum. 87 quale genus ibid. quomodo dividatur & definiatur. 183. quotupliciter ſumatur. 137. ejus diviſio. 475

Animal, & *aliquod Animal* an ſint idem. 239

Animalia omnia an habeant quinos ſenſus 443 imperfecta, an habeant omnes ſenſus. 654 456

Animantes an habeant pedes. 187

Animi hominum an diviſibiles. 285

Animoſitas cum quo confundatur. 461

Animus an immortalis. 488. an in Cerebro. 502

Antichriſtus qualis futurus. 499

Antipodes an olim negati. 234

Antiqua cur examinanda. 96

Antiſthenes quorum auditor. 133

Apologus quid. 489

Apoſtoli an Petro ſubditi. 168

Appellatio ea quibus dignoſcatur. 15. ubi locum habeat. 173

Appellativa quæ 22

Apprehenſio an componat. 170

Aqua an & quomodo producat gratiam. 16. an vitæ tolerandæ ſufficiat 129. an con[illegible] in [illegible] 402. quomodo tranſe[illegible] C[illegible] ſan[illegible] ibid.

Arbores cujus generis 24. an irrationales. 476. animantes. 414

Arces an neceſſariæ 129

Architas quis. 133. Prædicamentorum inventor. ibid. ejus laus. ibid.

Architecti cur prudentia indigeant. 244

Argumenta ad hominem quæ. 301

Argumentatio quid. 69. 74. 223. 224. ejus ſpecies ibid. quid. 223. 224. ejus nomen cui non competat. ibid. Totum artificiale. 225. quomodo definiatur. ibid. ejus ſpecies quæ ibid. an omnes [illegible] ibid ejus ſpecies ad quid reducantur. 217 converſiva ad quid reducatur. ibid. differentia ejus. ibid. univerſalis copulata quid. 227. an doctrinalis. 228. Conditionalis quæ. 229. ex aſcenſu & deſcenſu ibid. Arithmeticus qui 231. an fallax. 234. ab uno quid ibid. 235. Judæorum contra Pilatum quæ. 243. ut ſit bona quid requiratur. 310. obliqua & diſcreta, quæ. 419. ejus ſpecies. ibid. Disjunctiva quæ 475 Conditionata quæ. 481 Tanta-quanta 436. Tot-quot ibid. Proportionalis. 487 Talis-qualis. 488

Argumentationes complexæ quæ 92. Argumentum unde ſumatur. 494. in eo quid requiratur. ibid ab Exemplo quid. ibi[illegible]

Ariſtarchus quis fuerit. [illegible]

Ariſtippus cujus diſcipulus & quis. 13[illegible]

Ariſtophanes qualis. 65

Ariſtoteles an fuerit Magnus. 15. in quo corrigatur. 20. an ſit ſalvus. 38. quali correctione egeat. 38. patria & Vita 84. quid in octo libris Phyſicorum agat. 50. eo quis doctior eſſe poſſit, aut debeat 130 an erraverit. 150 quantus fuerit, 134. qualis, ibid. an Mahometo faveat. ibid. ejus ſchola quomodo dividatur. 141. cur aſcenſu uſus. 234. qua forma uſus. 238. an ſemper definiat. 286

Arithmetica quid. 2[illegible]

Arithmeticus quid ſcire teneatur. 8[illegible]

Arriaga convictus, quomodo. 239

Artiſores diviſum quid. 240

Arma Luctantium qualia. 130. Velitum. ibid. Cataphractorum. ibid. & literæ an opponantur. 456

Armati leviter qui. 130. eorum arma. ibid.

Ars inveniendi *Medium* quæ. 74 403 Canonica quæ. 132. quid, & quale nomen. 185. Chymica quæ. 496

Arte factum quid. 198

Artes ſublimiores an ex fundamentis Grammaticis tradendæ. 75 liberæ an poſſint dividi. 132. Vocales quot. 138. earum differentia. ibid. Optimi principia quales. 189. errandi an dentur. 224. Scientiæ quid requirant. 339. an ſcientiæ. 446. 449

Artificiale totum quale, 225. an poſſit definiri. ibid.

Artificium Logicum quid. 393. Syllogiſmi Galenici. 404. indirecti. ibid.

Articuli cur in notas & Textus diſtincti. 141

As, quid 420. ejus partes. ibid communes, quæ. 425

Aſcenſus, ſeu Inductio, quid, 201. 226. 227. à quo procedat ibid. Copulativus. 227. Disjunctivus. ibid. an detur ab uno. 228 diſtributivus quis. ibid. cur ſcientiarum omnium mater. ibid. cur nobiliſſima Argumentatio. ibid. quarum rerum princeps. 229 ab aliquibus quis. 235. modus quid. 316

Aſſertio localis, quid. 428

Aſpis quomodo ſe tueatur contra Incantatorem. 498

Aſtra a quo & an moveantur. 355

Aſtris reſiſtere cur difficile, ſed poſſibile. 252

Aſtrologi an & quomodo audiendi. 482

Aſtronomia de quo agat. 214

Atheus quis. 200. 450

Attentio in lectione divini officij an requiratur. 401.

Attributa Chriſto data, an Virgini Matri accommodari poſſint. 190

Auditor cur debeat ambire Magiſterium. 66

Auguſtinus Niphus quis fuerit. 134

Auguſtinus quibus Prædicamentis uſus. 1[illegible]

Auguſtus quanti Virgilium fecerit, 27[illegible]

Aulici quales. 1[illegible]

Aurei Angli qui. 194. Jacobi. ibid.

Aurum Gallaicum quale, 174

Author figuræ Galenicæ quis. 237. Libri Sententiarum quis. 261

Authoritas mediata, quid. 355
Avari quomodo dici volunt. 340
Avaritia quid. 491. ſpiritualis. ibid. ejus etymon. ibid.
Avarus, an liber. 240
AVE & EVA. qualia anagrammata. 110
Averroës quis fuerit. 134. quomodo dictus. ibid.
Aves an Muſici. 339
Axiomata quæ, & quotuplicia. 256. 257

B.

BAcchus an Deus. 248
Balbi, Balbari, qui. 48
Bambilio, unde dictus. 326
Barbaralexis quid. 48. 49
Barbarè cur & quando non loquendum. 140
Barbari Academici qui. 129
Barbariſmus quid. 48. 49
Beati qui. 243. 294. Creaturas quomodo videant. 345. Deum. 379. an peccatum habeant. 444. an poſſibilia videant in Deo. 468
Beatitudo quomodo dividatur. 202. an omnis in Deo. 244. an detur falſa. ibid.
Beatus quomodo Deus. 379
Belgium Civitas libera, ſervos non tolerat. 447. Bellum quos atterit. 459
Beneficia quid augeant. 243
Bernardus Medicus. 56. 57
Bernardus quid ex Indefinita collegerit. 166. Concionatorum princeps. 198
Bibo quid ſignificet. 42. Bœtici quomodo loquantur. 48
Bona, cur malis diſpliceant. 347
Boni cur benè agant. 283
Bonitas realis quæ. 205
Bonum ex qua cauſa ſit. 161. 205
Bruta omnia an ſint quinis ſenſibus prædita. 171. propter quid operentur. 305. an habeant ideas 107. an iis utantur. ibid.

C.

CÆci in Hiſpania quomodo ſe tolerent 365
Cæſar, quam fortis & glorioſus miles fuerit. 249
Calamus quomodo menti ſerviat. 417. cur lingua compendioſior. 397
Calculi an Propoſitiones integræ. 90
Calor animalis & elementaris quomodo differant. 25. an proprietas ignis. 234
Campus Principum qualis. 36
Candor quid ſit. 144
Canis regius qui ſit dictus. 132. quomodo dividatur & definiatur. 183
Cantabri quomodo loquantur. 48
Canteria quæ. 437
Capacitas Diviſi quæ. 201
Caper Mahometi, qui. 441
Capita quot, tot ſenſus. 169
Capita Dictionum quæ. 185. Categoriarum quo definiantur modo. 195
Captivi auro redimuntur. 194
Capacitia Virtualis quæ 209
Carmen quotuplex. 60 de eo quomodo philoſophandum 202. imaginarium quid 108. an de Chriſto, vel aliqua alia re loquatur. 193. quale. ibid.
Carmina artificioſa cur facilia intellectu. 56. Veterum cur imperfecta. 60. an poſſint corrigi, ibid. ſevera arte condita, an meliora. ibid. Heroica unde dicta, ibid. Hypermetrica quæ. ibid. Græca, an accentu Græco legenda. 62. quorum voces mobiles quorum non, quæ. 208
Carna, unde dicatur. 326
Caſtè loqui quamdiu debeamus. 11
Caſtellani quomodo loquantur. 48
Catalones quomodo loquantur. 48
Cataphracti qui. 130. eorum arma. ibid.
Categoria ſubſtantiæ quæ. 196
Caſus quid. 480. 489. an detur. 484. & fortuna, an detur. 276
Cauſa quotuplex. 53. 78. Effectrix Vocabulorum. ibid. principalis & inſtrumentalis quæ, ibid Exemplaris. ibid. Genera quæ. 78. Exemplaris quid & quotuplex. 105. 106. bifariam poteſt conſiderari. 107. an poſſit prædicari de Effectu. 176. ſui ipſius an detur. 387. quando non operetur. 399. cauſæ, an ſit cauſa cauſati 438. 465. efficiens an periculoſa. 465
Cauſæ efficientes an dentur. 501. ſecundæ an operentur phyſicè, an moraliter. 502. quomodo operentur. 443
Cautela Juriſtarum Hiſpanorum in juramentis quæ. 388.
Cenſura Gellij quæ & in qua re. 48
Ceremoniæ Eccleſiaſticæ an retinendæ. 238
Certa, an mutanda. 480
Certitudo propoſitionum Univerſalium quanta. 229.
Chaos cui Anagramma Elementorum. 64
Character Tyrannidis quis. 451
Characteres Stuenſer quales. 6. & voces quid ſignificent. ibid. quales & quorſum ducti. 57. quorſum ſinguli formentur & ducantur. 58. - ∪ =, quid ſignificent. 108. externi ſingularium proprietatum qui. 154. explicati, qui, 364. multiplices qui. 367
Charitas ad quem ordinanda. 352. an ſupra naturam. 477. quando perdatur. 498
Chryſippus cujus ſucceſſor. 133
Chriſtiani cur graviùs in inferno, quàm Ethnici punientur 243. quid. 277
Chriſtus an ironicè loqui poſſit. 24. an noſter frater. 36. ejus facies an redemerit genus humanum. ibid. an ſit duo Verba. 125. quid ſit. 126. an à tota procedat Trinitate. ibid. an perſonaliter Verbum divinum. 125. Verbum natum & factum. ibid. quot Generationes habeat 192. 193. an factus. ibid. Carmen de eo quale. ibid. Solis radius. ibid. patiens. ibid. Euchariſtia. ibid. ejus nomina varia quæ. ibid. eum deſcribi carmine probatur. ibid. cui ſubeſſe ſuadent. 244. diſcipulum ejus eſſe, quid requiratur. ibid divinitas ejus quomodo demonſtratur. 249. quomodo uſus. 273. quid. 277. Davidis filius & Dominus. ibid. Adventus ejus. ibid. ejus Dialectica quam efficax. ibid. an pro omnibus mortuus. 309. 495. qui concedant. ibid. an pro omnibus natus & mortuus. 353. 495. an venerit. ibid. an erraris. 413. mater ejus qualis. 447. quomodo divinitatem ſuam probet. 498
Chriſtus, nox ſub qua ſpecie. 367
Cicero an in Logica lapſus. 470
Ciphræ ſeu dictionum Compendia quæ. 55 militares quæ & quales. 90
Circuitio ſanguinis quæ. 259
Circulus an ſemper condemnatur. 406. an committendus. 410
Circumſtantia minima ſi mutetur, an tota tollatur. 206.
Civitas quid. 238
Civitates cur inſtitutæ. 238
Clara omninò an probanda. 304
Claſſes literarum Arabicarum quæ. 51. literarum quomodo dignoſcendæ, 93. nomina Syllogiſmorum quæ. 317. propoſitionum, quæ. 319. obliquarum quot. 456. 458. 463.
Clavis lignea cur interdum aurea melior. 119
Cleanthes cujus diſcipulus. 133
Clenodia an neceſſaria. 119
Clerici an cædendi, 484
Cliens qui. 247
Clitomachus qui & ejus ſcripta. 133
Cœli an lævorſum moveantur. 58. an incorruptibiles. 103. liquidi. 292. 401. an corrumpendi. 343. comprehenſibiles. 345
Cœlum an ſit incorruptibile. 22. an ſit Elementum. 64 ſedes Dei. 281 ex quibus rebus conſtet. 377. 378.

Cœnobium Fürſtenfeldenſe quale & ubi ſitum. 56
Cognitio mentis à quo pendeat. 254. Veritatis quid. 308. an detur. 383. 384. 386. quid præſentare poſſit. 386. an poſterior objecto. 387. juris an neceſſaria. 470.
Cognitor Dei, an fiat Deus. 379
Cognomen quid. 145
Collatio Creatoris & Chymici. 496. Regis & prophetæ. ibid.
Color, an qualitas. 425. in tenebris. ibid.
Coloratum in quo videatur. 378
Combinationes poſſibilium perfectionum quæ. 119
Cometæ ubi ſint. 24
Commentarius quid. 17
Commune quid. 340
Communia & recepta cur Erroribus obnoxia. 406
Communia an omnia 483
Communicatio Idiomatum quid. 126
Commutatio Denominativorum, quæ. 329
Communitas nulla ſine improbis. 447
Comœdi in Hiſpania qui. 366
Comparatio, quid ſit. 415. quotuplex. ibid. quid in ea reperiendum. ibid impropria. 416
Compendia literarum quæ. 91
Compendium Calami quale. 20. Vocis. ibid.
Complementum in medio quale. 98
Compoſitio Continui quæ. 59. generis & differentiarum quotuplex. 85. Corporis & Animæ quæ. 95. Speciei quæ. 153
Comptonus cur laude dignus. 213. ejus Curſus Philoſophicus qualis. ibid. malè loquens, & benè ſentiens, cur. 591. ſibi contrarius ubi. 393
Conceptus plantæ inadæquatus qui. 214. quomodo reperiatur in Deo. ibid. partis quid. 216. Entis an creatori & creaturæ communis detur. 218
Conceptus à Vocibus cur diſtinguendi. 138. directus & reflexus qui 151. quomodo poſſint reflecti. ibid. quid. 371. an ſignificatione carere poſſit. ibid. ad placitum an poſſint ſignificare. 372. an dentur æquivoci. 373. quotuplex. 380
Concludere directè & indirectè quid. 321
Concluſio ex principiis neceſſariis quæ inferatur. 182. negativa, an ex negativis deducatur. 261. tota an Syllogiſmus. 390. quam partem ſequatur. 402. quomodo. 403
Concordia Conjugationum omnium quæ. 84. Voluntatis divinæ, & humanæ libertatis quæ. 350
Concreta quomodo reſolvantur. 158. univerſalia & ſingularia quæ. ibid.
Concretum quid. 155. an naturam, an ſuppoſitum. 158.
Concurſus Grammaticæ cum Artibus & ſcientiis quis. 76. cauſæ primæ & ſecundæ quomodo propugnetur. 102. exemplaris cauſæ quis. 106. 106. & finalis an ſimilis. 107. Dei quis. 315
Conditio Conditionalium poſitiorum quæ. 179. quam neceſſaria. ibid. qualis & quotuplex. ibid. 419.
Conditionales falſæ quæ. 179
Conjugationes Hebræorum præcipuæ quæ. 176
Conjunctio quid ſit. 45. an debent ſemper exprimi. ibid. ejus Genera quæ. ibid.
Conjunctivus unde dicatur. 39
Connexio Subſtantiæ & accidentium quæ. 95. realis, moralis, intrinſeca & extrinſeca quæ. 179. opiniones de ea. ibid. Relativorum quæ. 189 juſtitiæ, honeſtatis & utilitatis quæ. 271. Fidei, Charitatis, & luminis gloriæ 281. Temporis & loci, quæ. 428 terminorum conditionalium quæ 481. Vitæ & Mortis. 496
Con[illegible]otata diverſa quæ. 18
Conſenſus Thomiſtarum quis. 129
Conſequentia an bona à particulari ad univerſalem propoſitionem 167. æquipollens, quæ. 239. directa & indirecta quæ 266
Conſcientia quid. 477. hominis trifariam conſideranda. ibid.
Conſequentiæ malæ an dentur. 223. evidentes [illegible] gentur. 109
Conſideratio literarum quotuplex. 116. Dei hypothetica quæ. 123
Conſiliarius Conſiliarii, quis. 351
Conſonans an ſit pura potentia. 51. earum diviſio. 52. quid ſit. 91. 120.
Conſonantes an omnes ſint æquales. 59 earum duratio quæ. ibid.
Conſultatio de mediis quæ 104. ejus & Deliberationis differentia quæ 107. an Deo competat. 351
Continens, & contentum quid. 441
Contingentes particulares nihil concludunt. 228. univerſales quibus non careant. 236
Contingentia & libertas cur ſimiles & diſſimiles 103.
Continuum ante diviſionem aut conſignationem an habeat partes. 79. ejus partes an ſint identificatæ 63. an ab agente creato in infinitum dividatur. ibid.
Contractus politici ex quibus conſtant. 167
Contradictio quotuplex 210. quomodo tollatur. 218.
Contradictoriæ formales quæ. 208. radicales. ibid. duæ veræ cur non dentur. 28
Contraria, quomodo componentur. 403. ubi locum habeat hoc. ibid.
Contrarietas exceſſiva quæ. 15 quomodo tollatur. 218.
Contrapoſitio quid. 73 219. 221. ad quid pertineat. 395.
Controverſiæ graviſſimæ in Theologia ab ignorantia Hypotheticarum unde natæ. 171
Converſio quid. 69. 70. 73. 218. 219 221. 359. 408. 4-7 quotuplex. 218. 219. 221. 409. 427. quando contingat. 221. ſimpliciſſima quæ. ibid. cuilibet propoſitioni an conveniat. 70. adæquata quomodo diſtinguatur. 73. Syllogiſmi qualis & quid. 363. Comparativarum quæ. 416. ejuſmodi. ibid. privativa, quid. ibid. Superlativa quæ. 417. disjunctivarum propoſitionum 418. Temporalium. 427 Negativarum. ibid. Localium. 428. 429. relativa. 435.
Converſiones exorbitantes, & con, quæ. 49. Circ. ejus partes. 420
Convertibilitas diviſi quæ. 281
Convivia & Combibia, an ſint unum & idem. 42
Copti quomodo ſcribant. 57
Copula cur non poſſit infinitari 150. & ubi. ibid. quæ & qualis. 263. negativa quæ 104. an æquivoca ibid. adæquata & inadæquata quid. 408
Cor hominis ubi, 499. an primum vivat, & ultimum moriatur. 08
Cornelia quomodo intelligatur. 22
Corpora omnia an componantur atomis. 97 infinita an habeant figuram 185. omnia an mixta 259. ſola, an moveantur. 345 infima, an uniformia. 47 mobilia 108. omnia, an ſe ſuper ipſa ... 482
Corporeitas an ſit ſimul genus & differentia. 89. firmatur exemplis Grammaticis. ibid.
Corpus an inviſibile. 95. an poſſit exiſtere, quod ſit nullibi. 53. imaginarium quid 108. immenſum 121. in homine quid ſit, & contra. 143 182. 261. omne an finitum 239. infinitum an poſſibile ſenſibile. 483 [illegible]reum quid. 292
Correctio Scripturæ quæ. [illegible]
Correlativum unum quomodo cognoſcatur. [illegible]
Corruptibilitas, quomodo demonſtranda. [illegible]
Craſis quid & qualis. [illegible]
Creare quid. 118. 1[illegible]6
Creatio activa quid. [illegible]
Creatura aliqua an careat Tempore. 146. an ſimul ex[illegible] & careat. ibid. [illegible]oſſibilis quid. 164 an actu [illegible] quæ gratia D[illegible] homines [illegible] ſibi 230. an [illegible] operativa 345. an Tempore carere poſſit.
Creaturæ an [illegible] ad Præ[illegible] turum habere queant. 98. an coæternæ Deo, 287. cur mutabiles, 342. præſentes quæ. 369 quomodo ſint in Deo 1 4 [illegible] natus. ibid. quomodo ad Deum non perd[illegible] an [illegible] poſſi[illegible] les.

poſſibiles, quæ. 117. quo numero determinato capiantur.118. ſunt indefinitæ. ibid. & quomodo. 199
Citæ qui apud Græcos. 65
Crucigeri & Cruati qui. 194
Crudelitas Buſitidis, quæ. 416
Crudus, quæ vox. 178
Ctua cur colenda. 9
Cubitus à cœna quando petendus. 235.498
Culpa origioalis an detur. 480
Cultus externus & materialis, an malus. 320
Cultus Muſarum an utilis. 484
Cum quotuplex ejus ſignificatio. 39
Cybindus, avis cujus hoſtis. 489
Cygnus niger an detur. 275
Cyrenaici qui & cur ſic dicti. 132

D.

DÆmones quid, & ante lapſum. 354
Dativus quando & cui ſerviat. 117
Datur, *Dabatur*, quid ſignificent. 42
Decalogus 10 amando an obſervari poſſint. 239
Decas, & Unitas quid. 194
Deceptor cur non laude dignus. 277. in Declinatione prima quid reperiatur. 79 ejus materia & forma. ibid.
Decreta conditionata quæ. 179. Dei quot & quæ. 180. conditionalia an dentur. 419
Decreto ſublato conditionales aſſerentes & negantes cur falſæ. 180
Dedecus homini quale. 183
Dederim quid ſignificet. 40
Dedocere, quàm docere, cur difficilius. 363
Definire per gradus an liceat. 196
Definitio quid. 68.183 ex quibus conſtet. ibid. quotuplex. 73.183. omnis an clarior ſit ſemper Definito. 184. Accidentaria, quæ. 187. negativa. 190. mixta, quæ, 191 per proprietates quid 192. Logica quibus rebus conſtet. 195.196 quotuplex. ibid hypoſtatica quæ. 197 Phyſica, quæ 167. ejus partes. ibid. Artificialis, quæ 198, ad quid pertineat, 199. Rerum moralium formalis, quæ. 199. Moralis. 199. inter formalem rerum moralium, & moralem rerum realium diſcrimen quod. 199. Generis quæ. 155. Speciei ibid Individui, ib. Differentiæ. ibi. Proprij. ibid. Accidentis. 156. Eſſentialis quid. 195. quare dicatur definitio. ibid perfectiſſima quæ. ibi cur de ea diſſerendum. ibid. Nomioalium, quæ. 224. Ciceronis ibid. Realium. ibid. Rationalium. ibid. vera quæ, ibid. Diſſidium propter eam quale. ibid.
Definitionis quæ videntur poſitiones identicæ, quæ. 152. à quibus clariores & meliores dentur 196 earum genera quæ. 197. Sacramentorum quæ. 199 Juriſtarum, ibid. Nominis & Verbi quæ. 145. Grammaticæ an clariores Dialecticis. ibid.
Definitum & Definitio quomodo differunt. 19
Deipara quæ & quid. 187. an peccaverit in Adam. 211. an ſine culpa concepta. ibid.
Deitas babens quid. 158
Deitas filij, an etiam patris. 232. inadæquata an multiplicetur. 233. an una & eadem in patre & filio. ibid.
Deliberatio quid. 104. ejus & conſiliationis differentia quæ. 104
Deliri, ao diſcurrant. 339
Delirus quis. 200
Democritus quis. 131
Demonſtratio, quid 251. quotuplex ibid. 252. ejus Abuſus, quis. ibid. Definitio. 252. quid non ſit. ibid. qualis Syllogiſmus, ibid. ad hominem quæ. ibid. Diviſio. ibid.
Denominatio Modorum quæ. 267
Denominationes an ſint Entia rationis. 157
Dependentia accidentium à ſubſtantia, quæ 95. Modorum à ſubjectis. ibid.
Deſcenſus cui reſpondeat. 69. quid 74.203. 216.257. Copulatus & Copulativus. 127. per prædicata. 228. quomodo damnandus 229. an aſcenſu efficacior. 230
Deſcriptio quid 68.187. à Definitione quomodo differat. ibid. quotuplex. ibid. & ſeqq. Singularium. 191
Deſitio rerum qualis. 13
Deus quid ſignificet. 9. an ironicè loqui poſſit. 14. 20 ſolus bonus. ibid. an facta infecta reddere poſſit. 37. ad Effectus cauſarum ſecundarum an concurrat. 102. cur beatitudo. 104. an poſſit eſſe in ſpaciis imaginariis, 109. quid ſit. 113.116.121. ejus deſcriptio. ibid. an ſit ubique. ibid an immobilis ibid. an figuræ capax. ibid. an Tempus ſentiat. ibid. an habeat ſitum. ibid. ejus Emanatio quæ. ibid. quomodo Creaturas producat 114 ex nihilo ibid. an ſit in creaturis. ibid. *eſt purum*, quid ſignificet. ibid. ad eum quomodo perveniatur. 115. qualem modum habeat 116. an agens liberum. 118 continet omnes perfectiones. ibid. quid etiam extra ſe noſcat. 119. ejus Eſſentia & attributa. ibid ejus Deſcriptio tradita à Mercurio Triſmegiſto quæ. 121. an accidens. 121 ejus nomen qualem ſignificationem habeat. 122. an corpori infinito ſimilis. ibid. ſphæra, cujus centrum ubique, & nullibi circumferentia. ibid. an accidentium capax. ibid. A & Ω principium & finis. ibid. an poſſit definiri ibid. perfectiones multas an habeat actu. ibid. an habeat partes reales. 123. vel formales. ibid. an in eo ſint formalitates diſtinctæ ibid. de Deo quomodo procedat. 125. an utatur Exemplaribus. 127 filium & creaturas quomodo produxerit. 126. ejus decreta quæ & quot. 180. deſcriptio. 191. negationes quomodo cognoſcat 163 cæcitatem 164. Tenebras. ibid. ſicut eſt homo, ſic homo eſt lapis. 164. an Volitivus. 175. an aliqua de novo cognoſcat. 176. omnia prædicamenta an permeet. 165. an ſit definibilis. ibid. an homine peccante, gratiam deſtruat. 206. unus, an ter inadæquatus. 232. Rex. 143 an tres perſonæ. 222. an omnis perſona ibid in eo an ſit ſucceſſio & quomodo. 233. an ſint proceſſiones. 240 an omnis Beatitudo. 244. in eum quomodo peccetur. 249. quomodo omnia cognoſcat. 241. 253. an neceſſarius. 254. an colendus 258. Infinitum an producere poſſit. 260. an ſolus æternus. 274. an noſci poſſit ibid. infinitum præter eum nihil in mundo ibid favores & gratias ab eo recipientes qui. 276. nomina ejus quæ ibid an propriè de eo dicantur. ibid in omni creatura relucet. 277. in eo an ſint paſſiones. 278. quomodo ſe, & quo creaturas amet. 278. Sapientia. 281. an futura contingentia cognoſcat. 282. an in neceſſaria tranſeant, ibid. an agat per eſſentiam 283
Deum eſſe, unde demonſtratur. 284. an indiviſibilis. ibid. an æternus. 285. an vivens, & nobilis. 289. ejus Concurſus quis. 325 ejus nomina an Synonima. 272
Deus, nomen quomodo eſt communicabile. 327. an univocum vero & falſo ibid an ſit ignotus. 329. in eo an dentur proceſſiones. 330. an ſit in Juſtis. ibid. an charitas. ibid. an Deum genereт. 337. an Subſtantia 337. Rationalis. ibid individua ibid. an Ζωὴ. 338. æternus, 341. an ſolus ibid. incomprehenſibilis. 345. πῶς, & πότε. 351 an velit mala. ibid. in eo quæ cognitiones dentur. 384. quomodo à ſe ſit. 415. quid poſſit 457 an omnium rerum finis 468. eum videntes, an omnia in eo videant. ibid an ſpeculum. ibid. an comprehenſibilis. ibi an contingentia cognoſcat. ibid. & quomodo. ibid. cogitationes 469 enuntiabilia ibid. quomodo amet. ibid. an in inferno, dæmonibus & damnatis 473. infinitum an condere poſſit. 479 an detur 483. an ſua decreta mutet & retractet 483. an mutatur ibid. ao ſit. 484. an genuerit Deum, 484. ſe ibid. alium, ibid alterum à ſe. ibid. an mundum meliorem creare potuerit. 490. an immenſus. 500. an opera noſtra omnia faciat. ibid
Dialecti Hebrææ linguæ quæ 48. Græcæ. ibid. Hiſpanæ. ibid. Gallicæ ibid Germanæ. ibid. Polonicæ ibid.
Dialectica quàm ſit difficilis. 65. quibus notitiis juvetur. 91. quàm diverſa 130. an nova. ibid. Zenonis quot. ibid. eam qui poſſint doceri. ibid. & Rhetorica an poſſint conjungi 133. an pars Rhetoricæ. 139. nova Ramea quid admittat. 209. quid & unde dicta. 225. ejus Objectum quale. ibid. cur inventa & excogitata. ibid. an neceſſaria. ibid. ejus objectum quod. 224. quàm neceſſaria. 233. ante Ariſtotelem qualis fuerit. 264. an Theologo neceſſaria. 318. quàm diverſa 464.
Dialecticandum quomodo. 167
Dialectici & Rhetorici in quo differant. 223
Dialecticus quid agat. 140 quomodo concludat. 382. quando nugatur. 329

Dicere aliud, colloqui aliud. 6
Dici de omni, & nullo, quid. 209.332
Dictio quid. 8 4.9.371. quotuplex. 75. barbara quæ ſit. 48. nulla eſt neceſſariò prima. 89. integra an ſit Propoſitio. 90. ſecundum ſe quæ. 113
Dictiones & Voces quomodo differant. 75. ſingulæ Carminis an in primum locum poſſint reponi. 89. monoſyllabæ quot. 119. diſſyllabæ ibid. triſyllabæ. ibid. extra propoſitionem, an ſint termini. 142
Dies judicij finalis quando. 499
Differentia Quantitatis & Ubicationis quæ. 113
Differentia Patronymici & Poſſeſſivi quæ. 22. Hiſpani & Hiſpanienſis. 23. Africenſis & Africani. ibid. Recti & obliqui caſus. 26. Modi Dubitativi & Negativi quæ. 40
Differentia quid ſit. 67. 85. 155. 426. Inter Neceſſarium liberum, & Contingens quæ. 103. Conſultationis & Deliberationis quæ. 104. Grammaticæ & Dialecticæ quæ. 140. quomodo prædicetur. 155. 159. Univerſalis & Indefinitæ quæ. 167. *Cameſtris* & *Caſare* quæ. 238. Theologiæ Chriſtianæ & gentilis. 483
Differentiæ diviſivæ aut conſtitutivæ generum & ſpecierum an ſint communes. 88. Adjectivorum & Subſtantivorum quæ. 145. an identificentur generi. 222. an communes. 359
Difficilia cur & ubi vitanda. 138. cur impoſſibilia. 169.
Difficultates in Theologia graviſſimæ quæ ſuboriantur. 183. graviſſimæ, ubi ſæpè lateant. 235
Dij ſecundum dici qui. 62. an ſint multi. 123. an tres inadæquati. 232. inferi an poſſint mentiri. 483
Dilectio quotuplex. 477. naturalis an in Angelis. ibid. quid ibid. in hominibus. ibid.
Dilemma quid. 74. quomodo formetur. 225. unde dictum. 479. quotuplex. ibid. 480. quomodo formetur. 480.
Diligentia an, & ubi adhibenda, indignus nemo ut promoveatur. 446
Diodorus cujus auditor. 135
Diphthongi quales. 4. 59. ubi pronuncientur ſcienter, 94.
Dis, unde dicatur. 326
Ditiſſimi, an potentiſſimi. 262
Disjunctio & ejus extrema, quæ. 475
Diſputator ad injurias quomodo pervenire poteſt. 250
Diſſidium Scholarum quale. 158
Diſſimilitudo, quid. 426. & ſimilitudo inter proceſſiones creatas & divinas quæ. 125
Diſtinctio Suppoſitionis, Acceptionis & Significationis quæ. 11. Verbi & Filij quæ in divinis. 125. membrorum dividentium quæ. 201. ſenſus ſpecificativi, & reduplicativi quæ. 175. hypothetica quomodo exponatur. 123. corporum locatorum. 109
Diſtingui quid ſit & quotupliciter. 290
Diſcipuli quo modo Magiſtris immortalitatem conſequantur. 132. Socratis qui. ibid an illis à Doctrina Magiſtrorum recedere liceat. 132
Diſcipulus quæ ignorare poſſit. 130. & Magiſter ſcire, 141.
Diſcrimen Concreti & Abſtractivi quale. 20. Subſtantivi & Adjectivi. ibid. Idiomatis & Dialecti quod. 48. Metricæ & Rhythmicæ quale. 63. inter *Barbara* & *Baralipton* quale 92. Vocis & Verbi. 124. Proceſſionem Verbi & Spiritus Sancti. 125. Impoſitionis, & Significationis quale 317. Argumentatoris & Concionatoris, quod. 353. Vocis & Dictionis. 53. 367. Panis & Vini conſecrati 367. inter Canonicum & Regularem 476. inter Simile, & Idem. 375
Diſcurrere, quid ſit. 352
Diſcurſus quid ſit. 91. 371. qualis. 69. an ſimplex qualitas. 483. ſimplex, an compoſita qualitas. ibid. 390. 391. 399. ejus ſpecies. ibid. ex quibus conſtet. 398
Diſcurſus ubi, ſint, & ubi non. 225
Diverſitas quid. 426
Divina, & humana, an ſit analoga. 334
Divinitas an habeat hypoſtaſes 233. quotuplex. 277. à Perſonalitate quomodo diſtinguatur, 337 an detur. 483. quomodo identificetur. 492
Divitiæ naturales quæ. 63. ad placitum. ibid. ſecundum dici. ibid.
Diviſio Nominis proprij qua. 2. quid. 200. Conſonantium ſecundum Organa. 51. 52. ad quid pertineat. 68. quid. 74. literarum quæ. 93. rerum poſſibilium. ibid. mundi Politici quæ. 129. Orbis litterarij. ibid. termini in ſubjectum & prædicatum quid ſit. 143. ſubſtantiæ incompletæ quid. ibid. enuntiativa propoſitionis apud Grammaticor & Logicos quæ. 149. ſpeciei quæ. 152. an prior Definitione. 183. ea ſublata corruunt omnia. 200. an modus ſciendi. ibid. ejus Leges quæ. 201. ſpecies. ibid. rei & nominis quæ. ibid. Generis in Genera. ibid. in ſpecies. 202. ſpeciei in Individua. ibid. Analogi in ſua analogata. ibid. Subjecti in Accidentia, & Accidentis in ſubjecta. ibid. à Paulo quo modo explicata. ibid. Subjecti in Accidentia. 203. Quantitatis. ibid. Proprietatis. ibid. omnis, an fieri debeat per duo oppoſita membra. ibid.
Doctor cur à Diſcipulis non contemnendus. 74
Doctores latinæ Eccleſiæ quot, & qui. 487
Doctrina de Univerſalibus quæ. 54. ejus ordo qui. 75. Fonſecæ quæ 81. Platonis an poſſit defendi. ibid. Fonſecæ an ſit probabilis. 83. de accidentibus, cur fabula. 96. ad Eucbariſtiam & Theologiam extenſa. quæ. 97. ſcitu digna, quæ. 167. Evangeliſtarum an eadem. 230.
Doctus an ſibi aliquis eſſe poſſit. 76
Dolor, an mortem inferat. 272
Domus Solis quid. 188
Dormiendum quando. 498
Dotes Matris Virginis, quot. 425
Dubitatio an Deo competat. 331
Dubium quid, & quotuplex. 255
Duratio æterna quæ. 178, deſcriptio. ibid.

E.

EBrietas, cur Vitiorum mater. 454
Ebrius, omnis, an imprudens. 247
Eccitas qualis & quæ. 80. quid. 191
Eccleſia an ſit biceps. 266. de ea Opiniones quorundam, quæ. 166. 167
Ecclipſes Lunæ cur aliquando minores. 480
Educationis vis qualis. 22
Effectus an poſſit prædicari de cauſa, & contra. 176. malus unde oriatur. 239. Ebrietatis frequentiores qui. 189. unus & idem à quibus cauſis procedat. 252. morbi Scholaſtici qui. 363. à quibus cauſis procedat. 373. determinatus quid poſtulet 399. omnis cui ſimilis. 488
Efficacia Demonſtrationis quotuplex. 226. Syllogiſmorum quæ. 303. an demonſtrari poſſit. ibid. Dialecticæ. 315. in quo probetur. 398. Syllogiſmorum conditionalium quæ. 481
Electio Mediorum quid. 104 an libera an neceſſaria. ibid.
Elementa quotuplicia. 64. an aloga ſeu irrationabilia ſint. 89. an inſenſibilia. ibid. an incorruptibilia. 103. phyſica an dentur. 259. quatuor an in homine. 284. quomodo differant. 287
Elementum purum an detur. 259
Elenchus quid & qualis. 74
Eloquentia an neceſſaria. 129
Emanatio Dei quæ. 113
Emblema figuratum quale. 172
Empedocles quid ſcripſerit. 112. ejus Philoſophia & Theologia quæ & qualis. 112. Ennius qualis. 65
Ens morale quomodo non producat phyſicum. 7. fictum & non fictum. ibid.
Ens quotuplex. 93. 96. 99. omne quod non eſt Deus, dependet à Deo. 103. diminutum quale. 117. an aliqua cenſura dignum. ibid. poſſibile quid ſit. 118. rationis an objectum Logicæ. 139. adjectivum quid ſit. 145. an Adjectivè ſumi poſſit. ibid. an infinitari poſſit. 150. an ſubalternum, 151. an ſit æquivocum. 164. rationis quid. ibid.

Ens

Ens an poſſit definiri, 188. 196. infinitum an poſſit. 195. an ſummum genus. 195. morale & Virtuale quid. 199. omne quid eſſe appetat. 259. morale quid. 255. per accidens quid. 283

Enthymema quomodo ſumatur. 74. quid. 246. quotuplex. ibi. eo quomodo utendum ibi utraque præmiſſa carens. quod. 248. Conſequens in quo ſubintelligitur. ibid ad quam figuram reducendum 311 Synonymum, quale. 329. Mentale quale. 397. quid ſobticeat. ibi. ejus varia genera, quæ. ibid. in mente an detur. 398

Enthymemata qualia. 92

Entia Rationis an dentur. 7. 80. 129. ſecundum dici, quæ 61. rationis ibid Linguæ. ibid. de bis Quæſtio. ibid. an multiplicanda & quomodo. 128. 138 501. cui non. 168. indiviſibilia rationis an dentur. 170

Entitates indifferentes an dentur. 82. quid illæ ſint. ibid. abſolutæ an dentur. 157

Epicuræi qui & à quo ſic dicti. 132

Epitaphium Juſti Lipſij à ſe compoſitum quale. 294

Equa Hiſpana quomodo concipiat. 166

Equus quid. 192

Erit quid ſignificet. 41

Error in apprehenſione quis. 170. in judicio, quis. ibid. Academicorum quis. 169 Lambini quis. 238

Eſſe intelligibile ſeu eſſentiale quid. 12. in re & in rem eſſe quæ differentia. 27

Eſſe an *Ire* ſit. 49

Eſſentia perſonæ quæ. 158. Propoſitionis quæ. 162. boni Syllogiſmi in quo ſita 443. quotupliciter ſumatur. 482 an Eſſentiam generet. 336 482

Eſſentiæ quomodo à Metaphyſicis appellentur. 8. an intuendæ, & quomodo, 187. an fuerint ab æterno. 312. quàm difficile eas cognoſcere. 188

EST quomodo accipiatur in divinis. 12 an ſit Verbum defectivum. 41. ejus ſignificationes ibi. Exemplis confirmatur. ibid Copula quid ſignificet. 176. an ſit Prædicatum. 149

Eſum & *Eſſum* unde. 41. eorum dubium. ibid. Solutio moralis. ibid.

Et appoſitivè ſumptum quid. 64 cur ſumatur pro VEL, & contra. 172

Ethica Poëſi quantum debeat. 64

Etymologia quanti facienda. 136. quid. 186 326. ejus Expoſitio. 186 Definitio. ibid. an magni facienda. ibid. quanti à D. Thoma facta. ibid. ſemper periculoſa. 326. ab ea quando arguendum. ibid. quis ab ea argumentetur ibid. ejus principia quæ, & an certitudinem habeant. 326. Fundamentum primum quod. 327

Etymun quid. 325 326. cur & à quibus Notatio dicatur. ibid.

Evangelia orbis orthodoxi Elementa. 475

Evangeliſtæ quot. 231. qui. 487

Evangelium Lutheri, quale. 473

Eubulides quis & cujus diſcipulus. 132

Euclides quis. 132

Euriſtici qui olim & cur ſic dicti 132. qui jam. ibid.

Europa cui Mahometano aperiatur. 489

Examen Theologicum doctrinæ Juliani & Porphyrij quale. 156 Dialecticum quale. 157. Modalium an utile & neceſſarium. 317

Excommunicati, an Chriſti membra. 485. ad quem ſpectent. ibid.

Excommunicatio cur timenda. 485 ejus vis. ibid.

Executio mediorum quid. 104. & intentio quomodo comparentur. 105

Exempla quid conferant. 486. quid. 494. 495. & ſeq.

Exemplar ſingulare an universale, facilius & clarius. 87. an ad finem reducatur. 105

Exemplaria Grammatica quæ. 106

Exemplum ab Horologio quomodo ſumatur. 105

Exiſtentia ſeu *Eſſe* literarum quæ. 51. Vocis quid ſit. 101. ab Actione creatrice aut conſervatrice an diſtinguatur. 101. an ſit communis. 112, quid. 125. ab Eſſentia quo modo diſtinguatur. 117

Exordium à quibus ſumendum. 137

Expoſitio Euchariſtiæ quomodo facilis reddatur. 812

F.

F. an ſemivocalis. 95

Fabius Romam quomodo defenderit. 110. Rempublicam quo modo. 495. an bonus Imperator fuerit. 246

Fabula Promethei quo modo explicetur. 131

Facilitas omnis à quo pendeat. 59

Fallacia ad quid pertineat. 226

Fallaciæ ubi lateant. 74

Falſitas in propoſitione qualis. 162. ubi reperiatur. 170. æterna quo ſenſu datur. 255. in quibus rebus. 327. quid remittat. 402

Falſum unde dicatur. 327

Fama poſthuma ad quos ſpectet. 282

Famulus famuli, qui. 335

Fatum, quid. 480

Fel- & Felicitas quid. 194

Ferdinandus III. Imp. Virgini Matri devotiſſimus 478

Flamma olei & ceræ quid. 278. an in oleum & ceram redeat. 278

Fluvij an ſint mares. 24

Fides quid ſit, quotuplex & quid requirat 255. ejus neceſſitas quæ. 282. carens ea, an placeat Deo, ibid. ſine ea an quis ſalvus 288. unica an ſit vera, & quæ. 342. divina cui nominatur. 352. omnis, an Virtus. 449. an hoſti ſervanda. 494 quando perdatur. 498. ſola juſtificans, cur nulla fides. 502. quomodo mortua. 503. deperdatur. ibid.

Fidelitas ab amore in fœminis, unde naſcatur. 286. M. Atilij quæ. 494

Fieri quid, & à quibus diſtinguatur. 101. 102

Figura omnes calami motus complectens quæ. 57. in quibus detur. ibid. quid ſit. 106. 121. 188. ubi accidens. 199. oppoſitionum moralium an vera. 209. Mathematica quæ 210. quarta an admittenda. 295. an qualitas. 324

Figuræ Syllogiſmi quotuplices. 74. quæ & quales. 266. ſecundæ quales. 316

Filius Virginis quis. 187. ſecundum dici, qui. 340. Dei, cur natus, humiliatus, paſſus. &c. 353. an ſemper generetur. 484 quomodo. ibid.

Filij Oſeæ an unica perſona 326. an plures in divinis. 352. an parentibus ſimiles eſſe debeant. 425

Fimus, unde dictus. 378

Finis quid. 54. 104. quotuplex. ibid. ultimus, cur Deus. ibid. ejus intentio quid. ibid. an Cauſa Metaphyſica, an moralis, an intentionalis. 105. ejus doctrina novo Exemplo quomodo dilucidetur. ibi. ejus Conſequutio quæ. 105

Fœmina, pulchra, quid. 330

Fœtus an reſpiret in utero. 502

Forma Corporeitatis quæ 16. abſtracta ab uno Sapphico, an Sapphicis omnibus communis 79. Galeni omnium aliarum fundamentum quæ. 130. quid ſit. 188. accidentalis, quid ibid. quid ſignificet. ibid in propoſitione quid. 221. quotuplex. 146 denominans quid. 159. intrinſeca ubi non ponenda 160 ignis quæ. 229. Galeni naturaliſſima, quæ. 240. poſitiva Cadaveris, an detur. 259. Syllogiſmi. quæ danda. 261. quæ & quotuplex. 266. phyſica, an efficacior intentionali. 377. Domus; aut horologij. 393. Figura Syllogiſmorum Obliquorum, quæ 432. ſtata, modica, modeſta, & uxoria. quæ. 480

Formæ ſubſtantiales an dentur. 94. 255. 445. ſubordinatæ in compoſito an dentur. 9. Conditionalium propoſitionum quæ. 179. ſubſtantiales corporeæ an dentur 255. materiales. 259. 445. phyſicæ quibus identificentur. 377 à quibus diſtinguantur. ibid.

Formale Nomen quid. 146

Formalitas eadem an in uno differentia, in alio genus eſſe queat. 88. quem locum in Metaphyſica poſtulet. 89. divina, ad quid pertineat. 479

Formalitates diverſæ quales. 19. an in infinitum diviſibiles. 378

Fortuna & Caſus an detur. 276.

Fortuna an ſit. 484

Fracturæ, quid. 421

Fructus vitæ tolerandæ neceſſarius. 189
Fumus an Propoſitio. 90
Fundamenta magiſtro, an diſcipulo notiora. 75. propoſitionum propognaodarum, quomodo prodenda. 257. Radicitus noſſe quàm neceſſarium. 265
Fundamentum quid. 157. ſapientiæ veræ, quod. 281. ſpei humanæ. 951
Futurum Tempus quid. 37. Perfectum quale. 43

G.

GAlenus & Angelus, qoalia Anagrammata. 210
Galenus quis fuerit. 134 ejus opera cur corrupta. ibid.
Galleci quomodo loquantur. 48
Galli quomodo ſcribaot. 57
Ganges cur inaceeſſibilia. 47
Gaudia humana quo tendant. 314
Genealogia Deorum quæ. 63. an debeator Carmioi. ibid.
Genera à Speciebus quomodo differant 19 Concretorum quæ. 21. quot eorum ſint. 23. Philoſophica quæ. ibid. Poëtica. ibid. Pictoria. ibid. Hiſtorica ibid. Hebræorum quot. 25. regolæ unde natæ. 54. in *a* deſinentia. ibid. in *us* in *um*. ibid. eorum Sexus Grammaticus. ibid. bonorum quæ. 201. Monachorum. ibid. Tripudiani, quot. 287
Genera, Species & Individua, an ſobſiſtant. 327. propoſitionum quotuplicia 356. 360. varia Entium, quæ. 375
Generabilitas quo modo demonſtranda. 254
Generatio Chriſti quæ. 192. 193. an effabilis. ibid. ao ineffabilis. 210. quotuplex. 221
Genius Abecedarius an ſit infinitus. 150
Genus ambiguum quale. 24 Epicœnum. ibid. quomodo differat à communi, ibid. ab ambiguo. ibi. unde ortum. 25. an neceſſarium. ibid. quid. 67. 85. 155. ambiguum an neceſſarium 25 an Neutrum. ibid. maſculinum & Fœmininum an oeceſſaria. ib. Conditionalium duplex. 180
Geographia de quo agat. 254
Geometra quæ ſcire teneatur. 318
Geometra ao oobilior Logica. 128. cur colenda. ibid.
Germaoi quomodo ſcribant. 57
Gloria Cœli à quibus delibetur. 194. vana cur contemnenda. 285. quo modo acquiratur. 491
Gocleoius cui ſortè impar. 214. ejus opinio quæ. 212. 214
Gothi quomodo ſcribant. 57. & eorum Characteres ducantur. ibid. an cum Getis una gens fuerint. 58
Grammatica ſpeculativa qoid ſit. 3. Hæreticorum an egeat Imperativo. 39. Rhetorica & Dialectica quomodo differant. 54. Hiſtorica, Rhetorica, Poetica & Logica quomodo. 75 quotuplex. ibid. an ſit ſcientia. 76. diſputatur. ibid. quotuplex. ibid. docens & utens quomodo diſtinguantur. ibid. ao neceſſaria. ibid. an ſit practica. 77. ejus Numina qualia. 88. Idolum. ibid. analogica quæ. 92. quotuplex. 138 quid. 185
Grammatici an ioter ſe conveniant. 93
Grammaticus quid agat. 140. quid ſcire teneatur. 317. quid ignorare poſſit. 370
Gradus Comparationis qui & quot. 29. & Signum apud Aſtronomos, quo modo componantur. 435. eorum. Græci an habeant Ablativum. 25. eorum Poſt Futurum quale. 43. an ſint barbari. 48. quomodo ſcribant. 57
Grana, quid. 425
Gratia Juſtificans, an forma iotrinſeca. 160
Gratia quid. 277. 192, & Peccatum quomodo coexiſtant. 206. naturalis quæ. 492. quando perdatur. 498. adoptiva à qoo detur. 853
Gratiæ quo modo agendæ. 126
Gravia an naturaliter ſurſum moveantur. 108
Gravitas quid. 96

H.

H. an ſit litera. 52
Habens, quid ſignificet. 197.
Habitus principiorum, *Intellectus*. 230. an detur alius. ibi.
Habitus Supernaturales an ſit potentiæ, 97. quo modo diſtinguantur. 137
HÆCCEITAS ut dicatur. 22
Hæres ex aſſe, quis. 420. 423
Heretici ao boni Dialectici. 578. an dialectici. 473. eorum Juſtitia & Injuſtitia. 488. præmia & ſupplicia. ibid.
Hebræi qoomodo ſcribant. 57
Hebræus quomodo utatur præpoſitionibus contra latinos. 49
Heraclides homines lapſos è Lona quo modo viderit. 170
Hermanous Woeſtenraedt, quis. 186
Hexapeda quid. 428
Hierarchia apod dæmones an ſit. 501
Hiſpani cur *B.* pro *V.* pronuncient. 53. quomodo ſcribant. 57
Hiſpanus quomodo utatur Præpoſitionibus. 49
Hiſtoria quotuplex. 489
Hiſtoriæ an juvent ſcientias ſcholaſticas. 130
Homerus an fuerit in menſura ſyllabarum exactus. 62. ubi natus. 469 de eo contendentes orbes quot & quæ. ibid ejus opera qualia. 65
Homo voce & facie cognoſcitur. 5. cur corruptibilis. 22. quid. 80. 158 190, 257. 344 formalitas univerſalis, una in multis. ibid quomodo Ratio ejus ab Eccitatibus diſtinguatur. ibid. an poſſit tranſire in Equum 83. an ſubſtantia iocompleta. 86. an ſub Animali tanquam ſpecies vera collocetur. 87. fictus quis. 88. ao ſit prædicabilis. ibid. non univerſalis ibid. confirmatur exemplo ab arte ſtatuaria. ibi. poſſibilis. 105. ejus poſſibilitas ibi. exiſtens ibid. illum exiſtere. ibid. actus humanos neque ſine Deo neque Deus ſine homine cur eliciat ibid. quid in eo ſit, quod concurſu ejus, homini imputari nil poſſit, ibi. quo modo actus eliciat, ibid. cur corruptibilis ibid. ejus operatio qualis 104 unus & idem an eſſe ductus & indoctus. 161. ſi eſſet Leo, quid faceret. 182 aut Deus cognoſcat. ibi, quomodo Leo fieri poſſit ibi an futura cognoſcat. ibi. ejus definitio ibi. 195 196 Deſcriptio 188. 189 animæ. ib. cur nodus natus 190. rationes ib & bruta quomodo conveniant 196 ad quid pertineat ib myſticus. 199. ejus Diviſio per membra moralia. 200 omnis ao mendax. 211. an ſit omnis homo. 222 an ſit admirativus. 235. qualis. ib hodiernus ab heſterno quo modo diſtinguendus. 258. an habeat partes immobiles. 276. erectum Animal. ib. cœlo natus ib. an corpus & anima 291 quo modo Deus. 292. cur omnis moriturus 294. quomodo operetur, 339. quilibet, quomodo ſe defendere poſſit. 348. an immortalis 349. quãdo magis intelligat. 353 an ejusdem bene dicere, & beoe ſcribere. 365. ſociale animal. 439. an natus miſeriis & periculis 439. ei quid liceat eſſe. 441. an ſit, qui peccato careat. 444. omnis mendax. ibi. ad laborem natus ibi. ejus conditio cur miſera. 455
Homines, & noo Angeli, cur vocibus utantur, quomodo nati ex gladio. 23. an potentiam ad Præteritum habeant. 38 an genere proximo cum aſinis conveniant. 89 omnes an ſint homines 151 an Romano Pontifici ſubditi 168. an omnes colorati. 259. quales. 235. ſpecie diſtincti, an dentur. 241 in ſomno, an diſcurrant 379 quo ſenſu æterni. 343. an independẽtes. 353 an omnes filii Dei adoptivi. 353, ad regiam coronã quomodo perveniant 484 poſſibiles an infiniti. 489 a quo prædeſtinentur 490. an ad pœnam. ibi. quo modo. 491. guloſi & ebrioſi quid effecerint. 495
Horologium Principum Guevaræ, quale. 313
Hoſtia conſecrata quid in ſe contineat. 367
Homana omnia cur præter virtutem vana 131. 185. & Terrena, quomodo nihil 291. neſcire cur debeant. 291
Humanitas Chriſti an ubique. 506
Humores medici quo modo dentur. 259
Hurtadus qualis fuerit. 161. cur à Peripateticis receſſerit. 162
Hydrographia de quo agat. 254
Hypermetricum Triſtichum quale. 61
Hypoſtaſis, quid. 327
Hypoſtaſes an accidant divinitati. 222 ao eam habeant. 133
Hypotheſis quomodo perpendenda. 114
Hypocrates quis. 131. Pater methodi ibid. quantus apud Principes. ibid. 132

I.

I. an ſit vocalis an Conſona. 52
J. an litera duplex. 59. an conſonans. ibid.
Jactantia vana cur contemnenda, 285

Ideæ primæ Declinationis. 53. Hexamerri. 54. quomodo objectio reſpondeat. 107. Abecedarij infiniti quæ. 120
Identificatio an ſit poſitiva. 149. quid 355. cui & quomodo identificetur. ibid.
Identitas quid. 426
Idioma novum quomodo inſtituendum .4. Chinenſe. ibid.
Idiotiſmos quid ſit. 43
Idololatra quis. 460
Idolum Grammaticum quale. 88
JEHOVA, quale nomen. 120
Jejunium an provocet pollutionem. 272
Jeſus quale nomen & quid ſignificet. 127
Ignis an Verbum eſſe poſſit. 114. quomodo accendatur. 185.
Ignis quid. 191. 201. 90. ejus forma, quæ. 229. per eſſentiam quid. 285 cur nobilior Aqua. 352. igne extinguitur, Amor, amore. 439
Ignorantia quotuplex. 255. de Deo in mundo an, & quæ detur. 425
Ignotum per ignotius cur non probandum. 408
Illatio quotuplex. 91. univerſalis ex enumeratione ſpecierum. 202
Imago, unde dicatur. 317. cui identificetur. 377 378.
Imagines amicorum abſentium. 364
Immenſitas, & Infinitas Dei quomodo diſtinguantur. 319.
Imperativus quot tempora habeat. 37. an terminatione diſtinguatur. ibid. Græcorum qualis. ibid. ejus potentia ad præteritum. ibid. Grammaticæ Moralis an egeat Præterito. 39. privatus qualis ibid politicus. ibid. Deprecativus humanus. ibid. Divinus. ibid. ejus genera. ibid. an habeat præteritum. 147
Imperator quis eligendus. 261. 262
Imperfectio & perfectio quid 114
Imperfectiones an dicant aliquid poſitivum quâ tales.
Impius, ſine gratia an convertatur 345
Impoſitio Nominum ad quem pertineat. 312
Impoſſibile an poſſit præcipi. 14
Impotentia an vera ſpecies Qualitatis. 437
Improbi cur miſeri. 483
Impulſus gravitati quomodo æquipolleat. 96. quid. ibid.
Incarnatio an Adamo revelata. 185. an ipſe poſteris revelaverit. ibid.
Inceptio rerum qualis. 13
Incerta an omnia, quæ. 234
Indefinita, & univerſalis an æquipolleant. 167. quomodo univerſali æquipolleat. ibid. de ejus lege, an ſit univerſalis. ibid. ex ea an liceat arguere, ad univerſalem. ibid. contingens, quæ ibid odioſa. ibi. favorabilis, ibid. Doctrinalis an ſemper æquivaleat. ibid.
Indefinitæ an omni quantitate careant. 166. quid inferant; & è quibus inferantur. 338
Indifferentia naturæ an ſit realis. 83. ab individuis an ſecernantur ibid Animalitatis an realis. ibid. quotuplex. 103. à quibus interdum tollatur. ibid.
Indigenæ illuſtres, an urbi gloria. 469
Indigeſtum, quæ vox. 178
Individua confuſa an actui univerſali reſpondeant. 88. quomodo diſtinguantur. 154. 291. ab accidentibus quomodo differant. 191. ſatis enumerare quid. 226. quomodo percurrenda. 229. 130
Individuum quotuplex. 224. vagum quomodo diſtinguatur à ſpecie. 154. quid. 165. Deitatis 337 quidnam conſtituat. 361
Inductio, ſeu Aſcenſus, quid. 226. à quo procedat. ibid. quomodo dicta. 233. à quo frequenter uſurpata. ibid. an fallax. 234. ejus potentia. ibid.
Inductiones vitioſæ quæ. 231
Inexiſtentia Theologica, quæ. 413
Infallibilitas ubi & quæ. 182. Eccleſiæ & ſummi Pontificis quomodo componatur 409. in Deo non opponatur ea & libertas, nec in Pontifice. ibid.
Infinitas an ſit unitas. 122
Infinitatio quid. 149
Infinitum an noſcatur. 274. an & quomodo detur. 385. quomodo repugnet. ibid. quomodo poſſibile. 487
Infinita duo an ſint poſſibilia. 121. an repugnent, 122
Inflexiones Metaphyſicæ Verbi Subſtantivi quales. 143
Influxus præmiſſarum quis. 406
Ingenioſus quam doctrinam ſcribere poſſit ſi velit. 153 154.
Ingratitudo taxata quæ. 349
Inimici Peripateticorum qui. 209
Inintelligibilia an docta. 78
Initium Scholæ nominalis. 131
Innocens, cur abſolvendus. 249
Inſtrumenta Logicæ quo modo formentur. 136
Inſtrumentum primum olim quis condiderit. 135
Intellectio, Angeli ab eſſentia quomodo diſtincta. 332. quid. 370 371. 375. quotuplex. 370. 372. expers an detur, & quomodo, ibid. qualis. 441
Intellectus Infinitus & Voluntas infinita quomodo coincidant. 123 agens an potentia animæ. 324. humanus, cur nobilior igne. 353. quid concipere poſſit. 378. quid cognoſcat. ibid. quare & quando captivandus. 363. ubi. 485
Intelligere Dei, an ſit eſſe Dei. 116
Integrum, quale quod non eſt. 448
Intentio finis quæ. 204
Intentiones ſecundæ Orthographicæ quæ. 99. Metalogicæ. ibid. Grammaticæ, ibid. an relationes reales ibid. earum dilucidatio & expoſitio. ibid. ſubjecti & prædicati, an ſint in mente. 143. quomodo ſe teneant. ibid. Grammaticæ quæ. 157. Dialecticæ. 157. an entia rationis. ibid. 158
Interjectio quid ſit. 44. an diſtinguatur ab Adverbio. ibid. an propoſitiones integras imbibat. ibid. quotuplex. ibid.
Interjectiones univerſæ an integræ propoſitiones. 90
Interitus quid. 289
Inventio Speciei & Eccitatum qualis. 20
Inventor Prædicamentorum quis. 133
Invidia Tuberoſis quæ. 189. in quem non cadat. 454. & prudentia an conjungantur. 461
Joachimus pater Deiparæ cujus filius. 439
D. Joannes cum Perdice cur luſerit. 243. diſcipulos ad Chriſtum mittens, cur. 249. diſcipulos cur ad Chriſtum miſerit. 498
Ira ſine viribus, vana. 244
Ironia quid & quomodo cognoſcatur. 14. an ad calamum vel linguam pertineat. ibid.
Itali quomodo ſcribant. 57
Judæi à Bernardo quomodo vocati. 466
Judex temerarius quis. 155 an omnibus placere poſſit. 446 ei an aliquam legem ignorare liceat. 460
Judices in extremo judicio, qui. 243
Judicia mentalia an ſimplicia. 90
Judicium quotuplex. 90. quid 371. ſimplex, quid. 382.
Auguſtini de Platonis & Ariſtotelis Doctrina, quod. 224
Julianus quis fuerit. 156. ejus prædicabilia. ibid. Rhetor non Dialecticus. ib an cum Porphyrio conciliari poſſit, 156. ejus Syllogiſmus conditionalis quis. ibid.
Juniores veteribus cur Doctiores. 10
Jupiter, quid vocetur, & ſignificet. 159
Jura quibus placeant. 460
Juramenta ſubordinata quæ. 388. in iis quomodo procedendum. ibid. diſpenſandum. ibi. quomodo reflectatur. 383. 384. an detur ſui ipſius. 388
Jus in re & jus in rem quæ differentia. 87
Juſti an ſint in Deo. 350. an moriantur. ibid.
Juſtinus Imperator qualis. 173
Juſtificationis quod ſatis, cur non Dilectioni. 160
Juſtitia, quem, non coronat, neque punit, quæ. 343 Hæreticorum qualis. 488. Injuſtitia. ibid. quam neceſſaria. 482 quid requirat. 501
Juventus an differat ab Adoleſcentia. 23

L.

LAbor ſtudij quomodo levetur. 14
Lapis, unde dicatur. 326
Latini an ſint barbari. 48. quomodo ſcribant. 57
Laus Fromondi qualis. 320. Antonij Mariæ Rheitæ 339. Belgarum. 447. Virgilij. 469. cónſulenti, an cooperanti, debeatur 482. Thomæ Mori, quæ. 495
Lectio varia, quæ. 58
Legatum quid. 8

Digitized by Google

Leges ambulandi quæ 145 Definitionum quales. 183. Diviſionis. 201. Syllogiſmorum quales, 269 à quo dependeant. ibid obliquorum quales. 430, regula. 431. quænam præponantur Decalogo. 484
Legio quot milites contineat. 483
Legitimatio qualis ſit. 39. Leo quid. 192
Leonardus Medicus. 56
Levitas quid ſit. 96
Lex Artinia quomodo exponitur. 12. Muſicæ qualis. 62. naturalis an detur. 483 ubi. 502
Libera omnia an contingentia. 468
Liberalitas in quo conſiſtat. 455
Libertas io Hexametro, Senatiis & aliis Carminibus quæ. 81 an requiratur, ut cauſa operetur propter finem. 105. quo modo componatór. 183. divina quomodo exponatur. 350. Concionatorum. 313
Liber Peri-hermenias Ariſtotelis qui 4. Auguſtini contra Julianum an perierit. 156
Libri Veterum Patrum noſtro ævo iuventi qui 156. Hæreticorum liberales an Fidei divinæ contradicant. 320. & eorum Authores cur virtualiter non diſtinguantur. 363
Linea imaginaria, quid. 108
Lingua quomodo menti ſerviat; 47. Chriſtiana quæ. 49. Latina an habeat Dialectos. 48
Lingua, Idioma, Dialectus quomodo differunt. 48. an obediat Voluntati. 106. cur mente compendioſior 397
Linguæ quales plures Diphthongos habeant. 94
Litera optima quæ. 111. nulla eſt neceſſariò prima. 89. an ſint indiviſibiles. 50. quæ biformes. 51. Solares. ibid. Lunares. ibid duplices quæ 52. multiformes quæ. ibid. earum locus. 55. an omnes queant ſonare ſimul. ibid. an omnes linguæ æquales. 59. an omnes breves. 59. mutæ & liquidæ ibid. indifferentes quales. 61. an integræ propoſitiones 90. earom diviſio quæ 53. Subſtantiales quæ. ibid. accidentales ibid. Modales. ibid earum claſſes quomodo dignoſcantur. ibi Solares & Lunares apud Arabes an careant ſuperſtitione. 99. an aliæ ſint poſſibiles. 112. & quæ. 113. earum privationes quæ. 115. quomodo replicentur. 117. poſſibilis quot. 118. 119. Conſonæ an poſitivæ. 122. *V. P. I. S.* quid ſignificent. 220. quid notent. ibid. C. M. P. D. R. S. P. quid 360. Sinarum quæ. 367
Loci *Dialectici*, an dicendi potius Rhetorici. 405. qui ſint. ibid.
Locus & ſtatus Animarum an alius præter Cœlum, Purgatorium & Infernum. 38. quotuplex. 108. ejus diviſio & definitio quæ. ibid. an ſit obiectio. ibid.
Logica cur præmittenda 3. quanto tempore addiſci poſſit. 66. ejus Nomen & utilitas ibid. quid ei debeatur. ibid. quomodo vocetur. 69. nova. 71. ejus hæreſes. ibid. ejus Prœmialia quæ. 75. quid ſit 77. quale objectum habeat. ibid. quotuplex ibi. 78. quomodo diſtinguatur. ibi. quomodo concurrat cum aliis ſcientiis 77. quibus Dictionibus à Grammatica factis utatur. ibi. an ſit neceſſaria? qualiter & ad quid. 77 eam an aliquis habeat purè naturalem ibid. an ſit ſcientia. ibi. ſcripta quæ 78. mentalis ibid an practica. ibid.
Logica & caligo, qualia anagrammata. 116
Logica an nobilior Geometria. 128. an neceſſaria ibi. cur contemnetur. ibid quotuplex 131. 136. 137. Donum Dei. ibid. an metricè & metrica logicè tradi poſſit. ibi quomodo impugnetur. 132. quomodo dividatur. 136. ſciendi inſtrumentum. ibi. unde dicta. ib. quibus debeatur. ibi. Vocalis à mentali quomodo diſtinguatur ib. facultas militaris 137. Vocalis quo modo tradenda. 137. mea quid demonſtretur. ibid. Veterum qualis. ibid à qua Logica derivetur. 137. Mentalis & Vocalis quo modo definiator. 138 à Dialectica an diſtinguatur 139. ejus Definitio ſecundetur prima clarior ibi. quæ hodie vocatur Logica, an ſit. 140. an practica, vel ſpeculativa. ibi. Ariſtotelis quæ 237. ſcripta 363 Mentalis. 369 quotuplex ibid obliqua, ſeu diſcreta, quæ 406 quibus utatur terminis ibid. à quibus uſurpata 408. quam Divers. 432 ſubtilis. 472
Logicus an de omni Ente agat 98. notitiis relationum an carere poſſit. ibid. cui ſtudere debeat 137 quibus Vocibus utatur. 139. quid ignorare poſſit. 370
Logodædali qui. 47
Λόγος quid ſignificet. 186. 369
Loquaces an proſcribendi. 470
Loquela perturbata à mente perturbata naſcitur. 470
Loquendum cur cum multis. 8
Loqui an ſine Cicerone poſſimus. 46. an ſcribere facilius. 364.
Lotca, quia. 366
Lucanus quis & qualis fuerit. 163
Lucta, unde dicatur. 327
Lucifer an potuerit reſipiſcere. 498
Luctatores qui 130. eorum arma quæ. ibid.
Lucus, unde dicatur. 326
Ludus, unde dicatur. 326
Lugo qualis vir. 101
Luna an ſit calida, 78 quale nomen Chymicum. 593
Lupus in Anglia nullus. 457
Lutherani an docti. 472
Luxuriaria quid. 287.

M.

M. in nomine *Matris*. quid jubeat. 316
Magiſter quæ ſcire debet & poteſt. & diſcipulus ignorare. 141. Ignorantiæ quis. 169
Magiſtri in Verba jurare an expediat. 256
Magnes, an ſit animal 526
Magnanimitas cui opponatur. 287
Magnitudo propoſitionum quid 165 quotuplex. ibi. 166
Maim quidditates & aquas ſonat. 64
Majeſtas Regia quid poſtulet. 129
Majoritas rationis ratiocinatæ quæ. 10
Mali à natura cur ſignati, 252. à malo cur abſtineant. 283
Malitia realis, quæ. 205
Malum Medicũ & malus Medicus, quomodo intelligatur. 14. quo modo agat 315 an fiat ex quocunq; defectu. 108
Malus, cur non felix 279
Mantiquius quis. 326
Mare an ſitiat. 274
Maria an caruerit peccato originali. 174. cur I una dicta. 193. Virgo. ibid.
Marquezius, quis 365. laus ejus. ibid.
Martialis quo modo propugnatus. 178
Martinus Lutherus an diſcipulus Diaboli. 310
Martyr, an omnis vir bonus. 202
Martyres ab hominibus an calcari poſſint. 346
Martyrium an pietatis accidens. 202. ejus ſpecies. ibid.
Mater, & fratres Chriſti qui 294
Mater communis quomodo habenda. 352
Materia quid 188 241. quotuplex. 358. cur incorruptibilis. an detur in rebus. 94. an exiſtentia exiſtat formæ 52. Divinitatis umbra. ibid. quo modo diſtinguatur à forma. 106. convertibilis quæ 156. propoſitionum neceſſaria quæ. 164. quotuplex. ibi, 165. Impropria, quæ 165. Concomitativa. ib. quomodo partes habeat, & à quibus. 170 de ea Trapezontii ſententia quæ ib. rejecta. ibi. quid recipiat. 200. in propoſitionibus à quantitate quo modo diſtinguatur. 220. in ius quid. 221. quid. 241. idea quid demonſtrari ſoleat. 253 prima an detur. 259. an habeat partes. 260 an ſenſibilis 378. convertibilis, quæ, 296. ejus felicitas. ib. quàm fertilis. 299 accidentaria quàm ſterilis. ib. Syllogiſmi a omnis an formam admittat. 309 prima an a Deo diſtinguatur 331 actu infinita. ibid. partes præciſas à quo habeat. ibid quid habeat, 471. an non careat poſſit forma. ibid.
Materiæ an dentur diſtinctæ ſpecie. 51. an differant ſpecie. 52
Materiale Nomen quid. 146
S Matthæus, an deficiat in Dialectica 442 ejus Argumentatio. ibid. & Lucas an & ubi conſentiant. ibid.
Maurus, quis. 365. laus ejus. ibid.
Maximè quid ſignificet. 175
Mecœnates an Libros legant 172
Medici an neceſſarii 450 a quibus urbe expulſi ibid. iis & Medicinis quo modo utendum. ibid.
Medicina Galeni cur ægrotet. 238. an Arabicæ poſtponenda. ibid.
Medicus an egeat Dialectica. 131
Medicus triformis. 349
Medium quid. 104. inter naturale & ſupernaturale quale detur. 293. an ſit oppoſitum. 335. quid dicere debeat. ibid.

Melan-

Melancholia quotuplex 491. ingenium acuens, quæ. ibid.
Melancholici omnes an ingenioſi 471
Melius in linguam quàm in mentem peccare, cur. 47
Memoria Beneficiorum qualis eſſe debeat. 178 ei quomodo conſulitur. 70
Mendaces cur miſeri. 483
Menedemus quorum auditor. 132. ejus ſcripta quæ. ibid.
Mens hominis an interdum quieſcat. 189. an ſemper in ſomniis operetur. ibid.
Mens, an à ſenſibus pendeat. 195. Senſuum Judex 540. cur lingua & ſtylo potentior. 371. an infinitum cognoſcat. 380. an ea quid non detur. 395. cui ſimilis. 487
Menſæ opiparæ an neceſſariæ. 129
Mercenarius mercede dignus. 495
Meretrices, Scribas & Phariſæos præcedent, quomodo intelligendum. 18
Merita Chriſti quæ 194 Deiparæ ibid.
Metagrammatica quid 3. an neceſſaria. ibid.
Metallum infectum quid 193. factum. ibid. ſignatum. ibid. an ſignatum, an factum plus valeat. ibid.
Metamorphoſis Dialectica quæ 265
Metaphyſica quid ſit 92. unde orta. ibid. quo modo in Logica dilucidanda. 131. ejus partes quæ. 197
Metempſychoſis Pythagoræ quid. 133
Methodos veritatis inveniendæ quæ. 170. ſevera argumentandi cur obſervanda. 375. ſeverior ubi obſervanda. 267. Reductionis qui. 324
Mirrocoſmus quid. 110
Militia Academica quotuplex. 130
Miliare quid. 421
Miracula jam an ceſſent. 240
Miſſio quid. 126. inviſibilis ad quos fiat. 280. an æterna. 252. à proceſſione quomodo diſtincta. 332
Miſtiones ſpecierum in re medica, an tolerandæ. 258
Mitti, quid ſit. 545
Mixtio quomodo fiat. 97. an ſit intermiatio. 98
Mixtiones variæ quæ. 178
Modi ſcribendi quot apud Latinos. 58. & alios. ibid apud Hermannum Hugonem. ibi proprietatum quot. 85 indirecti qui. 92. an detur. 93. an ſine Subjecto eſſe poſſint. 94. an omnes probabiles 97. Peripatetici qui. 130 an alii. ibi Verbi Subſtantivi quales. 147 formalium Syllogiſmorum qui. 236. eorum nomina. ibi. & ſeqq. quomodo illuſtrantur. 237 & ſeqq naturalium qui. 264 poſſibiles qui. 266. in eadem figura unde naſcantur. ibid indirecti qui. 267. eorum Denominatio ibid. indirecti qui 267. Numerus. 268 caſus ib ubi. 269. eorum Examen quod. 270. affirmativi quomodo concludant. 295 eorum denominatio quæ 296. Indirecti Peripateticorum. 306. qui oſtẽſivè reducãtur. ibi. an ſint æquè perfecti 208. an omnes æquè noti. ibid qui utiles 317. Peripateticorum qui boni. 319. an novi addendi aliis. 320. inutiles, qui. 433. quomodo inſigniendi ib. eorum multiplicatio 436 an deorur. 438
Modus probabilis defendendi Relationem ſignificativã. 7. Optativus an præteritum habere queat. 38. ſcribendi, quis præferri debeat. 58. formandi Characteres ut ſit optimus, quid requiratur. 59. exiſtendi in Deo quotuplex 119 Deum diligendi qui. 191 Loquẽdi qui 201, 338. ſcribendi 364. Logicæ efficaciſſimus qui. 273 Contrapoſitionis qui 334. argumentãdi à proprietatibus, qui. 339. diligendi Deum. 358 D Thomam. ibid. inveniendi Contradict 1121. qui. 418 cognoſcendi quotuplex 477
Modi eſſendi qui. 368 369 quid 414. varii. ibid 419
Modos an Veteres cognoverint. 93
Mœror, an qualitas. 425
Molendinum humanum quod. 189
Monachus qualis eſſe debeat. 186
Monacha maximus quis. 261
Monarchia quæ anteponenda. 230
Moneta aurea, & argentea an pura. 193. Cuprea apud Hiſpanos. ibid.
Montes duo an poſſint eſſe ſine valle. 160. negatum demonſtratur. ibid.
Moralia à quibus pendeant. 199
Moralitates quid ſint. 100. quomodo concipiantur. 199
Mores unde colligendi. 152
Mors moralis politica Librorum & Scriptorum, quæ. 248. reſurrectio, quæ. ibid. quomodo Solſtitium. 330. ad hominis Eſſentiam an ſpectet. 338
Morbus periculoſus quis. 224. unde dicatur. 328
Motor primus quis. 63
Motus per ſe an detur per relationem 7. Syllabarum quis, 54. calami omnes qui. 58. raptus cœlo, an terræ conveniat. ibid. an ſemper ſit ab alio. 63. quid. 101. à quibus diſtinguatur. ibid. an ab æterno ſit. 240, 357. Localis. Ubi, quid 354. cui identificetur. 377
Multiplicatio per. 20. quomodo facienda. 4
Mundus quotuplex. 169. cur conditus. 189. ante ejus creationem quid fuerit. 118. an ab æterno. 244. 257. 274. an corruptibilis 276. cur non poſſit perorare. 278. an ab æterno. 282. an incorruptibilis. 287 an ab æterno. ibid. an optimè adminiſtretur. 471. ejus Curſus an conſtantiſſimus. An quomodo magnus. 483. quouſq; erit. 499
Muſæ à quibus dicantur. 172 cur tranquillitate egeant. 347
Muſicæ lex quæ. 62
Muti, an præſcribendi. 470

N.

NÆvius an fuerit barbarus. 48
Narrationes Thalmudi fabulæ. 135
Nata quæ omnia, an mori debeant. 272
Nationes an omnes fuerint Romæ. 252
Natura univerſalis quæ. 82. ejus differentia ibi. ſecundum ſe quid poſtulet. 82. quomodo habetur 159 quàm dives. 317. quid ſignificet. 492. quando operetur. 499
Naturæ univerſales an ſint fictæ, 80. rerum quot ſtatus habeant. 82
non- Neceſſaria an poſſint demonſtrari. 254
Neceſſarium quotuplex. 76. ſimpliciter & ſecundum quid. ibi abſolutum & ex ſuppoſitione ib. quid. 103. & Impoſſibile quo modo coincidũt. 164 è quibus inferatur. 401
Neceſſitas ex Suppoſitione quæ. 89 conſequentiæ quo modo intelligendæ 224 quomodo detur conclusionis inferendi. 125 Dialectica. ibid. poſitionum univerſalium quæ 234 fidei quæ. 282
Negatio infinitans ubi reperiatur, negans non. 150. an in ſubjecto ſit 151. quotuplex. 151. omnis ubi ſit. 151. & Affirmatio ad quid pertineat. 168. an aliquando aſſerat. 163. quibus, & quomodo cognita. 164
Negationes duæ an ſemper affirment 163. vel fortius negent. ibid. in quibus linguis. ibi. relativæ quæ. 173. quid. 221. 286. an cognoſcantur. 180. an dentur 182. infinitæ ubi ſint. 487. eſſe actu quid ſit. ibid.
Nemo, quid ſignificet 153. cur omnia ignoret. 155. omnibus credentibus, cur non credat. 348
Nemo ſcribit, ut loquitur 367. nævo caret. 446
Nihil, quàm difficilis ejus ſignificatio. 158
Nihilum ex nihilo quomodo fiat. 244
Niſſenus, quis. 366
Nodus Gordius à quo ruptus. 152
Noba filios quot habuerit. 338
Nomenclatores Latini primi quales. 147
Nomen æquivocum an ante expoſitionem aliquid ſignificet 17 quid 20 67. cur primo de eo agendũ. ibi. mentale, aut ſcriptũ an definiatur. ibi. ejus definitio Grammatica ib. Negativum. 67. Communitatis ibi. Æquivocum. ibi. 72. Univocum. ibi. 72. Analogum. ibi. Abſolutum & Relativum. ibid.
Nomen Jeſus & Mariæ cur colendum 9. Dei an naturalẽ ſignificationem habeat. 112. Subſtantivũ quid. 143. 145. 147 an careat tempore. 144 an differat ab Agnomine. 145 unde ſumatur ibi. poſſeſſivum quid 146 Materiale. ibid Formale. ibid. an Verbo carere poſſit. ibid. ejus & Verbi differentia quæ ibid.
Nomen, *Deus*, quomodo eſt cõmunicabile. 327. *Hic Deus*, an æquivocũ 335 an abſtractũ 336. univerſale. ib. & quomodo ib. Individuũ Vagum. ib quomodo ſumatur. 337. 342. an proprium, an communicabile. 342. Logicæ, vel Dialecticæ. 359. Nomen univocum quid. 374
Nomina Deus, Angelus, Anima quid ſignificẽt. 9. cur plus de facto ſignificent. ibi. an ſignificẽt tẽpus. 20. Scipionis quæ. 21. Argumentativa & diminutiva 23 mentalia an careãt genere. 25. quæ pro Interjectionibus ſumũtur. 44
Nomina abſtracta Platoni cur deberi videãtur. 47. cur à Cicerone tempore Neceſſitatis uſurpata. ib Ethnica Veterum Deorum. ibi. nova & vetera modorũ 74 quæ poſſint infinitari. 150 Syncategorematica quæ 153. Chriſti varia quæ 193. 239. 327 329. cur conveniant rebus ſint ſæpe. 326. propria an habeant pluralem. 301

Nomi-

Nominativus caſus quid ſignificet. 26
S. Norbertus Antuerpienſium Apoſtolus. 177
Nota militaris quæ. 90
Notitia cauſarum an ad Logicum, vel Phyſicum ſpectet. 78. ſenſuum an evidens. 169. intellectus humani quæ. 585.
Notiones in divinis, an ponendæ. 476. ad quid pertineant. ibid.
Nova omnia, an falſa. 212
Nudius tertius, quid ſignificet. 153
Nullus, quid ſignificet. 153. pro quo ſumatur Vocabulo. 163.
Numerus partium Orationis quantus. 19. apud Hebræos. ibid. Chaldæos & Syros. ibid. Latinos. 20. Græcos. ibid. Georgianos & Iberos. ibid. Nominum quotuplex. 25. Dualis an neceſſarius, ibid. Pluralis. 26. Privationum Conjugationum in variis linguis quis. 84. literarum latinarum quis. 512. Notarum perfectionum. ibid. immenſus an dari poſſit. 184. interminatus & indeterminatus. ibid. an Ens per accidens. 283
Numerus arenarius, quis. 421
Numina Grammaticæ qualia. 88
Nummi in omnia, & omnia in Nummos quomodo convertuntur. 574
Nummus quid. 193
NUNC quando tempori phyſico correſpondeat 13
Nymphæ quomodo in Arbores verſæ. 24. an regiones. ibid.

O.

Objecta diverſa quæ. 18
Objectio contra modum Eccleſiaſticum orandi quæ. 38
Objectum Logicæ quale. 137. Vocalis quale. 139. quotuplex. 139. *quod* & *quo*. ibid. ſcientiæ quid. 254. ejus Neceſſitas. ibid. univerſalitas. ibid. ingenerabilitas, incorruptibilitas, & æternitas. ibid. Logicæ quod. 266. an immediatè concurrat. 106. 107. ei idea imperfectè ſæpè reſpondet. 107
Oblivio quid. 259
Obliquum quid. 157
Obſcuritas Subjunctivi modi, quæ. 148
Oculus animæ mens. 370
Odiſſe & occidiſſe, an idem. 239
Oeconomia Prædeſtinationis & juſtificationis qualis. 313
Omiſſio libera liberæ operationi an opponatur. 180. pura an in Deo, an hominibus detur. 469
Omne, quod eſt, quando eſt, neceſſe eſt, an verum principium. 183. 259
Omnes, & aliqui, quales termini. 423
Omnipotentia an Voluntas divina. 387
Omnis, quid ſignificet. 153
Omnis, & *omnes*, an differant. 239
Omnis, & *Totus*, an diſtinguantur. 488
non Omnis, quid ſit. 418
Opera Homeri qualia. 65. Galeni cur corrupta. 134
Operatio prima quæ. 141. ejus reſolutio. ibid. hominis qualis. 104
Operationes mentis quotuplices. 137. quæ. 359. an Objectum Logicæ. 139. cur Entia mentis dictæ. ibid.
Opinio Peripateticorum quæ. 512. 213. oppoſitionum pluralium ibid. Fonſecæ quæ. 83 Ariagæ de Summulis quæ. 140
Opinio quid ſit. 135. quotuplex ibid qua utendum. ibid.
Opiniones probabiles quantam in Ethica habeant ſecuritatem & certitudinem. 78
Oppoſita in deſcriptionibus quomodo connectenda. 191
Oppoſitio quid, & quotuplex 68. 72. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 2010. 214. 215. 216. 217. 412. 413. 414. 417. 418. 421. 422. 425.
Optativus Modus quomodo à Dubitativo diſtinguatur 40
Opus quem caſum regat. 27. imperfectum, cui inſeribatur. 156
Oratio an incipi poſſit à voce *Et*. 45. ſolvitur ex S. Gregorio Magno. ibid. directa & reflexa ubi incidant. 152. quid ſit. 161. ejus Definitio. 162 Diviſio. ibid. hypocritæ quæ. 347. hominis pœnitentis. ibid.
Orbis æternus quid. 156. ejus Genus. ibid. Species. ibid. Differentia. ibid. Modus. ibid. Qualitas. ibid.
Ordo Doctrinæ qualis. 3. 75. literarum quis 55. actuum agens propter finem quis. 104. dignitatis, quid. 358. loci. ibid. ætatis ibid. Doctrinalis à quibus rebus incipienda. 174
Ordines omnes an ſint Sacramenta. 167
Organa an in toto corpore. 485. artificialia an habeant terminos magnitudinis. 97
Organum, nomen quo modo intelligatur. 459
Origo Anagrammatum quæ 51. Oppoſitionis quæ. 208
Ornatus Veſtium an neceſſarius. 129
Orthographia quid. 185. Orcas quomodo loquatur. 175. ejus filij qui. ibid. an unica perſona. 126. ejus filij an unica perſona. 126
Otioſitas ... vitiorum parens. 484
Ovidius an legerit Geneſin. 64. an Mayſis mentem adſecutus. ibid.

P.

πάντα κοινὰ φίλων cur. 340
Papam vidi, vidi Papam quæ differentia. 14
Parabola quid. 488. quibus in pretio. 489
Parca, unde dicatur. 326
Paradigma univerſale Grammaticum quid ſit 88. an ſpecies ficta, ibid. Oppoſitionum quod. 208
Paragloſſa à quibus differat. 49
Parentes quales, tales filij, quales filij tales parentes. 251 an honorandi. 258
Paritas rationis unde oriatur. 18. ab ea quomodo procedatur. 77. rationis quid communicet. 119
Parmenides quis, & cujus auditor. 131
Pars Orationis minima quæ. 112. quotuplex. 302
Partes quotuplices. 200
Participium quid ſignificet. 42
Participia Hebræorum quæ & quot. 42. Græcorum. ibid. Latinorum, ibid. audacis linguæ. 43. eorum Uſus quis. ibid.
Particula, *Vel*, an ſit copola. 418
Particulæ Cauſales quomodo poſſint omitti. 177
Particularis affirmativa quomodo convertatur. 288. negativa an convertatur, 300. univerſali an æquivaleat. 304.
Particularibus puris an aliquid inferatur. 496
Paryppoſtaſis accidentium quæ. 197
Pater cui locutus. 125. cum filio cur non una perſona 126. & Filius cur non una perſona. 126
Pater æternus cur non habeat plures filios. 358
Paternitas & filiatio qualia Vocabula. 476. quomodo differat à Generatione. 491
S. Patres, cur, & quando cautè legendi 301
Patria communis, quomodo habenda. 532
Patronus quis. 247
Patronymica quæ. 22. Poetica. ibid.
Paſſio quid, & à quibus diſtinguatur. 101. 102
Paſſus quid. 421
Pauciora per plura cur non facienda. 4
Paulus quo aſcenſu utatur. 230. ad Romanos quo anno ſcripſerit. 497. ubi fuerit. ibid. cum quo paſſus. ibid. cui æqualis. ibid.
Pauper, quomodo omnia poſſideat, 265
Pauperes Academici qui. 119
Pauſæ & Silentia an ſint Partes Orationis. 45. Hebræorum quales ibid. an ſint literæ. 46. & ſilentium an habeant vocem. ibid. an ſint aliquid. ibid. an purum nihil ibid. an voces inſenſibiles. ibid.
Peccantes in principem, qui. 249
Peccans quem finem ſibi conſtituat. 104
Peccatum originale an detur. 176. an illud S. Paulus cognoverit. ibid. & Gratia quomodo coexiſtant. 206.
Peccata an propagentur. 472
Pecuniæ nomina quæ. 18.
Penetratio metrica quid. 56 ejus modus alius. ibid.
Percunctator, cur fugiendus. 247
Perennitas quid poſtulet. 278
Perfectio & imperfectio quid. 114. quotuplex. 115. quot modis conſideranda. 118. nulla cogitabilis, qua careat Deus. 123

Perfectio-

Perfectiones omnes ubi incidant. 123. finitæ quo modo reperiantur in Deo ibid. earum coincidentia quæ. ibid.
Periphraſis, Paraphraſis & circumloquutio an unum & idem. 16
Περιφέρεια, quid, & quo modo ſumatur. 348
Periſtromata an neceſſaria. 429
Perpetuitas quotuplex. 869
Perſona quid. 192. 327. 476. una divina, an ſit in alia. 415
Perſonæ tres an omnes apparuerint. 16. an ſe omnes nobis revelent. ibid. Verborum quot. 41. divinæ quot. 131. an æquales. 244 procedentes an æternæ. 283. in divinis an dentur. 337. multæ non procedentes 338. omnes an mittantur. 345. divinæ an æquales. 424. divinæ an omnes ubique. 500. an tres. 501. an habeant ordinem, ibid. an æquales. ibid.
Perſonalitas an eſſendi modus. 126
Perſonalitates & Relationes à divinitate quomodo diſtinguantur. 479
Pes verus & imaginarius quis. 109
Pes menſura communis. 420. ejus partes. ibid.
Petrus & Paulus quomodo ſibi ſimiles. 81. an in Paulum poſſit tranſire. 83. an Eccleſiæ Romanæ legitima capita. 166
Petrus an ſubſtantia completa. 86. Ioanni, an ſiquo ſimilior. 87
S. Petrus an omnium ovium paſtor. 168. an fuerit Romæ, 406. ubi tempore paſſionis ibid. 497. ubi obierit ibid. cum quo martyrium paſſus. ibid. cui æqualis. ibid
Ph, quomodo ſcripturæ ſerviat. 52
Philo an bonus Dialecticus. 276
Philoſophandum quomodo 8. 159
Φιλοσοφια quid ſignificet. 169
Philoſophia Empedoclis qualis. 512. Comptoni qualis. 292. quo modo tractanda. 159. Localis quæ. 248. an utilis. 480
Philoſophi cur non contemnendi & vituperandi. 136. quibus ſæpe Vocabulis careant. 147. Chriſtiani cur Ethnicis doctiores. 235
Phœnix an detur. 493
Phyſica quo modo olim dilucidata. 131
Pictor ideam quo modo exprimat. 107
Pictura, nulla pulchra ſine umbris. 447
Pietas, apud quos non reperiatur. 347
Pius, cur non miſer. 279
Planta an poſſit tranſire in Lapidem. 82. quid ſit. 114. 115. quot perfectiones habeat. ibid. ejus conceptus inadæquatus quis. ibid.
Plantæ an dormiant. 257
Plato an ſit ſalvus. 38. an egeat correctione miſſali. ibid. an Logicæ inventor. 131. quis 133. cur periclitetor. ibid. quomodo defenſus 169. cur deſcenſu uſus. 234
Pluſquamperfectum quotuplex. 37
Plautus an fuerit barbatus. 48
Pœnæ quotuplex. 491. Laureoli quæ. 472
Poeſis quid. 54. Rhythmica & Metrica an differant & quomodo. ibid.
Poëta quid ignorare poſſit. 370. nobiliſſimus Græcorum quis. 469. Latinorum. ibid.
Poetæ Veteres Græci & Latini an uſi Hypermetrica. 61. cur mendaces. 278. nil niſi verboſi. 348
Polylogiſmus quid. 347
Pondera quid, & quæ. 471
Pontifex qualis & quis. 186. Definitio ejus. ibid. ſignificatio. 187. cui conveniat. ibid. quando careat libertate. 409. an poſſit errare. ibid. 410
Pontifices Salij Martis quid. 287
Porphyrius quis & qualis. 84 quot filias habuerit. ibid. ejus univerſalia quomodo dilucidentur. 86. & Julianus an poſſint conciliari. 156
Portæ ſomni quot & quæ. 248 falſæ quæ. 257
Poſitio quid ſit. 96. an ſyllabas breves producat. ibid. 82.
Petrus eſt homo, cur adæquata. 155
Poſitiones ſteriles quæ. 91 quæ alias inferunt quæ. 92. univerſales quo modo inveniantur. 229
Poſſeſſivum quid. 146
Poſſibile & objectivum quid. 12. omne cur non producibile. 119
Poſſibilitas vocum an ſit proferibilitas. 102. Creaturarum, an omnipotentia divina prior. 387
Poſtpoſitio quæ & qualis. 44. obliqua quæ. 408
Potentia divina an ad Præterita ſe extendat. 147. ad præterita an concedenda Deo. 182. 409. quotuplex. 410. obedientialis an detur 194 Habitus & Actus, quomodo diſtinguantur. 477. an vera ſpecies qualitatis. 437
Potentiæ an diſtinguantur ab Anima 19. an ſint qualitates 97 animæ ad oppoſita an ſint 314 animæ, quid 457. ubi ſint. 485. an diſtinguantur. ibid an accidentia animæ. ibid.
Præ Præpoſitio quid ſonet & denotet. 59
Præceptores cur interdum moroſi. 66
Præciſio quid 12. quo modo fiat. 371
Præciſiones objectivæ an ad univerſalitatem propugnandam ſufficiant. 88. objectivæ an dentur. 260
Præcognitio quid. 253. an una ſufficiat. ibid. quid requirat. ibid.
Practicum quid ſit. 77
Prædeſtinatio quo modo ſumatur. 490. ubi ſit. ibid.
Prædeterminationes an dentur. 105
Prædicabile quid. 154
Prædicabilia quot, & quæ. 84. 159
Prædicamenta quænam modalia, quænam accidentalia. 94. an realiter diſtinguantur. 109
Prædicamentum *Habere* quibus opus habeat. 111
Prædicata communia quæ vocantur. 67. ad ultimum prædicabile ſpectantia, quæ. 346
Prædicatum quid. 142. ubi poſſit infinitari. 150. univerſale an verificari poſſit. 225. ubi detur. 381
Præmiſſæ, quid eſſe debeant. 253. cur non neceſſariæ. 254. quomodo habeant ordinem. 295. cujus partes. 391. an ſimul in mente, 393. cujus cauſa, & qualis. 399. earum influxus quis. 400. quid producant. 407
Prænomen quid. 22. 145
Præpoſitio quotuplex. 44. Expreſſa. ibid. præfixa. ibid. tacita. ibid.
Præſcientia quomodo componatur. 182
Præſcriptio naturalis, quæ. 28
Præſcriptiones ſunt juris humani. 12. an ſemper titulum requirant. ibid.
Præſentia Localis quid. & ubi. 487
Præſes an aliquam legem ignorare poſſit. 460
Præteriti an oremus. 38 an neceſſaria. 182. ejus ſolutiones. ibid D. Thomæ reſponſio. ibid.
Præteritum cur prius præſenti. 146. an ſit in Imperativo. 148
Praxis an ſit intra intellectum. 78. Scoto quid. 341. exterius. ibid.
Primus an is, qui ſolus. 315
Princeps potentiſſimus quis. 261. cur beneficus nominetur. 275
Principes an habeant jus in Voces. 53
Principia per ſe nota an multa & quæ. 256. 257. falſa quæ. 258
Principium primum quod. 26 unde dictum 327. Philoſophiæ localis quale. 133. reale & morale quid 351. per ſe notum, quid. 256. quo modo ſumatur. ibid. ejus communis definitio cur rejicienda. ibid. vitæ ubi. 502
Prioritas rationis ratiocinatæ quæ. 10. ratiocinantis ibid. realis quæ. 415
Privatio quid ſit. 52 Syllabarum quæ. 51. earum Numerus. 53
Privationes Litterarum quales. 213
Probabiliora an utiliora. 158
Probabilia multa cur dici & negari poſſint. 201
Probabilitas, & comprobabilitas, quomodo differant. 260
Probi, cur pauci. 293. Proceſſio quo modo intelligenda. 281. an æterna. 332 Spiritus Sancti an voluntaria. 311. Verbi an neceſſaria. 490. an creatio. ibid.
Proceſſiones, an dentur in Deo. 481. 331

Pro-

Proceſſus infinitus quomodo reiiciatur, 136. diverſi dilemmatis quis. 225
Prodigalitas formalitatum quæ. 76
Productio quotuplex. 282
Profeſſor, ubi & quid ignorare poſſit. 370
Profundum divinitatis quid. 156
Prolatio quotuplex. 117
Prometheus quis. 130. quæ fabula, quo modo expoſita. 131. an hominum conditor. ibid.
Pronomina Dialectica & Grammatica quæ. 153 Syncategorematica quæ. 153. *Meus, Tuus, Suus, Noſter, Veſter,* qualia. 167
Pronunciatio vix ulla tam dura quæ non habet locum in aliis linguis. 91
Propagatio ex Traduce quomodo probetur. 47
Proportio quæ, infiniti & finiti. 120. Denominativorum quæ. 329
Propoſitio quid ſit. 67. 68. 72 quotuplex, ibid. 90 quomodo dividatur ibid ſimplex. ibid. an ſemper ſit affirmativa. 72. neceſſaria ibid. convertibilis. ibid. contingens. ibid. finita & infinita. ibid. univerſalis. ibid. particularis. ibid. indefinita. ibid an æquivaleat particulari & univerſali. ibid. ſingularis. ibid Cathegorica & & Hypothetica. ibid Copulativa. ibid. Disjunctiva ib. Cauſalis ibid. Reduplicativa. ibid. Conditionalis. ibid. Simplex & Modalis. ibid. adæquata quæ. 155 eſſentialis quæ. 162 ejus definitio. ibid Diviſio ibid. accidentalis quæ. ibid. ad quid tranſire poſſit. 168. vera & falſa. 169. Cathegorica & Hypothetica quæ. 171. quid ſit. ibid. unde denominetur. ibid ejus ſpecies. ibid. Complexa. ibid. quomodo dicatur. ibid. ut vera ſit, quid requirat. ibid. earum diviſio. ibid. Disjunctiva quæ. 171. ut vera vel falſa ſit, quid requiratur. ibi. ejus & copulativæ diſtinctio. ibid. Excluſiva quæ & quid ſit ibid quid complectatur. ibid an univerſalis. 173. ejus diviſio. Exceptiva quæ & quid ſit 174. ejus particulæ quæ, ibid. quot propoſitiones complectatur. ibid. ab excluſiva quomodo diſtinguatur 175 Reduplicativa quæ & quid. 175. an poſſit reduplicari. ibid. admittenda quomodo. ibid. Expoſitio ejus quæ. ibid. cur ſæpè prudentius neganda. 176. Cauſalis quæ. 176. cur ſæpe prudentius neganda. ibid. Impropria. ibid ſimilitudinaria quæ. ibid. Localis. 177. ut vera ſit, quid requirat. ibid.
Propoſitio Temporanea quæ. 177. poſitiones quot contineat. ibid. Hypothetica mera, quæ. 178. ad quid reducitur. ibid. Conditionalis quæ 179 ejus ſignificatio expoſita ibid ejus formæ quæ ibid. una & eadem an ſimul vera & falſa. 208 impoſſibile. 209. perfectiſſima quæ 195 *Deus eſt* pater an accidentalis. 222. univerſalis quotuplex. 292. univerſalis quando admittenda. 292 mentalis, quid. 381 282 quid habeat. 282. Vocalis quomodo reflectatur. 383. ſcripta quomodo. ibid.
Propoſitio, negativa ad quam referatur 404. an ſit objectū Logicæ adæquatū 407. obliqua ſeu diſcreta. 407. ejus diviſio. ibid. an genus. 407. ejus Termini. ibid. recta. ibid. genera ibid Adjectiva quæ. 408. una & eadem, an concedenda & neganda. 410. quo modo eſſe poſſit. 410. disjunctiva. quæ 418 quid ibid. Conditionalis quæ, & quotuplex. ibid. quid ſignificet. ibid. ejus Claſſes. ib. Converſio. 419. oppoſitio. ib. modi. ib. falſa negativè, quid eſſe poſſit. 419. Tanta-quanta quid. 420 Geometricè. ibid. Arithmeticè. 423. Temporalis qualis 426 ejus Compoſitio. ibid quantitas ibid. Oppoſitio & reductio. ibid Localis. 428. quid ſit. ibid quid claudat 429
Propoſitiones immenſæ veritatis quæ. 12. æternæ, ibid. univerſales ante mentis fictionem an veræ 80. ſteriles juſtam conſequentiam inferentes, quæ. 92. nonnullæ unicam, ibid binas. ibid. ſecundi Prædicabilis an incompletæ, 155. veræ à falſis quomodo internoſcendæ 169. negativæ an in mente dentur. 163 Modales ſi veræ, etiam neceſſariæ. 165
Propoſitiones falſæ quæ frequentius. 178. conditionales quænam veræ. 179. 180. contingentes omnes cur veræ ibid. quæ 181. Conditionales neceſſariæ. ibid. Indicativæ & ſubjunctivæ. ibid. utriuſque ſignificatio. ibid. quomodo expoſitæ. ibid. totum certitudo ponderata. ibid. cur opponantur. 204
Pluralis Numeri quæ. 211 quo modo opponantur. ibid. Modales quotuplices. 216. ad quas reducuntur. ibid. an aliæ præter Ariſtotelicas. ibid. convertibiles quæ, & quales. 219 Infinita & Negans quando æquivaleant. 221. demonſtrabiles quales 253. quo progredi poſſint, ibid. de omnibus fieri. ibid. omnes an æternæ veritatis. 255. Identificæ ad quid pertineant. 396 quid 398. Comparativæ, quæ 415. cognitio neceſſaria. ibid.
Propoſitiones, *Petrus non eſt lapis, & Petrus eſt non lapis,* quomodo diſtinguantur. 151
Propria ab Appellativis quomodo diducta. 145
Proprietas quid. 85. in rigore quid 187. ubi reperiatur. 228
Proprium quid. 155 cui conveniat. 67
Propinquiſſimum quid. 340
Propterea, an vox cauſalis. 177
Proteſtatio Autoris quæ. 127
De Proſa quomodo philoſophandum. 102
Proſodia ſecundum dici qualis. 62
Protagoras quis. 131. initium Scholæ nominalis. ibid.
Protei & Anagrammatis differentia quæ. 410
Providentia an Deo competat, 331
Proximus cur amandus. 481
Prudentia an Deo competat 331. & Invidia an conjungantur 464
Pueri an poſſint eſſe Prophetæ. 41
Puncta, in linea quomodo 184
Punctum omne ferè quid 274. Archimedis ubi fixum. 217 an quantitas. 423
Pyrrho cujus auditor. 132
Pythagoras quis. 133. ejus Metempſychoſis. ibid. an fuerit Ezechiel. ib. an corporum Reſurrectionem docuerit. ibid. expoſitus & defenſus quomodo. 169. an fuerit Ezechiel. 34

Q.

QVæſtio de Nomine quæ. 78
Quæſtiones difficiles à quo propoſitæ. 51 reſolvuntur ad Rabbinorum mentem. ibid. accidentes. ibid. de ſingulis ſecretis quomodo examinandæ. 75. curioſæ tres quomodo reponantur 90. examine & notitia digniſſimæ, quales 88. proæmiales quomodo tractandæ. 138 de Nomine multæ quæ videntur de re. 140. facilè tollendæ quæ. 151
Qualitas rationis ratiocinatæ quæ, 10. an ſit Modus 93. quid. 95 quotuplex 96 propoſitionum quæ. 168.
Qualitates omnes corporeæ an ſint figuræ quantitatis. 97. an ſint ſubſtantiæ inſtrumentales habitæ 111. duæ contrariæ in quo poſſint eſſe ſimul. 413
Quantitas quid, & unde ſumatur 100. 101. ejus diviſio quæ. ibid.
Quantitas penultima an vera. 61. an ſit. an ſit Modus 93. quid 95. 144. 190. 354. 437 ſecundum dici, quæ. 62 potentialis. ibid an aure percipiatur. ibid. Metrica qualis. ibid. Virtualis. ibid. vera ſyllabarum quotuplex. 63. an ad placitum ſit eadem ſecundum dici. ibid. Metrica quæ. 82. Numerica. ibid. à materia quomodo diſtinguatur. 90 quid ſit. 101. à duratione quo modo 101 ſucceſſiva quæ. ibid. ejus & ubicationis differentia quæ. 113. alteratio quæ. 298. Infinita, an poſſibilis 331. Propoſitionum quæ 165. 359 410 quid ibid. quotuplex. ibid 166. Indefinitæ quibus æquipolleat ibid. Intrinſeca quæ. ibid. prædicati. ibid. ſubjecti. ibid. extrinſeca. ibid. Indefinitarum quæ 166. Indefinitæ negativæ quæ. 167. univerſali an æquivaleat. ibid. quando & ubi conſideranda, 174. infinita an poſſibilis. 175. quotuplex 410. 436. obliquæ propoſitionis quotuplex 411. Adverbiorum Localium. 428. moralis. 437
Quidam & *Aliquis*, quomodo differant. 188
Quiditas quid. 05. ubi reperiatur. 258. propoſitionum 359
Quies quotuplex. 300
Quiſitas quid. 85

R. Rab.

R.

RAbbini cur ſiniſtrorſum ſcribant. 58
Ragelmannus quomodo examinatus. 230
Ramus aureus, quid. 415
Ramus quid immutet. 210. ubi correctus, 240. cur ordinem Figurarum inverterit. 595
Rarefactio quid, & quomodo fiat. 97
Ratio & ſignificatio Genitivi quæ. 26. communis à taleitate realiter diſtinguitur. 79. abſtracta ab uno eſt univerſalis. ibid. hominis ab Ecceitatibus quomodo diſtinguatur. 80. hominis abſtracta ab uno an ſit cōmúnis & univerſalis. ibid. Animalis quo modo inveſtigetur. 87. Hominis. ibid generis & ſpeciei. ibid. intellectivi an ſit differentia communis Deo, Homini, & Angelo. 89. deducta ab Etymo an probabilis. 186. ſignificandi, & res ſignificata an differant. ibid.
Rationale in Hominis definitione an ſit genus. 196. pro quo interdum ponitur. 337
Rationalitas an differentia communis. 89. an communis Homini & Angelo. ibid.
Recordatio, quid. 399
Rectum quid. 157
Redemptioni quod facis, cur non dilectioni. 160
Reductio oſtenſiva qualis 71. Herculea quæ. ibid. Syllogiſmi quotuplex 303 oſtenſiva quæ. 395 an à Veteribus cognita. ibid. per impoſſibile quid. 307. quam neceſſaria. 309
Refert & Intereſt quem caſum requirunt 26. 27. ejus ſignificatio. ibid.
Reformatio Clericorum. 350
Reges compaſſione, & non invidia cur digni. 447
Regimen Hebræorum quale, 27. Germanorum & Belgarum. ibid.
Regiones omnes an ſummo Pontifici ſubſint. 186
Regula memoratu digniſſima quæ. 14. maximè notanda quæ. 159. generalis oppoſitionum certiſſima quæ. 219. morum qualis. 481
Regulæ quales, de quibus auris judicat & non. 62. legitimæ quæ. 63. in omni figura Logicæ quæ. 269. earum baſis. 270. æquipollentiæ quæ. 361
Relatio ab Ariſtotele quomodo collocata. 98. ei Qualitas ſubalternata. ibid. quid ſit. 99. multiplex 100. ejus à ſuo fundamento diſtinctio. ibid quotuplex. 409. 410. 489. 49. prędicamentalis, quid. 491. Thomiſtarum qualis. 7. quotuplex. 26
Relationes Orthographicæ, quæ. 99. Grammaticæ. ibid. Arithmeticæ, 100. Geometricæ, ibid. Phyſicæ, ibid. Politicæ, ibid. Eccleſiaſticæ, quæ, ibid. Logicæ quæ. 157. Dialecticæ quæ 158. an ſint Entia rationis. ibid.
Relaxatio morum unde naſcatur. 436
Religio conditionata. 483
Religioſus, à quo ad ſeculares dignitates promoveri poſſit. 352. an & cur egredi. ibid.
Remedium Amoris, quale. 438
Replicatio quid 56 metrica. ibid. ejus alius modus. ibid.
Reprobatio, poſitiva, an & quomodo detur. 330. an cauſa perditionis in reprobis. ibid.
Requiſita Argumentatoris quæ. 403
Res quo ſenſu ſupponitur, eo accipitur. 21. ut exiſtat quæ requirantur. 83. an poſſit eſſe nunquam. 100. ſenſibilis omnis, an dictio. 125. quæ diverſis temporibus inter, & indicitur, quæ. 156. Totum & pars ſimul, quæ. 158. corporea quid producere poſſit. 278. quotuplex. ibid.
Res duæ an poſſint convenire differentia, & differre genere. 89. indiviſibiles qualiter noſcantur, 170. quomodo deſcribendæ, & definiendæ. 187. inanimes ſubſtantiali forma cur non differant. 258. prævîſæ, an fortuitæ. 277
Reſolutio Grammatica & Orthographica quæ. 141
Reſpectus Arithmetici quales. 487
Reſpublica corpus myſticum. 344. membra ejus quæ. ibi. Relatio realis inter quæ diſtincta. 378
Reſtrictio quid ſit. 13 quomodo fiat. ibid. mentalis quæ. 14 quomodo contingat. ibi. Nominis à Circumſtantiis. 22
Reſurrectio Corporum à quo credita. 133. eſt vita ſecunda. 474
Reus cur damnandus, 249. an puniendus. 258
Rex unde dicatur. 326. ſi tyrannus, an occidendus. 344
Rhetor eloquentiſſimus quis. 261
Rhetores quomodo procedant. 230
Rhetorica & Dialectica an conjungi poſſint. 133
Rhythmi qui. 62. an ſoli auri correſpondeant. 63. & Metri diſcrimen quod. ibid.
Richartius quis. 366
Rigor Doctrinæ Scholaſticæ à quingentis annis quis. 317
Riſibilitas an proprietas hominis. 179
Roma qualis Reſpublica. 496

S.

SAcerdos, cui ſimilis. 247. an omnis ſanctus, ibid.
Sacramenta quid 199 quot. 128. in Sacramento ordinis an multa partialia. 228. an formentur. 236 quid operentur. 261. & Sacramentalia ex quibus conſtent. 167
Sacri omnes an boni. 218
Salus hominum in quo ſita. 259
Sancti omnes an dij. 277
Sanctitas quotuplex. 211 perſonæ & ſtatus. ibid.
Sanctus quid habere debeat. 448
Sanderſonus in Examen cur vocatus. 330
Sapiens cur non pertubetur. 285
Sapientia quid. 256
Sapphicum imaginarium quale. 109
Saturnus an hominum conditor. 131
Scandala cur vitanda. 344
Schola Medicorum quotuplex 134 Nominalium quæ. 139. Ariſtotelis quomodo dividatur. 141
Scientia ſubalternans ubi deſinit, inde ſubalternata incipit 141. media quæ. 179 quid. 252. 254. 256. de quibus detur. 253 an detur ſingularium. 253. an aliqua ſit. 254. ejus Objectum quale. ibid. neceſſitas. 254. de quibus habeatur. 295. quotuplex. 496
Scientiæ quomodo tradendæ. 75. an ſublimiores ex fundamentis Grammaticis. ibid. Politicæ & Scholaſticæ diſcrimen quale. 76. cur & quomodo addiſcendæ. 130. quid eam juvent. ibid. an Inſtrumentis indigeant. 135. artes quid requirant. 339
Scientificè de rebus incertis an diſputare aliquis poſſit. 77
Scire quid ſit. 50
Scotus quid ſcripſerit. 134
Scriptio quid. 363
Scriptor dulciſſimus quis. 261
Scriptura articulata, & non articulata, quæ. 367
Scripturæ, quam ſignificationem habeant. 372
Scrupuli an ænigmata.
Scuta aurea quæ. 194
Sectæ Nominalium & Rationalium quales. 136
Semen quid. 278. 472
Semidiameter terræ quanta. 420
Senſus, Ratio, Intellectus & Intelligentia an diſtinguantur. 324.
Senſui an credendum. 258. 345
Senſus, cur fallaces. 340
Senſuum Judicio quomodo ſtandum. 229
Sententiæ clariores, cur meliores. 95. Authorum quot. 139.
Separata univerſalia ubi reperiantur. 82
Separatio apud Platonem quæ. 81
Sermo cur animæ nuncius. 502
Servitus cui oppoſita. 247
Sexus Nominum, quis. 25. Verborum. ibid.
Signaculum quid. 325. Sphærus cujus auditor. 133
Significare aliud eſt rem, aliud rem alicui. 6
Significatio quid. 4. 11. 46. quid imbibat. 6. ejus Diſtinctio. 11. quotuplex. 22. naturalis ex hypotheſi quæ. 7. in quo conſiſtat. 8. Subjecti æquivoci quomodo à prædicato limitetur. 11. Participij quæ. 26. Vocum an ſit naturalis. 71. 124. quomodo mutata tempore mutetur. 46
Significatio literarum, quæ. 334. 366. Vocum. 374. Conceptuum. ibid.
Signum quomodo dividatur. 5. definiatur. ibid. ſubdividatur. ibid. ejus Prædicamentum. ibid. univerſale cui ſubiiciatur. 67
Singularia quomodo deſcribantur. 191. definiantur. 192. an poſſint demonſtrari. 254

Singu

Singularitas quæ, & quotuplex. 153.154
Silentia quid conſignificent. 46
Simia cur caudam comedat. 187
Similitudo & diſſimilitudo inter proceſſiones creatas & divinas quæ. 125
Similitudo quid. 426.489.490.491. an debeat eſſe in omnibus. 491. ejus & Analogiæ diſtinctio. ibid nimia an noceat. ibid. ubi valeat. ibid. in ea an requiratur veritas. 493 adæquata quid. 375
Simplex cur prius compoſito. 295
Simplicitas differentiarum quæ. 201
Sinceritas Cardinalis Truchſeſſij, quæ. 249. ſecuritas dialecticæ quid poſtulet. 445
Situs quid. 109. ejus diſtinctio ab obicatione. ibid. differentia ejus & ubicationis. 111. quotuplex. 441
Soboles, quibus ſimiles. 482
Sobrij in utraque Germania qui, è contra in aliis regnis. 53
Socrates quomodo defenſus. 169
Sol, cur ita vocetur. 78. quale nomen Chymicum. 193 an interdum creſcat & minuatur, 480. mundi oculus. 498
Solœciſmos an committi poſſit in lingua Græca 48. quid ſit. 49 unde dictus. ibid.
Sorites quid. 74.250.311. in uno quot ſyllogiſmi contineantur. 251 an conformari queat. ibid. an à Seneca admittatur, ibid modi & regulæ earum. 311. an magnifacienda 313. in prima figura quid. ibid. Obliquus quid. 436. ejus gradus qui, & quales. 437.438. politicus 439. 441. Evangelicus. 440. à quo factus. 440. Conditionalis. 485 Animaſticus 488 Temporalis. 498
Spacium imaginarium quid. 108. 109. ejus diſtinctio. 119. reale quid dicat. ibid. de eo quomodo philoſophandum. 109
Species quid ſit. 67.85.115 ejus diviſio quæ. 152 definitio. Compoſitio. 155. ſubiicibilia an & quo ſenſu univerſalis. 275. quomodo definitur. 195. an dentur inadæquatæ. 202. ſimplicis converſionis quæ. 219. an diſtinguantur. 391. Definitionis, quæ 382 Hypotheticæ. ibi. impreſſæ, & expreſſæ, an dentur. 357. ad quid requirantur. 477. quales. ibid. ubi remaneant ibi. quæ dentur. ibi. an cōcedendæ ibi. an animabus poſt mortē Deus infundat. 477
Species ab Individuis quomodo differant. 19
Speculatio nimia cur Valetudini nociva. 375
Speculativum quid ſit. 77
Sperans omnia, an deſperet omnia. 348
Spirator unicus quis. 126 quale nomen. 336
Spiritualia utrum ſint diviſibilia. 96
Spiritus quid. 291. carnem & oſſa an habeat. 286. naturalis qualis, & ubi. 438
Spiritus Sanctus an detur. 238. an creatura. 455. à quibus procedat. 282 467. an in filio quieſcat. ibid. & in patre. 468 ejus proceſſio quid. 476
ST. quid Ovveno videatur. 53
Stare per ſe quid. 144
Statua cum pictura quomodo conferatur. 107. Aſpricollenſis divæ qualis. 355
Statuæ, an dij. 493
Status abſtractionis ex Comparatione ſtatus ex quo naſcatur. 82 naturæ ſecundum ſe, ibid. Productionis. ibid. abſtractionis. ibid. puræ naturæ an poſſibilis, 206. innocentiæ hominis quis. 338
Stellæ an ſint intellectuales. 89
Steganographia intellectualis, quæ. 372
Stilpo quis & cujus diſcipulus. 135
Stipendia an famulis ſolvenda. 258
Studere & proficere quomodo poſſimus. 87
Studia optimi Principis quæ. 289
Subalternatio quid. 73.207. ſubjectiva. ibi. prædicativa. ib.
Subcontrarietas quomodo tollatur. 218
Subdiaconatus an Sacramentum. 167
Subjectum quid. 142 partiale & totale quid. 144. & prædicatum quomodo, & an conveniant. 155. ubi detur. 581
Subjunctivi an dentur multi. 39
Submiſſio quomodo poſſit ſignificari. 372
Subordinatio finium quæ. 104
Subſidia humana cur Onera. 15
Subſiſtere quid ſit. 21
Subſiſtentia an ſit formalitas negativa. 126. ſuppoſita quæ. 159 eſt materiæ. ibid. quid. 197. 259. unde dicatur. 327.
Subſtantia quid. 188 190. compoſita quid. ibid. eas cognoſcere cur difficile. ibid. quotuplex. 86. 474 476. compoſita, ſeu completa quæ. 95. materialis intellectiva an ſit poſſibilis. 189. an in accidens tranſire poſſit vel non. 111. permanens an potuit eſſe ab æterno. 157. unde dicatur 327. quomodo creari poſſit. 339
Subſtantiæ ſimplices, an dentur, & quæ illæ ſint. 95. ſub quibus interdum intelligantur, 192. incompletæ an definiantur. 198
Subſtantivum quid. 21. quomodo concipiatur. 145
Subſtitutus quid. 8
Suicidium quale ſcelus. 250
SUM, quem caſum regat. 28
Summulæ an neceſſariæ, 140. an res trita ibid. an diſtinguantur à Logica. ibid.
Superbus, an caput alicui ſubjicere poterit. 455
Superficies imaginaria quid. 108
Superi an mentiantur. 483
Superlativum omne, an Comparativum. 417
Supernomen quale. 22
Suppoſitio quotuplex. 21. quid. 359. materialis quæ. 146. quotuplex. 152. formalis. 368
Suppoſitum quid 19 . naturæ quod. 158
Suſpenſio aſſenſus quæ. 255
Syllaba ex quibus componitur. 50 an conſonante careat. 51. de earum privatione. ibid. quomodo conſtituatur. 52. ejus principia quot. ibi. una an in pluribus locis eſſe poſſit 56. longiſſima quæ 60. an detur breviſſima. 61. longiſſima. ibid. indifferens an ſit à parte rei 81. quotuplex. 96 poſſibilis quæ. 117. perpetua an conſonantes habere poſſet 122
Syllabæ an omnes longæ æquales, an omnes breves 59. earum magnitudo ibid. Compoſitio. ibi. proportio. ibi cur producantur & corripiantur. 61 62 indifferentes quæ dentur 81 illæ quid ſint. ibid longæ quotuplices. 95
Syllogiſmus qualis & quid 70.74 92.3´5. ejus ſpecies, & propoſitiones. ibid. Figuræ. ibid. Conditiones & leges. ibid Modi. ibid. probabilis. ibid. poſſibilis. ibid demonſtrativus. ibid. ejus partes. 50. Definitio 266. an *Ens per accidens*. 125. quotuplex 226. diviſio ejus quæ. 226. Expoſitorius ibid. Sophiſticus. ibid. formalis, quid. 236. qualiter inferatur. ibid. ejus definitio quæ. 237. incōpletus quid, 246. probabilis quid. 260. quotuplex. ibid. cum an ſequantur falſi. ibid. Sophiſticus quid. 262 263. genera quæ, & quotuplicia. 266 materia ejus quotuplex. 267. leges. 269. Verſus, Crypticus, & Subterraneus, qui 320. Reverſus quis. 311. Etymologicus, quis 326. Identicus aut Synonymus. 318 eo quomodo utendum, ibid an bonus. 329. Denominativus. 329. Indefinitus. 330. Univerſalis 332. Genericus 333 Specificus, ibid Differentialis ibid 331 Definitivus. ibid Proprius. ibid. Accidentalis. ibid 346. Expoſitorius ib d in divinis an vim habeat ibid 334. ejus Leges quæ. 314. nomina. ibid. ut ſit bonus, ad quæ reducendus. 333 356. Definitivus qualis, & ejus uſus. 337. Proprius, qu a 338. ejus genera quot. ibi. & ſeqq. Excluſivus. 340. Exceptivus 343. quid inducat. 344. Rhetoricus. 352. ad quid pertineat. ibid. à fortiori, quis. 351 Activus. Paſſivus, qui. 353. Sympatheticus. 354. Probabilis. 355. ejus formæ. ibi. modus qui detur. ibi 356. Exlex 356. ejus argumentatio an detur. ibi quid. 357. Expoſitorius. 389 392. ejus efficacia ubi conſiſtat ibid. Mentalis. 394 ubertas ibid. quid comprehendat. 395 quibus æquivaleat. ibi. cur, & quando uberrimus. 397. Obliquus Mixtus. 442. informa quis. ibi. Obliquus Expoſitorius 464. 465. Mixtus. 466 Disjunctivus. 479. Abſolutus & conditionatus an diſtinguantur. 483. Theologicus quis 485. Conditionalis disjunctivus. 484 Parabolicus. 488. Apologicus. 489. Exemplaris. 493. Antitheticus. 495. Temporaneus. 496. Localis. 499
Syllogiſmi in ſcholis an ad impoſſibile ducātur. 142 quotuplices. 237 qui frequentiſſimi 279 Perfecti & Imperfecti qui 305. cur reducantur ibid. obliqui quot terminos habeant. 342
Sydera in cœlo, quot. 425
Symbolum Fidelitatis quod. 187
Sympathia à quibus admittenda. 354
Synderesis an potentia animæ. 324
Syncope qualis & quæ. 55

Synec-

Synecdoche quid. 10

Synonima quando oogæ 272

Syntaxis ſyllabarum quæ. 50. perfectionum ſubſtantialium quæ. 95

Syntheſes, quid. 260

Syri quos inſcribendo imitentur. 57. deorſum cur ſcribant, 58. cur furſum. ibid.

T.

T. quomodo uſurpetur in legendo. 52

Tabella Abecedarij cur utilis. 120

Tæpocen quid. 58

Tantum, cur notandum. 423

Tempora linguæ Hebrææ quæ. 37. Græcæ ibid. ſingulorum ſignificatio. ibid. Deprecativi modi quæ. 39. Aoriſtica quæ ibid. Aſſertivi quæ. 4[illegible]. Deliberativi, ibid. Optativi. ibid. Conditionalis ibid. Dubitativi. ibid. Negativi. ibid. omnia Verborum 20 à præſenti naſcantur. 102 qualis concurſus requiratur. ibid. præcedentia quot, tot ſequentia. 147

Tempus Converſivum quale. 13. imperfectum an careat indifferentia. 102. illam perfectam habeat. ibid. quis eam tullat. ibid. de imaginario quomodo philoſophandum 109 cui ſit eſſentiale. 144. ſignificare & cum tempore ſignificare an diverſa, ibid. 146. Præteritum cur præſenti prius. 147. an ſit in Imperativo. 148

Tempus Veſpertinum quod. 247. an unicum. 350. præciſum, ubi. 369 indeterminatum, ſeu indefinitum quid ſignificet. 277

Tenecotæ an ſuccem impertiantur. 82

Theologia Gentilium quæ & unde 63 eam tractans cur oculos ad Abecedarium converterit. 112. Empedoclis qualis. 112. negativa qua via procedat. 190

Theologi Ethnicorum dicti numcuſores 47

Theologus ubi nullus. 448 et an dialectica neceſſaria. 318.

D. Thomas quid ſcripſerit. 184 cum ſit laudatus 14. & quomodo argumentetur ibid. ejus Syllogiſmus q[illegible]. 315. ejus Doctrina, 357 358. Vita & Caſtitas. ibid. Eminentia, ibid. hoſtes. ibid. nobilitas ibid. patria, ibid. parentes ibid. Stemmata, ibid. virtutes & pietas. ibid. 35[illegible] ejus ſcripta ibid. affectus erga Germanos ibid. libri a quo approbati. ibid.

Thomas Sarcia, qualis. 357. cum quo collocatur. 358

Thomiſtæ cur contra D. Thomam 139

Terminus quid. 67. 142 157. ejus Definitiones & Diviſiones. 67. inventor 142. 157. directus & reflexus qui. 158. ultimus, & non-ultimus ibid complexus & incomplexus qui. 152. quomodo ſubdividatur. ibid. ſimplex & compoſitus ibid. ſimplex quotuplex. ibid. 153. mixtus quis. ibid. Diſtributivus & Copulativus. 154. Collectivus & univerſalis. ibid abſolutus quid 157. Relativus. ibid abſtractus. 158. ſubſtractus, ibid. Concretus. ibid ſubſtractus ibid. idem poteſt eſſe abſtractus & ſubſtractus ibid. denominans quid & qualis. 159. infinitus, quid. 180. Syncategorematicus, & Categorematicus. 40[illegible]. connotans & connotatus, qui. ibid. adæquatus & inadæquatus. ibid. primarius & ſecundarius. ibid.

Termini magnitudinis & parvitatis quomodo dentur. 97 Latini Dialecti eorum quot 140 qui. 141. Lullij & Rami qui. 142. an ſimplices ſemper, an aliquando compoſiti. 143. infiniti qui. 149. inter ſe comparati qui. 160. diſparati ibid. Convertibiles. ibid oppoſiti. ibid. excedentes & exceſſi. ibid. ſimpliciter, ſecundum quid. 161. oppoſiti, qui, 204. quotuplices, ibid æquipollentes qui. 217. mentales qui 380. Diviſiones illorum quæ. ibid. diſcreti quomodo diſtinguendi. 407

Terra an ovalis. 480

Teſtimonia negativa cur non tugeant. 207

Teſtis unicus in cauſis gravibus an ſufficiat. 305

Tetralemma, quid. 479. 480. 481

Tonus quid ſit. 96

Totum potentiale quale. 200

Totum cui æquale. 275. quid, & quomodo componatur. 290.

Traditiones, quanti faciendæ. 484. Judæorum in Sacræ ſcripturæ proponendæ. ibid. Eccleſiæ, an admittendæ, 454.

Trajanus an ab inferno ereptus fuerit. 38. an ſit ſalvus ibi. quali correctione egeat. ibid.

Tranſcorporatio animarum quid. 257

Transfiguratio quotuplex. 16. quid. 220. 314. Logica quid ibid quibus propoſitionibus non competat. 220

Transformatio quid 221 Dialectica, quæ. 265

Transformationes ſubſtantiales quid. 248

Tranſitus Adverbiorum quis. 429

Translatio quomodo definiatur. 16. Authorum in aliam linguam cur difficilis. 274

Tranſmigratio animarum, quid. 257

Tranſubſtantiatio phyſica quid. 7. moralis quid. ibid. quotuplex 8. ſub quibus accidentibus fiat. ibid. quid ſolum poſtulat. ibid. materia is quæ. 219 moralis, quæ. 363 quid requirat. 28[illegible] Eucharistica, qualis. ibid.

Treviris Tunica Redemptoris ſervatur. 447

Triangulus, lineas quot habeat. 234

Trilemma & Tetralemma quomodo formentur. 2[illegible]

Trilemma, quid 479 480

Triphthongi quæ & quales. 4[illegible] 39

Tripudiare quid. 287

Turres an neceſſariæ. 129

Tyranni cur mali. 276

Tzade, quomodo uſurpetur. 52

V.

V an ſit vocalis an conſona. 52

Vacuum an & quomodo detur. 278

P. Valerianus Magnus quos cognoſcat Syllogiſmos. 238. ejus argumentatio contra Lutheranos. 289

Valetudo ſtudiis vacantibus, quomodo ſervanda. 215. hominum in quo ſita 859

Varietas Authorum an inducat probabilitatem, an libertatem. 76 Vocalium unde ſuborta ſit. 320

Vaſa aurea an neceſſaria. 129

Ubi, quid ſignificet. 428

Venti an ſint generis maſculini. 24

Venus Comitialis quid. 332

Vera an omnia cognoſcenda. 169

Verba Pſittacorum qualia. 6. Sacræ paginæ & Eccleſiæ quomodo componantur. 13 quædam cur regant Genitivum. 16. Æſtimationis quæ. 27. quæ ſine Tempore ſignificent quæ. 146. Soti ab Hurtado citati pro quibus non videantur agere 180. multis quibus orendum. 196. Adjectiva ao dentur in mente. 149 an ponant infinitati. 149 negativa quæ 150 quo ſenſu infinita ibid.

Verbum quid 67. quotuplex 72. 372. poſſibile quale. 102. actuale. ibid. Subſtantivum quid. 146 147. ejus Modi qui. 147 quomodo ſe teneat, & quid conſtituat. [illegible] & Adjectivum quid 144 cui æquipollear. ibid. an nomine carere poſſit. 146 quid 14[illegible] Adjectivum quid. 149 ejus & ſubſtantivi diſcrimen. ibid mentis objectum quo[illegible] 375

Verbum, quid aſſumpſit. 326. quid? ibid. divinum an ſit creatura. 287. 455. æternum quibus careat. 484. an ignobilius patre. 492

Veritas æterna quæ 12 poſitiva & negativa. ibid. nova Exemplis illuſtrata quæ. 106. in propoſitione quæ. 162. an accidens propoſitionis. 168 an detur. 169 demonſtratur. ibid. an cognoſcibilis. ibid. quid ſit ibid. ejus definitio ibid. cum inveniatur ſtudium ibid. ubi reperiatur. 170. quomodo expoſita. 179 æterna quomodo exponenda. 255 ejus propoſitiones omnes quæ. ibid. ſinceritati cur dicenda. 266. Præmiſſarū, quæ. 301. ejus decor & pulchritudo. ibid. cognitio laborum præmium. 308. an differat à Juſtitia. 329. æterna univerſalium propoſitionum quæ & qualis. 352. æterna. 369. conditionata ibid. ubi requiratur. 493

Veritates quomodo æternæ. 274

Verres, unde dicatur. 326

Verum inveniré quid ſit. 139

Verum ex falſo & falſum ex vero an ſequatur. 301. & non 403.

Veſta, unde dicatur. 326

Veſtiri, an toqui omnes eodem modo debeant. 54

Veſtis an ſit accidens. 111

Veſtes ad alacritū 63. ſecundū dici ibid. an neceſſariæ. 109

Veteres an Mundos cognoverint. 93. ao exacte ſcieverint. quid ſint Angeli. 337

Via

Via quæ melior? 106, & tutior. ibid.
Vicarius quid. 8
Vigilandum quando. 498
Violenta cur non diuturna. 241
Violentia in corpore quæ, 104. in anima quæ, ibid.
Vir bonus an ſit Martyr. 202
Vir, cujus imago & gloria. 246. an caput tegere debeat. ibid. bonus, cur carus & pretioſus. 247
Viri ſapientes an dentur. 240. Eccleſiaſtici, & Apoſtolici an famulos habere debeant 275
Virgilios an ſua ſcripta de Æneæ ad infernum deſcenſu, crediderit. 248. quibus propoſitionibus delectatus. 408.
B. Virgo, an errarit. 418
Virtuoſus omnis, an nobilis. 272
Virtus an immortalis 173. cur. 287. cauſarum quomodo cognoſcatur. 240. in corpore turpi cur laudanda, 252. cur ſibi ſufficiat. 282. eam habens cur beatus, ibid.
Virtutes Theologicæ, quæ. 445. an reales qualitates. 450. quomodo vocentur. 461. Ethnicorum an Vitia. 477.
Vis prædicati quotuplex 13. humilitatis quæ. 194. Exemplorum quæ. 384. 382
Viſus, quid. 485. cur nobilior auditu. 352
Vita, cur potius mors. 15. quotuplex. 474. quid. 492. vegetativa an ſit forma ſubſtantialis. 214. phyſica quid. 211. Ethica, ibid. realis & virtualis. ibid.
Vitium cur mortale. 287
Vitium, cur, credere nulli, & credere omnibus. 349
Vivens an genus remotum. 87
Vivo tibi quid ſit. 27
Vivo quid ſignificet. 42
Ulna quid. 421. Aſtronomorum, 420
Unio, an in Phyſicis a ſuis extremis diſtinguatur. 45. corporis & animi, an ſit forma. 149
Unitas Numerica quæ. 82. Decas quid. 149. an numerus. 423
Univerſale quid ſit. 78. in ſignificare. ibid. æquivocum. ibid. in ſignificari. ibid. in cauſare. ibid. in cauſari. ibid. in eſſendo. ibid. in prædicando. ibid. in eſſendo quomodo exponitur ex fundamentis Grammaticis. 79. an in hoc Grammatico aliquid fingatur. ibid. quotuplex. 85. ejus Diviſio. 325 quomodo dentur. 85. definitiones ſingulorum. ibid. à Porphyrio quomodo dilucidentur. 86. Exemplo metrico. ibid. quomodo differant numero, ſpecie, genere. ibid.
Univerſalia utrum ubique & ſemper ſint. 332. eorum, particularium, & indefinitarum æquipollentia. 332. inferiora cur dicantur. ibid.
Univerſaliora an ſuperiora. 227
Univerſalis *Omnis* quomodo convertatur. 151. affirmativa quomodo convertatur. 288. unde ſequatur. ibid.
Univoca quæ dicuntur. 17
Univocum quale. 254
Unum an ſit in multis. 88
Vocabula Græca cur latinis melius intelligantur. 194. notiora aliquando latinis. 310. nova ficta à Veteribus politicis, quibus non liceat imitari. 424
Vocalis quid ſit. 45. ante vocalem an correptiſſima. 59. cur longa interdum. ibid. brevis ante conſonam ibid. omnis an ſit indifferens. 82. æterna an poſſit conſonantibus affici. 122
Vocales cur nominentur *Motiantes* 52. Earum Numerus, ibid. Arabum quot. ibid. an Syllabarum formæ, 52. ſimplices & compoſitæ quæ. 52. quotuplices 94. duæ an in Diphthongis a & e. ſonent. ibid. an in conſonam tranſire poſſit, vel non 118
Voces ſignificantes & non ſignificantes. 4. ſunt ſigna naturalia & non objectorum 5. earum ſignificatio qualis, 71. 72 & dictiones quomodo differant. 75 canonicæ quæ, 38, anomalæ ibid. heteroclitæ. ibid. Stenographicæ. Scholaſticæ an ſint barbaræ 46. Græcæ an latinis interſerendæ, 49 quomodo cautas ſuas Exemplares Grammaticas ſequantur, 106. quid ſint. 136. de iis qui egerunt, 137. reflexæ quæ dentur, 151. quid aliæ ſint. ibid primò & ſecundo, intentionaliter quid ſignificent. 157. cur non mutandæ. 358
Volitio quando poterat eſſe. 392
Voluntarietas, an neceſſitati opponatur. 482
Voluntas infinita & Intellectus infinitus quomodo coincidant. 123 divina an ſit attributum Dei. 283. an libera. 293. ubi ſit. 495
Voluntati divinæ an reſiſtere aliquis poſſit. 350
Vox quid. 3. an habeat figuram 5. quomodo propria objecta ſignificent. 6 Græcæ & Hebrææ. ibid. Participiorum qui. 43 Præſentis & Futuri. ibid. Præteriti. ibid. Futuri Paſſivi. ibid. ſecundum ſe, quid. 81. 82. prolatæ. ibid præciſæ. ibid. *Tenebra* quomodo de facto poſſit proferri ibid, ejus ſtatus quot. ibid. quotuplex. 82. eam exiſtere quid 102. omnis cur non eſt dictio. 124. quæ ſubjectum, poterit eſſe prædicatum. 143. *Materialis* an negativa, 150. *Corporea*. ibid. *Naturalis* quomodo fiat. 561
Urbanus quis fuerit. 149
Uſus vocalium & conſonantium qui. 450
Vt, Sol, an Conſonantia Muſica. 76
Uterqueitas quid 413. limitata ad quos ibid. 424
Uxor, an & qualis ducenda. 480
Y. quomodo ſcripturæ ſerviat. 52

Z.

ZAmora quem imitatus. 198
Zarraga cujus Magiſter. 38
Zeno quis & cujus auditor. 138 ejus opera quæ. ibid.
Zeno Citt cius quis & cujus auditor. 119
Zeno Eleates quis & cujus auditor. 131, Opera ejus quæ. ibid.

FINIS.

A71 1151960

G 74.